John Adams
Library,



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF Nº
*ADAMS
*160.7



IACOBUS GRONOVIUS I.FR.F.

Græcæ Linguæ, Hiſtoriarum et Eloquentiæ Profeſſor.

Hanc tibi, ut exhilaras, frontem Gronovius alter
Dædaleo Sculptam, Pallas, in ære DICO.

Tu mentem ratione polis, tu ſæcula pandis;
Sic facis, ut mirer facta manumque Dei.

P. v. As Exc: C. P.



LUGDUNI BATAVORUM
Apud PETRUM VANDER Aa. 1693.


AMMIANI MARCELLINI
RERUM GESTARUM
Qui de XXXI ſuperſunt,
LIBRI XVIII.

Ope MSS. codicum emendati ab FREDERICO LINDENBROGIO & HENRICO HADRIANOQUE VALESIIS *cum eorundem integris Obſervationibus & Annotationibus*,

ITEM
Excerpta vetera de Geſtis Conſtantini & Regum Italiæ.

OMNIA
NUNC RECOGNITA
AB
JACOBO GRONOVIO,

Qui ſuas quoque notas paſſim inſeruit & neceſſariis ad Ammiani illuſtrationem antiquis nummis ac figuris exornari curavit.



LUGDUNI BATAVORUM.
Apud PETRUM VANDER Aa,
MDC XCIII.

ADAMS 160.7

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

COSMO III

MAGNAE ETRURIAE DUCI

LITERARUM PATRONO.

EAM judicavi eſſe Ammiani Marcellini rationem, ut ſui pariter & mei animi interpres ire poſſet, ac congeſta in utrumque beneficia fatendo publice ac memorando in Principale Auditorium Tuum perferre juſtam reverentiæ privata religione hucuſque cultæ ſignificationem. Hæc votorum, quæ per complures annos coarcervavimus, ſumma; hæc ſpes, cui jamdiu imminemus, etſi magnæ felicitatis capax, tamen eo minus improba, quod infinitam ſalutaris dexteræ Tuæ benignitatem experti coram & admirati, ne nunc quidem ab ea adoranda nos remotum iri pro pietate noſtra credimus. Utique hic ille vir eſt, qui non in ipſa vitæ actione tantum ſequutus exempla veterum vicinæ Tuæ Romæ civium, ſed etiam in hoc ſermone, qua licuit, preſſe adhærens optimorum veſtigiis, earum rerum nobis reliquit planam hiſtoriam, quæ quum ſint digniſſimæ cognitu, tamen earum magna

pars aut penitus nunc eſſet ignota, niſi ipſe interceſſiſſet, aut nonniſi tenuibus & invalidis conjecturis per quorundam potius alluſiones, quam narrationes ſpectanda. Cæterum incredibile dictu eſt, quemadmodum ante hoc ſæculum nimis inſigni fœdatus caligine & fere in perpetuam valetudinem lapſus linguâ ſimul & ſententiâ infeliciter titubaverit, dum quod ærugo vetuſtatis aut exedens obſcuraverat aut intervertens ab conſpectu amandaverat, alii ſuo potius tactu quam ex legitimis monumentis replent & infulciunt, miſerrima lancinatione Ammianum torquentes. Nec ab eo contagio refici potuit, niſi hoc ipſo demum ſæculo; in cujus exordio, petitâ velut medicinâ ex eadem regione, unde tantum non omnia doctrinæ inſtrumenta lucem hauſerunt, felice Tua, Clementiſſime Princeps, Etruria, purgatior exire cœpit. Tunc quidem ejus cauſa non tralaticie aut leviter acta eſt, ſed prudenti conſilio & induſtria memorabili. Nam ne unius tantum ſe crederet arbitrio, verum quoſcunque advocaret ad lectionis antiquæ repetitionem, ſuſpenſa in propatulo tabula, quæ excerptas mirabilis in Regia Tua chirographi & ſingularis fidei notas exponeret omnium conſpectui. Sic falſus iſte & evulgatus cento, qui univerſam auctoris manum illepide ſuppoſuerat & turbaverat, diſceſſu & varietate admodum conſpicua ſignabatur fermè pudorem injiciens eruditis hominibus, ut ſanctius & lenius in Ammiano conſulere conantes incenderent animum ad inventionem latentis. Hoc vexillo inde primum ſublato, quum adhuc eſſet in exſpectatione recipiendi ab eadem manu melioris nitoris, interceptus in alia terrarum plaga, ad Sequanam detentus & poſſeſſus, non aliter quam ipſe quondam illic depreſſus Julianus Cæſar, nequivit in-

genua libertate uti. Quæcunque enim cura, & illa ſane, quod negari nequit, peregregia, iſtic eum poliverit, opinari fas eſt non deſiiſſe eum anhelare & fere quiritando poſcere, ut permitteretur gratias agere loco primæ poſt magnam longamque vexationem reſtitutionis ſuæ non tantum arbitro, ſed etiam auctori. Neque dubito nunc eum id tanto inſtantius ardere & flagrare, ut illud celebre eruditionis bonæ archivum S. Marco dicatum duce Lindenbrogio adiens ſalutet ea mente, qua naufragus ſervatorem ſuum, quoniam poſt tot annos videt illi præeſſe Eum, qui ſicut putat ſuæ fidei eſſe cavere ut providentia & benignitate ſua pergat conſtare ei loco juſta ſanctitas ſimul & exemplaris antiqui cuſtodia, ita hereditariæ ſuæ clientelæ ſimul & tot aliorum ex antiquis ingeniorum cærimoniam non ſit averſaturus.

Si verum fateri licet, hoc id ipſum eſt, Domine, quod acerrime concupivi; hoc, quod amore Ammiani intelligere expeto: & ſi ita ſub hac umbra admittar, ut fruar deſiderio imæ mentis meæ ad revelandam Sereniſſimæ Celſitudini Tuæ voluntatem diu indebite occultatam, ſummam felicitatis meæ tetigero. Gero enim pectus non ficto aut fatuo furore, non Delphici cujuſdam caloris vecordia, ſed Tuo, Optime & divinitus ad bene merendum de generis humani optima parte conſtitute Princeps, tam præſenti efficacique in me numine, Tua indulgentiſſima munificentia anhelum inflatumque. Hanc gratiſſime mihi incumbentem vim, & non comas, ſed concepta ſancte vota jactare effarique compellentem ſi non excutere, utique lenire hac aperta profeſſione ſpero, ut in iſto religioſo tot pie faventium linguarum concentu, quæ continenter ſe ad Tuos, Princeps Benigniſſime, tholos ab omnibus undiquaque Muſis mittitur, ſibilum

murmurque minimum, ſed caſtiſſima meditatione nuncupatum proferam.

Deprehendebam ita comparaviſſe ſecretam fati vim, ut antiquitati Romanæ Græcæque, hoc eſt, maximæ parti earum rerum, quibus connexa & colligata eſt politura nobilium animorum, plurimum per omnes ætates contulerit Etruria Tua. Græcos vero in primis, immenſo quodam humanitatis cognoſcendæ ſtudio inſtinctos ſemper homines, quum per reliquam Italiam multiplices ſe effunderent, verſus eandem Etruriam Tuam progredi, illic colonias condere, & non tam ſua inſtituta illuc inferre, quam Genio quodam telluris fauſto eos allicefacienti ſe committere & ab illa regione plenam elegantiæ ſuæ culturam petere mirabiliter lætatos videbam. Quæ quidem quum ſint ſic vetuſta, ut univerſus tamen quorumcunque ſæculorum ordo circumferat eorum experientiam; tum animadvertebam noſtris temporibus ita conſtitutum eſſe, ut inſtrumenta hujus jucundi laboris, libros nempe & quidquid eorum ſive per Græcos & Græci ſermonis interpretationem, ſive per ipſos Italos & Latinam linguam ad memoriæ veteris cuſtodiam reſiduum nobis eſt, unica Etruriæ Tuæ cautela & fotu ab internecione vindicatum eſſe. Etenim Deo auſpice illud aſſecutus eram, ut profectus meos negarem includi intra unius, ut ſolent, ſepti ſatis arcti metas, ſed libere ſpatiando optarem mihi non ignota eſſe, quæ per tot centenos annos in tanta licet jactura omnis munditiæ, tot barbarorum vaſtationibus, tot tyrannorum, quos ante omnia contra bonos libros poteſtatem ſuam omnem permiſiſſe legimus, ærumnoſis imperiis, non ſine cœleſti cura ſervatum tantis laudibus ab noſtræ & præcedentis ætatis

viris.

viris doctis efferri obſervabam. Harum rerum conſideratione & ipſe excitatus, nec ex muto ſanguine me proveniſſe cogitans, tota juventute mea flagraveram in illud imperii Tui penetrale velut ſacris rebus ſecedere, & quum annis id ipſum hortantibus facultas non deeſſet, quaſi Deo monſtranti me conceſſi. Quæ illa fuit hoſpitalitas Muſarum Etruſcarum? quæ illa vita mea? quam ſuper omnem opinionem literata iſtius temporis ſtudiorum agitatio? Quum, ut vere dicam, ſtudere demum didici, hoc eſt, animadvertere, quid is, qui feliciora & his reconditis libris inſtructiora loca ſequitur, intereſſet illo, qui domi habitans ſatiare ſe poteſt ſola contemplatione eorum, quæ ab typographis accipit, ultra horum ætatem nihil penſi habens. Iſta illa calamitas eſt, quæ in his quidem terris nimias ruinas edit. Hinc aliquid ex juſto admirari, hinc verum probumque & fortunas fataque negotii, quod tractamus, recognoſcere prohibemur. At ibi in ſingulas horas licebat contemplari, quam vane & incondite ab occidentali Alpium latere a me tractata eſſent, & ab omnibus etiam aliis, quin & cum maxime tractarentur antiqua ſcripta ab maximis ingeniis ad poſteritatem prodita & tantarum impenſarum præſidiis per manus ſparſa. Quanta cura nomino illos dies, illos feſtiſſimos dies, quibus Herodotum cœpi intelligere ſimul & ab nullo intelligi cognovi? O venerabilia iſta momenta, quæ mihi Polybium, Arrianum, Ælianum, Dionem Caſſium aperuerunt, quos omnibus aliis clauſos noram! Quam fauſtæ illæ horæ, quibus Æneæ, Hierocli, Artemidoro operam dare potui, ut ipſos aperte plana voce ſermocinantes narranteſve audirem? Tunc mihi ad liquidum dulcis fui. Tunc imaginari

potui ad iſtam abſolutionem vitæ, quam ſapientis eſſe ſtatuebant, me propinquaſſe, quum nullis umbris aut tenebris cognitionem ejus, quod antehac inſcrutari arcebar, vetantibus liceret perfectam Gratiarum omnium Venerumque, quibus audieram referta eſſe ſtudia, amœnitatem affluenter haurire, & oculos ſimul manuſque ac pedes paſcere peragrando illa tam nobilitata ſcriniorum S. Laurentii ſpatia. Quid quum occurreret illa turba variarum rerum tantopere profutura, ſi non lateret, quas nec fando indicari audiveram, nec appellationes unquam perceperam? Hæc profecto quum partim adſpicere & recenſere, partim in alias chartas conjicere chirographo meo liceret: nonne jure opinabar Idæorum Dactylorum nomina notitiæ meæ adfundi? Eorum majeſtate vitam ab terroribus ſervari immerito & fatue ſtatuebant gentiles. Ego vero tum non magis prævidi, quam poſtea expertus ſum in illis tranquilli otii, in illis arcanæ ſapientiæ, in illis vitæ convenienter agendæ & principia & profecto firmamenta eſſe. Equidem in iſta proluſione adeo me hæc explebant, ut omnium aliarum rerum immemor in novos veroſque non Heſperidum, ſed Copiæ ipſius aut Minervæ Paciferæ hortos delatus frui tam ſancto nominum & laborum priorum conſortio geſtirem, ſingula ſcrinia velut altaria totidem altitudini ingeniorum ab Divis Heroibus Mediceis dicata ſpectans, inter quæ tanquam Brachmanum aliquis, ut ipſe teſtatur hic ſcriptor, ſpatiatus & operans nihil morarer alias cauſas, ob quas peregrini Italiam viſitant. Quin etiam potuit hic adfixus illi auguſto Camœnarum receptaculo animus Celſitudini Tuæ placere; utque nutriendo propagares, Domine, hanc adſiduitatem meam, & quidquid tacito ſeceſſu col-

ligerem, in uſum aliquem referretur, qua non auſpiciorum Tuorum felicitate, quibus non munificentiæ experimentis me ſuccinctum vivere juſſiſti? Quæ quum & immenſa fuerint omnia, numerumque & ſermonem meum excedentia, tum in eis ut ſemper recordatione exſulto, ita nunc verbis etiam indulgendo luderem; niſi dum id paro, ſentirem me mœſto quodam aculeo pungi, memorans & conſiderans non modo quam Tua Sereniſſima Celſitudo me locupletarit, ſed ſimul quod iis ereptus ſim. Et tamen confirmata contra confuſionem mente quotidie & loquor & memoro, & quæ uſui, quæ ornamento ex Etruria Tua mihi evenerunt, tanto promptius proniuſque refero, quod etiam aliena identidem ſcripta hanc memoriam ubique inculcent profitentia eandem ſuam ex Etruria lætitiam; in quibus vel præcipuus exſtabit ſemper hic Ammianus Marcellinus, qui ad notionem quoque meam poſt tot alios pertinere ſe ratus, auxiliatricem Florentiam ſingulis paginis loqui & cum voluptatis multo ſenſu jactare per octoginta annos duravit, nulla unquam intermiſſione ne poſthac quidem deſtiturus. Propterea dum uterque ſic obligatus quærit officium facere, ad aram Clementiæ ac Benignitati Tuæ Sereniſſimorumque Majorum Tuorum ab tot ingeniis illic ſervatis erectam & tam bene utiliterque ſibi cognitam hic ipſe Ammianus in Cyri preces effuſus rogat ut accipias ΤΑΔΕ ΚΑΙ ΤΕΛΕΣΤΗΡΙΑ ΠΟΛΛΩΝ ΚΑΙ ΚΑΛΩΝ ΠΡΑΞΕΩΝ ΚΑΙ ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ: & ego hanc, quam ipſe nobis vitæ, indolis & rerum ab ſe in Aſia & Europa peractarum reliquit effigiem, prout fieri licuit, nunc mea etiam manu politam Celſitudini Tuæ conſecro ex officio juſto, pioque & debito, ex animo quem largitate liberalitatis, quem

tantis affluentiſſimæ prolixitatis exemplis addictum devotumque Tibi feciſti; Deum venerans, ut omnibus rebus felix æternum Fortunam adeo conſpecti Imperii Etruſci domeſticam habeas, videaſque Mediceam gloriam excelſiſſimis laudibus ſuffragatione ipſius Dei illuſtratam quotidie magis magiſque vigere & floreſcere. Id precor

Lugduni in Batavis a. d.
XIV. Kalend. Decemb.
CIↃ IↃ CLXXXXI.

Sereniſſimæ Celſitudini Tuæ

Dicatiſſimus cliens

JACOBUS GRONOVIUS.

LECTORI STUDIOSO
EDITOR
S. P. D.

Quum ex Ammiano Marcellino magna & crebra oblectamentorum cauſa citeriori vitæ meæ acciderit, libens feci, ut hæc noſtra familiaritas innoteſceret publice, & velut ad vicem reddendam partes aliquot horarum nunc mearum, quas ille plurimas antehac reſecerat, illi concederem, eo conſilio, quo nitentiora & ſpecioſiora exſtarent reſidua hiſtoriarum ejus volumina. Hoc illi videbar debere, viro, in quo cernebam propoſitum contra ſua ſæcula magnificum & excellens. Etſi enim quæ alii de eo ſcripſerunt, nec mea faciam, nec advertere velim, & in iſta ominum præſagiorumque fallaciſſimorum obſervatione omnia alia mallem; videam quoque in illo eſſe aliqua neſcio quî felici noſtræ polituræ nonnimis congrua: tum adverti refert eum vixiſſe iſto tempore, quo Latina ſtudia vix fuiſſe dici oportet, aut omnia arctabantur anguſtiis epitomarum, hoc eſt, degeneris inertiæ ſocordia, & illam urbem, quam Æternam laudat, Venerabilem & virtutum omnium domicilium, obſidebant ærumnoſæ & exſecrabiles ineptiæ omni vigore animi peſſumdato, & nihil iſtic ad priorem magnificentiam. Quod ſi quos mens melior tamen eveheret, quidquid id erat, ad blanditias auribus principum præbendas modo adhibuiſſe cernimus. Tali noſter tempore quid magis mirer, utrum ſuſtinuiſſe mente concipere tam nobilis ac diuturni laboris opportunitatem, an etiam ſubire alacriter & exſequi? neque id ita, ut videri queat temere effudiſſe aut inconſulte proſiluiſſe ad hoc munus, ſed mente Herculeo ſtudiorum robore bene & diu firmata, & ad hanc efficaciam circumſpecto juſto &, ut ipſe loqui ſolet, impetrabili apparatu. Ille ſine dubio multum diverſus ab reliquorum ſimul militantium otioſa imperitia, ſub pellibus tempora diſtinguendo in certas operas, & ubi res poſcebat, Martem; ubi quies dabatur, Palladem æmulando, & occaſione præſidiorum variarumque expeditionum, regiones, gentes, mores, hiſtoriam priſcam & ſui ſimul temporis perdiſcendo, exemplum veteris Romani ſive militis ſive ducis ne inſtante quidem prælio ſtudia Græca perinde ac Latina omittentis retuliſſe ſibi placuit, ut hinc ſecus aut recte facta vel Principum ipſorum vel Optimatum valeret conſulta ratione æſtimare: incolaſque Romani imperii vel ultimo hoc ſpecimine veteris ingenii admoneret gloriæ & moris majorum, ut in profundo otio ſcirent aliorum ſcripta æque ac Juvenalis & Marii Maximi contrectanda eſſe; ſimul hortaretur, & in calamitatibus tam præſentibus, quam gravioribus poſt venturis ſolatia adferret ſtimulandis animis, ne antiquitatum ignari facile deſponderent, utque ad priſcam tuendæ patriæ fortitudinem revocarentur. Hoc res ipſa fatetur, & palam tota ejus ratio clamat. Adeo nihil indignius potuiſſe pronuntiari exiſtimo, quam quod nupera Pariſina præfatio edidit, Ammianum denique, quum poſt ſacramentum hanc rem arripere cogitaret, tum demum ut miles quondam ac Græcus Latinæ linguæ ac hiſtoriæ Romanæ magis adſueſceret, Catonem majorem vel Cenſorium, Cæſaris commentarios, Salluſtium, M. Tullium Ciceronem diligentiſſime legiſſe. An quia natus & educatus Antiochiæ fuit, ubi & Gallus Cæſar dicitur veſperi per tabernas palatus & compita quæritaſſe Græco ſermone, & hinc Græcum ſe vocat, in ea urbe tunc non erat uſus Latinæ linguæ? aut an Romæ tunc ita utique loquebantur, ut nunc ſcribit Ammianus, ex illis barbaris, quæ illuc influxiſſe ipſe in his libris annotat

nominibus, plurima corrupta fuiſſe innuens? Fuit Græcus, ſed utique fuit ingenuus, ut ſe ipſe deſcribit, ac bene natus, ut Henricus Valeſius, neſcio cur etiam de vitio eorum, qui provecta jam ætate ad ſtudia ſe conferunt (quod utique ipſe neſcivit) aliquid jactans probat, & hinc cur non ad utriuſque linguæ peritiam educatus? unde quanquam Græcum ſe dicat aliquoties, tamen libro XXII cap. 9 ſcribens *quod cadere nos dicimus*, non ſe ejurare Romanam demonſtrat originem. Quaſi non operoſa moles, varietas rerum, ſeries hiſtoriæ per tot plagas terrarum euntis, ſincera fidei ac veritatis cautela, ipſa magni animi declaratio, in his ſcriptis mirabiliter elucentes, immo ipſa loquutio ſi non optimi ſæculi & commatis, utique ſic elaborata, ut pateat non temporariam ac repentinam tunc fuiſſe, non brevi puncto arreptam, ſed cui ab longo tempore melioribus incumbendo adſuerat, ferme enuntians univerſo bellicæ vitæ tempore ſuas occaſiones in variis commoditatibus laxatiſque auctorem ſecreviſſe, quas ſeriò impenderit ſibi, ut jam tunc forſan commentarios, poſtea quandoque dilatandos & venuſtius facundiuſque ornandos, ſenſim collegerit. Ita per militiam conſummatus, ne digreſſus ad larem tranquillum periret otio, aut ut alios feciſſe tunc Romæ oſtendit, multa placentia aut aliena referendo in circulis tempus tereret ac pleraque falleret, integritatem animi ſcrupuloſa hiſtoria ſcribenda declarando, maluit agere cauſam poſteritatis.

Unde ſane etiam dignus erat, ut in hoc fretenſis Oceani accola populo, quem nonniſi de meliore nota noviſſe ſe oſtendit, Batavos & fere perpetuo una cum his tendentes Erulos, etſi regionibus & origine diſcretiſſimos, virtute tamen & militari gloria convenientes junctim memorans, ederetur ad cognoſcendam propinquioris temporis, prout facultatem præbet, rationem, & multiplicia ſupplementa tirociniis exercituum Romanorum ex his brevibus regionibus, quæ inde quoque exinanitæ tandem fuere, petita ad ſuffulciendas ubique ruinas labantis imperii. Hîc, inquam, merebatur publicari (& jam olim aliorum eandem conſtat fuiſſe ſententiam) Ammianus ille, non nudus ut quondam & multitudine fœdiſſimarum ſordium oblitus, ſed quanto ornatu fieri poterat, veſtitus & purificatus. Quod certe noſtro ſæculo contigit, quo hiſtoriam illam præclari duoviri tanta caſtitate verſaverunt, ut quum ineunte etiamnum eo nonniſi confuſa quædam ingenuitatis ſuæ lineamenta præferret, vel potius ex male commixtis quibuſdam literis haberet compoſitos verſus incantamenta anilia & incongrue quædam muſſanda magis, quam articulatam bonæ mentis expreſſionem & ſententiam humanam continentes, nunc egregie ſeſe ipſe cognoſcat, & inſtar redivivi phœnicis aut exſulis renati poſt tredecim ſæcula oſtentet. Itaque horum memoriam adoro, & cum perutili & peregregio emolumento evulgatas lucubrationes exoſculor. Has cedro dignas, has refertas bonis ſtudioſorum adjumentis & varietatis in docto homine flagitandæ ſpecimen præferentes, has denique ad eruditionem, ſapientiam & eloquentiam ſemitas planiſſimas & unicas cenſeo, & quod in me eſt, expertus ſum. Sic quum tota ætas mea ſæpe gratias egerit Friderico Lindebrogio & Henrico Valeſio; tamen gratulatus plurimum fui huic ſcriptori ſimul & ipſis commentariis, quum ante decem annos Pariſiis omnia ab Valeſii fratre inſtaurari non ſine eximia acceſſione intelligerem; quippe quod non dubitabam, quin & ex codice antea non viſo melius aliqua procederent Ammiano; & ipſa commentaria ab ſecunda manu, quam per tot annos ab auctore nunquam earum immemore acceperant, perpolita & aucta exſpectabam. Quod utrumque egregie præſtitum poſtea cum gaudio vidit mecum & agnovit univerſa cohors, quam ſanctior Minerva detinet. Atque hinc potui librario auctor eſſe, ut curaret multiplicata quocunque modo iſtius editionis exemplaria in officinis his exſtare. Sed quum ille huc me adigeret, ut aperirem, an non aliqua illic poſſent meliora conſpici, idque ſi poſſet a me potiſſimum contenderet fieri, debui cum illo agere ſimplicius, quod nunc apud te, mi lector, repetam, ut ſcias, quibus in partibus aliquid in nitidiſſima illa editione potuerim deſiderare, & ſpernere ut nimis glorioſe ab Hadriano jactitatum, iſtam editionem

cunctarum priorum editionum bona complecti, earundem vero vitiis carere, ut ſcribit in fine ſuæ præfationis.

In primo non potui ignoſcere Hadriano, quod quum alia chartæ forma, alio conſpectu & ſitu notarum uteretur, quam uſus fuerat frater Henricus (cujus notæ procuſæ ſunt ſingillatim poſt abſolutum Ammiani contextum, & qui citationes variorum locorum hinc accommodaverat ad illius ipſius editionis paginas, ut fieri decebat) hic eoſdem numeros paſſim reliquerit, quum & charta non ſit τετράπτυχος, & plane materia ab illis numeris & ſcopo Henrici abhorreat, longe aliud ac diverſum in iſtis allegatis paginis continens. Unde fit, ut quoties (idque contingit infinitis locis) in notis Valeſianis ſit citatio alicujus loci ex Ammiano, toties nugaci nævo ſe inquinet. Quam enim fædum eſt, quum editionis Pariſinæ pag. 49 ponatur Valeſiana nota, in qua ſcribitur [Vide Marcellinum infra p. 31] quod ibi ſit in nota ad voces *Galli periret avunculus*, quum ea pagina jam tantopere anteceſſerit? Nonne indecorum eſt, quod in illa editione ſcribitur libro XXVII cap. 5 pag. 484 ad vocem *Myſia* [de qua Marcellinus in lib. XVII pag. 140?] quum iſta pagina ibi incurrat in librum XVI; tanto indecentius, quod Henricus in editione ſua recte citaverit pag. 104. Etſi profecto hac in re non modo negligenter fuerit apparata iſta editio; ſed etiam intolerabiliter quodammodo audax, neſcio cujus interventu, ut ſæpe citatio ab Henrico immiſſa, nuper fuerit deleta & omiſſa. Sic quum ſcribit Henricus in ſua editione pag. 399, quæ incidit in principium libri XXX, ubi oſtendit *inexplicabile* ſubjectum pro *inexpiabile* [Idem error lib. XV pag. 35 inſedit] inde poſterior hæc editio pag. 585 quintam vocem cum poſtremo numero expulit: item in nota ſequente de *τῷ cuppediæ* quum notet Henricus [hîc & in lib. XXVI pag. 311] voluit frater tantum edi [hîc & in lib. XXVI] Nec adverti, niſi ſemel mutaviſſe, nempe in libro XXXI cap. 12, ubi notabat Henricus de verbo *recingi*. Certe mutare debuerat vitioſum illud, quod occurrit in nota ad libri XXVIII cap. 3 pag. 525 voces *In locum Valentis Iovini*, ubi ſcribit Valeſius. [Movet me locus, qui eſt in p. 370] ubi nihil eſt quod ad hanc rem facit, & pagina 307 incurrit in locum libri 25, quem citavit; ut neſciam, quid velit.

Secundo occurrebant in Valeſianis commentariis aperti quidam errores ſive typothetarum ſive ipſius ſcribentis; quos quum jure ſperarem emendatos eſſe, aut ſaltem ſigno aliquo demonſtratos, tetrum in modum deprehendi illic non modo relictos veteres, ſed novos acceſſiſſe. Sic libro XV cap. 4 de finali libramento apud Henricum nominatur Antonius Loiſellus, in nova Pariſienſi Antoninus. Sic libro XXXI cap. 13 ubi notatur de Equitio, nunc primum ex chirographo Henrici additur [*Atque ita citat Criſpinianus in faſtis*] Libro XXIII cap. 5 citat Henricus verba *Interpretes arceſſit*, & notat [Lege *arceſſiti interrogatique*, ut habet Editio Auguſtana] In quo falſus fuit Vir optimus. Legitur enim clare in iſta editione *accerſiti*. Quod tanto notabilius, quia Hadriano ibi placuit addere, in codice Colbertino ſic legi.

Libro XXI cap. 10 Hadrianus novam notam fratris protulit ad verba *in anguſtias tumidoſis collibus deſinentes*, ubi diverſa confudit in unum. Nam omnia illa verba [Apud Nicephorum in libri 9 capite 13 legitur σούσκις non multo melius quam apud Socratem, ex quo id Nicephorus exſcripſit. Unus Philoſtorgius in libro III recte nominat Σούκεις Αλπεις: ſed Nicephorus & heic quoque Σουσάκεις prætulit] non pertinent huc, ſed ad præcedentem notam de Succis, & illuc relata volebat Henricus, quacunque etiam paginæ parte notaverit.

Libro XXII cap. 8 ſunt Ammiani verba *immolantes advenas Dianæ, quæ apud eos dicitur Oreiloche*, ad quæ aliquid notans Henricus, ſcribit inter alia [ipſam autem Iphigeniam ſacerdotem ſua Tauropoli conſtituit] in quibus ſententia nulla eſt: nec tamen ſuſtinui quidquam mutare, quum potuerit aliqua mutaviſſe Henricus, quæ perperam ſunt publicata. Attamen in editione ipſius Henrici erat *ſacerdotem Dianæ Tauropoli*, idque cum laceris Antonini verbis affatim

congruit. Contra non potui non corrigere, quod in nova fratris nota ibidem ad libri ejuſdem cap. 16 voces *Hic primum homines ad v. religionum incunabula pervenerunt* ex Euſebio profert ſic Hadrianus, Ας πρῶτοι μερόπων ἐπ' ἀπείρονα πρῆξιν ἔφιξ, quum certe ipſe non magis potuerit ultimam vocem intellexiſſe, quam intellexit lib. XXIII cap. 5 ὑφάνισαν, ut ille edidit, quum in fratris editione prior litera eſſet maculoſe expreſſa in nota ad voces *ut ſuadere nobis laboret* &c. unde prioris loci notam tanto juſtius expuli, quod aliter ſit in ipſo Euſebio, ut illa quidem duo ex vero correxerim. In libro XXV cap. 6 notat Henricus in editione Romana *Chartam* legi. At plane in ea expreſſum eſt *Charram*. Sic libro XXVI cap. 8 ipſi Valeſii neſciunt, utrum velint Maſcizelem, an Maſcezilem; quippe utrumque ibi tenentes in utraque editione, idque propterea etiam ipſis donavi. Et quis non credat Hadriano placuiſſe ludere in ſcriptis fraternis, dum in nota ad libri XXXI cap. 2 voces *Hoc tranſito* ſuſtinuit edere [Nam Europæos Alaunos vocat a montibus Alanis ita dictos: Aſiaticos vero Alaunos Scythas ab Alanis montibus] quum Henricus ediderit [Nam Europæos Alaunos vocat a montibus Alaunis ita dictos: Aſiaticos vero Alanos Scythas ab Alanis montibus] Quorum hæc poſterior conſtitutio certe ut ex Ptolemæo petita eſſe dicitur, ſic recte cum eo convenit, non prior: ſed meum non fuit, omnia curva corrigere.

Sic quum iſta pulchra & ſibi placens editio tractaverit manum Henrici Valeſii; refert etiam ſcire, quomodo curaverit ipſum Ammianum, quod quidem jam rei caput ac ſumma eſt. Patet vel ex libro XXIX cap. 6, ubi ſola iſta ex omnibus editio, *munimentum abſque una cauſatione conſurgeret*, ſatis inepte, quum reliquæ *ulla*. Quum libro XXX cap. 4 habeant illæ *cum Evandri matre abhinc ſæculis obrutas multis*, hæc nunc protulit & in Latinitatem invexit *adhinc*. Libro XIV cap. 9, quum Henrici editio aliæque legant *ſed ſi quid auribus ejus hujuſmodi quivis inſudiſſet ignotus*, Hadrianæa maluit *quidvis*. Libro XVIII cap. 7 editio nuperrima habet *niſi quod in puteis aqua repetitur exilis*, ubi priores ſervant *reperitur*. Quod ut eſt exiguum, ita gravius peccatur in verſu ſequente, ubi edit *jamque ſuorumque duritia fiducia tranſituri*, quum priores *ſuorum duritia*. Denique in eodem capite edidit *Bargala*, ubi anteriores *Barzala*, etiam ipſa Romana huc alludente *Barczalos*. Libro XIX cap. 4 nunc volunt legi *Peloponeſiaci*, ubi Henricus & omnis prior memoria *Peloponneſiaci*. Libro XXIII cap. ult. legitur in aliis *minaces juxta in adverſis rebus & proſperis*; ſed Pariſina illa vult omitti conjunctionem *in adverſis rebus proſperis*. Libro XX cap. 4 edidi *Nocte vero cœptante in apertum erupere diſſidium* ex Lindebrogiana & Auguſtana, quum utraque Valeſiana *diſcidium*; at omnes ibi dicuntur ſimul manſiſſe, ſed concitatos fuiſſe animos ad ſeditionem & converſos ad tela ac manus. Denique an non notam negligentiæ præfert iſta mirifice varia inſcriptio in ſummis paginis libri XXII? ubi videbis modo DN. CL. FL. JULIANUS PIUS FELIX AUGUSTUS, modo JULIANUS AUGUSTUS, modo CLAUDIUS JULIANUS AUGUSTUS, modo DN. JULIANUS AUGUSTUS, modo FL. CL. JULIANUS AUGUSTUS; æque ut in libro XVII modo poſuerunt DN. CONSTANTIUS AUGUSTUS, modo JULIUS CONSTANTIUS AUG. modo CONSTANTIUS AUG. modo DN. CONSTANTIUS P. F. AUG.

Quum & in Valeſianis commentariis & in ipſo Ammiano talem paratum curamque adhibitam cernerem; non debui notabilem aliquam ſollicitudinem in eis, quæ ab Lindebrogio ſcripta erant, concipere. Propterea quum ad rem veni, reperi etiam obſervationes iſtas ita editas, ut qui eas legerit, profecto parum abſit, quin pro cerrito vel in Latinis vel in Græcis auctorem traducat. An non enim tale eſt, quod editur libro XXI cap. I in nota ad voces *Somniorum rata fides* [Syneſius περὶ ἐνυπνίων & in eum Niceph. Artemidor. & Apomas.] Ea poſtrema voce jam duæ editiones Ammiani conſpurcatæ fuerunt cum ludibrio Lindebrogii. ne tertia vice fieret, interceſſi, & repoſui, quem ſine dubio ille innuebat. Libro XXXI pag. 80 Pariſinæ editionis ad paginam con-

tex-

textus 639, ubi ſunt verba, *Dum inter ejus Armigeros militaret, ac regiam cuſtodiret*, apponunt hanc notam ut Lindebrogianam [Socrat. lib. III cap. I εἰς τῶν δορυφόρων. Antoninus Aug. in Itinerario] Fungus profecto & ſtupidus debuit fuiſſe Lindebrogius, ſi ſic notare ſuſtinuit, ut has duas citationes de eadem re potuerit jungere, quod tamen iſti Pariſini optimo viro impegerunt: & ſummo jure querulus iſte Hadrianus de eo ſcripſiſſet, ut ſuſtinet ſcribere in præfatione, eum ſæpe minutiis immorari, & totas paginas Græcis excerptis ubique implere, quibus æquo animo carere poſſemus. Sed, proh facinus! inconditi iſti rerum alienarum obtrectatores geminam Lindebrogii notam in unum contraxerunt, quum poſtremæ quatuor voces pertinerent ad notam de Bononia, quam quidem notam Galli, forſan auctore aliquo, qui deliciari voluit, omnem exſtirparunt. Cæterum ſic quoque querelam iſtam Hadriani pro veriſſima agnoſcet, quiſquis inſpexerit pag. 38 editionis Pariſinæ notam in libro XVII cap. 13 ad voces *Eductis mucronibus, quos pro numinibus colunt*, utpote quum illic citationem de Alanis ex lib. XXXI & de Danis ex M. Adamo bis poſitam videat omnibus vocibus iiſdem integris, atque adeo ſex verſus impleantur verbis, quibus certe non tantum æquo animo carere poſſemus, ſed quæ per meram ſtultitiam iterantur. Verum auferat hoc Hadrianus, & fruatur, ut jactet auctiores Lindebrogii Obſervationes ab ſe editas; emendatiores utique ne addat. Abſit enim, ut credamus ita blateraviſſe, aut expleri voluiſſe Lindebrogium; ipſe Hadrianus in culpa eſt, quum Lindebrogius illam notam univerſam renovaverit, priorem totam volens induci, quod ab benignitate Gallica non impetravit. Quod tamen ut minus in Hadriano ſtupeas, non aliter conſuluit in fratris nota lib. XXXI cap. 2 ad voces *Contortis laciniis illigant*; ubi quum Henricus in nota poſuiſſet [De Jaxamatis quidem id refert Mela in fine lib. I] iſte hoc non ſatiatus nuper addidit [Et Jaxamatarum oſtio Tanais proximorum feminas ex equis pugnare ſcribit Mela libri I capite ult. & *quos laqueis interceperunt hoſtes, trahendo conficere*] Hæc quum Henricus deinde aliquo tempore appoſuerit vel oblitus quid olim iſtic edi curaviſſet, vel explanare volens id, quod brevius antea collegiſſet; non dedecuerat Hadrianum probe inſpicere, ſi quam illic notam voluntatis ſuæ Henricus reliquerit. Omnino deliravit Lindebrogius, ſi in libro XVII cap. 7 citans verba Ammiani ſcripſerit *Neptunum humentis ſubſtantiæ infeſtat Ennos*, ut ibi Hadrianus potuit edere, quum aliter ipſe auctor in Hamburgenſi. Sic ad libri XIX cap. 4 voces *Qui ſol æſtimatur*, Hadriani gratia bis Lindebrogius citavit *Alexandrum in Tabulam Heliacam.* Utique præco dimitti merebatur, qui inquireret, ecquis habeat notitiam *Juliani Carris*, quem Lindebrogio notum fuiſſe probant duæ editiones ex notis ad libri XXIX cap. II voces *Exſecto vivæ mulieris ventre atque intempeſtivo partu extracto.* Nullus equidem copioſam & ſupervacuam notarum abundantiam in Lindebrogio negabit, qui in iſta Pariſina editione viderit ab Lindebrogio ad librum XXVII cap. 4, poſtquam citavit *Unde eorum jubar*] ſcribi, [*Unde eo jubar.* Scripſit Ammian. *unde eorum jubar.*] Enimvero digna nota, quæ Pariſinos exerceret typos! In notis ad finem libri XX inter nova augmenta ediderunt ex Valerio Flacco, *Nunc, ait, eripiat divæ Titana volucri*, quum Lindebrogius, ut in ipſo poeta legitur, ſcripſerit *diræ.* Quid igitur, mi lector, exiſtimas de Græcis? Ad librum XXIII cap. 3, ubi edunt Galli in citatione Chryſoſtomi σπμάτων χδεσμὲν, quid oro intellexerunt? At in libro XVII cap. 4 præclarum correctorem Hadrianus egit; quoniam Hamburgi in loco Glycæ ad voces *per ſpeciem apis* editum erat οὐχ ἱεροτονητὲς, ipſe edidit οὐκ ἱεροτονητὲς. An igitur ab tali correctore ſperarem vel intellecta eſſe, vel integratum iri Græca in allegatione Procopii ad libri XIX cap. 6 voces *Galli morarum impatientes, ſecuribus gladiiſque ſuccincti*, ubi jam bis editur ἡ λαβὴ δὲ τῦ ξίφυς βραχεῖα ἐστάγαν ut Pariſini, ἐςάγαν ut Hamburgenſes? Multo minus, ut opinarer debere ab eo in citationem ex Zoſimo ad libri XXIV cap. 7 voces *Caſis Perſarum plus minuſve duob.*

mill. addi negativam ȣ, quæ interciderat in numero cæſorum Romanorum ȣ πλεῖȣς. Itaque ubi tam accurate omnia ſunt geſta, debemus ſcilicet nobis imaginari rectius ad librum XXVII cap. 9 circa finem edidiſſe Hadrianum *conſtitutione Arcad. Honor. & Theod. Impp.* & paulo poſt *conſtitutio Valentinian. Theodoſ. Arcad. Impp.* quam ſcripſiſſe Lindebrogium utroque loco *Imppp.*

Et quidni ridicula acceſſio eſt notæ Lindenbrogianæ ad libri XVII cap. 10 voces *Vejovis fulmine*, ubi apponit Pariſina editio [*Diiovis* meminit & Gellius loco ſupra laudato] Id quum ſit nulli bono, tum ipſe vidi non id ita profectum eſſe ab Lindebrogio, qui ad vocem *Diiurnius* in ea nota ex Gloſſario citatam in margine adſcripſerat [γϱ. *Diiovis.* Gell. ibid.] Id teſtatur hodieque codex & manus ejus, quæ ſunt Hamburgi, & unde ipſe deſcripſi. Cæterum ut pateat porro licentia; qua in notis Lindebrogianis quicunque ille fuit Pariſiis uſus ſit, notabat aliqua vir egregius ad locum libri XV cap. 8 de ritu & apparatu allocutionum e tribunalis ſuggeſtu, ſcribens in fine; [Sed ut res magis in oculos incurrat, nummi veteris typum, eorum gratia qui minus in hiſce ſtudiis verſati ſunt, apponere placet; in quo & tribunalis forma, & ſignorum in hac parte effigies apparet] quibus adjecerat nummum Probi Imperatoris. Et verba hæc omnia & nummum omiſit iſta Hadrianæa editio, neſcio qua auctoritate. Quod quidem faſtidium tanto eſt ſtultius, quod illum ipſum nummum videatur fere verbis deſcribere Henricus ad librum XVI cap. 12. Vice verſa in libro XX cap. 5, ubi Genii Publici mentionem facit Ammianus, appingendam Gallia judicavit effigiem Genii Publici tam nugacem, ut nihil ſupra, quod vel ſola barba denſior probat, quæ in temporis ejus nummis, ubi frequentiſſimus Genii Publici typus, nunquam apparet, & tantum Genio ſenatus adfingitur in nummo Antonini Pii. Et utique cum deſcriptione Lindebrogiana non convenit iſte typus; quum illa ſtatuat fuiſſe velato capite, quod in hac figura aliter habetur. Sed etiam ut ſciat lector, unde illam petiverint, aut ubi Lindebrogius eam reperiri ſignificaverit, citatos illic videbis *Piſonem*, *Chorel*, *& qui porro de hac re ſcripſerunt*, quum intelligat Choulium.

An vero Hadrianus is fuit, qui Lindebrogii Græca excerpta debuit tantopere vituperare? an aut ipſe, aut univerſus orbis ignorat, quoties illa ipſa Lindebrogiana excerpta iteret frater ejus Henricus & modo non ſua facere cupiat? An libro XIV cap. 11 inſolentiam Diocletiani, qua excepit Maximianum, ex Rufo Feſto & Eutropio non primus notavit Lindebrogius, & ſecutus fuit Valeſius? Et ſimiliter ibidem agitur in locis Velleji de fatorum more? An de alumine libro XX cap. 11 ex Gellio non idem affert Valeſius, quod Lindebrogius ante attulerat? Sed ut hic male ponit numeros *lib.* 15 *cap.* 5, ita & alter prave *lib.* 16 *initio*, quum ſit 15, 1. An ſolus aut primus Valeſius eſt, qui Ammiano reſtituit lib. XX cap. 3 ἀπόκϱȣσιν σελήνης, aut explicuerit, & non anteceſſit Lindebrogius? Ille quatiens ſcutum Iulianus & locus Vegetii ex libro II cap. 14 nonne ab Lindebrogio oſtenſus & explanatus fuit Valeſio? An Maſſagetas Hunnos vocari in loco Procopii non ex Lindebrogio repetivit Valeſius ad librum XXIII cap. 5? An armorum crepitum in aſſenſu & locum Julii Cæſaris ex libro VII belli Gallici aliunde huc attulit, quam ex Lindenbrogio, aut ſaltem poſt eum? An libro XXV cap. 3 de præliis Marcelli diſcrepantem numerum ex Plinio & Solino non antecedens Valeſium Lindebrogius notavit, & illas ibidem adoreas obumbratas ab Catilina ex Solino per imitationem petitas ſic notavit primus Lindebrogius, ut tamen Valeſius id ipſum quoque inculcaverit ita, ut nihil prorſus præter Lindebrogiana afferret? An libro XXVII cap. 6, ubi Ammianus laudat in judice, ſi ſit legum ſimilis, non Lindebrogius eſt, qui id ab eo fieri ad imitationem Ciceronis libro I de Offic. notat prior, & Valeſius eſt qui tamen illud excerptum Lindebrogianum ſuis immiſcet? Scilicet quum Valeſius libro XXXI cap. 2 de gladio apud

Scythicos populos culto tam large locum Jornandis excerpſit, perſuadere nobis vult Hadrianus ab eo non fuiſſe viſum Lindebrogium iiſdem verbis excerptis illuſtratorem ejus ritus. Denique quid eſt, quæſo, quod ad libri XV cap. 9 voces *Pronuntiarunt animas immortales* inter novas ab Henrico acceſſiones oſtentat Hadrianus [Idem de Gallis dicit Mela cap. 2 lib. 3] an non ſeptuaginta annis ante & viderat & indicaverat ad eas ipſas voces Lindebrogius?

Et quid ſi ad alterum ex Germania non ſpernendum ſane virum tranſierimus? Nonne libro XIV cap. 6. ad voces *populi Romani nomen circumſpectum & verecundum* Janus Gruterus eſt, qui ad poſtremæ vocis illuſtrationem jam ante advocaverat auxilium ab Caſaubono præſtitum in hiſtoria Auguſta, ubi & iſtum locum & ex libro XXI conjunxit, & *αἰδοῖος* ſupplices oſtenderat? Nonne ejuſdem libri cap. 7 pro eo quod vulgo legitur *diſſimulata licentia*, Gruterus eſt primus, qui rogavit [An fuit? *diſſeminata.*] Sequutuſque Boxhornius ſcribit [*diſſeminata* ſcribendum hic eſt, quod nemo non videt] velut ultro confeſſus debuiſſe jam aliis id occurrere. Vide jam, quam ſero veniat Valeſius. Ibidemque cap. 11 nonne Gruteri eſt *Eadem Mancinum dedidit Numantinis?* Rurſus libro XVI cap. 11 *Circumdata retiis buſta* non ex utroque MS. annotavit Gruterus? Et cap. 12 quum Cæſar exclamaret *Redeamus ad noſtros, ſaltem gloriæ futuri participes, ſi eos pro republica dimicantes non relinquimus inconſulte*, Gruterus utique prior exſtitit, qui ad ea notaret [Editio Accurſiana negativam ut inſererem ſuaſit] poſt notavit etiam Valeſius [Negativam particulam, quæ in cunctis exemplaribus deerat, ex Mar. Accurſii Editione ſupplevimus.] Libro XVII cap. 13 ad verba *Plus æſtimantes creare quam afferre barbaris Regem* notat Gruterus [Credo voluiſſe ſcribere *auferre*] Notat & Valeſius [Legendum videtur *quam auferre*] egregio concentu. Totum excerptum ex Curtii libro 4 ad verba Ammiani *apud Perſas ſilentii colitur numen* libro XXI cap. 13, non Valeſius recenſuit poſt Gruteri indicium? æque ac locum Livii de ſenatoribus Campanis vino diſtentis ad librum XXIX cap. 5 idem excitavit primus Gruterus, ac ſecundus iteravit Valeſius: æque ac locum Taciti ex libro 13 ann. cap. 57 de Hermunduris & Chattis ob ſalem contendentibns produxit primus Gruterus, & tanquam echo reſonuit eundem Valeſius ad librum XXVIII cap. 5. Et quod libro XXII cap. 5 ſcribit Ammianus *Ut ſuadere nobis laboret monumentorum veterum fides*, ex Floro petitum eſſe obſervavit primus Gruterus. Etiam libro XXV cap. 4 *Ni tranſiſſent ad numinum cultum*, ſane Fauchetius Gruterianus conjecit ex Theodoreto lib. III cap. 6: & quod ibidem legitur ad voces *figura tali ſituque membrorum*, omne eſt Gruteri. Illud veriſſimum in libro XXXI cap. 2 *ad omnem auram incidentis ſpei novæ perquam mobiles* non eſt niſi unius Gruteri. Immo illud Hadriani *cum prope in acie ſtarent* libro XXVI cap. 9 publicavit ex libro Fauchetii Gruterus. Sed & alterum ejuſdem eod. libr. cap. 6 ut in Ammiano reſtituatur *redivivas nebulas debitorum*, ſignificavit tanto tempore ante Franc. Juretus in Miſcellaneis ad Symmachum lib. I epiſt. 26, & ex eo notavit quoque Gruterus.


Neque idcirco imminuitur apud me, aut hæc colligo, ut imminuatur apud alios gloria laboris hujus, quo Henricus Valeſius, vir nunquam ſine honore nominandus, divine Ammianum expolivit. Illa profecto ſunt ἐκ νάρθηκος, illa cedro digna. Neque etiam is eſt, qui ſic de Lindebrogio ſcribit. Verum ut ne bene cedat Hadriano tam temere pronuntiaſſe; ubi nec commodi quidquam inde oriebatur, nec alter erat meritus. Utique quum Lutetiæ verſarer, non audivi Hadrianum talem fuiſſe, qui mentiri non poſſet; quod egregie illum præſtitiſſe reor in vita fratris, viri certe ἐπιεικοῦς & de ratione ſua modeſte cogitantis, humanioriſque, quam ut ante annum vitæ LX annos ſuos non attenderet, & ab mea demum epiſtola hoc didicerit.

Habes, lector, pignora firmiſſima & experientiæ indubitabilis fulcra, unde de poſtrema editione Pariſina judicare queas, an ea ſit, quæ priorum editionum bona complectatur, earundem vero vitiis careat; pariterque cauſas, quibus ego ad hanc editionem comparatus fui. Sed præter hæc quum ſcirem hunc eſſe genium poſtremæ editionis, cui nihil aliud acceptum referri poteſt, niſi aucta commentaria maximorum virorum, Lindebrogii & Valeſii, & quaſdam bonas reſtitutiones ex codice Colbertino; & tamen Ammianus is eſſet, qui etiam præter Valeſios fuerat diligenter lectus ab aliis eruditiſſimis hominibus, vel æqualibus vel eorum vitam quacunque parte tangentibus, quos in exemplari meo notaveram; ipſa dulcedo, quam ſtudiis meis attulit Ammianus, ipſa propenſio, qua Ammianum & ſtudia proſequor, compulit me proſpicere, ut vel aliqua ſaltem parte prodeſſem Ammiano, vel ad ejus cogitata aut ſcripta lectorem locis quibuſdam revocarem. Etiam ipſe fueram diligens & attentus in conſideratione lectionum, quæ ex MSStis erant prolatæ. Ex his ſuſtinui nonnulla ſuis locis adſpergere lectori, ut ſpero, futura & probabilia & opportuna & jucunda. Equidem magnopere optaſſem, ut ad Lindebrogii exemplum potuiſſent ab ſeſe impetrare Valeſii, ut ſimilem Variarum lectionum, quas ex tot collationibus veterum exemplarium contulerant, ſyllogen & indicem exarare voluiſſent, ut facile factu illis fuit. Eſt enim in hujus auctoris antiquis codicibus eadem ratio, quam obſervavi in epiſtolarum Ciceronis ad Atticum vetuſtiſſimis & fideliſſimis exemplaribus, ut non turbide per variorum hominum hariolationes in diverſa velut portentoſa ludicra diſcedant, ſed fere conſentiant, & preſſe retineant ſimilitudinem priſcæ lectionis, ſimulata per ſummam fidem imitatione veteris ſcripturæ, licet ejus ſententia periiſſet; unde nunquam dubitavi, quin quod veram eorum qui ſcripſerunt manum non habeamus necaſſequamur, non alteri cauſæ id attribui debeat, quam imbecillitati noſtræ, quæ aut juſtam anſam recorrigendi arripere nequit, aut non ſemper nos ad reſtitutionem ſatis inſtruit. Quod ſi exemplarium Valeſiis inſpectorum, & ut reor, annotatorum ſingulæ notulæ publicarentur, præſtare auſim futura longe plura, quæ ad inſtaurandum Ammianum a nobis poſſent proficiſci. Nam non negabo ſpecimen. Sic libro XIV cap. 6 dicuntur feminæ *jactari volubilibus*, aut ut Valeſius *volucribus, gyris*, quum in codice Regio, ut & Romana editione advertat pro media voce exſtare *volvetur*. Quæſo quæ probabilitas hujus rei aut quæ convenientia inter eas voces? Certe longe veriſimilius accidet hinc unicuique, auctorem ſcripſiſſe *jactari volucriter gyris*. Illa enim vox eſt Ammiani, ut patet ex Lindebrogianis ad librum XXVIII cap. 6. & infinitis locis. Sic eod. lib. cap. 11 dicitur Gallus Cæſar *terrore propinquantis exitus jam præſepultus*. Obſervabis, mi lector, exitum pro pernicie nunquam poni ab Ammiano, prorſus dico nunquam. Nam alia locutio eſt, quum ait *glorioſos vitæ exitus*. Et hinc contigit, ut quum libro XXV cap. 3 olim legeretur *magno ſpiritu contra exitum certans arma poſcebat & equum*, Gruterus ex Fauchetianis membranis reſtituerit *exitium*. Quod jam ſatis ſuſpectam facit hanc vocem. Quin & editio Romana habet *exituiam*. Nec poteſt eſſe dubium, quin dederit auctor *propinquantis exitii jam*. Sic millies hanc vocem adhibet. Libro XV, cap. 1 peſſime Hadrianus edidit *confeſtim a juſtitia declinavit ita intemperanter, ut æternitatem eam aliquoties aſſereret ipſe dictando*, imitans Lindebrogium, quum editio Romana, Auguſtana, Henrici legat veriſſime *Æternitatem meam*. Sic enim innuit ipſum dictaſſe aut in epiſtolis juſſiſſe ſcribi *Æternitas Mea*. Libro XV cap. 5 *Vt Romæ in circo maximo populus, incertum ratione quadam percitus an præſagio, SILVANVS DEVICTVS EST, magnis vocibus exclamaret*. Sic edunt hodie plerique, quum in Romana editione habeatur *præſagio & Silvanus devius magnis*, Auguſtana *præſagio ut SILVANVS DEVIVS magnis*. priore loco voculam *ut* non agnoſcente. Hic tacent Valeſii, quum utique ſit aliquid non ſatis certum. Quaſi vero pugna ingens expeditioque ſuſcepta eſſet, cujus exclamaretur felicitas. Unus Lindebrogius notat in MS. Flo-

rentino legi *Et Silvanus devii eſt*, nec dubito quin tale quid fuerit in codicibus per Valeſios inſpectis. An igitur cunctari poſſumus, quin ex eo credamus clamorem iſtum fuiſſe, & Ammianum ſcripſiſſe, SILVANVS DESIIT ESSE, quam deceſſoris mei Zuerii Boxhornii conjecturam pro veriſſima amplector. Eodem libro cap. 6 *Ne vi nimia tormentorum levi corpore fatigato, reos atrocium criminum perſpicue citari faceret multos.* Sic edidit Hadrianus neſcio qua fiducia, certe ineptiſſime, quum omnes ante eum pro undecimo vocabulo *promiſcue* vel *promiſce* legant, quorum utrumcunque eſt veriſſimum. Libro XVI cap. 5 miror contemptis libris MSS. edi *ex rhetris Lycurgi & axonibus*, quum Auguſtana *ex Lycurgi id eſt axonibus*, æque ac miror in MSS. ipſis legi teſte Valeſio *ex rhetris Lycurgi, id eſt axibus.* Expreſſum vero id vidi in Romana editione *Lycurgi.* I.*axibus*, quum utique ſciverit Valeſius, ſciat omnis orbis, poſteriores non eſſe Lycurgi, ſed Solonis. Gruterus ſilens de excerptis duorum codicum, quæ habuit, ſuſpicatur excidiſſe eam ipſam appellationem ob ſimilitudinem literarum, quæ prava accuſatio eſt bonorum librariorum. Nam nihil certius poteſt eſſe, quam ab iſta concordia codicum nos eò duci, ut credamus dediſſe Ammianum *ex rhetris Lycurgi, item axibus* vel *axonibus.* Quippe infinitis exemplis conſtat ſolita eſſe in MSS. libris commiſceri *idem, item, id eſt*: & ſic alia nota perperam intellecta fecit, ut libro XVII cap. 12 *eſſe Valeriam* exhibeat Romana, quum in MSS. ſit c̄c. Eodem libro cap. 11 *Invaſere Lugdunum incautam: eamque populatam niſu valido concremaſſent.* Sic putant Valeſii ſe recte defunctos eſſe, quia alibi *niſu valido firmare* dixit auctor, quum MSS. libri hîc legant *viſu.. a concremaſſent.* Quæſo per Muſas! unde hinc liquide exſculpi potuit niſus ille validus? Utique teſtatur ipſe primam literam in ſcriptis exſtare v, non n. deinde finalem & proximam verbo *concremaſſent* eſſe a, non o. Quid inde poteſt ſequi, niſi ut ſcripſerit *populatam vi ſumma concremaſſent*, ut XXIII, 6. *Quibus ineuntes prælia viri ſumma vi vehi exſultantes ſolent.* XXIX, I. *Quorum ſumma vi ſalus crebro oppugnabatur.* Alibi *nimia vi* ſolet ſcribere. Sic indigne videtur tractari Ammianus lib. 4 de obeliſco. *Sola poſt hæc reſtabat erectio, quæ vix aut ne vix quidem ſperabatur poſſe compleri: erectiſque uſque periculum altis trabibus, ut machinarum cerneres nemus* &c. Unde illic inolevit τὸ *erectiſque?* Editio Romana habet *id eſt iſque periculum*, quod haud dubie eſt ex Mſto. Auguſtana *id eſt abſque periculo. Altis*, ex mutatione editoris. Unus Lindebrogius Romanæ editionis lectionem ab codice Florentino teſtatur confirmari. Non poſſunt aliter in MSS. ſuis inveniſſe Valeſii. Et cur tacent? Si verum vis, ſcripſit Auctor *fixis uſque ad per.* Semper certe illo verbo in tali negotio utitur. XIX, 2 *acies immobiles ſtabant, ut fixæ.* XX, 7 *machinæ hærebant velut altis radicibus fixæ.* alibi *fixis tentoriis.* XXII, 15. *Si ſtipitem quiſquam fixerit rectum.* Sic libro XVII cap. 5 pro *maximopere* una editio Romana, fideliſſima ſcripti codicis imitatrix, habet *maximo opere.* Sic libro XVII cap. 9 legitur *ſperans ex Chamavorum ſegetibus id ſuppleri poſſe, quod ablatum eſt.* At in Romana editione non exſtat illud *poſſe.* Quod propterea non dubito etiam abeſſe ab libris ſcriptis, & immiſſum ab illis, qui non cogitabant *ſuppleri* hoc loco uſurpatum pro ſuppletum iri, ut in Cicerone idem deprehendi tum alibi, tum in epiſtola XVIII ad Brutum: eſtque idem lapſus, quem Valeſius inducere in Ammianum voluit, quum in libri XIV poſtremis verbis legendum ſe ait conjicere *ſcrutari poſſe putabit*, quum media vox in nullo legatur antiquo codice, & Gruterus recte jam τὸ *putabit* confirmans ſtatuiſſet ejus interpretationem eſſe *ſcrutari poterit*, at Boxhornius rem non perſpicue videns malo ſenſu daret *ſcrutari putabit.* Sane omnia perperam, & unica veritas in vetuſtis libris. Sed neque unquam intelligere potui, aut ad intelligenda quiſquam præit verba libri XV cap. 3. *Inter quos facile Paulus & Mercurius eminebant: hic origine Perſa; ille natus in Dacia: Notarius ille; hic ex miniſtro triclinii Rationalis.* Neque etiam dubito, quin tantundem intellexerint duo Valeſii, quod ipſi facile fatentur ex ore unius Henrici, qui animadvertit in libro XIV

non procul ab initio hunc eundem Paulum in Hiſpania natum eſſe dixiſſe; adeo ut inde colligat: aperteque ſtatuat in altero horum locorum mendum eſſe neceſſe eſſe; quum & in actis paſſionis Artemii hic Paulus notarius Hiſpanus dicatur. Sic ille maximus vir nodum nectit juſtiſſime & firmiſſime, ſed non ſolvit; cujus rei tamen copiam ei fuiſſe in uſu tot veterum codicum mihi imaginor. Neque ego mihi ſatisfeciſſem, niſi prima illa Romana editio, certe veteris libri inſtar, mihi fuiſſet ad manum, quod benignitati Ampliſſimi & Conſultiſſimi Viri JOANNIS DE WIT debeo. In ea legitur, *hic origine Perſa natus in Dacia.* ex quo patet τὸ *ille* non fuiſſe in Mſſto libro, unde iſta editio fuit expreſſa. Sed neque illa vox apparet in editione Auguſtana. Hinc patet oportere iſtam vocem expelli, & continenter ſcribi *hic origine Perſa natus in Dacia*, nempe Mercurius, cujus ſolius modo patriam inculcare debuit, non item Pauli, de quo id fecerat libro præcedente. Paulum ibi dixerat Hiſpanum eſſe: nec operæ erat aut hîc aut alibi id ipſum iterare. De Mercurio nunc notat majores ejus fuiſſe Perſas, quum ipſe natus fuerit in Dacia, parentibus ejus quamcunque ob cauſam migrare ex Perſia in Daciam coactis, exemplo eodem, quo ille apud Pariſios natus in Galliis ad Perſas abierat profugus, exindeque ſortita conjuge, liberiſque ſuſceptis, Perſis ſervierat, ut narrat libro XVIII cap. 6. Ita obſcuriſſimo loco ſubventum vides. Sed in his, quæ ſic video reſidua eſſe, luxuriari, & late evagari poſſem, ſi ratio præfationis me non contineret.

Præterea ſunt nonnulla in notis Valeſianis, de quibus admoneri publice refert, ut libro XXX cap. I in fine vult probare Ammianus ex Demoſthene, nunquam ſimilitudine aut impunitate alterius criminis delui id, quod contra ac liceat arguitur factum. Id appoſitis Demoſthenis verbis illuſtrat Valeſius, quæ certum eſt ab eo deſcripta ex ipſo Mureto, quem citat, ne inſpecto tunc quidem Demoſthene; quod liquide patet ex verbis ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἑάλω, quæ ſic prorſus quoque citat Muretus, quum eorum ſententia ſit manca & imperfecta. Itaque & Quintilianus extendens amplius reddit *Nam ut ſi quis eorum damnatus eſſet.* Hunc genitivum, qui omnino neceſſarius eſt, in Græcis omitti vides. Atqui pleniſſime & optime Demoſthenes, ὥσπερ γὰρ ἄν τις ἐκείνων προῄλω. Ne dicam mox in Demoſthene etiam non legi οὕτως ἂν συ νῦν ἁλῷς, ſed νῦν δίκην δῷς. Citavit hunc locum quoque Theon in Progymnaſmatibus pag. 11, ubi ſcribit ὥσπερ γὰρ ἄν τις ἐκείνων ἑάλω. Ipſius vero hujus ratiocinationis vim claro exemplo firmare dicam an alludere videtur Livius in concione tribunorum plebis, *proditam Veiis rempublicam eſſe ab ducibus, proditum deinde, quia illis impune fuerit, in Volſcis ab conſule exercitum* &c. vociferantium libro IV cap. 40. Item libro XVI cap. 11 ad voces *Læti barbari*, ſumit Henricus occaſionem, qua vult ſuccurrere auctori *Panegyrici dicti Conſtantio Cæſari*, ut ſcribit, quum verba ibi allegata exſtent in Panegyrico, qui dictus Maximiano Cæſari, quod etiam ſatis admonebat mentio Diocletiani. Denique videas ab Ammiano in libro XXVI cap. 8 fieri mentionem lacus Sunonenſis, de quo notat Valeſius [Videtur porro hic Sunonenſis lacus idem eſſe, qui Aſcanius a Geographis dicitur juxta Nicomediam.] Quæ conjectura binominis lacus jam diu antequam ſcriberet Valeſius, ab Abr. Ortelio in mundum producta eſt, ut patet cuicunque ex Geographico ejus Theſauro. Sed quis Aſcanium lacum appoſuit Nicomediæ? Ortelius perſpicue diſtinguit ſcribens [quo aut Aſcanium lacum aut Nicomedienſium deſignare videtur.] Et apud eundem Ortelium in v. *Nicomedienſium lacum* Pet. Gyllius obſervat, de lacu ſupra Nicomediam ſcribere Plinium, quem falſo quidam putent Aſcanium, cum hic ſit juxta Nicæam, diſtans ab illo amplius centum mille paſſibus, cujus fluvius influat in Propontidem, illius vero in Sagarim. Itaque hîc operæ eſſe cenſui annectere tabulam, quæ exſtat Viennæ in codice membranaceo Ariſtæneti epiſtolarum indicante Lambecio, ubi cuicunque ſpectanti patet propinquitas Nicææ urbis & ſubjecti lacus Aſcanii.



Sed neque audiri meretur Jo. Pricæus, dum in notis ad Apulejum Mileſ. librum VII pag. 359 notat [Ammianus lib. 26 ex Apulejo noſtro *Gradum ſenſim referentes moris diuturnis excruciabant.* repono ex Auctore noſtro *m. diutinis e.*] Locus hic exſtat libro XXV cap. 6. Quæ conjectura eſt ſine ulla cauſa, quum aliter potuerit loqui Apulejus, aliter Ammianus, licet ſæpe imitans, nunc tamen ſe retinens. Ut enim *diutinus* placuit Apulejo, (& *uſus diutinus* etiam Ammiano XVI, 12, at prope illic *uſu præliorum diuturno*) ſic *diuturnus* Ammiano, unde alibi *ærumnis diuturnis attritus*, alibi *diuturna carie*, *diuturnos errores Æneæ*, *diuturna Principis permanſio*, *diuturnam morborum aſperitatem.* Cui ipſi etiam nequaquam aſſentiendum cenſeo in eo quod ad ejuſdem Apologiam affert, quaſi lib. XIV cap. 6 ſcribi oporteret, *Dotatur ex ærario filia Scipionis*, *quum nobilitas & flos adultæ virginis diuturnam abſentiam pauperis erubeſceret patris.* Graſſatur enim licenter contra veteres codices, qui manifeſte dictant fuiſſe *cum nobilitas florem adultæ virginis diuturna in abſentia pauperis erubeſceret patris.* Sed etiam præter cæteros animadverſione dignus locus eſt lib. XXVII cap. 3 *collecta plebs infima* Lampadii *domum injectis facibus incenderat & malleolis*, *ni vicinorum & familiarum veloci con-*

curſu a ſummis tectorum culminibus petita ſaxis & tegulis abſceſſiſſet. Ubi egregie Hadrianus excitavit renovavitque illud *vicinorum*, quod diſputat in præfatione; quum etiam in Vaticano libro exſtare ſciam, *ne vitiorum*, non *ne ſervitiorum*. Sed quum idem voluit *familiarum*, nequivi illuc accedere. Cauſatur familiares & amicos Lampadii, ſummum domus ejus tectum conſcenſuros non fuiſſe, ſed opera ſervorum ſuorum ad arcendum incendium & ad repellendam plebem uſuros. Quæſo cur non illi æque, ac vicini? An vicini ejus non erant aut poterant eſſe eadem dignitate, qua familiares? Cur autem familiares & amici ejus, ſi ad manum eſſent, non conſcenderent ea cauſa tectum? præſertim ſi celeritatem ea res requireret? Familias ſumi pro ſervis tralaticium eſt. Et ſane teſtatur *familiarum* legi in codice Colbertino. Attamen putavi familiares magis convenire cum vicinis, quam ſervos, quum utique vicini poſſent eſſe ingenui. Quidquid ſit, quum priores conſentiant in τὸ *familiarium*, ne quid abſcondam, putavi Ammianum hic ante oculos habuiſſe Tullium, cujus verba ſunt de ſenectute cap. 7. *Poſſum nominare ex agro Sabino ruſticos Romanos vicinos & familiares meos.* Mulieres & ſervitia ex tectis jacientia regulas & ſaxa jungit Livius v, 21. Neque tamen taceri debet, quod velut ex ſuo promit Valeſius lib. xiv, cap. 2 *Cognitis enim pilatorum cæſorumque funeribus*, eſſe ipſum Boxhornii; perinde ac libro xv cap. 6 ejuſdem ἄζεμα eſt *pondus largiretur*, etſi tanquam omnibus qui iſtud legerunt fatiſcentibus ſcribat Valeſius ex relationibus ſcripturæ variæ, quam ex libris priſcis memorat, apparere ſic legendum eſſe; atque etiam xvi, 11 quod ſimili pompa profert, *concade*, quod ſi inſpexeris, palam dixeris vidiſſe Valeſium in Boxhornio. Quin & libro xviii cap. 4 quum Boxhornius in MS. notari ab Lindebrogio advertiſſet *paritas*, ex continenti ſubjecit [e quo facies *parvitas* aut *raritas*] limis oculis id prætermiſit Valeſius, quum quod Ammiano perierat, ſic jam biennio ante in his oris fuerit reſtitutum, antequam innoteſceret Lutetiæ. Certe non ego is ſum, qui amare poſſim notas domino ſuo uberiores. Ne & hoc reticeam, diſplicet in editione poſtrema Pariſina varietas & inæquabilis in ſcribendo fluctuatio, ut *Samoſata* modo ut fæmininum ſingulare, modo ut neutrum plurale, nunc *Darius* nunc *Dareus*, de quo notavit Henricus. Libro xiv, 8 *Caſſii montis*, alibi *Caſii*. xvi, 4 edit *die noctuque*, ſed xviii, 4 & xxviii, 4 *eandem incudem diu noctuque tundendo.* Libro xxix, 1 & xxxi, 2 edit *cladum*; ubi omnes, etiam Henricus ante eum *cladium*, quam formam retinet initio libri xx, & eodem libro xxxi, 16. Itidem *Gothi* & *Gotthi* in libro xxxi, cap. 2. hic *Euphratem*, illic *Euphraten*. quartus pluralis nunc in *eis* nunc in *es* terminatus. Quæ omnia non alium in finem colligo, niſi ut pateat præter lacunas hic illic hiantes inſanum multa in hoc ſcriptore reſtare ſananda, utque ad eam ſpem ſe erigant illi, quorum ea felicitas eſt, ut libros ante typographiam inventam ſcriptos queant inſpicere.

Erant alia, quæ ad Ammianum pertinentia poſt præfationes poterant addi, ejuſdem ſcilicet generis collectanea, qualia ab Chifletio conſcripta addi judicavit Hadrianus, & hujus exemplo etiam nos; etſi profecto digna, quæ cum Henrici ſolida & perdocta præfatione jungerentur, nequaquam judicantes. Talia ſunt, quæ conſcripſit Ger. Jo. Voſſius, & Balthaſar Bonifacius, ſimileſque, ac modo Mart. Hankius. Sed quum ea ignorare nullus paulo humanior queat, neque quidquam afferatur, quod ante ipſos ignotum orbi fuit, facile permittimus, ut in eis ipſi auctores ſibi placeant.

Atque ita meo & loco & nomini reſponſum, ut opinor, erit, hæc qualiacunque nominari merentur, exaraviſſe; & tum publicæ eruditionis adjuvandæ ergo, præſertim vero ut noſtratium juvenum ingenia, mirum quantum noxiis conſiliis in arctiſſimas, quas falſa ſed glorioſa inſigniunt multarum hiſtoriarum ſpecie, compendiorum anguſtias & vanas hodiernorum acroamatum quiſquilias concluſa, iſtâ etiam varietate paſcantur, in hac ſtatione mea iſtum quoque pulverem

colligiſſe. Quod ſi tamen hic titulus nimium conſpectus nimiumque honeſtus videtur, licuerit mihi me in hanc laboris placiti faciem commiſiſſe, ut etiam Hylas a me dictus fuiſſe oſtendatur, vel potius ab Ammiano dictum fuiſſe Hylam me oſtendente appareat: quod ne proverbiali jaculatione in alterutro a me ſcribi opineris, teſtabitur libri alterius ab vigeſimo caput octavum. Hinc jam nihil niſi publicæ benevolentiæ hæc diſcrimina mea commendo; in quæ præter cauſas jam memoratas tanto facilius attrahi me toleravi, quod hic ipſe Ammianus erat, cujus exemplar ab Lindebrogio uſurpatum, primum omnium inter vetuſtos Florentiæ codices vidi, quum bibliothecam S. Marci elegiſſet ad committenda benevolentiæ ſuæ, quæ immenſa & incredibilis futura erat, pignora Illuſtris & tum de omni ſtudiorum ac ſtudioſorum hominum genere, tum de me & fratre meo optime meritus ANTONIUS MAGLIABEQUIUS, & hunc ante omnes codicem e forulis produci jubendo tacitum ejus amorem, infixum quidem jam ante, longe ardentiorem inſpirans ſic quoque me devinciret ad grates laudeſque æternas Illi agendas. Vale igitur, Lector, & tibi gratulare, quod, quamtumvis duro, aſpero, incompto & plane barbaro ſermone, ut ex laſcivis omnino ingeniis nonnulli ſuſtinuerunt opinari, ſcripſerit Ammianus; id tamen quod iidem ſpernendi profecto & pro nugacibus damnandi addiderunt, ſcripſiſſe ita, ut vix quid dicat conſequi poſſis, rebus queas refutare, ac partem ſæculorum utique digniſſimam, quam & Chriſtianus homo recognoſcat, certe clareque contemplari.

Nunc aliqua de nummis & figuris, quas non ad ocliferia ludicra, ſed illuſtranda huic hiſtoriæ adjungi curavi.

Tabula I.

In his numm. 1, 2 & 3 geminatus adeſt Hanniballiani nummus, pertinens ad paginam 3. quorum minorem ex Henr. Valeſio repetivi, admodum miratus, cur Hadrianus eundem ſolum modo repoſuerit, quum Triſtanus tom. III *pag. 501 diſerte malæ tractationis illum arguat, & ideo integriorem iſtic produxerit, unde hic etiam conſpici debere judicavi tanto exactius ex illo refectum, quanto pejus illum deformavit & Du Cange in familiis Auguſtis Byzantinis & nupera Occonis editio, inſigni feſtivitate in fictam & trucem torvitatem verſa. Quin etiam tanto magis ad hanc duplicandam obligatus fui, quod alius ex Gallis, qui ſermone hodierno Gallico Ammianum interpretatus eſt, etiam nihil aliud in notis hic novit, niſi hoc: M. Valois rapporte l'Image d'une medaille de cet Hannibalian: quæ profecto tam obſcura eſt, ut ipſe utique nequiverit dignoſcere. Nec laudabilior eſt deſcriptor cimeliarchii S. Geneſeuæ nunc offerentis* ANNIBALIANO.

4 & 5 referunt graciles camelos ad curſum uſurpatos vel dromadas, ab Ammiano memoratos pag. 17 ex Patiniano theſauro nummorum Caracallæ & Commodi.

Reliqui iſtius tabulæ nummi faciem Criſpi, de cujus nece Ammianus refert pag. 63, oſtendunt, quam ita frequentem ſubjeci, ut rideas hominum negligenter audacium alienas ab vero picturas in naſo & aſpectu tantopere diſſonantes. Horum ſeptem primus eſt petitus ex Croyanæ gazæ tabula LXV, *ſecundus ac tertius ex Triſtano, quartus Patinianus, quintus & ſextus e theſauro Palatino; ſeptimum nuper præfixerunt nummis Occonis.*

Tabulæ II

Nummo primo & ſecundo exhibetur Nemeſis, de qua Ammianus pag. 65. quorum ille ſuppeditatus ab Triſtano tom. II *pag. 366, poſterior ab Andrea Morellio in tabula nona ſpeciminis rei antiquariæ, utrobique tamen ſine gubernaculo & pennis, quas ut alii, ſic in ea quoque ſpectavit Ammianus.*

****

Num. 3, 4, 5, 6, 7 exſtant Vetranionis, cujus meminit auctor pag. 70, vultus: horum priorem dant Croyana, ſecundum & tertium Triſtanus, quartum theſaurus Palatinus, quintum editio nupera Occonis.

Nummi 8, 9, 10 depingunt allocutionem, quam tangit Ammianus pag. 100, tanto libentius hîc addendam, quia prior repetitur ex ipſo Lindebrogio, qui eam notis ſuis inſculpi curavit, idque ex nummo Probi Imperatoris, neſcio quam ſibi auctoritatem arrogantibus Gallis, qui nuper contra judicarunt auferendam. Ea tamen quoniam non ſatis accurate videtur expreſſiſſe archetypon; adpoſui alteram ex theſauro Palatino, tertiam ex Morelliana tabula 11, utramque Probi. Alios nummos duos Allocutionem ſolennia oſtenſuros ex Ser. Chriſtinæ gaza memini vidiſſe chartæ inciſos, ſed nimis inſcite.

Duo poſteriores habent Imp. Juliani conjugem Helenam, de qua ſcribit Ammianus pag. 103, priorem ſumptam ex Triſtano, poſteriorem ex editione ultima Occonis.

Tabulæ III

Nummus 1 habet Decentii Cæſaris vultum Triſtano præbente tom. III pag. 651, cujus meminit Ammianus pag. 151.

2 & 3 Vejovem, de quo Ammianus pag. 187. ex meis nummis & ipſa veritate ſimulatum, quum prout vulgo in Familiis Romanis editur, in paternis notis ad Gellium eſſet poſitus.

4 Refert Ulyſſen pileatum in gratiam notæ Valeſianæ pag. 239 ex meo nummo.

5 Prodit memoriam expeditionis Conſtantis Britanniam, quam obiter attingit auctor pag. 254, acceptus ex theſauro Palatino pag. 374, ſane in quibuſdam non ad ſimilitudinem ejus, quam habet Triſtanus tom. III pag. 619.

6, 7, 8, 9 Offerunt formas habituſque Genii, cujus meminit Ammianus pag. 267 varie deformatos, quia Ammianus diſtincte non addit, quo potisſimum modo apparuerit. Horum primus eſt Neronis inter Croyanos tabula XX, quem inde petere debui, non ex Gallica nuper Ammiani editione imitari, ut in qua perperam barbatus fingebatur, ut dixi in præfatione; ſecundus Morellianus ex tabula VIII, tertius Triſtani tom. I pag. 570, quartus ejuſdem tom. III pag. 65. Ex quibus certe in nummis ad ætatem Juliani proxime accedentibus ſecunda figura frequentisſime ſolet conſpici.

10 Deſcriptus ex Theſauri Palatini pag. 380 oſtendit Julianum, ut ſub ſpecie victoris aliquem depreſſerit. Quis ille ſit, vehementer in commentario illic ambigi video, quum de Chnodomario intelligere multa vetent; ut tandem ſtatuatur credibile eſſe, poſtquam Conſtantio declaraſſet inimicitias, ut hanc Chnodomarii captivitatem ſibi vindicaret, ejuſque memoriâ etiam nationes ineſcaret, & militibus blandiretur, non tantum eam expresſiſſe in numiſmatibus, ſed & Virtuti exercitus Romani adſcripſiſſe. Quod ſatis laborioſe excogitatum & nimis profecto arcesſitum, plane non eſt credibile in animo Juliani aut Sirmienſium fuiſſe, præſertim quum ipſe Ammianus hujus nummi explicationem nec ita operoſam & ſatis certam præbeat pag. 292 non de illo, ſed de Vadomario, quem cis Rheni ripas egreſſum, Philagrius aſtute mox & fortiter apprehenſum rectori militum commiſit artè cuſtodiendum apud ſigna, deinde ad principis caſtra exhibuit, id ſtudio curantis ingenti, ne Juliano diſcedente a Galliis, immanisſimus homo provinciarum ſtatum ægre compoſitum licentius conturbaret. Quæ hiſtoria plane ad tempus expeditionis adverſus Conſtantium proxime accedit.

11 Schema munitionis ex notis Lindebrogii revocatum pertinet ad paginam 305.

12 Eſt facies Magnentii, cujus mentio ſit ab Conſtantio in Hieropolitana allocutione pag. 310, ex nummo meo.

Tabulæ IIII

Nummus I *pertinet ad paginam* 311, *revocatus ex notis Lindebrogii, Hamburgi editis, non Lutetiæ.*

2 *Exhibet habitum Fortunæ velut mundanæ Copiæ cornu geſtantis propitiæ Juliano orbem Romanum placide jam regenti, ut explanat Ammianus pag.* 345, *petitus ex Croyanis tab.* XXXI *num.* 18.

Reliqui duodecim huc afferunt integram tabulam theſauri Patiniani, ideo junctim omnes additi, quod varie interpretentur vota publica, *quibus Antiochiæ exceptus in ſpeciem numinis ſcribitur Ammiano pag.* 349, *nec opus alia his adjicere.*

15 *Sumptus ex Croyanis tab.* XXXIX *num.* 7 *continet hippotamum & crocodilum, de quo utroque agit auctor pag.* 365 *&* 366.

16 *Refert Apollinem Daphnæum Antiochiæ, ut vocat auctor pag.* 356, *huc delatus ex Vaillantii Coloniarum parte* II *pag.* 226 *&* 277.

Tabulæ V

Nummus I *præfert Genii urbis Antiochiæ gradile templum, quod Kalendis Januariis aſcendiſſe Julianus dicitur ab Ammiano pag.* 381, *repoſitus ex eadem Valliantinæ induſtriæ parte, ubi quidem ſæpius id ipſum ſic occurrit: ſed miror identidem illic confundi duas Ammiani deſcriptiones, & ad illuſtrationem hujus nummi allegari, quum altera ſit de templo Genii Alexandriæ, non Antiochiæ; ut quum pag.* 278 *id fuiſſet exhibitum, ſubnotatur Antiochiæ urbis Genium eſſe in aditu templi, quod illi exſtructum memorat Ammianus lib.* 22, Reverſus ex comitatu Principis, quum tranſiret per ſpecioſum Genii templum. *Id ipſum repeti videbis pag.* 296 *& licet non omnia verba, tamen illud ſpecioſum pag.* 300 *&* 317. *Plane ſic commiſcetur templum Alexandriæ cum Antiochenſi. Nam de Alexandrino ſic vides loqui Ammianum pag.* 353.

2 *Deam Cæleſtem, quam nominatam ab Ammiano pag.* 357 *inſeruimus ex noto Severi nummo inter Croyanos tab.* LIII *num.* 18.

3 *Appoſitus eſt ob cultum Caſii Jovis, quem declaravit Ammianus pag.* 359, *adeptatus ex theſauro Patiniano pag.* 180 *etiam quidem ſub* Trajano *cuſus, ſed alia inſcriptione, quàm nota fuit Valeſio, ut aperit in notis. Et ob eandem inſcriptionem additus eſt & alter ab Whelero publicatus in itinerario, etſi forſan non huc pertinens, quum ſit percuſſus* Corcyræ, *cui vicina erat Caſſope.*

5 *Exponit vultum Juliani, etiamnum Nobiliſſimi Cæſaris, ideoque ſine diademate ex nummo integerrimo meo feliciſſime ſimulatus, quod parum apparebat in aliis.*

6 *Vultus eſt ejuſdem, ſed jam in ſumma fortuna; qui etiam ſumma cura ex meo eſt elaboratus.*

7 *Explanat Apin ab Ammiano deſcriptum pag.* 360, *quem mutuatus ſum ab Triſtano tom.* I *pag.* 514, *præclare referentem illud quod in diverſis genitalium notarum figuris exprimi maxime omnium notat, nempe corniculantis Lunæ in dextro latere inſigne. Nec ob aliam cauſam adjeci nummum* 8 *&* 9 *ex Triſtano theſauroque Patiniano & Palatino iteratum. Eum ubique video exponi de frequentibus taurorum immolationibus ab ipſo noſtro Ammiano memoratis ita, ut fere & ipſe ad illam multitudinem nauſeet pag.* 355. *Quod mihi tamen non videtur, quum non is fuerit Imperatorum mos, ut utique ſacrificia, quæ frequenter pararent, nummis inſculperent. Itaque percuſſum eum opinor ad memoriam hiſtoriæ, quam citato prius loco narrat auctor, nempe ſuo tempori contigiſſe, ut novus exſiſteret Apis. Id gratulans ſibi Julianus accepit velut ſecuritatem reipublicæ per Orientem & Occidentem, ſi*

ita placet interpretari ſtellas, hac ratione fundari, hinc vel ſibi victorias paratum iri & laureas ſignificat per aquilam expanſis alis ſertum roſtro porrigentem, vel ſe huic tanquam auctori laureas ſæpe miſſurum. Utique id tantum non clamat ibis in nummo ſeptimo expreſſa, ut ille taurus reſpiciat Ægyptum, æque ut illa volucris, non vulgaria ſacrificia.

8 *Vultus profertur Joviani, quem ex meo nummo fingi curavi, quum optime in eo appareat, ut obſervat Ammianus pag.* 466, *motus corporis gravis cum vaſta proceraque ſtatura, quæ non ſatis exprimitur ab vulgatis.*

Tabulæ VI

Nummi 1 & 4 *habent effigiem Valentiniani & Valentis Augg. quibus tertium appoſui ex Croyanis tab.* LXVII *num. ult. quia videtur is vel boni ominis gratia percuſſus fuiſſe, quum participarent imperium, vel quum ſimul proceſſerunt conſules, de qua re agit auctor pag.* 496.

2 *Excepi ex Triſtani tom.* III *pag.* 428, *quum præclare oculis exponeret, quod ſcribit Ammianus pag.* 477 Nam & Maximiani ſtatua Cæſaris quæ locata eſt in veſtibulo regiæ, amiſit repente ſphæram æream, formatam in ſpeciem poli, quam geſtabat. *Nam & nummus ille Maximiani eſt, ut mirer ab diligentisſimo antiquario hunc locum illic citatum non eſſe, quem unice depingit.*

5 *Effigiem Procopii incidi curavi, quum ea ſatis raro offendatur, (etſi Ammianus perſpicue agnoſcat pag.* 506 aureos nummos effigiatos in vultum novi principis) *petitam ex editione nupera Occonis.*

6 *Quoque adferre debui ad Conſtantinianam Dafnen ſpectandam, cujus meminit auctor pag.*529, & *plane Valeſius ad hunc nummum reſpicit, petitum ex theſauri Patiniani pagina* 466.

7 *Refert imaginem Boni Eventus ex Scriboniæ gentis nummo petitam.*

8 *Agmen clauſurus repetit vultum Nepotiani, cujus nomen & memoriam ſcriptis ſuis ſero indidit Ammianus pag.* 551, *lineamentis ſtudioſe expresſis ex Triſtani tomo* III *pag.* 626, *quod non videtur curaviſſe editio nupera Occonis.*


Ad mentionem tamen Cæſareæ in Cappadocia & verſantis illic Conſtantii appoſui ſapphirum, cui commiſſa fuit memoria venationis Conſtantii, ſatis notam.

His denique adfingi curavi & latera quatuor obeliſci, prout ex ſtructura ipſa ab aliis fuerunt excepta in lineas & publicata, nunc ad commodisſimam hujus editionis rationem converſa, ſic tamen ut cautisſime omnia retinuerit ac ſpectanti offerat. Atque hæc a me exſpectari oportuiſſe judicans, metam hujus operæ pono.

H A-

Tab. I.


CL. HANNIBALLIANO. REGI.
SE CURITAS. PUBLICA.
1
2
FL. CL. HANNIBALLIANO. REGI.
3
SECVRITAS. PVBLICA.
CONOB
4
N. TR. BOCT RA.
5
6
FL. IVL. CRISPVS. NOB. CAES.
7
IVL. CRISPVS. NOB. CAES.
8
DN. CRISPO. NOB. CAES.
9
CRISPVS. N. C. COS. II.
10
CRISPVS. NOB. CAES.
11
DN. FL. IVL. CRISPVS. NOB. CAES.
12
CRISPVS. NOB. CAES.




Tab. 11.


1
BYZANTIΩN
2
TIANΩN NEMECIC
3
DNVETRANIO. P.F. AVG.
4
D.N.VETRANIO P.F. AVG.
A
5
D.N.VETRANIO. P.F.AVG.
6
D.N.VETRANIO P.F. AVG.
A
7
DNVETRANIO P.F. AVG.
8
9
AD.LOCVTIO. AVG.
10
ADLOCVTTIO AVG.
11
HELENA. FL. MAX.
12
FL.HELENA AVGVSTA.

Tab. III.


1
MAG. DECENTIVS. NOB. CAES
2
3
4
5
REPARATIO
FEL TEMP
TRS
6
GENIO AVGVSTI
S C
7
BONO GENIO PII IMPERATORIS
K
ALE.
8
GENIVS POP ROMANI
9
GENIVS PR
10
VIRTVS EXERCITVS ROMANI
SIRM
11
12
D.N. MAGNENTIVS. P.F. AVG.





Tab. IV.



1
VIRTVS AVG
2
FORTVNA AVGVSTI
3
DEO SARAPIDI
4
VOTA PVBLICA
5
DEO SERAPIDI
6
VOTA PVBLICA
7
VOTA PVBLICA
8
VOTA PVBLICA
9
VOTA PVBLICA
10
11
12
VOTA PVBLICA
13
DEO SERAPIDI
14
VOTA PVBLICA
15
NILVS
16
S C

TAB. V.


1
ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛΩΝ
ΑΝΤΙΟΧЄΩΝ
Δ Є
S C
2
INDVLGENTIA AVGG
IN CARTH
3
CЄΛЄΥΚЄΩΝ Π CΥΡΙΑC
ΣΕΥΣ
ΚΑΣΙΟΣ
4
ΚΑCΙΟC
5
D N CL IVL IANVS NC
6
D N FL CL IVLI ANVS PF AVG
7
ΕΛ·Κ·Δ·
8
SECVRITAS REIPVB.
P. CONST
9
SECVRITAS REIPVB.
S CONST
10
D N IOVIAN IS PF AVG

TAB.VI.


1
DN VALENTINI ANVS PF AVG
2
PRINCIPI IVVENIT
3
VICTOR IA AVG
TROBS
4
DN VALEN S PF AVG
5
PROCO PIVS PF AVG
6
CONSTANTINI ANA DAFNE
CONS
7
BON EVENT
LIBO
8
FL·POP·NEPOTIANVS PF AVG
SAPHIRVS CONSTANTII.
CONSTANTIVS AVG



HADRIANI VALESII
HISTORIOGRAPHI REGII
AD LECTOREM
PRAEFATIO
IN POSTERIOREM AMMIANI M. EDITIONEM.

HISTORIAM Romanam antiquitatis ſtudioſi ſemper ceteris omnibus non immeritò prætulere. Nam cùm Imperium jam inde à Julio Cæſare atque Auguſto maximas ac nobiliſſimas Europæ, Aſiæ Africæque Provincias complectatur: accidit res Romanorum legentibus, ut uno ſimul tempore in unius populi bellis civilibus ac externis, omnium nationum, & totius ferè generis humani per orbem terrarum geſta cognoſcant: quo quid fieri, quid fingi poteſt utilius atque jucundius? Inter Hiſtoriæ Romanæ Latinos Scriptores proximum Cornelio Tacito & Suetonio Tranquillo, quos & ſecutus eſt, locum tenet Ammianus Marcellinus, res Romanas annorum CC. XXCIII. ab exortu Nervæ ad Valentis Aug. mortem XXXI. libris complexus. Hunc Itali, Galli, Vindelici, ipſi etiam Germani, aliique clariſſimi Europæ populi certatim in membranis diligentiſſimè deſcripſerunt, & in nobiliſſimis ac locupletiſſimis Bibliothecis ſervandum curaverunt. Ex quo judicari poteſt, quanti celebrem Auctorem fecerint, cùm tamdiu tam aſſiduam operam dederint, ut (quantum in ipſis erat) ſalva ad poſteros ejus Hiſtoria perveniret. Intelligebant nimirum utilitatem Operis, quo plurima memoriâ digniſſima continerentur, quæ ab aliis partim tranſcurſu dicta, aut in artum contracta, partim etiam ex toto omiſſa eſſe conſtabat. Poſt inventam artem Impreſſoriam, eruditis ingeniis non minor fuit cura librorum Ammiani. In Italia, in Gallia atque Germania docti clarique Critici atque Typographi, ope codicum antiquorum adjuti, pro ſe quiſque Ammianum publicavere, dum alii alios ſagacitate, judicio ac labore ſuperare contendunt: nec ullum alium Scriptorem toties typis mandatum memini. Igitur anno M. CCCC. LXXIV. Romæ, ubi nata & compoſita fuerat, primùm edita eſt Ammiani Marcellini Hiſtoria, ſtudio A. Sabini Poëtæ laureati. Secuta eſt Romanam aliquanto pòſt editio Bononienſis in Æmilia; mox Baſilienſis Johannis Frobenii; tum unius ejuſdemque anni duæ, altera Mariangeli Accurſii Auguſtæ Vindelicorum, V. libris Ammiani auctior; altera Hieronymi Frobenii Johannis filii Baſiliæ Sequanorum, curante Sigiſmundo Gelenio: anno XIII. poſt iterum alia Frobenii Baſiliæ, uno libro locupletior: Roberti Stephani, deinde Henrici Stephani editiones Luteciæ Pariſiorum, Sebaſtiani Gryphii Lugduni Seguſianorum, alibi aliæ, quas ſingulas ac univerſas enumerare difficile ſit ac ſupervacaneum. Et illi quidem Editores ad unum omnes tantummodò curaverant, ut Ammianum Marcellinum emendatiorem & auctiorem haberemus. Primus Fridericus Lindenbrogius Hammaburgenſis J. C. vir eruditus & diligens, quod nemo antea tentaverat, facere aggreſſus eſt; nec contentus auxilio codicis Florentini aliqua in Ammiano correxiſſe, anno M. DC. IX. Auctorem

intellectu perquam difficilem perpetuis obſervationibus expoſuit: varias etiam codicis Florentini ac priorum editionum lectiones adjecit. Lindenbrogium Janus Gruterus excepit, qui Ammianum ope veteris codicis emendatum, ſed nudum à notis & obſervationibus publicavit. Heic notandum eſt, Marcellini XIII. priores libros, quibus res CC. LVIII. annorum continebantur, ſummo Hiſtoriæ Romanæ damno in omnibus priſcis codicibus deſiderari; poſteriores libros octodecim pæne eiſdem ac totidem ubique lacunis deformatos reperiri.

Ad hunc igitur modum ſe habebat Ammianus Marcellinus, & duabus poſtremis ejus editionibus plerique adquieſcebant. Intellexit Henricus Valeſius frater meus, veterem hac bonum Hiſtoricum, injuriâ temporum, negligentiâ ſcriptorum, & audaci nonnullorum Criticorum inſcitiâ depravatum ac mutilum, validioribus remediis indigere, ut in priſtinum nitorem reſtitueretur: & ſuſcepto improbo labore, veterrimas Marcellini editiones, quæ nobis membranarum ex quibus deſumtæ ſunt, inſtar eſſe debent, diligentiſſimè evolvit, & cum optimis codicibus mſſ. contulit, ut celeberrimi nominis Hiſtoricum, quantum fieri poterat, emendaret. Ut autem notis diffuſis, doctis ac laborioſis eumdem explicaret, & omnibus fidem diligentiamque præſtaret; non Hiſtoriæ ſolùm Romanæ Scriptores Latinos ac Græcos ad Ammiani tempora pertinentes; ſed etiam quoſcumque alios æquales ejus ætatis aut ſuppares, Leges quoque Romanas Codicis Theodoſiani exactè perlegit. Ea ratione Marcellinus à mendis quamplurimis vindicatus, & anno M. DC. XXXVI. Pariſiis eſt editus vivo adhuc Lindenbrogio: & unà cum difficillimis quibuſque Auctoris locis Romanæ eorum temporum antiquitates ac leges, dignitates Palatinæ, civiles, ac militares explicatæ. Nihil Valeſius intactum, nihil intentatum reliquit: nullos (ſi ita loqui licet) ſcopulos metu periculi aut laboris vitavit. Miratus eſt Lector ſollertiam, ſagacitatem, acumen, felicitatem etiam hominis ſingularem in corrigendis deſperatis Ammiani locis; doctrinam in exponendis: altiſſimum ejus ingenium, acerrimum judicium, variam ac interminatam eruditionem tum agnovit quiſque atque ſuſpexit. Superfuit Valeſius editioni Ammiani annis quadraginta. Per tot annos licet Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ aliiſque operibus vacaret, nihil ſibi patiebatur elabi, quod ad Ammianum Marcellinum pertineret: ut quidque occurrerat, ſedulò adnotabat, & libro ſuo curabat adſcribi. Sic ſenſim accreverunt emendationes obſervationeſque, tanto pluris faciendæ, quanto altioris ac diuturnioris erant meditationis. Hæ obſervationes ac emendationes novæ, & raritas venalium exemplarium alteram Ammiani Marcellini Editionem tacitè poſtulabant. Vivo adhuc Valeſio, novæ Editioni Blavius Typographus Batavus, pòſt eo mortuo Elzevirius ejuſdem regionis Typographus imminebat. Interceſſit Illuſtriſſimus Colbertus, & pro ſumma ſua in litteras litteratoſque voluntate, Ammianum Luteciæ publicandum curavit, ac mihi editionis curam onuſque delegavit. Optandum quidem mihi fuerat, ut meis potiuſquàm alienis operibus manus admoverem, & magis ut propriis quàm alienis ſcriptis edendis inclareſcerem: ſi tamen aliena dici poſſunt, quæ arta ſanguinis & nominis ac vitæ ſtudiorumque communitas pro domeſticis haberi jubet. Ultro igitur parui mandatis ampliſſimi & excellentiſſimi viri, cui jure à quoquam negari nihil poteſt, & cunctis ſepoſitis quæ in manibus habebam, huic uni negotio totus vacare conſtitui. Ac primùm ſingulis Ammiani libris ſuam epitomen varia in capita diſtinctam præpoſui, ut cuncti quid unoquoque libro contineretur, ſtatim in prima ejus fronte notatum conſpicerent: ſingula capita cujuſque epitomes marginibus paginarum ſuo quodque ordine appoſui: Imperatorum nomina, paria Conſulum, & annos Chriſti nati ſingulis paginis, quantum fieri potuit, exactè præfixi, ut legentes ſtatim ſcirent, ſub quo quidque Principe & quo anno geſtum eſſet. In Ammiano deletis, quæ communi doctorum conſenſu mendoſa & damnanda erant, emendationes Valeſii, Criticorum ac veterum membranarum auctoritate confirmatas, quaſdam etiam certâ conjecturâ fretas ſubſtitui. Quæ à nonnullis ad implendam ſententiam

verbis Ammiani Marcellini erant inſerta, duobus uncinis incluſi, quoties in priſcis codicibus ſcripta non reperiebantur. Notas fratris poſteriores à prioribus diſtinxi, ac duobus aſteriſcis incluſi, ut omnes intelligerent ac viderent quæ poſt editum Ammianum nova obſervaviſſet, ac Notis ſuis adjeciſſet. Addidi & inſerui ipſe non raro adnotationes ac obſervationes meas, quotieſcumque verba Hiſtorici noſtri explicationem poſtulare videbantur, & quoties codicis Colbertini, de quo infrà plura dicturus ſum, & codicis Valentini, ex quo varias lectiones P. Pithœi manu notatas legi, aliam in ſententiam me trahebat auctoritas. Ejuſdem codicis Colbertini paſſim mentionem feci, quoties cum aliis codicibus conveniebat, aut fratris mei emendationem opinionemque comprobabat. Notarum mearum pars eſt, diſceptatio de Hebdomo. Et quoniam mea à fraternis diſcernenda erant, ne à legentibus confunderentur; ea duobus uncinis diligenter incluſi. Itaque quidquid in Notis duobus uncinis clauditur, meum eſt. Ammiano Marcellino ſubjunxi de Conſtantio Chloro, de Conſtantino Magno & aliis Imperatoribus Excerpta vetera Auctoris ignoti, & ex libris Chronicorum de Odoacre & Theoderico Regibus Italiæ nonnulla magni facienda, quæ Valeſius à V. Cl. Jac. Sirmundo amico ſuo acceperat, ac notis illuſtraverat. Adjeci Indicem rerum memorabilium, quæ Ammiani Marcellini libris, notiſque fratris ac meis continentur, quàm maximâ potui curâ diligentiaque confectum, cuncta ad Hiſtoriam Romanam atque ad doctrinam pertinentia complexum. Nuda enim nomina provinciarum, urbium & locorum, atque quarumlibet dignitatum, & exempla ex antiquitate petita, ac Philoſophorum de rerum natura, ac de moribus, Theologorum de Diis Gentium placita in Indice notare inutile ac ſupervacuum exiſtimavi. Fridericus Lindenbrogius poſt editum Ammianum vixit annis plus minùs triginta: quo toto temporis ſpatio non oblitus tanti Hiſtorici, ſuis Obſervationibus plurima adjecit: quæ ex urbe Hammaburgo ad me miſſa, corpori ejus Obſervationum adjunxi, ac ſuis quæque locis inſerui. Cunctas iſtas acceſſiones duobus aſteriſcis medias interpoſui, ut à prioribus Obſervationibus ſepararentur. Addita ſunt & ipſius Collectanea Variarum Lectionum. Antonius Oiſelius, Loiſellus aliis dictus, vir doctus, codicem quemdam Ammiani M. Valentiæ Segalaunorum evolverat, cùm ibi anno M. D. LX. ſub Cujacio Profeſſore Jus Civile diſceret: ſicuti Petrus Pithœus, Cujacii quoque auditor, eadem in urbe anno M. D. LVIII. ex eodem codice varias lectiones excerpſerat, & in margine Ammiani ſui, Lugduni anno M. D. LII. à Gryphio vulgati, manu ſua adnotaverat: quas mihi beneficio V. Cl. Fauri Doctoris Theologi nanciſci contigit. Hunc codicem Ammiani M. qui Antonio Oiſelio & Petro Pithœo Valentiæ magno uſui fuit, & eidem Pithœo non multùm vetus, ſed ex vetuſtiſſimo deſcriptus dicitur, Valentinum voco, & tum in alicujus Valentiæ Monaſterii Bibliotheca ſervatum fuiſſe exiſtimo. Excerpta Oiſelii atque Pithœi, ut ex eodem fonte hauſta ſunt, inter ſe conſentiunt. Oiſelii pauculas notas à Lindenbrogio deſcriptas reperi: quas ne quis deſideraret, Lindenbrogii Obſervationibus ſubtexendas duxi. Librum Claudii Chifletii J. C. Sequani de Vita A. Marcellini, & ejuſdem libellum de dignitatibus præcipuis eorum temporum quæ ſunt ab A. Marcellino deſcripta, opuſcula minimè contemnenda emendavi ac recognovi, & poſt Præfationem fratris mei, Hiſtoriæ Ammiani præfixi. Omni denique ratione operam dedi, ut noſtra editio eſſet quemadmodum poſtrema ſic optima, & omnibus numeris abſoluta. Chifletius iſte in Vita Ammiani non ſemel meminit *Scholiorum ſuorum*, quibus eum Hiſtoricum exponere conatus erat: ſed ea numquam edita ſunt, nec apud Chifletios uſquam hodie reperiuntur.

Marcellus Donatus Ponzanus Comes, homo Mantuanus genere clarus, circa annum M. DC. ſcripſit Dilucidationes in T. Livium, in C. Tacitum, in C. Suetonium Tranquillum, in A. Marcellinum, & in V. Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores: quas omnes Janus Gruterus ſui Theſauri Critici

Tomo VI. inſeruit. Sed nec Græcos nec Latinos Hiſtoricos eorum temporum laudat, nihil ad Hiſtoriam Ammiani pertinens tractat, nullos æquales ejus ætatis Auctores attingit; Cælium Rhodiginum, & Alexandrum ab Alexandro, at quos Criticos? Italos Italus ſæpe nobis obtrudit. Præterea nullis codicibus adjuvatur: ac de Officiis tantùm Palatinis, civilibus & militaribus paucula infeliciter effudit. Quare Obſervationes ejus, aut ſicuti maluit, obſcuræ *Dilucidationes* LXVIII. circiter pagellarum in A. Marcellinum, nobis indignæ viſæ ſunt, quas editioni noſtræ adjungeremus. Nunc de A. Marcellino aliqua dicenda ſunt.

Ammianus Marcellinus, Protector Domeſticus, cum Urſicino Magiſtro militum à Conſtantio A. in Orientem miſſus: poſtea eum in Italiam, deinde in Gallias, variaſque orbis Romani partes ſecutus eſt: demum cum eodem in tractus Orientis revertit: ubi quid Urſicinus, quid ipſemet rerum egerit, & poſt mortem Conſtantii expeditionem Juliani in Perſas cui interfuit, fusè enarrat. Eum patriâ Antiochenſem fuiſſe, prolatâ Libanii ad ipſum epiſtolâ ita frater meus docuit, ut nullus dubitationi locus relinquatur. Petrus Pithœus ad latus Ammiani ſui manu ſua notavit, eum Chriſtianum fuiſſe, propterea quòd in libro XXVII. ſcripſit, *Antiſtites quoſdam provinciales*, id eſt Epiſcopos Chriſtianorum, parco victu, vili veſte, & demiſſis oculis, *perpetuo numini veriſque ejus cultoribus ut parcos commendari & verecundos*. An ideo Ammianus Chriſtianus habendus eſt, quòd Deum Chriſtianorum *perpetuum numen*, id eſt Deum æternum, & Chriſtianos *Antiſtites*, *veros perpetui numinis cultores* appellat? Quaſi non *veros perpetui numinis cultores* Ammianus vocaverit Gentiles ipſos ac ſui ſimiles, quibus quidam etiam Chriſtianorum Epiſcopi in provinciis ſanctitate vitæ & verecundia commendarentur ac placerent. Ita tamen de Ammiano ſenſit & Claudius Chifletius, cùm verbis ejus ſuprà laudatis, tum aliis leviſſimis conjecturis adductus. Sed qui attentè legerit, quæ præter cetera in fine libri XIV. de Adraſtia vel Nemeſi, quæ in libro XVI. de Mercurio, quæ in libro XXI. de numine Themidis, de Haruſpicina, de Auguriis, variiſque artibus futura prænoſcendi, veteres Theologos ſuos & Phyſicos ac Myſticos ſecutus ſcripſit: profectò fateri cogetur, eum cultui Deorum addictum ac devotum fuiſſe. Certè de Diis Gentium tamquam de ſuis ſemper loquitur; de Chriſtianis ſacris Myſteriiſque non item. Numquam Chriſtianis ſe adjungit; numquam & nuſquam eorum ſe numero adſcribit: & Julianum A. quem ſuum heroa fecit, hanc præcipuè ob cauſam mihi videtur toties & tantopere laudare, quòd à Religione Chriſtiana ad numinum cultum deſciverit. Quâ tamen erat prudentiâ, adeo modeſtè atque ſincerè, ac nonnumquam etiam benivolè de Chriſtianis rebus commemorat, ut aliqui unum ex noſtris putaverint. Nimirum ſicuti exiſtimo, vir bonus, integer & ſapiens Religionem Chriſtianam non ſequi, tutò ſe poſſe intelligebat: eamdem Principibus ſuis acceptam & toto ferè orbe Romano diffuſam palam damnare non audebat. Sed & forſitan religionum diverſitates non improbavit, perſuaſumque habuit (ſicut ait de notitia Dei Symmachus) unâ viâ non poſſe perveniri ad tam grande ſecretum.

Valentiniano & Valente imperantibus Ammianus M. militiæ renuntiavit, & Antiochiam domumque rediit. Ubi poſt Theodori conjurationem patefactam atque oppreſſam, iniquo Judicum Advocatorumque colludio litibus inquietatus ac vexatus videtur fuiſſe, non ſine aliqua rei familiaris jactura. Sic enim explicanda judico verba hæc A. Marcellini in libro XXX. ubi in Orientalium Rom. cauſſidicinam fusè invehitur. *Ergo abſolutis ſuper ejus indignitate paucis, quam in illis partibus* (Orientis) *agens expertus ſum, ad cœptorum curſum regrediar inſtitutum.* Quapropter indignatus, Orienti ac patriæ valedixit jam ætate provectus, & Romam ſeceſſit Gratiano, Valentiniano & Theodoſio Principibus, ut frater meus credit: ut ego malo, vivo adhuc Valente A. Tanta in urbe Ammianus cùm domicilium conſtituiſſet, multos Senatores qui Clariſſimorum titulo & Nobilium appellatione cenſebantur, ſibi amicos adjunxit: quos Magi-

ſtratu aliquo, inprimis Præfecturâ Urbanâ egregiè functos, ex occaſione in ſua Hiſtoria laudare conſuevit. Hos inter primas tenuit Hypatius, vir Conſularis, frater Euſebiæ Auguſtæ, ac Euſebii ſimiliter Conſularis, qui ex Oriente in Occidentem quoque tranſierat, & Romæ ſedem ceperat: quem in libro XXIX. eximiè laudat, & amicitiæ causâ *noſtrum Hypatium* appellat. Adnumerandus eſt & magnis amicis A. Marcellini Eutherius, qui Conſtantis A. Cubicularius, deinde Juliani Præpoſitus Cubiculi fuerat, ac Romæ domicilium fixerat: cujus virtutibus in libro XVI. enarrandis vacat. Nec tum etiam defuere Urbi viri doctrinâ præſtantes, quibus A. Marcellinus familiariter uteretur. Igitur ut erat homo nobilis & locuples, otii ignobilis impatiens, in tam jucundo ſuavique ſeceſſu totum ſe litteris dedidit: atque ut miles quondam & Græcus linguæ Latinæ ac Hiſtoriæ Romanæ magis aſſueſceret, Catonem majorem vel Cenſorium, Cæſaris Commentarios, Salluſtium, M. Tullium Ciceronem, alios utriuſque linguæ Auctores diligentiſſimè evolvit: quos & paſſim in Hiſtoria ſua laudat. Talibus & tantis præſidiis inſtructus, Hiſtoriam Romanam ab exortu Nervæ uſque ad Valentis A. interitum XXXI. libris Latinè ſcribere aggreſſus eſt. Et priora quidem à Nerva ad Conſtantinum Maximum aut omiſſa maxima ex parte, aut negligenter & nullo rerum ac temporum ordine ſervato ſcripta hactenus fuerant, quæ XIII. libris fuſiùs ac multo diligentiùs expoſuit, qui pridem magno Reip. litterariæ damno deſiderantur. Cetera à Magnentii cæde ad Valentis mortem, quæ vidit, quibus ipſe interfuit, & quorum etiam aliqua pars fuit, aut quæ ex amicorum relationibus didicit, XVIII. voluminibus narravit. Hæc ut notiora & oculis animiſque æqualium inſerta, aut memoriæ infixa, latiſſimè explicare conatus eſt. Sed præ ceteris in rebus Juliani A. propè nimius haberi poteſt: in quo nonnulla quidem laude digna, multa nihilominùs (quemadmodum ipſemet Hiſtoricus nonnumquam fatetur) vituperanda fuerunt. Certè ſcriptor alioquin diligens & veri ſtudioſus, XI. ferè libros Juliani laudibus implevit: reliquos ſuæ ætatis Imperatores, Conſtantium, Jovianum, Valentinianum & Valentem, ceu invidos & detrahentes ejus Principis memoriæ, non raro deterit arguitque: pæne ut mihi perſuadeam, Ammianum unius Juliani causâ tantum Opus ſuſcepiſſe, ne quam amplificandæ virtutis herois ſui quem ſummopere mirabatur omnibuſque præferebat, occaſionem præteriret. Hiſtoriam autem ſuam non continuo labore compoſuit: ſed ut erat plures in libros diviſa, per partes eam vulgavit, & nunc unum volumen, nunc alterum frequenti auditorio, ac amicorum ſuorum & doctorum hominum judicio commiſit, magnamque inde laudem eſt conſecutus: ut docet epiſtola Libanii à fratre laudata. Recitationes porrò (ſicuti & declamationes) duorum generum fuere: publicæ aliæ; aliæ privatæ. Publicæ recitationes erant ac nuncupabantur, quæ aut in certaminibus publicè propoſitis præmiis, aut in aliquo loco publico citra ullum certamen fiebant. Ejuſmodi exſtitere Oratorum ac Poëtarum certamina, quotannis in Albano à T. Flavio Domitiano edita. ubi Statius ſe præmio ter donatum ſcripſit. Tale Lugduni ad aram Auguſti certamen Græcæ Latinæque facundiæ, editum à Caio Caligula, in quo victi victoribus præmia conferebant. Sic Nero orationis carminiſque Latini coronam omnium conſenſu ſibi conceſſam recepiſſe dicitur à Tranquillo. Publicè quoque Statius Romæ Thebaïdem ſuam plaudente populo recitavit: uti Juvenalis in Sat. VII. prodit his verſibus:

Curritur ad vocem jucundam & carmen amicæ
Thebaidos, lætam fecit cùm Statius Urbem,
Promiſitque diem: tanta dulcedine captos
Afficit ille animos, tantáque libidine vulgi
Auditur.

Durabant adhuc Romæ circa annum Chriſti D. LXXX. publicæ orationum & carminum recitationes: & ibi in foro Trajani magnifica poëmata ab Auctoribus recitata Senatus Populuſque

Romanus audiebat: ut teſtatur Fortunatus Italus in libri III. Carmine XXIII. de opuſculis & epigrammatis cothurnatis ac tumidis Bertechramni Burdigalenſis Epiſcopi hiſce verbis, indicans & Poëtis qui placuiſſent, à Senatu calceos filis aureis ornatos dari conſueviſſe.

Vix modò tam nitido pompoſa poëmata cultu
Audit Trajano Roma verenda foro.
Quòd ſi tale decus recitaſſes aure Senatûs:
Straviſſet plantis aurea fila tuis.

Studioſi & docti quidquid compoſuerant, Proceres quidem ac locupletes domi nunc per ſe, nunc per lectorem coram amicis invitatis recitabant: mediocres verò ac tenues in ædibus Optimatum, conductis ſubſelliis & anabathris pulpitiſve. Privatarum recitationum mentionem facit Suetonius Tranquillus in Claudio capite XLI. Cajus Plinius Secundus paſſim in libris Epiſtolarum, & Juvenalis in Sat. I. & VII. qui Frontonem recitantibus Poëtis porticus ſuas marmoreas commodaviſſe ſcribit, & in his conſeſſibus quoſdam ſolitos eſſe diſponi, qui plauderent & magnis vocibus acclamarent. Et in Sat. III. ipſe Aquini ubi natus erat, ſatiras ſuas præſentibus amicis quos convocaverat, recitaviſſe ſe ait: & magna frequentiâ magnoque ſucceſſu ter auditus eſt: quod & in ejus Vita à veteri Scholiaſte ſcriptum invenio. Ammianus igitur famæ gloriæque dulcedine ſimiliter ſuccenſus, & experiendi amicorum doctorumque virorum judicii cupidus, Romæ ex more ſuam per partes recitavit Hiſtoriam, prout librum quemque compoſuerat. Hinc oratione numeroſa & bene ſonante, plena pompæ & majeſtatis eſt uſus, qualem recitationes iſtæ poſtulabant, ut aures & animos auditorum impleret. Ad pompam recitationum pertinent, dictorum factorumque ætatis ſuæ memorabilium cum priſcis, hominum cum hominibus comparationes, ad commovendos animos amplificatæ rerum imagines, tragicæ Fortunæ compellationes, crebritas figurarum ac tranſlationum, deſcriptiones prœliorum & obſidionum nonnunquam luſibus laſcivientis ingenii locíſve communibus quàm Hiſtoriæ legibus convenientiores. Eamdem ob cauſam A. Marcellinus ubique omnis generis doctrinæ famam affectavit. Cui rei indicio ſunt laudationes tot veterum Auctorum, laudatæ ſæpius Ciceronis ſententiæ, Virgilii, Menandri, & aliorum verſus inſerti: tot & tanti exceſſus narrationem rerum interrumpentes, de Adraſtia vel Nemeſi in libro XIV. de origine doctoribuſque Gallorum, & de Alpibus Gallicanis in libro XV. de obeliſcis, & de notis hieroglyphicis, & de variis terræ motibus in libro XVII. de cauſis ac generibus peſtilentiæ in libro XIX. de defectibus Solis & Lunæ, deque variis Lunæ mutationibus & figuris, nec non de arcu cæleſti in libro XX. de variis artibus futura prænoſcendi, & de Geniis libro XXI. de Nilo, de crocodilo, de ibi, ac de pyramidibus in libro XXII. deſcriptiones V. muralium machinarum, nec non XVIII. majorum Provinciarum Regni Perſici, item de ortu margaritarum in libro XXIII. de cometis, & de facibus cælo decidere viſis in libro XXV. de ratione Biſſexti in libro XXVI. de cauſſidicina, deque Juriſconſultis, & variis Advocatorum generibus in libro XXX. Deſcriptiones quidem variarum Provinciarum Imperii Romani, apud A. Marcellinum longè latéque diffuſæ ſunt: quæ apud Salluſtium de bello Jugurthino, apud Cæſarem & Livium alioſque Hiſtoricos multo breviores reperiuntur. Sed non omittendi ſunt duo maximi exceſſus de vitiis Senatus Populique Rom. in libris XIV. & XXVIII. quos qui attentè mecum conſideraverit, facilè ſibi perſuadebit, tum lenes admodum atque patientes fuiſſe Romanos. Si aut pravi, quorum vana ſtudia & vitia in Ammiani libris deſcribebantur, æquo animo tulerunt à peregrino Græculo in Hiſtoria palam traduci ſe ac derideri: aut boni exiſtimârunt liberas eorum reprehenſiones ac notas nihil ad totius ampliſſimi Ordinis ac univerſæ civitatis dedecus ulla ratione pertinere.

Petrus Pithœus in margine Ammiani ſui, cum codice Valentino collati, manu ſua ſcripſit, præter XIII. priores libros qui deſiderantur, in libris XVIII. qui ſuperſunt, *multa etiam deeſſe videri: quandoquidem Ammianus ſæpe plures annos indictos tranſmittit: quod ex Conſulibus quos nota-ordine, in Faſtis intellectum iri.* Ita Petrus Pithœus loquitur & ſentit. Sed ei reſpondere poſſumus, Ammianum quidem Conſules aliquot in XVIII. voluminibus quæ ſuperſunt, omiſiſſe: non tamen eorum annorum res geſtas omiſiſſe. Omiſit quidem Ammianus in rebus annorum XXV. paria Conſulum IX. videlicet Lupicinum & Jovinum, Valentinianum II. & Valentem II. & Valentinianum Nobiliſſimum Puerum & Victorem, Gratianum Auguſtum II. & Probum, Modeſtum & Arinthæum, Valentinianum IV. & Valentem IV. poſt Conſulatum Gratiani III. & Æquitii; Valentem A. V. & Valentinianum juniorem A. Valentem A. VI. & Valentinianum A. II. Coſſ. Sed quæ his Conſulibus hiſve annis acta ſunt, nihilominùs expoſuit: cùm aliquando bella duobus aut etiam pluribus annis geſta continua oratione enarret, ne ſeriem rerum interrumpat. Exempli cauſſâ tranſlatos in Thraciam Gothos, & Valentis A. cum eis pugnam ac mortem fusè in libro ultimo commemorat: quibus utrumque Coſſ. factum ſit, non commemorat. Vir doctus, qui codicem Regium manu ſua deſcripſit, in libro XXIV. poſt hæc verba de Arinthæo Perſas perſequente, *latebra texere notiſſima*, ad marginem adnotat ſuſpicari ſe, plurima heic deeſſe: cui conjecturæ meus frater meritò accedit. Deeſt enim (ut ipſe obſervavit) legatio Saporis Perſarum Regis ad Julianum A. Libanio & Socrati non indicta: deeſt relatio rerum ab Arſace Rege Armeniæ & à Procopio ac Sebaſtiano in Meſopotamia geſtarum; & quæ fuerit cauſa, quare Juliano in Aſſyria Arſaces, Procopius ac Sebaſtianus, ſicut juſſi erant, cum ſuis copiis occurrere non potuerint: cujus rei *cauſas* à ſe *prædictas*, paullo infrà ipſemet Ammianus in fine ejuſce libri prodidit. Deſideratur in eadem lacuna & dolus transfugarum Perſarum, quorum fraude deceptus Julianus ſuam claſſem incendit: quos ibidem Hiſtoricus *infauſtos ductores* appellat, & in tormentis fraudem confeſſos eſſe tradit. Sed poſt obitum Valentiniani A. qui libro XXX. enarratur, plurima eaque maxima ac memoriâ digniſſima in Hiſtoria Ammiani deſidero, quæ ſcriptor diligens planè videtur nec omittere debuiſſe, nec verò ulla ratione omiſſurus fuiſſe. Scripſit quidem Ammianus in fine libri XXX. Valentinianum juniorem tum quadrimum in Pannonia, poſt Valentiniani patris ſui repentinam mortem, ab exercitu ex Optimatum ſententia Auguſtum conſalutatum eſſe. Sed quæ ſecuta ſunt, apud Ammianum qualem nunc habemus, nuſquam reperiuntur: videlicet quomodo Gratianus A. Imperium Valentiniano fratri ſe inſciente delatum, cum Valente patruo ſua auctoritate confirmaverit: quî & quando Imperium Romanum in Occidentis partibus, & Comites ac numeros militares cum fratre partitus ſit; & Gallias, Hiſpanias, ac Britannias ſibi retinuerit, Italiam & Africam cum parte Illyrici Occidentalis, & Frigeridum Ducem ac Sebaſtianum Comitem præ ceteris ei attribuerit: quemadmodum communem amborum patrem Valentinianum cum Valente fratre collega ſuo totius orbis Romani provincias, legiones quoque, ac Comites ſeu Magiſtros militum diviſiſſe refert Ammianus in libro XXVI. Jam damnatio ac ſupplicium Maximini Præfecti Prætorio, & Simplicii ac Doryphoriani ſub Gratiano, apud Ammianum deſideratur: de quorum tamen mortibus & merita pœna *poſtea tempeſtivè ſe dicturum* in libro XXVIII. pollicetur. Deſideratur apud eundem mors Theodoſii Magiſtri militum, Theodoſii poſtea Imperatoris patris, viri Britannicis Africaniſque victoriis illuſtris, & de Repub. optimè meriti, ac *plurimorum Nobilium*, hoc eſt Senatorum, quos *unà occiſos* anno Domini CCC. LXXVII. tradit Hieronymus in Chronico. Deſiderantur & multa alia in Oriente & Occidente domi foriſque geſta toto triennio, quod inter Valentiniani & Valentis mortem interceſſit. Theodoſium quidem poſt Britanniam & Africam Imperio Rom. reſtitutas, ſua gloria inviſum aulicis reddiderat: à quibus inſimulatus rerum novarum apud Gratianum, ac juſſus

interfici, poſt Baptiſmum acceptum, Carthagine percuſſori ultro jugulum præbuit: ſicuti in libri VII. capite XXXIII. tradit Oroſius. Quare errant Socrates in libri IV. capite XIX. & Paullus Diaconus Aquileienſis, & qui ambos ſecutus eſt Chifletius in Vita Ammiani: quum Theodoſium, quem *Theodoſiolum virum fortem ex Hiſpania* Socrates appellat, propter nomen ſuum in conjuratione Theodori juſſu Valentis A. morte affectum tradunt. Nam Carthago Africæ caput ubi Theodoſius jugulatus eſt, non Orienti ſed Occidenti adſcribebatur; non parebat Valenti, ſed Valentiniano juniori, cujus curam ac tutelam cum matre gerebat Gratianus: qui fratrem maxima *pietate dilexit & educavit*, ut in libro XXX. loquitur Ammianus. Nihil igitur Valenti Imperatori Orientis in Theodoſium Magiſtrum militum licere potuit: qui ſemper in Occidentis provinciis bella geſſit, ſemper Occidentis Principibus ſubjectus fuit, nec umquam Ortivi Imperii fines ingreſſus eſt. Præterea Theodorus Notarius cum conjurationis conſciis juſſu Valentis damnatus, Antiochiæ periit Gratiano A. II. & Probo Coſſ. anno Chriſti CCC. LXXI. hoc eſt toto ferè ante cædem Theodoſii ſexennio. Non itaque Theodoſio quatuor priores nominis ſui litteræ, nec Theodori conjuratio, ſed aulicorum & inimicorum calumniæ cauſa cruentæ mortis fuerunt: neque à Valente, ſed à Gratiano fraude invidorum Palatinorum decepto cædes iſta tam iniqua mandata eſt. Hæc igitur omnia quæ nunc apud A. Marcellinum non leguntur, perſuaſere Chifletio, ut in Vita Ammiani ſcriberet, eum in libro XXXI. qui nobis deſit, cuncta iſta ſupradicta narraſſe, & librum qui nunc XXXI. vocetur, XXXII. fuiſſe, atque ita appellandum eſſe: quam opinionem veriſimillimam judico. Ceterùm inter Epigrammata Græca reperiuntur nonnulla cùm in pagina IV. tum alibi, quibus nomen Ammiani præfigitur; Hiſtorici, an aliûs cujuſquam, incertum eſt: ſicut nec conſtat, an Hiſtoricus noſter fuerit, qui ſub Gratiano, Valentiniano & Theodoſio *Comes rerum Privatarum Ammianus* vocatur in libro XII. Codicis Theodoſiani: quibus imperantibus A. Marcellinum Romæ vixiſſe, & Hiſtoriam Romanam ſcripſiſſe indubitatum eſt.

Sunt, qui A. Marcellinum plurimum damnent & aſpernentur, tamquam paſſim Grammaticos canones excedentem. Certè nonnumquam declinationes ac terminationes nominum mutat: ut in libro XV. *G. & T. ſævium tyrannorum*: in libro XXIX. de Theodoſio, *ſuppliciorum ſævium repertorem*: in libro XVII. de terræ motuum generibus, *climatiæ qui limes ruentes & obliqui*: in libro XX. *luminibuſque oculis eos a. m. contuens m.* Ibidem. *c. ſ. lapidum madore etiamtum infirmium.* Quamquam Caper Grammaticus dici aſſerit *infirmus* & *infirmis*, ſicuti *imberbus* & *imberbis*, *inermus* & *inermis*. Ita in libro XX. *ſonûs* pro *ſoni*, *ſonu* item pro *ſono* in veteribus membranis & in editionibus reperitur. *Iteratâ magnitudine ſonûs Auguſtum appellavere.* Item, *Exclamabatur undique vocum terribilium ſonu.* Initio libri XXVII. *Dum cedentes objectu corporis & vocis jurgatorio ſonu audentiùs pertinet.* Ubi & *pertinet* ſumitur activè pro retinet: quemadmodum ſcriptum præfert codex Colbertinus. In libro XXI. *Hi genii animis connexi mortalium, eas tuentur.* In libro XIX. *Animis in ventum ſolutis projiciebantur exſtincti.* *Animis* pro animabus. In libro XVI. *Circumdata retiis buſta*, pro retibus. In libro XXV. *Ductore eorum aliæ turmæ appoſito.* In libro XVII. *Ablatum uno templo miraculum.* In nominibus IV. declinationis morem veterum præſertim Poëtarum ſequitur, & III. caſum non aliter quàm literâ *u* terminat. In libro XXVI. *impetu*, necnon *ictu*: in XXIX. *acceſſu.* Interdum & ſignificationes nominibus novas Ammianus attribuit. Ergo *pruinam*, quam vulgo gelu canum vocitamus, ſumit pro glacie in libris XVII. XXIV. aliiſque, eique *cruſtas*, *acumina*, ac *congeriem* tribuit. In libro XIV. ex turba *turbelam* facit, & Hermogenis meminit, *apud CP. populari turbela diſcerpti.* Ex *turbela* orta eſt vox Francica *trouble*. Jam apud Ammianum M. in verbis præteritorum mutationes aut potiùs depravationes aliquando reperio. In libro XVI. verbo *pello* dat præteritum *pepuli*, uti facere debuit; in libro XXX. etiam *pulſi*: *percello* ſimiliter

ſimiliter nunc *perculi*, in libro XVII. nunc & *perculſi* in XVII. & XXV. Verbum *ſodio* ex tertia conjugatione in quartam transfert Marcellinus in libro XXIV. *Id a. Trajanus egeſto ſolo ſodiri in m. c. a. curaverat.* Gaudet etiam mutationibus temporum. In libro XXII. *Poterantque miſerandi homines Chriſtianorum adjumento defendi, ni Georgii odio omnes indiſcretè flagrabant:* ubi Critici adverſantibus codicibus edi curarunt *flagraſſent.* Quin etſi priſcis membranis major quàm editis libris fides habetur, *æſtimare* paſſim ponit Ammianus Marcellinus pro *exiſtimare*: ut Sulpicius Severus de Vita S. Martini, Aurelius Victor in Cæſaribus, aliique facere conſueverunt. Ne de Noſtris loquar, qui utrumque verbum uno eodemque reddunt, *eſtimer.* Utitur etiam ſæpiſſime ſine cauſa verbis frequentativis, ſed novis & inuſitatis, ut priſci codices teſtantur, & in Notis non ſemel obſervare memini. In libro XXVI. *vaſtitatis propinquioribus locis*, pro vaſtatis. Circa finem libri XXXI. *Portatis ſcriptis & recitatis, utque decebat contemptatis*: ubi aliæ editiones excuſum habent *contemptis*, aliæ *contemplatis.* In his aliiſque ejuſmodi, ſi quando peccavit A. Marcellinus, ſi nonnumquam à legibus Grammaticæ receſſit: facilè æqualium ætatis ſuæ ac ſupparium Auctorum exemplo defendi poteſt, qui eadem ratione, aut certè non multo meliùs locuti ſunt ac ſcripſerunt: cùm jam Imperium Romanum à priſtino ſplendore ac potentia, ac ſimul lingua Latina à veteri elegantia degenerare cœpiſſet. Ut omittam Ammiano homini Græco linguam Latinam minùs notam eſſe debuiſſe, quàm Italis & ceteris Occidentalium Provinciarum incolis, quibus Latinus ſermo erat innatus.

In emendando Ammiano maximo mihi adjumento fuit codex recentior quidem, ſed ex veterrimo ac optimo exemplari deſcriptus, quem Colbertinum appello, propterea quòd in Bibliotheca Colbertina ſervatur. In eo igitur codice qui à V. C. tantæ Bibliothecæ præfecto mihi eſt commodatus, plurima reperi, multo quàm in omnibus Ammiani M. editionibus emendatiora: quas emendationes, quoniam certiſſimæ erant, ſequi non dubitavi. Earum emendationum ſive reſtitutionum ac lectionum partim mentionem in Notis feci, partim etiam omiſi. Omiſſa tantùm attingam pauca de multis. Omnium enim eorum quæ notare oblitus ſum, nunc meminiſſe non poſſum.

In libro XVI. pag. 125. de Alexandro Magno ſcriptum invenio. *Ut cùm nervorum vigorem ſopor laxaſſet infuſus.* Uti & Rittershuſius in Ligurinum emendavit: cùm *nervorum rigorem* libri editi obtrudant.

In libro XXII. pag. 327. de Juliano Chriſtianos inter ſe malignè committente. *Diſſidentes Chriſtianorum Antiſtites c. p. d. in Palatium intromiſſos monebat civiliùs, ut diſcordiis conſopitis quiſque nullo vetante religioni ſuæ ſerviret intrepidus.* Sic codex Colbertinus; ſic & Florentinus à Lindenbrogio lectus: cùm in editis legatur. *Diſſ. Chr. Ant. c. p. d. i. p. i. monebat, ut civilibus diſcordiis conſopitis*, &c. minùs bene. *Monebat civiliùs*, id eſt, admonebat comiter, & humanè; principali faſtu depoſito hortabatur. Hoc in Ammiano mutare ac emendare, & in Notis meis obſervare non memini.

In libro XXV. pag. 453. de Juliano A. *Audenter effunderet ſemet in pugnam.* Qui ſolam audaciam viro fortiſſimo tribuit, minus aliquid quàm par ſit tribuere videtur. P. Pithœus in codice Valentino pro *audenter* legiſſe ſe *ardenter* notavit ad oram Ammiani ſui: idem legi & in codice Colbertino. *Ardorem* Juliano ſimiliter tribuit non ſemel A. Victoris Epitome. *Cùmque inconſulto ardore nititur ordines ad prœlium componere, ab uno ex hoſtibus & quidem fugiente, conto percutitur.*

In libro XXV. pag. 459. de Juliani A. frugalitate. *Namque in pace victûs ejus menſura atque tenuitas erat rectè noſcentibus admiranda.* Ita codex Colbertinus, optimè: quaſi Julianus certi ponderis ac menſuræ cibis vinoque uteretur. At in vulgatis libris *victûs ejus menſarumque tenuitas* tau-

tologiam ridiculam continebat. *Victus* enim, & *menſa*, una eademque res eſt: & *menſæ* Juliani pro menſa abſurdè vocarentur.

Ibidem. *Expergefactus explorabat per ſemetipſum vigiliarum vices & ſtationum: poſt hæc ſeria, ad artes confugiens doctrinarum.* Ita editiones: quaſi ſerium non ſit ſtudium litterarum, aut ſaltem minùs ſerium nocturna exploratione vigilum, atque ſtationum, quam Julianus ſtudiis præmittere conſueverat. In codice Colbertino unius litterulæ adjectione locus ſic emendatur. *Poſt hæc, ſeriae ad artes confugiens doctrinarum.* Id eſt: poſt explorata caſtra, ſive poſt facta hæc quæ in bello neceſſaria ſunt, Julianus ad ſeria convertebatur, litteriſque vacabat.

In libro eodem. pag. 470. de Joviano A. in ſumma rerum omnium inopia cum Perſis de pace per quatriduum deliberante. *Quo temporis ſpatio a. h. m. ſi exabuſus Princeps paullatim terris hoſtilibus exceſſiſſet, profectò veniſſet ad præſidia Corduenæ, uberis regionis & noſtræ*, &c. Ita codex Colbertinus diſertè ſcriptum habet: cùm in editis Ammiani libris legatur *abuſus*. Deceptus erat Jovianus ab aulicis adulatoribus, inſtantibus affirmantibuſque, ni confeſtim ex Aſſyria rediret, Procopium cum exercitu cui præerat, facilè ac certò res novaturum, ut paullo infrà Ammianus ipſe ſcribit. *Exabuſus* ergo in paſſiva ſignificatione eſt, malis adulatorum conſiliis meliora & honeſtiora præferens, *deſabuſé*, *détrompé*: fitque ex *abuſus*, ut *exauctoratus*, ex *auctoratus*, *exarmatus*, ex *armatus*, *exoneratus*, ex *oneratus*.

In libro XXVI. pag. 485. *Ut ad unum diſtinctumque exitum circumverſio curſûs anni revoluta.* Ita codex Colbertinus, & quidem optimè. At ex editionibus aliæ, *circumverſio anni revoluta*; aliæ, *converſio curſûs anni revoluta*, minùs bene.

In eodem libro pag. 500. de Petronio Patricio, ſocero Valentis A. *Nocentes pariter & inſontes poſt exquiſita tormenta quadrupli nexibus vinciebat.* Ita legit P. Pithœus in codice Valentino, ut ad marginem Ammiani ſui notavit. Ita & ego legi in codice Colbertino. *Quadrupli nexibus vinciebat*, id eſt condemnabat quadrupli, ut eos nudaret fortuniſque ſpoliaret. At in editionibus reperitur, *quadruplicibus nexibus vinciebat.* Quo nihil fingi poteſt abſurdius: quaſi miſeri iſti à Petronio quadruplici ſerie catenarum vincti tenerentur in carcere.

In eodem libro pag. 503. *Andriſcus de genere quidam infimæ ſortis.* Id eſt, Andriſcus quidam natus genere plebeio, genere infimæ plebis, fullone genitus. Ita codex Colbertinus; ita & editio Roberti Stephani. At ceteræ editiones: *Andriſcus degener quidam infimæ ſortis*, malè. Nam ſi degener hoc loco, eſt homo obſcuri generis; nihil opus fuit addere, *infimæ ſortis*: quod idem planè ſignificat.

In eodem libro pag. 512. de Arbetione Exconſule. *Ut Conſtantiniani Ducis verecundiâ truces animi lenirentur.* Arbetionem virum Conſularem, *Conſtantinianum Ducem* à Conſtantino Maximo cognominat codex Colbertinus: quem libri typis impreſſi *Conſtantianum Ducem* à Conſtantio Conſtantini filio. Si Arbetio qui Conſtantii ante quinquennium mortui Dux fuerat, anno Domini CCC. LXVI. jam ſenex & admodum ætate provectus erat; haud dubiè ſub Conſtantino Maximo ante XXX. annos defuncto ducere copias potuit.

In eodem libro pag. ead. *Quâ ſucceſſûs alacritate Valens, caſtra promovit ad Phrygiam.* Hunc omnium editionum errorem unius litteræ mutatione codex Colbertinus corrigit eum in modum: *Quâ ſuccenſus alacr. V. c. p. a. P.* Scilicet animi hominum ſecundis initiis incenſi, ad propoſita exſequenda atque conſummanda incitantur. Valens igitur Gomoarii ad ſe tranſitione *ſuccenſus*, & alacrior factus erat ad belli Procopiani reliquias perſequendas. Eum errorem in Ammiano emendare non memini.

In eod. lib. pag. 513. *Procopius ſalutis intercluſo ſuffugio verſus in pedes.* Ita libri editi. At codices Colbertinus & Valentinus teſte P. Pithœo, ac editio Rob. Stephani: *Pr. ſalutis intercluſo*

ſuffragio, &c. Suffragium ſalutis, eſt ſuffragium ſalutare, vel ad ſalutem conferens, auxilium ſalutare. Ita A. Marcellinus loqui ſolet.

In libro XXVII. pag. 520. de Jovino Alamannos cædente ac perſequente. *Per aperta camporum ſequebatur & mollia, calcando ſemineces & conſtrictos.* Ita codex Colbertinus: cùm in editis libris legatur *conſtratos* minùs bene. Nam ſi ab hoſte calcabantur, jam humi ſtrati eſſe debebant. Mors autem inſtans vulneratorum corpora conſtringit ac velut in globum cogit. Quare ſtatim ſubjungit A. Marcellinus: *Quos vulneribus frigorum aſperitate contractis dolorum abſumſerat magnitudo.* Corporibus erant conſtrictis, qui vulnera habebant frigore contracta.

In eodem libro pag. 521. de Terentio Excorrectore Tuſciæ. *Eaque confidentiâ deinceps inquietiùs agitans multa, in Naviculariorum negotio falſum admiſiſſe convictus*, &c. Ita codex Colbertinus, optimè. At libri editi: *E. c. d. inquietiùs agitans, multa in Naviculariorum negotio falsò admiſiſſe convictus.*

In eodem lib. pag. 522. de domo Symmachi à Romanis incenſa. *Quòd vilis quidam plebeius infixerat, illum dixiſſe ſine indice ullo vel teſte*, &c. Ita ſcriptum reperi in codice Colbertino: ita reperit & in Valentino P. Pithœus. Id eſt, infixerat omnium auribus animiſque: plebi Romanæ plebeius iſte calumniator planè perſuaſerat. At in vulgatis libris legitur *finxerat*: quod verbum priore minùs eſt validum.

Ibidem pag. 524. de Lampadio Præfecto Urbi. *Eaque vi territus ipſe, fremituque crebreſcentis ſeditionis in majus, ſeceſſit ad Mulvium pontem.* Quanto meliùs codex Colbertinus? *Eaque vi territus ipſe primitùs crebreſcentis ſeditionis in majus, ſ. a. M. p.*

Ibidem pag. 533. Valentiniani A. de Gratiano filio loquentis verba ſunt & promiſſa. *Potioribus (invidiæ metu dicitur) protinus ſuccreturum.* Ita codex Colbertinus, bene. At libri vulgati: *Paucioribus invidiæ metu, ut dicitur, protinus ſuccreturum. Invidiæ metu dicitur*, id eſt, abſit invidia, faceſſat invidia: pace mihi liceat Cæleſtes dicere veſtra.

In libro XXVIII. pag. 552. de Phrynico Tragico. *Cùm cothurnarius ſtilus procederet lacrimoſus.* Ita editi libri omnes. At codex Colbertinus quem ſecutus ſum, mutatâ unicâ litterulâ multo meliùs: *Cùm cothurnatiùs ſtilus procederet lacrimoſus.* Id eſt, cùm magis magiſque cothurnatè & tragicè ac miſerabiliter cladem Mileſiorum deploraret; ac flebiliter verſibus exponeret. *Cothurnarius* quidem *ſtilus* Latinè dici non poteſt, ſed cothurnatus aut cothurnoſus: & ita Ammianus ſcripturus fuit, cùm *cothurnarius* haudquaquam Latinum ſit nomen. A *cothurnatus* fit *cothurnatè* & *cothurnatiùs.*

In libro XXIX. pag. 598. *Advenit aliquando tamen ipſe quoque Theodorus.* Sic codex Colbertinus, & reliqui omnes. *Aliquando tamen*, hoc eſt, aliquando tandem. Et ſic ferè ſemper Ammianus *tamen* ponit pro *tandem*; ut Apuleius *interim* pro *interdum.*

Ibidem pag. 599. *Quorum in ærario bona coacta, & ipſe ad quæſtus proprios redigebat.* Ita codex Colbertinus, & Rob. Stephani ac Seb. Gryphii editiones: vulgò, *in ærarium.*

Ibidem pag. 602. *Nihilominùs tamen ipſi quoque cum cognitoribus Principi cædes incendiaque flagitantes Furias imminere.* Sic editiones, nullo bono ſenſu. Quid enim ſibi volunt *Furiæ* illæ *cædes & incendia flagitantes?* Quanto meliùs codex Colbertinus? *Nihilominùs tamen ipſis quoque cum cognitoribus Principi cædeis incendiaque flatantes Furias imminere.* Id eſt, flantes cædes ac ignes. Verbis frequentativis uti gaudet & ſolet A. Marcellinus. *Flato* à *flo* deductum, ut *nato* à *no*, *dato* à *do*; unde adverbium *datatim.* Ceterùm notandum eſt, quod ſcribit heic Ammianus, ipſius Valentis A. & ipſorum quæſitorum cruentam ac funeſtam mortem Theodoro ejuſque conjurationis conſciis fuiſſe cum ipſorummet exitio prædictam. Et Valentem quidem nemo neſcit miſero mortis genere periiſſe. Modeſtus autem Præfectus Prætorio, ac pòſt Conſul, homo Arianus &

avarus, qui huic cognitioni juſſu Principis præfuit, & *Summates*, qui cum ipſo de Theodorianis judicaverunt, nec ab Ammiano nominantur, qualem exitum fecerint, ignoramus.

Ibidem pag. 613. *Feſtus quidam adminiſtratâ Syriâ, Magiſterioque Memoriæ peracto, bona lenitudinis & reverentiæ reliquit exempla.* Sic editiones Rob. Stephani, Seb. Gryphii, aliorumque: nullo ſenſu. Quid enim eſt, *relinquere bona exempla reverentiæ?* Quanto feliciùs codex Colbertinus? *Bona lenitudinis & reverentia reliquit exempla. Reverentia exempla*, id eſt reverenda, verenda, honoranda. Eadem ratione *Reverentiſſimus* in veteribus inſcriptionibus ac titulis epiſtolarum pro *Reverendiſſimus* ſæpiſſime occurrit. Epiſtola Pauli Verodunenſis Epiſcopi ad Deſiderium Cadurcorum Epiſcopum inſcribitur *Domino reverentiſſimo Deſiderio Papæ P. P.*

Ibidem pag. 615. *In hoc negotio Protectores ad exhibendas miſſi perſonas, dicuntur fuſtibus præter ſolitum uſi.* Ita Stephanus & Gryphius: Frater meus, *dicuntur fuſtibus p. ſ. cæſi.* At codex Colbertinus, *De fuſtibus p. ſ. cæſi.* At codex Colbertinus: *De fuſtibus præter ſolitum cæſi.* Et ita ponendum curaveram: ſed Typographus *de* ſuſtulit, quod vitioſum putabat.

Ibidem pag. 616. de Valentiniano A. *Illud contemplans quòd majus pretium operæ forſitan regendis veriùs milite Barbaris quàm pellendis.* Ita codex Colbertinus, optimè. Vult dicere Ammianus, Valentinianum A. qui in Alamannorum & Quadorum aliorumque Barbarorum finibus caſtella ac munimenta ſtatuebat, eoſque longè à limitibus Imperii Romani repellere conabatur, multo meliùs forſitan facturum fuiſſe, ſi voluntariâ Barbarorum operâ in bellis uti, eorumque auxiliis militaribus Romanos præponere maluiſſet. At vulgati libri: *Illud contemplans, quòd majus pretium operæ forſitan fecerat regendis veteri limite Barbaris quàm pellendis.*

Ibidem pag. 618. de Firmo Mauro. *Ultimorum metu jam trepidans ne amandatis quæ prætendebat, ut perniciosus & contumax condemnatus occideretur.* Quanto meliùs editionibus iſtis codex Colbertinus, qui pro *contumax* ſcriptum habet *contumelioſus?* Neque enim tum *contumax* aut fuit, aut dici potuit ac debuit Firmus, qui miſſis per ſuos ad Imper. Valentinianum relationibus factum ſuum defendere ac ſeſe purgare conabatur. Sed *contumelioſus* erat Imperio Romano, id eſt *pudendus*, *dedecoroſus*, qui cùm eſſet Romanæ ditionis, fratrem ſuum per inſidias interemerat.

In libro xxx. pag. 649. de tributorum oneribus & augmentis. *Et flagitantium miniſtrorum amaritudine quidam oppreſſi, cùm non ſuppeteret quod daretur, erant perpetui carcerum inquilini.* Sic editiones. Quanto elegantiùs codex Colbertinus? *Et flagitantium miniſtrorum amaritudine quidam expreſſi, c. n. ſ. q. d. e. p. c. i. Expreſſi*, id eſt *exhauſti*, *exſucti*, opibus cunctis nudati, *ſuccez*, *preſſez*, *preſſoirez*. Tranſlatio elegans ducta à torculari, quo uvæ premuntur, & vinum è racemis exprimitur: unde & altero nomine *preſſorium* appellatur. Veſpaſianus Procuratoribus rapaciſſimis *vulgò pro ſpongiis dicebatur uti, quòd quaſi & ſiccos madefaceret & exprimeret humentes*: ut ait Suetonius in capite xvi. *Exprimeret humentes*, hoc eſt plenos exhauriret ac exſugeret, & rapinis locupletatos damnaret atque ſpoliaret.

In libro xxx. pag. 652. de Valentiniano A. *Paullatímque lenitus & ad molliora propenſior*, &c. Sic editiones. At in codice Colbertino deſunt hæc, *& ad molliora*, quæ ob id in Ammiano duobus uncinis incluſi.

In libro xxxi. pag. 669. de Hunnis hoſtes laqueis intercipientibus. *Ut laqueatis reſiſtentium membris, equitandi vel gradiendi adimant facultatem.* Ita in editionibus legitur ſed mendosè. Quippe ut Hunni, ſic & Barbari Scythiæ incolæ ferè omnes ex equis pugnabant: & cùm equitarent, pedibus ingredi non poterant, nec eis ab hoſte *gradiendi facultatem adimi* neceſſe erat. Quanto veriùs & certiùs codex Colbertinus ſcriptum præfert? *Ut laq. reſ. me. equitandi vel gravandi adimant facultatem. Gravandi* hoſtis, id eſt feriendi hoſtis, nocendi hoſti, *grever*.

Ibidem pag. 676. *Quem qui ſcire velit, (ut eminentiſſ. memorat vates) Libyci velit æquoris idem diſcere, quam multæ Zephyro truduntur harenæ.* Ita codex Colbertinus, optimè: cum in editis libris legatur, *turbentur harenæ;* minus bene.

In libro XXXI. pag. 678. de Thervingis eſurientibus, quibus Duces Romani turpi commercio canes pro ſingulis mancipiis comedendos dederant. *Et tenebantur conſultò, nefandis nundinandi commerciis.* Ita editiones omnes, quas corrigit codex Colbertinus hoc modo: *Et ten. conſ. nefandis nudandi commerciis*: hoc eſt, ſuis omnibus bonis ſpoliandi. Sic Martialis de muliere amaſio opes ſuas veſteſque pretioſas conferente:

Væ glabraria: væ tibi miſella.
Nudam te ſtatuet tuus Lupercus.

Id eſt, te ſpoliabit, te nudabit, cunctiſque opibus exſuet. Et ipſe Ammianus in libro XXVI. pag. 550. *Ad nudandos ſine diſcretione cunctos immaniter flagrans.*

Hæc ſunt pauca de plurimis, quorum in notis meis mentionem facere rationémve reddere non memini, aut veriùs propter Typographorum feſtinationem non potui.

Sunt & multa, quæ in Ammiano emendavi, codicis Colbertini veſtigia (ut ita loquar) & litteras ſecutus; aut etiam ſolâ conjecturâ ſed certa & indubitatâ adductus: qualia ſunt quæ ſubjiciam.

In libro XXIII. pag. 400. poſt enumeratas XVIII. majores Regni Perſici regiones, ſtatim adjicit A. Marcellinus: *Citra omnes propinqua eſt nobilis Aſſyria.* Ita omnes editiones & præ ceteris ipſe codex Colbertinus: ſed malè. Cur enim Aſſyria *nobilis* diceretur magis quàm Media, aut Perſis, aut Parthia: quæ ſimiliter ut Aſſyria maximis Regnis originem, ſedem ac nomen dederunt? Præterea *propinqua Aſſyria* dicitur ab Ammiano: cui regioni ſit propinqua, non dicitur. Quare non dubitavi ſublatis II. litteris ita locum emendare: *Citra omnes propinqua eſt nobis Aſſyria. Propinqua nobis Aſſyria*, id eſt propinqua Romanis, quos A. Marcellinus nunc *nos*, nunc *noſtros* appellare conſuevit. In libro XXVII. pag. 547. *Sapor cum ſuis paulliſper nobis viſus amicus.* Pag. 549. *Hæc inter nos & Saporem diſcordiarum excitavere cauſas.* Ibidem. *Quod ratione juſta eſt obſervatum, ne fracti fœderis nos argueremur & pacis.* Sanè ultima omnium Perſici Regni maximarum regionum numero XVIII. ætate Ammiani fuit Aſſyria, & Romanis, hoc eſt Meſopotamiæ Imperii Rom. provinciæ proxima: *citra omnes*, ſeu omnium regionum Perſidis citima habitâ ratione Roman. ultima & extima habitâ ratione Perſarum.

Ibidem pag. 402. *Adiabena ab amne perpetuo Adiaba cognominata, ut à fluminibus maximis Ægyptus, & India, & Euphratenſis, itidemque Iberia ex Ibero, nunc Hiſpania, & à Bæti amne inſignis provincia Bætica.* Emendavi ſublatâ unâ littera: *Et à Bæti amne inſigni provincia Bætica.* Quâ emendatione nihil certius: ut maxima flumina, Nilus Ægypto, Indus Indiæ, Euphrates Commagenæ vel Euphratenſi, Iberus Iberiæ ſeu Hiſpaniæ, & Bætis amnis inſignis provinciæ Bæticæ nomen dederunt; ſic & Adiabenæ amnis perpetuus Adiabas, nec umquam æſtate deficiens. Verè Bætis *amnis inſignis* Ammiano dicitur Solino *nobilis*, quem Plinius *multorum fluminum capacem* eſſe, & *provinciam* (Bæticam) *adoptare* ait. Nemo autem non videt Bæticam non meliori jure aut majori ratione ab Ammiano M. *inſignem provinciam* vocari debuiſſe aut etiam potuiſſe, quàm Aſſyriam, aut Ægyptum, aut Indiam, aut Hiſpaniam, cujus tantummodò pars erat Bætica.

In libro XXVI. pag. 485. *Hocque excepto emerſerunt alia plurima quæ fallebant.* Ita omnes libri editi, atque etiam ſcripti, nullo ſenſu. Pro quibus verbis emendavi: *Hocque ex cœpto emerſerunt alia pl. quæ f.* id eſt, ex audacia Sacerdotum, intercalando ſubtrahentium vel augentium tempora in gratiam publicanorum & litigantium.

In libro XXVI. pag. 515. *Et pacis obtentu vitium deteſtandum agitabatur.* Sic libri editi: qui-

bus in verbis nullus eſt ſenſus. Codex Colbertinus: *Et pacis obtentui tum deteſtandum agitabatur.* Ex quibus emendavi ad hunc modum: *Et pacis obtentu judicium deteſt. agitabatur.* Quam emendationem paullo pòſt ſequentia Ammiani verba confirmant, quibus *jura* & *leges*, & *judices* deſcribuntur, ex voluntate ac libidine Imperatoris in Procopianos ſævientes.

In eodem libro pag. 516. *Horrendi tremores per omnem orbis ambitum graſſati ſunt ſubitò: quales*, &c. Ita libri editi. At codex Colbertinus: *Horrendi erroris*, &c. Ex quo emendavi: *Horrendi terrores. Terrores* heic dicuntur res terribiles aut terrificæ, quæ animos terrificant; videlicet fulgura, fulmina, & terrarum motus ac marium. Certè Ammianus ipſe in libro XVII. de terræ motu ſic loquitur: *Quâ de causâ terrores hujuſmodi vaporatis temporibus, aut nimia aquarum cæleſtium ſuperfuſione contingunt.* Ubi & codex Colbertinus diſertè ſcriptum habet, *terrores.*

In libro XXVII. pag. 523. de plebe Rom. domui Lampadii Præfecti Urbi faces admovente. *Ni ſervitiorum & familiarium veloci concurſu, à ſummis tectorum culminibus petita* (plebs) *ſaxis & tegulis abſceſſiſſet.* Ita editiones, mendoſè omnino, Nam certè familiares & amici Lampadii, ſummum domûs ejus tectum conſcenſuri non fuerunt, ſed operâ ſervorum ſuorum ad arcendum incendium & ad repellendam plebem uſuri. In codice Colbertino lego: *Ne vitiorum & familiarum veloci concurſu, à ſ.* &c. Ex quibus additâ unâ litterulâ, detractâ alterâ, feci: *Ni vicinorum & familiarum veloci concurſu*, &c. *Familias* Ammianus pro famulis poſuit, ut in libro XIV. Senatores *familiarum agmina poſt terga trahere* ſcribit. Vult ergo dicere, vicinos Lampadii, & ſervos ejus amicorumque ad arcendam plebem concurriſſe.

In eodem libro pag. 536. de ſævitia Valentiniani A. *Eminuit tamen p. i. t. i. a. h. n. mors Dioclis & Diodori, triumque Apparitorum poteſtatis Vicariæ per Italiam, ob id vexatorum atrociter, quòd*, &c. Ita editi libri, mendoſè omnino & malè. Aliud enim eſt, homines ſupplicio capitali afficere; aliud, tantummodò *vexare.* Codex Colbertinus pro *vexatorum* ſcriptum habet *peccatorum.* Ex quo emendavi *necatorum*, unâ mutatâ litterâ, & alterâ ſublatâ: quæ emendatio non minùs certa quàm neceſſaria eſt.

In eodem libro pag. 538. *Motus adoleſcentis & ſeneſcentis Oceani, Stumque Britanniæ p. c. u. explanavi.* Ita Codex Colbertinus. Ex quo emendavi: *Motus ad. & ſen. Oceani, ſitumque Britanniæ*, &c. cùm editiones habeant, *tractumque Britanniæ*, mendoſè.

In libro XXVIII. pag. 560. *Paphius quinetiam & Cornelius Senatores, ambo venenorum artibus ſe polluiſſe confeſſi*, &c. Sic editi libri. At codex Colbertinus, atque etiam Valentinus teſte P. Pithœo, aliique: *Ambo venenorum artibus præveniſſe polluiſſe confeſſi.* Ex quibus emendavi, ſublatis tribus litterulis: *Ambo venenorum artibus pravis ſe polluiſſe confeſſi.*

In libro XXVIII. pag. 571. de Areanis in Inſula Britannia ſtationes agentibus. *Acceptorum promiſſorumque magnitudine præmiorum allectos, quæ apud nos agebantur, aliquoties Barbaris prodidiſſe.* Ita vulgatæ editiones. At codex Colbertinus: *Acceptarum promiſſarumque magnitudine præcarum adlectos, quæ apud nos agebantur, aliquando Barbarico dediſſe.* Ex *præcarum* feci *prædarum.* Ex *Barbarico dediſſe* fortè faciendum, *Barbaris edidiſſe.*

In libro XXX. pag. 643. *Cicero orationis imperioſæ fulminibus ſæpe depreſſos aliquos judiciorum eripiens flammis.* Ita libri ſcripti & editi, mendoſè. Nam fulmen igni ſuo non eripit quemquam, ſed potiùs involvit. Quare legendum puto *fluminibus.* Certè & *aureum eloquentiæ flumen fundens Ariſtoteles* vocatur à M. T. Cicerone.

In libro XXXI. pag. 673. de Alanis: *Gladius humi figitur nudus: eumque ut Martem, regionum quas circumeunt, præſulem verecundiùs colunt.* Ita libri editi: quidam *circueunt.* At codex Colbertinus: *Eumque ut Martem, regionum quas circumcircunt præſ. ver. colunt.* Legendum omnino eſt, *u* in *a* converſo *circumcircant.* De verbo *circare* & *circitare*, (unde & *circitor*, & noſtrum *chercher*

profluxit) vide Gloſſas veteres, & Joſ. Scaligerum in Propertium. Certè & Ammianus ibidem ait, Alanos *locatis in orbem ſarracis, ferino ritu veſci.*

In libro XXXI. pag. 679. de cæde militum Rom, à Gothis facta. *Quæ accidiſſe idem Lupicinus latenti nuntio doctus.* Ita libri editi. At codex Colbertinus: *Quæ accedens idem Lup. lat. nun. d.* Pro quo ſubſtitui: *Quod accidens i. L. l. n. d.* Id eſt, quem caſum, quam ſuorum cladem edoctus. Ita Ammianus non ſemel loquitur.

Hæc ſunt pauca de multis, quæ codicis Colbertini beneficio, aut certis conjecturis ductus, in A. Marcellino correxi: & quorum in Notis meis rationem reddere Typographis feſtinantibus nequaquam potui.

In Friderici Lindenbrogii J.C. Obſervationibus multa reperias, quæ doctrinam ejus ingeniumque teſtentur, diligentiam quoque hominis pæne nimiam arguant, dum ſæpe minutiis immoratur, & totas paginas Græcis excerptis ubique implet, quibus æquo animo carere poſſemus. Hæ Obſervationes cùm à me legerentur attentè, ut auctiores ac emendatiores ederentur: nonnulla in eis notavi, quæ à Lindenbrogio ſcripta nollem. De quibus lectorem admonere operæpretium erit, ne quis incautus viri docti auctoritate deciperetur.

In pag. 112. col. 2. verſu 12. *Eluſæ* (inquit) *mentio apud Claudianum, qui ex ea nefandiſſimum illum Rufinum eunuchum originem duxiſſe putat.* At Rufini Conſularis & Patricii, ac Præfecti Prætorio ſub Arcadio A. ſolum pæne crimen ambitio cum avaritia conjuncta. Dotes enim animi & corporis ei multæ magnæque inerant. Neque vero *hic eunuchus* fuit: cùm in veteri Chronico poſt Rufini cædem *ejus uxor & filia exſulâſſe* dicantur. Planè mihi videtur Lindenbrogius, cùm de Rufino ſcriberet hæc, Eutropium eunuchum, Præpoſitum ſacri cubiculi Arcadii, in mente habuiſſe: in quem, ſicut in Rufinum, Claudianus duos libros ſcripſit.

Paginâ 191. columnâ 2. verſu 16. Ad *Sarmatarum loricas ex cornibus raſis*, refert Lindenbrogius Statii *Gortynia cornua*, id eſt arcus cornutos Cretum: & Virgilii *rubræ cornua criſtæ*, hoc eſt, criſtas galeæ, cornibus animalium ſimiles.

Pag. 194. col. I. v. 10. Hæc de Sarmatis verba Ammiani laudat ex libro XVII. *Ingerebat ſe maximus numerus catervarum confluentium nationum & Regum, ſuſpendi à jugulis ſuis gladios obſecrantium, poſtquam Araharium impune compererant abſceſſiſſe.* Ea verba Lindenbrogius vir litteratus ad litteram (ut vulgò loquuntur) ſimpliciterque intelligit: quaſi Sarmatæ à Conſtantio A. petierint, ut ad expiandas incurſiones ſuas in Pannonias & Mœſiam, nudi gladii cervicibus ſuis appenderentur: laudatque Guntherum, & epiſtolam Friderici A. ac Wipponem de Vita Chunradi Salici, ut ſimilibus exemplis obſervationem ſuam confirmet. Inſuper in Indice ſuo rerum memorabilium apud A. Marcellinum, ob novam iſtam obſervationem hæc manu ſua addidit in littera G. *Gladios à jugulo ſuſpendere, mos ſupplicum, pag.* 115. Nollem Lindenbrogio hoc excidiſſe. An tot & tanti, & tam feroces Sarmatæ tali ſe ignominia affici ultro rogavere, cui mortem haud dubiè cuncti prælaturi fuerunt? Unde petere tot vincula, tot enſes milites Romani potuere, qui tantæ multitudini ſufficerent? Hæc Ammiani verba figuratè ut dicta, ſic accipienda ſunt. Sarmatæ viribus ſuis diffiſi, ſupplices vitam veniamque cum pace precati ſunt: quam jam Araharium popularem ſuum à Conſtantio A. obtinuiſſe noverant. *Vitam & ſalutem, veniam & pacem* ea de re ibidem loquens Ammianus appellat. *Suſpendi à jugulis ſuis gladios obſecrant*, qui vitam precantur & veniam. *Suſpenſio gladiorum à jugulis* hoſtilibus, vitæ datio eſt. *Gladium ſuum ab alicujus jugulo ſuſpendere*, idem eſt, ac enſem nudum alienæ cervici jamjam feriendæ imminentem ſuſtinere, aut inhibere *retenir, arreſter*: uti Ammiano pag. 181. *apparatum Saporis ſuſpendere*, nihil aliud eſt quàm expeditionem Saporis in Romanos retardare ac ſuſtinere. Idem Auctor in libro XXX. pag. 660. ut indicet expeditionem Valentiniani in Sarmatas & Quados,

morte ejus dilatam ac retardatam, aut etiam penitus omiſſam eſſe: ſic loquitur: *Suſpenſo inſtante procinctu.* Apud Gregorium Turonicum Epiſcopum in libri II. Hiſtoriæ Franc. capite III. *ſuſpendere gladium*, vitam dare eſt. Verba Gregorii de Hunerico Rege Vandalorum, Catholicos in Africa perſequente, talia ſunt: *B. verò Eugenium* (Carthaginenſem Epiſcopum) *decollari juſſit, ſub ea ſpecie, ut ſi in ea hora quâ enſis ſuper cervicem ejus incumbebat, non reverteretur ad hæreticorum ſectam; non occideretur, ne &c. ſed exſilio damnaretur. Quod ita factum eſſe, manifeſtum eſt. Nam cùm imminenti morte interrogatus fuiſſet, ſi mori pro fide Catholica deſtinaret; reſpondit: Hæc enim eſt ſempiterna vita, pro juſtitia mori. Tunc* S U S P E N S O G L A D I O, (id eſt ſuſtentato, retento) *apud Albigenſem Galliarum urbem exſilio deportatus eſt.* Plura addi nihil neceſſe eſt.

Pag. 199. col. I. v. 6. & ſeqq. Lindenbrogius negat, Conſtantium A. recte dictum eſſe *ſecundum Sarmaticum*, propterea quòd ante ipſum M. Aurelius Antoninus, & A. Antoninus Baſſianus Caracalla, aliíque Imperatores ob victos Sarmatas Sarmatici quoque ſint dicti. Sed fallitur. Nam ut e. c. Maximianus Galerius apud Euſebium in libro VIII. H. E. *ſecundo Carpicus maximus, ſexto Armenicus maximus* appellatus eſt, quod bis Carpos, ſexies Armenios deviciſſet, & ob ea cognomine Carpici iterum, Armeniaci ſexies à militibus eſſet honoratus. Sic Conſtantius *ſecundò Sarmaticus* ab exercitu ſuo publicè cognominatus eſt, quod bis Sarmatas prœlio ſuperaviſſet, & antea ob aliam ex eadem Gente relatam victoriam cognomen *Sarmatici* militari acclamatione accepiſſet. *Secundò Sarmaticus*, vel *ſecundus Sarmaticus*, (nam ita Ammianus cùm editus tum ſcriptus loquitur) una eademque res eſt. Nec verba A. Marcellini aliter quàm dixi, ſunt accipienda.

Pag. 207. col I. v. 6. *Regionem cui Capellatii vel Palas nomen eſt, ubi terminales lapides Alamannorum & Burgundiorum confinia diſtinguebant*, falſo putat Lindenbrogius eſſe *Palas*, caſtrum in agro Trevirico à Ditmaro memoratum. Quippe *regio Capellatium vel Palas* trans Rhenum poſita erat in magna Germania, & inter Alamannos ac Burgundios vel Burgundiones, Gentes Germaniæ Tranſrhenanas jacebat: ut apertè docet Ammianus in libro XVIII. ac XXVIII. At *Palas* Ditmari, caſtrum erat cis flumen Rhenum in provincia Galliæ Belgica prima: quod Ditmarus in libro VI. tradit *à Trevirenſibus adverſus Regem* munitionibus *firmatum* eſſe.

Pag. 235. col. I. Armaturam Gallorum Francorumque confundit Lindenbrogius, & quia Ammianus ibi *Gallos ſecuribus gladiiſque ſuccinctos* deſcripſit, laudat Apollinarem Sidonium, & Procopium, ac Agathiam: qui Francorum ſecures ancipites vel bipennes, vulgò Franciſcas à Gente cognominatas, & haſtas lanceáſve quæ angones vocabantur, deſcripſere.

Pag. 314. col. 2. v. 9. de Conſtantio Aug. *Uxorem autem prægnantem reliquit. Unde edita poſtuma*, &c. Ad ea Ammiani in libro XXI. verba iſta Lindenbrogius adjecit, & quidem poſt editum pridem Ammianum ſuum: *Ante Conſtantium obiiſſe ejus uxorem ſcribit Zonaras.* Γαμετὴ δ' ἦν αὐτῷ Εὐσεβία. Et paullo inferiùs: τοῦ Κωνσταντίου προτέθνηκεν, ἄπαις διὰ βίου μείνουσα. Hoc de Euſebia uxore Conſtantii A. verè prodidit Zonaras: quæ *Regina Euſebia, quoad vixerat ſterilis* dicitur & Ammiano in libro XVI. At idem nihilominùs tamen in libro XXI. pag. 295. ſcribit, Tauro & Florentio Coſſ. anno Chriſti CCC. LXI. Conſtantium Antiochiæ *Fauſtinam ſortitum eſſe conjugem*, (*amiſſâ jampridem Euſebiâ*) quam eodem anno moriens *prægnantem reliquerit*. Ejus filiam poſtumam, nomine patris Conſtantiam appellatam eſſe: quam parvulam nunc ſinu, nunc lecticâ ſecum Procopius tyrannus circumtulerit, & quæ poſtea adulta Gratiano A. nupſerit; ſicuti in libris XXVI. & XXIX. Marcellinus narrat. Diſtinguendæ ergo fuerunt duæ minimùm Conſtantii A. uxores: prior Euſebia ſterilis; poſterior Fauſtina, ex Conſtantio A. mater Conſtantiæ A. quæ duæ Auguſtæ cùm ab Ammiano diſertis verbis non ſemel diſtinctæ fuerint, ab homine qui Ammianum obſervationibus ſuis illuſtrabat, ignorari aut confundi non debuere.

Pag.

Pag. 530. col. 1. v. 26. *Gruthungos* Ammiani, quos Vopiſcus *Gauthunnos*, Claudianus *Gothunnos*, Zoſimus *Prothingos* mendoſè vocet: à Sidonio *Vithungos*: ab Ammiano ipſo in libro XVII. *Juthungos* appellari ait Lindenbrogius, & unos eoſdemque ſibi videri: *Gruthungos* vel potiùs *Greuthungos* Gentem Gothicam, & *Juthungos* ſeu *Vithungos*, nationem Alamannicam longiſſimè à Greuthungis diſtantem confundens.

Pag. 585. col. 2. v. 14. Ammiani ex libro XXVIII. verba hæc laudat Lindenbrogius; *Sobolem ſe eſſe Romanam Burgundii ſciunt.* Tum addit; *De Burgundiis hoc eatenus verum putare ſe, quatenus in Aeduorum fratrum populi Rom. ſedes ſucceſſerunt.* Quo nomine à fratre meo in Notis meritò reprehenditur. Quippe nondum cis flumen Rhenum in Sequanis & Aeduis aliiſque Galliarum regionibus & provinciis ſedem ceperant Burgundii vel Burgundiones, ſed trans Rhenum adhuc habitabant, quum Ammianus ſcribebat Hiſtoriam: quos Burgundiones nonniſi Honorio & Theodoſio juniore Principibus Rhenum tranſiſſe perpetuæ poſſeſſionis cauſâ & *Lucio V. Cl. Conſule* anno Domini CCCC. XIII. poſt Valentis A. mortem XXXV. *partem Galliæ Rheno propinquam armis obtinuiſſe* Tiro Proſper & Caſſiodorus Senator in Chronicis tradunt. Quod autem ibidem ait A. Marcellinus, *Burgundios*, qui ceteris omnibus Hiſtoricis *Burgundiones* vocantur, *ſalinarum finiumque cauſſâ Alamannis ſæpe jurgâſſe*: ſic explicat Lindenbrogius, ut dicat harum ſalinarum meminiſſe Johannem Sariſberienſem in epiſtola 196. hiſce verbis: *Utinam ſepeliatur in ſalinario Aeduorum.* In quo ſui ſimilis eſt, & uti ſuprà, graviter errat Lindenbrogius. Nam ut ambo populi, Alamanni & Burgundiones ætate A. Marcellini trans flumen Rhenum ſedes adhuc ſuas habebant: ſic *ſalinæ* ab Ammiano memoratæ, in utriuſque Gentis confinio trans Rhenum quoque poſitæ erant. Ac *Salinæ* cis Rhenum erant in Sequanis, cum Ledone Salinario & caſtro Salinenſi, nihil ad ſalinas iſtas Tranſrhenanas, de quibus Alamanni & Burgundiones inter ſe pugnabant, ulla ratione pertinentes, duobus puteis ſalſis illuſtres: quas *Salinas* Johannes Sarisberienſis *Salinarium Aeduorum* vocavit, cùm *Salinarium Sequanorum* appellare debuiſſet. Nam ullas in Aeduorum finibus, hoc eſt in pago Auguſtodunenſi, in Cabillonenſi item, & Matiſconenſi, ac Nivernenſi ſalinas eſſe non novi. Et de Lindenbrogio hactenus: quæ ſolo amore veri impulſus adnotavi, ac ſtudioſos admonui, ne quis minimè præmonitus, eoſdem in ſcopulos imprudens ac incautus incideret.

Habes, erudite & candide lector, Ammianum celeberrimum Hiſtoricum, in quem totos menſes viginti me aſſiduè impendiſſe non pænitet. Habes editionem noſtram, tempore quidem noviſſimam, ſed certè tamen (ſi fas eſt dicere) omnium primam. Quippe ſingula ac univerſa cunctarum priorum editionum bona complectitur; earumdem verò vitiis caret: plurima præterea optima & maxima ac perquam utilia continet quæ ceteris omnibus deſunt. Quo nomine (ut ſpero) commendanda, & apud poſteros famam eſt aliquam meritura. Fruere igitur, & vale.

HENRICI VALESII
AD CANDIDUM LECTOREM
PRAEFATIO
IN PRIOREM AMMIANI MARCELLINI EDITIONEM.

AMMIANUS Marcellinus Antiochiæ genitus fuit, parentibus ut conjicere eſt nobiliſſimis. Ipſe admodum adoleſcens inter Protectores Domeſticos militavit. Quo maximè argumento ejus nobilitas deprehenditur. Ducum enim, Comitum & Magiſtrorum militarium filii in eam ſcholam referebantur. Itaque & Conſtantius Chlorus, & Jovianus, qui poſteà Auguſti fuerunt, & Gaudentius Aëtii pater qui poſt ad Magiſterii equitum culmen pervenit, à Domeſticatu militiam exorſi ſunt. Ac cæteri quidem milites in votis habere conſueverant hanc militiæ promotionem, ut Protectores fierent, quemadmodum ſcribit Paulinus in Epiſt. 39. Marcellinus verò noſter ab eo loco militiam auſpicatus eſt adoleſcens, ad quem vota nobilium juvenum ac deſideria adſpirabant. Cùm autem hic mos eſſet, ut ex Domeſticis Protectoribus alii in Comitatu conſiſterent ad Imperatoris cuſtodiam, alii cum Magiſtris militum per varias orbis Romani provincias mitterentur: (quod in Adnotationibus uberiùs explicui) Marcellinus noſter cum Urſicino Magiſtro equitum miſſus eſt in Orientem, eidémque à Conſtantio Aug. obſequi eſt juſſus: ut ipſemet ſcribit libro XIV. Urſicinus autem à Conſtantio ad tutelam Orientis deſtinatus eſt anno Natalis Dominici 350. ut elicitur ex libro XVIII. Poſtea Urſicino juſſu Imperatoris Mediolanum accito, Marcellinus quoque noſter unà cum eo in Italiam venit, Conſulatu Conſtantii ſeptimo & Conſtantii Galli tertio, qui annus erat 354. Natalis Dominici. Anno autem ſequenti, cùm idem Urſicinus ad opprimendam Silvani tyrannidem à Conſtantio mitteretur in Gallias, Ammianum Marcellinum unà cum aliis ſpectatæ induſtriæ Protectoribus ſecum duxit. Exſtincto brevi Silvano, Urſicinus aliquamdiu detentus eſt in Galliis: tandémque à Conſtantio Sirmium evocatus, paullo poſt reddita Magiſterii dignitate in Orientem remiſſus eſt, juncto ut antea Marcellino. Ibi quæ Marcellinus noſter geſſerit, quibus in prœliis obſidionibúſque verſatus ſit, quas legationes obierit, ſatius ac jucundius fuerit ex ipſius narratione quàm noſtris verbis diſcere. Poſt obitum Conſtantii Julianus rerum potitus, ingenti apparatu bellum intulit Perſis. Cui expeditioni ſe interfuiſſe Marcellinus noſter affirmat. Valentiniano deinde & Valente regnantibus quid egerit, aut ad quam dignitatem promotus fuerit, quoniam ipſe tacuit, obſcurum eſt. Videtur tamen, ſi conjicere licet, tum relictâ militiâ ad otium ſe contuliſſe. Certè Valentis temporibus quin Antiochiæ (quam ejus patriam fuiſſe dixi) commoratus ſit, dubitari non poteſt. Nam in libro XXIX. ubi conjurationem illam Theodori commemorat, quæ Antiochiæ patefacta ſimul & vindicata eſt, his verbis utitur: *Et quoniam addici poſt cruciabiles pœnas vidimus multos, ſummatim (quia nos penitiſſima geſtorum memoria fugit) quæ recolere poſſumus, expeditiùs abſolvemus.* Quibus accedunt ea quæ infrà dicit in eodem libro, & in lib. XXX. Gratiano demum ac Valentiniano Juniore & Theodoſio ſimul imperantibus, Marcellinus Oriente relicto Romam migravit: quam ob cauſam, & utrum à Principe illuc evocatus, incertum eſt. Ceterùm magnitudine & copiis urbis in qua domicilium conſtituerat, non ad luxum ac deſidiam abuſus eſt, ut plerique tum fa-

cere ſolebant: ſed optimarum artium ſtudiis, & Auctorum maximè Latinorum lectioni vacans, in clariſſimi & doctiſsimi cujuſque amicitia conſenuit. Teſtes ſunt unus & triginta Hiſtoriarum libri, quibus res Romanas ab exordio Nervæ ad Valentis obitum comprehenderat. Quos quidem libros Romæ ab eo ſcriptos fuiſſe multa argumenta demonſtrant. Primò enim cenſuræ illæ ſanè graves, quibus in vitia Nobilitatis ſimul ac plebis Romanæ invehitur, non modò in libro XIV. ſed etiam in XXVIII. & alibi, non ab alio quàm ab urbis Romæ inquilino proficiſci potuerunt. Cur enim unius populi Rom. delicta tam accuratè retulit? An ſolus eo tempore populus Rom. vitiis ſcatebat? Nonne eadem Conſtantinopoli etiam agebantur? Sed nimirum qui Romæ reſidebat, & Romanis hiſtorias ſuas recitabat, hujuſmodi objurgationibus admonere cives Romanos, & ad meliorem frugem revocare cupiebat. Præterea idem oſtendit reprehenſio Senatoris cujuſdam Rom. quæ legitur in principio libri XXVI. Sed in exordio ipſo libri XXVIII. longè clarius idipſum ſignificat Marcellinus. Ait enim timuiſſe ſe, ſi calamitates urbis Romæ accuratiùs commemoraret, ne idem ſibi accideret quod olim Phrynicho: qui cùm expugnationem Mileti (quæ Colonia Athenienſium erat) argumentum ſumpſiſſet tragœdiæ, ſuffragiis populi Athenienſis graviter multatus fuiſſe dicitur. Denique in lib. XXX. de Advocatorum profeſſione locuturus, ſe in Occidente fuiſſe, cùm ea ſcriberet, teſtatur his verbis: *Ergo abſolutis ſuper ejus indignitate paucis quam in illis* (Orientalibus ſcilicet) *partibus agens expertus ſum, ad cœptorum curſum regrediar.* Quòd ſi quis fortaſſe his argumentis non ſatis convictus eſt, Libanii certè Antiocheni teſtimonio fidem non derogabit. Hic in Epiſtola ad Marcellinum noſtrum, eum Romæ vixiſſe, & hiſtorias ſuas magno cum plauſu & favore populi Romani recitaſſe docet. Sed quoniam hæc Epiſtola & laudes Marcellini noſtri, & alia quædam de ipſo neceſſaria ſcitu continet: operæpretium duxi, eam hîc integram ex codice Bibliothecæ Regiæ apponere.

ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΩ.

Καὶ σὲ ζηλῶ τοῦ Ῥώμην ἔχειν, κἀκείνην τοῦ σέ. σὺ μὲν γὰρ ἔχεις ᾗ τῶν ἐν γῇ παραπλήσιον οὐδέν. ἡ δὲ τῶν ἑαυτῆς πολιτῶν, οἷς πρόγονοι δαίμονες, οὐχ ὕστερον. ἦν μὲν οὖν δή σοι μέγα, καὶ τὸ μετὰ σιγῆς ἐν τῇ τοιαύτῃ διάγειν, καὶ τοὺς λόγους ὑπ' ἄλλων λεγομένους δέχεσθαι. πολλοὺς γὰρ ἡ Ῥώμη τρέφει ῥήτορας πατράσιν ἀκολουθοῦντας. νῦν δ' ὡς ἔστιν ἀκούειν τῶν ἐκεῖθεν ἀφικνουμένων, αὐτὸς ἡμῖν ἐν ἐπιδείξεσι ταῖς μὲν γέγονας, ταῖς δὲ ἔσῃ, τῆς συγγραφῆς εἰς πολλὰ τετμημένης, καὶ τοῦ φανέντος ἐπαινεθέντος μέρους ἕτερον εἰσκαλοῦντος. ἀκούω δὲ τὴν Ῥώμην αὐτὴν στεφανοῦν σοι τὸν πόνον. καὶ κεῖσθαι ψῆφον αὐτῇ τῶν μέν σε κεκρατηκέναι, τῶν δὲ οὐχ ἡττῆσθαι. ταυτὶ δὲ οὐ τὸν συγγραφέα κοσμεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ὧν ἐστὶν ὁ συγγραφεύς. μὴ δὴ παύσῃ τοιαῦτα συντιθεὶς, καὶ κομίζων ἐκεῖθεν εἰς συλλόγους, μηδὲ κάμῃς θαυμαζόμενος. ἀλλ' αὐτός τε γίγνου λαμπρότερος, καὶ ἡμῖν τοῦτο δίδου. τοιοῦτον γὰρ πολίτης εὐδοκιμῶν κοσμεῖ τοῖς αὐτοῦ τὴν πόλιν τὴν ἑαυτοῦ. σὺ μὲν οὖν ἐν τοιούτοις εἴης. ἡμῖν δ' ἐν πένθει κειμένοις εἰ μή τις θεῶν ἀμύνοιε, οὐκ ἔσθ' ὅπως οἴσομεν. ὃς γὰρ δὴ μόνος ἦν ἡμῖν οὐ κακὸς ἐκ μητρὸς ἀγαθῆς εἰ μὴ καὶ ἐλευθέρας, οἴχεται καὶ τέθαπται λύπῃ τελευτήσας, &c.

LIBANIUS MARCELLINO.

Et tibi quòd Romæ es gratulor, & Romæ quòd te poſſidet. Nam & tu eam urbem habitas, cui orbis terrarum nihil par habet. Et illa civibus ſuis qui Heroas pro conditoribus habent, te nihilo inferiorem tenet. Ac magnum quidem tibi eſſet, vel cum ſilentio in tanta urbe degere, & aliorum recitationes audire. Multos enim alit oratores Roma, à parentibus non degeneres. Nunc verò, ut ab iis qui illinc veniunt, accepimus, tu ipſe tua partim jam recitaſti, partim recitaturus es, cùm hiſtoria tua plura in-

membra diviſa ſint, & partis publicata laudatio, ſequentium publicationem invitet. Accepi etiam Romam ipſam labores tuos coronare, & totius civitatis hoc judicium eſſe; te hos quidem longè ſuperaſſe, ab illis verò non eſſe ſuperatum. Et hæc quidem non ſolùm hiſtoriæ ſcriptorem, ſed nos etiam à quibus profectus eſt, ornant. Perge igitur talia componere, ac deinde in corona recitare, & admirationem ac plauſum referre. Nec deſine laudes tuas ac ſimul noſtras amplificare. Ejuſmodi enim civis gloria patriæ quoque ornamento eſt. Ac tuæ quidem res in eo ſtatu ſint. Ego verò luctu confectus, niſi Deorum quis opem tulerit, quid agam neſcio. Nam qui mihi unicus erat, non malus bonæ matris licèt non ingenuæ filius, periit humatúſque eſt, præ dolore mortuus, &c.

Hæc inſignis Epiſtola non hoc tantùm quod aſſerimus probat: ſed præterea docet Ammianum Marcellinum, quod in principio dixeram, domo Antiochenſem fuiſſe. Eſt certè Marcellinus in laudem Antiochiæ propenſior, nec ferè umquam de ea civitate niſi adjuncto elogio loquitur. Hinc etiam eſt, quòd Antiochenſes malè acceptos proſcriptóſque à Juliano in eo volumine quod Μισοπώγωνα appellavit, ipſe utpote cives ſuos benivolè excuſat. Sic enim ait in lib. XXII. ſub finem: *Quocirca in eos deinceps ſæviens ut obtrectatores & contumaces, volumen compoſuit invectivum, quod Antiochenſe vel Miſopogonem appellavit, probra civitatis infenſa mente dinumerans, addénſque veritati complura.* Ceterùm cùm poſt obitum Valentis Marcellinum in Urbem veniſſe, ibíque hiſtorias compoſuiſſe docuerim: tempus ipſum, quo hæ hiſtoriæ ſcriptæ ſunt, ſatis demonſtratum puto. Quamquam tantum tamque arduum opus non uno die, aut anno detextum eſt; ſed per partes ſubinde ab Auctore publicatum: quod etiam in Epiſtola ſuprà allata teſtatur Libanius. Et librum quidem XXVII. poſt necem Gratiani, & poſt tyrannidem Maximi jam profligatam ſcriptum fuiſſe patet ex libro ipſo XXVII. quod etiam ex procemio libri XXVIII colligi poteſt, ubi ait: *Tamen præſentis temporis modeſtiâ confiſus, &c.* Præterea in libro XXVI. Neotherium Conſulem memorat. Fuit autem Neotherius Conſul anno Domini 390. At in libro XXII. de Serapeo ut adhuc ſtante loquitur: quod Theodoſii Imp. edicto deſtructum eſt Conſulatu Timaſii & Promoti, id eſt anno ante Conſulatum Neotherii, ut ſcribit Marcellinus in Chronico. Quamquam Tatiano & Symmacho Coſſ. anno Dom. 391. id accidiſſe indicat Theodoſii ipſius edictum in codice Theodoſ. de Paganis. Quanti porrò faciendum ſit hoc Hiſtoriarum opus Marcellini noſtri, ex allato Libanii teſtimonio perſpici poteſt. Mihi quidem Marcellinus ſummis quibuſque Hiſtoriæ Scriptoribus comparandus videtur. Nam cùm duo maximè in hiſtorico ſpectanda ſint, res & verba: elocutio quidem haudquaquam rerum geſtarum Scriptori negligenda eſt: rerum tamen prima ac potiſſima cura eſſe debet. Et Marcellinus quidem cùm argumento operis, tum delectu ac diſpoſitione, & judicio ac fide nemini cedit: in prœliorum verò obſidionúmque narrationibus multos longo intervallo ſuperat. Verba autem ipſa ſunt ea quidem Latina ferè omnia: ſed conſtructio & collocatio verborum eſt, ut ita dicam, ferè militaris. Nolim tamen omnino negare, in hiſtoriis Marcellini quædam occurrere reprehendenda. Nam & interdum verboſior eſt quàm par ſit, & doctrinæ famam nimis affectat: quod vitium eſt plerumque eorum, qui provecta jam ætate ad ſtudia ſe contulerunt. Hinc exceſſus illi intempeſtivi atque pueriles de terræmotuum cauſis, de cometis, de Iride. Præterea numerum & tonum hiſtoricum raro ſervat: ſed ferè cothurnatus incedit, cùm Hiſtorico conveniat tracta & leniter fluens oratio, quam εἰρομένην λέξιν Ariſtoteles appellat. Sed hæc fortaſſe excuſari poterunt, ſi meminerimus quod in dicta Epiſtola teſtatur Libanius, hiſtorias à Marcellino noſtro πρὸς ἐπίδειξιν, id eſt ad oſtentationem eſſe compoſitas. Proinde mirum videri non debet, ſcenæ aliquid ac plauſui ab eo datum fuiſſe. Adde quòd hæc vitia reliquis operis virtutibus ac dotibus facilè obſcurantur. Denique, ut paucis abſolvam, cùm ad rerum civilium, tum ad Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cognitionem hic Scriptor non modo utilis eſt, ſed etiam neceſſarius. Etſi enim Deorum cultui mancipatus fuit, quod certè negari non poteſt, ea tamen fide, ſinceritate, modeſtia

de Chriſtianorum rebus loquitur, ut niſi ex plurimis locis toto opere ſparſis conſtaret eum cultorem numinum fuiſſe, Chriſtianus non immeritò poſſet videri. Mitto quòd antiquitates & origines tum majorum noſtrorum, putà Francorum, tum Alamannorum & Burgundiorum aliarúmque gentium non aliunde, quàm ex Marcellini hiſtoriis peti poſſunt. Atque utinam tredecim quoque priores libri ſupereſſent, quibus res geſtas Auguſtorum ab exordio Cæſaris Nervæ ad Conſtantii tempora pertexuerat. Etſi enim priorum Principum geſta ſuccinctiùs memoraverat, ut ex eo apparet quòd xxx. propè Imperatorum hiſtoriam tredecim libris erat complexus: non tamen dubitandum eſt, quin plurima ſcitu digna iis voluminibus continerentur. Sed præterquam quòd libri illi vetuſtatis injuriâ perierunt, octodecim reliqui, tamquam ex naufragio quodam ita laceri mutilique ad nos pervenerunt, ut vel una hæc ratio multos ab eorum lectione deterruerit. Quod quidem non ſcriptorum dumtaxat exemplarium vitio contigit, ſed etiam editorum culpâ. Prima quidem Marcellini Hiſtoriarum Editio Romæ prodiit anno Domini MCCCCLXXIV. cui præfuit A. Sabinus Poëta laureatus. Hæc Editio, utpote nondum exorta Criticorum natione, omnium fideliſſima eſt. Nævos enim exemplaris ſui & lacunas ſervat omnes. Hanc ſecuta eſt Editio Bononienſis anno 1517. quam curavit P. Caſtellus, vir nec ingenio nec judicio ullo præditus. Ac neſcio utrum ſtuporem hominis mirari magis, an audaciam atque impudentiam debeas. Nam neque ullum codicem manuſcriptum conſuluit; & conjecturæ adeo infeliciter indulſit, ut monſtra quædam ac deliria in Marcellini libros intruſerit. Denique lacunas omnes quæ in Editione Romana fideliter expreſſæ fuerant, ipſe inſertis vocabulis explevit, aut ita coïre fecit, nullum ut earum veſtigium lectoribus relinqueretur. Itaque hæc Editio omnium ferè errorum, qui in Marcellini libris occurrunt, ſeminarium meritò dici poteſt. Quòd ſi quis eam in manus ſumpſerit, ac vel ipſam Caſtelli Epiſtolam legerit, is profectò fatebitur nihil à nobis exaggerari. Huic, anno pòſt, ſucceſſit Editio Baſilienſis à Johanne Frobenio excuſa, quæ Bononienſem illam dumtaxat expreſſit. Tandem verò anno MDXXXIII. Editiones duæ prodiêre: prior Auguſtæ Vindelicorum, emendata à Mariangelo Accurſio: poſterior Baſileæ apud Hieronymum Frobenium Johannis filium, cui præfuit Sig. Gelenius. Hæc Calendis Julii; illa menſe Maio abſoluta eſt. Utraque porrò ex ſcriptorum codicum fide emendata & aucta. Nam Accurſius libros quinque poſtremos, qui in ſuperioribus Editionibus deerant, ex ſuo codice primus adjecit. In Editione verò Gelenii, qui Hirsfeldenſi Mſ. exemplari uſus eſt, ultimus liber cum extrema triceſimi pagina deſideratur. Ceterùm has inter ſe Editiones conferre nec inutile mihi, nec injucundum fuit. Erat quidem in utroque horum virorum magna doctrina, ut ſcripta utriuſque teſtantur. Sed in Gelenio major quædam ingenii vis, & judicium acrius fuit. Quod cùm multi præclari labores illius viri teſtantur, tum maximè interpretationes Latinæ Dionyſii Halicarnaſſenſis, Appiani, Philonis item ac Joſephi, Origenis & aliorum. Ex quibus apparet eum excellenti ingenio & ſingulari doctrina præditum fuiſſe. Sed & Ammiani Marcellini hiſtoriæ ab eo editæ id ipſum abunde teſtantur. In quibus plurima acutè & ingenioſè emendavit; & inſignem paginarum tranſpoſitionem, quæ in Mſſ. omnibus codicibus reperitur, & in Editione exſtat Accurſii, mira dexteritate reſtituit. Quamobrem ejus viri nomini libenter hoc laudis teſtimonium impertimus, neminem adhuc exſtitiſſe, qui de hiſtoria Marcellini meliùs meritus ſit. Has ſecuta eſt Editio Frobenii anno MDXLVI. in qua ultimus liber adjectus, & quidam loci à neſcio quo emendati ſunt, ope Editionis Auguſtanæ, ut equidem cenſeo. Ex hac deinceps Editione reliquæ omnes cùm in Gallia, tum in Germania propagatæ videntur. Donec Fridericus Lindenbrogius, vir eruditus ac diligens, novam Editionem aggreſſus eſt anno MDCIX. Qui præterquam quòd aliquot locos Scriptoris noſtri ope Mſ. codicis Florentini egregiè correxit; primus omnium Auctorem ſanè difficillimum perpetuis Obſervationibus illuſtrare auſus eſt. Varias denique Mſ. codicis lectiones in calce Editio-

nis appoſuit, quæ novam quandoque Editionem aggreſſuris magno uſui eſſe poſſent. Proinde & doctrinæ & induſtriæ non mediocrem certè laudem meretur. Hæ ferè ſunt Editiones Hiſtoriarum Marcellini, quæ ſingulare quiddam præ ceteris habuerunt. Nam reliquæ ex his tamquam fontibus derivatæ ſunt omnes. Editio verbi gratiâ Roberti Stephani, ad exemplar Gelenianæ illius expreſſa eſt. Henrici autem Stephani, Gryphiique Editiones Baſilienſem illam anni MDXLVI. inſtar archetypi ſecutæ ſunt. Earum porrò ſeriem Editionum paullo fuſiùs hîc enarrandam eſſe duxi duabus de cauſis. Nam cùm in Annotationibus noſtris priores quatuor ſæpiſſimè nominentur, officii noſtri fuit Lectorem de ſingulis præmonere. Altera ratio eſt, ut appareat Lectori, quibus præſidiis ſuccinctus novam hanc Editionem ſuſceperim. Etenim Romana quidem & Auguſtana & Baſilienſis Editio, utpote ex Mſſ. exemplaribus profectæ, ſcriptorum codicum vicem meritò præſtiterunt. Bononienſis autem illa, (quod unum maximè intererat) fontem mihi omnium mendorum aperuit. In quo certè nos feliciores & Accurſio fuiſſe & Gelenio nemo dubitabit. Hi enim, ut mihi quidem videtur, ſolam Johannis Frobenii Editionem viderant, quæ Bononienſem, uti ſuprà dixi, cum omnibus mendis expreſſerat. Nec quiſquam ante nos de facinore P. Caſtelli ne ſuſpicatus quidem videtur. Nobis porrò præter hæc ſubſidia, Mſſ. etiam codices non defuerunt. Inter quos meritò palmam ferat codex Bibliothecæ Regiæ, quem à Viro clariſſimo doctiſſimóque Nicolao Rigaltio, ejus Bibliothecæ Præfecto, commodatum accepi. Hic codex etſi non multùm antiquus, ex optimo tamen exemplari & ab erudito homine deſcriptus, in plurimis locis emendandis permagno mihi uſui fuit. Huic acceſſit codex Bibliothecæ Vaticanæ, qui olim Monaſterii Fuldenſis fuerat, ante quadringentos plus minùs annos exaratus. Ex eo locos quoſdam à J. Jacobo Bouchardo erudito viro ut petieram collatos, miſit ad me Nicolaus Fabricius Peireſcius V. Cl. qui cùm rei publicæ litterarum bono natus eſt, tum in noſtris privatim ſtudiis juvandis & promovendis nulli labori & impenſæ parcere ſolet. Et quamquam pagellas ab eo ad me miſſas ſeriùs & affecta jam Editione noſtra accepi: obſervavi tamen Vaticanum codicem illum ferè ubique cum Regio conſentire. Præterea librum Antonii Loiſelli, in quo vir ille doctiſſimus varias aliquot lectiones Mſ. codicis, qui olim Valentiæ Cavarum fuit, adnotaverat, benignè mihi communicavit Hieronymus Bignonius V. Cl. & inter præcipua Luteciæ noſtræ ornamenta numerandus. Denique Friderici Lindenbrogii & Gruteri Editiones, varias quoque lectiones ex Mſſ. exemplaribus Florentino & Fauchetii ſuppeditarunt. His igitur auxiliis inſtructus, Marcellini hiſtorias mendis quamplurimis purgatas in publicum emiſi. Adnotationes quoque uberiores addidi, quibus cùm emendationum mearum rationem redderem, tum difficiles quoſque locos (cujuſmodi in hoc Scriptore occurrunt plurimi) explicarem. In quo quid præſtiterim, tuo Lector judicio relinquo. Hoc quidem mihi videor jure poſſe dicere, dediſſe me operam, ut nullum obſcuriorem locum tacitè & diſſimulanter præterirem. Poſtremò Excerpta de geſtis Conſtantini, quorum in Adnotationibus ſæpe mentionem facio, huic Editioni noſtræ ſubjungere placuit. Eorum autem mihi copiam fecit R. P. Jacobus Sirmundus, judicio, doctrinâ, ſtilique elegantiâ, ut inter omnes conſtat, eminentiſſimus. Cujus etiam humanitati debetur nummus ille Hanniballiani Regis, qui Adnotationum noſtrarum veſtibulum exornat. Ejus enim nummi ectypum pro ſua erga me benevolentia liberaliter mihi communicavit. Frueris igitur, amice Lector, hoc laborè noſtro: & ſi quando, ut in tam lubrico opere, lapſi erimus, nobis humaniter condonabis.

CLAUDII CHIFFLETII J. C.

SEQUANI VESONTINI,

DOLANAE ACADEMIAE REGII ANTECESSORIS,

DE

AMMIANI MARCELLINI

VITA ET LIBRIS RERUM GESTARUM

ΜΟΝΟΒΙΒΛΙΟΝ.

AMMIANUS MARCELLINUS natione Græcus fuit, ut ſæpius profitetur: unde domo, perincertum. Pater & genus ignorantur; niſi quòd ingenuum ſe & nobilem fuiſſe non obſcurè indicat, cùm fugiens vim Perſicam, tandem *ſe nimietate pedibus incedendi ſuperatum, ut inſuetum ingenuum*, (utar enim verbis ejus quantùm licebit) narrat lib. XIX. Solet autem Marcellinus, cum multis aliis, ingenuos nobiles appellare. Fit quidem mentio *Antonii Marcellini*, ſub Conſtantino Magno Præſidis provinciæ Lugdunenſis primæ: ad quem exſtat L. I. Cod. Theod. Sine cenſu vel reliq. & aliquot aliæ. Is an hujus pater fuerit, nec negare, nec adfirmare auſim. Certè *Marcellini* Coſ. cum Probino, Conſtantini filiorum temporibus, faſti meminerunt; ſicut & *Marcellini Comitis Orientis*, in L. VI. C. utroque, de oper. publ. quæ data eſt Limenio & Catullino Coſſ. Item *Marcellini* PP. ad quem L. III. C. Theod. de honorar. C. quæ data eſt Acindyno & Proculo Coſſ. Invenio & *Marcellinum* appellari à Sexto Victore, in veteribus etiam libris, qui cum Chreſtio & Magnentio in Conſtantis necem conſpiravit: ſed non facilè dixerim, an ad *Ammianum* pertinuerit, quem nomine tenus refert. Conjicio tamen eumdem eſſe, quo duce Magnentius Nepotianum, res novas Romæ molientem oppreſſit; quem Zoſimus *Magiſtrum Officiorum* appellat. De his igitur nihil aliud habeo quod dicam, quàm Marcellinorum familiam, unde Ammianus, illis temporibus illuſtrem fuiſſe, & Comitivæ, & Magiſterii dignitatibus decoratam. Ex ejus fortè poſteris (nihil enim præter nominis conjecturam habeo) eſt is, ad quem reſcribunt Honorius & Theodoſius Junior in L. III. C. Theod. de religioſ. qui mihi videtur idem eſſe cum illo *Marcellino Tribuno, & Notario*, quem in collatione Catholicorum & Donatiſtarum Imperatores iidem cognitorem & judicem dederunt; cujus meminit Oroſius lib. VII. cap. XXXII. & paſſim in Epiſtolis Divus Auguſtinus, ad quem etiam videtur dediſſe inſignes de Civitate Dei libros. Nam ne eumdem faciam cum hoc noſtro, annorum ratio repugnat. Alioquin dicendum eſſet *Ammianum* centenario paullo minorem, tam arduæ & laborioſæ cognitioni præfuiſſe. Denique illius Epiſtola, inter Auguſtinianas quarta, ab hujus ſtilo remotiſſima eſt. Fuit igitur de nomine ejus & familia; ut & alter *Marcellinus Comes Juſtiniani Imp. à cancellis*, cujus Chronicon laudabile exſtat.

Porrò qui *Ammianum* Conſtantinopolitanum faciunt, quem ſecuti ſint non video: nam in fine Operis tantùm ſe *Græcum* profitetur; nullibi Thracem: quod ei facile fuiſſet in Thraciarum

deſcriptione, & Byzantii mentione. Procul dubio non ſiluiſſet *jus Buleutarum*, ad exemplum urbis Romanæ à Juliano Byzantiis datum, aliáque in eos collata beneficia, quæ Zoſimus expreſſit: ut verum ſit, quod initio dixi, patriam ejus ambiguam & incertam.

Ab adoleſcentia prima liberalibus diſciplinis imbutus fuiſſe videtur, & ſermonis utriuſque copiam, adjunctâ rerum geſtarum ſcientiâ, conſecutus. Unius ſanè *Ciceronis* lectione delectatum, paſſim tota Hiſtoria indicat: cujus utinam ſtilum, ut ſententias, quas ſæpiſſime interſerit, fuiſſet imitatus! His adducor ut credam, à prima pueritia *Marcellinum*, quamvis ortu Græcum, in Occidente vixiſſe, ibíque Latinæ loquutionis facultatem conſequutum. Nam ſequens ejus ætas provectior & maturior, toties bellis & rebus gerendis interpellata ac impedita, ei rei vix ſuffeciſſet. Militiam enim armatam ſtatim ſectatus eſt, primúmque à *Conſtantio* adoleſcens admodum, in cohorte *Urſicini* Magiſtri equitum fuit adſcriptus; quem etiam ſæpiſſime occaſione data commendat, ac ejus militares virtutes ad invidiam uſque præclaras celebrat. Quo ab Oriente revocato, inter Protectores Domeſticos Conſtantii *equeſtres*, ut puto, potiùs quàm *pedites*, retentus fuit *Marcellinus*, homo adhuc adoleſcens; quamvis ejus ordinis viri ex iis delecti eſſent, qui arma jam tulerant, belliſque aliis & expeditionibus interfuerant, ut Juliani Imperat. ad Leontium Epiſtola probat. Is locus & gradus militiæ ea tempeſtate adeo fuit honeſtus, ut *Jovianus* ex Domeſtico Protectore, & Ammiani collega, factus *Scholæ Primicerius*, ex Primicerio *Imperator* creatus ſit; ídque finis libri XXI. & ſequentes docent.

Miſſus poſtea in Galliam *Urſicinus*, quaſi ſucceſſor *Silvani* Magiſtri equitum & peditum, natione Franci, qui tum imperium invaſerat Coloniæ Agrippinæ; ceu altiore conſilio, ut in ipſis primordiis tyrannus opprimeretur, duxit ſecum egregio facinori perpetrando, ut poſtularat, Tribunos, & Protectores Domeſticos decem, ad juvandas neceſſitates publicas. Quia verò *Urſicino* jam cognita erat *Ammiani* induſtria & fides, eum inter alios delegit cum *Veriniano collega*: eóque tandem res proceſſit, & tam vafrè acta eſt, ut *Urſicini* & comitum arte atque induſtriâ ſummâ dejecto ac cæſo *Silvano*, Imperium *Conſtantio* adſererent, quod liber XV. luculentiùs explicat. In ea peregrinatione & legatione puto *Ammianum Veſontionem Sequanorum matrem, patriam mihi dulciſſimam* vidiſſe, tunc tantumnon dirutam, & in oppidum redactam, licet maximam olim, ſed *Alamannorum* vaſtatorias manus haud multo antè perpeſſam. De ea ſic in Galliarum deſcriptione lib. XV. *Apud Sequanos Biſontios vidimus, & Rauracos, aliis potiores opidis multis.* Quin & ibidem diutiùs commoratum, ideo crediderim, quia occiſo Silvano *Julianus* Cæſar creatus, & in partes Galliarum præmiſſus, exercitum ſequentem in unum juſſerat *Veſuntii* * congregari, *cui præſidebat Urſicini ſucceſſor Marcellus, ipſéque Urſicinus Ammiani noſtri Dux, præceptus à Conſtantio iiſdem in locis agere, aduſque expeditionis finem.* Interfuit igitur, aut verò intereſſe potuit *Marcellinus* noſter prœliis illis levioribus, quæ apud Brocomagum, *Senonas*, & alibi ante *pugnam Argentoratenſem* memorabilem facta ſunt. Nam ne gloriæ hujus particeps eſſet, obſtitit *Urſicini* paullo ante initum prœlium revocatio: qui litteris *Conſtantii* ex *Juliani* comitatu arceſſitus, *Sirmium* ad Imperatorem comitantibus ſociis venit, in quorum ut diximus, numero erat *Ammianus*: ibíque *libratis ſuper pace cum Perſis conſiliis, in Orientem cum Magiſterii poteſtate remittitur*: ſimúlque individuus ejus comes *Marcellinus*, juſſu Imperatoris profectus eſt, adoleſcens etiamnum, altiorum dignitatum militarium nondum capax. Ita enim de ſe lib. XVI. refert *Provectis è conſortio noſtro ad regendos milites natu majoribus, adoleſcentes eum* (Urſicinum) *ſequi jubemur, quidquid pro Rep. mandaverit impleturi.* Sed cùm *Urſicinus*, graſſantibus in palatio *Conſtantii* adulatoribus, accepto ſucceſſore *Sabiniano*, à Perſica expeditione ad comitatum Imperatoris revocaretur, atque in delenimentum ablatæ provinciæ, Magiſterium pedeſtris militiæ ei offerretur; dum ad juſſa feſtinat, & *Ammianum* atque ſolitum comitatum trahit, cuncti *paulliſper cis Taurum morati*, (cauſa in obſcuro eſt) tandem *ad partes Italiæ ex imperio feſtinan-* *tes*

* *immo Remis*.

tes, prope flumen venerunt Hebrum in Thraciam, *ibique* alia *Principis ſcripta recipiunt, jubentia omni cauſatione poſthabita reverti in Meſopotamiam, ſed ſine Apparitione: nullam expeditionem periculoſam curaturos, omni poteſtate ad Sabinianum tranſlata.* Ubi tamen præclaris factis bellicis inclaruit *Urſicinus* cum *Marcellino* & comitibus; quæ lib. XVIII. latiùs digeruntur. In eo de ſe perſæpe Auctor ſcribit, citra adrogantiam tamen. Inter cetera autem conſpicuum eſt, & pietatis laude celebre factum ejus, qui *liberalem puerum, torquatum & ingenuum,* à matre vaſtatorios Perſarum globos fugitante in medio aggeris relictum, & tunc ejulantē, impoſitum equo præ ferens ſuſtulit, & in tuto intra civitatem proximam locavit; parúmque abfuit, quin regrediens ad ſocios caperetur, quos ſecuros hoſtium, ſigno è longinquo demonſtrato, periculi inſtantis admonuit: quo ea ratione ſuperato, miſſus eſt *Marcellinus* ab *Urſicino* ad *Satrapam Corduenæ*, qui à Romanis non erat alienus, ut Perſarum conſilia ſcrutaretur: delectúſque ideo fuit, quia liberalibus diſciplinis deditus erat, quibus etiam *Satrapa* delectabatur. Quæ legatio felix adeo fuit, ut Perſicum apparatum oculitus didicerit, retuleritque comitatui Urſicini. Eo tempore ac bello retinuiſſe adhuc *Ammianum* militiam & dignitatem Protectoris Domeſtici, ex eo conſtat, quòd *Verennianum* æqualem, Protectorem Domeſticum, de quo ſuprà, *collegam ſuum* appellat, cùm ejus caſum deſcribit: non enim dubito, quin is ſit, quem Editiones corruptè appellant lib. XV. modò *Verianum*, modò *Verinianum*. In eo bello à Duce ſuo Urſicino vi Parthica ſeparatus *Marcellinus*, *Amidam* magnis tenuit ærumnis, quæ ab hoſte tandem, propugnante inter ceteros noſtro, non obtinendæ ſalutis, ſed fortiter moriendi ſtudio flagrante, ut ait, poſt longæ ac periculoſæ obſidionis moram capta eſt: ex qua quomodo evaſerit, & quibus fuerit agitatus caſibus, donec reperto Duce ſuo, cum eo *Antiochiam* reviſit, modeſtè commemorat lib. XIX.

Reverſo autem ad commilitium Principis *Urſicino*, factóque iterum Magiſtro peditum Præſentalium, probabile eſt, comitem ejus adſiduum *Ammianum*, ad Protectoris Domeſtici ordinariam functionem rediiſſe: aut ſi ad ampliores dignitates fuerit provectus, modeſtè reticet. Bellis ſanè, ac prœliis, & periculoſis expeditionibus, ætate jam in maturum gliſcente, acceſſionem honoris meruerat, cujus tamen præ litterarum ac doctrinarum dulcedine valde appetens, aut ambitioſus non videtur fuiſſe. Porrò quamvis *Palatinorum* calumniis appetita eſſet Urſicini clariſſima & conſummatiſſima virtus, íſque depoſitâ militiâ honoratâ, digredi ad otium ignobile juſſus ſit, ut lib. XX. perſtringitur: credo tamen *Ammianum* ſuum locum & ordinem, qualiſcumque tandem fuerit, retinuiſſe; quia de *Urſicino* tunc ſeparatim loquitur, quaſi ab ejus fortuna diſcretus; cùm alioquin in rerum ab eo geſtarum commemoratione ſeipſum ei frequentiùs adjungat: & verò hanc ſtatus ſui commutationem haud diſſimulaſſet. Quas autem mortuo Conſtantio, ſub *Juliano, Valentiniano, Valente, Gratiano*, ac *Theodoſio*, militares aut civiles dignitates geſſerit, ex ejus verbis nobis eſt incompertum. In fine quidem Operis, ſimpliciter ſe *militem* appellat; ut incertum ſit, miles cum dignitate fuerit, necne. Militavit quidem bello Perſico *ſub Juliano*, cui etiam *Hiſtoricus Eutropius* interfuit; ſed an ut Protector Domeſticus, aut ſub alio dignitatis militaris titulo, quem ejus induſtria merebatur, ideo eſt obſcurius, quia poſteris id tradere curæ ei non fuit: ab omni enim vanitatis ac jactantiæ ſuſpicione abeſt longiſſimè *Ammianus*. Fortè noluit referre auctus ſuos & dignitates adjectas, ſive à *Juliano*, ſive ab aliis, ne beneficii hujus publicatione de Hiſtoriæ ſuæ fide, vel ſaltem ſuſpicione tenus deminueret. Sed tamen in Reip. luce verſatum tantæ induſtriæ virum, ac titulis dignitatum decoratum fuiſſe nòn dubito; cùm etiam ſub *Gratiano, Valentiniano Juniore*, ac *Theodoſio* Comitivam rei Privatæ meruerit, id eſt ab armata ad palatinam dignitatem tranſierit. Nam ſic inſcribitur lex XLI. Cod. Theod. de appellat. IIDEM A. A. AD AMMIANUM COM. R. P. quæ ejuſdem anni eſt, licèt alterius diei cum L. v. in Cod. utroque ad leg. Jul. repet. quæ ad Magiſtratum & in adminiſtratione poſitum ſcripta eſt;

cujus eſt inſcriptio plenior in Theodoſiano Codice : IIDEM AAA. HAVE MARCELLINE. K. N. B. ut nemini mirum videri debeat, ſi à nobis initio libri ſuus titulus ei fuerit reſtitutus. In ea dignitate, quæ inluſtris erat, collegam habuit *Nebridium*, quem anno præcedenti, & eodem etiam lego appellari *Com. rei Priv.* in L. XVI. & XVIII. C. Theod. de Petit. & ultro dat. & del. Item in L. V. Cod. Theodoſ. de palat. ſacr. Larg. & rer. Priv.

Porrò in partitione Comitum, & numerorum militarium, quam *Valentinianus* & *Valens AA.* fecerunt apud *Naiſſum* Illyrici urbem, dum ille Occidenti, hic Orienti ſe accingit: videtur partem *Valentis* ſecutus *Marcellinus*. Nam res ejus, & cognitiones ſævas ſub eo habitas digerens, lib. XXIX. tandem ſubjungit: *Addici poſt cruciabiles pœnas vidimus multos, ut in tenebroſis rebus confuſione cuncta miſcente.* Et aliquanto pòſt, ubi lanienam nobilium plebeiorúmrumque memoravit, addit: *Omnes ea tempeſtate velut in Cimmeriis tenebris reptabamus, paria convivis Siculi Dionyſii pavitantes.* Præter Orientis & Perſidis peregrinationes non ſemel inſtitutas, Gallias etiam ac Germanias, ex iis quas retuli cauſis adiit; ſed & Ægyptum luſtravit, viſa pleraque in ea narrans. Thracias deſcribens lib. XXVII. obſcura varietate omiſſa, ſufficere ait, ea expedire, quæ vidiſſe meminit. Orientalium rabularum, & circumforaneorum oratorum vafritie verſutiáque aliquando vexatus fuit; quam injuriam ulciſcitur ſatis exceſſu de moribus eorum inſtituto lib. XXX. eóſque ſuis depingit coloribus.

Etiam vixiſſe Romæ Ammianum non dubitaverit, qui populi Rom. mores, & errata ab eo expreſſa lib. XIV. & XXVIII. legerit: nec enim niſi teſtis oculatus talia obſervare & ſcribere potuit.

Fuit *Ammianus* (ut & hanc vitæ ejus dotem exſequar) *profeſſione Chriſtianus*, niſi fallor, aut ſaltem animo & voto à Chriſtianis non alienus: de quibus honorificè in tota Hiſtoria ſparſim ſentit, & ſcribit; dataque occaſione libens eorum mentionem interſerit, non odio, ut maligni Scriptores, ſed ad commendationem potiùs. Nam cùm lego lib. XVIII. extremo factum Saporis Perſarum Regis laudari, qui in caſtellis duobus à ſe captis *inventas virgines, Chriſtiano ritu cultui divino ſacratas, cuſtodiri intactas, & religioni ſervire ſolito more, nullo vetante, præcepit*; vix eſt ut credam Chriſtiani oris hæc verba non eſſe. Cùm item narrat lib. XXIX. Theodoſium patrem leniter ſuſcepiſſe Chriſtiani ritus Antiſtites, à *Firmo Tyranno* miſſos, ut pacem orarent; quid aliud, quàm ex ea in Chriſtianos humanitate laudem *Theodoſio* adſeruit? Sed hæc ſunt leviora: his autem quæ ſubjiciam, quid clarius? nam de Conſtantio ita ſtatuit lib. XXI. *Chriſtianam religionem abſolutam & ſimplicem anili ſuperſtitione confudiſſe.* In quo ei cum tota hiſtoria Eccleſiaſtica convenit, quæ uno ore *Arianæ* pravitatis conſenſum *Conſtantio* affingit. *Superſtitionis* enim nomine hæreticas ſententias intelligit *Ammianus*, quia & de *Manichæis* loquens lib. XV. *ſectam ſuperſtitionum appellat.* Cùm autem lib XXII. de *Georgii Alexandrini Antiſtitis* acerbitate, & vindictæ nimio ſtudio uſque ad vile delationis officium, quem ob id plebs Alexandrina crudeliſſimè occidit, plura dixiſſet; ſubjungit: *Profeſſioniſque ſuæ oblitus, quæ nihil niſi juſtum ſuadet & lene, ad delatorum auſa feralia deſciſcebat.* Sed paullo pòſt Martyres ait appellari, *qui deviare à religione compulſi, aduſque glorioſam mortem intemerata fide progreſſi ſunt.* Nemo ſanè pagani ſpiritûs homo ſic loqueretur. Quid verò de Juliano ſcribit libro XXII. & XXV. *Inter quæ* (inquit) *erat illud inclemens, quòd docere vetuit magiſtros Rhetoricos & Grammaticos Chriſtianos, ni tranſiſſent ad numinum cultum.* Illud enim verum eſt, ob gentilem ſuperſtitionem Julianum ab eo numquam laudari; quin immo libro præcedenti ſic de eo: *Pergebat ulteriùs Imperator, placida ope numinis, ut arbitrabatur, erectior.* Cautè quidem, quaſi aliud ipſe Auctor ſentiret. Illa quæ de Antiſtitum provincialium vitæ ſeveriori diſciplina traduntur ab eo lib. XXVII. nonne Chriſtianum pectus ſapiunt? *Quos tenuitas edendi potandique parciſſimè, vilitas etiam indumentorum, & ſupercilia humum ſpectantia*

perpetuo numini, veriſque ejus cultoribus ut puros commendant & verecundos. Joviani autem virtutes commemorans, inter cetera ait: *Chriſtianæ legis idem ſtudioſus.* Si ergo in laude Joviani ponit, *Chriſtianum* fuiſſe; de Chriſtiana eum lege bene exiſtimaſſe neceſſe eſt. Hæc pro adſerenda *Marcellini* profeſſione & religione dicere volui; ne quis eum poſthac, ut paganum & melioris voti exſortem condemnet. Sanè cum Judæis non ſentit, quos lib. XXII. *fætentes, ac tumultuantes* vocat. Multa ſunt tamen in eo *Helleniſmi* veſtigia, qualia fuiſſe in Chriſtianis illorum temporum notiſſimum eſt. Quis enim Jovianum inter Principes Chriſtianos non refert: de quo nobile Auctoris teſtimonium protulimus antè. At hujus Imperii primordio, & hoſtiæ pro eo cæduntur, & exta inſpectantur, ut libro XXV. continetur. Gentilitas, macula fuit tam elui pertinax, ut veſtigia ejus remanſerint diutiſſimè: & dum in fidei ſummam conſentirent gentes, multa illis primi religionis Antiſtites & Inſtitutores condonabant.

Videtur tardiùs, & quinquagenario major ad ſcribendam Hiſtoriam deſcendiſſe, id eſt conſummatior belli paciſque temporibus, & poſt obſervatas inſignes rerum, quibus interfuit, viciſſitudines. Mecum faciet, qui tempus quo ſe adoleſcentem dixit, circa octavum nempe Conſtantii Conſulatum, cum eo contulerit, quo Hiſtoriam ſcripſit, quod contigit Theodoſio imperante, ſed ante ruinam templi ambitioſi *Serapidis* Alexandrini, cujus ut ſtantis adhuc, meminit in AEgypti deſcriptione, & poſt *Gratiani* mortem. Hujus enim ut fato functi ſic meminit lib. XXVII. *Imperatorem impleſſet cum veterum lectiſſimis comparandum, ſi per fata proximóſque licuiſſet, qui virtutem ejus etiamtum inſtabilem obnubilarunt actibus pravis.* Quin etiam ejus ut mortui virtutes ac vitia, data occaſione ſtrictim commemorat, vivis parcere multorum exemplo ſolitus. Nam quòd *Theodoſio* Imperium regente ſcripſerit, cujus parentem *Theodoſium* eximie laudat, ejúſque res geſtas ſtylo altiore condit, & à quorumdam reprehenſionibus defendit, præter ſuperiorem rationem vel inde exiſtimo, quia *Theodoſium juniorem, ducem Mœſiæ, primâ etiamtum lanugine juvenem, Principem poſtea perſpectiſſimum* appellat libro XXIX. Sed & ſæculi Theodoſiani felicitatem ac modeſtiam videtur commendare libri XXVIII. principio, cùm ait: *Præſentis temporis modeſtiâ fretus, carptim ut quæque memoriâ digna ſunt, explanabo.* Ab VIII. autem Conſulatu Conſtantii ad exortum Theodoſii Principis anni ſunt XXIV. ad Gratiani A. cædem XXVIII.

De tempore mortis ac genere, nihil habeo quod dicam: tantùm moneo, Ammianum in ſtudiis doctrinarum ad extremum uſque vitæ ſpiritum operam poſuiſſe, ex eóque colligo, quòd dum populi Rom. & maximè Nobilitatis otia, maláſque artes reprehendit, *doctrinas* ait, *ut venena deteſtari*, producto in eam rem *Socratis* nobili dicto, qui è vita poſtridie diſceſſurus, aliquid ampliùs ſcire optavit.

Sed & ſollemne eſt *Ammiano*, bene vel male geſtam Remp. doctrinæ, aut ignorantiæ adſcribere. Itaque *peritiam Gratiani* in fine lib. XXX. laudat: ut alibi *Valentis* rudem & malè informatum animum atque ut ille appellat *inconſummatum* notat. Ex hac mentis inclinatione & propoſito, *Valentinianum* Imperat. ante *Gratiani* aſſumptionem, ſic pro eo apud milites ſpondentem inducit: *Quoniam humanitate, & ſtudiis diſciplinarum ſollertium expolitus, librabit ſuffragiis puris merita rectè ſecúſve geſtorum: faciet ut ſciant ſe boni intelligi,* &c. Eò pertinet, quod de *Orfito Præf. V.* ſic ſcribit: *Forenſium negotiorum oppidò gnarus, ſed ſplendore liberalium doctrinarum minùs quàm Nobilem decuerat, inſtitutus.* Culpat etiam in libro XXX. *Modeſtum* * *Præfectum Prætorio, quòd ſubagreſtè ingenium, nullis vetuſtatis lectionibus expolitum habuerit*: & Nobilitatem Romanam non ſemel carpit, quòd à doctrinis aliena, & *in perpetuum clauſis apud eos ſepulcrorum ritu bibliothecis*, malas otii artes tantùm agitaret. Quæ omnia variè ſparſa & collecta, mores animúmque *Marcellini* velut ob oculos legentibus ponunt.

* immo *Valentem Aug.*

Synchronos habuit (præter alios multos, quorum ingenii opera nobis ſunt ignota) hos monumentorum exſtantium gloriâ florentes: ex Latinis, *Ambroſium*, *Severum Sulpicium*, *Symmachum*, *Macrobium*, *Auſonium*, (quem Græci, & Codex uterque *Auxonium*, appellant) *Sext. Aurel. Victorem*, *Eutropium*, *Rufum Feſtum*, *Julium Valerium*, *Vegetium*: ex Græcis, *Baſilium*, *Gregorium utrumque*, *Nazianzenum*, & *Nyſſenum*, *Epiphanium*, *Libanium*, *Muſonium*, *Jamblichum*, *Eunapium*, *Themiſtium*, alióſque non paucos: quorum plerique dignitatibus & adminiſtrationibus ſive civilibus, ſive eccleſiaſticis claruerunt.

Amicos præcipuè coluit *Urſicinum Comitem*, & Magiſterii dignitate toties præpollentem, ut dixi; *Hypatium* præterea Urbis, ac Prætorii Præfectum, Conſularem & Conſtantii Aug. quondam affinem, de quo ita lib. XXIX. *Inter quos omnes adoleſcentiâ & virtutum pulcritudine commendabilis noſter Hypatius eminebat*: ubi de eo plura. Cùm igitur uberrimo illo eruditorum ſæculo, tot Principes fuerit emenſus, toties res tranſlatas viderit, iis interfuerit vir doctus, eruditus, probus, ſpectatus, & conſummatus: non potuit non fecundum ingenium ad Hiſtoriam ſcribendam attuliſſe.

Natura etiam probum, veri amatorem, æqui boníque ſtudioſum fuiſſe, ex ejus apparet Hiſtoria, prorſúſque alienum ab omni odio, invidia, ambitione, adulatione: adeóque res geſtas diligenter ac prudenter ſcribit, virtutes Imperatorum ac Ducum, rei militaris errores peritè revincit, & vitia Principum liberè & ingenuè retegit: ut qui ſtilum admoverint feliciùs narrationi rerum, pauci hodie ſuperſint; nec indignus videatur, qui cum *Salluſtio*, *Livio*, *Cornelio*, quadrigam Hiſtoriæ Romanæ & Latinæ conſtituat. Nam ceteri vitarum & epitomarum ſcriptores, inter ſecundarios & proletarios referendi ſunt potiùs.

Reliquerat autem rerum geſtarum libros XXXI. id eſt ejus Hiſtoriæ ſeriem fuerat complexus, quam omnium maximè intererat ſalvam permanere: ſed libri XIII. priores cum XXXI. deſiderantur, magno veteris memoriæ damno, quod vix aliunde ſarciri poteſt. Nam multa memorabilia & hodie ſepulta fuiſſe complexum, argumento ſunt reliquiæ nobiles accuratiſſime conſcriptæ: quamquam in iis ſtylum diffudit, quo propiùs ad ſui ævi memoriam acceſſit. Scripſit enim ad XV. uſque audita lectáque, & ætatem ejus, aut cognitionem Reipubl. ſupergreſſa: exinde verò viſa cognitàque digerit. Videtur initium ducere à fine Hiſtoriæ Cornel. Taciti, qui res Domitiani ſcripſerat. Nam in fine Operis à principatu *Nervæ* ad uſque *Valentis* interitum ſe Hiſtoriam perduxiſſe commemorat, quam claudit exitu notabili & clade inſigni, quæ cladibus aliis poſtea ex eadem cauſa ſupervenientibus initium dedit: ubi etiam *D. Hieronymus* Chronici *Euſebio* ſubjecti filum abrumpit. Non puto enim *Ammianum* agitaſſe, Hiſtoriam ulterius producere, quia & conſilii ſui certus quædam diu pòſt geſta, data occaſione repræſentat: ut in fine lib. XXVIII. nec ullum contrarii inſtituti veſtigium reliquit; quin immo videtur datâ operâ vitaſſe, ne viventium Principum res bene ſecùſve geſtas deſcriberet, cùm librum XXVI. ſic ordiatur: *Dictis impenſiore cura rerum ordinibus aduſque memoriæ confinia propioris, convenerat jam referre à notioribus pedem, ut & pericula declinentur veritati ſæpe contigua, & examinatores contexendi Operis deinde non perferamus intempeſtivos.*

Latina, quàm Græca & populari lingua ſcribere hiſtorias elegit, quia in palatio & comitatu Imperatorum verſabatur adſiduè: ubi Latinæ linguæ dignitas adhuc retinebatur, & leges, conſtitutiones, forma dignitatum, acta conſiſtoriana, teſtamenta, aliáque permulta, etiam in Oriente verbis civilibus expediebantur. Primus *Theodoſius* Junior id infregit, facta poteſtate in teſtamentis Græcâ lingua utendi. Exinde enim Græcarum etiam conſtitutionum licentia fluxit, cùm ante eum paucas haberemus.

In tota autem Hiſtoria noſter prudens eſt conſiliorum indagator, eventum ſollers narrator, quos cum veteri hiſtoria non inconcinnè confert. Res urbanas, civiles, domeſticas, palatináſ-

que pravitates atque artes attingit eximiè, ne quis putet in bellis tantùm externis ſcribendis quorumdam more operam conſumere. Non ſolùm etiam publica fata condit; ſed multorum privatorum memorabiles eventus. Denique ſuorum temporum mores, eorúmque cauſas proponit apertè: atque (ut verè dicam) nemo veriùs & liberiùs Principum, Palatinorum, militum, urbanorum, forenſium, nobilitatis, plebis vitia & perverſa ſtudia depinxit. Præter jam narrata, ſunt etiam hæc in Ammiano ferè ſingularia. Nam librorum initiis præfari amat, ídque præſtat *Livio & Tacito* multo frequentiùs. Ad annalium legem non ſe adſtringit, nec ſcrupuloſè annos ſequitur: ſed leviter ratione temporum obſervata, carptim ut quæque memoriâ digna ſunt explicat. Utitur frequenter veteris Hiſtoriæ, ſive Græcæ ſive Latinæ collatione: qua in re parcior eſt eo *Cornel. Tacitus*, ſobrietatis hiſtoricæ cultor maximus. Jactat ſæpe [a] *Hiſtoriam non decere produci per minutias ignobiles, & ſqualidas perſonas,* [b] *diſcurrere per negotiorum celſitudines adſuetam:* in quod tamen vitium aliquando nimiâ ingenii indulgentiâ delabitur; vel tum maximè, cùm Græcam diligentiam, [c] quam ille in *Timagene* laudans, Græcis omnibus tribuit, ſupra modum affectat. In exceſſibus, qui variam ejus doctrinam arguunt, & Hiſtoriam præparant ac illuſtrant, frequens eſt: quod fortè tempora illa ferebant: cui & faciliùs eo nomine indulgendum, quia propoſiti non obliviſcitur. Sanè præmiſſæ rerum geſtarum narrationibus, locorum ac regionum deſcriptiones, non ſolùm veniâ, ſed excuſatione omni dignæ ſunt: quod verbis ejus oſtendere malo, Galliarum deſcriptioni præmiſſis: [d] *Galliarum tractus & ſitum oſtendere, puto nunc tempeſtivum, ne inter procinctus ardentes prœliorúmque varios caſus ignota quibuſdam expediens, imitari videar deſides nauticos, adtrita lintea cum rudentibus, quæ licuit parari ſecuriùs, inter fluctus reſarcire coactos & tempeſtates.* Conciones omnes apud eum ſunt Imperatoriæ, & militares adloquutiones militariter ſcriptæ; quamquam in iis optimi & clari ſenſus contineantur: mirúmque eſt, eas tantùm *Conſtantio*, *Juliano*, & *Valentiniano* tribui; *Gratianum* verò, qui ſtudiis litterarum & melioribus diſciplinis imbutus eſſet, (nam de *Valente* rudi & inconſummato non ita mirum) nec poſt Imperii participationem, ſed nec poſt nobilem illam *Argentuarienſem* pugnam induci concionantem. Niſi cogitemus ab adſumpto in *Cæſaris* nomen, aut *Auguſti* conſortium Principe, vivo patre adlocutiones pro more tunc non fieri ſolitas. Pugnâ verò Argentuarienſi commiſsâ & perpetratâ, noluit Auctor *Gratianum* in concionibus detinere, auxilium patruo ferre properantem. In deſcriptionibus locorum & regionum, ut diximus, non tantùm lecta & audita, ſed etiam viſa & curioſè comperta refert, ídque in *Aegypti*, *Thraciarum* & *Perſidis* topographia maximè præſtat. De *Gallorum* autem antiquitate, quæ à regionum incolis didicerat, [e] profitetur in eorum monumentis inciſa legiſſe: tantâ curâ & diligentiâ rerum ſcriptioni vacavit. Studium ſuum veritatis indagandæ & publicandæ ſæpe commendat, à qua numquam ſponte digreditur, quam nec ſilentio corrumpit, nec mendacio; eóque ad æqualem ſui memoriam provocat *confiſus*, (verbis enim ejus hinc inde adſumptis utar) *quòd nec metu, nec adulandi fœditate conſtricta poſteritas, incorrupta poſterorum ſoleat eſſe ſpectatrix.* Arcana tamen Principum & interiora Aulæ nullius uſûs, non vult videri anxiè perſequi: quæ palàm geſta, & quæ ad exemplum pertinent, quamvis occulta, ſcribere mavult. Nam de ſecretis litteris Juliani jam tum Auguſti ad Conſtantium ita: [f] *His litteris junctas ſecretiores alias, Conſtantio offerendas, clánculò miſit objurgatorias & mordaces: quarum ſeriem nec ſcrutari licuit, nec ſi licuiſſet, proferri decebat in publicum.* Prudenter ſanè; cùm de Diis ac Principibus non omnia vulganda eſſe, bona vetuſtas crediderit: quo pudore ſæpe contineri ſe dicit *Herodotus*, ne res myſticas altique ſilentii, narratione profanet. Sed quod in tam varia Hiſtoria difficillimum eſt, quódque pauci tenuerunt, ſibi conſtans eſt *Ammianus*, nec ſummum medio, medium nec diſcrepat imo. Eſt quidem multus in *Juliani* Imper. rebus. Fatetur enim libro XVI. ſe *inſtrumenta omnia mediocris ingenii in his monſtrandis commotu-*

a *Lib.* 27. b *Lib.* 26. c *Lib.* XV. d *Lib.* XV. e *Lib.* XV. f *Lib.* XX.

rum: ſed & libro XV. de illo ſcripturus, ab hac præfatione non abſtinet: *Majus opus moveo, majórque rerum mihi naſcitur ordo.* Falſos etiam de eo rumores coarguit, & ab improbo magicarum artium ac divinandi ſtudio, quod ei tamen proceres noſtræ religionis tribuunt, ipſum defendit. At neque propterea libertatis & ingenuitatis obliviſcitur: quin immo candido & aperto pectore pluribus locis timiditatem, oſtentationem, levitatem, vanitatem, diſſimulationem, acerbitatem, temeritatem, malignitatem reliquáque vitia, quorum caput erat *Apoſtaſia* & Chriſtianorum odium, inſectatur, atque ut ejus verbo utar, *vellit*. Quamvis igitur de Juliano ſcripſerit initio libri XVI. *Quidquid de eo narrabitur quod non falſitas arguta concinnat, ſed fides integra rerum abſolvit, documentis evidentibus fulta, ad laudativam pæne materiam pertinebit.* Tamen non ignorabat quid quantúmque diſcreparet ab *encomio hiſtoria*: quæ δὶς διὰ πασῶν inter ſe differre Lucianus ait: ſed hoc voluit, omnes vitæ *Juliani* partes, & tamquam actus *pæne eſſe laudabiles.* Munit enim ſe ſtudioſè particulâ minuente, ne in encomium tantum (quod niſi veritate cogente, Hiſtoriæ non eſt admiſcendum) labi videretur. Idque cùm toto Opere apparet; tum maximè ex ea, quam pro Juliano non ſolùm, ſed etiam pro defuncto quolibet Principe inſtituit, virtutum ac vitiorum anacephalæôſi: in qua ea breviter aliquando perſtringit, quæ in rerum geſtarum narratione tamquam minutiora omiſerat. Diſſimilis ſanè *Zoſimo* illi maledicentiſſimo Scriptori & nigerrimo, cujus amarulentiam, & latratus in pios Principes, *Conſtantinum*, & *Theodoſium*, ut Chriſtianæ & purioris ſectæ patronos, nemo umquam jure excuſaverit.

Inter paucos igitur lectione jugi dignus eſt *Marcellinus*, quia (ut ab ejus perſona ad res deſcriptas tranſeam) temporum illorum, quibus res Chriſtiana invaleſcebat, inſignémque Reip mutationem adferebat, cognitionem nobiliſſimam & digniſſimam repræſentat. Certè in pleriſque Hiſtoriæ illius partibus inſignem licet Dei providentiam admirari, qui poſt laxatas ſceleratis habenas, poſt effrenem honeſta omnia pervertendi licentiam, tandem de iis debitas exigit pœnas. Sic *Paulus* ille, ab complicandorum negotiorum induſtria Catena dictus, tartareus delator; ſic *Maximinus* utriuſque Præfecturæ obtentu in omni malignitatis & crudelitatis genere volutatus, & turbo feralis nuncupatus; ſic *Doryphorianus*, *Palladius*, *Remigius*, aliíque ſcelerum inventores, ac miniſtri adminiſtríque, ubi aliquamdiu impune in libero malitiæ campo exſultarunt, ac bonorum capitibus & exiſtimationibus illuſerunt: tandem ſupervenit pede pœna claudo, quæ dignum cruciariis exitum rependit, tanto ſeveriorem, quanto lentiorem. Suppeditabit argumenta non pauca viro pio *Ammianus*, quibus Eccleſiaſtica tempora conſtituat, maximèque Sedis Apoſtolicæ auctoritatem ex eo adfirmet, quod *Conſtantius* Imperator, poſt damnatum & ſede Epiſcopali dejectum *Athanaſium*, cui tamquam Arianis addictior ſemper fuit infeſtus: curavit omnibus modis ac minis *Liberium* Romanum tunc Pontificem damnationi ejus, & Arianæ ſententiæ ſubſcribere. Nam ut Marcellinus ait lib. XV. *Auctoritate, qua potiores æternæ urbis Epiſcopi, firmari deſiderio nitebatur ardenti*: quod an à *Liberio* impetrarit Conſtantius, videbimus in Scholiis. Et quidem *Juliani* præclaræ dotes proponuntur, bonis etiam Principibus æmulandæ, quas utinam apoſtaſiæ deteſtando ſcelere non maculaſſet! quod ideo in eo magis mirum, quia *vinum* (inquit divinus Sapiens) *& mulieres faciunt apoſtatare homines à Deo*; ſed tamen hic & caſtus, & ſobrius in aliud vitium incurrit, *mali corvi* ſcilicet *malum ovum*: nam ab *Euſebio Nicomedienſi*, Ariano improbo, & eximio diſſimulatore fuerat olim inſtitutus. Hoc igitur crimen horrendum, toto conatu vitandum & fugiendum Principibus: ſobrietas, caſtitas, recti & æqui ſtudium, provinciarum amor & caritas, belli paciſque ſtudia, quæque alia in vita eius laudabilia fuerunt, imitanda & ſequenda ſunt. Quis enim regno aptus & imperio, non malit *Juliano*, quàm *Valentiniano* ſaltem in eo ſimilis eſſe, quòd ille g *agnoſcens levitatem commotioris ingenii ſui, Præfectis proximíſque permittebat, ut fidenter impetus ſuos aliorſus tendentes, ad quæ decebat monitu opportuno frenârent*;

g *Lib.* XXII.

monſtrabátque ſubinde ſe dolere delictis, & gaudere correctione. At verò longè aliter *Valentinianus*, cujus occaſione ſic noſter: [h] *Hæc & ſimilia licenter ideo altiore faſtu quidam Principes agunt, quòd amicis emendandi ſecus cogitata vel geſta copiam negant; inimicos loqui terrent amplitudine poteſtatis.* Quin etiam purè lectis Ammiani libris, diſcent Principes ac Reges, legem majeſtatis acerbiùs juſto exercitam, tributis ac vectigalibus provincias plus æquo gravatas, multas invexiſſe Reip. calamitates: eſſéque inter graviſſima ſæculi opprobria petitionum licentiam, & flagitatorum rapacitatem, quorum avidas fauces nemo umquam Principum, quantumvis in largiendo facilis, expleverit. Legent non ſemel Principum illorum laudes, qui in Magiſtratuum ac Judicum Miniſtrorúmque delectu, non per immodicos ſaltus, non ſtudio & affectu ſingulari, ſed ſolius Reip. cauſsâ, callidè ac prudenter promovendorum, expenſis meritis & laboribus verſati ſunt. Inde enim quies Reipublicæ certiſſima, & felicitas ſubditorum ſumma defluit. Utinámque vox illa Juliani ad milites regentium aures hodie perſonaret! [i] *Id ſub reverenda concilii veſtri facie ſtatuo, ut neque civilis quiſquam judex, nec militiæ rector, alio quodam præter merita ſuffragante, ad potiorem veniat gradum: non ſine detrimento pudoris eo, qui pro quolibet petere tentaverit, diſceſſuro.* Hac enim cautione inſuper habita, quantis Reſpubl. damnis & cladibus exinde laboret, probabit Lectori ſuo Ammianus. Hinc transfugia, diſceſſiones, provinciarum vexationes, urbium direptiones, nobilium everſiones proceſſerunt: hinc veri juris germanæque æquitatis contemptus, omniúmque ordinum confuſio: quæ mala omnia judicum avidæ manus, Palatinorum, Rationaliúmque fœdæ rapacitates, & delatorum auſa feralia pepererunt. Nam, ut in plenum & ſemel dicam, nihil aliud recinit *Marcellini* Hiſtoria, quàm Reipubl. caſum, & proſtratum ejus ſtatum, non tam Principibus ipſis, nimiùm rerum ſæpe ignaris, quàm miniſtris, proximis, Conſiliariis, Ducibus aut ambitioſis, aut ignavis, aut rapacibus eſſe adſcribendum: qui ferè omnes morbi, & ſæculi illius vitia, ad extremum caſum Remp. Rom. ſunt comitata. Nam aliquantis poſt Marcellinum annis *Salvianus Gallus* de vero judicio & providentia Dei lib. II. eaſdem pæne corruptelæ cauſas agnoſcit: *Quid eſt* (inquit) *aliud dignitas omnium ſublimium, quàm proſcriptio civitatum? nulla ſiquidem eſt major pauperculorum depopulatio, quàm poteſtas.* Rurſus libro V. ex illa colluvione *Bagaudarum* factiones ortas eſſe, his prædicat verbis: *De Bagaudis nunc mihi ſermo eſt, qui per malos judices & cruentos ſpoliati, afflicti, necati, poſtquam jus Romanæ libertatis amiſerant, etiam honorem Romani nominis perdiderunt. Et imputatur his infelicitas ſua; imputamus his nomen calamitatis ſuæ; imputamus nomen, quod ipſi fecimus. Vocamus rebelles, vocamus perditos, quos eſſe compulimus criminoſos. Quibus enim aliis rebus Bagaudæ facti ſunt, niſi iniquitatibus noſtris, niſi improbitatibus judicum, niſi eorum proſcriptionibus & rapinis, qui exactionis publicæ nomen in quæſtûs proprii emolumenta verterunt, & indictiones tributarias prædas ſuas fecerunt?* Bagaudæ vel Bacaudæ factio primùm Ruſticorum fuit, orta ſub *Diocletiano*, & à *Maximiano* compreſſa: ſed non ita ſublata, quin cauſa motûs durante, factio ad *Salviani* tempora perdurarit. Is pius Scriptor in eodem libro & aliis, Gallorum & Afrorum diſceſſionis ac defectionis ad *Gothos* & *Vandalos* cauſas eaſdem conſignat, quas *Marcellinus* noſter tribuit *Silvani*, *Antonini*, *Firmi*, aliorúmque transfugiis, defectionibus, imperiique uſurpationibus: ad quæ mala ipſi ex ſola deſperatione legitimi juris obtinendi, & quia nullum in clementia Principis haberent perfugium, compulſi adactíque ſunt. Has igitur corruptelæ cauſas quæcumque Reſp. nutriet aut ſuſtinere cogetur, vicinam illorum temporum calamitatem, & caſum exſpectet. Non deeſſet oratio, ſi utilitates omnes Ammianeæ Hiſtoriæ vellem comprehendere, quæ compendæ & conſervandæ Reip. cauſas, imperiique moderatè exercendi regulas continet infinitas: ſed eas malo ex ejus lectione cognoſci. Nam quòd hæc clariſſimam facem præferat Hiſtoriæ Juris Civilis, & Conſtitutionum Imperialium volumina quæ reſtant, valde illuſtret, nemo jure dubitaverit.

h *Lib.* XXVII. i *Lib.* XX.

Sanè in *Ammiano* memoria conſervata eſt multorum, moreſque ac dignitates indicatæ, ad quos Conſtitutiones & Reſcripta data ſunt: cujus ope vitioſæ inſcriptiones & ſubſcriptiones, quæ toties occurrunt in Codice, perſanare non eſt difficile. Qui verò Juriſprudentiæ jam in ſenium tunc vergentis faciem rugoſam videre volet, is ſumpto in manus *Ammiano* conſequetur optimè. Alius autem apud eum deprehendet, quibus *Francorum*, *Burgundionum*, *Saxonum*, *Scotorum*, aliorúmque populorum origines nondum ſatis compertas declaret: quam viam perſequi noſtri non eſt inſtituti. Hæc, ut Lectoris novelli guſtum excitarem, cúmque leviter inſtruerem, dicta ſunto. Prorogabo enim ampliorem hujus Hiſtoriæ collationem in tempus ſuum: ſi hoc unum repræſentavero, nobis bona fide dolendum eſſe, *Julianum Imperat.* acerrimum Fidei noſtræ hoſtem, non ſine cauſa jactitâſſe libro XXII. *Nullas infeſtas hominibus beſtias, ut ſunt ſibi ferales plerique Chriſtianorum.* Nam & eamdem pæne reprehenſionem à D. Gregorio Nazianzeno in Apologetico ſuſtinuerunt tum Chriſtiani. Quid? non idem in nos jaci meritò poteſt? utinámque nihil acerbius. Sed hæc aliàs: pergam nunc ad cetera.

Genus ſcribendi ſequitur pro conditione temporum lætum ac floridum. Nihil enim ad *Livii* aut *Taciti* venuſtatem, magnificentiam, nitorem *Ammianus*: eóque ab illorum lectione digreſſus, difficiles aditus apud hunc inveniet: quo tamen faciliùs utuntur, qui in lectione Codicis Theodoſ. & Auctorum ejuſdem ſæculi ſunt exercitati. Nam temporis illius eloquentiam probè refert; ut verè conſtitui poſſit, σύνεσιν πολιτικὴν ei ineſſe, deeſſe verò quamſæpe δύναμιν ἑρμηνευτικήν. Tam frequenter enim coactè & anxiè incedit, ut ſi indicio ſuo non ſe prodidiſſet *Græcum*, & *militem*: facilè tamen quivis judicaret, Latinæ locutionis facultatem non eſſe ei nativam, aut forenſem eloquentiam minimè fuiſſe ſectatum: adeo hyperbatis, ſyncheſibus, & aliis fluidæ orationis nævis abundat. Sed militaris viri ſenſus quamvis incompti, tamen validi ſunt. Verba quidem ferè Latina eſſe non negabit, qui linguam Latinam exiget non ad præſentes anguſtias, ſed ad ubertatem veterem, & ad præclara antiquorum monumemta, quibus caremus, quæque ille viderat, ac ſtudioſè lectitaverat. Græca pura vix interjicit niſi coactus, & cum admonitione ac præfatione. Helleniſmi ſæpius occurrunt ex temporis illius licentia. Compoſitio aliàs eſt conveniens Hiſtoriæ, quæ (inquit *Fabius*) currere debet ac ferri: aliàs autem in ſalebras, & aſperum ac perplexum ſermonem revolvitur, ac malè ita componit, ut niſi vitium ſit in Scriptura, jure dicatur feciſſe ambiguum, quantum in ipſo fuit. Incidit etiam in illius exempli vitium, quod à Fabio profertur lib. VIII. cap. 2. cùm quis dicit, *viſum à ſe librum hominem ſcribentem.* (hæc eſt enim collocatio verborum Fabii.) Nam etiamſi librum ab homine ſcribi pateat; malè tamen compoſuerat, inquit ille. Huic autem adfinia eſſe in *Marcellino* exempla, *Scholia noſtra* probabunt. Id & ex antedictis cauſis, & maximè propter ſegetem errorum ac mendarum, quæ in ejus Hiſtoria paſſim occurrunt, contingere ſolet. Verba enim inverſa, & trajecta, interruptæ ſententiæ, & confuſæ narrationes inveniuntur ſæpiſſime, & Lectorem avertunt. Quæ non tam Auctoris, quàm temporis, ac deſcribentium vitia ſunt. Ea nos maxima ex parte aut ſanavimus, aut indicavimus.

Sunt qui *Marcellinum* exiſtiment, unum ex omnibus rerum Scriptoribus *Tacitum* ſibi ad intuendum & imitandum propoſuiſſe. Ego quod exemplar ſcribendæ Hiſtoriæ ſibi deſignaverit, neſcio; hoc tantùm ſcio, nec verborum *Cornelii* dignitatem, nec ſententiarum lumina, nec judicium in rerum delectu, nec ordinem narrandi, nec divinam brevitatem fuiſſe conſecutum: hæc enim inimitabilia eſſe judico. In eo tantùm utrique conveniunt, quòd res civiles, domeſticas, cognitiones celebres, ac pericula ſingulorum diligenter ac cum fide narrent. Cùm utrumque igitur Scriptorem ſatis curioſè triverim, numquam tamen ſtudium eximium *Marcellini* in *Tacito* evolutando potui obſervare. Eſſe autem *Ammianum Tacito* uberiorem, (quod vir doctus ſcripſit) non ſtatim crediderim. Sic enim ſtatuo. Si ad Annalium libros comparationem revocemus, laxior & diffuſior *Tacito*

Ammi-

Ammianus apparebit: quia nec ei neceſſitati ſe devinxit, ſed liberiùs ac ſolutiùs fertur. Sin verò Hiſtorias Hiſtoriis conferamus, tanto artior erit *Marcellinus Tacito*, quanto hic paucorum menſium res geſtas pluribus libris; ille annorum aliquot uno ſingulari complectitur. In univerſum inter *Tacitum* & *Ammianum*, ut cetera omittam, tantum intereſt; quantum inter *Atticos*, & *Aſianos Rhetores*. Adeo noſter illo eſt tumidior ac inflatior, & cui multa detrahas: cùm illi ut nihil addi, ſic nec ſine periculo deduci poſſit. Eſt enim aliqua ex parte *Marcellinus* reprehenſionibus illis obnoxius, dum *Conſtantii* Urbis ingreſſum ac pompam, ſigna militaria ſeu *dracones* deſcribit: [k] quibus ſui temporis Hiſtoricum notat *Lucianus*. Denique non dubitaverim ſuperflui vitio in eo *Marcellinum* arguere, quòd cùm populi Rom. vitia, & curam nimiam ſpadonum caſtigans, de Semiramide ſobriè dixiſſet: [l] *Quæ teneros mares caſtravit omnium prima, velut vim injectans naturæ*; intulit tamen: *Quæ inter ipſa oriundi crepundia per primigenios ſeminis fontes, tacita quodammodo lege vias propagandæ poſteritatis oſtendit*. Nam quorſum erat his opus? quæ proculdubio meliùs reticuiſſet Auctor, & verborum inanium turbam repreſſiſſet. At verò lib. XXXII. in deploranda *Thraciarum* vaſtatione illa Fortunæ adlocutio, quam pro ingenuo, paullo antè divite & libero inſtituit, qui belluæ ritu trahebatur à Gothis; nonne tota ſupervacanea eſt, & luxuriantis ingenii argumentum? Nam de *ingenuis* ac *nobilibus* tractis, paullo antè ſatis dixerat: nec poteſt Lector ſuſpicari calamitatem ejus *ingenui* [m] eximiam, cujus nomen, & generis, ac domûs vocabula reticet. Magis ergo poëtam, & declamatorem levem, quàm Hiſtoricum tunc agere videtur. In ejuſmodi cum Fortuna expoſtulationibus, & in illo tropi genere nimiùm ſibi placet *Marcellinus*: id enim uſurpaſſe eum in iis quos terimus libris obſervavi; alibi certè tolerabilius, illo loco ſatis importunè. Hoc uno atque altero argumento ſufficiat oſtendiſſe, Græcam vanitatem etiam in noſtro *Ammiano* aliquando elucere. Quæ loca Hiſtoriæ conditori, cui inter ceteros ingenii libertas, & ſtili indulgentia denegata eſt, notanda, non imitanda exſtimo; cùm præſertim bonis aliis multis leve hoc damnum in hoc Scriptore penſetur.

Rara eſt autem apud veteres Ammiani mentio, quia ſtatim poſt *Theodoſium* lapſa fuit Rom. Imperii majeſtas, & maluerunt poſteri redivivam ejus memoriam excitantes, epitomarum ac defloratorum collectores ſectari, quàm vivæ Hiſtoriæ conditores. Eóque *Paulus Diaconus*, cùm ſupplementum *Eutropii* ex illo Scriptorum grege confeciſſet, *Ammianum* non attigit. Reperi tamen unum ſingulare *Marcellini* teſtimonium ex libro XIV. apud Priſcianum in libro X. cujus *in Scholiis* memini. At verò *Julius Solinus Grammaticus* (nam ſic à Priſciano in VI. libro appellatur) miſcellam ſuam Hiſtoriam etiam ex hoc noſtro Auctore confecit: à quo ſumpſit quæ de rebus AEgyptiis, de oſtiis Danubii, de margaritis commemorat variis capitibus. Et quamquam locos integros invertat, ac æmuletur potiùs, quàm exſcribat: ſæpe tamen elucent propria *Ammiani* verba. Nam Solinum *Marcellino* juniorem, licèt reclamantibus aliis, qui meliora tempora ei adſignant, firmare auſim; cùm ob eam cauſam, tum quòd Collectaneum illud, ſive res, ſive ordinem reſpicias, nihil dignum temporibus illis quibus Solinus vixiſſe putatur, contineat; à quo meo judicio *Marcellinus* nihil ſumere potuit, cùm graviores Auctores ſequatur, non defloratores hujuſmodi. Sed & in fine codicis perantiqui invenitur deſcriptus *Theodoſii* invictiſſimi Principis temporibus: quæ inſcriptio primùm licèt integrior cum libro publicata, ſic deinde in alios tranſlata, ſaltem indicium præbet quando liber fuerit editus.

Quatuor omnino ſunt (in plures enim non incurri) Ammiani Marcellini Editiones, quarum ſingulæ dote propria non carent. Prima eſt *Mariangeli Accurſii* viri doctiſſimi, eóque maximè nomine de litteris optimè meriti: qui quos habuit debiles ac fractos Marcellini libros, bona fide publicavit. Succeſſit fauſta felixque *Frobeniana* Editio, codicis Hirsfeldenſis beneficio, ſtudio *Sigiſ-*

k *Lib.* XVI. l *Lib.* XIV. m *Ingenuum* heic pro quibuſlibet ingenuis dixit Ammianus.

mundi Gelenii viri doctiſſimi, quatuor his libris auctior, XXVII. XXVIII. XXIX. & XXX. ac lacunarum multarum exſiccatione politior; in ſumma locis non paucis caſtigatior, melioris codicis ope. Quam æmulatus *Robertus Stephanus*, oculus alter typographiæ, verſurâ factâ libri quem credidit XXXI. à *Mariangeli* Editione, characterum elegantiam & voluminis facilitatem adjecit. Hos ſequutus *Sebaſt. Gryphius*, ſpectatiſſimus etiam bonorum librorum Editione, melioris codicis ope multa ſanavit, fracta reſtituit, clauſulas integras, unde nemo ſuſpicaretur deerrantes reduxit, & trigeſimi libri finem primus invulgavit: ut ex omnibus *Marcellini* Editionibus (ſi operarum quædam errata, & aliquot vitia malè diſſimulata, quamvis ab aliis detecta & inſinuata excipias) illa ceteris omnibus hodie uberior ſit, & diligentiæ majoris. Unde tamen acceſſionem pararit, diligenti aliarum collatori non erit obſcurum. In his tribus poſterioribus jam in acta ſanciris exemplaribus, deſidero maximè curam & diligentiam veſtigia veteris ſcripturæ, quantumvis perverſæ, bona fide referendi: quod egregiè *Mariangelus* in libri ſui Editione præſtiterat. Hoc enim ſtudium occaſionem præbet poſteris conjectandi ſæpe veriora, quàm quæ receperint Editionum procuratores. Quo etiam genere laudandi *Beatus Rhenanus*, *P. Victorius*, aliíque non pauci, qui & conjecturis ſagaciſſimis Auctores repararunt, & enixâ ſuâ diligentiâ etiam ipſos ſcripturæ apices, nævos, lituras, maculas repræſentarunt: ut poſt tantorum virorum manus, veteres ſchedas tædiosè revolvere non ſit neceſſe; ſed ex illorum fide & cura cuique liceat metere fructum curationis, Auctori ipſi gratiſſimum. Itaque polliceri auſim, quòd ſi mihi antiquum exemplar, quantumvis ab aliis tritum, oblatum fuiſſet, aut ſtudio & precibus conſequi illud potuiſſem, pleraque in hoc Scriptore ab aliis inobſervata deprehendiſſem: non quòd fideliores aliis oculos habeam, ſed quia *in quo prato* (inquit Seneca) *nonniſi lacertam alter invenit, poteſt alter leporem capere.* Porrò *Mariangeli, Stephani, & Gryphii* Editiones unus error habet, quòd librum Ammiani trigeſimum primum eſſe profiteantur, qui eſt trigeſimus ſecundus: idque ſic colligent mecum Lectores candidi. Nam cùm ultra librum illum verbum Hiſtoriæ ſuæ non addiderit Ammianus, quam veluti ſigno impreſſo verbis apertiſſimis clauſit: neceſſe eſt ſtatuamus, quæ ſe in præcedentibus profeſſus eſt poſtea ſcripturum, in ſequentibus comprehendiſſe; niſi memoriâ defectum *Marcellinum* quis audeat adfirmare: quod à me non fiet. Itaque cùm libro XXVIII. rejecerit in ſubſequentes libros *Maximini* illius feralis Præfecti Prætorio, & aliorum damnationem, quæ in exſtantibus non apparet, cum XXXI. deperiiſſe manifeſtum eſt. Sic enim Marcellinus ea de re: *Namque (ut poſtea tempeſtivè dicetur) & idem Maximinus, ſub Gratiano intoleranter ſe efferens, damnatorio jugulatus eſt ferro, &c.* Cùm igitur *Gratiani* res mortuo *Valentiniano* lib. XXXI. deſcriberet, illam *Maximini* & aliorum mortem, ac alias pleraſque res Occidentis in eum conjecerat. Nam mortuo *Valentiniano*, & tranſlatis rebus, multa eveniſſe credendum eſt in Palatio, in Urbe, in Galliis, quæ non omiſiſſet Marcellinus, diligentiſſimus in his expediendis & condendis. Præterea Orientis res, & quæ circa *Valentis* palatium evenerunt fratre vel vivo adhuc, vel mortuo, ſilentio malè involviſſet, ſi nimio feſtinandi ſtudio motum Gothicum morti *Valentiniani* ſtatim copulaſſet: cùm præſertim *Theodori* quæſtio in ea aula duraret adhuc, pluréſque ea de cauſa cæderentur; ac inter ceteros *Theodoſius* Comes illuſtris, futuri poſtea Principis pater, cujus nobilem mortem juſſu *Valentis* n apud Carthaginem acceleratam, ſine piaculo tacere non potuit Auctor. De ea Oroſius aliíque, ſed maximè Paulus Aquilegienſis his verbis: *Occidebantur itaque Theodori, Theoduli, Theodoti, & quicumque has literas* ΘΕΟΔ *in capite nominis ſui habuiſſet; inter quos etiam Theodoſius vir fortis, & ex Hiſpania provincia genus ducens, pater Theodoſii qui poſt Imperio præfuit, occiſus eſt*, &c. Reputet interim Lector inter *Valentiniani* & *Valentis* exitus tres annos interceſſiſſe: quo tempore in variis orbis partibus multa contigerunt, præter Gothicum motum, & *Argentuarienſem Gratiani victoriam*, Am-

n *Gratiani* potiùs. Nam Valenti Carthago non parebat.

miano contra morem indicta incelebratáque. Ipſum ſane primum libri ultimi caput & initium, jungi trigeſimi fini non poteſt, nam ſic incipit: *Interea Fortunæ volucris rota, adverſa proſperis ſemper alternans, Bellonam Furiis in ſocietatem adſcitis armabat.* Ecquæ enim proſpera intelligit? non ut puto *Valentiniani* mortem, quæ potiùs inter adverſa deputari debuit, quia motibus Barbarorum cauſam dare potuit. Magis veriſimile eſt in deperditi libri extremo retuliſſe Ammianum, quod Reip. lætum & proſperum eſſet. Id verò quid fuerit, & Occidentis, an Orientis rebus adſcribendum, quia divinare non poſſum, in medio relinquo. Illarum igitur quatuor Editionum collatione (nam antiquiſſimæ aut primæ numquam fui particeps) inſtructi, ac verborum & rerum penſitatione non incurioſa, Auctorum denique variorum lectione adjuncta, quintam hanc recenſui & confeci; dedíque operam ne vitioſior eſſet aliis progenies. Ad *quingentos* ſanè, & quod excurrit, *locos*, eam repurgare ſtudui, confuſos alios diſtinxi, luxatos reduxi, obſcuros illuſtravi, mancos indicavi; nec omnium tamen *in Scholiis* meminiſſe potui. Lectio ipſa, dummodo ingenua, deprehendet novæ curæ ſolatia, & commodiùs quàm antea nobilis hæc volvetur ac tractabitur Hiſtoria. Utinámque hac Editione provocati boni & eruditi viri, *Marcellini* libros amiſſos, quos habent *ex Reginaldi Poli Cardinalis ampliſſimi Bibliotheca*, (ut famâ tenus accepi) aliquando edant, & ſigilla ingrata reſignent. Nunc ad *Cornel. Tacitum*, quem jamdiu à nobis locis innumerabilibus emendatum, & commentariis auctum ſtudioſè premimus, majore conatu & paratu invulgandum deſcendo, ídque breviſſimè, niſi qua ſors propoſitum interpellarit, adcurabo; in eamque rem ſubſeciva noſtra ſtudia dedico.

STATUS REIP. ROM.

SUB

CONSTANTINO M. ET EJUS FILIIS.

DUo ſunt præter jam tradita, quæ ad Ammiani lectionem præparant, & ad ejus Hiſtoriam faciliùs adſequendam deducunt; Reip. ſcilicet forma ob oculos poſita, quæ tunc fuit, ac præcedentis hiſtoriæ nexus, ſive narrationis ejus conjunctio, quam intercepit vetuſtas, & in qua deſinebant Ammiani libri priores. In Reipubl. conſtitutione ad *Conſtantini* tempora præcipuè reſpiciendum eſt; qui faciem ejus invertit, novóſque Magiſtratus ſuppreſſis aliis adjecit, & novas dignitates primus adinvenit. Oneravit enim Remp. inutili officiorum ac dignitatum turba. Nos verò ſtrictim ac ſummatim (quod ſatis ſit Auctori noſtro) omnia perſequemur; quia amplior hujus rei digerendæ & explicandæ ratio, alium locum & aliud tempus poſtulat. *Conſtantinus Magnus* Byzantio ampliato, & in ſui nominis urbem verſo, (cauſam Zoſimus ferè ſolus exponit lib. II.) alteram Imperii ſedem æmulam Romæ conſtituit, ut quemadmodum Roma Occidentis, ſic Conſtantinopolis Orientis Imperii locus eſſet. Primus enim antehac unum & ſingulare, Romanum Imperium diſcidit, ornamentis ejus eodem pro parte tranſlatis. Hæc nova rerum facies & diviſio traxit aliam in

Rempubl. commutationem, & totam magiſtratuum, ac veteris adminiſtrationis ſive civilis ſive bellicæ rationem pervertit. Nam duplex quodammodo Imperii caput duplices etiam magiſtratus exigebat; quos ille ſemel ab inſtitutis veterum devius, ad ſuum arbitrium & pro captu temporum informavit; provincias aliter deſcripſit; diſciplinam militarem longè ſecus conſtituit. Fatendum tamen eſt, multa cum rectè in civilibus emendaſſe, ac bono conſilio ex horrida antiquitate pleraque mutaſſe: denique Juriſprudentiam clariorem ſimplicioremque reddidiſſe. Nam quòd præter ceteros Chriſtianæ rei contulerit, quantúmque pomœrium ejus auxerit, & quo ſtudio naſcentes errores ſuffocare curaverit, monumenta Eccleſiaſtica loquuntur. Sed non perſequar, in quas laudes aut reprehenſiones inciderit: ſignabo tantùm quid animadverterim poſt ejus tempora, in illa bicipiti Republica circa poteſtates obſervatum.

Ex Ammiano, Zoſimo, libris Legum, & aliis Auctoribus deprehendo, ita per hæc tempora poteſtates in utroque Imperio tributas; ut aliæ civiles eſſent & ordinariæ; aliæ militares; aliæ palatinæ; aliæ municipales. Civiles & ordinarii magiſtratus, ſive Judices, erant Præfectus Prætorio, Præfectus Urbi, tam Romæ, quàm Conſtantinopoli, (hic enim circa Conſtantini tempora primus inſtitutus eſt, ut Caſſiodorus in Chronico ait) eorúmque Vicarii. His adde alios Romæ magiſtratus. Erant etiam ordinarii, Comes Orientis, ceteríque provinciarum rectores, ſive Conſulares, ſive Correctores eſſent. Comitis Orientis (inquit Zoſimus lib. v.) ea poteſtas eſt, ut qui eam gerit, omnibus provincias Orientis adminiſtrantibus præſit, & quæcumque non aguntur ut par eſt, emendet. At Præfectus Prætorio, ait idem lib. II. magiſtratus poſt Imperatorem ſecundus exiſtimabatur. Conſtantinus Magnus eum magiſtratum, cùm antea duo eſſent, in quatuor imperia diſcerpſit, ut unus eſſet Præfectus Prætorio Orientis, alter Illyrici, tertius Italiæ, quartus Galliarum. Quàm verò latè ſingulorum juriſdictiones patuerint, idem Zoſimus & alii tradunt: ex quibus unus ſemper in comitatu Auguſti aut Cæſaris videtur fuiſſe, pro ratione loci in quo Princeps verſabatur. Idque ex Ammiano non uno loco deprehendi. Sanè & ex eodem Auctore conſtat, duas hujus diſtributionis Præfecturas Prætorianas uni aliquando commiſſas. Nam lib. XXVI. Mamertinus dicitur initio Imperii Valentiniani rexiſſe poteſtate Præfecti Italiam & Illyricum. Horum omnium ordinariorum miniſtri & officiales Apparitores dicuntur paſſim, qui & Scholam & Principem habent, quem Apparitionis Principem appellatum hîc legimus.

Militarium magiſtratuum, qui & Caſtrenſes appellantur Ammiano, alii peditum, alii equitum Magiſtri dicebantur; uterque Magiſter armorum ab Ammiano ſæpe nuncupatur. In Codice utroque etiam militum Magiſtri appellantur. Hi portionem poteſtatis veterum Præfectorum Prætorio habebant, nempe diſciplinæ militaris cuſtodiam, & jus gladii in milites, quos etiam ordinabant, ut Zoſimus ait. Equitum Magiſter dicitur à Marcellino lib. XXVIII. equitum copias tueri: idem ergo de Magiſtro peditum dici poterit. His autem exercitus potiſſimùm committebantur; hi magnarum & arduarum expeditionum duces deligebantur: cujus rei exempla in hac Hiſtoria ſunt non pauca. Habebant & hi Apparitores, ut civilis Magiſtratus, quorum in Jure non obſcura mentio: habebant & Protectores aliquando, ut poſtea dicemus. Militum porrò alii in exercitu erant, alii in limitibus & præſidiis excubabant; alii in comitatu Auguſti, aut Cæſaris verſabantur. Ex his alii Protectores Domeſtici, & corporis principalis cuſtodes erant, unde nomen Protectorum ſortiti ſunt, ait Imp. L.9. C.Th. de Domeſtic. & Protect. Alii legiones Comitatenſes conſtituebant. Hi numeros; illi Scholam habebant, ac perinde Comitem, Tribunum ac Primicerium ſive Primum. Nam ut Primicerius diſtinguitur à Tribuno lib. XVIII. hujus Hiſtoriæ, ubi hic fit ex illo: ſic à Tribuno Domeſticorum ſeparatur Comes lib. XX. Ex Tribuno enim fiebat Comes: ut Bonifatius ille, ſcriptis Divi Auguſtini notiſſimus, cùm antea Tribunus fuiſſet, poſtea Comitivam Domeſticorum aſſumpſit poteſtatem, ut idem ait Epiſt. LXX. &

magnis legionibus imperitavit. Et horum quidem Protectorum pars equites, pars pedites fuerunt: ut in Vita Ammiani adnotavi, in cujus Hiſtoria Domeſtici non alii ſunt, quàm Protectores Domeſtici. Erant enim & alii Protectores; non tamen Domeſtici, quia domum Principalem non ſectabantur, ſed bellicis expeditionibus inhærebant: qui paribus privilegiis ac Domeſtici donantur ab Imperatoribus L. IX. C. Theod. de Dom. Protect. Credo enim ex illis ſumptos fuiſſe, ſic ut miſſi in longinquas expeditiones, Domeſtici eſſe deſinerent, Protectores non item. Talis fuit Ammianus, cùm Urſicinum in Oriente & in Galliis comitaretur: tales alii, qui Ducibus aliis adſcripti erant. Sic enim & Antoninus quidam dicitur Protector Meſopotamiæ Ducis lib. XVIII. Hi ergo Protectores abſolutè dicuntur; illi nunc Domeſtici tantùm, nunc Domeſtici Protectores, nunc Domeſtici Præſentales L. VI. C. de Advoc. diverſ. jud. appellantur, Eóque fit, ut ſæpe in Jure ſeparentur & diſtinguantur toto Tit. C. de Dom. & Prot. L. XXXIX. C. Th. de Decur. Juſtin. Edicto VIII. &c.

Sequuntur Palatinæ dignitates, in quarum numerum refert Ammianus Magiſtrum Officiorum, & Comitem Sacrarum Largitionum: quibus addendi Quæſtor, Comes rei Privatæ, ſive patrimonii Principis, Comes Sacri Palatii, Comes Conſiſtorii, Præpoſitus Cubiculi, quos omnes Palatinorum appellatione comprehendit Marcellinus lib. XXII. At verò lib. XIV. omnes omnino intelligit ea nuncupatione, qui in Palatio verſabantur extra milites. Ambroſius Epiſt. XXXIII. Apparitores, alióſque dignitatum Palatinarum miniſtros ea appellatione comprehendit. *Palatina* (inquit) *omnia officia, hoc eſt Memoriales, Agentes in rebus, Apparitores diverſorum Comitum, temperare à proceſſu jubentur.* Magiſter Officiorum, cui omnes Palatii ordines ſuberant, & ſub ejus erant diſpoſitione, ut Zoſimus in multis locis ait; habuit nihilominus & Scholam propriam, in qua qui militabant, Agentes in rebus dicuntur paſſim: quorum alii Comites, id eſt Scholæ Præfecti; alii Principes, id eſt primi inter Agentes, L. I. C. de offic. Mag. Offic. numquam, quod ſciam, Primicerii. Erant & alii inter eos gradus, de quibus non eſt nunc dicendi locus. Quamquam autem ipſe Magiſter Officiorum, quinimmo Comes Sacrarum Largitionum inter Agentes numerentur in I. C. Conſtitut. idémque de Comite rei Privatæ cenſendum ſit; tamen officium, ſive miniſtri Magiſteriæ poteſtatis dignitas hanc ſibi ſingularem appellationem vindicat. Ambroſ. II. Offic. c. XXIX. *Legebatur reſcripti forma; directio Magiſtri Officiorum ſtatuta; Agens in rebus imminebat.* Quæſtor, qui Conſtantinianus etiam Magiſtratus fuit, preces & ſanctiones condebat, & ut ait Zoſimus libro V. dictabat quæ Principi viderentur. Hic non habuit Scholam, ſed ſumpſit Adjutores de ſcriniis: ut vir ſtudiorum gloriâ nobiliſſimus Jacobus Cujacius J. C. præceptor & amicus noſter, docuit in libros poſteriores Codicis. Comitibus Sacrarum Largitionum, ac rei Privatæ qui imminent, & in eorum Scholis militant, Palatini ſpeciali vocabulo dicuntur, generis appellatione ſpeciei aptata: ut præter Titulum proprium in Cod. utroque, probat Imperatoris Conſtitutio, L. *Nullum.* C. de offic. rect. provinc. in qua legendum *imminere*, non *minuere*: ut quidam malè ſuſpicantur. Nihil enim eſt aliud imminere, quàm Apparitoris officio fungi: quò alludens Horatius ait: *Jam Cytherea choros ducit Venus imminente Luna*: quaſi quæ Apparitoris vice tunc fungeretur. Ex Palatinis, qui Comiti Largitionum apparebant, *Largitionales*; qui verò Comiti rei Privatæ, *Privatiani* in Conſtitutionibus appellantur. Ammianus illos ſemel *Apparitores* appellavit: meminit etiam frequenter *Rationalium*, qui in ſingulis erant provinciis, & ſuberant *Comiti rei Privatæ* L. III. C. de bon. vacan. Itaque à Rationali ad Comitem rei Privatæ appellari ſolet, L. XXVI. C. Theod. de appellat. Occurret frequens Notariorum mentio apud Ammianum, quorum erat honoratiſſima militia, & privilegiis non parvis decorata: qui notis acta Conſiſtoriana excipiebant, & ejuſmodi cognitionibus intererant. Nam lib. XIV. in cognitione narranda ſubdit: *Aſſiſtebant hinc inde Notarii, quid*

quæſitum eſſet, quidve reſponſum, curſim ad Cæſarem perferentes. Et lib. XXII. de Pentadio Notario: *Cui id objectum eſt, quòd à Conſtantio miſſus, notis excepit, quæ propinquante pernicie ſuper multis interrogatus reſponderat Gallus.* Eò ſit, ut Exceptores dicantur, cùm in Jure, tum apud alios Auctores. Hi erant ſub diſpoſitione Magiſtri Officiorum, argumento inſcriptionis L. II. C. lib. XII. de Primicerio, & Secundar. & Notar. quorum Schola Tribunum & Primicerium habuit. Tribuni ſunt, qui à Marcellino noſtro, à D. Ambroſio, & aliis dicuntur Tribuni & Notarii, quaſi diceres Notariorum Tribuni: qua ratione Comes & Magiſter accipiendus pro eo, qui inter Comites Magiſter eſt, argumento inſcriptionis L. IV. C. de Offic. Præfect. Prætor. Orient. Primicerius Notariorum, cujus forma eſt apud Caſſiodorum, dicitur primus Notariorum in hac Hiſtoria. Erant præter hos & alii dignitatum tituli primùm à Conſtantino inventi, quò inter plures honores partiretur, ut Euſebius Cæſarienſis initio lib. IV. de vita ejus ſcriptum reliquit. Quomodo enim Julius Cæſar poſt civiles victorias Civitatem, & Curiam Rom. pluribus victoriæ participibus communicavit, & honores eos vulgavit: ſic etiam Conſtantinus, poſt Maxentium & Licinium devictos, præmia victoriæ hæc dignitatum commenta fecit. Harum aliæ vacantes & honorariæ erant, aliæ in actu poſitæ. Tunc igitur primùm iſta honorum vocabula invecta ſunt, Comitis & Comitivæ, Magiſtri & Magiſterii, Patriciatus & Patriciorum, Nobiliſſimatus & Nobiliſſimorum; nomina quidem antè nota, ſed eo ſenſu inaudita. Comites enim nihil aliud ſunt, quàm Præfecti, ſive Præpoſiti: plúſque eſt Magiſtrum eſſe, quàm Comitem. Ammianus lib. XXVI. de Equitio: *Nondum Magiſter, ſed Comes.* & paullo pòſt: *Eodem Equitio aucto Magiſterii dignitate.* Omnis igitur Magiſter erat Comes; non contrà. Itaque legimus, ut dixi, has appellationes, Comes & Magiſter, id eſt, inter Comites Magiſter. Comitum porrò non unum genus eſt: nam gradibus diſtinguebantur, ſic ut alii primi, alii ſecundi, tertiíque ordinis eſſent, quorum apertè in Conſtitutionibus mentio. De Patriciatus honore ita Zoſimus lib. II. *Eum honoris titulum Conſtantinus excogitaverat, latáque lege ſanxerat, ut qui eum conſecuti eſſent, ſupra ipſos Præfectos Prætorii ſeſſitarent.* Meminerunt & alii non pauci. Nobiliſſimatus dignitas videtur propria peculiariſque fuiſſe iis tantùm, qui agnatione aut propinquitate Imperatorem ipſum contingebant: quod antiqui nummi, in quibus dignitatis hujus clara expreſſio, ipſéque Zoſimus eodem volumine probant.

Municipalium porrò dignitatum & ordinum hæc diſtinctio videtur illis temporibus obtinuiſſe, ut alii Curiales, alii Sacerdotales, alii Principales, alii Defenſores eſſent. Curiales etiam Decuriones appellantur, qui manifeſtè à Primoribus & Defenſoribus ſeparantur, L. III. Cod. Theod. de Pagan. ac in varia munia dividuntur, quæ gradatim ſubibant. Invenio enim ex his quoſdam vel Præpoſitos horreorum fuiſſe, vel Præpoſitos pacis, aut Suſceptores diverſarum ſpecierum, L. XXXXIX. Cod. Theod. de Decur. ſive Exactor. annonarum, L. un. C. de Magiſt. Munic. denique aliis muneribus, quorum obſcura ſunt nomina, præfectos. Ex his cùm quidam eſſent inferiores, quidam majores, ordine decurſis inferioribus, fiebant vel Sacerdotales, vel Principales, L. VI. C. Theod. de Decur. Hinc toties videmus Decuriones, & Principales ſeparari, L. V. L. XXXIX. Cod. Theod. de Decur. Principales etiam appellantur Primarii in iiſdem Conſtitutionibus. Et eos eſſe puto, quos reverendi ordinis Duces Ammianus nuncupat lib. XIV. Ex his erant, qui Patronorum dignitatem adipiſcerentur, L. LXI. C. Theod. de Decur. Interque Principales crediderim fuiſſe, quos AEdiles nominabant, cùm videam conjungi Sacerdotalibus in libro XXVII. his verbis: *Occiſis Decurionibus multis, inter quos Ruſticianus Sacerdotalis, & Nicaſius enitebat AEdilis.* AEdiles enim in municipiis dici jam notum eſt. Hi ergo non unius loci, ſed omnium municipiorum & Civitatum principalem gradum ſuſtinebant. Nam in quibuſdam municipiis tantùm AEdiles fuiſſe, quod eruditi contendunt, firmare non auſim. AEdiles

dicebantur, quòd ædificiorum publicorum & privatarum ædium curam haberent; ut Sacerdotales, qui ſacrorum. De AEdilibus Curialibus intelligenda L. II. C. Si ſervus, aut libert. ad Decur. aſpir. lib. x. Puto etiam Duumviros, ſive Magiſtratus inter Principales numeratos fuiſſe, quia in decurſu munerum patriæ vetat Imperator à Duumviratu, vel Sacerdotio incipere, L. LXXVII. C. Theod. de Decur. Hi à numero ſic dicuntur, Judiceſque ſunt, & Decurionum ex ordine ſumebantur, L. III. C. Quando provoc. Defenſores autem, Syndici ac velut publici delatores erant, quia comperta referunt: quemadmodum Duumviri relata judicant, aut plectunt, L. XII. C. Theod. de pag. ſacrif. & templ. Illi tamen etiam de quibuſdam judicabant, L. I. C. de Defenſ. Quemadmodum & Duumviri Syndicorum munera ſubibant. Itaque & negotium procuratoribus injungunt, putà tutoribus, procuratoribus, curatoribus, L. V. Si quid. ff. Quod vi, aut clam. Unde verò ſumerentur Defenſores, & quæ eſſet officii eorum ac juriſdictionis forma, Jure Civili manifeſtatur, d. Tit. C. de Defenſ. civit. Novell. XV. Hæc breviter de poteſtatibus Ammianeorum temporum à nobis dicta ſunto: ex quibus Reip. illius forma colligi, aut ſaltem adumbrari poterit. Nam totam cujuſque dignitatis rationem perſequi, noſtri non eſt inſtituti: quod ex Notitia Romani Imperii, quamvis Theodoſiana tempora magis reſpiciat, itemque ex ſexto & ſeptimo libro Variarum Caſſiodori, & Cod. I. & XII. Juſtiniani, aliiſque Auctoribus repetendum cenſeo. Nam præparare, non explere Lectorem, nobis initio conſtitutum fuit.

FR. LINDENBROGI J. C.

PRAEFATIO AD LECTOREM.

HISTORIARUM *cognitio, cùm per ſe res delectabilis ſit: tum verò cuicumque in celebritate & luce publica verſanti maximè utilis neceſſariaque. Sed ne cæco quodam judicio atque profani vulgi errore decepti, falſa pro veris amplectamur, & inſuperhabitis melioribus in deterioribus occupemur, delectu maximè opus eſſe nemo ſanus negabit: eoſque Scriptores præferendos, qui non tam oratione vinnula ac venuſtula aures legentis oblectent, ceterùm à rebus ſteriles ſint atque inanes, quàm qui ſapientiæ præceptis rerúmque graviſſimarum exemplis informare animum poſſint.*

Eo in numero jure meritoque collocandum cenſeo Ammianum Marcellinum, Auctorem ſerium & ingenii elegantis: quem non magis in manibus hominum verſari miror, immo indignor. Cujus ſi integra hiſtoria exſtaret, quam à Nervæ principatu ad Valentiniani & Valentis Impp. obitum perduxit, eſſet profectò qui aliorum jacturam æquiore animo ferremus. De rebus ſanè majorum noſtrorum à Taciti ævo natum Scriptorem habemus neminem, qui memoriæ aut plura, aut exactiora tradiderit. Quippe non audita narrat, ſed viſa; nec ab aliis ſaltem acta, ſed quibus ipſemet ſæpe interfuit, laborum particeps periculorumque: qui & ſtipendia adverſus Germanos meruit, & pleraſque Germaniarum partes luſtravit: quo nomine ut Germanus meritò illum amo. Præter omnifarium doctrinarum genus quo deliciatur; ſententiis creber eſt & aptus; conſiliorum diligens obſervator: nec publica tantùm & cuivis in oculos incurrentia, ſed arcana quoque & quæ intra aulam, ut dicitur, notat, judicio minimè vanus. Niſi quòd in multiplicibus illius regionum deſcriptionibus, rerumque naturalium diſquiſitionibus pæne intempeſtivis in leges hiſtoricas nonnihil videtur peccare: quorum alterum philoſophi proprium; alterum periegetici eſt, & orbis ſitum narrantis.

De

De ſtilo ejus, quem neſcio qui ſcholaſtici vituperant, ſic ſentio. Durus ille quidem & aſper, ſi cum Auguſti ævo conferatur: at verò ornatus & ſuas habens veneres, ſi poſteriora tempora & ſæculum Auctoris, originemque ejus & ſectam ſpectes. Qui cùm Græcus natione eſſet, & caſtra ſequeretur, caſtrenſi, immo aulica quoque dictione uſus eſt. Nam & ipſi Imperatores, & qui in Comitatu eorum elegantiores videri volebant, ita tum loquebantur. Tamen ut in ſenticeto roſæ nonnumquam & lilia ſuccreſcunt; ita in ejus ſtili aſpritie velut floſculi quidam elegantiarum urbanarum apparent, qui cum Livianis de jure Latinitatis oppidò certare poſſint: unde neque Priſcianus Grammaticus veritus eſt auctoritate ejus uti. Itaque ſi minùs interdum placet & obſcurus eſſe videtur: obſcuritates non adſignemus culpæ ſcribentis, ſed inſcitiæ non aſſequentis, ut apud A. Gellium Sex. Cæcilius inquit. Robur addunt inſcitiæ corruptelæ, quibus adeo turpiter interpolatus hactenus fuit, ut ipſus ſeſe, ſi poſtliminio mortis in vitam animaretur, credo ſæpiſſime non intelligeret. Idcirco inpensè operam dedi, uti quæ mendoſa ſunt, quantum ejus fieri potuit, tollerem, obſcura illuſtrarem.

Et mendorum quidem fœdiſſimorum nævos innumeros demſi, ope membranarum adjutus, quarum fragmenta vetuſta penes me haud ita olim in Galliis fuere. Quibus acceſſit codex Florentinus, qui in Bibliotheca S. Marci adſervatur: non ille quidem valde vetuſtus; ex vetuſto tamen, eóque haud malo ut apparet exemplari deſcriptus. Illum calente tum ſidere cæleſtis Leonis, ut æſtus ardorem miti ſeceſſu vitarem, totum in Marciana æde accurratè contuli: ſine quo ſi fuiſſet, manum numquam operi admovere auſus eſſem. Atque etiamnunc aliquammulta vitia hærent, quæ altiùs radices egiſſe videntur, quàm ut facilè exſtirpari poſſint.

In Obſervationibus id potiſſimum adniſus ſum, non ut ſingularem emendationum rationem per minutias redderem: longum id fuiſſet, & cui bono? ſed quæ haud ita facilè ab omnibus intelligi poſſe putabam, vel ab aliis Hiſtoricis lucem deſiderabant, ea ut explicarem: breviter omnia & veluti per indicem tantùm oſtendens, quid cuique inſervire maximè poſſit. Quod ſi commodè ſub manus ceſſit, ſat eſt: certè hæc operæ impenſæ ſumma eſt. Feliciter.



* *Deſunt priores Libri XIII.* *

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XIV.

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XIV. continentur.

CAPUT I. *Galli Cæſaris ſævitia.*
C. II. *Iſaurorum incurſiones.*
C. III. *Perſarum commentum irritum.*
C. IV. *Saracenorum irruptiones, & mores.*
C. V. *Magnentianorum ſupplicia.*
C. VI. *Senatus Populique Romani vitia.*
C. VII. *Galli Cæſaris immanitas & ſævitia.*
C. VIII. *Orientis provinciarum deſcriptio.*
C. IX. *De Conſtantio Gallo Cæſare.*
C. X. *Pax Alamannis petentibus datur à Conſtantio A.*
C. XI. *Conſtantius Gallus Cæſar evocatur à Conſtantio A. & capite truncatur.*

CAPUT I. [a] POST emenſos inſuperabilis expeditionis eventus, languentibus partium animis, quas periculorum varietas fregerat &

[a] Poſt *emenſos inſuperabilis expeditionis eventus*] Intelligit bellum, quod cum Magnentio, vario Marte in partibus Galliæ geſtum fuit. Etenim *ingentis Romani Imperii vires ea dimicatione conſumtæ ſunt, ad quælibet externa idoneæ.* Eutrop. lib. x. Qui tandem diverſis prœliis victus, καὶ πανταχόθεν ἀπορούμενος θάνατον ἐθελούσιον συ-τρέψας εἰς ἑαυτὸν ἐποιήσατο. Zoſim. lib. II. Socrat. Hiſtor. Eccleſ. lib. I. cap. XXXVII. Sozom. lib. IV. cap. VI. Nicephor. Calliſt. lib. IX. cap. XXXIII. Quâ victoriâ pop. Rom. lætus publicè honorem Conſtantio habitum ivit; uti id in partem indicat hæc Inſcriptio vetus: RESTITUTORI URBIS ROMAE ATQUE

laborum, nondum tubarum ceſſante clangore, vel milite locato [b] per [1] ſtationes hibernas, fortunæ ſævientis procellæ tempeſtates alias rebus [2] infudere communibus, per multa illa & dira facinora [c] Cæſaris Galli: qui ex ſqualore nimio miſeriarum, in ætatis adultæ primitiis, ad [d] principale culmen inſperato cultu provectus, ultra terminos poteſtatis delatæ procurrens, aſperitate nimia cuncta fœdabat. Propinquitate enim regiæ ſtirpis, [e f] gentilitatéque [3] etiamtum Conſtantini nominis efferebatur in faſtus, ſi plus valuiſſet, auſurus hoſtilia in auctorem ſuæ felicitatis, ut videbatur. [g] Cujus acerbitati uxor grave acceſſerat

1 *al.* ſtationum hiberna. 2 *Steph.* infundere conantur, per. 3 *Steph.* etiamnum.

ORBIS ET EXSTINCTORI PESTIFERAE TYRANNIDIS D. N. FL. JUL. CONSTANTIO VICTORI AC TRIUMFATORI SEMPER AUGUSTO NERATIUS CEREALIS V. C. PRAEFECTUS URBI VICE SACRA JUDICANS D. N. M. QUE EJUS. *Lindenbrogius.*

b *Per ſtationes hibernas*] Ita Mſ. ut & lib. 16. *Milite diſperſo per ſtationes hibernas.* Idem.

c *Cæſaris Galli, qui ex ſqualore nimio miſeriarum*] Notat hîc Zoſimus vafritiem Conſtantii Imp. qui Gallum ſpecie quidem Perſis reſiſtendi, reapſe autem ut eo faciliùs eum è medio tolleret; in participatum Imperii vocavit. Idem de Juliano Amm. lib. xvi. *Rumore tenus ubique jactabatur, quòd Julianus non levaturus incommoda Galliarum electus eſt, ſed ut poſſit per bella deleri ſæviſſima.* Eunapius Sard. in Maximo: πεμφθεὶς δὲ Καῖσαρ (*Julianus*) ἐπὶ Γαλατίας, οὐχ ἵνα βασιλεύῃ τῶν ἐκείνῃ μόνον, ἀλλ' ἵνα ἐν τῇ βασιλείᾳ διαφθαρῇ. Sozomen. lib. 5. cap. 2. * Zonar. tom. 3. pag. 18. Καίσαρα δὲ τοῦτον ἀναγορεύσας ὁ αὐτοκράτωρ Κωνστάντιος, εἰς Γαλλίας ἐξέπεμψε μετ' ὀλίγων πάνυ στρατιωτῶν ὡς ὑπόνοιαν ἐντεῦθεν ἐγγίνεσθαι, ὅτι οὐ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς τὸν Ἰουλιανὸν ὁ Κωνστάντιος εἵλετο, ἀλλ' εἰς ἐπιβουλῆς αὐτῷ πρόφασιν τὸ σχῆμα περιέβαλε τὸ τοῦ Καίσαρος, ἵν' ὑπὸ τῶν πολεμίων διαφθαρῇ, μὴ ἔχων δύναμιν πρὸς τὸν κατ' ἐκείνων πόλεμον ἀξιόχρεων. *Conſtantius Imper. eum (Julianum) jam Cæſarem, cum paucis omnino militibus in Gallias ablegavit; ut inde ſuſpicio naſceretur, Julianum non delectum eſſe Imperii Collegam, ſed ad diſſimulandas inſidias habitu Cæſareo ornatum eſſe, ut paribus tanto bello copiis non inſtructus, ab hoſtibus cæderetur.* Sic Nero Rubellium Plautum in Aſiam ſpecie tutioris juventæ: Othonem in Luſitaniam per ſpeciem honoris ſepoſuit: & Galba Virginium ab exercitibus Germaniæ ſecum abduxit. Vid. Tacit. * Sic Rufinus Galli Cæſaris avunculus ad ſedandos ob annonæ caritatem tumultuantes milites, miſſus fuit, ut hoc inſidiarum genere periret. Amm. lib. xiv. Et Urſicinus contra Silvanum mittebatur, ut ita interimeretur, ne ſupereſſet ſcrupulus impendio formidandus. Ammian. lib. xv. Sanè non raro ludunt hunc luſum viri magni, ut exemplis aliis antiquis & novis doceri poſſet, niſi periculoſum. Vide Gruteri Diſcurſ. Polit. lib. 2. pag. 124. &c. *Idem.*

d *Principale culmen*] Sic *principalis cognitio*, apud Tryphoninum l. fin. ff. ubi pup. educ. *Principalis auctoritas*, Papinian. l. 50. ff. de heredib. *Principalia arma*, Vell. Paterc. lib. 2. *Idem.*

e *Gentilitate Conſtantini nominis*] Legendum *Conſtantii nominis.* Aurel. Vict. *Magnentius fratri Decentio Gallias: Conſtantius Gallo, cujus nomen ſuo mutaverat, Orientem Cæſaribus commiſerunt.* Cedren. p. 246. Κωνστάντιος τὸν ἀνεψιὸν Γάλλον Καίσαρα ἀναγορεύσας, καὶ Κωνστάντιον μετονομάσας, ἐν τῇ ἀνατολῇ ἀπέστειλεν. Socrat. Hiſtor. Eccleſ. lib. 1. cap. 27. *Gentilitate* autem dixit, ut inf. *Epigonius & Euſebius ob nominum gentilitatem oppreſſi.* Lib. xxv. *Gentilitate prope perciti nominis.* Cicero in Topicis: *Gentiles ſunt qui inter ſe eodem nomine ſunt.* Idem.

f *Gentilitateque etiamtum Conſtantini nominis efferebatur in faſtus.*] Legendum puto *Conſtantii nominis*, aut potiùs *Conſtantiani nominis.* Gallus enim Cæſar dictus eſt *Conſtantius Gallus*, quum à Conſtantio Aug. Cæſar factus eſt: ita ut non ſolùm propinquitate Conſtantii Aug. & dignitate Cæſaris; ſed etiam matrimonio ſororis Imperatoris, ac ejuſdem appellatione, ſive *Conſtantii* nomine gloriaretur ac tumeret. A Conſtantio autem non fit *Conſtantinus*, ſed *Conſtantianus.* Valeſius. Conſtantius erat, qui & affinitate & cognatione Gallo erat junctus. Itaque Conſtantiniano nomini per Conſtantium & Conſtantinam junctiſſimus. Quod ideo monendum, ne viri doctiſſimi, qui mutant hîc aliquid, audiantur. Ideo enim Conſtantinianum, non Conſtantianum nomen poſuit ſolertiſſimus auctor, ut utrumque ſimul complecteretur. Accedit liber ſcriptus, cujus varias olim Joanni Opſopœo ſtudioſiſſimè enotatas poſſidemus. Caſp. Barthius lib. xlv. adverſar. c. 11.

g *Cujus acerbitati uxor grave acceſſerat incentivum.*] Idem de hac fœmina ſcribit Zonaras his verbis, quæ prope putes ex Marcellini hiſtoria tranſlata. τὰ δὲ τῆς ἑῴας ἐκακοῦτο μέρη. ὁ Γάλλος γὰρ τῷ εὐτυχήματι ἐπαρθεὶς ἐπεὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐγένετο, βαρὺς τοῖς ὑπ' αὐτὸν προσεφέρετο, κακουμένοις πολυειδῶς πρὸς αὐτοῦ, ἔχοντος καὶ τὴν ὁμόζυγον πρὸς τὴν αὐτὸν ἐρεθίζουσαν. Id eſt: *At Orientis partes erant afflictæ. Quippe Gallus rebus ſecundis elatus, cùm Antiochiam veniſſet, in ſubditos ſævire cœpit, eoſque multifariam divexare: quam ad rem conjux etiam ei ſtimulos admovebat.* Valeſ.


DN · CONSTANTIVS · GAL · NOB · C ·



incentivum, germanitate Auguſti turgida ſupra modum, quam [h] [i] Hanniballiano Regi [k] fratris filio antehac [l] Conſtantinus junxerat pater.

h *Hanniballiano Regi*] Regem vocat Amm. quem alii *Nobiliſſimum.* Ad quam dignitarem qui promoti, participes quodammodo Imperii erant, & jam Cæſarianæ majeſtatis velut deſignati heredes. Itaque purpurea quoque veſte, quæ ſolum Principem decet, utebantur. Zoſim. lib. II. pag. 692. συνῆρχον αὐτοῖς (puta Conſtantino, Conſtanti, atque Conſtantio) τρόπον τινὰ Δαλμάτιος Καῖσαρ ὑπὸ Κωνσταντίνου καταστηθεὶς, ἔτι δὲ καὶ Κωνστάντιος ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ καὶ Ἀνιβαλλιανὸς ἐσθῆτι χρώμενοι κοκκοβαφεῖ καὶ περιχρύσῳ, τῆς τῶν λεγομένων Νωβελισσίμων παρ' αὐτοῦ Κωνσταντίνου τυχόντες ἀξίας αἰδοῖ τῆς συγγενείας. Conſentanea his Photius C P. in Bibliotheca ſua ex Olympiodoro ſcribit: Οὐαλεντινιανὸς δὲ ζῶντος μὲν Ὀνωρίου Νωβελίσσιμος γίνεται. Et pag. 114. Ἐπιλαμβάνει αὐτὴ (Placidia) μὲν τὸ τῆς Αὐγούστης, ὁ δὲ Οὐαλεντινιανὸς τὸ τοῦ Νωβελισσίμου ἀξίωμα. * Marcellinus Comes Indictione V. Mavortio ſolo Coſ. anno Regiæ urbis conditæ CXCVII. *Juſtinus Imp. Julianum ex ſorore ſua nepotem, jamdudum à ſe Nobiliſſimum deſignatum, regni quoque ſui ſucceſſorem creavit.* Nobiliſſimi hi æquiparari poſſunt iis, quos Galli vocant *Princes du Sang.* * Apud Scævolam l. 3. ff. de natal. reſtit. *Sanctiſſimus & Nobiliſſimus Imperator* vocatur M. Antoninus: l. 11. C. de Tranſactionib. *Impp. Valerianus, Gallienus, A. A. & Valerianus Nobilis Cæſar*: l. 4. C. de privileg. eor. *Honorio N. B. P. & Evodio Coſs.* Inſcriptio vetus in Britann. OB HONOREM PHILIPPI IMPERATORIS NOBILISS. SEMPER AUGUSTI ET PHILIPPI CAESARIS NOBILISSIMI. Quo titulo etiam gaudebant Principum filiæ & ſorores, l. fin. C. Theod. de luſtr. conl. *Si ad domum Dominæ ac venerabilis Auguſtæ Pulcheriæ germanæ noſtræ, ſeu Nobiliſſimarum ſororum pietatis noſtræ pertineat.* Et in alia Inſcriptione: JULIAE NOBILISS. PUELLAE FILIAE GALLIENI AUG. *Lindenbr.*

i *Hanniballiano Regi.*] Regis vocabulum non hîc nudam Nobiliſſimi dignitatem ſignificat, ut putavit Lindenbrogius. Hanniballianus enim revera Rex Ponti, Cappadociæ & Armeniæ minoris à Conſtantino eſt creatus, indutúſque chlamyde coccinea, Cæſaream Cappodociæ miſſus eſt Julio Conſtantio & Ruſio Albino Coſſ. ut Auctor Chronici Alexandrini memorat. Κωνσταντίου καὶ Ἀλβίνου. καὶ Ἀννιβάλιον ῥῆγα προχειρισάμενος ἐνέδυσε κοκκηρὰν χλαμύδα, καὶ κατὰ Καισάρειαν τῆς Καππαδοκίας ἀπέστειλε. Idem refertur in Excerpris Mſſ. de Geſtis Conſtantini, quorum exemplar mihi communicavit Jacobus Sirmundus, vir de ſanctioribus juxtà & humanioribus literis optimè meritus. *Dalmatium filium fratris ſui Dalmatii Cæſarem fecit: ejus fratrem Annibaliianum datâ ei Conſtantianâ filiâ ſuâ, Regem Regum & Ponticarum gentium conſtituit.* In Victoris autem Epitome ſic habetur: *Delmatius Thraciam Macedoniámque, & Achaiam habebat: Annibaliianus Delmatii Cæſaris conſanguineus Armeniam nationéſque circumſocias.* Accedunt & nummi veteres, in quibus Hanniballianus Rex nuncupatur. quorum unum penes ſe habet vir Cl. doctiſſimúſque Johannes Triſtanus Sanctamantius: alterum nobis oſtendit R.P. Jacobus Sirmundus, in quo ſculptum erat: FL. HANNIBALLIANO REGI. *Valeſ.*

k *Fratris Filio.*] Fuit Hanniballianus filius Dalmatii qui frater erat Conſtantini Magni: quod, præter Excerpta illa de Geſtis Conſtantini quæ proximè adduxi, docet Auſonius de Profeſſoribus Burdigalenſ. Carmine 18. de Exſuperio:

Narbo inde recepit.
Illic Dalmatio genitos, fatalia Regum
Nomina, tum pueros, grandi mercede docendi,
Formaſti Rhetor metam prope puberis ævi:
Cæſareum qui mox indepti nomen, honorem
Præſidis, Hiſpanúmque tibi tribuêre tribunal.

Fl. Julium Dalmatium Nob. Cæſarem, & Fl. Hanniballianum Regem intelligit, qui erant Dalmatii Cenſoris filii. Sic enim Auctor Chronici Alexandrini: καὶ Δαλμάτιον τὸν υἱὸν ἀδελφοῦ αὐτοῦ Δαλματίου τοῦ Κένσωρος καίσαρα ἀνηγόρευσε. Id eſt: *Dalmatium fratris ſui Dalmatii Cenſoris filium, Cæſarem creavit.* Athanaſius quoque in Apologia ad Conſtantium Aug. pagina 782. Dalmatium hunc Cenſorem vocat his verbis: γράφει δὲ Κωνσταντῖνος εἰς Ἀντιόχειαν Δαλματίῳ τῷ Κήνσωρι ἀκοῦσαι περὶ τῆς τοῦ φόνου δίκης. ὁ τοίνυν Κήνσωρ ἐπιστέλλει μοι παρασκευάσασθαι πρὸς ἀπολογίαν. Quæ Athanaſii verba Socrates lib. 2. Hiſt. Eccl. & Theophanes de Dalmatio Cæſare perperam accepit. Nam Dalmatius tum quidem temporis nondum Cæſaris dignitatem acceperat. Quæ enim eo loci ab Athanaſio referuntur de judicio cædis & calumniis Euſebianorum, geſta ſunt antequam Synodus haberetur in urbe Tyro. Ea autem Synodus habita eſt conſulatu Conſtantii & Albini: ſub cujus anni exitum Dalmatius à patruo Cæſar eſt declaratus. Quare quæ ibi ab Athanaſio memorantur, de Dalmatio Cæſare nullatenus intelligi poſſunt. Ceterùm & illud notandum eſt, Dalmatium eum qui cum Zenophilo Conſul fuit, non eſſe hunc Cenſorem, ſed ejus filium, qui tertio pòſt anno Cæſar eſt factus: ut didici ex Itinerario Burdigalenſi, in quo ita ſcriptum eſt. *Item ambulavimus Dalmatio f. Dalmatii & Zenofilo Coſſ. 3. Kal. Junias à Calcedonia.* Idque planè confirmat Chronicum Alexand. ἐπὶ δὲ Δαλμάτιος ὁ υἱὸς Δαλματίου τοῦ ἀδελφοῦ Κωνσταντίνου στρατηγὸς ῥωμαίων καὶ ὕπατος πρὸ τοῦ αὐτὸν ἀναγορευθῆναι καίσαρα. Idem.

l *Conſtantinus junxerat Pater.*] Operæ pretium facturus mihi videor, ſi ad illuſtrationem non hujus modò loci, ſed & aliorum omnium qui paſſim in his hiſtoriis occurrent, totam ſeriem generis Conſtantini ob oculos propoſuero. Igitur Conſtantius Chlorus Helenam primùm conjugem aut pro conjuge habuit, ex qua Conſtantinum Magnum ſuſtulit. Hac deinde repudiatâ cùm Cæſar eſſet adſcitus, Flaviam Maximianam Theodoram duxit, Maximiani Herculii privignam; ex qua ſex libe-

[m] Megæra quædam mortalis, inflammatrix ſævientis [4] adſidua, humani cruoris avida nihil mitius quàm maritus, qui paullatim eruditiores facti proceſſu temporis ad nocendum, per clandeſtinos verſutóſque [n] rumigerulos, compertis leviter addere quædam maleſuetos, falſa & placentia * [n] ſibi diſcentes, affectati regni vel [o] artium nefandarum [p] calumnias inſontibus [5] adfigebant. Eminuit autem inter humilia, ſupergreſsâ jam potentiâ fines mediocrium delictorum, nefanda [q] Clematii cujuſdam Alexandrini nobilis mors repentina: [r] cujus ſocrus cùm mi-

4. *vulg.* aſſiduè. 5. *Mſ.* adfigebant.

ros ſuſcepit, ut teſtatur Eutropius lib. 9. Conſtantinum ſcilicet, Dalmatium, (quem Hanniballianum Zonaras aliique appellant) & Julium Conſtantium: filias Anaſtaſiam, Flaviam Valeriam Conſtantiam, & Eutropiam. Dalmatio Cenſori Dalmatius & Hanniballianus, ut dixi, filii fuere. Julius Conſtantius ex Galla uxore Gallum Cæſarem; ex Baſilina, quam poſtea duxit, Julianum Auguſtum genuit. De Conſtantino quem primo loco poſui, ſecutus auctoritatem Zonaræ, nihil ab Auctoribus traditum comperi. Eum tamen eſſe puto, qui cùm Maximo Conſul fuit. Jam ex filiabus Conſtantia quidem nupſit Licinio, ex quo Licinius Cæſar natus eſt: Anaſtaſiam Baſſianus Cæſar uxorem eſt ſortitus, ut docent Excerpta illa de geſtis Conſtantini. Eutropiæ maritus ignoratur, ſed filius proditur Nepotianus, qui Romæ imperium arripuit. Conſtantinus autem Magnus priùs Minervinam concubinam habuit, ex qua natus eſt Criſpus. Deinde Fl. Maximianam Fauſtam duxit, Maximiani Herculii filiam: ex qua Conſtantinum, Conſtantiúmque & Conſtantem filios ſuſtulit; filias Conſtantinam & Helenam. Quarum Conſtantina quidem primùm Hanniballiano Regi, poſtea Gallo Cæſari nuptui data eſt; Helena verò Juliano. Conſtantinus primò quidem uxorem à patre Conſtantino ſibi deſponſam duxit, ut ait Euſebius lib. 4. de vita Conſtantini. Poſtea jam Auguſtus virginem ex Hiſpania nobiliſſimam ſibi miſſa legatione deſpondit, ut eſt in Monodia, quam de ejus interitu ſcripſit Auctor incertus. Conſtanti deſponſa erat Olympias Ablabii filia. At Conſtantius primùm Conſtantii patrui filiam, Galli ſororem, à Conſtantino patre ſibi traditam duxit uxorem; deinde Euſebiam; ac poſtremò Fauſtinam, ex qua Conſtantia poſtuma nata eſt, quæ poſtea Gratiano nupſit. *Idem.*

m *Megæra quædam mortalis*] Latin. Pacat. in Panegyr. Theodoſii: *Belli civilis Megæra.* Lindenbr.

n *Rumigerulos*] Gloſſ. *Rumigerulus*, θρυλλητής. * Ivo Carnot. Ep 87. *Monachos rumigerulos, de loco ad locum diſcurſantes.* Joh. Sariſber. Epiſt. 167. *Non facile rumigerulo credidi*: & alibi apud eumdem in Epiſtolis. Adam. Brem. c. 155. *Acceſſerunt cotidie alii Gnathones, paraſiti, ſomniatores, & rumigeruli.* * Idem.

* n *Sibi diſcentes.*] Ita quidem Valeſiana male, atque ex Lindenbrogiana reſtitui, quod verum erat. Non enim tam ex aliis diſcebant, quam fingebant ipſi, ac Cæſari dicebant tum, quæ ipſis erant placentia. *Gronov.*

o *Artium nefandarum*] Vid. Tit. Cod. de mal. & mathem. Idem.

p *Calumnias inſontibus adfingebant.*] Malim *adfigebant*, ut habent codices Regius, * Toloſanus, Vaticanus, * ac Florentinus, quibus ſubſcribunt Editio Romana & Auguſtana. Sic enim locutos eſſe animadverti Arnobium lib. 6. Hieronymum in Ep. ad Præſidium, Facundum lib. 1. & Boëthium lib. 1. de Conſolatione, & Hegeſippum ſæpiſſime. Vulgata tamen lectio auctoritate non caret. Nam & apud Propertium legitur,

Quid mihi deſidiæ non ceſſas fingere crimen?

& in Arnobii libro 1. *Summo ſervientibus regi crimen impietatis affingit.* Valeſ. Non ſecus ac cenſóres, à quibus etiam *notas alicui adſigi* vel *adfictas eſſe* dixit Macrobius lib. VII. Saturn. cap. 2. *Gron.*

q *Clematii cujuſdam Alexandrini.*] De cujus cæde loquitur Libanius in Epiſtola ad Chromatium his verbis: Ἐγὼ δέ σε ἐξ ἐκείνων καὶ φιλῶ καὶ θαυμάζω τῶν χρόνων, ἐν οἷς ἀπὸ τῆς παρ' ὑμῖν ἀρχῆς ἧκεν Κλημάτιος ἐκεῖνος, ὃς ἐπεὶ δικαίῳ βίῳ τελευτὴν οὐ δικαίαν ἐδέξατο, πολλὰ μὲν τὴν Παλαιστίνην ἐπῄνει, &c. Id eſt: *Ego verò te jam inde ab eo tempore & amo & ſuſpicio, quum Clematius (is qui poſt vitam juſtiſſime actam injuſta morte periit) adminiſtratâ provinciâ veſtrâ huc veniens, ipſam quidem Palæſtinam multùm prædicabat.* Ex quibus verbis apparet, hunc Clematium Conſularem fuiſſe Palæſtinæ: quod etiam clariùs affirmat idem Libanius in Epiſt. ad Clematium, quâ ci Rhetorium quemdam commendat. Valeſ.

r *Cujus ſocrus cum commiſceri ſibi generum.*] Hujus loci emendatio codici Regio debetur, in quo ita planè exaratus eſt ut edidimus. Primus autem hunc locum corruperat Petrus Caſtellus auctor Editionis Bononienſis, cujus audaciam & imperitiam in Proloquio ad lectorem ſatis notavimus. Certè in Editione Romana ſcriptum erat, *non impetraret*, perinde ut in Regio codice; ut jam de hac emendatione dubitari non debeat. Tantùm mallem ſic legi: *cùm miſceri ſibi generum, flagrans ejus amore, non impetraret.* Nec dubito quin ita ſcripſerit Marcellinus. Ceterùm de hoc ſocrus amore in Clematium videtur aliquid elici poſſe ex Epiſtola 315. Libanii ad Clematium: in cujus fine hæc leguntur. ἡ πενθερὰ δέ σοι τίμιος ὥσπερ ἡ μήτηρ ἴσως. Φρονεῖς τε γὰρ ἀγαθῶς, καί σε παῖδα μᾶλλον ἢ κηδεστὴν ἡγεῖται. καὶ χωρὶς τῶν ἄλλων τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος, ἣν ἥκει νυνί, ἄξιον αἰδεσθῆναι. καὶ τὸ μέγιστον. ἄνδρα γὰρ αὐτῆς ἀδελφὸν, καὶ οἶκον ἀφεῖσα, σοὶ τὴν θυγατέρα ἄγουσα ἔρχεται, πεπεισμένη τοῖς ἐπαίνοις, καὶ τὸ τοιαῦτα

ſceri ſibi generum, flagrans ejus amore, non impetraret, ut ferebatur, per [s]palatii pſeudothyrum introducta, oblato pretioſo Reginæ monili id aſſequuta eſt, ut ad [t] Honoratum, tum [v] Comitem Orientis, [x] formula miſſa [6] letali, homo ſcelere nullo contactus idem Clematius, nec hiſcere nec loqui permiſſus, occideretur. Poſt hoc impiè perpetratum, quod in aliis quoque jam timebatur, [y] tamquam licentiâ crudelitati indultâ, per ſuſpicionum nebulas æſtimati quidam noxii damnabantur: quorum pars necati, alii puniti bonorum multatione, actíque laribus ſuis extorres, nullo ſibi relicto præter querelas & lacrymas, ſtipe collaticia victitabant: & civili juſtóque imperio ad voluntatem converſo

6 *al.* lethali odio.

ἀκούειν τοῦ πολλὰ κεκτῆσθαι προτέρον ποιουμένη. Id eſt: *Socrum verò non ſecus ac matrem obſerva. Nam & prudentiâ valet, & te non tam generum quàm filium ſuum ducit. Atque, ut cætera omittam, ipſa itineris, quod ſuſcepit, longinquitas reverentiam meretur. Et quod præcipuum eſt, viro, qui ipſius opera indiget, & lare ſuo relictis, filiam ſuam ad te ducens proficiſcitur, & delectatur laudibus tuis, eaſque multis divitiis anteponit.* Idem.

ſ *Palatii pſeudothyrum*] Utitur hac voce auctor Comœdiæ, cui Querolus nomen: *Eamus ad pſeudothyrum quam bene noſti.* ARB. *Quid ſi illic clauſum eſt?* * Sulpicius Severus pag. 393. Vide locum. Cicero Verrin. 2. pag. 96. *Per pſeudothyron revertantur.* * Oroſius lib. 7. cap. 6. de Claudio Imp. *Per pſeudothyrum in palatium refugiens.* Id Sueton. dixit eamdem hiſtoriam narrans, cap. 18. lib. 5. *Poſtico evadere in palatium.* Tacit. III. Annal. *Per averſam palatii portam*: ut & Livius lib. x. *Nocte per averſam portam ſilentio exceſſerunt.* Galli dicunt, *une fauſſe porte.* Lindenbr.

t *Honoratum tum Comitem Orientis.*] Paullo antè fuerat Conſularis Syriæ, teſte Libanio in Epiſt. 240. ad Honoratum, quâ Olympium Antiochenum, Senatorem novæ Romæ ei commendat. Ὀλύμπιος οὗτος, ὃν δὶς εὖ πεποίηκας. δὶς γὰρ ἡμῶν ἦρξας. Id eſt: *Olympius hic, de quo bis bene meritus es. bis enim nobis præfuiſti.* Et in Epiſt. 376. ad eumdem Honoratum: γενομένης γάρ σοι μετὰ τὴν ἐνταῦθα ἀρχῆς, τῆς μείζονος λέγω. Comitivam Orientis intelligit, quàm ἀρχὴν μείζονα vocare ſolet. Idem poſtea Præfectus Prætorio Galliarum, ac deinde Præfectus urbi Conſtantinop. primus fuit Euſebio & Hypatio Coſſ. ut ſcribit Hieronymus in Chronico, & Idatius in Faſtis. Præfecturam quidem Galliarum etiam Libanius commemorat in Epiſt. 376. Γαλατῶν ἀρχὴ τῶν ἑσπερίων καὶ Κυρίνου κλῆσις εἰς κοινωνίαν πόνων. De Præfectura autem urbana idem Libanius loquitur in Epiſt. 240. πολλὰ τῇ πόλει νῦν ἐπὶ τὸ βέλτιον μετέστη. τί δὲ οὐκ ἔμελλε σοῦ γε ἐφεστηκότος; σχῆμα ἀρχῆς, οἰκοδομημάτων κάλλη, &c. *Valeſ.*

v *Comitem Orientis.*] Comes Orientis erat vir Spectabilis, ſub cujus diſpoſitione erant Orientis provinciæ, quas Marcellinus noſter infrà in hoc libro, & Notitia Imperii recenſent: eáque civilis, non militaris dignitas fuit. Ejus officium ſic deſcribit Zoſimus in lib. v, ὁ δὲ κόμητα τῆς ἑῴας πεποίηκεν. αὕτη δὲ ἡ ἀρχὴ βούλεται τὸν προβεβλημένον αὐτῆς, ἐφεστάναι πᾶσι τοῖς τὰς τῆς ἑῴας ἐπαρχίας ἰθύνουσι, καὶ ἐπὶ τοῖς οὐ κατὰ τὸ δέον πραττομένοις εὐθύνειν. Id eſt: *Hic vero eum Comitem Orientis fecit. qua dignitate qui præditus eſt, is omnibus qui Orientis provincias adminiſtrant, præeſſe debet, & ſi quid ab illis ſecius geſtum eſt, inquirere.* Ex qubius apparet, cur μείζονα ἀρχὴν eam dignitatem Libanius vocaverit in loco quem proximè laudavi: & in Oratione de vita ſua, cùm dicit: φιλάρχειος δὲ ἀνὴρ ἐνδοξότατος τὸν μείζω θρόνον ἔχων, &c. Scholia in Novellam 17. Juliani Antecesſoris ad illa verba: *Velut Comes Orientis ſedet in Antiochena, & habet ſub ſe multas provincias.* Ceterùm cùm hæc civilis, ut dixi, poteſtas fuerit, miror S. Ambroſium in Epiſt. 29. ad Theodoſium hæc dixiſſe: *Relatum eſt à Comite Orientis militarium partium, incenſam eſſe Synagogam.* Sed hunc nodum ſolvent peritiores. *Idem.*

x *Formula miſſa letali.*] Formula propriè eſt norma, quam Magiſtratus judici præſcribit. Sic apud Ambroſium in Epiſt. 24. *Duobus arbitris Sacerdotibus, te qui formam prior dediſti, me qui ſententiam promſi.* Et in Epiſt. 64. *Ergo judicandi accepiſti formulam. Quales illi, qui volunt præſcribere Sacerdotibus quid ſequi debeamus? Liberavimus itaque te à cognitionis graviſſimæ neceſſitate, ne neceſſe habeas formulam mandatam exſequi.* Hinc etiam interdum pro ſententia ſumitur, ut apud eumdem Ambroſium in epiſt. 20. *Ex te forma judicii in te procedit.* & apud Facundum Hermian in lib. 2. cap. 3. *Ab illorum enim damnatione procedere debet forma judicii, à quorum errore proceſſit forma peccati.* Valerius quoque Maximus in lib. 8. cap. 2. *formulam* pro ſententia uſurpat. in Suidæ Lexico legitur φορμαρεία παρὰ ῥωμαίοις ἀπόφασις θανάτου. Idem.

y *Tamquam licentia crudelitati indulta.*] Locus hic unicus eſt quem hujus Auctoris ab antiquis laudari memini. Adducit autem illum Priſcian. Gramm. lib. IX. hiſce verbis: *Indulſi, indulſum vel indultum. Unde Marcellinus rerum geſtarum* XIV. *Tamquam licentia crudelitati indulta.* Cui conſimilis alius locus inf. *Indulta licentia vitiis*: lib. XXVII. *Tamquam peccatis indulta licentia.* Lindenbr.

cruentam, claudebantur opulentæ domus & claræ. [z] Nec vox accuſatoris ulla, licèt ſubditicii, [7] in his malorum quærebatur acervis, ut ſaltem ſpecie tenus crimina præſcriptis legum committerentur, quod aliquotiens fecere Principes ſævi: ſed quidquid Cæſaris implacabilitati ſediſſet, id velut fas júſque perpenſum confeſtim urgebatur impleri. [a] Excogitatum eſt ſuper his, ut homines quidam ignoti, vilitate ipſa parum cavendi, ad colligendos rumores per Antiochiæ latera cuncta deſtinarentur, relaturi quæ audirent. [8] Hi [b] peragranter & diſſimulanter honoratorum circulis adſiſtendo, pervadendóque [9] divitum domus egentium habitu; [1] quidquid noſcere poterant vel audire, latenter intromiſſi per poſticas in regiam, nuntiabant: id obſervantes conſpiratione concordi, ut fingerent quædam, & cognita duplicarent in pejus: laudes verò ſupprimerent Cæſaris, quas invitis compluribus formido malorum impendentium exprimebat. Et interdum acciderat, ut ſi quid [c] in penetrali ſecreto, nullo citerioris [2] vitæ miniſtro præſente, paterfamilias uxori ſuſurraſſet in aurem, velut [d] Amphiarao referente aut [e] Marcio, quondam vatibus inclytis, poſtridie diſceret Imperator. Ideóque [f] etiam [g] parietes arcanorum ſoli conſcii timebantur. Adoleſce-

7 *Mſ. & Stephani Editio*, & in his malor. 8 *Mſ.* Hi meragranter. 9 *vulg.* domos. 1 *Mſ. & Steph.* Si quidquam noſc. 2 *vulg.* ejus vitæ.

---

z *Nec vox accuſatoris ulla, licèt ſubditicii, in his malorum quærebatur acervis*] Vulg. *licet ſubditi*, malè. Ipſe Ammian. inf. *Cùm accuſatores quæſitoreſque ſubditicios ſibi conſociatos ex iiſdem foveis cerneret emergentes*. Lindenbr.

a *Excogitatum eſt ſuper his, ut homines quidam ignoti.*] Id ipſum de Tarquinio Superbo narrant Hiſtoriæ. Dionyſ. Halicarn. lib. IV. ἦσαν δ' αὐτῷ (Tarquinio) πολλαχῆ διεσπαρμένοι κατάσκοποί τινες, καὶ διερευνῶντες τὰ λεγόμενά τε καὶ πραττόμενα, λεληθότες τοὺς πολλούς. οἱ συγκαθιέντες εἰς ὁμιλίαν τοῖς πέλας, καὶ ἔστιν ὅτε κατὰ τοῦ τυράννου λέγοντες αὐτοὶ πεῖραν τῆς ἑκάστου γνώμης ἐλάμβανον. ἔπειθ' οὓς ἤσθοντο, τοῖς καθεστηκόσι πράγμασιν ἀχθομένους κατεμήνυον πρὸς τὸν τύραννον. αἱ δὲ τιμωρίαι κατὰ τῶν ἐλεγχθέντων ἐγίνοντο πικραὶ καὶ ἀπαραίτητοι. Similia ferè de Tiberio ſcribit Xiphilin. pag. 233. De Alexandro Severo Lampridius pag. 182. *De omnibus hominibus per fideles ſuos ſemper quæſivit, & per eos, quos nemo noſſet hoc agere.* Sic Hadrianus per frumentarios ſermones ſecretos expiſcabatur. *Idem.*

b *Peragranter*] Sic inf. lib. 28. *Tranſeunter.* * Caſſiodor. de divin. lect. c. 28. p. 244. b. Auguſt. de Civit. lib. 15. c. 23. *Quæſtionem tranſeunter commemoratam.* * Idem.

c *In penetrali ſecreto*] Gloſſar. vet. *Penetrale ſecretum, ſecretarium*, ἀπόῤῥητον. Idem.

d *Amphiarao*] Oiclei filius Amphiaraus, rudis & idiota initio, καὶ οὐ μάντις; qui cùm apud Phliaſios obdormiviſſet, repentè vates prodiit. Pauſan. in Corinth. pag. 56. Ὄπισθεν τῆς ἀγορᾶς ἐστιν οἶκος ὀνομαζόμενος ὑπὸ Φλιασίων μαντικὸς, ἐς τοῦτον Ἀμφιάραος ἐλθὼν, καὶ τὴν νύκτα ἐγκατακοιμηθεὶς, μαντεύεσθαι τότε πρῶτον, οἱ Φλιάσιοί φασιν, ἤρξατο. Templum & ara illius apud Oropios fuit. Pauſan. in Attic. Vide Theodoret. de Oraculis, Serm. x. *Idem.*

e *Marcio*] Livius lib. XXV. Plin. lib. VII. cap. XXXIII. Arnob. adverſ. Gentes lib. I. Symmach. lib. IV. Epiſt. XXXIV. * Macrob. Saturn. I. c. 17. * Iſidor. Hiſpal. Etymol. lib. VII. *Idem.*

f *Etiam parietes arcanorum ſoli conſcii timebantur.*] Eamdem atrocitatem temporum ſimili figura deſcripſit Tacitus in libro 4. Annalium. *Non alias magis anxia & pavens civitas egere: adverſum proximos congreſſus, colloquia, notæ ignotæque aures vitari: etiam muta atque inanima, tectum & parietes circumſpectabantur.* Eâdem quoque figurâ, licèt in re longè diſpari, utitur Euripides in Hippolyto coronato. Loquitur enim de mulieribus quæ fidem tori prodiderunt.

Αἳ πῶς ποτ' ὦ δέσποινα ποντία Κύπρι
Βλέπουσιν εἰς πρόσωπα τῶν ξυνευνετῶν.
Οὔτι σκότον φρίσσουσι τὸν ξυνεργάτην,
Τέρεμνά τ' οἴκων, μή ποτε φθογγὴν ἀφῇ.
Quæ quo modo, ô Regina ponto prognata
Venus, virorum adſpicere vultum ſuſtinent?
Nec extimeſcunt conſciam noctem ſtupri,
Nec ipſa domuum tecta, ne rem detegant.

Nec diſſimile eſt illud Ciceronis in lib. 2. Ep. XX. ad Atticum. *Jam enim charta ipſa ne nos prodat pertimeſco.* Valeſ.

g *Parietes arcanorum ſoli conſcii*] Cicero pro Cluent. *Parietes nuptiarum teſtes.* Lindenbr.

bat autem obſtinatum propoſitum erga hæc & ſimilia [3] multa ſcrutandi, ſtimulos admovente Regina; [h] [4] quæ abrupté mariti fortunas trudebat in exitium præceps: cùm eum potiùs [i] lenitate feminea ad veritatis humanitatíſque viam reducere utilia ſuadendo deberet, ut in Gordianorum actibus factitaſſe [k] Maximini truculenti illius Imperatoris retulimus conjugem. Novo denique pernicioſóque exemplo idem Gallus auſus eſt inire flagitium grave, quod Romæ cum ultimo dedecore tentaſſe aliquando dicitur Gallienus: & adhibitis paucis clam ferro ſuccinctis, [l] veſperi per tabernas palabatur & compita, quæritando Græco ſermone, cujus erat impendio gnarus, quid de [5] Cæſare quiſque [6] ſentiret. Et hæc confidenter agebat [m] in urbe, ubi [n] pernoctantium luminum claritudo dierum ſolet imitari fulgorem. Poſtremò agnitus ſæpe, jámque ſi prodiſſet, conſpicuum ſe fore contemplans, non niſi [7] luce palàm egrediens,

3 *Steph.* ſervandi. 4 *vulg.* quæ abrupta è mariti fortuna ſtridebat. 5 *Steph.* τὸ quiſque *deeſt.* 6 *Steph.* ſentirent. 7 *Mſ.* lucem palam.

---

h *Quæ abrupte mariti fortunas trud.*] Hanc lectionem, quæ veriſſima eſt, è veſtigiis Mſ. cod. eruimus: antè corruptè admodum legebatur: *Abrupta è mariti fortuna ſtridebat.* Sic alibi auctor noſter loquitur, lib. XV. *Damnabantur abruptè.* * Lib. 20. & lib. 28. C. Theod. de petit. vel ultro dat. *Lucrum abruptum.* L. 1. §. 4. ff. Quar. rer. actio non detur: * *Periculum abruptum.* Aurel. Vict. in Alexand. *Romanum ſtatum quaſi abrupto præcipitavêre.* Lindenbr.

i *Lenitate feminea ad veritatis humanitatiſque viam*] Ut Livia Auguſti conjux fecit, de qua Dio Caſſ. lib. LV. & Plotina Trajani apud Sext. Aur. Victor. Idem.

k *Maximini truculenti illius Imp. conjugem.*] Ejus præſtantiſſimæ feminæ hodie nomen latet. Nam quòd Joach. Camerarius in Notis ad Nicephori Patriarchæ Chronologiam ſcribit, Maximini conjugem fuiſſe Calpurniam lectiſſimam feminam; fraudi fuit viro erudito locus Pollionis in libro de 30. Tyrannis: ubi de Tito id intelligendum eſt, non de Maximino. Quòd ſi conjecturam eorum qui veteres nummos tractarunt, ſequi placet, Paullina erit uxor Maximini, quam is mortuam conſecravit. In nummis enim legitur DIVA PAULLINA. *Valeſ.*

l *Veſperi per tabernas palabatur.*] Paul. Diacon. Hiſt. Long. lib. VI. c. XXXV. de Ariperto: *Hic in diebus quibus regnum tenuit, noctu egrediens, & hac illacque pergens, quid de eo à ſingulis civitatibus diceretur per ſemetipſum explorabat: ac diligenter qualem juſtitiam ſinguli judices populo ſuo facerent, inveſtigabat.* Recentius hujus rei exemplum habemus in Friderico Seniore Imp. *Lindenbr.*

m *In urbe ubi pernoctantium luminum ſplendor dierum*] Idem de hac urbe teſtatur quoque Libanius in fine Antiochici. καὶ τῆς ἡλίου λαμπάδος λαμπτῆρες ἕτεροι διαδέχονται τὴν Αἰγυπτίων λυχνοκαΐαν παρελόντες. Sic enim legendum eſt, non περιόντες, ut vulgata habet Editio. Id eſt: *Solis porrò facem aliæ faces excipiunt, quæ illam Ægyptiorum in Minervæ Saiticæ feſto lucernarum accenſionem longe ſuperant.* Addit ibidem Libanius, tota nocte operari ſolitos in tabernis opifices, cùm interim ſaltantium & canentium vocibus compita perſonarent; macellum ipſum æquè ac interdiu pateret, in eóque omnis generis edulia eſſent propoſita. Idem in Oratione adverſus Tiſamenum ait, miſeros opifices à Curatoribus regionum cogi ſolitos, ut ea lumina accenderent, oleúmque lucernis infunderent. Erant autem hæc lumina inter ornamenta civitatum, ut idem Libanius ſcribit in Orat. gratulatoria ad Ellebichum. ἐλθόντες ἐπὶ τὸ πλησιάζον βαλανεῖον, κάλους ὧν ἐξήρτηντο τὰ τὸ φῶς ἐν νυκτὶ παρέχοντα μαχαίραις ἀπέκοψαν, δεικνύντες ὅτι δεῖ τὸν ἐν τῇ πόλει κόσμον ταῖς αὐτῶν βουλήσεσιν ὑποχωρεῖν. Id eſt: *Cùm veniſſent ad vicinum balneum, funes quibus appenſæ ſunt lucernæ quæ noctu lucere ſolent, gladiis præciderunt, ut oſtenderent ornamentum civitatis ſuo furori cedere debere.* Hinc eſt, quòd Baſilius Magnus in Epiſt. 379. ad Martinianum, quâ calamitates patriæ ſuæ deplorat, hoc inter cætera recenſet. γυμνάσια δὲ κεκλεισμένα καὶ νύκτες ἀλαμπεῖς. Et Procopius in Anecdotis pag. 114. Juſtinianum accuſat, qui omnes civitatum reditus ſuſtulerit: quo factum eſt, ut nec lumina in publico ſingulæ haberent, nec ſolatium ullum ac delenimentum incolis reliquum eſſet: οὔτε λύχνα ταῖς πόλεσιν ἐν δημοσίῳ ἑκάστῃ, οὔτε τις ἦν ἄλλη παραψυχὴ τοῖς ταύτας οἰκοῦσι. Itaque in publico luctu ac mærore hæc lumina vel penitus, vel magna ex parte removebantur. Sic Libanius in Orat. ad Antiochenſes de Imperatoris ira, ſuadet civibus, ut has lucernas tantiſper ſeponant, aut rariores accendant. τὸ πολὺ καὶ μάταιον τοῦτο φῶς καὶ τρυφὴν ἄχρηστον βαλανείων δεικνύον, τὸ πρὸ τῶν βασιλείων κρεμάμενον εἰς τὸ μέσον τῆς νυκτὸς καταστήσωμεν. * De his luminibus loquitur B. Hieronymus initio Dialogi adverſus Luciferianos: *Dum audientiam & circulum lumina jam in plateis accenſa ſolverent, & inconditam diſputationem nox interrumperet; conſputa pæne invicem facie receſſerunt.* Valeſ.

n *Pernoctantium luminum claritudo*] D. Hieronym.

ad agenda quæ putabat ſeria, cernebatur. Et hæc quidem medullitus [8] multis gementibus agebantur. [o p] Thalaſſius verò ea tempeſtate [q] Præfectus Prætorio Præſens, ipſe quoque arrogantis ingenii, conſiderans incitationem ejus ad multorum augeri diſcrimina, non maturitate vel conſiliis mitigabat, ut aliquoties [r] celſæ poteſtates iras Principum molliverunt: ſed adverſando jurgandóque cùm parum congrueret, [ſ] eum [9] ad rabiem potiùs evibrabat: Auguſtum, actus ejus exaggerando, creberrimè docens, ídque, incertum qua mente, ne lateret affectans. [1] Quibus mox Cæſar acriùs efferatus, velut contumaciæ quoddam vexillum altiùs erigens, ſine reſpectu ſalutis alienæ vel ſuæ, [2] ad vertenda ſuppoſita inſtar rapidi fluminis irrevocabili impetu ferebatur.

CAP. II. Nec ſanè hæc pernicies ſola Orientem diverſis cladibus affligebat. Namque & [t] Iſauri, quibus uſitatum eſt ſæpe pacari, ſæpéque inopinis excur-

8 *Mſ.* multum. 9 *Mſ.* eum ad rab. e. A. 1 *Mſ.* Quibus ut mox. 2 *Mſ.* vertenda.

Epiſt. XIV. *Dum audientiam & circulum lumina jam in plateis accenſa ſolverent, & inconditam diſputationem nox interrumperet.* * Sumtus in hæc luminaria de publico præſtiti, l. 19. C. de oper. pub. * Mos bono publico introductus, & nunc in multis rectè conſtitutis Rebuſpublicis frequens. *Lindenbr.*

o *Thalaſſius verò ea tempeſtate Præfectus Prætorio Præſens.*] Hæc vera diſtinctio eſt, ut inf. lib. 23. *Præfectus Salluſtius Præſens.* * Concil. Conſtantinop. Act. 5. p. 724. 725. τῷ πανευφημοτάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων καὶ τοῖς ἀνδρειοτάτοις στρατηγοῖς τοῦ θείου πραισέντου ἑκατέρων δυνάμεων. *Illuſtriſſimo Magiſtro ſacror. officiorum, ac ſtrenuiſſimis Magiſtris militum ſacræ præſentiæ utriuſque exercitus.* * Dignitas Præſentis ἔνοπλος fuit. Theophylact. Simocat. lib. 1. τὴν τοῦ πραισέντου τὴν παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένην ἔνοπλον ἡγεμονίας τιμήν. Lamprid. in Alex. Severo: *Si unquam alicui Præſentium ſucceſſorem dedit, ſemper illud addidit: Gratias tibi agit Reſp.* * Jordanes de regnor. ſucceſſione in fine: *Artabanes evocatus, Magiſtri militum Præſentis accepit dignitatem.* * Viri illuſtris Magiſtri militum Præſentalis, & magiſteriæ in Præſenti poteſtatis, mentio in Notitia Imperii. *Idem.*

p *Thalaſsius vero Præfectus Prætorio.*] In Codice Regio, & in Editione Romana atque Auguſtana Thalaſſus legitur: ſed paullo pòſt in iiſdem libris Thalaſſius ſcribitur. Hic antea Comes fuerat, teſte Athanaſio in Epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, & à Conſtantio ad Conſtantem fratrem miſſus erat Pœtobionem, ut ait idem Athanaſius in Apologia ad Conſtantium initio: καὶ ὅτι εἰ περὶ Θαλάσσιον ἦλθεν ἐπὶ τὴν Πετοβίωνα. De ejuſdem apud Conſtantium auctoritate & gratia Zoſimus ſcribit lib. 2. in prælii Murſenſis deſcriptione: μόνοι Λατῖνος καὶ Θαλάσσιος τὰ πρῶτα παρὰ βασιλεῖ φέροντες. Idem Synodo Sirmienſi & diſputationi Baſilii cum Photino interfuit unà cum Datiano & Cereale & Tauro, ut teſtatur Epiphanius in hæreſi 71. Quo maximè argumento refellitur opinio Illuſtr. Card. Baronii, qui illam Synodum anno Domini 357. celebratam eſſe contendit: cùm Thalaſſius qui juſſu Conſtantii ei Synodo interfuit, mortuus ſit anno 353. teſte Marcellino noſtro. *Valeſ.*

q *Præfectus Prætorio Præſens.*] Lindenbrogius hoc loco Præſentis dignitatem intelligit, quæ tamen in Præfectis quidem Prætorio nulla fuit. Fuit quidem inter Magiſtros militum unus, qui Præſens dictus eſt ſeu Præſentalis, propterea quòd in procinctu ſeu comitatu Principis ageret, & Præſentalibus numeris præeſſet, ut docet Notitia Imperii Romani. Jordanes de ſucceſſione regnorum in Juſtino: *Vitalianum ad ſe evocatum Magiſtrum militum Præſentem, & Conſulem ordinarium fecit.* In Scholiis Juliani Anteceſſoris Magiſter militum Præſentum dicitur, & apud Evagrium lib. 4. cap. 2. [*Theodoricus Valamer Magiſter Præſentis militiæ factus eſſe* dicitur in Marcellini Comitis Chronico: & in ejus Appendice, *Artabanes evocatus Præſentale accepit magiſterium.* Apud Malchum quoque legimus, τὸν Θευδέριχον καθίστασθαι στρατηγὸν δύο στρατηγιῶν τῶν ἀμφὶ βασιλέα, αἵπερ εἰσὶ μέγισται.] Et ſic intelligendus eſt locus Theophylacti Simocati in lib. 1. de Comentiolo, qui à Mauricio Magiſter militum Præſentalis eſt conſtitutus. στρατηγὸς ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος οὗτος χειροτονηθεὶς ἀπεδείκνυτο, τήν τε τοῦ πραισέντου τὴν παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένην, ἔνοπλον ἡγεμονίας τιμὴν ἀποφέρεται. Præſens enim, cùm dignitatis nomen ſignificat, de Magiſtro militum intelligitur qui in præſenti erat, cùm alii per Thracias, alii in Oriente conſtituti eſſent armorum Magiſtri. At cùm de Præfecto Prætorio aliíſque Magiſtratibus dicitur, nihil addit dignitati. *Idem.*

r *Celſæ poteſtates*] Inf. cap. 10. *Circumdatus poteſtatum cætu celſarum.* Lib. XVI. cap. 12. *Celſarum poteſtatum aſſenſus.* Ita *ſublimes poteſtates*, l. 2. C. de his quæ ex pub. *Illuſtres poteſtates*, l. 2. C. de execut. & exact. *Sæculi poteſtates*, Hieron. ad Nepotian. *Lindenbr.*

ſ *Eum ad rabiem potius evibrabat.*] Sic ex Regio codice & Editione Auguſtana hunc locum & emendavi, & interpunxi: * quibus ſubſcribunt mſſ. codices Vaticanus & Toloſanus. * *Valeſ.*

t *Iſauri quibus uſitatum eſt.*] Iſaurorum latronum meſibus

ſibus cuncta miſcere, [3] ex latrociniis occultis & raris, alente impunitate adoleſcentem in pejus audaciam, ad bella gravia proruperunt: diu quidem perduelles ſpiritus irrequietis motibus erigentes; [4] hac tamen indignitate perciti [5] vehementer, ut jactitabant, quòd eorum quidam capti conſortes, apud [v] [6] Iconium Piſidiæ oppidum [x] in amphitheatrali ſpectaculo [y] feris prædatricibus objecti ſunt præter morem. Atque, ut Tullius ait, [z] ut *etiam* [7] *feræ fame monitæ plerumque ad eum locum, ubi aliquando paſtæ ſunt, revertuntur;* ita omnes inſtar turbinis digreſſi montibus impeditis & arduis, loca petivere mari confinia: per quæ [8] viis latebroſis ſeſe convallibúſque occultantes, cùm [9] appeterent noctes, (lunâ etiamtum cornutâ, ideóque nondum ſolido ſplendore fulgente) nauticos obſervabant. Quos cùm in ſomnum ſentirent effuſos, per [a] ancoralia quadrupedo gradu repentes, ſeſéque ſuſpenſis paſſibus injectantes in ſcaphas, [1] eiſdem nihil opinantibus adſiſtebant, & [2] incendente avidi-

3 *Mſ.* & latrociniis. 4 *Steph.* attamen. 5 *Mſ.* vehementes. *Steph.* vehementi. 6 *Steph.* Leonium. 7 vulg. τὸ *fame* deeſt. 8 *Mſ.* viis latebroſis convallibúſque occult. 9 *Mſ.* appeterent noctis. 1 *Mſ.* eiſdem enim nihil. 2 *Steph.* incitante.

minit l. *Provinciarum.* C. de feriis. Gloſſ. Nomic. Ἴσαυροι οἱ ἅρπαγες, οἱ φονεῖς, καὶ οἱ χεσιάριοι. ἴσ. κουρσάριοι. Vid. Strab. lib. XII. *Lindenbr.*

v *Iconium Piſidiæ oppidum.*] Antea Lycaoniæ fuerat, teſte Strabone & Plinio ac Ptolemæo: ſic dictum ab imagine Meduſæ quam ibi ſuſpendit in columna Perſeus, ut ait Euſtathius in Dionyſium. τῶν Λυκαόνων ἐστὶ καὶ τὸ Εἰκόνιον τῇ εἰκόνι τῆς Γοργόνος παρωνομαζόμενον, ἣν αὐτόθι ἀνασπηλῶσαι λέγεται Περσεύς. Sed Stephanus aliam ejus nominis affert originem. Poſtea rurſus Lycaoniæ metropolis facta. * Baſilius Ep. 8. & 397. Baſilius Seleucenſis in lib. 1. de Vita Theclæ, loquens de Iconio: Πόλις δὲ αὕτη Λυκαονίας, τῆς μὲν ἑῴας οὐ πολὺ ἀπέχουσα, τῇ δὲ Ἀσιανῶν μᾶλλον τι προσεγγίζουσα, καὶ τῆς Πισιδῶν καὶ Φρυγῶν χώρας ἐν προοιμίῳ κειμένη. * Valeſ.

x *In amphitheatrali ſpectaculo feris.*] Moris hujus origo apud Tertull. de ſpectac. cap. XII. exempla verò apud Hiſtoricos paſſim. Eutrop. lib. X. de Conſtantio: *In Galliis & militum & provincialium ingenti jam favore regnabat, cæſis Francis atque Alemannis, captiſque eorum Regibus, quos etiam beſtiis, cùm magnificum ſpectaculum muneris paraſſet, objecit.* Eleazarus apud Egeſipp. lib. 5. in illa ad Judæos Oratione, qua in proprias neceſſitudines ac viſcera ſæviendi auctor illis eſt, ne per ludibrium pompæ reſerventur ſpectaculo, dum mala captivitatis recenſet, inter alia ſic ait: *Subeundi quoque morſus ferarum ad victorum ſpectaculum, quod diverſis jam celebratur arenis urbium, vel exemplo nobis debet eſſe pudendum, vel viſu miſerabile, ut reſervemur aut beſtiis, aut fratribus præliaturi.* Cùm ergo tale Romanor. inſtitutum, non video cur præter morem Ammianus Iſauros feris objectos dicat. *Lindenbr.*

y *Feris objecti ſunt præter morem.*] Certum eſt moris olim fuiſſe, ut hoſtes Populi Rom. bello capti feris objicerentur: ídque præter Hegeſippi locum à Lindenbrogio hîc laudatum, docet Seneca in Epiſt. 70. *Nuper in ludo beſtiariorum unus è Germanis, &c.* Unde & Conſtantinus Aſcaricum Regaiſumque Francorum Reges captos in acie, beſtiis objeciſſe dicitur ab Eutropio in Breviario, & ab Eumenio in Panegyrico. Sed & latrones, quales erant Iſauri veriùs quàm juſti hoſtes, feris in amphitheatro objiciebantur, teſte Athenæo lib. 3. Cur ergo id factum eſſe præter morem ait Marcellinus? an quia Iſauri non ſolebant beſtiis objici, ſed potiùs ad gladium damnari? quod quidem etiam hoſtium fuiſſe ſupplicium docet Florus lib. 3. cap. 12. Dio Coccejanus in Fragmentis quæ nuper vulgavimus, pag. 674. Vopiſcus in Probo, & Symmachus lib. 2. Ep. 46. Certé Cilices finitimi Iſauris, laniſtæ miniſtrabant, ut teſtis eſt Juvenalis:

pugnas Cilicis laudabat & ictus.

An potiùs præter morem fieri dixit, quod fieret malo & improbato more? Eſt enim prorſus inhumanum ſæviſſimis cruciatibus illudere, & quaſi inſultare hoſtibus in acie captis. An denique Iſauri iſti quos beſtiis objectos prodit Marcellinus, non in prælio capti fuerant, ſed pacis tempore? Poteſt etiam ſubaudiri ἀπὸ κοινοῦ, *ut jactitabant.* Sic lib. 28. de Auſturianis: *Hujus necem ulciſci, ut propinqui damnatíque injuſte cauſantes, ferarum ſimiles exſiliere.* Valeſ.

z *Ut etiam feræ famæ monitæ.*] In Editione Rom. & Aug. adeóque in codice Regio, deeſt vox *feræ.* Unde adducor, ut credam legendum eſſe: *ut etiam beſtiæ fame monitæ.* Sic enim legitur apud Tullium in Cluentiana: *Jam hoc non ignoratis, judices, ut etiam beſtiæ fame domitæ ad eum locum, ubi paſtæ aliquando ſunt, revertantur.* Idem.

a *Ancoralia.*] Funes ſunt quibus ancora religatur. Græci ἐπίγυια dicunt & πρυμνήσια. Latinam vocem uſurpat Livius lib. 22. & 37. Plinius lib. 16. Apuleius lib. 11. ſtroppos ancorales dicit: *Navis abſoluta ſtroppis ancora-*

tate ſævitiam, [3] ne cedentium quidem ulli parcendo, obtruncatis omnibus, [b] merces opimas [4] velut viles nullis repugnantibus avertebant. Hæcque non diu ſunt perpetrata. Cognitis enim [c] [5] pilatorum cæſorúmque funeribus, nemo deinde ad has ſtationes appulit navem: ſed [d] ut Scironis prærupta letalia declinantes, litoribus Cypriis contigui navigabant, quæ Iſauriæ ſcopulis ſunt controverſa. Procedente igitur mox tempore cùm [e] [6] adventicium nihil inveniretur, relictâ orâ maritimâ in Lycaoniam adnexam Iſauriæ ſe contulerunt: ibíque [f] [7] denſis interſæpientes itinera prætenturis, provincialium & viatorum opibus paſcebantur. Excitavit hic ardor milites per municipia plurima, quæ iiſdem conterminant, diſpoſitos & caſtella: & quiſque ſerpentes latiùs pro viribus repellere moliens, nunc [g] globis confertos, aliquoties & diſperſos, multitudine ſuperabatur ingenti: quæ nata & educata inter editos recurvóſque ambitus montium, eos ut loca plana perſultat & mollia, miſſilibus obvios eminus laceſſens, & ululatu truci perterrens. Coactíque aliquoties noſtri pedites ad eos perſequendos ſcandere clivos ſublimes, etiamſi lapſantibus plantis, fruticeta prenſando vel dumos, ad vertices venerint ſummos: inter arta tamen & invia nullas acies explicare permiſſi, nec firmare niſu valido greſſus, hoſte diſcurſatore rupium abſciſſa volvente ſupernè, periculoſè per prona diſcedunt; aut ex neceſſitate ultima fortiter dimicantes, ruinis ponderum immanium conſternuntur. Quamobrem circumſpectâ cautelâ obſervatum eſt deinceps; & cùm edita montium petere cœperint graſſatores, loci iniquitate milites cedunt. Ubi autem in planitie potuerint reperiri, quod

3 *Steph.* ne cadentium. 4 *Steph.* velut viles. 5 *Mſ.* pilatorum cæſorúmque funeribus. 6 *Mſ.* adventitium. 7 *vulg.* denſis inter obſidentium itinera prætenturis.

---

libus, peculiari ſerenóque flatu pelago redderetur. Sic enim malo, quàm ſtrophiis, ut vulgo legitur. *Idem.*

b *Merces avertebant.*] Plaut. Trinum. *Prædam avertere.* Livius lib. 37. *Ingentem prædam intra paucos dies avertebant.* Lindenbr.

c *Pilatorum cæſorumque funeribus.*] Ita edidi ex auctoritate Scriptorum codicum, quibus Editio quoque Romana & Auguſta ſubſcribit. Sic Marcellinus in lib. ultimo loquitur de Hunnis: *Nec caſtra inimica pilantes.* & rurſus: *Pilando villas & incendendo.* Eámque vocem ab antiquis uſitatam fuiſſe teſtis eſt Feſtus in v. *Pilare:* quæ & in idiomate noſtro adhuc manet, *Piller.* Valeſ.

d *Scironis prærupta letalia.*] Pomp. Mela lib. II. c. III. *Scironia ſaxa ſævo quondam Scironis hoſpitio etiamnunc infamia.* Stat. Papin. Thebaïd. lib. 1. *Infames Scirone petras.* Fabularem hiſtoriam explicant Hygin. fabul. XXXVIII. Lactant. in Stat. *Lindenbr.*

e *Advecticium nihil.*] Inf. cap. 8. *advecticiis adfluere copiis.* In Mſ. tamen *adventicium* legitur. Sic lib. XV. *adventiciis effeminati deliciis*, cap. 11. Et mox, *merces adventiciæ.* Sic *ſpecies adventiciæ*, l. unic. C. Theodoſ. De ſaccar. per port. Rom. *Idem.*

f *Denſis interſæpientes itinera prætenturis.*] Corruptiſſimus eſt locus, ut vulgo legitur: *Denſis inter obſidentium itinera prætent.* Tendere, prætendere, prætenturæ, tenſuræ, vocabula ſunt caſtrenſia. Gloſſar. vet. *Prætentura*, προβολὴ, ἐπιτείχισμα. Προβολὴ, *objectus, obtentus.* Valer. Max. lib. 2. cap. 8. *Neve quis intra caſtra tenderet, neve locum extra aſſignatum vallo aut foſſâ cingeret.* Egeſipp. lib. 5. cap. 20. *Caſtellum in quo prætendebant.* Eod. lib. c. 24. *Subtraxerunt ſeſe inſidiis latrocinantium, & cuſtodiis prætendentium.* Ita enim ex Mſ. cod. hic locus reſtituendus eſt. Hyginus Gromaticus in lib. de caſtrametatione, quem nondum typis publicatum Mſ. habeo: *Exploratores in ſtriga cohortis primæ prætendunt.* Inde ergo *prætenturæ* & *tenſuræ*, quarum in eodem lib. mentio frequens. Ipſe Ammian. lib. 25. *Prætenturæ ſtationeſque agrariæ totis rationibus ordinatæ.* Lib. 31. *Prætenturas ſtationeſque diſponebat agrarias.* Idem.

g *Globis conſertos.*] Vel *confertos:* ut Curtius Ruf. lib. III. *Conferti & quaſi cohærentes tela vibrare.* * Ammian. lib. 16. cap. 12. *In lævo cornu locavere confertum.* Lib. 19. cap. 6. *Conferti valido curſu.* Vid. lib. XXIV. cap. 1. & 7 *confertiùs reſiſtentes,* & XXVII, 1. * Idem.

contingit aſſiduè, nec exertare lacertos, nec criſpare permiſſi tela, [8] quæ vehunt bina vel terna, pecudum ritu inertium trucidantur. Metuentes igitur iidem latrones Lycaoniam magna parte campeſtrem, [h] cùm ſe impares noſtris fore [i] congreſſione ſtataria documentis frequentibus ſcirent, tramitibus deviis petivere Pamphyliam, diu quidem intactam, ſed timore populationum & cædium, milite per omnia diffuſo propinqua, magnis undique præſidiis communitam. Raptim igitur properantes, ut motus ſui rumorem celeritate nimia prævenirent, vigore corporum ac levitate confiſi; [9] per flexuoſas ſemitas ad ſummitates collium tardiùs evadebant. Et cùm ſuperatis difficultatibus arduis, ad [k] ſupercilia veniſſent fluvii Melanis alti & verticoſi, qui pro muro tuetur accolas circumfuſus, [1] augente nocte adulta terrorem, quievere paulliſper lucem opperientes. Arbitrabantur enim nullo impediente tranſgreſſi, inopino accurſu appoſita quæque vaſtare: ſed incaſſum labores pertulere graviſſimos. Nam ſole orto, [l] magnitudine anguſti gurgitis, ſed profundi à tranſitu arcebantur: & dum [m] piſcatorios quærunt lenunculos, vel innare [n] te-

8 *vulg.* veliunt. 9 *Mſ.* perplexuoſ. 1 *al.* urgente nocte adulta temporéque, quiev.

---

h *Cùm ſe impares noſtris fore congreſſione ſtataria.*] Lib. xx. *Legioneſque augens juventutis validæ ſupplementis, quarum ſtatariæ pugnæ per Orientales ſæpius emicuere procinctus.* Græcis Σταδιαία μάχη. Pollux, ut in Antholog. lib. 1.

Ἔγνως ἐν σταδίῃσιν ὅσον σθένος Ἕκτορος ἐστί.

Zoſimus lib. IV. de Hunnis: μάχην μὲν σταδίαν οὔτε δυνάμενοι τὸ παράπαν, οὔτε εἰδότες ἐπαγαγεῖν. Stataria ergo pugna eſt, cùm pede collato vir virum legit, nec quiſquam loco recedit: uti eam optimè deſcribit Plautus in Amphitr. Act. 1. Sc. 1.

- - - *fugam in ſe tamen nemo convortitur,*
Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat.
Animam amittunt priùs: quàm loco demigrent:
Quiſque uti ſteterat jacet, obtinétque ordinem.

Ita gradariæ pugnæ mentio apud Diomed. lib. 3. cap. 2. *Jambicum greſſum priſci Apuli Daunium à duce ſuo Daunio prodiderunt, quòd is cùm primus adverſus acrem Diomedis pugnam bellum aſperum iniſſet, gradali pugna duos dimicare inſtituit, ut collato pede aſſequente paulatim dextero, diſtentoque & progrediente lævo, & brevi ſucceſſu & longo diſtentu gradus ſimul & viſus firmaretur.* Aliarum pugnarum appellationes, velut Planariarum, Concurſatoriarum, Expeditionalium, apud hunc noſtrum Ammian. in facili erit obſervare. *Idem.*

i *Congreſſione ſtataria.*] Conflictus planarios alibi vocat Marcellinus. Græci σταδίαν μάχην dicunt, ut ſæpe Zoſimus, & Strabo in lib. x. Sed frequentiùs Græci τὴν συστάδην καὶ ἐκ χειρὸς μάχην dicere ſolent. Eodem ſenſu ſtatarius miles dicitur à Tito Livio in lib. 9. ubi militem Romanum cum Macedonico comparat: *Statarius uterque miles, ordines ſervans.* Et lib. 22. *Hoſtem gravem armis ſtatariúmque pugnæ genere facilè eluſit.* Valeſ.

k *Supercilia fluvii.*] Infr. *ſupercilia Nili. ſupercilia fluminis Rheni.* Pag. 150. *Supercilia Rheni.* Lib. 17. pag. 171. *Superciliis impoſita fluminis Moſæ.* Græci ὀφρύων τοῦ ποταμοῦ dicunt. Polyb. lib. 2. παρ' αὐτὴν τὴν ὀφρὺν τοῦ ποταμοῦ ποιησάμενος τὴν ἔκταξιν. Lindenbr.

l *Magnitudine anguſti gurgitis & profundi.*] Eodem modo infr. lib. 24. *Anguſta fluminis interluvies & prælta tranſiri vado non potuit.* Idem.

m *Piſcatorios quærunt lenunculos.*] Non. Marcell. *Lenunculus, navigium piſcatorium.* Gloſſ. *Lenunculus,* πίτυλος, σκαφίδιον. * Vid. Gellium lib. x. c. 25. Tacit. Annal. 14. *Occurſu lembunculorum Lucrinum in lacum vectam*, pag. 309. Dubio procul legend. *Lenunculorum.* Cæſar de bello Civili lib. 3. cap. 43. *Pauci lenunculi ad officium imperiumque conveniebant.* * Salluſt. *Primo indicit forte ſuper noctem in lenunculo piſcantis.* Amm. lib. XVI. *Lenunculo ſe commiſiſſe piſcantis*: quod idem narrans Sueton. lib. 1. dixit: *Parvulum navigium obvoluto capite conſcendiſſe.* Florus: *Speculatorium navigium.* Ab hiſce lenunculis corpus lenunculariorum, ad ſimilitudinem naviculariorum, aliorumque corporum. Inſcript. vet. Romæ: PATRONO CORPORIS LENUNCULARIORUM AUXILIARIORUM OSTIENSIUM. Et in tabula marmorea: ORDO CORPORATORUM LENUNCULARIOR. TABULARIORUM AUXILIARES OSTIENSES. *Idem.*

n *Temere contextis ratibus.*] Ut * Auſon. Perioch. v. Odyſſ. *Contextu ratis temere properatæ navigationem ſolus aggreditur.* * Salluſt. *Caſtella & oppida temere munita.* Apul. *Domus temere contecta. Temere* eſt σχεδίως: unde navigia ipſa, de quibus hic agitur, *ſchediæ* vocantur. Feſtus Pomp. lib. XVII. Ulpian. l. 1. §. 6. ff. de exercit. action. Suid. σχεδία, ἡ ἐκ τῶν παρατυχόντων, ἢ εἰκαίως πεποιημένη ναῦς. Heſych. & Theophylact. Simocat. lib. VIII. τὰς

mere contextis ratibus parant: effuſæ [o] legiones, quæ hiemabant tunc apud [2] Siden, iiſdem impetu occurrere veloci. Et ſignis prope ripam locatis ad manus comminus conſerendas, [3] denſata ſcutorum compage ſemet ſcientiſſimè præſtruebant: auſos quoque aliquos fiducia nandi, vel cavatis arborum truncis amnem permeare latenter, facillimè trucidarunt. Unde [p] tentatis ad diſcrimen ultimum artibus multum, cùm nihil impetraretur, pavore vique repellente extruſi, & quò tenderent ambigentes, venere prope [q] oppidum Laranda. [4] Ubi victu recreati & quiete, poſtquam abierat timor, vicos opulentos adorti, equeſtrium adjumento cohortium, quæ caſu propinquabant, nec reſiſtere planitie porrecta conati, digreſſi ſunt: retróque concedentes, omne juventutis robur [r] relictum in ſedibus acciverunt. Et quoniam inedia gravi afflictabantur, locum petivere Paleas nomine, vergentem in mare, valido muro firmatum; ubi conduntur nuncuſque commeatus, diſtribui [ſ] militibus omne latus Iſauriæ defendentibus adſueti. Circumſtetere igitur hoc munimentum per [t] triduum & trinoctium: & cùm neque acclivitas ipſa ſine diſcrimine [5] adiri letali, nec cuniculis quidquam geri poſſet, nec procedebat ullum obſidionale commentum: mæſti excedunt, [6] poſtrema vi ſubigente

2 *Mſ.* Sideniſdem. 3 *Mſ.* denſitas ſcutorum compagetem & ſcientiſſime. *Steph.* denſas ſcutorum compages ſcientiſſ. 4 *al.* Ubi. 5 *Mſ. & Steph.* adiri poſſit letali. 6 *Steph.* poſtremò ira ſubeunte.

λεγομένας σχεδίας συῤῥάψαντες, ἐμβαδὸν τὸν ποταμὸν διενήξαντο. Idem.

o *Legiones quæ hiemabant tunc apud Siden, iiſdem.*] Antea legebatur, *apud Sideniſtem.* Sed cùm in Mſ. Florentino ac Regio *Sideniſdem* exſtare vidiſſem, non dubitavi quin duæ voces malè in unam coaluiſſent ex pravo uſu ſcribendi veterum illorum, qui nobis codices ſuis manibus ſcriptos reliquerunt. Ii enim nullas inter ſingula vocabula diſtinctiones adhibebant: unde multi errores propagati ſunt, cùm in aliis Auctoribus multis, tum etiam in Marcellino quem præ manibus habemus. Ita igitur nullo negotio hunc locum diſtinxi: *Legiones quæ hiemabant tunc apud Siden, iiſdem impetu occurrere veloci.* Eſt autem Side urbs Pamphyliæ notiſſima, quam quidem Pamphyliam tum petebant Iſauri, ut Marcellinus ſuprà retulit: Cumæorum colonia teſte Strabone: de qua Avienus in deſcriptione orbis loquitur his verſibus:

Pamphyliæ in fines. hôc idem Cragus habetur
Nomine ſub gentis: propè celſam ſurgit in arcem
Priſca Side. fomes calidis adoletur in aris
Sæpe Dioneæ Veneri.

Quamquam Dionyſius ὁ Περιηγητὴς, quem Avienus interpretatur, Aſpendum dicit, non Siden. *Valeſ.*

p *Tentatis ad diſcrimen ultimum artibus multum.*] Legendum eſſe arbitror, *artibus multis*, rectiùs. *Valeſius.* Immo Ammiani ſtilus tuetur vulgatam, ut cap. 1. *Et hæc quidem medullitus multum gementibus agebantur*, ut in Mſ. illic legi teſtatus fuit Lindenbrogius: & prætulerim vulgato *multis*, quod ſumpſerunt, qui τῷ *gementibus* per apoſiopeſin addere nequibant τὸ Antiochenſibus, vel illis, de quibus ante narravit. *Gronov.*

q *Oppidum Laranda.*] Strabo in lib. 12. τὰ Λάρανδα urbem Iſauriæ facit; Ptolemæus & Stephanus Lycaoniæ. *Valeſ.*

r *Relictum in ſedibus.*] Sæpiſſime hæc vox apud Ammian. Veget. & ejus ſæculi Scriptores. Inf. lib. 17. *Militares numeri deſtinatas remearunt ſedes.* * cap. 8. *Frumentum in ſedibus conſumendum.* * Lib. 20. *Redite nunc ad ſedes.* *Sedes* autem ſive *ſedeta* ſunt loca, in quibus milites citra expeditionum neceſſitatem commorantur. Unde in l. fin. C. Quib. non. obſt. long. temp. & Inſtitutor. Juſtinian. lib. 2. Tit. de milit. teſtam. illa verba, *citra expeditionum neceſſitatem, in aliis locis, vel ſuis ædibus degunt*, corruptè hactenus ſic legi certum eſt. Reſtituenda autem hoc modo, *in aliis locis, vel ſuis ſedibus*: quod Theophili confirmatur auctoritate, ſic vertentis, ἐν τοῖς λεγομένοις αὐτοῖς σεδέτοις: ut etiam l. 18. C. de Epiſc. audient. *In ſuis ſedetis ſive ſtationibus.* In Gloſſario nomico *ſedeta* interpretantur προσέδραι. Et in aliis Gloſſ. σεδέτοις, καθέδραις, προαστείοις. Lind.

ſ *Militibus omne latus Iſauriæ defendentibus.*] Pollio in triginta Tyrannis: *Denique poſt Trebellianum*, ait, *pro barbaris habentur: & cum in medio Romani nominis ſolo regio eorum ſit, novo genere cuſtodiarum quaſi limes includitur, locis defenſa, non hominibus, &c.* Valeſ.

t *Triduum & trinoctium.*] Similiter Feſt. Avien. in Deſcript. oræ maritumæ: *Curſus carinæ biduo & binoctio eſt.* Tacit. Annal. 3. *Dum ne plus quàm binoctium abeſſet.* Lind.

majora viribus aggreſſuri. Proinde concepta rabie ſæviore, quam deſperatio incendebat & fames, amplificatis viribus ardore incohibili in excidium urbium matris [7] Seleuciæ efferebantur, quam [v] Comes tuebatur Caſtricius, tréſque legiones bellicis ſudoribus induratæ. Horum adventum prædocti ſpeculationibus fidis rectores militum, teſſerâ datâ ſollemni, armatos omnes celeri eduxere procurſu: & agiliter præterito [x] [8] Calycadni fluminis ponte, cujus undarum magnitudo murorum alluit turres, in ſpeciem locavere pugnandi. Neque tamen exſilivit quiſquam, nec permiſſus eſt congredi. Formidabatur enim flagrans veſaniâ manus, & ſuperior numero, & ruitura ſine reſpectu ſalutis in ferrum. Viſo itaque exercitu procul auditóque [9] liticinum cantu, repreſſo gradu parumper ſtetere prædones: [1] exertantéſque minaces gladios, poſtea lentiùs incedebant. Quibus occurrere bene pertinax miles explicatis ordinibus parans, [y] haſtíſque feriens ſcuta, (qui habitus iram pugnantium concitat & dolorem) proximos jam geſtu terrebat. Sed eum in certamen alacriter conſurgentem revocavere ductores, rati intempeſtivum, anceps ſubire certamen, cùm haud longé muri diſtarent, quorum tutelâ [2] ſecuritas poterat in ſolido locari cunctorum. [z] [3] Hac ita perſuaſióne, reducti intra mœnia bellatores, obſeratis undique portarum aditibus, [a] propugnaculis inſiſtebant

7 *Steph.* inſolentia. 8 *Mſ.* Calydcanni. 9 *Steph.* latronum. 1 *Mſ. & Steph.* extantéſque minantes. 2 *Steph.* Securi poterant in ſolido loca cuncta locare. 3 *Mſ.* Hac uti.

v *Comes tuebatur Caſtricius, treſque legiones.*] Comes militaris per Iſauriam memoratur in Notitia Imperii Romani, ſub cujus diſpoſitione erat legio 2. & legio 3. Iſaurica. Ex quo apparet primam legionem Iſauricam poſt obitum Conſtantii aliò abductam fuiſſe. *Val.*

x *Calycadni fluminis ponte.*] Seleucia enim caput Iſauriæ ſupra Calycadnum amnem poſita eſt, teſte Strabone ac Plinio: quem Calydnum alii etiam dixere, ut ſcribit * Baſilius Seleucenus in lib. 1. de Thecla * & Stephanus in ὑρία. ἔστι ὑρία καὶ ἡ κατ' ἰσαυρίαν σελεύκεια: ἣ παραῤῥεῖ ὁ Καλύκαδνος, ὃν Καλύδνον τινὲς καλοῦσι. Sic legendus eſt hic locus Stephani ex Euſtathio in lib. 3. Iliados. Seleucia enim priùs dicebatur Hyria, & Olmia, poſtea à Seleuco Nicatore condita, & à mari remota, nomen conditoris accepit, ut tradit idem Stephanus in v. σελεύκεια. Fuit autem primò quidem Ciliciæ Trachiæ civitas, unde & Tracheotis cognominata teſte Plinio, Strabone, ac Stephano. *Idem.*

y *Haſtiſque feriens ſcuta, qui habitus irdm pugnantium concitat.*] Mos militaris, diverſo geſtu vel ſtrepitu diverſas quoque animorum affectiones notans. Inf. lib. 15. *Militares omnes horrendo fragore ſcuta genibus illidentes, quod eſt proſperitatis indicium plenum: nam contrà cùm haſtis clypei feriuntur, iræ documentum eſt & doloris.* Lib. 16. *Ardoremque pugnandi haſtis illidendo ſcuta monſtrantes.* Lib. 21. *Unanimanti conſenſu voces horrendas inmani ſcutorum fragore miſcebat.* Eodem lib. *Haſtaſque vibrantes irati, poſt multa quæ benevole reſponderant, petebant ſe duci protinus in rebellem.* Lib. 23. *Sublatis altiùs ſcutis nihil periculoſum fore vel arduum clamitabat.* Curt. lib. x. *Nulli placebat oratio: itaque ſuo more haſtis ſcuta quatientes, obſtrepere perſeverabant.* Et poſt alia: *Sequitur phalanx haſtis clypeos quatiens, expletura ſe ſanguine illorum, qui affectaverant nihil ad ipſos pertinens regnum.* Vide Livium lib. XXXVIII p. 313. Cæſar. de bello Gall. lib. VII. Tacit. Hiſtor. lib. v. & in lib. de morib. Germ. * Polybius lib. xv. pag. 701. Οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ τὰ πάτρια συναλαλάξαντες, καὶ συμψοφήσαντες τοῖς ξίφεσι τοὺς θυρεοὺς, προσέβαλον τοῖς ὑπεναντίοις. *Romani more patrio clamorem tollentes, & gladiis ſcuta quatiendo perſtrepentes, irruunt in adverſos.* Idem pag. 430. *Sono armorum tripudiiſque (ita illis Germanis mos) approbata ſunt dicta.* * Lindenbr.

z *Hac icti perſuaſione.*] Sic habet Editio Romana, quam ceteræ deinceps ſecutæ ſunt. ſed in Mſſ. Florentino, * Toloſano ac Vaticano * legitur, *hac uti*: ex quo conjeceram legendum eſſe, *hac utili perſuaſione*: * ut in codice Toloſano adſcriptum poſtea reperi. In margine tamen emendatur alia manu *utique.* * ſed magis placet lectio quam in codice Regio poſtea reperi, *hac ita*, niſi malis *itaque.* Valeſius. Vera eſt Scriptorum codicum lectio *hac uti perſuaſione*, qua imitatur Ammianus Tacitum ſuum, apud quem 6. ann. 30. *Firmarent velut fœdus.* 15. 69. *Occupare velut arcem.* Et ſæpius. *Gronov.*

a *Propugnaculis inſiſtebant & pinnis.*] Inf. lib. XVI. cap. 4. *Inter propugnacula viſebatur & pinnas.* Propugnacula ſunt προμαχῶνες, pinnæ ἐπάλξεις. Syneſ. Conſtit. 11. μέ-

& pinnis, congeſta undique ſaxa teláque habentes in promptu, ut ſi quis [b] ſeſe [4] proripuiſſet interiùs, multitudine miſſilium ſterneretur & lapidum. Illud tamen clauſos vehementer angebat, quòd captis navigiis, quæ frumenta vehebant per flumen, Iſauri quidem alimentorum copiis adfluebant: ipſi verò ſolitarum rerum cibos jam conſumendo, inediæ propinquantis ærumnas exitialeis horrebant. Hæc ubi latiùs fama vulgaſſet, miſſæque relationes adſiduæ Gallum Cæſarem permoviſſent: quoniam Magiſter equitum longiùs ea tempeſtate diſtinebatur, juſſus [c] Comes Orientis Nebridius, contractis undique militaribus copiis ad eximendam periculo civitatem amplam & opportunam, ſtudio properabat ingenti: quo cognito abſceſſere latrones, nulla re ampliùs memorabili geſta, [5] diſperſique, ut ſolent, avia montium petiere celſorum.

CAP. III. Eo adducta re per Iſauriam, Rege Perſarum bellis finitimis illigato, repellentéque à conlimitiis ſuis ferociſſimas gentes, quæ [d] mente quadam verſabili hoſtiliter eum ſæpe inceſſunt, & in nos arma moventem aliquoties juvant: Nohodares quidam nomine è numero optimatum, incurſare Meſopotamiam quoties copia dederit ordinatus, explorabat noſtra ſollicitè,

4 *Mſ.* proripuiſſet ... terius. 5 *Mſ.* diſperſiſque.

χρι πότε πὰρ ἔπαλξιν ἕστηκας; μέχρι πότε τηρήσω τὸ μεσοπύργιον; Lindenbr.

b *Seſè proripuiſſet interius.*] Antea legebatur *ulteriùs* ex conjectura P. Caſtelli, qui cùm in Editione Romana haberetur, *proripuiſſet .... teriùs*, ita excudit, ut dixi: quod tamen ferri omnino non poteſt. Emendationem verò noſtram confirmat ſimilis locus in lib. xx. *Telorumque genere omni ad interiora ferociùs ſe proripientes arcebant.* Valeſ. Recte vir doctiſſimus. Sic apud Livium Valerius *toto corpore interior periculo vulneris factus* inſinuaſſe inter corpus armaque Galli dicitur VII. 10. Etiam naves *interiores ictibus tormentorum* XXIV. 34. Sed dubito, primo an lacuna in MSS. etiam ſit, æque ac in editione Romana exhibetur; deinde utrum ex comparatione alterius loci, an ex contemplatione ſcripturæ veteris ſuppleri debeat. Nam certe quum præcedens verbum deſinat in *&*, quam facile per eas literas intercidere potuerunt *ci*, ut ſcripſiſſe videatur auctor *proripuiſſet citerius*, quum & cap. I. dixerit *nullo citeriore eis vitæ miniſtro præſente.* Gronov.

c *Comes Orientis Nebridius.*] Is Honorato ſucceſſerat, ut docet Epiſtola Libanii 390. ad Mantitheum. Idem poſtea Quæſtor Palatii Juliano Cæſari datus eſt à Conſtantio, tandémque Præfectus conſtitutus Prætorii, cùm ſacramentum Juliano præſtare adverſus Conſtantium recuſaſſet, privatus in Tuſciam, quod ei natale ſolum erat, receſſit, ut eſt in lib. xx. * Exſtat Epiſtola Libanii ad hunc Nebridium 202. libri IV. in qua Comitivam Orientis, & Præfecturam Prætorii Galliarum cum geſſiſſe ſignificat his verbis. *Ἀρχὴ γὰρ ἡ μεγάλη μέσοι παρ' ἡμῖν, ἡ μεγίστη δὲ ἐπὶ τῆς ἑσπέρας.* * Valeſ.

Mente quadam verſatili.] *ἴσ.* *verſabili*: ut inf. *verſabilis motus, verſabilis Princeps, verſabiles Sarmatæ, &c.* Lindenbr.

c *Prætenturis & ſtationibus ſervabantur agrariis.*] Prætenturæ ſunt præſidia militum, quæ pro caſtris ſecuritatis causâ collocantur: ſunt enim dictæ à prætendendo, id eſt, antè tendendo, tamquam quædam caſtra antetendentia, ut rectè explicat Turnebus lib. 2. Adv. cap. 7. Sic prætendere ſumitur ab Auctore Panegyrici, qui dictus eſt Conſtantino Aug. *Jam obliti deliciarum circi Maximi, & Pompejani theatri, & nobilium lavacrorum, Rheno Danubióque prætendunt.* Claudianus quoque de bello Gothico:

Venit & extremis legio prætenta Britannis.

Hanc vocem videtur mihi Zoſimus exprimere voluiſſe, cùm ſcribit in lib. 4. *τὸ μὲν στρατόπεδον τῇ ὄχθῃ τοῦ Ἴστρου συμπαρετείνας.* Sed unus hac voce mirum in modum delectatus eſt Ambroſius. Nam præter illos locos quos laudavit Turnebus, utitur etiam in Epiſt. 16. *Poſtremò quaſi bonum bellatorem ſumere arma Dei ac prætendere ſemper non ſolùm adverſus carnem*, &c. Et in Epiſt. 26. ad Gratianum Auguſtum: *Nocte ac die in tuis caſtris curâ & ſenſu locatus, orationum excubias prætendebam.* Item in Ep. 27. ad Valentinianum Juniorem: *Dum tu militem Rom. occupas, dum is adverſum ſe utrimque prætendit in medio Rom. Imperii ſinu, Juthungi populabantur Rætias.* Denique in Ep. 82. *Stat autem ſpeculator providus, pervigil cuſtos qui prætendit in caſtris.* Et in libris de Excidio Hieroſol. qui Hegeſippo tribuuntur, cùm ſint Ambroſii. Veteres Latini *præſidere* dicebant, ut apud T. Li-

ſi reperiſſet uſquam locum, vi ſubita perrupturus. Et quia Meſopotamiæ tractus omnes crebrò inquietari ſueti, [c] prætenturis & [f] [g] ſtationibus ſervabantur agrariis, lævorſum flexo itinere [h] Oſdroenæ ſubſederat extimas partes, novum parûmque aliquando tentatum commentum adgreſſus: quod ſi impetraſſet, [6] fulminis modo [i] cuncta vaſtarat. Erat autem quod agitabat hujuſmodi. [k] Batne municipium in [l] Anthemuſia conditum Macedonum manu priſcorum, ab Euphrate flumine brevi ſpatio diſparatur; refertum mercatoribus opulentis: ubi annua ſollemnitate, prope [7] Septembris initium menſis, ad nundinas magna promiſcuæ fortunæ convenit multitudo, ad commercanda quæ Indi mittunt & Seres, aliáque plurima vehi terra marique conſueta. Hanc regionem præſtitutis celebritati diebus invadere parans dux antè dictus,

6 *al.* ful. inſtar. 7 τὸ menſis *vulg. deeſt.*

vium crebrò occurrit, & *præſidia*, quas poſtea *prætenturas* ſequior ætas appellavit. Sic enim ſcribit Varro in lib. 1. de lingua Lat. *Præſidium eſt dictum, quia extra caſtra præſidebant in loco aliquo, quò tutior regio eſſet.* Non omiſerim, prætenturam olim propriè dictum eſſe locum in caſtris ad vallum, ubi cohortes primæ, & Exploratores, & Claſſici cum Auxiliariis equitibus prætendebant, teſte Hygino. *Valeſ.*

f *Stationibus ſervabatur agrariis.*] Inf. lib. 16. *Stationes prætendit agrarias.* Liber de reb. bell. cap. de limit. munit. *Munitione poſſeſſorum diſtributa ſollicitudo ſine publico ſumtu conſtituat, vigiliis in his & agrariis exercendis.* Veget. lib. 1. c. 3. *Si longior expeditio emergit, in agrariis plurimum detinendi ſunt, proculque habendi à civitatis illecebris.* Lindenb.

g *Stationibus agrariis.*] Stationes agrariæ ſunt præſidia militum, quæ in caſtellis, aut aggeribus publicis explorandi gratiâ conſtituuntur. Moris enim fuit Romanis, cùm hoſtis non procul abeſſet, ex omni exercitu certos milites deligere, quos in caſtellis tumultuariis, aut aggeribus publicis collocabant, partim ut commeatuum ſubvectioni ſecuritas præſtaretur, partim ne inopinato hoſtium incurſu turbaretur exercitus: ídque etiam pacis tempore obſervabatur circa limitem, unde hoſtium excurſus timebantur. Has Vegetius lib. 3. cap. 8. & Auctor vetus poſt Notitiam Imperii editus, ſimpliciter *agrarias* appellant. Sic autem dictas exiſtimo, ad differentiam caſtrenſium, quæ fiunt in caſtris, de quibus loquitur Tacitus in lib. 1. Annalium. *Portas ſtationibus firmant.* * & Lipſius in libri v. de militia Rom. capite VIII. * Ceterùm agrarias à prætenturis parum differre exiſtimo, niſi quòd prætenturæ ferè de peditibus tantùm dicuntur. Itaque Marcellinus ſuprà de Iſauris, quos pedites fuiſſe conſtat, ſcribit variis cis interſæpſiſſe itinera prætenturis. Poteſt etiam id diſcrimen fuiſſe, ut prætenturæ quidem ſub dio, agrariæ verò etiam in oppidis & caſtellis muro cinctis agerentur: quod & Vegetius docet in loco citato. *Valeſ.*

h *Oſdroenæ ſubſederat extimas partes.*] Ita hunc locum corrigendum putavi, qui antea turpiſſimo mendo laborabat: legebatur enim *æſtimans partes.* Meam conjecturam viri Cl. & doctiſſimi Ant. Loiſelli auctoritas mihi poſtea confirmavit, qui ad oram codicis ſui ita emendaverat: an conjecturâ, an ex fide Valentini codicis quem contulerat, incertum eſt. Eſt autem *ſubſidere* quod Græci ἐφεδρεύειν dicunt, cùm manus militum poſt virgulta, aut maceriam, aut collem inſidias ſtruens occultatur: unde & ſubſeſſæ dicuntur à Vegetio. *Valeſ.* Ad exemplar Hamburgenſe ab Lindenbrogio ſic adſcriptum vidi. Loiſel. *ſubſederat extimas partes.* ut p. 27. *extimarum* pro *extremarum.* Sic enim MSS. ſic p. 55. *ab inſulis extimis.* p. 102. *gentium extimarum.* p. 386. *extima parte*, & alibi. *Gronov.*

i *Cuncta vaſtarat.*] Sic reſtitui ex codice Regio & Editione Romana, cùm antea legeretur *vaſtaret.* Valet autem *vaſtarat*, idem quod *vaſtaſſet*: eáque locutio Græcanica eſt, & familiaris Marcellino, non infrequens tamen apud alios quoque Latinos Auctores. Sic enim Ambroſius in Sermone 87. *Si enim tardiùs hoc feciſſet, interveniente ſterilitate civitas ſine habitatore remanſerat.* Valeſ.

k *Batne municipium.*] In Editione Auguſtana legitur πανηγυρικῶς Batnæ: & ita ferè id oppidum efferri ſolet cùm ab aliis Auctoribus, tum ab ipſo Marcellino. Sed tamen nihil hoc loco mutandum eſſe exiſtimavi, cùm ſcirem apud Procopium lib. 2. Perſicorum hoc idem oppidum βάτνην vocari: quod quidem oppidum Procopius ibidem exiguum eſſe dicit, & ab Oſdroenæ metropoli Edeſſa abeſſe dici itinere. *Idem.*

l *In Anthemuſia.*] Anthemuſiam Strabo lib. 16. τόπον τῆς Μεσοποταμίας appellat. Plinius oppidum Meſopotamiæ facit, cui ſubſcribit Iſidorus Characenus, qui & χάραυα σίδου dici ab incolis ſcribit. Tacitus lib. 6. Anthemuſiada urbem nominat, quam & à Macedonibus poſitam eſſe teſtatur. Proinde nomen ei inditum videtur ab Anthemunte urbe Macedoniæ. Ptolemæus tamen cum Strabone conſentit, & Anthemuſiam ait eſſe regionem Meſopotamiæ, quà contingit Armeniam. Falluntur itaque Eutropius ac Rufus Feſtus, qui Anthemuſiam opimam Perſidis regionem vocant, quaſi eadem ſit Perſis ac Meſopotamia. *Idem.*

per ſolitudines [m] Aboræque amnis herbidas ripas: ſuorum indicio proditus, qui admiſſi flagitii metu exagitati, ad præſidia [8] deſcivere Romana, abſque ullo egreſſus effectu, deinde tabeſcebat immobilis.

CAP. IV. [n] [o] Saraceni tamen nec amici [9] nobis umquam, nec hoſtes optandi, ultrò citróque diſcurſantes, quidquid inveniri poterat, momento temporis parvi vaſtabant, [p] milvorum rapacium ſimiles: qui ſi prædam diſpexerint celſiùs, volatu rapiunt celeri, aut niſi impetraverint, non immorantur. Super quorum moribus licèt [q] in actibus Principis Marci, & poſtea aliquoties meminerim retuliſſe; tamen nunc quoque pauca de iiſdem expediam carptim. Apud [r] has gentes, quarum exordiens initium ab Aſſyriis [ſ] ad Nili cataractas porrigitur & confinia Blemmyarum, omnes pari ſorte ſunt bellatores, [t] ſeminudi, coloratis ſagulis [1] pube tenus amicti, equorum adjumento pernicium

8 *vulg.* diſcurrere. 9 *Mſ.* nobiſcum quam nec hoſt. 1 *Mſ.* amiciti.

m *Aboræque amnis.*] Hunc per Anthemuſiam fluere atque in Euphratem egeri Strabo ac Iſidorus Characenus auctores ſunt. Sed Iſidorus ἀϐούραν nominat. Straboni eſt ἀϐόῤῥας. Zoſimus in lib. 3. ἀϐώραν appellat. In Procopii exemplaribus modò ἀϐόῤῥας, modò ἀϐώῤῥας ſcribitur. Ptolemæo eſt χαϐώρας, quem è Maſio ac Singara montibus fluere teſtatur. Poſtremò Theophylactus Simocatus lib. 3. cap. x. ἀϐϐορὰν ποταμὸν vocat: * Geographus Nubienſis exemplo Ptolemæi cum adſpiratione *Alchabur*, ut & ſacra Scriptura *Chobar*: Ælianus in lib. 12. de Animalibus capite 30. ϐούῤῥας. Idem.

n *Saraceni nec amici nobis umquam, nec hoſtes optandi.*] Qui tamen fœderis vinculo in Romanam poſtea convenere ſocietatem. Novell. xxxi. Imp. Theodoſ. *Lindenbr.*

o *Saraceni nec amici nobis umquam, nec hoſtes optandi.*] Perfidiam genti inſitam tangit his verbis. de qua etiam Menander Protector pag. 125. paria ſentit, cùm ait: ὅταν δὲ λέγω Σαρακηνοὺς, ἀναλογίζεσθε τὸ ἀλλόκοτον καὶ παλίμβολον τοῦ ἔθνους. & ſupra de iiſdem, πλεονεκτικώτατον γὰρ τὸ φῦλον. * cui adde Theophylactum Simocatum in fine lib. III. * Hujuſmodi autem hominum neque amicitia, neque odium optandum eſt, quippe qui & amicitiæ ſpecie plus noceant, & graſſandi occaſionem nanciſcantur, & in bello infeſtiſſimi hoſtes ſint. Accedit, quòd amicitia Saracenorum oneri ac damno cedebat Romanis, qui grave ſtipendium quotannis eis donabant, ut docet Marcellinus lib. xxv. *Valeſ.*

p *Milvorum rapacium ſimiles.*] Hujus loci emendatio codici Regio debetur: antea enim excuſum erat, *rapaci vitæ ſimiles*, inepté ut apparet. paulò pòſt legendum videtur, *aut niſi impetraverint, non immorantur.* Idem.

q *In actibus Principis Marci.*] At Scriptorum, qui res Marci nobis reliquerunt, nemo Saracenorum aut Arabum meminit. Quo magis deſiderare mihi ſubit libros illos Hiſtoriarum Marcellini, qui antiquitatis incuriâ perierunt. Illos enim quantâ diligentiâ contexuerit, teſtes eſſe poſſunt ii qui ſuperſunt etiamnum. Ceterùm quod commercium, aut quando habuerit cum Saracenis Marcus, conjicere difficile eſt. Videtur tamen id ei contigiſſe, cùm occiſo Caſio Syriam & Ægyptum perluſtraret. Tum enim, ut ait Capitolinus, multa egit cum Regibus, & pacem confirmavit, ſibi occurrentibus cunctis Regibus & Legatis Perſarum: inter quos etiam Phylarchos Saracenorum fuiſſe credibile eſt. *Idem.*

r *Has gentes quarum exordiens initium ab Aſſyriis.*] Arabiæ gentes omnes Saracenorum vocabulo complecti videtur Marcellinus. Arabia enim uſque ad Babyloniam (quam hic Aſſyriam vocat) pertingit, teſte Strabone ac Ptolemæo: habétque ab occaſu Ægyptum, & Nili cataractas. Propriè tamen Saraceni ſunt Arabes Scenitæ, ſeu Nomades: atque initio quidem portio exigua Arabiæ Felicis Saraceni dicebantur, ut teſtis eſt Plinius lib. 6. & Ptolemæus: poſtea verò in maximam potentiam aucti, omnibus Scenitis Arabibus nomen ſuum dedere, perinde ut Lazi Colchicæ. Nihilo tamen minùs præter commune vocabulum Saracenorum, ſingulæ gentes propriam appellationem quoque retinebant. Alii enim Maaddeni dicebantur, alii Aſſanitæ, alii Anthropophagi, alii aliter, ut Nonnoſus in Legatione, Procopius in Perſicis, & Marcellinus noſter affirmant. Ex quibus alii Perſas, alii Romanos colebant. Menander Protector p. 124. τὰ γὰρ Σαρακηνικὰ φῦλα, μυρία δὲ ταῦτα, καὶ τὸ πλεῖστον αὐτῶν ἐρημονόμοι εἰσὶ καὶ ἀδέσποτοι. καὶ μὲν οὖν τῶν Ῥωμαίων εἰσὶν αἳ καὶ τῶν Περσῶν ὑπήκοα πολιτείας. Idem.

ſ *Ad Nili cataractas & confinia Blemmyarum.*] Blemmyes enim ad Nili cataractas ſedes habebant, Nubis proximi, ut præter ceteros teſtatur Dionyſius Characenus de ſitu Orbis his verſibus:

Τῶν πάρος αἰθαλίων Βλεμύων ἀνέχουσι κολῶναι,
Ἔνθεν ἀποτάμενον κατέρχεται ὕδατα Νείλου.

Ad quem locum rectè Euſtathius annotat κολώνας eſſe Nili cataractas ſeu catadupos. Idem confirmat Procopius lib. 1. Perſic. ubi & limitem Romanum ea parte

graciliúm-


FL · IVL · CONSTANTIVS · PERP · AVG ·



graciliúmque camelorum per diverſa reptantes, in tranquillis vel turbidis rebus: nec eorum quiſquam aliquando ſtivam apprehendit, vel arborem colit, aut arva ſubigendo [2] quæritat victum: ſed errant ſemper per ſpatia longè latéque diſtenta, ſine lare, ſine ſedibus fixis aut legibus: nec idem perferunt diutiùs cælum, aut tractus unius ſoli illis umquam placet. Vita eſt illis ſemper in fuga: uxoréſque mercenariæ conductæ ad tempus ex pacto: atque ut ſit ſpecies matrimonii, dotis nomine futura conjunx haſtam & tabernaculum offert marito, poſt ſtatum diem ſi id elegerit, diſceſſura: & incredibile eſt, quo ardore apud eos in venerem uterque ſolvitur ſexus. Ita autem quoad vixerint, latè palantur, ut [v] alibi mulier nubat, in loco pariat alio, liberóſque procul educat, nullâ copiâ quieſcendi permiſſâ. Victus univerſis caro ferina eſt, lactíſque abundans copia qua ſuſtentantur, & herbæ multiplices, & ſi quæ alites capi per aucupium poſſint; & pleroſque nos vidimus frumenti uſum & vini penitus ignorantes. Hactenus de natione pernicioſa: nunc ad textum propoſitum revertamur.

Cap. V. Dum hæc in Oriente aguntur, Arelate hiemem agens Conſtantius, poſt theatrales ludos atque circenſes ambitioſo editos apparatu, [x] [3] die ſexto Idus Octobres qui imperii ejus annum [4] triceſimum terminabat, [5] inſolentiæ pondera graviùs librans, ſi quid dubium deferebatur aut falſum, pro liquido accipiens & comperto, inter alia excarnificatum Gerontium [6] Ma-

2 *al.* quæritant. 3 *Mſ.* τὸ ad *deeſt.* 4 *Mſ.* tricenſimum. 5 *Mſ.* inſolentiæ. 6 *al.* Mogontianæ.

Nubis ac Blemyis confinem fuiſſe prodit. Claudianus de Nilo:

populiſque ſalus ſitientibus errat
Per Meroem, Blemyáſque feros, atrámque Syenem.

Blemyas autem dictos eſſe à Blemye quodam, Deriadis Indorum Regis Legato, fabulantur poëtæ, qui victus à Baccho in eam partem Libyæ ſe contulit, ut ex Dionyſio in Baſſaricis ſcribit Stephanus. Nonnus lib. 17. in fine:

Καὶ Βλέμυς ὠκὺς ἵκανεν ἐς ἐπλατόρου στόμα Νείλου,
Εὐσόμφος σκηπτοῦχος ὁμόχρονος [*lege* ὁμόχροος] Αἰθιοπήων,
Καί μιν ἀειθερέος Μερόης ὑπεδέξατο πυθμὴν
Υψιγόνοις Βλεμύεσσι παρώνυμον ἡγεμονῆα.

Ex quo patet ſcribendum eſſe Blemyas cum unico m. Strabo tamen, ac Ptolemæus, & Heliodorus, & Ammiani noſtri exemplaria *Blemmyas* tuentur. * Sic etiam Ammonius Monachus in libro de cæde SS. Patrum in monte Sina & in Raithu, ubi illos modò Mauros, modò *Blemmyas* vocat. * Valeſ.

t *Seminudi, coloratis ſagulis pube tenus amicti.*] Hunc habitum fuiſſe Saracenorum teſtis eſt Hieronymus de vita Malchi: *Et ecce ſubitò equorum camelorúmque ſeſſores Iſmaëlitæ irruunt, crinitis vittatíſque capitibus, pallia & latas caligas trahentes.* Strabo autem in commune de Arabibus dicit, eos nudos & ſubligaculo cinctos, ac ſandaliis calciatos inceſſiſſe: ἀχίτωνες δ᾽ ἐν περιζώμασι καὶ βλαυτίοις περιϊᾶσι. Et Euſtathius in Dionyſium refert, quoſdam nomen Arabum, quod geminatâ caninâ litterâ ſcribebant, inde deduxiſſe ἀπὸ τοῦ μὴ ῥάπτειν τὰ ἱμάτια ἀλλὰ περιτυλίσσεσθαι τὰ ὑφάσματα: quòd tunicas & pallia non conſuerent, ſed texta corpori circumjicerent. *Idem.*

v *Alibi mulier nubat, in loco pariat alio.*] Ita de Hunnis lib. XXXI. *Nullus apud eos interrogatus reſpondere unde oritur poteſt, alibi conceptus, natuſque procul, & longiùs educatus.* Lindenbr.

x *Die* VI. *Idus Octob. qui imperii ejus annum* XXX. *terminabat.*] Anno Chriſti 324. Criſpo 3. & Conſtantino 3. Coſſ. Cæſar à patre creatus fuerat Conſtantius VI. Idus Novembres, ut ſcribit Idatius in Faſtis, & Auctor Chronici Alexandrini: à quo anno ad Conſulatum Conſtantii Auguſti 6. & Conſtantii Cæſaris 2. anni ſunt viginti novem ſolidi. Itaque memoriâ lapſus videtur hîc Marcellinus, qui pro nono ac viceſimo triceſimum poſuit. Ac vereor ne & VI. Idus Octob. pro Novemb. poſuerit. Certè Idatius & Chronicum Alex. VI. Idus Novemb. Cæſaris dignitatem delatam eſſe Conſtantio narrant. Ceterùm hos ludos theatrales ac circenſes tanto apparatu editos, ad tricennalia referendos eſſe non dubito,

gnentianæ Comitem partis, exſulari mærore multavit. [y] Utque ægrum corpus quaſſari etiam levibus ſolet offenſis, ita animus ejus anguſtus & tener, quidquid increpuiſſet, ad ſalutis ſuæ diſpendium exiſtimans factum aut cogitatum, inſontium cædibus fecit victoriam luctuoſam. [z] Si quis enim Militarium vel Honoratorum, aut Nobilis inter ſuos, rumore tenus eſſet inſimulatus foviſſe partes hoſtiles, injecto onere catenarum in modum belluæ trahebatur: & inimico urgente vel nullo, quaſi ſufficiente hoc ſolo [a] quòd nominatus eſſet, aut delatus, aut poſtulatus, capite vel multatione bonorum, aut inſulari ſolitudine damnabatur. [b] 7 Accedebant enim ejus aſperitati ubi imminuta vel læſa

7 *Mſ.* Accidebant enim ejus aſperitati ubi imminu.... amplitudo i. d. & iracundiæ ſuſpicionum quantitati proximorum cruentæ bland.

quæ hoc anno exhibuit Conſtantinus ineunte anno imperii triceſimo. Quod fortaſſe erroris anſam præbuit Marcellino. *Valeſ.* Sic utraque editio, & tamen voluit *Conſtantius*, certe debuit. *Gron.*

y *Utque ægrum corpus quaſſari etiam levibus ſolet.*] Eadem ſimilitudine utitur Seneca in libro 1. de Ira ſub finem: *Ut exulcerata & ægra corpora ad ictus leviſſimos gemunt; ita muliebre maxime & puerile vitium eſt iracundia.* Valeſ.

z *Si quis enim Militarium vel Honoratorum.*] Militares ſunt viri militari dignitate præditi, ut Tribuni, Duces, Comites rei militaris, & Magiſtri militum. Ita Ammianus Marcellinus cùm alibi, tum in libro 21. de Conſtantio: *Numquam erigens cornua militarium. nec ſub eo Dux quiſquam cum Clariſſimatu provectus eſt: nec occurrebat Magiſtro equitum provinciæ rector.* Honorati verò ſunt qui civiles dignitates geſſere vel in urbe vel in provinciis. Sic in lege 8. de privilegiis eorum qui in ſacro Palatio militant, Codice Theod. *Qui vel poſt adminiſtratam provinciam Honorati auctoritate fulcitur:* & lege 1. 2. & 3. ne quid publicæ lætitiæ nuntii. Marcellinus quoque noſter in lib. 29. *Abundéque Honoratum. Aſiam quippe rexerat pro Præfectis.* Porrò ut in antiquis Inſcriptionibus ſæpiſſime Honorati & Decuriones conjunctim occurrunt, ita & Libanius in Orat. ad Theodoſium de ſeditione, τοὺς ἐν ἀρχαῖς γεγενημένους, id eſt Honoratos, & τοὺς πολιτευομένους, id eſt Decuriones conjungit. Et turſus in Oratione in laudem Ellebichi, pag. 530. εἰσεκαλεῖτο μὲν ὅπερ ὁ δικαστὴς κατήγετο, τῶν τε ἀρξάντων οὐκ ὀλίγοι καὶ τῆς βουλῆς ὁπόσον οὐκ ἐπεφεύγει. id eſt: In Prætorium Judicis, Honorati & Decuriones qui nondum fugerant, vocabantur. Et in Epiſtola 187. ad Modeſtum Præfectum Prætorio: ἡ βουλὴ μὲν ὑπηρετεῖ σιγῇ· τῶν δ' ἐν ἀρχαῖς γεγενημένων οἱ μὲν ταὐτὸν ἐκείνοις ποιοῦσιν. εἰσὶ δὲ οἷς δοκεῖ τὸ πρᾶγμα δεινὸν, οἷς ἀξία μὲν ἔστι, δύναμις δὲ οὐκ ἔστι. * Theodoritus lib. IV. capite XVII. τῶν ἐν τέλει καὶ ἀξιώμασι. * Poſtremò Gregorius Nazianzenus in Orat. 1. quæ στηλιτευτικὸς inſcribitur, utroſque jungit: ὅσοι τε τὰ πολιτικὰ διῴκουν καὶ ὅσοι τῶν ἐπ' ἀξίας. * & in Oratione XX. pag. 337. ὅσοι τῶν ἐπ' ἀξίαις. * Sunt igitur Honorati, οἱ ἐν ἀρχαῖς γεγενημένοι, οἱ ἄρξαντες, οἱ ἐπ' ἀξίας; ſeu οἱ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν, ut loquitur Libanius in Oratione in Lucianum initio. Dicebantur etiam ἀξιωματικοί, ut videre eſt in Gloſſario Meurſii. * Ita Gregorius Nazianzenus in Epiſtola 22. ad Cæſarienſes, τοῖς ἐκ τοῦ ἀξιωματικοῦ καὶ βουλευτικοῦ τάγματος: & in Epiſtola 49. * Hi autem multis & magnis privilegiis fruebantur. Nam & judicibus occurrere eóſque ſalutare, eorumque ſecretaria ingredi, & cum iis reſidere poterant, ut docet lex 1. Codice Theod. de officio Judicum Civilium, & lex 5. & 7. de proximis, & Comitibus diſpoſitionum: quæ quidem plebeiis hominibus non licebant. Unde Severus, cùm eum plebeius quidam municeps Leptitanus tum legatum Procoſ. præcedentibus faſcibus eſſet amplexus, fuſtibus hominem cædi juſſit ſub hoc elogio: Legatum Procoſ. homo plebeius temere amplecti noli: ut refert Spartianus. Plebeio quidem opponitur Honoratus, ut apud Ambroſium in Ep. 82. *Quanto magis in Eccleſia, ubi & dives & pauper, & ſervus & liber, & Honoratus & plebeius, omnes in Chriſto unum ſumus.* In Notis Valerii Probi plebs urb. & hon. v. explicatur, *& honoribus uſi.* * Vetus inſcriptio. DIVISIT. OB. DEDICATIONEM. BIGAE. DECURION. SINGUL. X. V. COLLEGIS. OMNIBUS. VII. PLEBEI. ET. HONORE. USIS. XIII. * Ceterùm etſi propriè Honorati dicantur ii qui civiles dignitates geſſere: tamen non negaverim etiam ſumi poſſe de iis qui militari dignitate perfuncti ſunt: quod evincit vel unus Marcellini locus ex lib. 21. *Inter alios honore conſpicuos adoraturi Imperatorem peregre venientem ordinantur etiam ex Tribunis inſignibus.* Idem.

a *Quod nominatus eſſet, aut delatus, aut poſtulatus.*] Nominatum dicit eum qui rumore tenus inſimulatus eſt, ut paullò antè dixerat: delatum verò, qui aut ad Judicem, aut ad Imperatorem alicujus indicio denuntiatus eſt. At poſtulatus is dicitur, qui legibus inter reos eſt receptus, ſubſcribente adverſario. Poſtulationem ſequebatur interrogatio, in qua accuſator reum interrogabat coram Prætore hoc modo: *Aio te Siculos ſpoliaſſe.* Quòd ſi reus tacebat, lis ei æſtimabatur ut victo. Sin negabat, petebatur à magiſtratu dies inquirendorum ejus criminum, & inſtituebatur accuſatio, ut ait Aſconius in 4. Verrinam: quod *inquiſitionem poſtulare* dicit Plinius in lib. 5. Epiſt. ad Urſum Interrogatio igitur in criminalibus cauſis planè reſpondebat litis conteſtationi in civilibus. Idem.

b *Accedebant enim ejus aſperitati.*]. Hunc locum

amplitudo imperii dicebatur, & iracundæ ſuſpicionum quantitati proximorum cruentæ blanditiæ, exaggerantium incidentia, & dolere impendio ſimulantium, [c][d] ſi Principis perditur vita, à cujus ſalute velut filo pendere ſtatum orbis terrarum fictis vocibus exclamabant. Ideoque fertur, neminem aliquando ob hæc vel ſimilia pœnæ addictum, [e] oblato de more elogio revocari juſſiſſe, quod inexorabiles quoque Principes factitarunt. Et exitiale hoc vitium, quod in aliis nonnumquam intepeſcit, in illo, ætatis progreſſu effervefcebat, obſtinatum ejus [f] propoſitum accendente adulatorum cohorte. Inter quos Paulus eminebat Notarius, ortus in Hiſpania, [g][8] glabro quidam ſub vultu latens, odorandi vias periculorum occultas perquam ſagax. Is in Britanniam miſſus ut militares quoſdam perduceret, [h] auſos conſpiraſſe Magnentio, cùm

8 *Mſ.* glaber quidam.

fœdè conſpurcaverat Petrus Caſtellus. Ac neſcio utrum magis mirari debeam, an hominis illius impudentiam, qui tam ſecurè ac confidenter lectoribus auſus ſit illudere; an potiùs patientiam doctorum virorum, qui Marcellini hiſtorias poſtea edidere. Editio Romana hunc locum ſic exhibet: *Accidebant enim ejus aſperitate ubi imminuente . . . . . amplitudo imperii dicebatur, & iracundiæ ſuſpicionum quantitati.* Neque aliter Mſſ. Florentinus & Regius * ac Toloſanus *: niſi quòd in Regio & * Toloſ. ac Vatic. * legitur *imminutæ*. Ex quo proclive erat veram lectionem elicere: quam confirmat alter locus planè geminus ex libro 21. ſub finem: *Addebatur miſerorum ærumnis qui rei majeſtatis imminutæ vel læſæ deferebantur, acerbitas ejus & iracundæ ſuſpiciones.* Valeſ.

c *A Principis ſalute velut filo pendere ſtatum orbis terrarum.*] Prudenter hoc quidem & laudandum. Ut enim inquit Egeſipp. lib 5. cap. 30. *in milite unius ſors eſt, in Imperatore univerſorum periculum.* Unde in acclamationibus ſollemnis hæc vox eſt: SALVA ROMA, QUIA SALVUS IMPERATOR. Lamprid. in Alex. Sever. L. 2. C. Theod. de veteranis, quæ eſt l. I. lib. XII. Tit. XLVII. C. Juſtin. *Cùm introiſſet principia, & ſalutatus eſſet à Præfectis & Tribunis, & viris eminentiſſimis, adclamatum eſt: Auguſte Conſtantine, Dii te nobis ſervent, veſtra ſalus, noſtra ſalus, verè dicimus, jurati dicimus.* Phædrus lib. V. fab. LXXXVIII.

Lætare incolumis Roma, ſalvo Principe.

Locutus autem Ammian. ad imitationem Val. Max. lib VI. cap. IV. §. I. *Cùm admodum tenui filo ſuſpenſa Reip. ſalus ex ſociorum fide penderet.* Lindenbr.

d *Si Principis perditur vita.*] Mallem *proditur*. Idem error inſederat quemdam locum in fine lib. 25. *Niſibi perdita*: ubi Regius codex habet *prodita*. Valeſ.

e *Oblato de more elogio.*] Elogia damnatorum interdum offerebantur Principibus, putà ſi Judici ſententiæ pro criminis merito ferendæ jus non eſſet leg. 6. D. de interdictis: aut ſi fortè damnatus nomen Principis appellaſſet: aut ſi à Judicibus Conſiſtorianis cauſa eſſet cognita Principe abſente ac judicata. Ferè tamen antequam ſententiam ferrent, Principem conſulebant, ut patet ex lib. 29. in cauſa Theodori, & ex libro x. Epiſt. Symmachi. Eſt autem elogium propriè quidem brevis adnotatio criminis, ſeu titulus criminis, ut dicitur in lege 3. D. Stellionatus: Græcè ἔλεγχος, καὶ ἀναγραφή, ut eſt in veteribus Gloſſis. Sic elogium ſumitur apud Suetonium in Caligula, & lege ult. Codice Th. de naviculariis. Interdum tamen pro ſententia & condemnatione ſumitur quæ cauſam criminis habet adjunctam. Ita Marcellinus tum hîc, tum infrà in hoc libro: *Multos ſub uno elogio juſſit occidi.* quod in libro 29. dicit: *Cunctos ſub uno proloquio jubet occidi.* Et rurſus in libro 19. *Pérque Principis elogium torqueri præceptus.* Hieronymus quoque in Epiſtola ad Paulum Concordienſem ita uſurpat, cùm dicit: *Maledicti hominis diſtulerat elogium.* * Gloſſæ, elogium, διάταγμα. Rufinus in tractatu I. de Fide, quem ex Græco Gregorii in Latinum vertit: *Ab his* (inquit) *qui nunc elogio Arianæ labis addicti ſunt.* Et Zeno Veronenſis in ſermone de Martyrio Iſaïæ Prophetæ: *Iſaïas cùm Chriſtum prædicaret, vel cùm futuræ damnationis elogium Iſraëlitico populo nuntiaret.* Et in ſermone de Pſalmo centeſimo ait: *Gradatim & pro meritis, quaſi cum quibuſdam elogiis, pauciſſimis verbis totius humani generis judicium deſignavit.* Denique Petrus Chryſologus in ſermone 121. *Sed requiramus, fratres, quæ divitis culpa, quod crimen, quod ſcelus reum ſuppliciis addixit inferni, & ante judicium, damnationis ejus elogium tot ſæculis fecit ipſo judice referente cantari.* * Idem.

f *Propoſitum accendente adulatorum cohorte.*] Notat hoc vitium in Conſtantio Julianus in Epiſt. & Ammian. lib. 18. Lindenbr.

g *Glabro quidam ſub vultu latens.*] In Regio ac Florentino codice legitur *glaber quidam*; neque aliter Editio Romana & Auguſtana. Eſt autem Græciſmus, Marcellino noſtro utpote homini Græco familiaris, ψιλός τις. Valeſ.

h *Auſos conſpiraſſe Magnentio, cùm reniti non poſſent.*] Arguit his verbis atrocitatem Conſtantii, qui ſine ullo diſcrimine cunctos qui Magnentium erant ſecuti, damnavit: neque ullum diſcrimen habuit eorum, qui ſuopte motu; & eorum qui coacti id feciſſent. Etenim in bellis civilibus præſidia militum arci impoſita, præoccu-

reniti non poſſent, [9] juſſa licentiùs ſupergreſſus, fluminis modo fortunis complurium ſeſe repentinus infudit: & ferebatur per ſtrages multiplices ac ruinas, vinculis membra ingenuorum adfligens, & quoſdam obterens manicis, crimina ſcilicet multa conſarcinando, à veritate longè diſcreta. Unde admiſſum eſt facinus impium, quod Conſtantii tempus notâ inuſſerat ſempiternâ. [i] [1] Martinus agens illas provincias [k] pro Præfectis, ærumnas innocentium graviter gemens, ſæpéque obſecrans ut ab omni culpa immunibus parceretur, cùm non impetraret, minabatur ſe diſceſſurum: ut ſaltem id metuens perquiſitor malevolus, tandem deſineret quieti [2] coalitos homines in aperta pericula

9 *al.* his licentiùs. 1 *Mſ.* Martinus agens. 2 *Steph.* traditos.

pata itinera, aliæque ejuſmodi neceſſitates invitos plerumque ad partes trahunt. Eorum hominum fortuna magis eſt miſeratione quàm ſupplicio digna: ut de Athenienſibus qui à Sulla oppugnabantur, Velleius ſcribit: *Oppreſſi Mithridatis armis, homines miſerrimæ conditionis, cùm ab inimicis tenerentur, oppugnabantur ab amicis: & animos extra mœnia; corpora neceſſitati ſervientes intra muros habebant.* Itaque Severi inhumanitas omnibus ſæculis deteſtanda habebitur: qui *cùm quidam hoſtium, quem tamen, ut bellis civilibus ſolet, conditio loci ad Albinum detulerat, cauſâ expoſitâ noviſſimè concluſiſſet: Quid, quæſo, faceres ſi tu eſſes? Reſpondit: Ea perferrem, quæ tu,* * ut ſcribit Aur. Victor. * Quanto clementiùs Aurelianus, Princeps alioquin aſperioris ingenii? Is enim Antiochenſes qui à partibus Zenobiæ ſteterant, eáque captâ ſe ad barbaros receperant, propoſitis edictis promiſſa impunitate revocavit. *τοῦ ἀκουσίου καὶ ἀναγκαστοῦ πλέον ἢ προαιρέσει τὰ συμβάντα ἀνατιθείς*, ut ait Zoſimus lib. 2. Præclarè etiam Julianus Auguſtus, qui captâ Aquileiâ ipſos quidem tumultûs auctores extremo ſupplicio affecit: reſiduis autem omnibus pepercit, quos in certaminum rabiem neceſſitas egerat, non voluntas, ſicut loquitur Marcellinus lib. 21. Denique Themiſtius in Orat. 9. Valentem laudat, qui prudenter ſcelus ab errore & calamitate diſtinxerit. *οὐ γὰρ τῆς ἴσης τιμωρίας ἀξίους ᾠήθης τούς τε ἐξ ἀρχῆς βουλεύσαντας τὴν ἐπανάστασιν, καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν ὅπλων παρασυρέντας, καὶ τοὺς ἤδη τοῦ δικαίου κρατεῖν ὑποκύψαντας· ἀλλὰ τῶν μὲν κατέγνως, τοὺς δὲ ἐμέμψω· τοῖς δὲ συνήλγησας.* Valeſ.

i *Martinus agens illas provincias pro Præfectis.*] Antea legebatur, *regens illas pr. pro Præfecto.* Sed lectionem quam vulgavimus, tuentur codex Regius & Florentinus cum Editione Rom. & Auguſtana. Et ita loqui ſolet Marcellinus: ut in lib. 21. de Gumoario: *Quem cùm Scutarios ageret, latenter prodidiſſe Vetranionem ſuum principem audiebat.* Et in lib. 26. *Agens ſcholam Scutariorum ſecundam.* Neque aliter Capitolinus in geſtis Albini: *Egit Tribunus equites Dalmatas, egit & legionem Primanorum.* Et Aurelius Victor in Diocletiano, de Juliano quodam: *Cùm Venetos Correcturâ ageret.* Denique Anaſtaſius Aug. in Epiſtola ad Hormiſdam Papam: *Theopompum virum inluſtrem, agentem ſacri noſtri Palatii ſcholam.* Idem.

k *Pro Præfectis.*] Id eſt, Vicarius Britanniarum: unde Marcellinus paullò pòſt eumdem Martinum Vicarium vocat. Sic lib. 23. de Alypio Antiochenſi: *Qui olim Britannias curaverat pro Præfectis.* Hanc poteſtatem deſcribit etiam Rutilius libro 1. Itinerarii his verſibus:

Conſcius Oceanus virtutum, conſcia Thule,
Et quæcumque ferox arva Britannus arat:
Quà Præfectorum vicibus frænata poteſtas
Perpetuum magni fenus amoris habet.

Aliud eſt agere pro Præfecto, aliud agere pro Præfectis. Agere enim pro Præfecto dicitur is, cui Præfectus Urbi ſeu Præfectus Prætorio in ſpeciali negotio vices ſuas mandavit. At verò pro Præfectis agere dicitur, qui ordine codicillorum Vicariam poteſtatem exercet. Conſtantinus in Epiſt. ad Macarium: *Δρακιλλιανῷ τῷ διέποντι τὰ τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων μέρη*, apud Euſebium & Theodoritum, * id eſt, *Dracilliano agenti vices Præfectorum Prætorio*, ut legitur in lege 1. Codicis Theodoſiani de uſuris. * Sic apud Marcellinum tum in locis ſuprà citatis, tum in lib. 29. *Aſiam quippe rexerat pro Præfectis.* & in lege 4. Codice Th. de Proximis & Comitib. *Proximos ita Vicariorum honore cumulamus, ut inter eos habeantur, qui pro Præfectis diœceſes ſibi creditas temperarunt.* Eleganter Cledonius Senator Romanus: *Sæpe quæſitum eſt*, inquit, *utrum Vicarius dici debeat etiam is cui magnificentiſſimi Præfecti vices ſuas in ſpeciali cauſa mandaverunt. Nequaquam. Nam Vicarius dicitur is, qui ordine codicillorum vices agit ampliſſimæ Præfecturæ. Ille verò cui vices mandantur propter abſentiam Præfectorum, non Vicarius, ſed vices agens; nec Præfecturæ, ſed Præfectorum dicitur tantùm.* Ita Caſſiodorus Præf. Præt. Ambroſium, cui vices ſuas delegarat, *agentem vices* vocat, non Vicarium in lib. XI. Neque tamen negaverim Vicarium dici poſſe pro Præfecto agere. Sanè Aurelius Victor in Diocletiano ita dicit: *Ea tempeſtate apud Pœnos Alexander pro Præfecto gerens.* quod Zoſimus in lib. 2. ſic expreſſit: *Ἀλέξανδρος τόπον ἐπέχων τοῦ ὑπάρχου τῆς αὐλῆς ἐν Λιβύῃ καθεσταμένος.* * De his Vicariis Præfectorum intelligendus eſt locus Ambroſii, ſeu potiùs Hilarii in Commentariis Epiſtolæ ad Coloſſenſes: *Numquid aliquis vicem domini agens, ipſo præſente dominatur? Si Præfectorum Vicarii, præſentibus eis*

projectare. Per hoc minui ſtudium ſuum exiſtimans Paulus, ut erat in complicandis negotiis artifex dirus, [3] unde ei Catenæ inditum eſt cognomentum, Vicarium ipſum eos quibus præerat adhuc defenſantem, ad ſortem periculorum communium traxit. Et inſtabat ut eum quoque, cum Tribunis & aliis pluribus, [l] ad comitatum Imperatoris vinctum perduceret: quo percitus ille, [m] exitio urgente [4] abrupto, ferro eumdem adoritur Paulum. Et quia languente dextera letaliter ferire non potuit, jam diſtrictum mucronem in proprium latus impegit: hócque deformi genere mortis exceſſit è vita juſtiſſimus, [n] remora auſus miſerabiles caſus levare multorum. Quibus ita ſceleſtè patratis, Paulus cruore perfuſus, [5] reverſúſque ad Principis caſtra, multos coopertos penè catenis adduxit, in ſqualorem dejectos atque mæſtitiam: quorum adventu intendebantur eculei, uncóſque parabat carnifex & tormenta. Et ex iis [o] proſcripti ſunt plures, actíque in exſilium alii: nonnullos gladii conſumſere pœnales. Nec enim quiſquam facilè meminit ſub Conſtantio, [6] ubi ſuſurro tenus hæc movebantur, quemquam abſolutum.

Cap. VI. Inter hæc [p] Orfitus Præfecti poteſtate regebat [q] Urbem æternam, ultra modum delatæ dignitatis ſeſe efferens inſolenter: vir quidem pru-

3 *al.* Catena. 4 *Mſ.* abrupto. 5 *Mſ.* reverſúſque ad Pr. 6 *Mſ.* ubi uſurio.

---

privati ſunt; quanto magis ſervi, præſente domino, etiam ipſi in obſequio debent videri? * Valeſ.

l *Ad Comitatum Imperatoris.*] Id Galli dicunt, *à la Cour de l'Empereur.* Conſtantius Imp. in reſcripto ad Taurum l. 7. C. de malef. & mathem. *Qui in Comitatu noſtro ſunt, ipſam pulſant propemodum majeſtatem.* L. 6. 7. C. Theod. de leg. & decret. legat. *Perducere ad Comitatum.* Plura de hac locutione jam notata ad Symmach. Lindenb.

m *Exitio urgente abrupto.*] Antea legebatur. *exitio urgente: abrepto ferro eumdem adoritur Paulum.* Sed cùm in Mſ. Florentino & Editione Romana legeretur, *abrupto*, locum ſic interpungendum eſſe exiſtimavi. Codex Regius ſcriptum habet *rupto.* In eodem codice & in Editione Rom. legitur, *quæ percitus ille*: & ad oram codicis Regii emendatum eſt ex conjectura, *quare.* Ceterùm abruptum exitium, & periculum, & diſcrimen, voces ſunt Marcellino noſtro familiares, adeo ut exempla afferre ſupervacuum ſit. ſic etiam loquuntur Imperatores in lege 28. Cod. Th. de petitionibus. Valeſ.

n *Remora auſus miſ. caſus levare multorum.*] Editio Romana, quæ prima recens tum inventa arte typographica prodiit, hoc loco habet, *remota*: neque aliter codex Regius, ad cujus interiorem marginem ex conjectura emendatum eſt, *revera*: quod quidem mihi quoque in mentem venerat, antequàm eum codicem nactus eſſem. Sed minimè ſatisfacit. Poſſit etiam legi, ac meliùs fortaſſe, *remoto*, ſupple Paulo. *Valeſius.* Henr. Ernſtius lib. 5. Obſer. 5. cogitabat *juſtiſſimus rector, auſus.* Gronov.

o *Proſcripti ſunt plures, actique in exſilium alii.*] Proſcripti ſunt, quorum bona publicata ſunt, ſeu deportati, ut in Codice, toto titulo de bonis proſcriptorum: acti autem in exſilium, ſunt relegati. Ita Marcellinus noſter hæc diſtinguere ſolet. Ut, exempli gratiâ, in lib. 26. ſub finem: *Exin cùm ſuperata luctibus ferocia deflagraſſet, proſcriptiones & exſilia quæ leviora videntur, quamquam ſint aſpera, viri pertulere ſummates.* & Proſper in Chronico hæc perinde diſtinxit, cùm ait Aëtio & Sigiſvulto Coſſ. *Primùm proſcripti, deinde in exſilium acti, tum atrociſſimis ſuppliciis excruciati.* Gloſſæ veteres: δημεύω proſcribo; δήμευσις proſcriptio. Capitolinus in Antonio Pio. *Publicatio*, inquit, *bonorum rarior quàm unquam fuit ita ut unus tantùm proſcriberetur.* Valeſ.

p *Orfitus Præfecti poteſtate.*] Memmius Vitraſius Orfitus V. Cl. Præfecturam Urbanam iniit 6. Idus Decembris, Conſtantio Aug. 6. & Conſtantio Gallo 2. Coſſ. ut eſt in libro Faſtorum urbis Romæ, quem primus edidit Cuſpinianus. *Idem.*

q *Urbem æternam.*] Sic locis infinitis appellatur, non ſolùm ab Amm. ſed ab ipſis etiam Impp. ut ex illorum Conſtitutionibus notum. In nummis quoque antiquis, inſidens ſcuto Roma, victoriam dextrâ, ſcipionem ſiniſtrâ gerens, cum hac inſcriptione videtur: ROMAE AETERNAE. Alia ambitioſæ hujus urbis elogia alibi congeſſimus. Lubet nunc tantùm pauca ex aliis Auctoribus collecta huc apponere. Et quidem Romæ urbis laudes elegantiſſimis verſibus canit Lesbia Erinna apud Stobæum cap. XLVIII. de Fortitudine, p. 166.

dens, & forenſium negotiorum oppidò gnarus, ſed ſplendore liberalium doctrinarum minùs quàm Nobilem decuerat inſtitutus: quo adminiſtrante, [r] ſeditiones ſunt concitatæ graves ob inopiam vini: cujus avidis uſibus vulgus intentum, [7] ad motus aſperos excitatur & crebros. Et quoniam mirari poſſe quoſdam peregrinos exiſtimo hæc lecturos forſitan ſi contigerit, quamobrem cùm oratio ad ea monſtranda deflexerit, quæ Romæ gererentur, nihil præter ſeditiones narratur, & tabernas, & vilitates harum ſimiles alias: ſummatim cauſas perſtringam, nuſquam à veritate ſponte propria digreſſurus. Tempore quo primis auſpiciis in mundanum fulgorem ſurgeret victura dum erunt homines Roma, ut augeretur ſublimibus incrementis, fœdere pacis æternæ [ſ] VIRTUS convenit atque FORTUNA, plerumque diſſidentes: quarum ſi altera [8] defuiſſet, ad perfectam non venerat ſummitatem. Ejus populus [t] [v] ab incunabulis primis aduſque pueritiæ tempus extremum, quod annis circum-

7 *Mſ.* intentus mutentus. 8 *Mſ.* abfuiſſet.

& Ariſtid. Orat. de ea integra. * Claudian. lib. 3. de laud. Stilicon. * Marcian. Heracleota, pag. 10. *ἄστρον τι κοινὸν τῆς ὅλης οἰκουμένης.* Polemon: *ἐπιτομὴ τῆς ὅλης οἰκουμένης.* Eunapius Sardian. in Proæreſ. *βασιλεύουσα ῥώμη.* Rutil. Numat. lib. 1.

- - - *Regina tui pulcherrima mundi,*
Inter ſidereos Roma recepta polos.

Æthic. Coſmog. *Domina totius mundi Roma.* Solin. *Caput orbis.* Jul. Frontin. *Regina & Domina orbis.* * Marinus in vita Procli, *βασιλὶς πόλις*, p. 165. * Marti. *terrarum Dea, cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.* * Cicero Catilin. IV. eam vocat lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium. * *Lindenbr.*

r *Seditiones ob inopiam vini.*] Præfectus Urbi annonam populi Rom. curabat, non tantùm ut panes civiles ſingulis civibus gratis erogarentur ex more: ſed etiam ut frumentum vænale in foro ad populi uſus abundè ſuppeteret. Neque enim panis gradilis ad integram familiam paſcendam ſufficere poterat. Oleum præterea ac porcinam carnem idem curabat & vinum. Unde in Notitia Imperii ſub ejus adminiſtratione Præfectus annonæ, & Tribunus fori Suarii, & Rationalis vinorum fiſcalium recenſetur. Vinum igitur, perinde atque oleum ac porcina, gratuitò erogabatur populo Rom. ex inſtituto Conſtantini Magni, teſte Suida in v. *παλάτινοι*, & Codino in libro de Originibus Conſtantinop. Manſitque ea ſollemnis erogatio vini diu poſt Conſtantinum: ut docet lex 3. Codicis Th. tributa in ipſis ſpeciebus inferri, & lex 4. de piſtoribus. Porrò annonam jam inde ab Auguſti temporibus populus Rom. gratuitam accipiebat: ſed initio quidem menſtruam tantùm & in frumento, ut teſtis eſt Dionyſius Halic lib. 4. pag. 228. *οἱ δὲ ἵνα τῆς δημοσίας διδόμενον σῖτον λαμβάνοντες κατὰ μῆνα*: & Suetonius in Auguſto. Hinc teſſeræ frumentariæ dicuntur in lege 52. D. de judiciis. Poſtea verò panes quotidie diſtribui cœpêre, ut docet Vopiſcus in Aureliano, Themiſtius in Orat. 4. & lex 4. Cod. Th. de annonis civicis & pane gradili. Codinus *ἄρτους ἡμερησίους* appellat. Porcinam autem primus gratuitam populo Rom. præberi conſtituit Aurelianus, teſte Vopiſco. Oleum verò gratuitum præbuit Severus, ut auctor eſt Spartianus. At vinum primus, ut dixi. Conſtantinus gratìs erogari ſtatuit, cùm id Aurelianus tantùm cogitaviſſet. *Valeſ.*

ſ *Virtus convenit atque Fortuna.*] Mutuatus eſt hæc, ut & alia quæ ſequuntur à Luc. Floro lib. 1. *Tot laboribus periculiſque jactatus* (pop. Rom.) *ut ad conſtituendum ejus Imperium contendiſſe* VIRTUS *&* FORTUNA *videantur.* * Imitatus eſt Arnulſus Lexovienſ. Epiſc. pag. 44. b. *Ut ad conſtitutionem Eccleſiæ illius contendere Virtus & Fortuna viderentur.* * Ita de Alex. Mag. Curtius lib. x. *Fatendum eſt cùm plurimum Virtuti debuerit, plus debuiſſe Fortunæ, quam ſolus omnium mortalium in poteſtate habuit.* Lindenbr.

t *Ab incunabulis primis.*] Flor. lib. 1. *Si quis pop. Rom. quaſi hominem conſideret, totamque ejus ætatem percenſeat, ut cœperit, utque adoleverit, ut quaſi ad quemdam juventæ florem pervenerit, ut poſtea velut conſenuerit, quatuor gradus proceſſuſque ejus inveniet.* * Videndus omnino Lactantius de divino præmio c. 15. p. 420. *Idem.*

v *Ab incunabulis primis aduſque pueritiæ tempus.*] Præter locum Flori, quem hîc attulit Lindembrogius, alter eſt Senecæ apud Lactantium in lib. 7. quem ob elegantiam integrum adſcribam. *Non inſcitè Seneca Romanæ urbis tempora dividit per ætates. Primam enim dicit infantiam ſub Rege Romulo fuiſſe, à quo & genita & quaſi educata ſit Roma. Deinde pueritiam ſub ceteris Regibus, à quibus & aucta ſit, & diſciplinis pluribus inſtitutiſque formata. At verò Tarquinio regnante cùm jam quaſi adulta eſſe cœpiſſet, ſervitium non tuliſſe, & rejecto ſuperbæ dominationis jugo, maluiſſe legibus obtemperare quàm Regibus. Cùmque eſſet adoleſcentia ejus fine Punici belli terminata, tum denique confirmatis viribus cœpiſſe juveneſcere. Sublata igitur Carthagine, quæ diu æmula Imperii*

cluditur ferè trecentis, circummurana pertulit bella: deinde ætatem ingreſſus adultam, poſt multiplices bellorum ærumnas, Alpes tranſſcendit & fretum: in juvenem erectus & virum, ex omni plaga quam orbis ambit immenſus, reportavit laureæ triumphos: jámque vergens in ſenium, & [x] nomine ſolo aliquoties vincens, ad tranquilliora vitæ diſceſſit. Ideo Urbs venerabilis poſt ſuperbas efferatarum gentium cervices oppreſſas, latáſque [y] leges, fundamenta libertatis & retinacula ſempiterna: velut frugi parens, & prudens, & dives, [z] Cæſaribus tamquam liberis ſuis regenda patrimonii jura permiſit. Et [a] olim licèt otioſæ ſint tribus, pacatæque centuriæ, & nulla ſuffragiorum certamina, ſed [b] Pompiliani redierit ſecuritas temporis: per omnes tamen quotquot ſunt partes terrarum, [c] ut domina [9] ſuſpicitur & regina: & ubique Patrum reverenda cum auctoritate canities, [d] populíque Romani nomen cir-

9 *Mſ.* ſuſcipitur.

Rom. fuit, manus ſuas in totum orbem terrâ maríque porrexit, donec Regibus cunctis & nationibus ſubjugatis, cùm jam bellorum materia deficeret, viribus ſuis male uteretur, quibus ſe ipſa confecit. Hæc fuit prima ejus ſenectus, cùm bellis lacerata civilibus, atque inteſtino malò preſſa, rurſus ad regimen ſingularis imperii recidit, quaſi ad alteram infantiam revoluta. Amiſſa enim libertate, quam Bruto duce & auctore defenderat, ita conſenuit, tamquam ſe ipſa ſuſtentare non valeret, niſi adminiculo regentium niteretur. Valeſ.

x *Nomine ſolo aliquoties vincens.*] Fama & nominis auctoritas, maximum in bello pondus. Juſtin. lib. 42. *Plus Cæſar magnitudine nominis ſui fecit, quàm armis alius Imp. facere potuiſſet.* Livius lib. 27. pag. 664 *famam,* inquit, *conficere bella.* Curt. lib. 3. *famâ bella conſtare.* * Lib. 4. *Famam quoque quâ plura quàm armis everterat, ratus leviorem fore, ſi Tyrum, quaſi teſtem ſe poſſe vinci, reliquiſſet,* p. 40. Lib. 5. p. 135. *Sed nomen Alexandri & fama maximum in bello utique momentum.* Vid. Plin. lib. 4. Epiſt. 11. *Lindenbr.*

y *Leges fundamenta libertatis.*] Verſus antiquus in lib. Epigram. pag. 23. *Juri ſervitium defer, ſic liber haberis.* Leges enim timere, maxima eſt ſecuritas. Syneſ. Epiſt. 2. Ἀφοβία μεγίστη, τὸ φοβεῖσθαι τοὺς νόμους. Idem.

z *Cæſaribus tamquam liberis ſuis regenda.*] Puta cùm populus in eos omne imperium ſuum poteſtatemque contulit, l. 1. ff. de Conſtit. Imp. Inſtit. de jur. natur. gent. Idque ex lege Regia, lata olim de poteſtate Romuli, & relata de Imperio Octavii: ut ex Dione conſtat lib. LIII. Cujus quidem legis mentio iterum l. 1. ff. de mort. infer. l. 1. §. 2. de vet. jur. enucl. l. 3. C. de teſtam. *Idem.*

a *Olim licet otioſæ ſint tribus pacatæque centuriæ.*] Quia ſcilicet nullæ tum erant tribus, nullæ centuriæ. Neque enim ex eo quòd otioſas tribus pacatáſque centurias jamdudum fuiſſe ait Marcellinus, tunc tribus ac claſſes fuiſſe putandum eſt. Nam centuriæ quidem diu ante Marcellini ætatem eſſe deſierant, ut teſtis eſt Arnobius in lib. 2. *Qui in mores alios atque alios ritus priorum condemnatione tranſiſtis. Numquid enim quinque in claſſes habetis populum diſtributum, veſtri olim ut habuere majores?* Tribus quoque paullatim ſub imperio Cæſarum collapſæ, tandem penitus deſierunt paullò poſt tempora Antonini Caracallæ, ut opinor, cùm is omnibus in orbe Rom. degentibus civitatem dediſſet. Sanè poſt ea quæ dixi tempora, rara ac propè nulla tribuum mentio fit in vetuſtis inſcriptionibus, cùm antea paſſim cognomen tribuum adſcribi videamus. Nec me movet, quòd Julianus Aug. in Oratione 3. ad Euſebiam Auguſtam τῶν φυλῶν ἐπιστάτας Romæ commemorat. Non enim tribuum Præfectos, ſed Curatores regionum intelligit, ut & Libanium loqui ſæpiſſime deprehendi. Valeſ.

b *Pompiliani ſecuritas temporis.*] Numæ Pompilii. Claudian. IV. Conſulatu Honor.

- - - notis regimur fruimurque quietis
Militiæque bonis, ceu bellatore Quirino,
Ceu placido moderante Numa. Lindenbr.

c *Ut domina ſuſpicitur & Regina.*] Non is ſum, qui vulgatas Editiones temere damnem. Sed tamen conſenſus librorum admonet me ut ſcriptam lectionem non diſſimulem. Codex certè Florentinus ac Regius cum Editione Rom. & Auguſtana ſcriptum exhibent: *ut domina ſuſcipitur,* quæ fortaſſe verior lectio eſt. Sic in lib. 15. *Cæſarem admiratione digna ſuſcipiebant.* Sanè apud Græcos ἀποδέχεσθαι, quod propriè ſignificat ſuſcipere, ferè de venerantibus dicitur. ut apud Polybium in lib. 5. pag. 360. τὸν δὲ Φίλιππον ἀποδέχεσθαι καὶ θαυμάζειν. & apud Diodorum Siculum lib. 16. de Timoleonte Corinthio: οἱ δὲ Συρακούσιοι μεγάλως ἀποδεδεγμένοι τὸν ἄνδρα διά τε τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν. Sic etiam apud Artemidorum in lib. 3. & apud Julianum in Miſopogone. *Valeſ.*

d *Populique Romani nomen circumſpectum & verecundum.*] Hîc apertè græciſſat Marcellinus. Eſt enim Græcè τὸ περίβλεπτον ὄνομα καὶ αἰδέσιμον. Circumſpectum quidem eo ſenſu uſurpat etiam in lib. 27. *procedántque vehiculis inſidentes, circumſpectè veſtiti:* & in lib. 28. *parietes*

cumſpectum & [9] verecundum. Sed læditur hic cœtuum magnificus ſplendor levitate paucorum incondita, ubi nati ſint non reputantium, ſed tamquam [1] indultâ licentiâ vitiis, ad errores lapſorum [2] & laſciviam. [e] Ut enim Simonides Lyricus docet, beatè perfecta ratione victuro, ante alia [f] patriam eſſe convenit glorioſam. Ex his quidam [g] æternitati ſe commendari poſſe per ſtatuas exiſtimantes, eas ardenter adfectant, quaſi plus præmii ex figmentis æreis ſenſu carentibus adepturi, quàm [h] ex conſcientia honeſtè rectéque factorum: eáſque [i] auro curant imbracteari: quod [k] [3] Acilio Glabrioni delatum eſt primo, cùm conſiliis armíſque regem ſuperaſſet Antiochum. Quàm autem ſit pulchrum, exigua hæc ſpernentem & minima, ad aſcenſus veræ gloriæ tendere longos & arduos,

9 *Mſ.* verecundum. 1 *Mſ.* indulta licentiis ad errores. 2 *Mſ.* ad laſc. 3 *Mſ.* à Cilicio.

---

lapidum circumſpectis coloribus nitidos. Verecundum verò occurrit quoque eodem quo hîc ſenſu in lib. 21. *Marci illius diſſimilis Principis verecundi*: & in lib. 30. de Artaxerxe: *quæ temperantia morum ita tolerabilem eum fecit & verecundum.* * Sed & Zeno Veronenſis perinde loquitur in ſermone 2. de Abraham: *Sarræ uterum filius aperit primo vocabulo, cui jam aviæ reverentiam ſenectus verecunda detulerat.* Et paullò pòſt: *Ad hujus ergo perſonam, Chriſti refertur verecunda nativitas*: id eſt verenda, reverenda. * Ita Heſiodus Reges αἰδοίους appellat, & Homerus αἰδοίους vocat τοὺς ἱκέτας ſupplices: quod idem valet atque αἰδεσίμους id eſt, venerabiles. *Valeſ.*

e *Ut Simonides Lyricus dicit.*] Eamdem ſententiam Euripidi tribuit Plutarchus in vita Demoſthenis initio. ὁ μὲν γράψας τὸ ἐπὶ τῇ νίκῃ εἰς Ἀλκιβιάδην ἐγκώμιον εἴτ' Εὐριπίδης, ὡς ὁ πολὺς κρατεῖ λόγος, εἴθ' ἕτερός τις ἦν, φησὶ χρῆναι τῷ εὐδαίμονι πρῶτον ὑπάρχειν τὴν πόλιν εὐδόκιμον. Id eſt: *Is qui Epinicium in Alcibiadem ſcripſit, ſive Euripides, ut vulgò exiſtimant, ſive quis alius fuit, viro ait felici patriam primùm illuſtrem eſſe oportere.* Eò reſpexit etiam Themiſtius in Orat. 19. ἀνδρὶ μὲν γὰρ οἶμαι πολιτικῷ δεῖν γενέσθαι πρῶτον κατὰ τὸν ποιητὴν τὴν πόλιν εὐδόκιμον. Ceterùm ex eo quod Plutarchus ſcribit, de ejus carminis auctore inter veteres fuiſſe dubitatum, non ſine ratione fortaſſe quis conjiciat, Marcellinum noſtrum eos ſequi maluiſſe, qui Simonidi tribuerent. Sed ætas Simonidis id videtur refellere. Vixit enim longè ante Alcibiadem. *Idem.*

f *Patriam eſſe convenit glorioſam.*] Magna laus, patria laude digna: unde quorum vitas extollere volumus, eorum patriam & originem prædicare quoque ſolemus. Hilar. in vita Honorati. Inde Libanius Sophiſta cùm Philippum Regem vituperare vellet, patriam quoque ejus depreſſit, p. 105. τί γὰρ ἄν τις εἴποι περὶ αὐτοῦ καλόν; τὴν πατρίδα; βάρβαρος ἦν· τὸ τῆς πόλεως μέγεθος; καὶ τί φαυλότερον τῆς πόλεως; *Ecquisnam aliquid præclari de illo dicat? patriamne laudabit? atqui barbarus fuit. Urbis magnitudinem? at quid illa utilius fuit?* Lindenbr.

g *Æternitati commendari per ſtatuas.*] Ob merita vitæ imagines, ſtatuæ & tituli rependuntur, inquit Tertull. de anim. cap. XXXIII. Qui ſanè honor ut non vulgaris eſt, ita ambitioſè nimis eum multi affectabant: adeo ut legibus cavere neceſſum fuerit, ne inconſulto Principe, vel ſacra vice judicante, alicui concederetur, l. 1. & ult. C. de ſtat. & imag. Itaque Titinnius Capito ab Imp. Trajano impetraverat, ut ſibi liceret ſtatuam L. Syllani in foro ponere, Plin. l. 1. Ep. 17. Et Æmilius Strabo V. C. cùm L. Apuleio ſtatuam de ſuo (nec enim ex deſcriptione publica id fieri leges ſinebant, l. fin. C. de ſtat.) ponere vellet, ad principes Africæ viros libello miſſo locum eidem poſtulabat. De ſtatuis alia multa Plinius lib. XXXIV. *Idem.*

h *Ex conſcientia honeſtè rectéque factorum.*] * Cic. in Somn Scip. *Sapientibus conſcientia ipſa factorum egregiorum ampliſſimum virtutis eſt præmium.* Cicero Philipp. 5. p. 621. *Neque enim ullam mercedem tanta virtus præter hanc laudis gloriæque deſiderat: qua etiamſi careat, tamen ſit ſe ipſa contenta, &c.* Somn. Scip. 2. c. 10. Macrob. Seneca de Clement. lib. 1. cap. 1. *Rectè factorum verus fructus ſit feciſſe, nec ullum virtutum pretium dignum illis extra ipſas.* * Symmach. lib. IX. Epiſt. cv. *In ſola conſcientia eſt fructus & ratio virtutis: nihil moror ſtatuas & publica falſa titulorum.* Plin. lib. 1. Ep. 8. *Meminimus quanto majore animo honeſtatis fructus in conſcientia, quàm in fama reponatur.* * Nec malè Arnulfus Lexovienſ. Epiſcopus p. 100. *Quòd ſi aliena bene merentibus gratia non reſpondet, merces tamen ſua virtuti non deerit, quæ potiùs interioris fructus lucra conſiderans, ſatis habet ſimpliciter apud ſe de bono felicis conſcientiæ teſtimonio gloriari.* * Idem.

i *Auro curant imbracteari.*] Inf. lib. 17. pag. 101. *auro imbracteatum. Bractea* eſt πέταλον. Plin. lib. XXXIII. cap. III. *Bracteatores*, πεταλοποιοί. Jul. Firm. Aſtron. lib. VIII. *Aurificem faciet, bracteatorem, vel certe marmorarium. Bractearii*, id eſt πεταλουργοί, l. 1. C. de excuſ. artif. *Idem.*

k *Acilio Glabrioni delatum eſt primo.*] Livius lib. XL. *Ædem* (Pietatis) *dedicavit M. Acilius Glabrio Duumvir, ſtatuamque auratam, quæ prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt, patri Glabrioni poſuit.* Val. Max. lib. 2. cap. 5. *Idem.*

arduos [l], ut memorat vates Aſcræus, [m] Cenſorius Cato monſtravit: qui interrogatus quamobrem inter multos [4] nobiles ſtatuam non haberet; Malo, inquit, ambigere bonos, quamobrem id non meruerim: quàm quod eſt gravius, cur impetraverim muſſitare. Alii ſummum decus [n] in [o] [5] carrucis ſolito altioribus, & ambitioſo veſtium cultu ponentes, [p] ſudant ſub ponderibus lacernarum, [q] [r] quas [6] collis inſertas cingulis ipſis adnectunt, [ſ] [7] nimia ſubteminum tenuitate

4 *deeſt in Mſ.* 5 *Mſ.* carruchis. 6 *Mſ.* in collis inſerta. 7 *Mſ.* ne una.

---

l *Ut memorat vates Aſcræus.*] Nobilem illum Heſiodi locum indicat ἐν ἔργοις α.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν, &c. Lindenbr.

m *Cenſorius Cato.*] * Plutarch. in Apophthegmatib. * & in Catone: *πρὸς τοὺς θαυμάζοντας ὅτι πολλῶν ἀδόξων ἀνδριάντας ἐχόντων, ἐκεῖνος οὐκ ἔχει. μᾶλλον ἔφη βούλομαι ζητεῖσθαι διά τί μου ἀνδριὰς οὐ κεῖται, ἢ διά τι κεῖται,* Talis ferè mens Stiliconi, de quo lectiſſimis verſibus Claudian. lib. II. de laudib. Stilicon.

- - - quis devius eſſet
Angulus aut regio, quæ non pro numine vultus
Dilectos coleret, talem ni ſemper honorem
Reſpueres? decus hoc rapiat, quem falſa timentum
Munera decipiunt, qui ſe diffidit amari:
Hic ſolus ſpreviſſe poteſt, qui jure meretur. Idem.

n *In carrucis ſolito altioribus.*] Editio Romana habet caruchis: quam ſcripturam tuetur Heſychius & vetus Gloſſarium. In Pandectis Florentinis carrucha ſemper ſcribitur, quomodo etiam in hoc loco codicem ſuum habuiſſe, teſtis eſt Lindembrogius. Eſt autem carrucha, *τετράκυκλον ὄχημα*, ſeu reda. Heſychius *ῥηδίαν, καρούχων.* Gloſſæ Græcolatinæ, *καρούχιον*, reda. Galli aliquantùm corrupto vocabulo carrocas vocamus: in quibus eamdem ambitionem hominum noſtrorum hodie cernimus, quam apud Romanos ſui ſæculi fuiſſe teſtatur Marcellinus. *Valeſius.* Hæc examinat Jo. Schefferus de re vehicularia lib. II. cap. 27. *Gronov.*

o *Carrucæ ſolito altiores.*] Magnus in carrucis luxus Romanorum, quas & auratas & argenteas habuiſſe Martial. indicat lib. 3. Epig. 63. Lamprid. in Alex. Sever. Julianus Novel. XVII. Pont. Paulin. Epiſcop. Nolan. Epiſt. x. ad Sever. - - *viliore aſellis burico ſedentem tota hujus ſæculi pompa, qua honorati & opulenti poterant circumflui Senatores, proſequebatur carrucis nitentibus, phaleratis equis, auratis pilentis, & carpentis pluribus gemente Appia atque fulgente.* Hunc faſtum frugaliores Principes uti reprimerent, Imperiali edicto ſolis Honoratis intra urbem carrucarum uſum conceſſerunt, l. unic. C. Theod. & Juſtinian. de honorat. vehiculis. *Lindenbr.*

p *Sudant ſub ponderibus lacernarum.*] Ironicè id dictum accipio in homines delicatos, quibus oneri erant lacernæ ſericæ. Simili ſenſu Claudianus lib. 2. in Eutropium: *onerique vel ipſa ſerica.* * Ita Plinius in lib. 9. capite 23. Juvenalis ſat. VI. & Hieronymus in conſolatione ad Pammachium de obitu Paullinæ: *Quibus ſerica veſtis oneri erat, & Solis calor incendium; nunc ſordidatæ & lugubres, & ſui comparatione forticulæ pavimenta verrunt.* * Valeſ.

q *Quas in colli exerta.*] Locus fœdè corruptus, cui neque a Mſ. medela: proponam tamen ut ibi legitur: - - *quas in collis inſerta ſingulis ipſis adnectant, ne una ſubtegminum tenuitate perpiavilis expectantes.... crebris à cogitationibus maximeque.* Viderint alii, an quid inde expiſcari poſſint. *Lindenbr.*

r *Quas collis inſertas cingulis ipſis adnectunt.*] Editio Romana, cui adſtipulantur ſcripti omnes codices, ſcriptum habebat: *quas in collis inſerta.* Ex quo Petrus Caſtellus excogitavit eam lectionem quam ceteri Editores ſecuti ſunt. Sed non dubito, quin Marcellinus ita ſcripſerit uti edendum curavi. Sic enim in lib. 31. initio de Hunnis: *Sed ſemel obſoleti coloris tunica collo inſerta, non ante deponitur quàm in pannos diffluxerit defruſtata.* Quod verò attinet ad alteram emendationem, qua *cingulis* reſtituimus pro *ſingulis*, de ejus veritate non dubitabit, qui meminerit in omnibus ferè omnium Auctorum ſcriptis exemplaribus ſingula pro cingulis perperam ſcribi. Vulgata certè lectio nullum habet ſenſum. Itaque P. Faber in lib. I. Semeſtrium emendaverat *fibulis ipſis adnectunt.* In codice autem Regio ex conjectura exſcriptoris emendatum eſt, *inſertas jugulis ipſis adn.* * atque ita in codice Toloſano ſcriptum etiam inveni. * *Valeſius.* Oct. Ferrarius, quum libro I. partis II. de re veſtiaria voces has citaſſet ita, *quas in colli exſerta ſingulis ipſis adnectant*, pronuntiat; ſed locus ille, licet Cl. Valeſius medicinam facere conetur, depoſitus eſt, & ne ab Apolline quidem ſanandus. Et certe facilius quam oportebat, doctiſſimus Valeſius ſe addicit ſimili loquutioni auctoris, ut quoniam alibi dicitur *tunica collo inſerta*, idcirco nunc contemnat voculam *in* vel tres lineas concordi veterum librorum fide ſervatas; quod etiam alibi facit in imminuta vel læſa majeſtate. Interim & ante hos Jo. Meurſius lib. III. animadv. Miſcell cap 27. tentaverat *ligulis ſpiſſis.* Crediderim jugulas fuiſſe aliquid in veſtitu huc pertinens, atque adeo proxime ad priſcam ſcripturam legendum, *quas cucullis, inſertas jugulis ipſis, adnectunt.* Jam enim & Martialis (quem vide XIV. 129 & 132.) tempore cum lacernis incipiebant ſumere cucullos, quod propediem magis invaluit, quum deliciis fracti Jovem ſolemque nudo capite excipere degeneres Urbis incolæ non tolerarent. *Gronov.*

ſ *Nimia ſubteminum tenuitate perflabiles.*] Ita hunc locum emendavi ex veſtigiis veterum exemplarium, in quibus legitur, *tenuitate perpiavilis.* Corruptioni anſam dederat literarum affinitas. Sic ſuprà, ubi legitur *per flexuoſas*: ſcripti codices habent *per plexuoſas.* Valeſ.

perflabiles; [t] [8] exſpectantes crebris agitationibus, maximéque ſiniſtra, [v] ut longiores fimbriæ [9] tunicæque perſpicuè luceant, varietate liciorum [x] [1] effigiatæ in ſpecies animalium multiformes. [y] Alii nullo quærente, vultus ſeveritate adſimulata, patrimonia ſua in immenſum extollunt, [z] cultorum ut putà feracium

8 *mſ.* perpia vilis expectantes... crebris à cogitationibus maximeque ſiniſt. 9 *Steph. & mſ.* tunicæque. 1 *mſ.* effricatæ.

---

t *Filis exſtantes crebris à locis omnibus.*] Multum ſibi indulſit hoc in loco P. Caſtellus. In Editione enim Romana, quam corrigere erat aggreſſus, ſic legebatur: *Perpianilis expectantes crebris cogitationibus.* Et ita ferè reliqui codices ſcripti, niſi quod poſt τὸ *expectantes* lacunam exhibent, quæ in Regio exemplari denotari videtur uno puncto. Etſi autem in tam corrupto loco difficile eſt veram emendationem aſſequi, videtur tamen legi commodè poſſe: *Expandentes eas crebris agitationibus.* Quod ſequentibus verbis confirmatur. ſequitur enim: *Ut longiores fimbriæ tunicæque perſpicua luceant varietate liciorum.* Homines enim delicati cùm lacernas è ſerico haberent perlucidas, eas inſuper crebris motibus agitabant, ut tunicæ eorum opere plumario textæ ab omnibus conſpicerentur. *Valeſ.*

v *Ut longioris fimbriæ tunicæ.*] In editione Romana erat: *Ut longiores fimbriæ tunicæque.* Quod cur Petro Caſtello placuerit corrigere, non video. Editioni certè Romanæ ſubſcribunt codex Regius, * Toloſanus * & Florentinus cum Editione Frobeniana. Fimbriæ igitur ad lacernas referendæ ſunt, quas fimbriatas fuiſſe, docet vetus interpres Perſii, & ex illo Iſidorus in Originum libris. Poſſunt etiam de tunicis intelligi, & ſic erit figura quam Græci ἓν διὰ δυοῖν vocant, non infrequens Marcellino noſtro, ut cùm ait infrà in hoc libro: *Cùm glorioſo Marte Mediam urgeret & Parthos.* & clariùs in lib. 16. *Ingenti prælio ſuperatus à Romanis & Pompeio Rex prædictus.* denique in fine lib. 23. *Poſt Lydiam victam & Crœſum.* * Sanè tunicas Romanorum veterum fimbriatas fuiſſe, docet Suetonius in Julio Cæſare, quum dicit: *Lato clavo uſus eſt, ad manus fimbriato.* Et priſcis quidem Romanis manuleatas ac talares tunicas geſtare, probro erat. Verùm proceſſu temporis ejuſmodi tunicæ invaluere: quod teſtatur Auguſtinus in lib. 3. de doctrina Chriſtiana capite 12. *Sicut enim talares & manicatas tunicas habere, apud Romanos veteres flagitium erat: nunc autem honeſto loco natis, cùm tunicati ſunt, non eas habere flagitium eſt.* * Idem.

x *Effigiatæ in ſpecies animalium multiformes.*] Aſterius Amaſiæ Epiſcopus in Homilia de Divite & Lazaro, ait novam quamdam texendi rationem ſua ætate inventam fuiſſe, qua in connexione ſtaminis cum ſubtemine picturæ virtus exprimeretur, omníſque generis animalium formæ veſtibus intexerentur: addit etiam à pueris mirantibus digito monſtrari ſolitas hujuſmodi animantium figuras, leonum putà, pardorum, urſorum; ſilvas quoque, & canes, & rupes, & venatores tunicis & palliis intextos: qui autem religioſi præ ceteris videri vellent, hiſtorias ex Evangelio ſumtas ſimili arte veſtibus, inluſiſſe. Idem ſcribit Prudentius in Hamartigenia his verſibus:

Vellere non ovium, ſed Eoo ex orbe petitis
Ramorum ſpoliis fluitantes ſumere amictus
Gaudent, & durum ſcutulis perfundere corpus.
Additur ars, ut fila herbis ſaturata recoctis
Illudant varias diſtincto ſtamine formas.

* Exſtat etiam hac de re Theodoriti locus inſignis in ſermone IV. de Providentia pag. 361. Ex quibus intelligendus eſt Chryſoſtomus in Homilia 50. in Matthæum, ubi adverſus ſuperfluas artes pictorum & plumariorum invehitur. Τὸ δὲ ζώδια γίνεσθαι ἢ ἐν τοίχοις, ἢ ἐν ἱματίοις, τί χρήσιμον. * Idem.

y * *Alii nullo quærente patrimonia ſua in imm. extollunt*, &c.] Cur dixit *nullo quærente*? Neque enim temere & ſine cauſſa id adjectum eſt. Nimirum perſtringit Marcellinus his verbis importunam vanitatem quorundam Nobilium ſive Senatorum, qui poſſeſſiones ſuas per univerſum orbem diffuſas, nullis ipſos interrogantibus, aſſiduè prædicabant, earúmque immenſos reditus non ſine mendacio interdum referebant. Sic quippe interpretor proximè ſequentia verba hæc: *Cultorum, ut putant, feracium multiplicantes annuos fructus.* ubi ſcribendum exiſtimo, *ut putà feracium*, vel *utpote*. *Multiplicantes* igitur idem valet, atque augentes & amplificantes mendacibus verbis. Neque enim de uſuris hunc locum placet intelligi: præſertim cùm Senatoribus eo tempore non licuerit fenus exercere. Certè Chryſoſtomus legibus Romanis interdictam eſſe uſuram Senatoribus adhuc ſua ætate prodit in Homilia LVII. in Matthæum τοὺς γοῦν ἐν ἀξιώμασιν ὄντας, καὶ εἰς τὴν μεγάλην τελοῦντας βουλὴν ἣν σύγκλητον καλοῦσιν, οὐ θέμις τοιούτοις κέρδεσι καταισχύνεσθαι· ἀλλὰ νόμος ἐστὶ παρ' αὐτοῖς ὁ τὰ τοιαῦτα ἀπαγορεύων κέρδη. Id & diſertè confirmat lex tertia & quarta in Codice Theodoſ. de uſuris. Idem docet Auguſtinus, ſeu quis alius, in quæſtionibus ex utroque Teſtamento miſtis capite CII. *Dignitatis enim homini negotiari deforme eſt: Senatoribus quoque fenus diffamia eſt.* Olim quidem poſſidendi modus præfinitus erat Senatoribus Rom. cautúmque erat ne extra Italiam poſſiderent, néve navem haberent niſi ad fructus ex agris deportandos; ut docent Cicero in libro V. in Verrem, & Livius in fine libri XXI. Quas leges præ vetuſtate neglectas ac mortuas, ſicuti loquitur Cicero, retulit poſtea Cæſar Dictator, teſte Tacito in lib. VI. Hiſt. Ea lege modus credendi poſſidendique intra Italiam præſcriptus eſt Patribus, vetitúmque ne Senatores pro arbitrio fenus exercerent. * *Idem.*

z *Cultorum ut putant feracium.*] Sic *pinguia culta*. Feſt. Avien in Deſcript. orb. terræ:

Tunc Piſida ferox exercet pinguia culta.

* Caſſiod. lib. 4. Var. 36. *Iſtorum culta vaſtavit.* Lib. 12.

multiplicantes annuos fructus, quæ à primo ad ultimum ſolem ſe abundè jactitant poſſidere: ignorantes profectò majores ſuos, per quos ita magnitudo Romana porrigitur, non divitiis eluxiſſe, ſed per bella ſæviſſima, nec opibus, nec victu, nec indumentorum vilitate à gregariis militibus diſcrepantes, oppoſita cuncta ſuperaſſe virtute. Hinc [a] ex collaticia ſtipe Valerius humatur ille Poplicola: & [b] ſubſidiis amicorum mariti, inops cum liberis uxor alitur Reguli: & dotatur ex ærario filia Scipionis, [c] cùm nobilitas florem adultæ virginis, diuturnam abſentiam pauperis erubeſceret patris. At nunc ſi ad aliquem bene nummatum [2] tumentémque ideo, honeſtus advena ſalutatum introiveris, primitus tamquam exoptatus ſuſcipieris: & interrogatus multa, coactúſque mentiri, miraberis numquam antea viſus, ſummatem virum tenùem te ſic enixiùs obſervantem: [d] ut pœniteat ob hæc bona tamquam præcipua non vidiſſe ante decennium [3] Romam. Hácque affabilitate confiſus, cùm eadem poſtridie feceris, [e] ut incognitus hærebis & repentinus, [f] hortatore illo [4] heſterno . . . numerando, qui ſis vel unde venias, diutiùs ambigente. Agnitus verò tandem, & adſcitus in amicitiam, ſi te ſalutandi aſſiduitati dederis triennio indiſcretus, & [g] per [5] totidem defueris tempus, reverteris ad paria perferenda: nec ubi eſſes

2 *mſ.* timentemque ideo. 3 *mſ.* Romam. Hacque. 4 *al.* heſterna die mirando. 5 *mſ.* totidem defueris tempus, reverteris.

Variar. 5. *Exercitus Lucaniæ Brutiorumque dicitur culta vaſtaſſe.* Paulinus in natali Felicis II. *Quique colunt rigui felicia culta Galeſi.* Claud. de bello Gild. n. 103. *Sufficerent Etruſca mihi, Campanaque culta.* * Lindebr.

a *Ex collaticia ſtipe Valerius.*] Quæ hîc ſtrictim tanguntur, ea uberiùs narrant T. Livius lib. 2. Plutarch. in vita Valerii, Dionyſ. Halicarn. lib. 5. & 6. * Seneca ad Helviam matrem lib. de conſolat. * cap. XII. Salvian. Maſſ. de provid. lib. 1. *Idem.*

b *Subſidiis amicorum mariti.*] Valerius Max. in lib. 4. cap. 4. non ſubſidiis amicorum Reguli, ſed decreto Senatus alimenta conjugi ejus ac liberis præbita eſſe ſcribit. Cui ſubſcribit Dio in Fragmentis, quæ nuper vulgavimus pag. 593. ὁ γὰρ ῥηγοῦλος ἐν τοσαύτῃ πενίᾳ ἦν, ὥστε μήτε τὴν ἀρχὴν ῥᾳδίως ἐθελῆσαι δι' αὐτὴν ὑποστῆναι, καὶ τῇ γυναικὶ τοῖς τε παισὶν αὐτοῦ τὴν τροφὴν ἐκ τοῦ δημοσίου δίδοσθαι ψηφισθῆναι, Id eſt ad verbum: *Regulus enim tanta premebatur inopia, ut ejus causâ Magiſtratum ſuffragiis populi ſibi delatum ſuſcipere vix ſuſtinuerit: útque conjugi ejus ac liberis alimenta ex ærario decreta ſint.* Valeſ.

c *Cum nobilitas florem adultæ virginis, diuturnam abſentiam.*] In codice Regio & Editione Romana reperi, *diuturnum*: unde quis conjicere poſſit legendum eſſe: *Cùm nobilitas florem adultæ virginis diuturnum abſentiâ pauperis erubeſceret patris.* Et ita diuturnus flos erit, quem alii obſoleſcentem dicerent. Nolim tamen quidquam temere mutari, præſertim cùm diuturna abſentia Cn. Scipionis jure dicatur, qui octo annis Proconſul bellum in Hiſpania geſſit, teſte Livio in lib. 25. Ceterùm de hac liberalitate Senatus eleganter Valerius Max. lib. 4. cap. 4. & Zonaras ex Dione: mirúmque eſt, id à Tito Livio prætermiſſum fuiſſe. *Idem.*

d *Ut pœniteat ob hæc bona.*] Hic locus ex Mſſ. codicum auctoritate ſic à nobis eſt reſtitutus: tantùm emendavimus, *ob hæc bona*, cùm in Mſſ. & in Editione Romana legeretur, *ut hæc bona.* Valeſius. Ex quo quis non videt audacius certe *ob* fieri ex *ut*, quum propinquius ſit ac proclivius *in hæc bona*? Gronov.

e *Ut incognitus hærebis.*] Sic habet Editio Auguſtana à Mariangelo Accurſio viro doctiſſimo emendata. In Editione Romana *hæredis* legebatur; unde Petrus Caſtellus emendaverat *hæres.* Nos lectionem Auguſtanæ Editionis ſequi maluimus, quippe quæ & ad ſcriptum codicem propiùs accederet, & cum antecedenti oratione meliùs conveniret. * Neque aliter in codice Toloſ. ſcriptum inveni. * In Regio exemplari tria hæc vocabula omiſſa erant. Ceterùm quòd incognitum & repentinum jungit hîc Marcellinus, videtur ſumtum ex Cicerone in Bruto, qui ſic dicit: *Ignoti homines & repentini, Quæſtores celeriter facti ſunt.* Valeſ.

f *Hortatore illo heſterno . . . numerando.*] Ita primus hunc locum edidit Sig. Gelenius, vir exacti judicii, cui uni plurimum debet noſter Marcellinus. Neque aliter habuit Editio Romana, quæ omnes lacunas ſcripti exemplaris fideliter exhibuerat. Sed Petrus Caſtellus ſine ullo codice ſcripto, ſolâ fretus non dicam conjecturâ, ſed audaciâ, omnes lacunas explevit. Atque hunc quidem locum ſic ſuppleverat: *Illo heſterno diés numerando.* Idem. Exemplari Lindebrogiano adſcriptum vidi [MS. *die numerando.* leg. *demirando.* Loiſel.] *Gron.*

g *Per totidem defueris tempus.*] Non dubitavi hanc

interrogatus, & [6] num è medio diſceſſeris, [h] ætatem omnem fruſtra in ſtipite conteres ſubmittendo. [i] [7] Cùm autem intervallata temporibus convivia longa & noxia cœperint apparari, vel [k] diſtributio ſolemnium ſportularum; anxia deliberatione tractatur, an [l] exceptis iis quibus viciſſitudo debetur, peregrinum invitari conveniet: & ſi digeſto plenè conſilio id [8] placuerit fieri, is adhibetur qui [m] [n] pro domibus excubat aurigarum, aut artem teſſerariam profitetur, aut ſecretiora quædam ſe noſſe confingit. Homines enim eruditos & ſobrios ut infauſtos & inutiles vitant: [o] eo quoque accedente, quòd & nomenclatores adſueti hæc & talia venditare, mercede accepta, [9] lucris quoſdam & prandiis inſerunt ſubditicios ignobiles & obſcuros. Menſarum enim voragines, & varias voluptatum illecebras, ne longiùs progrediar, prætermitto: illuc tranſiturus, quòd quidam per ampla ſpatia Ur-

6 *Mſ.* non te miſero. 7 *Mſ.* Cùm autem commotus intervallata. 8 *Steph.* placuerit fieri. 9 *Mſ.* lucris quoſdam.

ſcripturam hîc reſtituere, quam præter Florentinum codicem Regius quoque ſervavit. Exiſtimo tamen quiddam adhuc deeſſe, *dierum* putà, aut *menſium.* Arguit enim ſuperbiam & iniquitatem illorum Nobilium, quos cùm adſiduo officio per triennium colueris, ſi fortè triduo, aut trimeſtri ſpatio abſis, prioris obſequii tui oblivio ſubit. Et ſic tollitur barbariſmus, qui vulgatam lectionem inquinat. *Valeſ.* An *tot dierum defueris tempus*? Gron.

h *Ætatem omnem fruſtra in ſtipite conteres ſubmittendo.*] * Alludit Marcellinus, ut opinor, ad hæc Senecæ in libro de brevitate vitæ capite XIV. *Nemo horum annos tuos conteret.* * Stipitem autem vocat hominem ſtupidum, & in quo nullus reſidet ſenſus non magis, quàm in ſtipite. Sic Terentius in Heautontimor. Actu 5.

- - *in me quidvis harum rerum convenit,*
Quæ ſunt dictæ in ſtultum. caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.

Et Cicero de Haruſpicum reſponſis, Ælium quemdam Ligurem vocat ſtipitem. Claudianus quoque in Eutropium lib. 1.

Et nihil exhauſto caperent in ſtipite lucri. Idem.

i *Cum autem intervallata temporibus.*] Hoc loco Mſſ. codices omnes, & Editio Romana atque Auguſtana vocem interſerunt hoc modo: *Cùm autem commotus intervallata temporibus.* Unde non abſurdè quiſpiam legendum eſſe conjecerit: *Cùm autem commodis intervallata temporibus.* Idem.

k *Diſtributio ſollemnium ſportularum*] Exempla hujus rei apud Symmach. *Lindenbr.*

l *Exceptis iis quibus viciſſitudo debetur.*] Id eſt, præter eos quibus vicem reddere oportet, cùm ab iis aut convivio exceptus prior, aut ſportula honoratus ſis. Sic Marcellinus in lib. 16. *Armatorùmque millia triginta & quinque partim mercede, partim pacto viciſſitudinis reddendæ quæſita.* * Ambroſius, ſeu quis alius Auctor in caput XIII. Epiſtolæ ad Romanos: *Comeſſationes* (inquit) *ſunt luxurioſa convivia, quæ aut collatione omnium celebrantur, aut vicibus ſolent à contubernalibus exhiberi.* Valeſ.

m *Pro domibus excubat aurigarum*] Claud. lib. 2. de laud. Stilic.

--- *veſtibulis foribuſque potentum excubat.* Lindenbr.

n *Qui pro domibus excubat aurigarum.*] Viles de plebe homines intelligit, qui totos dies in Circo perſtabant, de equis circenſibus, & de agitatoribus ſatagentes, ut ſcribit Marcellinus infrà, ubi de plebis Romanæ ſtudiis agit. Quinetiam pro domibus aurigarum factionis ejus quam fovebant, excubare erant ſoliti. Quod quidem in plebeiis hominibus mirum videri non debet, cùm Caius Caligula praſinæ factioni ita deditus fuiſſe dicatur à Suetonio, ut cenaret aſſiduè in ſtabulo, & maneret. Marcellinus in lib. 28. de iiſdem: *Eiſque templum, & habitaculum, & concio, & cubiterium, & ſpes omnes Circus eſt Maximus.* Valeſ.

o *Eo quoque accedente, quod & nomenclatores.*] In hoc loco emendando quid & quantum licentiæ mihi ſumſerim, nolo diſſimulare. Cùm igitur in Regio codice & in Editione Romana ſcriptum eſſe vidiſſem: *Vitant è quoque accedente, quòd & nomenculatores, &c.* unius literæ adjectione locum ſic ſanavi. Ceterùm id nomenclatorum officium fuiſſe docet Seneca in Epiſt. 19. *Habebis convivas, quos ex turba ſalutantium nomenclator digeſſerit.* Athenæus lib. 2. μετὰ ταῦτα κατεκλίθημεν ὡς ἤθελεν ἕκαστος, οὐ περιμείναντες ὀνομακλήτορα τὸν τὰ δεῖπνα ταξίαρχον. Neque verò ſolùm digerebant eos, qui venturi eſſent ad cenam, ſed etiam eos qui ſportulam accepturi eſſent; ut teſtatur Marcellinus verbis quæ proximè ſequuntur: *Mercede accepta lucris quoſdam, & prandiis inſerunt ſubditicios ignobiles & obſcuros.* Lucra enim ſunt ſportulæ quæ in auro, aut argento dabantur. De hac autem nomenclatorum avaritia, qui infimis hominibus operam ſuam venditabant, loquitur Lucianus in dialogo περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, his verbis: περιωθούμενον ὠθούμενον καὶ ἀποκλειόμενον· καὶ ἀναίσχυντον ἐνίοτε καὶ ὀχληρὸν δοκοῦντα ὑπὸ θυρωρῷ κακῶς συρίζοντι, ἢ ὀνομακλήτορι λιβυκῷ ταττόμενον, καὶ μη

bis, [p] ſubverſáſque ſilices, ſine periculi metu properantes, [q] equos velut publicos ſignatis, quod dicitur, [1] calceis agitant, [r] familiarum agmina tamquam prædatorios globos poſt terga trahentes, [ſ] ne Sannione quidem, ut ait Comicus, domi relicto: [t] quos [2] imitatæ matronæ complures, [v] opertis capitibus & [x] baſternis, per latera civitatis cuncta diſcurrunt. Utque præliorum periti rectores primò catervas denſas opponunt & fortes, deinde leves armaturas, pòſt jaculatores, ultimaſque ſubſidiales acies, ſi fors adegerit, [3] invaſuras: ita [y] præpoſitis urbanæ familiæ ſuſpenſæ [z] digerentibus ſollicitè, [a] quos inſignes faciunt virgæ dextris aptatæ, velut teſſerâ datâ caſtrenſi, juxta vehiculi frontem omne [4] textrinum incedit: huic atratum coquinæ adjungitur miniſterium, deinde totum promiſcuè ſervitium, cum [5] otioſis plebeiis de vicinitate conjunctis: po-

1 *Mſ.* calcis agitant. 2 *Mſ.* ſemitate. 3 *Mſ.* juvaturas. 4 *Mſ.* mextrinum. 5 *Al.* otioſæ plebis.

σθὸν τελεῦντα τῆς μνήμης τοῦ ὀνόματος. [Hoſce nomenclatores Suetonius in C. Cæſ. Caligula capite XXXIX. vocatores appellat, ut & Plinius in lib. XXXV. cap. X] *Valeſ.*

p *Subverſaſque ſilices ſine periculi metu properanter.*] Vias Urbis intelligit quæ ſilice ſtratæ erant. Sic Juvenalis in Satyra 6.

Nec melior, pedibus ſilicem quæ conterit atram.

Et Prudentius in lib. 1. contra Symmachum:

Quique terit ſilicem variis diſcurſibus atram.

* Porrò ſcribendum heic videtur, *properantes.* * Idem.

q *Equos velut publicos ſignatis, quod dicitur, calceis agitant.*] Equos publicos vocat animalia curſus publici. Quia verò ſine diplomatis curſum publicum uſurpare non licebat, teſte Capitolino in Pertinace, & l. 2. de curioſis, & l. 3. Cod. de curſu publico; idcirco ſignati calcei dicebantur eorum, qui ejuſmodi diplomata ſeu evectiones habebant, aut tractorias, aut angariales: tot enim nominibus dicuntur. Græci *συνθήματα* appellant. Vetus Gloſſarium, *Evectio σύνθημα.* Item *σύνθεμα ſigillum, evectio.* Julianus Auguſtus in Epiſtola nondum edita ad Libanium Quæſtorem: *Ὡς ὤνησε γε τὸ σύνθημα ἡμῖν μελλῆσαν. ἀντὶ γὰρ τοῦ τρέμειν καὶ δεδιέναι φερόμενον ἐπὶ δημοσίας ἀπήνης,* &c. Hieronymus quoque in Ep. ad Julianum: *Jam dimiſſo ſynthemate equus publicus ſternebatur.* Idem.

r *Familiarum agmina.*] Contra hanc ambitionem graviter invehitur Chryſoſtomus in Homilia 40. in Epiſtolam priorem ad Corinthios: ubi divites illos qui ſervorum greges ubique circumducebant cùm in foro tum in balneis, eleganter comparat venaliciariis & ovium venditoribus: lictores quoque eos habuiſſe ſcribit, qui ſcilicet turbam ſubmoverent, & ſervorum aciem inſtruerent. *τί δὲ καὶ παῖδας ῥαβδούχους ἔχεις, ὡς δούλοις κεχρημένος τοῖς ἐλευθέροις.* Hi ſunt, quos *præpoſitos urbanæ familiæ* Marcellinus noſter infrà appellat, & virgas manibus geſtaſſe, ſicuti Chryſoſtomus dicit. * *Idem.*

ſ *Ne Sannione quidem, ut ait Comicus*] Terent. in Eunucho Act. IV. Scen. VII. *Lindenbr.*

t *Quos imitatæ matronæ complures.*] Hujus loci emendatio codici Regio debetur, in quo priùs quidem ſcriptum erat, *quos emitate,* prout Editio quoque Romana exhibet: ſed eadem manu ita emendatum eſt, ut edidimus. Obſervavi autem in manuſcriptis exemplaribus ferè ſcribi *emitari* pro *imitari.* * In Mſ. Toloſano planè ſcriptum eſt, *quos imitatæ.* * Valeſ.

v *Opertis capitibus & baſternis.*] Baſternæ enim matronales erant opertæ, planéque ſimiles earum quas hodie lecticas vocamus, ut docet vetus Epigramma:

Aurea matronas claudit baſterna pudicas,
Quæ radians patulum geſtat utrimque latus.

* Auratas fuiſſe ejuſmodi baſternas teſtatur etiam Joh. Chryſoſtomus in Homilia 11. in Epiſtolam Pauli ad Romanos. *αἱ δὲ ὄψεις τῶν ἡμιόνων, τῶν τὴν γυναῖκα φερουσῶν τὴν σὴν, πολλῷ καταλάμποντα χρυσίῳ, καὶ τὰ δέρματα, καὶ τὰ ξύλα τὰ τὴν στέγην ἐκείνην ὑφαίνοντα.* Et Paulinus de matronis Rom. loquens, quæ obviam Melaniæ proceſſerant, in Epiſtola X. *Auratis pilentis & carpentis pluribus gemente Appia atque fulgente.* * Idem.

x *Baſternis*] Gloſſar. Nomicum; *Λεκτίκιον, βάστερνα, κράβατον,* Martyrolog. Græcum de D. Eugenia: *ἣν ἀναγινώσκουσα ἔνδον τῆς βαστερνίου.* Et: *προσέταξε στῆναι τὸ βαστέρνιον.* Hieronym. ad Euſtoch. Aldhelm. de Virginit. *Lindenbr.*

y *Præpoſitis urbanæ familiæ ſuſpenſæ digerentibus.*] Senſus eſt, ſervos præpoſitos urbanæ familiæ, quæ tunc ſuſpenſa eſt, & otioſa ab omni opere vacat, ordines curare. *Valeſ.*

z *Digerentibus ſollicitè.*] Sumtum videtur ex Senecæ libro de Conſtantia pag. 183. *Turbam venali faſtidio digerentibus.* * Idem.

a *Quos inſignes faciunt virgæ dextris aptatæ*] * Aſterius Epiſcopus Amaſeæ in Homil. de œconomo iniquitatis pag. 20. *Τί δὲ τὸ τῶν ὑπαρχόντων ἀξίας ἡ σκηνή; τὸ ἀργύρεον ὄχημα, καὶ καλαμὶς ἡ χρυσῆ.* *Quid autem & quanti tota illa quam Præſides obtinent ſcena; argenteum vehiculum, & virga aurea?* Seneca de Tranquil. initio: *Placet honos faſceſque, non purpura aut aureis virgis adductus* (ita lego: vulgo *adductum* malè) *capeſſere, ſed ut amicis propinquiſque & omnibus civibus, omnibus deinde mortalibus paratior utiliorque ſim.* Eæque virgæ in nummis antiquis in manibus magiſtratus apparent. * *In virga poteſtatem intelligi convenit, inſigne enim poteſtatis eſt,* inquit Hilarius Epiſc. Pict. in Pſal. 2. & 124. Unde Curopalates aureâ vir-

ſtrema [b] multitudo ſpadonum, à ſenibus in pueros deſinens, [c] obluridi, diſtortaque lineamentorum compage [6] deformes: ut quaquà inceſſerit quiſquam, cernens [d] mutilorum hominum agmina, [e] deteſtetur memoriam [f] Semiramidis Reginæ illius veteris, quæ teneros mares caſtravit omnium prima, velut vim injectans naturæ, [7] eamdemque [8] ab inſtituto curſu retorquens, quæ inter ipſa oriundi crepundia, per primigenios [9] ſeminis fontes, tacita quodammodo lege, vias propagandæ poſteritatis oſtendit. Quod cùm ita ſit, paucæ domus ſtudiorum ſeriis cultibus antea celebratæ, nunc ludibriis ignaviæ torpentis exundant, [g] vocali ſono, [1] perflabili tinnitu fidium reſultantes. Denique pro philoſopho cantor, & in locum oratoris doctor artium ludicrarum accitur: & bibliothecis ſepulcrorum ritu in perpetuum clauſis, organa [2] fabricantur hydrau-

6 *Mſ.* deformes. 7 *Mſ.* eumdemque 8 τὸ ab *deeſt al.* 9 *Mſ.* ſeminis fortes. 1 *Mſ.* vocabili ſono perflabili. 2 *Al.* fabricant ut.

gâ decoratus ante pedes regios primus incedebat. Caſſiodor. lib. 7. Var. 5. Vid. Petr. Fabri V. C. Agoniſticon lib. 1. cap. 22. *Lindenbr.*

b *Multitudo ſpadonum coloris obluridi*] Hunc ſequioris ſexus faſtum multis reprehendit D. Chryſoſtom. cujus Homil. xx. in Paul. ad Epheſ. v. hæc verba ſunt: ἡ γυνὴ χρυσοφορεῖ, καὶ ὅτι ζεύγους λευκῶν ὀχεῖται, περιφέρεται πανταχοῦ, εἰ χιτῶνα ἀγέλας ἔχει, καὶ εὐνούχων ἑσμόν. Hieron. ad Euſtoch. *Præcedit caveas baſternarum ordo ſemivirorum, & rubentibus buccis cutis farta diſtenditur.* Idem.

c *Obluridi, diſt. lin. compage deformes.*] Sic habent codex Regius ac Florentinus, & Editio Romana. Sed Petrus Caſtellus, cùm eam locutionem contra leges Grammaticæ peccare exiſtimaret, correxit: *oblurida, diſtortaque lin. compage deformis.* Exſtitit poſtea Sigiſmundus Gelenius, qui Frobenianam curavit Editionem. Is audacter ſatis vocem addidit hoc modo: *coloris obluridi, diſtortaque lin. compage deformis.* Quod equidem inſtitutum probare non poſſum, cùm ea vox abſit tum à codice Regio, tum ab Editione Romana. Quinetiam in Romana Editione legitur, *à ſenibus in pueros deſinetis.* Unde ſuſpicari quis poſſit legendum eſſe *deſinentes.* Cujuſmodi locutio Marcellino eſt familiaris. *Valeſ.*

d *Mutilorum hominum agmina.*] De hac matronarum ambitione loquitur Hieronymus in Epiſtola ad Furiam: *Noli in publicum ſubinde procedere, & ſpadonum exercitu præeunte, viduarum circumferri libertate.* Idem.

e *Deteſtetur memoriam Semiramidis.*] Incertum, Semiramis-ne prima evirari mares juſſerit, an verò Perſarum id jam olim inſtitutum ſit. Claudian. lib. 1. in Eutrop.

- - - Seu prima Semiramis aſtu
Aſſyriis mentita virum, ne vocis acutæ
Mollities, leveſque genæ ſe prodere poſſent,
Hos ſibi conjunxit ſimiles: ſeu Perſica ferro
Luxuries vetuit naſci lanuginis umbram.

Certè de Semiramide nil tale Diodorus Sicul. vel Trogus, ſed tantùm veſtitu eam ſexum mentitam aſſerunt: στολὴν ἐπραγματεύσατο δι' ἧς οὐκ ἦν διαγνῶναι τὸν περιβεβλημένον πότερον ἀνήρ ἐστιν ἢ γυνή. Perſis verò id numero multi ſunt qui adtribuunt. Petron. Donat. Stephan. Cujus deteſtandi facinoris invectivam vide apud Suid. ex Cyrillo in voce σπαδόνες. Lindenbr.

f *Semiramidis Reginæ, quæ ten. mares caſtravit omnium prima.*] Conſentit quidem Claudianus in Eutropium, ut jampridem notavit Delrio. Sed Clearchus Solenſis Ariſtotelis diſcipulus in lib. 4. de moribus gentium, præclarum hoc inventum Medis tribuit, teſte Athenæo in lib. 12. Κλέαρχος δὲ ὁ Σολεὺς ἐν τετάρτῳ βίων προειπὼν περὶ τῆς Μήδων τρυφῆς, καὶ ὅτι διὰ ταύτης πολλοὺς εὐνουχίσαιεν τῶν περιοικούντων. Mulieres verò caſtrare primi cœperunt Lydi, ut docet idem Athenæus in libro cit. & Conſtantinus Manaſſes. Gyges enim Lydorum Rex primus puellas caſtraſſe dicitur, ut iis adoleſcentibus diutiùs uteretur, quemadmodum ſcribit Xanthus Lydus in 2. rerum Lydicarum apud Suidam in Ξανθός. At Græci hanc fœdam inhumanitatem ſemper deteſtati ſunt. Argumento ſit Periander Corinthius, qui cùm Corcyrenſibus inſenſus eſſet, Principum liberos ad Regem Lydorum Alyattem caſtrandos miſit Sardes, ut narrat Herodotus lib. 3. & Diogenes Laërtius: quippe cùm nullus eſſet in tota Græcia, nedum Corinthi Medicus, qui id facinus ſuſcipere auderet. *Valeſ.*

g *Vocali ſono, perflabili tinnitu fidium.*] Sic reſtitui ex fide codicum ſcriptorum, Regii & Florentini: quibus Editio Rom. & Auguſtana adſtipulantur. Sed nondum mihi perſanatus locus videtur. Ac niſi me conjectura fallit, ſic ſcripſerat Marcellinus: *Vocali ſono ac perflabili, tinnitúque fidium reſultantes.* Eodem enim modo loquitur initio libri 30. *Et ædes pulſu nervorum, & articulato flatilique ſonitu reſultarent.* Quibus verbis duas Muſicæ ſpecies complectitur, organicam & vocalem. ſed organica duplex eſt: quarum altera in percuſſione conſiſtit, altera in flatu. Organorum quippe alia ſunt ἐντατὰ καὶ κατατατά: alia, ἐμπνευστά, quibus etiam hydraulica continentur, ut ait Athenæus in fine libri 4. Omnia hæc complexus eſt Cicero in Orat. pro Sexto Roſcio his verbis: *Ut quotidiano cantu vocum, & nervorum, & tibiarum tota vicinia perſonaret.* Nec ſecus Marcellinus noſter in locis quos adduximus. Sed & Caſſiodorus in

lica, & lyræ ad ſpeciem carpentorum ingentes, tibiæque & hiſtrionici geſtus inſtrumenta non levia. Poſtremò ad id indignitatis eſt ventum, ut [h] cùm [i] peregrini ob formidatam haud ita dudum alimentorum inopiam pellerentur ab Urbe præcipites; ſectatoribus diſciplinarum liberalium impendio paucis ſine reſpiratione ulla extruſis, tenerentur [3] mimarum aſſeclæ veri, [4] quique id ſimularunt ad tempus: & [k] tria millia ſaltatricum ne interpellata quidem,

3 *Mſ.* minimarum. 4 *Mſ.* quique.

---

libro de Muſica: *Symphonia*, inquit, *eſt temperamentum ſonitus gravis ad acutum, & acuti ad gravem, modulamen efficiens ſive in voce, ſive in percuſſione, ſive in flatu.* Græci perinde ὀργανικὴν καὶ ᾠδικὴν μοῦσαν diſtinguunt, ut videre eſt apud Dionyſium Halic. in libro de compoſitione vocabulorum, & nominatim apud Auctores, qui de Muſica ſcripſerunt Græcè, Gaudentium, Ariſtidem, & ceteros: apud quos nihil frequentiùs occurrit quàm hæc λέξεως καὶ κρούσεως diſtinctio, id eſt vocalis & organicæ Muſicæ: ac ſeorſum utrique proprias notas adſignant, quarum ſuperiores quidem vocalem, inferiores organicam metiebantur: in uſum, ut equidem judico, aulœdorum, citharœdorum, eorumque qui ad lyram canebant. *Valeſ.*

h *Cum peregrini ob formidatam haud ita dudum alim. inopiam.*] Sic Octavianus Auguſtus magna quondam ſterilitate ac difficili remedio omnes peregrinos, exceptis medicis & præceptoribus, Urbe expulit; ut ait Suetonius. Cujus exemplum ſecuti deinceps Romani, crebró id uſurpaverunt, adeo ut urbs æterna hanc ob cauſam malè audiret. * Teſtantur id Symmachus in lib. II. Epiſt. VIII. & Ambroſius in lib. III. de Officiis, cap. VII. ubi in eam Romanorum conſuetudinem graviter invehitur. * Libanius in Antiochico pag. 366. de fecunditate agri Antiocheni loquens ſic ait: οὕτω τῇ τε γῇ πρέπων ὄχλος ὁ παρ' ἡμῖν, τῷ τε ὄχλῳ τῆς γῆς ἡ φύσις. δι' ἣν οὐδεπώποτε τὸν ξένιον ἠναγκάσθημεν ἀδικῆσαι Δία διὰ τὸ περὶ τοὺς ξένους ὠμότητος· καίτοι παράδειγμα τῆς Ῥώμης ἔχοντες, ἣ τὴν τῶν ἀναγκαίων σπάνιν, ἡνίκα ἂν τοῦτο συμπέσῃ, τῇ τῶν ξένων ἐλάσει πρὸς ἀφθονίαν μεθίστησι. Id eſt: *Ita & agro conveniens incolarum multitudo apud nos eſt, & multitudini incolarum bonitas agri reſpondet: cujus ope numquam coacti ſumus ſævitiâ in peregrinos Jovem hoſpitalem offendere: tametſi nobis exemplum ſuppeteret urbis Romæ, quæ quoties inopiâ premitur annonæ, peregrinorum expulſione huic malo mederi ſolet.* Themiſtius quoque in Orat. 6. ubi Theodoſium Imperatorem Orientis ab annonæ ſollicitudine commendat. οὐκοῦν, inquit, δεῖ ἡμῖν ξενηλασίας συνεχοῦς καθάπερ τῇ μητροπόλει, φαρμάκου τῆς ἐνδείας χαλεπωτέρου. Id eſt: *Quare nihil nobis continua ac propè aſſidua peregrinorum expulſione opus eſt perinde ac Origini noſtræ: quod quidem omni penuria atrocius remedium eſt.* Quibus verbis Romam innuit, quam μητρόπολιν quoque appellat in Orat. 4. * Eumdem Romanorum morem perſtringit Libanius in lib. IV. Epiſtola 268. ad Rufinum Comitem Orientis, qui ob annonæ penuriam decreverat, ut peregrini Antiochiâ pellerentur. τὰ δ' αὖ περὶ τὸν σῖτον· σοῦ μὲν καὶ ταῦτα ἄξια τῆς ῥώμης τετολμηκας. * Ceterùm peregrinos aliter ſumit Marcellinus, quàm in dicto loco Suetonius. Apud Suetonium enim, & illius ævi Scriptores, peregrini opponuntur civibus Romanis. Poſt legem autem illam Caracallæ quâ omnibus in orbe Rom. agentibus civitas data eſt, peregrini Romæ dicti ſunt, qui non eſſent oriundi ex urbe Roma. *Idem.*

i *Peregrini ob formidatam haud ita dudum alimentorum inopiam pellerentur ab urbe.*] Non novum id Romæ, & quod Auguſtum etiam feciſſe cùm gravior Urbem annona flagellaret, ſcribit Sueton. lib. 2. Oroſius lib. 7. cap. 3. C. Papius quoque Tribunus pl. lege lata peregrinos urbe expulerat, ſed alia de cauſa: ἐπειδὴ ἐπεπόλαζον, καὶ οὐκ ἐδόκουν ἐπιτήδειοι σφίσιν εἶναι συνοικεῖν. Dio Caſſ. lib. XXXVII. *Lindenbr.*

k *Tria millia ſaltatricum ne interpellata quidem.*] Quæ ſcilicet veterum fabularum exitus in ſcenis ſaltantes imitarentur, ut loquitur Jul. Firmic. lib. 6. Quippe ſat non fuit corruptis ſeverioribus P. R. moribus inter privatos parietes hanc artem continuaſſe: ſed eo quoque luxuriarum ventum, ut parum putarent commodè mimum egiſſe, ni ſaltationum etiam obſcenis geſtibus oculi inquinarentur. Cujus moris præcipui auctores tempore Auguſti fuere Pylades & Bathyllus. Zoſim. lib. 1. ἥ γὰρ παντόμιμος ὄρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς χρόνοις, οὔπω πρότερον οὖσα Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρῶτον αὐτὴν μετελθόντων. Quos mox ſecuti Mneſter, Paris, Phabaton, Caramallus, multos invenere diſcipulos. Seneca Natural. quæſtion. lib. 1. *Stat per ſucceſſores Pyladis & Bathylli domus. Harum artium multi ſunt diſcipuli, multique doctores, privatim urbe tota ſonat pulpitum.* Et quidem quanto quiſque formoſior, tanto penſiore cura huic ſtudio incumbebat, quî magis ſaltando placeret. Inſcriptio vetus in Tranſilvania: DIS MANIBUS. MEMORIAE C. REGULI MORIBUS DECORE NATALIBUS D. D. HYACINTHO VEL NARCISSO COMPARANDI. QUI VIXIT AN. XII. M. III. TER IN PUBLICO. SPECTANT. S. P. Q. TRAJANEN. QUATER IN CURIA SPECTANTE IMP. M. ANTONINI PROCOS. SALTAVIT. CANTAVIT. JOCIS OMNES OBLECTAVIT. CUNCTIS PLACUIT. FELIX REGULUS PATER INFELIX ANIMAE INNOCENTISSIMAE. L. H. L. D. Cui conſentiunt alia monumenta Neapoli, Romæ, Antipoli reperta. Denique in tantum excreverat numerus ſaltatorum, ut remedium malo quærentes viri ſanctiores infamiæ metu impetum ejus frangere conati ſint, l. 24. ff. ad L. Jul. de adult. Sed verum hîc quod P. Syrus ait: *Ægre reprehendas, quod ſinis conſueſcere:* eoque ventum, ut remanerent ſaltatores, exſularent philoſophi. *Idem.*

[l] cum choris totidémque remanerent magiſtris. [m] Et licet quocumque oculos flexeris, [n] feminas adfatim multas ſpectare cirratas, quibus ſi nupſiſſent, per ætatem ter jam nixus poterat ſuppetere liberorum, aduſque tædium [o] pedibus

l *Cum choris totidemque remanerent magiſtris.*] Choros intelligo, qui ſaltatricibus, ſeu pantomimis præcinebant, de quibus præter Hieronymum in Chronico loquitur & Libanius in Orat. adverſus Tiſamenum initio: ἀποκλίνας δὲ ταχέως εἰς ὀρχηστάς, καὶ μακαρίτας αὐλούς τε καὶ ὅσοι περὶ αὐτούς, ἥδιστα μὲν ἂν ἡγεμὼν ἐγένετο τοῦ χοροῦ· τούτου δὲ πολλοῖς εἰργόμενος αἰτιάμασι, δι' ἀσμάτων, ἃ ποιῶν παρεῖχεν αὐτοῖς, ἦν ἐπὶ τῆς σκηνῆς. Quibus in verbis ἡγεμὼν τοῦ χοροῦ, is eſt qui Magiſter chori dicitur in hoc Marcellini noſtro loco, & à Philargyro in Eclogam 6. Virgilii. Apud Philonem de vita contemplativa, ἡγεμὼν καὶ ἔξαρχος vocatur. Hi Magiſtri in medio chori ſtantes comploſione pedum ac ſtrepitu cymbalorum, aut manus percuſſione modos dabant: unde & Meſochori ſunt dicti. Philo in lib. de mercede meretricis, ὧν ἐν μέσῳ καθάπερ ἡγεμὼν χοροστατοῦντα. De cymbalorum ſtrepitu locus eſt elegans apud Arrianum in Indicis: εἶδον δὲ ἔγωγε καὶ κυμβαλίζοντα ἤδη ἐλέφαντα, καὶ ἄλλους ὀρχεομένους· κυμβάλοιν τῷ κυμβαλίζοντι πρὸς τοῖν σκελοῖν τοῖσιν ἔμπροσθεν προσηρτημένοιν, καὶ πρὸς τῇ προβοσκίδι ἄλλο κύμβαλον. ὁ δὲ ἐν μέρει τῇ προβοσκίδι ἔκρουε τὸ κύμβαλον ἐν ῥυθμῷ πρὸς ἑκατέροιν τοῖν σκελοῖν. οἱ δὲ ὀρχεόμενοι ἐν κύκλῳ τε ἐχόρευον ἐν ῥυθμῷ καθότι ὁ κυμβαλίζων σφίσιν ὑφηγέετο. Id eſt: *Vidi ego aliquando elephantum cymbalum pulſantem aliis ſaltantibus, duobus cymbalis ad anteriora crura, alio ad proboſcidem appenſo. Ipſe alternatim proboſcide cymbalum in numerum ad utrumque crus pulſabat: reliqui circumſtantes choreas ducebant, ac procedebant in numerum prout ille cymbalo præibat.* Ut plurimum tamen ferream regulam habebant Meſochori ex crepidis prominentem, qua & chori cantum, & Pantomimi ipſius geſtum ac ſaltationem regebant, quemadmodum docet Libanius in Orat. pro ſaltatoribus adverſus Ariſtidem, ubi inter cetera ſic ait: κτύπου δεῖ τοῖς ὀρχησταῖς ὦ δαιμόνιε μείζονος, ὅς τά τε τοῦ χοροῦ διοικήσεται πρὸς τὴν χρείαν, καὶ τοῖς ὀρχησταῖς συμβαλεῖ πρὸς εὐρυθμίαν· οὗτος δὲ ἀπὸ ψιλοῦ τοῦ ποδὸς οὐκ ἂν ἀποχρῶν εἴη. δεῖ δὴ τινα κανόνα σιδηροῦν ἀπὸ τῆς βλαύτης ὁρμώμενον ἀρκοῦσαν ἠχὴν ἐργάσασθαι. Ceterùm ſaltante Pantomimo pauci chori canticis attendebant, nec niſi paſtores, nautæ, ejuſque farinæ homines: unius Pantomimi ſchemata ac geſtus conſpiciebantur: quem quidem ita moderari geſtum oportebat, ut ſimul cum chori cantico procederet, ſimul inciperet, ſimulque deſineret: quod συγκαταλῦσαι τῷ ᾄσματι dicit Libanius in Orat. citata. *Valeſ.*

m *Et licet feminas multas ſpectare cirratas, quibus, ſi nupſiſſent, per ætatem ter jam nixus poterat ſuppetere liberorum.*] Ridiculum eſt dicere, plurimas tum Romæ fuiſſe ſaltatrices, virgines grandes ad tria millia, quæ ſi nupſiſſent, per ætatem jam trinos liberos ſingulæ domi habere potuiſſent: quaſi ejuſdem omnes ætatis, parium omnes eſſent in concipiendo, & in perferendo enitendoque partu virium: aut quaſi etiam ætate ac viribus pares, etiam eodem (ſi placet) nuptas tempore, eumdem quoque ſingulas ac univerſas numerum liberorum, nec plus aut minus trinis neceſſariò parere, aut apud ſe habere oporteret. Præterea *nixum liberorum* pro liberis quis umquam dixit? *Nixus*, eſt conatus & labor parturientis. Et poſt partum quidem conatus ille, vel labor aut nixus conquieſcit evaneſcitque, nec de eo quidquam ſupereſt: ſupereſt autem aut *ſuppetit* tantùm infans, quem mulier enixa eſt. Sic igitur emendandum Ammianum exiſtimo: *Quibus, ſi nupſiſſent, per ætatem jam nidus poterat ſuppetere liberorum*: ſublato *ter*, quod ex ultima ſyllaba præcedentis vocabuli *ætatem* inepta repetitione ortum eſt, & nomine *nixus* in *nidus* unius litteræ mutatione converſo. Senſus eſt, haſce ſaltatrices viragines, ſi maturè nupſiſſent, per ætatem domi jam habituras fuiſſe multitudinem parvulorum liberorum, quam metaphorâ ductâ ab avibus, *nidum liberorum* Ammianus vocat. Sic Plinius in capite 111. libri XXXV quam *liberorum turbam* dixit, mox *nidum ſobolis* appellat his verbis: *Quorum verò clypeos in ſacro, vel publico privatim dicare primus inſtituit Appius Claudius. Decora res, utique ſi liberorum turbam parvulis imaginibus ceu nidum aliquem ſobolis pariter oſtendant: quales clypeos nemo non gaudens favenſque adſpicit.* Juvenalis in Sat. V. imitatus Virgilium, qui garrulas aviculas in nido cubantes, *nidos loquaces* dixerat, tres infantes *nidum loquacem* nuncupat.

Sed tua nunc Mycale pariat licèt, & pueros treis
In gremium patris fundat ſimul: ipſe loquaci
Gaudebit nido. Idem. Non tamen nec in his locis, nec in aliis, quæ collegit Nic. Heinſius ad Claudiani præfationem de III. Conſulatu Honorii, nidus notat multitudinem, nec notare poteſt, ut cuilibet facile patet. Neque declamatio, quæ ab viro doctiſſimo adverſus vulgatam lectionem inſtituitur, juſta eſt. Dicit vero Ammianus *nixus liberorum* pro puerperiis legitimis, eoque determinare videtur in numero ternario, reſpiciens ad jus trium liberorum, de quo multi multa, & præcipue nummus Ælii Cæſaris & Antonini Pii apud Angelomum. *Gron.*

n *Feminas ſpectare cirratas.*] *Cirri* ſunt cincinni & crines oblongiores, proprii puerorum & virginum. Gloſ. Μαλλὸς παιδίου καὶ ἀθλητοῦ, *Cirrus.* * Veget. de mulomed 51. de articulis: *Reſecandi ſunt cirri.* 94. Tertull. de virgin. veland. cap. 10. *Cirros Germanorum.* * In lib. Notar. *Cirrus*, *Cirritus*, *Cirritudo.* Juvenal. ---- *madido torquentem cornua cirro.* Aldhelm. de Virginit. *Formoſam vultus venuſtatem non ſibi bio confectam, vel calamiſtro cirris criſpantibus adeptam, ſed ingenitam.* Inde cirratæ puellæ, & pueri cirrati apud Perſium & D. Ambroſ.

Homerici lotophagi.] Homer. Iliad. X.

---- ὅς τις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπόν
Οὐκ ἔτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι,
Ἀλλ' αὐτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι λωτοφάγοισι
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι, *Lindenbr.*

o *Pedibus pavimenta tergentes.*] Reſtitui ſcripturam veterum librorum, quam Editio quoque Romana ac

Fro-

pavimenta [5] tergentes, [p] jactari volubilibus gyris, dum exprimunt innumera ſimulacra, quæ finxere fabulæ theatrales. Illud autem non dubitatur, quòd cùm eſſet aliquando virtutum omnium domicilium Roma, ingenuos advenas plerique Nobilium (ut Homerici bacarum ſuavitate Lotophagi) humanitatis multiformibus officiis retentabant. Nunc vero inanes flatus quorumdam, [q] vile eſſe quidquid extra Urbis pomœrium naſcitur, æſtimant, [r] præter orbos & cælibes: nec credi poteſt, qua obſequiorum diverſitate coluntur homines ſine liberis Romæ. Et quoniam apud eos, ut in capite [6] mundi, morborum acerbitates celſiùs dominantur, ad quos vel ſedandos omnis profeſſio medendi [7] torpeſcit; excogitatum eſt adminiculum ſoſpitale, ne quis amicum perferentem ſimilia videat: additúmque eſt cautionibus paucis remedium aliud ſatis validum; ut [8] famulos percontatum miſſos, quemadmodum valeant noti hac ægritudine conligati, non antè recipiant domum, quàm lavacro purgaverint corpus. Ita etiam alienis oculis viſa metuitur labes. Sed tamen hæc cùm ita tutiùs obſerventur, quidam vigore artuum imminuto, rogati ad nuptias, [ſ] ubi aurum dexteris manibus cavatis offertur, impigrè vel uſque Spoletium pergunt. Hæc [9] Nobilium inſtituta. Ex turba verò imæ ſortis & [1] paupertinæ, in tabernis aliqui pernoctant vinariis: nonnulli [t] velabris umbraculorum theatra-

5 *Mſ.* tergentis jactare. 6 *Mſ.* mundiorum acerb. 7 *Mſ.* torreſcit. 8 *Mſ.* τὸ ut *deeſt.* 9 *Mſ.* Nobilium eſt inſtituta. 1 *Steph.* paupertinæ.

Frobeniana confirmant. Primus Mariangelus Accurſius *terentes* ediderat vitiosè: tergere enim pavimentum ſaltantes propriè dicuntur, quòd præ nimia corporis agilitate vix tangunt, nedum terunt. Pavimentum autem Scenæ hîc intelligi clarum eſt, quæ teſſellato opere ſternebatur. * Gloſſæ veteres, πέλπιτον, pulpitum, pavimentum. * *Valeſ.*

p *Jactari volubilibus gyris.*] In codice Regio reperi *volvetur cyris*; neque ſecus in Editione Rom. niſi quòd *tyris* in ea legitur. Vulgata lectio eſt ex emendatione P. Caſtelli, quam equidem non damno. Malim tamen legere: *Jactari volucribus gyris.* Idem.

q * *Vile eſſe quidquid extra Urbis pomœrium naſcitur, æſtimant.*] Idem dicit Themiſtius pag. 129. * Idem.

r *Præter orbos & cælibes: neque credi poteſt.*] Petron. Arbit. *In hac urbe nemo liberos tollit. Quia quiſquis ſuos habet heredes, nec ad cenas, nec ad ſpectacula admittitur, ſed omnibus prohibetur commodis, inter ignominioſos latitat. Qui verò nec uxores umquam duxerunt, nec proximas neceſſitudines habent, ad ſummos honores perveniunt.* De orbis exſtat locus apud Tacit. in Dialogo de orat. * Tertull. de Patient. cap. ult. *Aucupandis orbitatibus omnem coacti obſequii laborem mentitis adfectionibus tolerat.* Horat. in Satyr. ubi Ulyſſ. & Tireſias colloquuntur. Seneca de Conſolat. ad Marciam cap. 19. p. 338. * *Lindenbr.*

ſ *Ubi aurum dextris manibus cavatis offertur.*] Sportulam nuptialem intelligit. Plin. libr. x. Epiſtol. cxvii. *Qui virilem togam ſumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magiſtratum, vel opus publicùm dedicant, ſolent totam bulen, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare, binoſque denarios vel ſingulos dare.* Vid. Apul. Apolog. Symmach. lib. 3. Epiſt. 24. lib. 4. Epiſt. 55. *Idem.*

t *Velabris umbraculorum theatralium.*] Apud Valerium Maximum, ex quo hæc deſumta ſunt, legitur *velorum umbraculis.* magis Latinè. Ceterùm de his theatralibus velis loquitur Propertius lib. 4. Elegia 1.

Nec ſinuoſa cavo pendebant vela theatro.
Pulpita ſollemnes non oluere crocos.

Quod diſtichon imitatus videtur Ovidius in Arte amandi lib. 1.

Tunc neque marmoreo pendebant vela theatro,
Nec fuerant liquidò pulpita rubra croco.

Plura de his velis notavit Lipſius in lib. de Amphitheatro cap. 17. *Valeſ.*

lium latent, quæ Campanam imitatus laſciviam [v] [x] Catulus [y] in ædilitate ſua ſuſpendit omnium primus: aut [z] pugnaciter aleis certant, turpi ſono fragoſis naribus introrſum reducto ſpiritu concrepantes: aut quod eſt ſtudiorum omnium maximum, [2] ab ortu lucis ad veſperam [a] ſole fatiſcunt vel pluviis, [3] per minutias aurigarum [b] equorúmque præcipua, vel delicta ſcrutantes. [c] Et eſt admodum mirum, videre plebem innumeram mentibus ardore quodam infuſo, cum dimicationum curulium eventu pendentem. Hæc ſimiliáque memorabile nihil vel ſerium agi Romæ permittunt. Ergo redeundum ad textum.

2 τὸ lucis *deeſt al.* 3 *al.* præmia aurigarum equorúmque præcipua. *Steph.* vel præcipuas delitias.

---

v *Catulus in Ædilitate.*] Valer. Maxim. lib. 2. cap. 4 *Religionem ludorum creſcentibus opibus ſecuta lautitia eſt: ejus inſtinctu Q. Catulus Campanam imitatus luxuriam, primus ſpectantium conſeſſum velorum umbraculis texit.* De Campana luxuria idem Valer. lib. 9. cap. 1. *Lind.*

x *Catulus in ædilitate ſua.*] Valerius Maximus id à Q. Catulo in ædilitate factum eſſe non dicit. Itaque id de ſuo admenſus eſt noſter Marcellinus: in quo vereor ne eum ratio fugerit. Plinius enim lib. 19. initio, Catulum ſcribit primum omnium velis texiſſe theatrum, cùm Capitolium dedicaret. Dedicavit autem Capitolium Catulus Q. Metello & Q. Hortenſio Coſſ. Olympiadis 177. anno ultimo, ut ſcribit Caſſiodorus in Chronico, & Phlegon in Olympiadum fragmento apud Photium: quod confirmat Cicero in Verrem de ſignis, quam orationem habuit Pompeio & Craſſo Coſſ. ſub anni finem, cùm Metellus & Hortenſius jam Conſules deſignati eſſent. *Hoc loco*, inquit, *Q. Catule, te appello: tuus eſt enim honos in illo templo, Senatus populique R. beneficio: tui nominis æterna memoria ſimul cum templo illo conſecratur, &c.* Quibus verbis ſatis innuit Cicero nondum eo tempore quo agebat, Capitolium dedicatum fuiſſe: quod ſequentibus demum Coſſ. ut dixi, à Catulo dedicatum eſt. At eo anno Catulus & Conſularis erat, & Cenſorius, nedum Ædilis: immò & Princeps civitatis, ut ſcribit Valerius Max. lib. 6. cap. 9 Agellius lib. 2. cap. x. hunc Catulum Curatorem Capitolii reficiundi nominat. *Valeſ.* Gellio dicitur *curator reſtituendi Capitolii.* At verbum reficere in eo uſurpat Suetonius Julio 15. *de refectione Capitolii.* Gron.

y *In Ædilitate.*] Nempe cùm Capitolium dedicaret. Plin. lib. 19 cap 1. *Idem.*

z * *Pugnaciter aleis certant.*] Vide Chryſoſtomum in Homilia xv. ad populum Antiochenſem pag. 197. & in Homilia vi. in Geneſim ſub finem. * *Valeſ.*

a * *Sole fatiſcunt vel pluviis.*] Quanto ardore ad ſpectacula populus conveniret, illud vel maximè indicio eſt, quòd totos dies nudo capite in Circo vel in Theatro perſtabat, Solis æſtum aut imbrem excipiens. Quippe hæc ſpectaculorum lex erat, ut ſpectatores nudis capitibus eſſent; quemadmodum ſcribit Baſilius in Homilia vi. in Hexameron: Καὶ τοῦτο ἐκ τῶν πανηγυρικῶν θεσμῶν ἄν τις κατίδοι, οἱ τοὺς συγκαθεζομένους εἰς τὸ στάδιον γυμνῇ καθῆσθαι τῇ κεφαλῇ διαγορεύουσιν. Idem frequenter inculcat Chryſoſtomus, ut auditores ſuos ad audiendum excitet. Sic in Homilia iv. de verbis Eſaiæ pag. 871. οὐχ ὁρᾷς τοὺς ἐν θεάτρῳ καθημένους, πῶς ἱδρῶσι, καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τὴν ἀκτῖνα δέχονται, ἵνα γένωνται θανάτου αἰχμάλωτοι, ἵνα πόρνης δοῦλοι. Et in oratione iii. adverſus Judæos, de Olympiis quæ Antiochiæ celebrabantur, tomo 1. pag. 485. Καὶ γὰρ ἄτοπον, ἐν Ὀλυμπιακοῖς μὲν καθημένους θεάτροις ἐκ μέσων νυκτῶν εἰς μεσημβρίαν μέσην καρτερεῖν ἀναμένοντας ἰδεῖν εἰς τίνα ὁ στέφανος περιστήσεται, καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ θερμὴν δέχεσθαι τὴν ἀκτῖνα. Et hoc quidem in gymnicis dumtaxat & ſacris certaminibus ſtatutum ac uſitatum fuiſſe, indicare videntur ipſi ambo Baſilius & Chryſoſtomus. Sed tamen idem de Circenſibus ac de ceteris theatralibus ſcribit Chryſoſtomus in Homilia vi. in Geneſim, & in Homilia iv. de Anna, non procul ab initio. *

[Sed quomodo plebs Romana in ſpectaculis, *Sole fatiſcere vel pluviis* potuit, ſi (ut docet ibidem ipſemet Ammianus) etiamtum vela Romæ in uſu erant, quibus adductis Solis ardor refringebatur, ne apertis capitibus ſpectatorum noceret? An ſoli Senatores, ſoli optimates & divites Romæ ſub velis & in umbra ſpectabant, plebe excluſa, & radiis Solis ac imbribus expoſita? Cæſareæ quidem Cappadociæ, & Antiochiæ, atque etiam Conſtantinopoli vela theatralia uſui fuiſſe non puto: ita ut Baſilius & Chryſoſtomus jure ſcribere potuerint, his in urbibus ſpectatores ſedentes uſque ad meridiem nudis capitibus radios Solis excipere conſueviſſe.] *Idem.*

b *Equorumque præcipua vel delicta ſcrutantes.*] Sic inf. lib. 30. *Intra probra medium & præcipua.* Lib. 21. *Præcipua prima conveniet expediri.* Multo autem aliter in retro Editionibus, ut in Collectaneis variar. lectionum notatum. *Lindenbr.*

c * *Et eſt admodum mirum, videre plebem.*] Quæ hoc loco graviter ab Ammiano de inſano Circenſium ludorum populi ſtudio narrantur, cum iis graphicè conveniunt, quæ Tertull. eandem in rem narrat, de Spectaculis cap. 16. *Aſpice populum ad id ſpectaculum cum furore venientem.* Idem.

CAP. VII. [d] Latiùs jam diſſimulatâ licentiâ onerosſus bonis omnibus Cæſar, nullum poſt hæc adhibens modum, Orientis latera cuncta vexabat, nec honoratis parcens, nec urbium primatibus, nec plebeiis. Denique [e] [f] Antiochenſis ordinis vertices ſub uno elogio juſſit occidi; ideo efferatus, quòd ei celebrari vilitatem intempeſtivam urgenti, cùm impenderet inopia, graviùs rationabili reſponderunt: [g] & periſſent ad unum, ni Comes Orientis tunc Honoratus fixâ conſtantiâ reſtitiſſet. Erat autem diritatis [4] ejus hoc quoque indicium, nec obſcurum, nec latens, quòd ludicris cruentis delectabatur, & in circo ſex vel ſeptem aliquoties [h] [i] vetitis certaminibus pugilum viciſſim ſe concidentium, perfuſorúmque ſanguine ſpecie ut lucratus ingentia lætabatur. [5] Accenderat ſuper his incitatum propoſitum ad nocendum aliqua mulier vilis, quæ ad palatium ut popoſcerat intromiſſa, [k] inſidias ei latenter obtendi prodiderat ab militibus obſcuriſſimis: quam [6] Conſtantina exſultans, ut in tuto jam locata mariti ſalute, muneratam vehiculóque impoſitam, per regiæ januas emiſit in pu-

4. τὸ ejus *mſ. deeſt.* 5. *Mſ.* Accederat. 6. *Mſ.* Conſtantia.

---

d *Latius jam diſſimulata licentia.*] Faciliùs ſenſum intelligas quàm verba. Immò verba ſenſum planè ſubvertunt: quid enim ſibi volunt hæc? *diſſimulatâ licentiâ.* Omnino *diſſeminatâ* voluit dicere. *Valeſ.*

e *Antiochenſis ordinis vertices.*] Ut Romæ & Conſtantinopoli erat album Senatorium, in quo Senatorum omnium erant nomina perſcripta, ita & in civitatibus reliquis erat album Decurionum, cujus mentio fit apud Julianum in Miſopogone, & in Jure creberrimè. Qui Primores erant in hoc albo, ii *ordinis vertices* dicuntur hoc loco. Procopius in Anecdotis ſub finem: Ἀνατόλιός τις ἦν ἐν Ἀσκαλωνιτῶν λευκώματι τὰ πρωτεῖα ἔχων. Id eſt: *Anatolius erat quidam inter Primores curiæ Aſcalonitarum.* Hos *primarios curiarum* vocat lex 39. Cod. Theod. de Decurionibus, his verbis: *Tam primarios curiarum, quàm hos qui Magiſtratus gerunt atque geſſerunt, ſinceritas tua incitare debebit.* Vide titulum in Pandectis de albo ſcribendo. * Chryſoſtomus in Homilia XXXVIII. in Epiſtolam priorem ad Corinthios, τοὺς τὰ πρῶτα πολιτευομένους appellat. * *Idem.*

f *Antiochenſis ordinis vertices.*] Ita ex Mſ. vulgo, *denique Antiochiæ ordinis verendi duces.* Confirmant ipſiſſima Ammiani verba noſtram emendationem. Sic enim infr. *honorum vertices*, & *principiorum vertices.* Hiſtoriam tangit Hieronym. in Chron. *Nonnulli Nobilium Antiochiæ à Gallo interfecti.* Lindenbr.

g *Et periſſent ad unum*, &c.] De hac Galli Cæſaris crudelitate intelligendus eſt Libanius in Orat. de vita ſua, pag. 4. cùm ait: ζάλη τις κατειλήφει τὸ κοινὸν, ὀργὴ ἡ βασιλέως εἰς φόνον προελθοῦσα· καὶ οἱ μὲν ἔκειντο, τοὺς δὲ ὡς κτενοῦσιν ἔδησεν, ἅπαντας ἀγαθούς. Inter quos & magiſtrum ſuum fuiſſe dicit: quem qua arte ex Galli manibus ſervaverit ibidem docet. *Valeſ.*

h *Vetitis certaminibus pugilum.*] Lipſius lib. 1. Saturnalium cap. 12. hæc verba de gladiatoribus accepit, quorum cruenta ſpectacula lege Conſtantini Magni vetita fuerant. Equidem gladiatores πύκτας dici & πυκτεύειν libens conceſſerim, quippe cùm & Artemidori locus ille quem indicat Lipſius, id probet; & alter ejuſdem Auctoris in lib. 5. cap. 59. ἀπεγράψατο εἰς μονομαχίαν, καὶ πολλοῖς ἔτεσιν ἐπύκτευσεν ἀπότομον πυγμήν. & Euſebius lib. 8. Hiſt. cap. 17. & 18. Sed tamen gladiatores Latinè pugiles dici, vix in animum meum inducam. Nec quidquam obſtat, quominus hic locus intelligatur de pugilibus qui cæſtibus dimicabant. Nam cruenta hujuſmodi pugilum fuiſſe certamina, ſatis conſtat ex Poëtis: apud quos victus, ſemper malè mulcatus & cruentus abit ex certamine. *Idem.*

i *Vetitis certaminibus pugilum.*] Non ſine ratione vetita certamina vocat τῶν μονομάχων: quippe quæ Conſtantinus Imp. ſuſtulerat. Euſeb. & Sozom. in Hiſtor. Eccleſ. L. 1. C. Theodoſ. de gladiator. quæ nunc unica eſt in C. Juſtin. eod. Tit. Cui tamen legi patientiam populus haud præbuit; tantâ inſaniâ ferebatur invicem ſe conficientes ſpectare gladiatores. Quare inſecuti Impp. Conſtantius, Julianus Arcad. & Honor. ut tam cruenta ſpectacula penitus abolerentur, ſub comminatione majoris pœnæ eadem interdicere neceſſum habuere, l. 2. 3. C. Theod. de gladiatorib. *Lindenbr.*

k *Inſidias ei latenter obtendi.*] Codex Regius habet, *inſidias in eum latenter obtendi.* In Editione Rom. *ei in latenter obtendi.* Ceterùm hanc hiſtoriam fuſiùs enarratam apud Zonaram unum reperi. Is in geſtis Conſtantii ſcribit, Magnentium poſt Murſenſe prælium rebus jam ferè deſperatis quemdam ex familiaribus clam miſiſſe, qui Gallum Cæſarem Antiochiæ interficeret: eo conſilio ut Conſtantium variis curis diſtineret, & ad Orientis tutelam averteret. Miles igitur cui cædes Galli mandata fuerat, quò occultior eſſet, apud anum quamdam divertit juxta fluvium Orontem. Jámque ſtructis inſidiis, ac multis militibus ad ſocietatem adjunctis,

blicum, ut iis illecebris alios quoque ad indicanda proliceret paria vel majora. Poſt hæc Gallus Hierapolim profecturus, ut expeditioni ſpecie tenus adeſſet, Antiochenſi plebi ſuppliciter obſecranti, ut inediæ diſpelleret metum, quæ per multas difficiléſque cauſas [l] affore jam ſperabatur, non (ut mos eſt Principibus, quorum diffuſa poteſtas [m] localibus ſubinde medetur ærumnis) diſponi quidquam ſtatuit, vel ex provinciis alimenta transferri conterminis: [n] ſed Conſularem Syriæ Theophilum propè adſtantem, ultima metuenti multitudini dedit, aſſiduè replicando, quòd invito rectore nullus egere poterit victu. Auxerunt hæc vulgi ſordidioris audaciam: & cùm ingraveſceret penuria commeatuum, [o] famis & furoris impulſu, Eubuli cujuſdam inter ſuos clari

veſperi inter cenam cum quibuſdam conſciis de ea re apertiùs loqui cœpit coram hoſpita anu, quam ob ſenium facilè contemnebant. Sed illa perceptis omnibus, cùm hoſpitem vino gravem obdormiſſe ſenſiſſet, clam tugurio egreſſa urbem petit, rémque omnem Cæſari aperit. Miſſi ilico milites Magnentianum illum corripiunt: atque ille tormentis admotis inſidias confeſſus eſt: de confeſſo & conſciis omnibus ſupplicium ſumtum. Hæc Zonaras. *Valeſ.*

l *Affore jam ſperabatur.*] Pluries hoc ſignificatu utitur Ammian. τῷ *ſperare*: * pag. 107. 156. 157. 161. 257. 298. Vid. Tertull. p. 317. n. 11. & de Pœnit. c. 12. *Id in ſibi de die ſperent.* * Firmic. lib. VIII. *Imminentium culminum ſperet ruinas ac metuat.* Panegyr. Conſtantino dictus: *Quid aliud illum ſperaſſe credendum eſt, qui jam ante biduum palatio emigraverat?* Vetus Mſ. Scholiaſt. Lucan. lib. IV. *Sperare ſalutem. Proprie dixit ſperare: ſperamus enim bona. Sic ipſe alibi: - - Liceat ſperare timenti. Virgil. autem improprie dixit: Si potuit tantum ſperare dolorem.* Lindenbr.

m *Localibus ſubinde medetur ærumnis.*] Locales ærumnas dixit, ut Oroſius *locales miſerias*, lib. 1. cap. 2. * Tertull. Apolog. cap. XX. *Fames & lues, & locales quæque clades, & frequentiæ plerumque mortium vaſtant.* Idem ad Scapulam cap. 3. *Ira Dei localis*, cui opponitur *univerſalis & ſumma.* * Idem.

n *Conſularem Syriæ Theophilum.*] Tres omnino erant provinciæ Syriarum ætate Marcellini, ut ipſe infrà teſtatur, Phœnice, Cœle, & Palæſtina: quarum ſingulæ Conſularem habuere, ut eſt in Notitia Imperii Romani. Sed Cœle propriè Syria dicta eſt, teſte Ammiano Marcellino infrà in hoc libro, ubi Orientis provincias deſcribit, & Itinerario Burdigalenſi. Ex quo apparet, aliter apud veteres Syriam Cœlen, aliter poſteriori ætate terminatam fuiſſe. Nam antiqui Syriam Cœlen vocabant, propriè quidem eam quæ Libano atque Antilibano montibus concludebatur: latiùs verò ſumto vocabulo omnem eam regionem, quæ ſupra Seleucidem in Ægyptum & Arabiam uſque protenditur, ut docet Strabo lib. 16. Poſteriores verò etiam Seleucidem ipſam uſque ad Commagenem Cœles Syriæ nomine complexi ſunt: ejúſque caput fuit Antiochia. Eunapius in vita Libanii: Λιβάνιον δὲ Ἀντιόχεια μὲν ἐξέδωκεν ἡ τῆς κοίλης καλουμένης Συρίας πρώτη πόλεων. In Tabula Peutingerorum. *Syria Colle* perperam nominatur. Sed hæc, ut dixi, propriè & κατ' ἐξοχὴν Syria dicebatur: ut apud Spartianum in Hadriano: *Antiochenſes inter hæc ita odio habuit, ut Syriam à Phœnice ſeparare voluerit, ne tot civitatum metropolis Antiochia diceretur.* Ætate quippe Hadriani unus legatus Syriæ omnibus Syriarum provinciis præerat, íſque Antiochiæ ſedebat: ſed poſtea id quod Hadrianus cogitârat, impletum fuit. Syria enim à Phœnice ſeparata eſt, ſeu potiùs Syriaca juriſdictio à juriſdictione Phœnices disjuncta. Utraque enim proprium Conſularem habuit: ſed Conſularis Cœles Syriæ propriè & ἐξόχως Conſularis Syriæ dictus. Hanc Conſularis Syriæ dignitatem ita deſcribit Marcellinus in lib. 23. *Antiochiam egreſſurus Heliopoliten quemdam Alexandrum Syriacæ juriſdictioni præfecit.* Conſulares autem hi ſenis faſcibus ornabantur, ut docet Rutilius Numatianus lib. 1. Itinerarii.

Namque pater quondam Tyrrhenis præfuit arvis,
Faſcibus & ſenis credita jura dedit.

Hinc Conſularitatis faſces in Cod. Theod. dicuntur, lege ult. ad legem Jul. de ambitu. Nec ſolùm faſces, ſed & ſecures habebant, teſte Caſſiodoro lib. 6. formula 20. *Valeſ.*

o *Famis & furoris impulſu, Eubuli cujuſdam, &c.*] Ita hunc locum & emendavi & interpunxi, partim ex Mſſ. codicibus, partim ex Editione Auguſtana. Emendationem verò hanc noſtram egregiè confirmat Libanius in Oratione de vita ſua, ubi hanc Antiochenſis plebeculæ ſeditionem ſic perſtringit. ἀναβὰς ἡμῖν ἀνεψιὸς ἀσθμαίνων τὸν μὲν ἄρχοντα ἔσω τεθνεῶτα ἕλκεσθαι, παιδιὰν ποιουμένων τῶν κτεινάντων τὸν νεκρόν. Εὔβουλον δὲ σὺν τῷ παιδὶ δρασμῷ τοὺς ἐκείνων ἀποφυγόντα λίθους εἰς ὀρῶν τινὰς κορυφὰς ἀναφυγεῖν. τοὺς δὲ ἁμαρτόντας τῶν σωμάτων, εἰς οἰκίαν τὴν ἐκείνων ἀφεῖναι τὸν θυμόν, καὶ καπνὸς ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἄγγελος. Id eſt: *Cognatus meus anhelans Conſularem quidem occiſum per ſummum ludibrium ab interfectoribus trahi nuntiat. Eubulum verò unà cum filio evitatis furentis populi lapidibus ad montium vertices evaſiſſe: at populum cui corpora illorum elapſa eſſent, in ædes eorum effudiſſe iram: & hic, inquit, fumus incendii index eſt.* Julianus quoque in Miſopogone ad calcem, eam-

[p] domum ambitioſam ignibus ſubditis inflammavit: rectorémque ut ſibi judicio imperiali addictum [q] calcibus inceſſens & pugnis, conculcans ſeminecem laniatu miſerando diſcerpſit. Poſt cujus lacrymoſum interitum, in unius exitio quiſque imaginem periculi ſui conſiderans, documento recenti ſimilia formidabat. Eodem tempore [r] Serenianus ex Duce, cujus ignaviâ populatam [s] in Phœnice Celſen antè retulimus, pulſatæ majeſtatis imperii reus [t] jure poſtulatus ac lege, incertum qua potuit ſuffragatione abſolvi: apertè convictus, familiarem ſuum cum pileo, quo caput operiebat, incantato vetitis artibus, ad templum miſiſſe fatidicum, [7] quæritatum expreſsè an ei [v] firmum portenderetur imperium, ut cupiebat, & cunctum. Dupléxque iiſdem diebus acciderat malum, quòd & Theophilum inſontem atrox [8] interceperat caſus, & Serenianus dignus exſecratione cunctorum, innoxius [x] modò non reclamante publico vigore diſceſſit. Hæc ſubinde Conſtantius audiens, & quædam [y] referente Thalaſſio doctus, quem obiſſe jam compererat lege communi: ſcribens ad Cæſarem blandiùs, adjumenta paullatim illi ſubtraxit, ſollicitari ſe ſimulans, [9] ne, [z] uti

7 *Mſ.* quæritatum práeſa. 8 *Mſ.* interceperat. 9 *Mſ.* ne vitiae.

dem tangit hiſtoriam his verbis: *ὐδὲν ὑμᾶς ὑπομνήσας ὧν ἐπιαυτοῖς ἔμπροσθεν ἐννέα δίκαια δρῶντες εἰς ἀλλήλους εἰργάσασθε· φέρων μὲν ὁ δῆμος ἐπὶ τὰς οἰκίας τῶν δυνατῶν τὴν φλόγα, καὶ ἀποκτιννὺς τὸν ἄρχοντα.* Valeſ.

p *Domum ambitioſam.*] Ovid. Triſt. 1. Eleg. 8. *Nota quidem, ſed non ambitioſa domus.* Ammian. inf. *ambitioſum templum. -- ambitioſus magiſter. -- ambitioſa menſa, &c.* Lindenbr.

q *Calcibus inceſſens & pugnis, conculcans ſeminecem.*] Sic interpungendum eſſe hunc locum exiſtimavi. Ceterùm Libanius in Orat. ad Theodoſium A. de ſeditione Antiochena ait, hunc Theophilum, optimum alioquin Rectorem, dum Circenſes ſpectaret, à quinque aut ſex fabris ærariis proturbatum atque humi afflictum fuiſſe: ac Conſtantium eo facinore graviter commotum, ilico miſiſſe Strategium Præfectum Præt. (quem Muſonianum aliter dictum fuiſſe, teſtatur Marcellinus in fine libri 15.) ut in cædis auctores animadverteret. Venit igitur Antiochiam Strategius poſt Thalaſſii Præt. obitum, antequàm Domitianus ſucceſſor in locum Thalaſſii miſſus fuiſſet. Theophilo autem Conſulari Syriæ ſucceſſit Nicentius, ut ſcribit Libanius in Orat. de vita ſua: quamquam ibi Νοκέντιος, exaratum eſt: & in Mſ. codice quem vidi, ἰνοκέντιος legitur. Sed Nicentium malo ex Libanii Epiſtolis, quas aliquando, ſi Deus juverit, in lucem edemus. *Valeſ.*

r *Serenianus ex Duce.*] Ex Duce Phœnices intellige: quod confirmant ea quæ ſequuntur. *Cujus ignaviâ populatam in Phœnice Celſen ante retulimus.* Idem.

ſ *In Phœnice Celſen.*] Reſtituimus hoc loco Regii codicis * & Toloſani * ſcripturam, quam Editio quoque Romana agnoſcit. P. Caſtellus *Cœlen* ediderat, imperitè ut ſolet. Nam Cœle pars eſt Syriæ, ut & Phœnice. Celſe igitur caſtellum fuit in Phœnice, cujus tamen nulla, quod ſciam, mentio fit apud veteres. Niſi fortè eadem ſit Thelſea, caſtellum in Phœnice, cujus mentio fit in Notitia Imperii Romani, * & in Antonini ſeu Æthici Itinerario. * *Idem.*

t *Jure poſtulatus ac lege.*] Sic correxi ex codice Regio, * & Toloſano. * *Idem.*

v *Firmum portenderetur imperium, ut cup. & cunctum.*] In omnibus exemplaribus hic locus prava interpunctione corruptus erat. Primus Sigiſmundus Gelenius, quem Frobenianæ Editioni præfuiſſe monuimus, emendavit: *Et junctum dupléxque iiſdem, &c.* contra fidem omnium librorum, & ſine ratione. Cur enim junctum diceret Marcellinus utrumque facinus? Nos ſola interpunctione commutata locum priſtino nitori reſtituimus. * Emendationem verò noſtram Codex Toloſanus nobis poſtea confirmavit. * *Idem.*

x *Modo non reclamante publico vigore.*] *Modò non* idem valet ac *tantumnon*, quæ ὑφ' ἓν ſcribi ac legi debent. Ut apud Græcos μονονὺ, & ἰσονὺ apud Thucydidem. *Idem.*

y *Referente Thalaſſio doctus, quem moviſſe jam compererat lege communi.*] Fortè ſcripſit Ammian. *quem obiſſe jam comp. l. c.* id eſt, quem communi lege vivendi jam defunctum eſſe intellexerat. *Lindenbr.*

z *Ne quod militare otium fere tumultuoſum.*] In Editione Romana inter primam ac tertiam vocem relicta erat lacuna. Sed P. Caſtellus, cui id propoſitum erat, ut nullam in Editione ſua lacunam relinqueret, inſerto eo vocabulo quod hactenus retinuere Editiones omnes, lacunam explevit prorſus infeliciter. Nam & dictio illa ſenſum hîc nullum habet, & à ſcripta lectione nimium quantum diſcedit. In Regio enim codice * & Toloſano * legitur: *Ne vitiaet militare otium.* Neque aliter ha-

eſt [a] militare otium ferè tumultuoſum, in ejus perniciem conſpiraret, [b] ſolíſque [c] Scholis juſſit eſſe contentum Palatinis & [d] Protectorum, cum [e] Scutariis

buit codex Florentinus quo uſus eſt Lindenbrogius. Unde non abſurdè quis conjiciat ita legendum eſſe: *Ne, uti eſt militare otium fere tumultuoſum, &c.* Valeſ.

a *Militare otium fere tumultuoſum.*] Veget. lib. III. cap. IV. *Interdum movet tumultum ex diverſis locis collectus exercitus, & cùm pugnare nolit, iraſci ſe ſimulat, cur non ducatur ad bellum: quod ii præcipuè faciunt, qui in ſedibus otioſe delicateque vixerunt.* Lindenbr.

b *Solíſque Scholis juſſit eſſe contentum Palatinis.*] Scholæ generaliter dicuntur ædificia, ubi convenire ſolent homines plurimi, aut ſtudendi, aut præſtolandi, aut conferendi, aut alterius rei gratiâ. Sic Scholæ in balneis dicebantur, ubi poſteriores occupato a prioribus labro conſiſtebant, teſte Vitruvio in lib 5. cap. 10. Eadem ratione Schola Quæſtorum, Schola Galli, Schola Capulatorum, Schola Caſſii, & Schola Xantha dicuntur apud Rufum & Victorem deſcriptione urbis Romæ. Erant enim loca, in quæ conveniebant Scribæ, Præcones Quæſtorii, aut Ædilicii, aut aliorum Magiſtratuum. Verbi gratiâ, Schola Quæſtorum, erant ædes in quas Scribæ Librarii Quæſtorii coibant. Plerumque autem eæ Scholæ à Curatoribus aut Inſtauratoribus nomen ſumebant, ut Schola Xantha dicta eſt, quam A. Fabius Xanthus Curator Scribis, Librariis, & Præconibus Ædilium Curulium refecerat, ſignîſque & marmoribus ornaverat de ſua pecunia, quemadmodum eſt in veteri Inſcriptione apud Philandrum. Hæ Scholæ ferè porticibus adjungebantur, ut præter Plinium lib. 36. docent Feſtus & Victor ſuprà citati: ſolebántque ſtatuis & imaginibus ornari. Vetus Inſcriptio: SCHOLA. CUM. STATUIS. ET. IMAGINIBUS. ORNAMENTISQUE. Habuerunt & milites Scholas ſuas. Nam Scholæ Speculatorum mentio fit in veteri Inſcriptione. SCHOLA *Speculatorum Legionum I. & II. Adjutricum P. F. refecta per eoſdem, quorum nomina infrà ſcripta ſunt.* Ab hac origine Scholæ Palatinæ dictæ videntur, cohortes militum qui pro Palatio excubabant: eò quòd ſcilicet Scholas ſeu ædes haberent juxta Palatium. Quò referre ſoleo locum veteris Scriptoris apud Suidam in διάδειον. ὡς δὲ καὶ ἔγνων τῇ εἰσόδῳ χρήσασθαι, ἄφαντες αὖθιν διαδεῖν κατὰ τὰς οἰκίας τῶν λεγομένων σχολῶν εἰσκόμιζον. Harum Scholarum meminit iterum Marcellinus infrà in hoc libro, cùm dicit: *Palatinarum primos Scholarum allocutus eſt mollius.* Erant autem omnes ſub diſpoſitione Magiſtri Officiorum, ut docet Notitia Imperii Romani, ubi ordine recenſentur. Singulæ tamen Scholæ Tribunos atque etiam Comites habuerunt, ut patet ex lege unica Cod. de Comitibus & Tribunis Scholarum, lege 3. Cod. de Magiſtro Officiorum, lege 8. de erogatione militaris annonæ. Marcellinus Comes in Chronico: *Romanus,* inquit, *Comes Domeſticorum, & Ruſticus Comes Scholariorum.* Denique Procopius in lib. 4. Gothicorum, pag. 363. de Indigiſal qui ad Juſtinianum confugerat loquens, ſic ait: ἄρχοντά τε κατέστησεν σχολῆς τῆς ἐπὶ τῇ παλατίου φυλακῇ τεταγμένων λόχων, οὕσπερ σχολὰς ὀνομάζουσι. *Eum Juſtinianus Tribunum ſeu Comitem conſtituit unius ex cohortibus, quæ ad Palatii cuſtodiam deputatæ ſunt, quas vulgò Scholas appellant.* Atque hæ propriè Scholæ & ſimpliciter dicuntur, & milites qui in iis militant, Scholares, lege I. Cod. Th. qui à præbitione tironum, & in Codice Juſtiniani non ſemel. Procopius in Anecdotis & Agathias in lib. ult. σχολαρίους appellant, eóſque ter mille ac quingentos numero fuiſſe, & ampliora ceteris militibus accepiſſe ſtipendia teſtantur. Præter has Scholas, variæ quoque Scholæ fuerunt: ſed eæ nonniſi cum additamento Scholæ dicebantur, ut Scholæ Domeſticorum, Scholæ Protectorum, Scholæ Exceptorum, Singulariorum, Chartulariorum in utroque codice. Eſt & Schola Palatina in Codice Juſtiniani lege 2. de Judiciis: Schola ſcilicet Palatinorum, qui ſacris largitionibus miniſtrabant: de quibus infrà dicturi ſumus: ſed hæc Palatinorum Schola nihil ad hunc Marcellini noſtri locum. Quippe conſtat Cæſares eo tempore nec privatum ærarium, nec largitiones habuiſſe: ut docet Marcellinus lib. 22. initio, his verbis: *Cùm enim Cæſar in partes mitteretur Occiduas, nulla poteſtate militi quidquam donandi data, Urſulus datis literis ad eum qui Gallicanos tuebatur theſauros, quidquid poſceret Cæſar, juſſerat dari.* Valeſ.

c *Scholis juſſit eſſe contentum Palatinis.*] De hiſce ſcholis quædam notamus ad lib. XXV. *Lindenbr.*

d *Et Protectorum.*] Præter Scholares, de quibus modò dixi, erant in Palatio dignioris ordinis milites alii, qui majora quoque ſtipendia merebant, utpote qui majore pretio eam dignitatem aſſequerentur. Ii Domeſtici ac Protectores dicebantur, ut Procopius ſcribit in Anecdotis. Ac de Domeſticis quidem dicemus infrà. Protectores autem dicti ſunt, ex eo quòd Principis latus protegerent, ut docet lex 9. Codicis Theod. de Protectoribus. In Gloſſis Græcis ὑπασπισταὶ & ὑπερασπισταὶ dicuntur. Hegeſippus lib. I. cap. 44. *Hic erat Protector meus, cui credebam corporis ſenilis cuſtodiam*: quæ converſa ſunt ex his Joſephi: ὁ ὑπερασπιστὴς ὁ ἐμὸς, ὁ σωματοφύλαξ. Horum alii in comitatu manebant; alii in provincias cum Comitibus & Magiſtris militum mittebantur, ut ex variis Marcellini noſtri locis colligitur: ídque diſertè teſtatur Procopius loco citato: quidam etiam ad cuſtodiam limitis ex ea Schola erant deputati. Menander Protector lib. 8. Hiſtoriæ. ὁ δὲ γε τῶν μεθορίων λεγόμενος προτίκτωρ, (δηλοῖ δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ ἐς τοῦτο καταλεγόμενον ἀξίας τῶν βασιλέων προασπιστήν) &c. Id eſt: *Protector autem limitis, (quo nomine apellant Romani eum qui Principis latus protegit) &c.* Addit Menander Protectorum limitis jam inde à priſcis temporibus id officium fuiſſe, ut tabernacula appararent, in quibus Legati Rom. ac Perſarum congrederentur. Hujuſmodi Protectorum qui limites & itinera cuſtodiebant, mentio fit lege I. Cod. Theod. de Protectoribus, & lege 3. de litorum & itinerum cuſtodia. Horum Schola videtur fuiſſe ſub diſpoſitione Comitis Domeſticorum. Primus autem eam inſtituit Gordianus junior, ſi Cedreno credimus.

&[f] Gentilibus : & mandabat [g] Domitiano, ex Comite [1] Largitionum, Præfecto, ut cùm in Syriam venerit, [h] Gallum, quem crebrò acciverat, ad Italiam properare blandè hortaretur & verecundè. Qui cùm veniſſet ob hæc feſtinatis itineribus Antiochiam, præſtrictis palatii januis, [i] contempto Cæſare, quem videri decuerat, ad Prætorium cum pompa ſollemni perrexit: [2] morbóſque diu cauſatus, nec regiam introiit, nec proceſſit in publicum: ſed abditus multa in ejus moliebatur exitium, addens quædam [k] relationibus ſupervacua, quas ſubinde dimittebat ad Principem. Rogatus ad ultimum, admiſſúſque in conſiſtorium, ambage nulla prægreſſa, inconſideratè & leviter; *Proficiſcere*, inquit, *ut præceptum eſt*, *Cæſar*, *ſciens quòd ſi ceſſaveris*, [l] *& tuas & palatii tui auferri jubebo propediem annonas.* Hócque ſolo contumaciter dicto, ſubiratus abſceſſit, nec in conſpectum ejus poſtea venit ſæpius [3] arceſſitus.

1 *Mſ.* Largitionum Præfecto provecto. 2 *Steph.* morboque diu vexatus. 3 *Mſ.* arceſſitus.

Sanè ante Conſtantinum eam fuiſſe, docent Excerpta de geſtis Conſtantini, in quibus Conſtantius ejus pater, primùm Protector, dein Tribunus fuiſſe dicitur: & vetus Inſcriptio ante Conſtantini tempora. FLORIO. BAUDIONI. VIRO. DUCENARIO. PROTECTORI. Spartianus in Caracalla Protectorum meminit. * Hos Protectores deſcribit Prudentius in Apotheoſi his verbis:

Armiger è cuneo puerorum flavicomantum,
Purpurei cuſtos lateris, deprenditur unus:
Nec negat: & gemino gemmata haſtilia ferro
Projicit. Valeſ.

e *Cum Scutariis & Gentilibus.*] Hi inter Palatinas Scholas fuerunt, ut conſtat ex Notitia Imperii. Eſt itaque hîc figura, ἓν διὰ δυοῖν, quam Marcellino familiarem fuiſſe ſupra monuimus. Ac Scutariorum quidem duas Scholas recenſet Marcellinus. Nam lib. 26 meminit Equitii Scholæ primæ Scutariorum Tribuni: libro autem 25. Valentinianum memorat agentem Scholam Scutariorum ſecundam. Utriuſque meminit Zoſimus lib. 3. τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα δύο ταγμάτων ἃς σκουταρίους προσαγορεύουσι. Præter has fuit etiam Schola Scutariorum clibanariorum, cujus meminit lex 9. Codicis Theod. de annona civica; & Schola Scutariorum ſagittariorum. *Idem.*

f *Et Gentilibus.*] Et hi in comitatu Principis inter Scholares militabant, ut dixi. Sic autem appellati videntur, quòd ex gentilibus, ſeu barbaris conſcripti eſſent. Sanè Procopius in Anecdotis ſcholares omnes ferè ex barbaris, Armeniis putà & Iſauris conſcriptos fuiſſe teſtatur. Gentiles autem propriè dicuntur barbari: & ſic in Codice Theod. ſumuntur lege unica de nuptiis Gentilium, & lege 1. de terris limitaneorum, & apud Auſonium in gratiarum actione ad Gratianum: *Voca Germanicum deditione Gentilium: Alamannicum traductione captorum.* Hujus autem Scholæ vetus & Conſtantino anterior appellatio eſt. Nam in Menologio Græcorum de Sergio & Bacchio legimus: ὁ μὲν Σέργιος πριμμικήριος ὢν τῆς σχολῆς τῶν γεντιλίων. Idem.

g *Domitiano ex Comite Largitionum Præfecto.*] Mſ. *Domitiano ex Comite Largitionum Præfecto provecto.* Quod videtur dictum ut illud lib. XXII. *Salluſtio promoto Præfecto Prætorio.* Et *provectus*, ut lib. XXII. *Magiſtro equitum per Illyricum recens provecto.* Lindenbr.

h *Gallum, quem crebrò acceperat.*] Hunc locum mendoſum eſſe arbitror. Sic autem eſſe legendum exiſtimo: *Gallum, quem crebrò acciverat, ad Italiam properare blandè hortaretur & verecundè.* Valeſ.

i *Contempto Cæſare, quem videri decuerat.*] Videri in hoc loco idem eſt ac ſalutari. Ita etiam Marcellinus uſurpavit ſuprà, cum dixit: *Excogitatum eſt adminiculum ſoſpitale, ne quis amicum perferentem ſimilia videat.* Neque aliter ἰδεῖν ſumitur à Dione in Fragmentis quæ nuper edidimus, pag. 722. de Marco: ἠσπάζετό τε τοὺς ἀξιωτάτους ἐν τῇ Τιβεριανῇ οἰκίᾳ ἐν ᾗ ᾤκει, πρὶν τὸν πατέρα ἰδεῖν. & apud Socratem lib. 6. cap. 20. Hiſt. eccl. *Idem.*

k *Relationibus quas ſubinde dimittebat.*] Sic emendavi ex Codice Regio, cui Editio Rom. & Aug. ſubſcribunt. De omnibus autem majoris momenti negotiis referre ad Principem judices & rectores ſolêbant: eáque relatio propriè dicebatur. Exempla paſſim apud Marcellinum, & Symmachum, & priorem iis Plinium lib. ult. Epiſt. & in Codice exſtant. Græcis ἀναφορὰ dicitur. Gloſſæ, ὑποβολὴ ἢ ἀναφορὰ πρὸς βασιλέα ἢ ἄρχοντα, *ſuggeſtio.* Suggeſtio tamen propriè ſumta in hoc differt à relatione, quòd relatio eſt actorum & geſtorum inſinuatio: ſuggeſtio autem eſt, cùm Magiſtratus quilibet Principi ſalubre conſilium ſuggerit. De his relationibus Domitiani loquitur Julianus in Epiſtola ad Athen. *Idem.*

l *Et tuas & Palatii tui auferri jubebo prop. annonas.*] Miniſtris ac Palatio Cæſaris annonæ & ſalaria ab Auguſto dabantur. Ipſe etiam Cæſar non ſecus ac apparitor aliquis annonas ab Auguſto accipiebat: quod præter hunc locum docet Marcellinus in lib. 16. de Juliano loquens adhuc Cæſare: *Cùm enim legeret libellum, quem Conſtantius deſcripſerat, prælicenter diſponens quid in convivio Cæſaris impendi deberet.* Porrò palatinam annonam curabat Præfectus Prætorio, ut te-

Hinc ille commotus, ut injuſta perferens & indigna; Præfecti cuſtodiam Protectoribus mandaverat fidis. Quo comperto Montius tunc Quæſtor, [m] vafer quidem, ſed ad lenitatem propenſior, conſulens in commune, advocatos Palatinarum primos ſcholarum alloquutus eſt molliùs, [4] docens nec decere hæc fieri, nec prodeſſe: [n] addénſque vocis objurgatorio ſono, quòd ſi id placeret, [o] poſt ſtatuas Conſtantii dejectas, ſuper adimenda vita Præfecto conveniet ſecuriùs cogitari. His cognitis, Gallus ut ſerpens appetitus telo vel ſaxo, jámque ſpes extremas opperiens, & ſuccurrens ſaluti ſuæ quavis ratione, colligi omnes juſſit armatos: & cùm ſtarent attoniti, diſtricta dentium acie ſtridens. *Adeſte*, inquit, *viri fortes mihi periclitanti vobiſcum. Montius nos tumore inuſitato quodam & novo, ut rebelles & majeſtati recalcitrantes Auguſtæ, per hæc quæ ſtrepit [5] incuſat: iratus nimirum, quòd contumacem Præfectum, quid rerum ordo poſtulat, ignorare diſſimulantem, formidine tenus juſſerim cuſtodiri.* Nihil morati poſt hæc militares, avidi ſæpe turbarum, [p] adorti ſunt Montium primùm, qui divertebat in proximo, levi corpore ſenem, atque morboſum: & hirſutis reſticulis [6] cruribus ejus innexis, divaricatum ſine ſpiramento ullo aduſque Prætorium traxere Præfecti. Et eodem

4 *Mſ.* docens nec decere. 5 Mſ. *incauſat.* 6 τὸ ejus *Mſ.* deeſt.

ſtatur Caſſiodorus in formula Præfecturæ Prætorianæ. Inde eſt, quòd Domitianus Præfectus Præt. minatur Cæſari, niſi quamprimùm proficiſcatur, annonas ipſius Palatio ſe ademturum. Quod etiam refert Zonaras his verbis, quæ cum Marcellino unicè conſentiunt. ὁ δὲ εἰς Ἀντιόχειαν παραγεγονὼς, πάνυ ἀδεξίως τὸ πρᾶγμα μετεχειρίσατο, ἀναφανδὸν ἐπιτάξας τῷ καίσαρι πορεύεσθαι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, καὶ ἀπειλήσας εἰ μὴ πείθοιτο, τὰς σιτήσεις τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισχεῖν. Notetur interim inſcitum & illiberale Domitiani ingenium, planéque origini ſuæ reſpondens. Fuit enim vilis operarii filius, ut Libanius docet in Orat. pro Thalaſſio nondum edita. ὁ δὲ Δομιτιανὸς ὁ κάλλεις μὲν ἀποθανὼν ἀδίκως καὶ ἔλεξεν ἂν· ἦν δὲ καὶ αὐτὸς τοῦ πατρὸς ἀπὸ τῶν χειρῶν ζῶντος. *Valeſ.*

m *Aſper quidem, ſed ad lenitatem propenſior.*] Si ad lenitatem propenſior fuit, qua ratione aſper dicitur? & ſi aſper fuit, quomodo idem ad lenitatem propenſior? Sunt hæc planè ἀσύστατα. In Editione Romana legebatur, *Aſen quidem*: neque aliter in codice Regio priùs ſcriptum fuerat. Sed emendatum eſt eadem manu, *vafer quidem*: quam emendationem longè præferendam exiſtimavimus vulgatæ lectioni, quæ P. Caſtellum habet auctorem. *Idem.* Vafritici tamen nihil cum lenitate, & ſemper credidi ſcripſiſſe *acer.* Id convenit Quæſtori. *Gron.*

n *Addenſque voces objurgatorio ſono.*] Conjecturæ noſtræ hîc aliquantum indulſimus. Edi enim curavimus, *vocis objurgatorio ſono*: quod & longè elegantius eſt, & Marcellini ipſius auctoritate firmatur. Nam in lib. 18. ad finem ſimiliter loquitur: *Antoninus ambitiosè prægrediens agmina, ab Urſicino agnitus, & objurgatorio ſono vocis increpitus, &c.* & in lib. 27. initio. *Idem.*

o *Poſt ſtatuas Conſtantini dejectas.*] Id eſt, poſt apertam ac profeſſam rebellionem. Nam perduelles ferè à dejectione ſtatuarum & imaginum Auguſti defectionem auſpicabantur. Sic apud Capitolinum in Maximino: *In oppido vicino ſtatim Maximini ſtatuæ atque imagines depoſitæ ſunt.* & in Gordianis: *Appellato igitur Gordiano Imp. juvenes qui auctores ejus facinoris erant, ſtatuas Maximini dejecerunt, imagines perfregerunt, nomen publicitus eraſerunt.* Nihil frequentius occurrit apud hiſtoriarum ſcriptores, ut id exemplis firmare, penè idem ſit quod meridie facem accendere. Ceterùm ex his quæ diximus, ſatis perſpicuum fit legendum eſſe, *poſt ſtatuas Conſtantii dejectas*: quod confirmat Zonaras his verbis: Μοντίου δὲ τοῦ Κοιαίστορος αἰτιωμένου τὴν πρᾶξιν καὶ εἰς σαφῆ τυραννίδα ταύτην ἀνάγεσθαι λέγοντος, ἔτι χαλεπήνας ὁ Καῖσαρ, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῆς γυναικὸς εἰς ὀργὴν ἐξαφθεὶς, καὶ αὐτὸν ὑπὸ δεσμοῖς ἐποιήσατο, καὶ τοῖς στρατιώταις καὶ ἄμφω παρέδωκε. Id eſt: *Cum autem Montius Quæſtor factum reprehenderet, & in apertam tyrannidem id erumpere diceret, indignatus magis Cæſar, & ab uxore quoque incitatus, eum in vincula compegit, ac brevi ambos militibus tradidit.* Idem.

p *Adorti ſunt Montium primùm, qui divert.*] Non Montium hunc Quæſtorem vocat Hiſtor. Eccleſ. ſed Magnum. Epiphan. Scholaſt. lib. 5. cap. 12. *Quæſtorem vocabulo Magnum, & Domitianum Præfectum Orientis* (Gallus Cæſ.) *occidit.* Socrat. lib. 2. cap. 34. Δομετιανὸν τὸν τότε ὕπαρχον τῆς ἕω, καὶ Μάγνον κυαίστωρα αὐθεντήσας ἀνεῖλε. Sozom. lib. 4. cap. 7. Μάγνον τε τὸν κυαίστωρα καὶ τὸν τῆς ἕω τὸν ὕπαρχον Δομετιανὸν ἀνεῖλεν. *Lindenbr.*

impe-

impetu q Domitianum præcipitem per ſcalas, itidem funibus conſtrinxerunt: eóſque conjunctos per ampla ſpatia civitatis acri raptavere diſcurſu. jámque artuum & membrorum divulſa compage, ſuperſcandentes corpora mortuorum, ad ultimam truncata deformitatem, [7] velut exſaturati [8] mox abjecerunt in flumen. Incenderat autem audaces uſque ad inſaniam homines ad hæc, quæ nefariis egere conatibus, r Luſcus quidam Curator urbis ſubitò viſus: ſ [9] eos ut ejulans t bajulorum præcentor, ad expediendum quod orſi ſunt incitans vocibus crebris: qui haud longè poſtea ideo vivus exuſtus eſt. Et quia Montius v inter [1] dilaniantium manus ſpiritum efflaturus, Epigonium & Euſebium,

7 *Mſ.* velut exaturatio. 8 τὸ mox *mſ. deeſt.* 9 *Al.* cumque eo Stenelaus bajulor. 1 *Mſ.* dilacinantium.

q *Domitianum præcipitem per ſcalas.*] Scalæ ſunt gradus, quibus ad ſuperiora ædium adſcenditur: quam vocem hodie quoque vernacula Gallorum lingua retinet, *Eſcalier.* Græci quoque à ſimilitudine κλίμακας vocant. Artemidorus lib. 4. cap. 48. τὸν δὲ ἱπποκόμον δύο κλίμακας ἀναγαγόντα τὸν ἵππον, εἰς τὸ κοιτωνίσκον εἰσαγαγεῖν. Id eſt: *Equiſonem verò duabus ſcalis perductum equum in cubiculum induxiſſe.* Sic etiam loquitur Martialis in eo verſiculo: *Et ſcalis habito tribus ſed altis.* *Valeſ.*

r *Luſcus quidam Curator urbis.*] Curator eſt is qui pecuniam Reipublicæ & generaliter quidquid ad rem civitatis pertinet adminiſtrat, ut notum eſt ex Pandectis Juris: qui Græco vocabulo Logiſta nuncupatur, quemadmodum eſt in lege. 3. Cod. de modo multandi. Gloſſæ veteres de Magiſtratibus: *Curator*, φροντιστὴς καὶ λογιστής. Eorum officium λογιστεία dicitur in lege 15. D. de excuſatione tutorum. λογιστεία πόλεως οὐδὲ εἰς ἀριθμὸν μιᾶς ἐπιτροπῆς προχωρεῖ. quæ minùs rectè interpretatus eſt doctiſſimus vir Ant. Auguſtinus: *Rationes civitatis ne pro una quidem tutela cedunt.* Cùm vertere debuiſſet: *Curatio civitatis ne pro una quidem tutela cedit.* Et λογιστεύειν Curatoris officio fungi dixit * Philoſtratus de vitis Sophiſtarum in Nicete, * & Euſebius lib. 9. hiſt. cap. 2. Horum Curatorum non mediocrem fuiſſe dignitatem vel illud evincit, quòd Marcus Curatores multis civitatibus è Senatu dedit, quò latiùs Senatorias tenderet dignitates, teſte Capitolino. Et alioquin mos fuit Curatores ab Imperatoribus dari, ut docet vetus Inſcriptio: *Curator. Reip. Bergomenſium. Datus. ab. Imp. Trajano. Curator. Reip. Comenſium. Datus. ab. Imp. Hadriano.* Certè Curator celſæ Carthaginis, vir Clariſſimus dicitur in Collatione Carthaginenſi. Sic explicare ſoleo locum illum Procopii in lib. 2. Gothic. pag. 266. ἦν δέ τις Δημήτριος κεφαλλὴν τὸ γένος· ὃν ἐπίτροπον βασιλεὺς αὐτὸν τῆς Νεαπόλεως κατεστήσατο: & in Anecdotis, pag. 55. ὁ δὲ τὴν πόλιν Δάρας ἐπιτροπεύων. Sanè in lege xx. Codice Theod. de Decurionibus, Procuratores civitatum cum Curatoribus junguntur: *Nullus Decurionum ad procurationes vel curas civitatum accedat, niſi omnibus omnino muneribus ſatisfecerit patriæ, vel ætate, vel meritis.* Curatores Kalendarii Reip. cum his aut iidem fuerunt, aut ſanè iis ſubditi. Eorum mentio in lege ult. D. de muneribus & honoribus. ubi Curatores Calendarii diſtinguuntur à Curatoribus, qui ad colligendos publicos civitatum reditus eligi ſolent. *Idem.* Cur hos eoſdem fuiſſe ſuſpicari velit doctiſſimus vir, cauſas cum non habere putat Th. Reineſiùs epiſtol. XXII. *Gron.*

ſ *Eos ut ejulans bajulorum præcentor.*] Princeps Editio Romana hunc locum ſic exhibet: *Eoque ut enilaus baj. præcentor.* Ex quo P. Caſtellus audacter eam lectionem exſculpſerat: *Cúmque eo ut enilaus.* Secuta eſt Editio Auguſtana quæ portentum nominis *Utenilaum* nobis prodidit. Sed Sigiſmundus Gelenius, qui id nomen meritò rejiciendum cenſebat, edere maluit: *Cumque eo Stenelaus.* Nos in codice Regio * & Toloſano * disertè ſcriptum reperimus: *Eóſque ut ejulans bajulorum præcentor.* Quam veram eſſe ſcripturam minimè dubitamus Hæc enim cuncta referuntur ad Curatorem illum urbis nomine Luſcum. (niſi tamen Luſcus ibi μονόφθαλμον ſignificat, [aut niſi Luſius legendum eſt.] *Valeſ.*

t *Bajulorum præcentor.*] Bajuli videntur hîc eſſe νεκροφόροι, qui veſpillones dicuntur. Gloſſæ veteres, *biſpillo* νεκροφόρος. Fulgentius Planciades in expoſitione ſermonum antiquorum, *Viſpillones*, inquit, *dicti ſunt bajuli.* * Sic apud Auguſtinum in Epiſtola XIX. ad Hieronymum: *Non erit pius deductor & bajulus corporis, ſed impius ſepulturæ violator.* * Denique Petrus Chryſologus ſermone 121. *In obſequium divitis migrat hîc tota civitas cùm funus effertur: pauper vadit ſolus: pauperem duorum portat miniſtratio bajulorum.* Itaque bajulorum ejulans præcentor, erit tibicen qui viſpillonibus præcinebat. Nam funera olim efferebantur ad tibiam, ut notum eſt: unde Antigenidas celebris tibicen nihil æquè ſe laborare, & animo angi dicebat, quàm quòd monumentarii choraulæ tibicines dicerentur, ut ait Apuleius in Florida 1. quamquam Dio in Orat. 49. id dictum Iſmeniæ tribuit. ἔτι δέ τις τῶν ὀλίγῳ πρότερον φιλοσόφων τὸν Ἰσμηνίαν τοῦτο μάλιστα ἀγανακτεῖν, τὸ καλεῖσθαι αὐλητὰς τοὺς τυμβαύλας Hanc explicationem confirmat vox *ejulans*, quæ additur præcentori. Aliter quoque explicari poteſt hic locus, ut præcentores bajulorum ſint ii, qui Græcè ἐργοδιῶκται dicuntur, qui bajulos ſeu ἀχθοφόρους ad opus excitant, non ſecus ac portiſculi ſeu celeuſtæ remiges, qualis Meriones apud Homerum Ιλ. ψ. & hanc explicationem confirmant ea quæ ſequuntur. *Idem.*

v *Inter dilaniantium manus.*] Mſ. *dilacinantium* à

[x] nec profeſſionem, nec dignitatem oſtendens, aliquoties increpabat: qui ſint hi, magnâ quærebatur induſtriâ, & ne quid intepeſceret, [y] Epigonius è Lycia philoſophus ducitur, & [z] [a] Euſebius ab [2] Emiſſa Pittacas cognomento, concitatus orator: cùm Quæſtor non hos, ſed [b] Tribunos Fabricarum inſimulaſſet, [c] promittentes armorum ſi novas res agitari [3] comperiſſent. Iiſdem diebus Apollinaris Domitiani gener, paullò antè agens palatii Cæſaris curam, ad Meſopotamiam miſſus à ſocero, [d] per militares numeros immodicè ſcrutabatur, an quædam altiora meditantis jam Galli ſecreta ſuſceperint ſcripta: qui compertis Antiochiæ geſtis, per minorem Armeniam lapſus, Conſtantinopolim petiit, exindéque per Protectores retractus, artiſſimé tenebatur. Quæ dum ita ſtruuntur, indicatum eſt apud Tyrum indumentum regale textum occultè, incertum quo locante, vel cujus uſibus apparatum. Ideóque rector provinciæ tunc pater Apollinaris, ejuſdem nominis, ut conſcius ductus eſt: aliíque congregati ſunt ex diverſis civitatibus multi, qui atrocium criminum ponderibus urgebantur. Jámque lituis cladium concrepantibus internarum,

2 *Mſ.* ad dimiſſa pictacas cognomento. 3 *Al.* cœpiſſent.

ſcrib. *dilancinantium*, ut lib. XXII. *Vitalibus dilancinatis erumpit.* Seneca lib. 1. Nat. Quæſt. cap. 26. *Fœda dictu ſunt, quæ portentum illud ore ſuo lancinandum dixerit feceritque.* Simili errore & hîc quoque in vett. lib. *lacinandum* ſcriptum fuit. *Lancinare* eſt κατακνίζειν. Gloſſ. vet. Catullus: *Lancinata ſunt bona.* & alibi apud Salluſt. Symmach. Prudent. *Lindenbr.*

x *Nec profeſſionem, nec dignitatem oſtendens.*] Montius Quæſtor paullò antequàm extremum ſpiritum redderet, Epigonium & Euſebium ſæpiùs nominaverat: ſed cujus profeſſionis aut dignitatis eſſent, non addiderat. Profeſſio igitur eſt conditio ſeu ars cujuſque: dignitas verò honores, & locum, & natales quoque comprehendit, ut apparet ex Geſtis purgationis Cæciliani, ubi legitur: *Zenophilus V. C. Conſularis dixit: Cujus conditionis es? Victor dixit: Profeſſor ſum litterarum Romanarum. Zenophilus V. C. dixit: Cujus dignitatis es? Victor dixit: Patre Decurione Conſtantinenſium, avo milite: in Comitatu militaverat.* * Valeſ.

y *Epigonius è Lycia philoſophus.*] Regii codicis auctoritatem ſecutus Epigonium ubíque ſcribendum curavi, quomodo & Rom. Editio habet interdum. Fuit & quidam Epigonus philoſophus paullò poſt hæc tempora, Lacedæmone oriundus, teſte Eunapio in vitis Sophiſtarum, niſi etiam Ἐπιγένιος ibi ſcribendum eſt. In Concilio Carthaginenſi Ἐπιγένιος ἐπίσκοπος memoratur, qui in veteri verſione Latina ferè Epigonus dicitur. *Idem.*

z *Euſebius è Myſia pietatis cognomento concit.*] ic. *Pictates cognom.* quod innuere videtur Mſ. in quo legitur *pictacas cognom.* Euſebii cujuſdam Rhetoris eloquentiſſimi meminit Eunap. in Maximo, quem tamen hunc ipſum eſſe non facilè dixerim. *Idem.*

a *Euſebius e Myſia pietatis cognomento.*] Longè variant Mſſ. codices, quos & Lindenbrogius & Gruterus viderunt. In iis enim legitur: *Euſebius ad dimiſſa pictacas cognomento.* Regius codex ſemper reliquis fidelior habet: *Euſebius ad dimiſſa pithacas cognomento.* Ex quibus legendum eſſe apparet: *Euſebius ab Emiſſa Pictacas cognomento.* Quod & viro doctiſſimo in Notis ad hiſtoriam Auguſtam placuiſſe poſtea animadverti. *Pictacas* autem non dubito quin perperam ſcriptum ſit pro *Pittacas*, eodem errore quo pictacium vulgò ſcribi ſolet pro pittacio. Tractúmque illud cognomentum videtur à pittaciis, quæ ſecum fortè Euſebius ſemper circumferebat. * In Mſ. Toloſano reperi *Pictas.* * Lind.

b *Tribunos Fabricarum inſimulaſſet.*] Antiochiæ erant Fabricæ ſcutorum & armorum, ut docet Notitia Imperii Romani, ſub diſpoſitione Magiſtri Officiorum. His Fabricis præerant Tribuni: ut præter hunc locum docet alter in libro 15. *Ad Tribunum miſerat Fabricæ Cremonenſis.* Fabricæ Antiochenſis mentio eſt quoque in lege 1. Codicis Theod. de Fabricenſibus, & in lege 8. de Metatis. *Valeſ.*

c *Promittentes armorum ſi novæ res agitari comperiſſent.*] Duplici barbariſmo fœdatus eſt hic locus, qui fortaſſe ſic ſupplendus eſt: *Adminicula promittentes armorum ſi novas res agitari comperiſſent.* Idem. Quod etſi non dicat, patet tamen vocem quam inculcat, petitam ex ſequentibus in cap. IX. *His vocabulis appellatos fabricarum culpaſſe tribunos, ut adminicula futuræ molitioni pollicitos.* Verum calida exiſtimatio ſimul & ſuppletio. Nam *promittentes armorum* docta & plena loquutio eſt, ſimilis illi, qua utitur Tacitús German. cap. 15. *Mos eſt civitatibus, ultro ac viritim conferre principibus armentorum vel frugum*, ubi ſi placet, vide paterna. Nam & ſimiliter hæſitatum eſt. *Gron.*

d *Per militares numeros.*] *Numeri* ſunt cohortes, vel ut Græci vocant σπείρας. Theophyl. in Acta Apoſt. Σπεῖρα ἐστὶν ὁ χιλίαρχος τῶν Νούμερων. Caſſiodor. in Hiſtor. Trip.

non celatè, ut antea, turbidum ſæviebat ingenium, à veri conſideratione detortum: & nullo impoſitorum vel compoſitorum fidem ſollemniter inquirente, nec [4] diſcernente à ſocietate noxiorum inſontes, velut exturbatum è judiciis fas omne diſceſſit: & cauſarum legitima ſilente defenſione, [e] carnifex rapinarum ſequeſter, [f] & obductio capitum, & bonorum ubique multatio verſabatur per Orientales provincias: quas recenſere puto nunc opportunum, abſque Meſopotamia, jam digeſta, cum bella [5] Parthica dicerentur, & [g] Ægypto, quam neceſſariò aliud [6] rejeci ad tempus.

CAP. VIII. [h] Superatis Tauri montis verticibus, qui ad ſolis ortum ſublimiùs attolluntur, Cilicia ſpatiis porrigitur latè diſtentis, dives bonis omnibus terra: ejúſque lateri dextro adnexa Iſauria, pari ſorte uberi palmite viret & frugibus multis: quam mediam navigabile flumen Calycadnus interſcindit. Et hanc quidem præter opida multa, duæ civitates exornant, Seleucia, opus Seleuci Regis, & [i] Claudiopolis, quam deduxit coloniam Claudius Cæſar. [k] Iſaura enim antehac [7] nimiùm potens, olim ſubverſa ut rebellatrix interneciva, ægrè veſtigia claritudinis priſtinæ monſtrat admodum pauca. Ciliciam verò,

4 *Al.* diſcerpente. 5 *Mſ.* Parthica.... rentur. 6 *Mſ.* rejeci.... ad tempus. 7 *Mſ.* nemium potens.

part. lib. I. cap. 9. *Romanorum cohortes nunc Numeri vocantur.* Acta martyrii B. Georg. Τελῶν ἐπισημοτάτου νουμέρου. Novell. LXXXV. *in numeris conſtituti:* ἐν ἀριθμοῖς καταλεγόμενοι. *In numeris vel limitibus militare*, l. 17. C. de re militari. Inſcript. vetus Romæ: D. M. C. ANNIO VALENTI VET. EX. NUM. FRUM. LEG. IIII. FL. HONORATI ET DECURIONES ET NUMERUS MILITUM CALIGATORUM. *Lindenbr.*

e *Carnifex rapinarum ſequeſter.*] Id eſt internuntius. Videtur enim Marcellinus ex Cicerone id mutuatus eſſe, qui in Oratione de ſuppliciis in Verrem ſic dicit: *Quis dubitet, quin ſervorum animos ſumma formidine oppreſſerit, cùm viderent ea facilitate Prætorem, ut ab eo ſervorum ſceleris conjurationiſque damnatorum vita, vel ipſo carnifice internuntio redimeretur.* Atque ita apud Lucanum ſumitur ſequeſter in lib. x. *Orator Regis paciſque ſequeſter.* Valeſ.

f *Et obductio capitum.*] Obductionem pro obnuptione poſuit. Alludit enim ad illud antiquum: I, lictor, caput obnubito. *Idem.*

g *Et Ægypto.*] Miror certè Ægyptum inter provincias Orientis recenſeri: quippe cùm & ex Notitia Imperii, & ex innumeris Auctoribus conſtet Ægyptum ab Orientis provinciis ſejunctam fuiſſe. * Sed mirari tandem deſii, poſtquàm didici Ægyptum & Meſopotamiam olim ſub diſpoſitione Comitis Orientis fuiſſe. Id me docuit vetus Inſcriptio, quæ ſic habet: M. MAECIO MEMMIO. FURIO. BALBURIO. CAECILIANO. PLACIDO. C. V. COMITI. ORIENTIS. AEGYPTI. ET. MESOPOTAMIAE. CONSULI ORDINARIO, &c. Conſul hic Placidus fuit cum Romulo, principatu Conſtantii Aug. anno Chriſti 343. hoc eſt eiſdem temporibus, quæ heic deſcribit Marcellinus. * *Idem.*

h *Superatis Tauri montis verticibus.*] Conferenda cum hac Ciliciæ deſcriptione, quæ de eadem narrat Strabo lib. XIII. Pomp. Mela lib. I. cap. XII. & XIII. Jul. Solin. *Lindenbr.*

i *Claudiopolis.*] Hujus civitatis mentio apud Conſtantinum Porphyrogennetum in libro I. περὶ θεμάτων cap. X. Et inter Epiſcopos qui Nicæno & Chalcedonenſi Conciliis ſubſcripſere, Eteſius & Theodorus recenſentur Epiſcopi Claudiopolis in Iſauria. * Denique in Actis Martyrum Tarachi, Probi & Andronici: *Tarachus dixit: Militaris ſum, Romanus: natus autem Claudiopoli civitate Syriæ.* Scribe, *civitate Iſauriæ.* Meminit ejus & Socrates in lib. 3. capite 21. * *Valeſ.*

k *Iſaura enim ante hac nimium potens.*] Ex provinciæ nomine urbem fecimus. Nam cùm *Iſauria* priùs legeretur, reſtituimus *Iſaura*, quæ urbs fuit Iſauriæ. Atque hæc emendatio debetur codici Valentino, à quo non multum diſcrepat codex Regius. In eo enim ſcriptum reperi *Iſaurenim.* Editio Romana habebat *Iſaurmin.* Sed vera lectio eſt *Iſaura*, de qua hæc ſcribit Stephanus Byzantius: Ἴσαυρα, οὐδετέρως, πόλις Ἰσαυρίας· ἡ δὲ Ἰσαυρία μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας πρὸς τῷ Ταύρῳ. Χάραξ δὲ θηλυκῶς. τὸ ἐθνικὸν ἰσαυρεὺς καὶ ἴσαυρος. Sic enim eum locum legimus. *Iſaura*, inquit, *in neutro genere urbs Iſauriæ eſt. Eſt autem Iſauria Lycaoniam inter & Ciliciam Tauro monti acclinis. Charax tamen Iſauram in feminino dixit. Incolæ Iſaurenſes dicuntur, & Iſauri.* Sanè Strabo τὰ Ἴσαυρα ſemper appellat in neutro. Ptolemæo quoque Ἴσαυρα ambigua generis notatione dicitur. Florus Iſaurum vocat lib. 3. cap. 6. Diodorus Siculus lib. 18. τὴν Ἰσαυρέων πόλιν. Apud Plinium in lib. 4. Iſaura Ciliciæ mediterranea urbs ponitur. Bis autem everſam olim hanc urbem in hiſtoriis legi-

quæ Cydno amne exſultat, [l] Tarſus nobilitat, urbs perſpicabilis: (hanc condidiſſe Perſeus memoratur, Jovis filius & Danaës, vel certè [m] ex Æthiopia profectus Sandan quidam nomine, vir opulentus & nobilis) & [n] Anazarbus

mus: primùm à Perdicca ſub Alexandri Magni obitum, ut narrat Diodorus lib. 18. poſtea à Servilio Iſaurico, ut teſtatur Strabo lib. 14. & Florus, cujus hæc erant verba: *Validiſſimas urbes eorum, & diutinâ prædâ abundantes, Phaſelin, & Olympon evertit; Iſaurúmque ipſam arcem Ciliciæ: unde conſcius ſibi magni laboris, Iſaurici cognomen adamavit.* Hujus urbis meminit etiam Pollio in Trebelliano: *Palatium ſibi in arce Iſauræ conſtituit.* vulgò legitur *Iſauriæ.* Valeſ.

l *Tarſus. hanc condidiſſe Perſeus memoratur.*] Idem ſcribit Solinus cap. 41. & Cedrenus ac Suidas in μέδουσα. Vetus ſcholiaſtes Juvenalis ad illum verſum Satyrae 3.

-- ripa nutritus in illa,
Ad quam Gorgonei delapſa eſt pinna caballi.

Sic annotat: *Apud Tarſum civitatem Ciliciæ, quam præterfluit amnis Cydnus: cujus urbis conditor Perſeus, qui nomen civitati ex facto dedit, quia ibi una ex talaribus pinnis ei excidit.* Doctè quidem, nam ταρσὸς talum ſignificat Græcè: ſed præter mentem Juvenalis, qui de pinna Pegaſi, non Perſei loquitur, ut ſatis patet. Et verò à Pegaſi pinna denominatam Tarſum prodit Dionyſius de ſitu Orbis. Sed à talaribus Perſei ita dictam celebrior ac teſtatior fama eſt: unde Perſea Tarſos a Lucano dicitur in libro 3. Et Nonnus in lib. 18. Dionyſiac. de Perſeo Tarſi conditore canit his verſibus:

-- εὐπλεκὲς ἤλυθε Περσεὺς
Γείτονα Κωρυκίοιο διαυγέα Κύδνον ἐάσας·
Ὦ σὺ φίλος, καὶ ἔτευξεν ἐπώνυμον οἰκίον ταρσῷ
Ἀνδράσι πὰρ Κιλίκεσσι νεόκτιτον ἄστυ χαράξαι.

Idem in libro 41. inter antiquiſſimas urbes memorat Tarſum:

Οὔ τι Τάρσος ἔην τριψίμβροτος.

Et paullò pòſt:

Τάρσος ἀειδομένη πρωτόπολις.

* Ex quibus interpretandus videtur locus Baſilii Seleuceni in libro II. de Thecla capite XIII. Μαριανός τις Ταρσέων τῆς κατὰ Κιλικίαν ταύτην ἐπίσκοπος, πόλεως ἐπί τε κάλλει καὶ μεγέθει καὶ ὅσις ἂν ἁπλῶς ἡ πόλις λαμπρὰ καὶ εὐδαίμων γνωρισθείη πᾶσιν ἐπηγαυρωμένης, καὶ τὸ πρώτην μάλιστα τῆς ἑῴας ἀνίσχειν, καὶ πρώτην πόλιν προβάλλειν τοῖς ἐξ ὁποίας ἂν γῆς ὁρμωμένοις πρὸς τὴν ἑῴαν. * Idem.

m *Ex Æthiopia profectus Sandan.*] Sanè Sandan nomen uſitatum fuit apud Tarſenſes. Sic enim dictus eſt pater Athenodori Tarſenſis illius philoſophi, qui Auguſti præceptor fuit teſte Strabone in lib. 14. A Plutarcho in Poplicola Ἀθηνόδωρος ὁ Σάνδωνος dicitur, eo more quo Apollodorus Molo, & Herodes Atticus, & Apion Pliſtonices dicti fuere. Ceterùm σάνδων, an σάνδαν dixeris, parum refert. Sunt enim hæ litteræ apud Græcos permutabiles, ut παιὼν & παιὰν, θῶκος & θᾶκος, ac ſimilia. Ceterùm hunc Sandonem unus, quod ſciam, commemorat Baſilius Seleucenus in lib. 2. de Thecla capite 15. his verbis: καὶ γὰρ ἐκ μιᾶς πόλεως ὥρμηντο τῆς Δαμάλιδός τε καὶ Σάνδα τοῦ Ἡρακλέους τοῦ Ἀμφιτρύωνος. Quibus verbis Tarſum ſignificari aio, à Sanda Herculis filio conditam. Quòd ſi Sandan Herculis filius fuit, quomodo ex *Æthiopia* profectus heic dicitur? In optimis codicibus Regio & Vaticano ſcriptum eſt *ex AEchio profectus.* Unde ſuſpicor legendum eſſe, *Ex Chio profectus Sandan*, &c. * Præter hunc Sandonem fuit & quidam affinis nominis Sandocus Aſſyrius, qui in Cilicia Celenderim condidit, teſte Apollodoro in Bibliotheca. *Idem.* In animo habuit vir maximus *Apollonius Molo.* Quid autem putaverit Chio eſſe & Herculis poſteritati, nullus adſequor multo minùs, cur ſpreverit notabiles in Mſſ. literas AE, quæ profecto cum reliquis videntur lectorem ducere, ut credat Ammianum, ſi quid & ipſe de Sanda Herculis filio, & Amphitryonis utique nepote atque adeo ex Græcia profecto inaudiviſſe ſupponi debet, ſcripſiſſe *ex Metachio*, vel *Metachoio*, ut proprie vocatur apud Stephanum Byzantium; Μιλάχοιον φρέαρ Βοιωτίας, ubi videnda Holſteniana. *Gron.*

n *Anazarbus auctoris vocabulum referens.*] Azarbas enim ejus urbis conditor fuiſſe dicitur à Stephano Byzantio: Ἀνάζαρβος πόλις Κιλικίας ἀπὸ Ἀζάρβα τοῦ κτίσαντος. In Suidæ Lexico Zarbas nominatur. Hanc priùs Cyindam ac deinde Diocæſaream appellatam, ait vetus Scriptor apud Suidam: eáque terræ motu ſubversâ Nervæ temporibus, Anazarbum quemdam Senatorem eò miſſum à Principe, urbem inſtauraſſe, ac ſuo nomine appellaſſe. Sed hæc futilia ſunt, cùm ſatis conſtet Anazarbum ante Nervæ tempora vocitatam fuiſſe. Nam & Dioſcorides ἀναζαρβεὺς indigitatur: & Plinius in lib. 4. ejus urbis meminit: *Intus*, inquit, *dicendi Anazarbeni, qui nunc Cæſarauguſtani.* Taceo quòd Diocæſaream ab Anazarbo diſtinguit Ptolemæus in Ciliciæ deſcriptione. Duas enim urbes Ciliciæ ponit, διοκαισάρειαν, & καισάρειαν τὴν πρὸς ἀναζάρβῳ. Hæc urbs poſtquàm Cilicia in duas provincias diſciſſa eſt, metropolis fuit Ciliciæ ſecundæ, ut docet Evagrius lib. 4. & Hierocles in Itinerarii Comite: ἐπαρχία Κιλικίας δευτέρας ὑπὸ ἡγεμόνα· πόλεις θ. Ἀνάζαρβα μητρόπολις. Anazarba quoque dicitur in Suidæ Lexico, & apud Zonaram in Nicephoro Phoca, ubi Ἀνάβαρζα habent vulgatæ Editiones. *Valeſ.*

auctoris vocabulum referens: & [o] [p] Mopſueſtia, vatis illius domicilium Mopſi, quem à commilitio Argonautarum, [q] cùm aureo vellere direpto redirent, errore abſtractum, [r] [8] delatúmque ad Africæ litus mors repentina conſumpſit: & ex eo, cæſpite Punico tecti [ſ] manes ejus heroïci, dolorum varietati medentur plerumque ſoſpitales. Hæ duæ provinciæ bello quondam Piratico catervis

8 *Al.* delatum ad.

o *Mopſueſtia vatis illius domicilium Mopſi.*] Steph Μόψου ἑστία, ἀπὸ τοῦ Μόψου τοῦ μάντεως. In Conſtantini lib. περὶ θεμάτων, vitiosè editum eſt: Ταρσὸς καὶ ἡ Μόμψου ἑστία, cum Μόψου ἑστία vera ſit lectio. Procop. περὶ κτισμάτων, lib. v pag. 48. πόλις δέ τις ἐστὶν ἐν Κίλιξιν, ἡ Μοψουεστία, τοῦ μάντεως ὥς φασιν ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ ἔργον. Vid. Strab. lib. IX. Mopſi vatis meminit Cicero de Divinat. Plutarch. de defect. Oracul. Origenes contra Celſum lib. III. Tertull. de Anima cap. 46. Apul. de Deo Socrat. * Placidus Lactant. in Stat. Thebaïd. 3. p. 107. *Lindenbr.*

p *Mopſueſtia, vatis illius dom. Mopſi, quem.*] Hîc ſine dubio fallitur Marcellinus, qui duos Mopſos inter ſe confudit: Mopſum ſcilicet Mantûs & Apollinis filium, cum altero Mopſo Ampyci filio, & Chloridis Orchomeni filiæ. Prior Argivus, alter Titareſius, ſeu Titaronius fuit, qui locus eſt in Theſſalia. Et hic Argonautarum comes extitit, ut canit Apollonius Rhodius in lib. 1.

Ἤλυθε δ' αὖ Μόψος Τιταρήσιος, ὃν περὶ πάντων
Λητοΐδης ἐδίδαξε θεοπροπίας ἀνθρώπων.

De quo etiam Heſiodus in hoc verſu:

Μόψον τ' Ἀμπυκίδην Τιταρήσιον, ὄζον Ἄρηος.

Uterque porrò vates fuit, teſte Strabone in fine libri 9. ſed Mopſueſtiam non hic Theſſalus Mopſus, verùm alter ille Argivus condidit: qui poſt Troiæ excidium unà cum Amphilocho in Ciliciam profectus, Mallum, & alias urbes in ora Ciliciæ condidit: ut ſcribit Strabo in lib. 14. & Euphorion poëta apud ſcholiaſtem Lycophronis pag. 78. Cicero lib. 1. de Divinatione: *Amphilochus*, inquit, *& Mopſus Argivorum Reges fuerunt; ſed iidem augures: iique urbes in ora maritima Ciliciæ Græcas condiderunt.* Unde & Mopſi oraculum in Cilicia fuiſſe dicitur à Tertulliano in lib. de Anima. *Valeſ.*

q *Cùm aureo vellere direpto redirent.*] Primus Sig. Gelenius hunc locum interpolaverat. In Romana enim Editione legebatur, *direptore diem terrore abſtractum.* Quod mutare minimè auſus erat P. Caſtellus. Sed Gelenius cùm nullum in his verbis ſenſum eſſe cerneret, ita emendavit: *Quem à commilitio Argon. cum aureo vellere direpto reducem, & errore abſtractum, &c.* Quod equidem probare non poſſum: hi enim reduces dicuntur, qui ſalvi & incolumes in patriam reverſi ſunt. At Mopſus tempeſtate abreptus in Africam, ibi periit, ut ſubjicit noſter Marcellinus. Quo modo igitur eumdem reducem appellaret? Sed omnino vera eſt lectio, quam ex optimo codice Regio reſtituimus. In eo enim legitur: *Cùm aureo vellere direpto redirem, terrore abſt. &c.* Unde nos nulla propemodum mutatione veram illam lectionem exſculpſimus. * Vaticanus codex planè conſentit cum Regio. In Mſ. autem Toloſano emendatum eſt: *rediret, errore abſtractum, &c.* Idem.

r *Delatúmque ad Africæ litus mors rep. conſumpſit.*] De Mopſo Lapitha Ampyci filio, Argonautarum comite, id veriſſimum eſt; non de illo Mopſueſtiæ conditore. Apollonius lib. 1. Argonaut.

-- αἶσα γὰρ ἦεν
Αὐτὸν ὅμως, Μόψον τε δαήμονα μαντοσυνάων
Πλαγχθέντας Λιβύης ἐνὶ πείρασι δηωθῆναι.

Et lib. 4. eum à ſerpente percuſſum in Africa periiſſe memorat, atque ibidem ſepultum. Lycophron in Caſſandra, in Pentapoli juxta urbem Teuchira humatum perhibet his verſibus:

Ἄλλους δὲ θῖνες, οἵ τε Τευχείρων πέλας
Μύρμηκες αἰάζουσιν ἐκβεβρασμένους·
Μόψον Τιταρώνειον ἔνθα ναυάται
Θανόντα θαρχύσαντο.

Idque confirmat Clemens Alex. in lib. 1. Stromatum; cujus locum mox producemus. Quod ſi ita eſt, malè hîc Africæ litus, & cæſpitem Punicum poſuit Marcellinus. Sed aliorum auctoritate facilè defenditur, qui in Africa Mopſum periiſſe prodiderunt; inter quos eſt Apuleius, & Tertullianus. Apollonius certè in Libya dixit itémque Seneca in Medea Actu 3.

-- *Libycis arenis*
Omnibus verax, ſibi falſus uni,
Concidit Mopſus. Valeſ.

ſ *Manes ejus Heroici morborum varietati medentur.*] Mopſi templum oraculo celebre fuit in Cyrenaica provincia, quod oraculum primus compoſuiſſe dicitur Battus Cyrenæus, ut tradit Clemens Alex. in lib. 1. Strom. ubi Mopſum Argivum cum Theſſalo confundit. Ait enim Mopſum & Amphilochum floruiſſe belli Trojani temporibus: Mopſum tamen paullò antiquiorem videri, quippe qui comes fuerit Argonautarum: addítque, quod ad hunc locum facit: Φασὶ δὲ τὴν Μόψου χαλουμένην μαντικὴν πρῶτον συντάξαι τὸν Κυρηναῖον Βάττον. Apuleius in libro de Deo Socratis Mopſum paſſim in Africa cultum perhibet: *Quippe cùm eos Deos appellent, qui ex eodem numero juſtè ac prudenter vitæ curriculo gubernato, prænomine poſtea ab omnibus præditi, fanis & cerimoniis vulgò advertuntur, ut in Bœotia Amphiaraus, in Africa Mopſus.* Tertullianus denique in lib. 2. ad Nationes cap. 7. inter heroas numerat Mopſum Africanum, & Bœotum Amphiaraum. Ceterùm Mopſi quoque alterius Argivi oraculum fuit in Cilicia, ut ſcribit Tertullianus in lib. de Anima: *Nam & oraculis hoc genus ſtipatus eſt orbis, ut Amphiarai apud Oropum, Amphilochi apud Mallum, Mopſi in Cilicia.* Vulgò *in Sicilia* legitur mendosè. *Idem.* An cauſa eſt alia, cur ἱππάνω citet *morborum*, quam lapſus calami? *Gron.*

miſtæ prædonum, [t] à Servilio Proconſule miſſæ ſub jugum, [v] factæ ſunt vectigales. Et [x] hæ quidem regiones velut [y] in prominenti terrarum lingua poſitæ, [z] 9 ab orbe Eoo monte Amano diſparantur. Orientis verò limes in longum protentus & rectum, ab Euphratis fluminis ripis aduſque ſupercilia porrigitur Nili, lævâ Saracenis conterminans gentibus, dextrâ pelagi fragoribus patens: quam plagam [a] 1 Nicator Seleucus occupatam auxit magnum in modum, cùm poſt Alexandri Macedonis obitum ſucceſſorio jure teneret regna Perſidis, [b] efficaciæ impetrabilis Rex, ut indicat cognomentum. Abuſus enim multitudine hominum, quam tranquillis in rebus diutius rexit, ex agreſtibus habitaculis urbes conſtruxit, multis opibus firmas & viribus: quarum ad præſens pleræque licèt Græcis nominibus appellentur, quæ iiſdem ad arbitrium impoſita ſunt conditoris, primogenia tamen nomina non 2 amittunt, quæ eis Aſſyriâ linguâ inſtitutores veteres indiderunt. Et prima poſt Oſdroënam, quam (ut dictum eſt) ab hac deſcriptione diſcrevimus, [c] [d] Commagena, nunc Euphra-

9 *Mſ.* ab urbe. 1 *Al.* Nicator. 2 *Al.* admittunt.

t *A Servilio Proconſ. miſſæ ſub jugum.*] Strabo lib. XII. Flor. lib. 3. cap. 5. *Lindenbr.*

v * *Factæ ſunt vectigales.*] Id eſt ſtipendiariæ vel tributariæ. Sic C. Memmius in oratione ſua apud Salluſtium in Jugurtha: *Reges & populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere.* Idem Salluſtius in conjuratione Catilinæ: *Semper illis Reges, Tetrarchæ vectigales eſſe; populi, nationes ſtipendia pendere.* * Valeſ. Juſtinus lib. 2. cap. 3. *His igitur Aſia per mille quingentos annos, vectigalis fuit. Pendendi tributi finem Ninus rex Aſſyriorum impoſuit.* Gron.

x *Et hæ regiones velut in prominenti terrarum lingua.*] Lingua dicitur promuntorii genus non excelſi, ſed molliter in planum devexi, ut ait Feſtus Pompeius. Sic Pacuvius in Chryſe apud Agellium in lib. 4. cap. 17. *Id promuntorium, cujus lingua in altum projicit.* Livius lib. 37. ubi Phocææ ſitum deſcribit: *Inde*, inquit, *in altum lingua mille paſſuum excurrens, medium fere ſinum velut nota diſtinguit.* Et lib. 44. de Caſſandrea: *Eminet namque in altum lingua, in qua ſita eſt.* Eodem ſenſu ſumitur apud Cæſarem & Lucanum in lib 2. *Valeſ.*

y *In prominenti terrarum lingua.*] Quod hîc *linguam* Ammian. vocat, id *mucronem* dixit Pomp. Mela lib. II. cap. 1. *Paulatim ſe ipſa faſtigat, & quaſi in mucronem longa colligens latera, facie poſiti enſis arrecta eſt.* Lind.

z *Ab orbe Eoo.*] Sic correxi, cùm priùs legeretur, *ab orbe eo*: quam emendationem in Loiſelli quoque codice * & in Toloſano * poſtea reperi. *Valeſ.* Itaque adſcriptum codici Lindebrogiano: [Loiſel. *orbe Eoo*: mihi perplacet.] *Gron.*

a *Nicanor Seleucus.*] In Editione Hier. Frobenii legitur *Nicator*, rectiùs ſine dubio: ut patet ex iis quæ ſequuntur. Subjicit enim Marcellinus: *Efficaciæ impetrabilis Rex, ut indicat cognomentum.* Et rurſus in libro 23. de Arſace Partho: *Superato Nicatore Seleuco ejuſdem Alexandri ſucceſſore, cui victoriarum crebritas hoc indiderat cognomentum.* Strabo certè & Appianus in Syriacis, Stephanúſque Byzantius & Eunapius νικάτορα cum appellant. In nummis quoque ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ legitur: quamquam Goltzius in Theſauro ΝΙΚΑΝΟΡΟC poſuit, vulgi errorem ſecutus: cùm conſtet Nicanorem nomen proprium eſſe ducis cujuſdam inter ſucceſſores Alexandri, non verò cognomen. *Valeſ.*

b *Efficaciæ impetrabilis.*] Impetrabiles eos vocant Latini, quos Græci δραστηρίους, & πρακτικοὺς, ac δεινοὺς dicere ſolent. Sic apud Plautum in Mercatore Actu 3.

-- pulchre os ſublevit patri,
Impetrabilior qui vivis nullus eſt.

Et apud eumdem in Epidico Actu 3.

Proh Dii immortales! mihi hunc diem dediſtis luculentum,
Ut facilem atque impetrabilem.

Et impetrare in veteribus Gloſſis redditur ἀνύσαι, quod eſt perficere: eoque ſenſu Plautus in Pœnulo dixit:

Incipere multò eſt quàm impetrare facilius.

Et in veteri Inſcriptione: VETTIO. AGORIO. PRAETEXTATO. LEGATO. AMPLISSIMI. ORDINIS. ET. AD. IMPETRANDUM. REBUS. ARDUIS. SEMPER. OPPOSITO. *Idem.*

c *Commagena, nunc Euphratenſis.*] Eadem & Auguſteuphratenſis dicta, ut præter Victoris Epitomen docet notitia Epiſcoporum, qui Chalcedonenſi Synodo ſubſcripſerunt: quamquam ibi corruptum eſt id vocabulum. Nam *Auguſtus Euphratenſis* vulgò legitur, quaſi Epiſcopi nomen ſit, cùm ſit provinciæ, ut dixi. *Idem.*

d *Commagena nunc Euphratenſis.*] Procop. Cæſarienſ. Perſicor. lib. 1. τὴν πάλαι Κομμαγηνὴν, τανῦν δὲ καλουμένην Εὐφρατησίαν. Idem Perſicor. lib. II. & περὶ κτισμάτων lib. II. Notit. Provinciar. Orient. *Meſopotamia inter Tigrim & Euphratem. Euphrateſia, Oſdroëne.* Aliter paullo Aur. Victor in Veſpaſiano: *Commagene, quam hodie Auguſto-*

tenſis, clementer adſurgit; [e] Hierapoli, [3] vetere Nino, & Samoſata civitatibus [4] amplis illuſtris. Dein Syria per ſpecioſam interpatet diffuſa planitiem. Hanc nobilitat [f] Antiochia, mundo cognita civitas, cui non certaverit alia advecticiis ita adfluere copiis & internis, & Laodicea, & Apamia, itidémque [g] Seleucia, jam inde à primis auſpiciis florentiſſimæ. Poſt hanc [5] acclinis Libano monti Phœnice, regio plena gratiarum & venuſtatis, urbibus decorata magnis & pulchris: in quibus amœnitate celebritatéque nominum Tyrus excellit, Sidon & Berytus, iiſdémque pares, Emiſſa, & Damaſcus, ſæculis conditæ priſcis. Has autem provincias, quas Orontes ambiens amnis, [h] imóſque pedes Caſſii montis illius celſi prætermeans, funditur in Parthenium mare, Cn. Pompeius ſuperato Tigrane, regnis Armeniorum abſtractas ditioni Romanæ conjunxit. Ultima Syriarum eſt Palæſtina, per intervalla magna protenta, cultis abundans terris & nitidis, & civitates habens quaſdam egregias, nullam nulli cedentem, ſed ſibi viciſſim velut ad perpendiculum æmulas: [i] Cæſaream, quam ad honorem Octaviani Principis exædificavit Herodes, & Eleutheropolim, & Neapolim, itidémque [k] Aſcalonem, [l] [6] Gazam, ævo ſuperiore exſtructas. In his tractibus navigerum nuſquam viſitur flumen: & in locis plurimis aquæ ſuapte natura calentes emergunt, ad uſus aptæ multiplicium mede-

3 *Mſ.* Veterennino. 4 *Mſ.* amplis & illuſtris. 5 *Al.* acclivis. 6 *Deeſt in Steph.*

---

phratenſem nominamus, quæ eadem Hiſtor. Miſcel. lib. IX. *Lindenbr.*

e *Hierapoli, vetere Nino.*] Scribendum eſt abſque virgula: *Hierapoli vetere Nino.* Sic. in lib. 22. *Conſtantinopolis vetus Byzantium.* & rurſus in eodem libro: *Philippopolim petiit Eumolpiadem veterem.* Ceterùm Hierapolim priùs dictam eſſe Ninum, ægrè mihi perſuaſerim. Bambyce quidem proprio nomine dicta eſt, & Magog à Syris; ut ſcribit Plinius in lib. 4. Plutarchus in Antonio, & Strabo lib. 14. Ninus verò à nemine, quod ſciam, appellata eſt. Quippe Ninus ſita olim fuit in Aſſyria trans Euphratem, teſte Srrabone ac Plinio, cùm Hierapolis in Commagene poſita ſit cis eumdem fluvium. Sed fortaſſe alios Auctores ſecutus eſt Marcellinus, qui Ninum cis Euphratem ponebant. Sanè eam cis Euphratem ponit Philoſtratus lib. I. de vita Apollonii: ait enim è Nino próſectum cum Damide Apollonium, ad Zeugma veniſſe, ac trajeciſſe in Meſopotamiam. Igitur ex Philoſtrati ſententia nihil obſtat, quo minùs Hierapolis ſir eadem cum Nino. *Valeſ.*

f *Antiochia mundo cognita civitas.*] Eunap. in Liban. Ἀντιόχεια τῆς κοίλης καλουμένης Συρίας πρώτη πόλεων, Σελεύκου τοῦ Νικάτορος ἐπικληθέντος ἔργον. Hujus civitatis laudes non vulgares recitat Joh. Chryſoſt. ἐν ἐγκωμίῳ τῆς Ἀντιοχείας. Dio Pruſ. Orat. XLVII. Eamque, ut ſuò tempore fuit, copiosè deſcribit Baldricus Dolenſium Epiſc. Hiſtor. belli ſacri lib. IV. *Lindenbr.*

g *Seleucia, inde à primis.*] In Regio codice reperi, *Seleuciam inde, &c.* Ex quo effeci, *Seleucia jam inde*, &c. Sic enim loqui ſolet Marcellinus. *Valeſ.*

h *Imoſque pedes Caſſii montis.*] Ut humano corpori ſuæ partes, ſic montibus ſua velut membra ſunt, vertex, ſupercilia, latera, ſcapulæ, pedes. Suid. εἰς τρία διῄρηται τὸ ὄρος. εἰς ἀκρώρειαν, εἰς ὑπώρειαν, εἰς τέρμα. Καὶ ἀκρώρεια μέν ἐστιν ἡ κορυφὴ, ὑπώρεια δὲ τὰ πλευρὰ τοῦ ὄρους, τέρμα δὲ τὰ τελευταῖα καὶ πόδες. Euſtat. I. Iliad. Ὀφρῦς ὄρους, διὰ τὰς τῶν ζώων ὀφρῦς, καὶ πόδες διὰ τοὺς πόδας. Idem Iliad. 2. ὄρους τὰ μὲν κατωτάτω πόδες, τὰ δὲ ἀνωτέρω, κνημοὶ ἐκ μεταφορᾶς τῆς ἐν ἡμῖν κνήμης. Gloſſar. *Vertex montis*, κεφαλὴ ὄρους, ἀκρώρεια. *Scapulæ montium* apud Tertull. de Pall. cap. 2. Κάρηνα ὄρους, Homer. Iliad. I. *Lindenbr.*

i *Cæſaream in honorem Octaviani ædificavit Herodes.*] Burgus enim Stratonis antea vocabatur, ἣ, κτίσαντος αὐτὴν Ἡρώδου μεγαλοπρεπῶς, καὶ λιμέσι τε καὶ ναοῖς κοσμήσαντος αὐτὴν, μετονομάσθη Καισάρεια. Joſeph. lib. XIV. cap. VIII. Quem etiam vide ἀρχαιολ. lib. XVI. cap. IX. Egeſipp. lib. II. cap. VII. lib. III. cap. XIX. Novel. Juſtin. Imp. CIII. *Idem.*

k *Aſcalonem, Gazam, & Juliam ævo ſup.*] Editio Steph. *Aſcal. Gazam, ævo ſup.* Juliam omittens, quam neque Anton. in Itinerario ponit. A Conſtantinopoli uſque Antiochiam: -- *Aſcalonem, Gazam, Raphiam.* Item à Neapoli Aſcalonem: -- *Æliam, Eleutheropolim, Aſcalonem.* Idem.

l *Gazam & Juliam.*] Duas ultimas voces expunxi, quippe quæ à codice Regio abeſſent. In Editione Romana legebatur: *Gazam ...... ſuperiore extructas.* Sed P. Caſtellus qui nullam lacunam pati poterat, eam ſic explevit: *Gazam & Juliam à parte ſuperiore exſtructas.* In-

larum. Verùm has quoque regiones pari ſorte [m] Pompeius Judæis domitis, & Hieroſolymis captis, [n] [o] in provinciæ ſpeciem [p] rectori delata juriſdictione formavit. Huic Arabia eſt conſerta, ex alio latere Nabatæis contigua; opima varietate commerciorum, caſtriſque oppleta validis & caſtellis, quæ ad repellendos gentium vicinarum excurſus, ſollicitudo pervigil veterum per opportunos ſaltus erexit & cautos. Hæc quoque civitates habet inter oppida quædam ingentes, Boſtram & [q] Geraſam atque Philadelphiam, murorum firmitate cautiſſimas. Hanc [r] provinciæ impoſito nomine, rectoréque attributo, obtemperare legibus noſtris Trajanus compulit Imperator, incolarum tumore ſæpe contuſo, cùm glorioſo marte Mediam urgeret & Parthos. Cyprum itidem inſulam procul à continenti diſcretam & portuoſam, inter municipia crebra urbes duæ faciunt claram, Salamis & Paphus: altera Jovis delubris, altera Veneris templo inſignis. Tanta támque multiplici fertilitate abundat rerum omnium eadem Cyprus, ut nullius externi indigens adminiculi, indigenis viribus, à fundamento ipſo carinæ ad ſupremos uſque carbaſos [ſ] ædificet onerariam navem, omnibúſque armamentis inſtructam mari committat. Nec

eptiſſimè, ut ſolet. Secutus eſt Mariangelus Accurſius, qui rectè quidem ex ſcripto codice emendavit, *ævo ſuperiore exſtructas*, ſed Juliam ex fide Caſtelli, boni imprimis Auctoris, retinuit. At Gelenius eam ex Editione ſua audacter expunxit: quod & nos fecimus jure merito: cùm nulla ejus nominis urbs in Palæſtina referatur. *Valeſ.*

m *Pompeius Judæis domitis.*] Fl. Joſephus Antiquit. lib. XIV. cap. VIII. *Lindenbr.*

n *In provinciæ ſpeciem.*] Antonio & Cicerone Coſſ. Judæa à Pompeio capta, & in provinciæ ſpeciem redacta eſt, & impoſito tributo parere Magiſtratui Rom. juſſa: quod Joſephus tam diſertè, ac toties inculcat, ut mirer virum doctum nuper in Variis ſuis Lectionibus id negare auſum fuiſſe. De tributo ſic Joſephus in lib. I. belli Judaïci: τῇ τε χώρᾳ καὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπιτάττει φόρον. Idem dicit in lib. 14. Antiquitatum, ubi hæc ampliùs addit: τήν τε γὰρ ἐλευθερίαν ἀπεβάλομεν καὶ ὑπήκοοι Ῥωμαίων κατέστημεν: quibus verbis nihil clarius dici poteſt. Vide eumdem in lib. 2. belli Judaïci cap. XVI. * Omitto Euſebium in lib. I. Hiſt. Eccl. cap. 7. * *Valeſ.*

o *In provinciarum ſpeciem rectori delata juriſdictione.*] Editio Rom. hunc locum ſic præferebat: *In provincias reciem delata juriſd. &c.* Neque aliter codex Regius, & Vaticanus. Primus P. Caſtellus locum ita emendavit; cujus emendationem ceteri poſtea amplexi ſunt: neque equidem damno: quamquam mallem, *in provinciæ ſpeciem.* Emendatio tamen Caſtelli confirmari poteſt altero loco, qui eſt in lib. 24. *Sic in provinciarum ſpeciem redactam videam Daciam.* Vox *rectori* abeſt quidem à codicibus ſcriptis, ſed ſine ea ſenſus vacillat. Huc autem tranſtuliſſe eam videtur P. Caſtellus ex ſequenti loco de Arabia: *Hanc provinciæ impoſito nomine rectoréque attributo, &c.* Idem. Sane nec hîc indulgeri Caſtello debuit, ut contra arbitria vetuſtorum codicúm retineretúr vox *rectori.* Quid enim manifeſtius eſt, quam Ammianum loquentem ita, *in provinciæ ſpeciem delata juriſdictione*, ſubintellexiſſe *his regionibus*, quæ in quarto caſú præceſſerant, hoc eſt, juſſa in eis adminiſtrari juriſdictione, ut ſolet ab Romanis in provincia fieri. Sententia eſt urique pleniſſima; & ideo vocem ſupervacuam ejeci. *Gron.*

p *Rectori delata juriſdictione.*] Egeſipp. lib. I. cap. 17. *Tributum quoque victis* (Pomp.) *impoſuit, ſtatuit ducem, Judææ fines determinavit.* Lind.

q *Et Geraſam.*] Hujus urbis meminit D. Hieronymus in interpretatione locorum Hebraïcorum: *Gargazi civitas trans Jordanem juncta monti Galaad, quam tenuit tribus Manaſſæ: & hæc eſſe nunc dicitur Geraſa, urbs inſignis Arabiæ.* Et in Catalogo Epiſcoporum qui Chalcedonenſi Synodo ſubſcripſerunt, recenſetur Flaccus Geraſorum provinciæ Arabiæ Epiſcopus. Stephanus in Cœle Syria locat. Γέρασα, inquit, πόλις τῆς κοίλης Συρίας. Sed ex Ptolemæo diſcimus duas eo nomine urbes fuiſſe: alteram in Syria Cœle, cujus meminit Stephanus; alteram in Arabia Petræa. *Valeſ.*

r *Provinciæ impoſito nomine, Rectoreque.*] Dio lib. LXVIII. Eutrop. lib. VIII. *Lindenbr.*

ſ *Ædificet onerariam navem.*] Idem legitur in Expoſitione totius mundi, quam Jac. Gothofredo viro doctiſſimo debemus: *Dicitur non indigens alterius provinciæ quidquam pro fabrica navium. Neceſſaria ipſa inſula habet omnia inferiùs declarata, ligna, æramentum, ferrum, picem, necnon linteamen pro velaria, & funium uſu.* Valeſ.

piget

piget dicere, [t] avidè magis hanc inſulam populum Romanum invaſiſſe, quàm juſtè. [v] Ptolemæo enim Rege fœderato nobis & ſocio, ob ærarii noſtri anguſtias juſſo ſine ulla culpa proſcribi, ideóque hauſto veneno voluntaria morte deleto, & tributaria facta eſt, & velut hoſtiles ejus exuviæ claſſi impoſitæ, in Urbem advectæ ſunt per Catonem. Nunc repetetur ordo geſtorum.

Cap. IX. Inter has ruinarum varietates, [x] à Niſibi quam tuebatur accitus Urſicinus, cui nos obſequuturos junxerat imperiale præceptum, diſpicere litis exitialis ſemina cogebatur, abnuens & reclamans adulatorum oblatrantibus turmis: bellicoſus ſanè miléſque ſemper & militum ductor, ſed forenſibus jurgiis longè diſcretus: qui metu ſui diſcriminis anxius, cùm accuſatores [y] quæſitoréſque [7] ſubditivos ſibi conſociatos ex iiſdem foveis cerneret emergentes, [8] quæ clam palámve agitabantur, occultis Conſtantium literis edocebat, implorans ſubſidia, quorum metu tumor notiſſimus Cæſaris exhalaret. Sed cautelâ nimiâ in pejores hæſerat plagas, ut narrabimus poſtea, æmulis conſarcinantibus inſidias graves apud Conſtantium, [z] cetera medium Principem, ſed ſi quid [9] auribus ejus hujuſmodi quivis infudiſſet ignotus, acerbum & implacabilem, & in hoc cauſarum titulo diſſimilem ſui. Proinde die funeſtis interrogationibus præſtituto, imaginarius judex equitum reſedit Magiſter, adhibitis

7 *Mſ.* ſubditivos. 8 *Step.* quædam quæ palam ag. 9 *Mſ.* τὸ ejus *deeſt.*

---

t *Avidè magis hanc inſulam.*] Strabo in extremo lib. xv. Flor lib. III. cap. IX. Sed omnium copioſiſſimè Plutarch. in Catone majore. *Lind.*

v *Ptolemæo Rege fœderato nobis & ſocio.*] Ita quoque eum appellant Florus in lib. 3. & Ruſus Feſtus in Breviario. Sed Cicero in Orat. pro Sextio diſertè affirmat, nondum à Senatu ſocium appellatum fuiſſe Ptolemæum, cùm publicatus eſt. *Rex*, inquit, *& Ptolemæus, qui ſi nondum erat ipſe à Senatu ſocius appellatus, erat tamen frater ejus Regis, qui cùm eſſet in eadem cauſa, jam erat à Senatu honorem eum conſecutus: erat eodem genere, iiſdémque majoribus, eadem vetuſtate ſocietatis: denique erat Rex, ſi nondum ſocius, at non hoſtis, &c.* Prorſus admirabili gravitate, plena miſerationis, plena invidiæ in Clodium. Porrò hunc Ptolemæum nullo jure à Romanis eſſe proſcriptum narrant Hiſtorici. Strabo in fine lib. 14. & Appianus in lib. 2. Civilium, id per vindictam a Clodio Trib. pl. factum eſſe commemorant. Captus enim à piratis Clodius Calpurnio Piſone, & Acilio Glabrione Coſſ. anno V. 587. teſte Dione lib 35. in fine, & Cicerone de Haruſpicum reſponſis, ad Ptolemæum Cypri Regem miſerat quoſdam è ſuis, petens ut pecuniam ad ſe quamprimùm mitteret, quâ ſe à piratis liberaret. Qui cùm modicam ſummam, ac vix duo talenta dediſſet, Cilices Clodium gratìs dimittere maluere. Is igitur poſtea Tribunus pl. cùm eſſet infenſus Ptolemæo, rogationem tulit ad populum, ut Cyprus inſula cum omni pecunia regia publicaretur. Quod ubi Ptolemæo nuntiatum eſt, omni pecunia in naves impoſita procedere in altum ſtatuit, ut claſſe perforata, & pecuniam mergeret, & ipſe ſuo arbitrio periret. Sed homo avariſſimus ſimul & ignaviſſimus, cùm mergere opes ſuas non ſuſtinuiſſet, mutato conſilio in aulam reverſus, hauſto veneno mortem ſibi conſcivit, ut refert Valerius Max. lib. nono cap. 14. *Valeſ.*

x *A Niſibi quam tuebatur accitus Urſicinus.*] Ultimam vocem ex codice Fauchetii addidimus, quæ in reliquis codicibus deerat. In Editione Romana legebatur, *à Niſibi quam tuebatur acriùs:* confuſis in unum duobus vocabulis, ut conjicere eſt. *Idem.*

y *Quæſitoreſque ſubditicios.*] Inf. lib. 20. *Quæſitores dederat ſpectaturos, quas ob res oppidum ſit exciſum.* Moſchopul. Κυαισίτωρ, ὁ ἐπ' ἐγκλήμασι τιμωρός. Manil. -- *Quæſitor ſcelerum veniet, vindexque reorum.* L. 2. C. Theod. de poſtul. *Non idem in eodem negotio quæſitor ſit & defenſor*: id eſt, judicis & adſertoris habeat perſonam, ut vet. Scholiaſt. interpretatur. *Lind.*

z *Cetera medium Principem.*] Inf. lib. 21. *Principibus mediis comparandus.* Flav. Vopiſc. in Caro: *Veniamus ad Carum medium, ut ita dixerim, virum, inter bonos magis, quàm inter malos Principes collocandum.* Spartian. in Ælio Vero: *Etſi non ſummi, medii tamen obtinuit ducis famam.* Idem.

aliis jam quæ eſſent agenda prædoctis: & [a] [b] adſiſtebant hinc inde Notarii, quid quæſitum eſſet, quidve reſponſum, curſim ad Cæſarem perferentes: [c] cujus imperio truci, ac ſtimulis Reginæ, [d] exertantis aurem ſubinde per aulæum, nec diluere objecta permiſſi, nec defenſi periere complures. Primi igitur omnium ſtatuuntur Epigonius & Euſebius, ob nominum gentilitatem oppreſſi. Prædiximus enim Montium, ſub ipſo vivendi termino, his vocabulis appellatos fabricarum culpaſſe Tribunos, ut adminicula [e] [1] futuræ molitioni pollicitos. Et Epigonius quidem amictu tenus philoſophus, ut apparuit, prece fruſtra tentata, ſulcatis lateribus, mortiſque metu admoto, turpi confeſſione cogitatorum ſocium, quæ nulla erant, fuiſſe firmavit, cùm nec vidiſſet quidquam nec audiſſet, penitus expers forenſium rerum: Euſebius verò objecta fidentiùs negans, [f] [2] ſuſpenſus in eodem gradu conſtantiæ ſtetit, latrocinium illud eſſe, non judicium clamans. Cúmque pertinaciùs, ut legum gnarus, accuſatorem flagitaret atque ſollemnia, doctus id Cæſar, libertatémque ſuperbiam ratus, tamquam obtrectatorem audacem excarnificari præcepit: qui ita eviſceratus, ut cruciatibus membra deeſſent, implorans cælo juſtitiam, torvùm renidens fundato pectore manſit immobilis, nec ſe incuſare, nec quem-

1 *Al.* futuræ ultioni. 2 *Mſ.* ſuſpenſus in eodem gradu cunctantia eſt & id latrocinium.

---

a *Adſiſtebant hinc inde Notarii.*] Intelligo Notarios, quos alii *Exceptores* vocant, l. 19. §. 9. ff. loc. cond. Jul. Firm. Aſtron. lib. 3. c. 6. Horum officium curſim & per notarum ſigna excipere, quæ utrimque ſecus in judicio dicerentur; qui ſanè plures ſimul uni negotio ſæpe adhibiti. Ita collatio Catholicorum & Donatiſtarum velitata fuit, excipientibus Hilario & Prætextato Exceptoribus D. N. V. C. & *Spectabilis* Proconſulis: Fabio Exceptore D. N. V. C. & *Spectabilis* Vicarii: & Romulo V. C. legat. A K. Excipientibus quoque Januario & Vitale Notariis Eccleſiæ Donatiſtarum. *Lind.*

b *Adſiſtebant hinc inde Notarii.*] Notarios & Tribunos intelligo, qui erant in comitatu Cæſaris Galli. Habebant enim Cæſares Notarios aliquot, ab Auguſto tamen attributos, ut docet Zoſimus lib. 3. in rebus Juliani Cæſaris, & Marcellinus in lib. 17. *Calumniis appetitus eſt à Gaudentio tunc Notario, ad explorandos ejus actus diu morato per Gallias.* Longè autem differunt Notarii ab Exceptoribus. Nam Notarii ſunt βασιλικοὶ ὑπογραφεῖς, ut paſſim Zoſimus appellat, qui in Conſiſtorio acta excipiebant: & ita ſemper apud Marcellinum ſumuntur. At verò Exceptores ſunt ταχυγράφοι, qui notis ſcribunt acta Præſidum, ut dicitur in lege 33. D. ex quibus cauſis maiores. De his Eunapius in Proæreſio. ἀξιῶ, φησὶ, δοθῆναί μοι τοὺς ταχέως γράφοντας καὶ στῆναι κατὰ τὸ μέσον· οἳ καθ' ἡμέραν μὲν τὴν τῆς Θέμιδος γλῶτταν ἀποσημαίνονται, σήμερον δὲ τοῖς ἡμετέροις ὑπηρετήσονται. Quæ verba quoniam ab interprete parum intellecta ſunt, hîc vertere operæ pretium fuerit: *Peto, inquit, ut Exceptores mihi dentur, atque in medio conſiſtant: qui quotidie quidem Themidis oracula notis excipiunt, hodie verò nobis miniſtrabunt.* De iiſdem loquitur Damaſcius in Iſidori vita, quod neque interpres animadvertit. ὑπογραφείαν ἐπιλέγει ἧς ἔργον τάχος ἐπιτέτακται γράφειν τὰ ὑπὸ τῶν ἀρχόντων πραττόμενα. Ceterùm cur hunc Marcellini locum de Notariis & Tribunis potiùs quàm de Exceptoribus accipi malim, duplex ratio eſt: prima, quòd hæc cauſa Antiochiæ in Conſiſtorio ventilata eſt juſſu Cæſaris Galli; in Conſiſtorio autem non Exceptores, ſed Tribuni & Notarii acta excipiebant, ut dicemus in libris ſequentibus: deinde quòd Marcellinus noſter Notarii nomine ſemper Notarium Principis intelligit. *Valeſ.*

c *Cujus imperio trucis tum a ſtimulis Reginæ.*] Hujus lectionis auctor eſt Sig. Gelenius. In Mſ. codice Regio legitur: *truces tima ſtimulis Reginæ.* Atque ita ferè in Editione Romana, niſi quòd *cruces* habet. Mariangelus Accurſius ediderat: *Cujus imperio, trucis cum ſtimulis Reginæ*: in parte Editionem P. Caſtelli ſecutus. Mihi ſic legendus is locus videbatur: *Cujus imperio truci, ac ſtimulis Reginæ*; reſectis aliquot vocibus, ab imprudente, ut videtur, antiquario malè repetitis. *Idem.*

d *Exertantis aurem per aulæum.*] Quæ de hoc aulæo ſive velo dici poſſunt, jam ab aliis curatè notata ſunt: quò etiam hæc Lucif. Calar. ad Conſtantium Imp. verba pertinent: *In tuo palatio, intra velum licet ſtans, tuliſti reſponſum à me ad conſervandam ſalutem.* Lind.

e *Futuræ molitioni.*] Id eſt, quod ſupra dixit, *Si novæ res agitari cœpiſſent*: unde in vulgatis Editionibus *ultioni* perperam legi conſtat. *Idem.*

f *Suſpenſus in eodem gradu conſtantiæ ſtetit.*] Vulg. *ſuſpenſus in eodem gradu cunctatus eſt.* Germana lectio eſt,

quam alium paſſus: & tandem [g] nec confeſſus nec confutatus, cum abjecto conſorte pœnali eſt morte multatus. Et ducebatur intrepidus temporum iniquitati inſultans, imitatus [h i] Zenonem illum veterem Stoïcum, qui ut mentiretur quædam, laceratus diutiùs, avulſam ſedibus linguam ſuam cum cruento ſputamine in oculos interrogantis [3] Cyprii Regis impegit. Poſt hæc indumentum regale quærebatur: & [k] miniſtris fucandæ purpuræ tortis, confeſsíſque [l] pectoralem tuniculam ſine manicis textam, Maras quidam nomine inductus eſt (ut appellant Chriſtiani) Diaconus: cujus prolatæ literæ ſcriptæ Græco ſermone ad [m] Tyrii textrini Præpoſitum, [n o] celerari ſpeciem perurgebant:

3 *Mſ. & Steph.* Cyprini.

---

quam ex Mſ. inveſtigavimus. Sic lib. xvi. *Faſtus barbaricos ridens, in eodem gradu conſtantiæ ſtetit immobilis.* Et τὸ *ſuſpenſus*, ad equuleum refertur, ut inf. *ſuſpenſus Euſebius.* Prudentius περὶ στεφάνων in Romano Martyre: *Scindunt utrumque milites teterrimi Mucrone hiulco penſilis latus viri.* Beda in Martyrolog. *In equuleo ſuſpenſa & exungulata.* Lind.

g *Nec confeſſus nec confutatus.*] Id eſt, nec confeſſus nec convictus. Sic confeſſus atque convictus jungi ſolent, ut in lege 7. Codice Theod. quorum appellat. non recipiantur; & in lege 31. de Epiſcopis & Eccleſiis. Certè apud Marcellinum confutatus ſemper pro convicto ſumitur. *Valeſ.*

h *Zenonem illum veterem.*] Memoriæ lapſus eſt. Non enim cum Cyprio Rege Nicocreonte negotium habuit Zeno, ſed Anaxarchus: utriuſque autem fortuna conſimilis planè. Nam εἰς ὅλμον ambo conjecti, & σιδηροῖς ὑπέροις tuſi, aliáque dira perpeſſi, noviſſimè in os tyranni mordicus abſciſſam linguam exſpuêre. Diogenes Laërt. in Zenone & Anaxarcho. Theodoret. Serm. de Martyr. Ζήνων ὁ ἐλεάτης, ἀναγκαζόμενος κατειπεῖν τι τῶν ἀπορρήτων, ἀνέσχε πρὸς τὰς βασάνους, οὐδὲν ἐξομολογούμενος. ὡς δέ φησιν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, δείσας οὗτος μὴ τῇ τῶν παθῶν ὑπερβολῇ βιασθεὶς ἐξείπῃ τί τῶν συγκειμένων, καὶ τοὺς σιαγόνας μυώσῃ, τὴν γλῶτταν τοῖς ὀδοῦσι τεμὼν, προσέπτυσε τῷ τυράννῳ, & quæ ſequuntur. Vide Plutarch. περὶ ἀδολεσχ. Cicer. 2. Tuſcul. Val. Max. lib. 3. cap. 3. Plin. lib. 7. cap. 23. lib. 8. cap. 22. Tertullian. Apolog. *Lind.*

i *Zenonem illum veterem Stoïcum.*] Ultima vox delenda eſt, aut Marcellinus memoriæ vitio laboraverit neceſſe eſt, qui Zenoni Stoïco tribuit, quod Eleatæ Zenoni contigiſſe ceteri teſtantur: Cicero lib. 2. Tuſculanarum, Philo in libro, quòd omnis probus liber, & Diogenes Laërtii f. in Zenone Eleate. Sed nec in eo ſolùm labitur Marcellinus, quòd Zenonem Stoïcum cum Eleate confundit, verùm inſuper alterum errorem adjungit, cùm dicit eum linguam in oculos Cyprii Regis præciſam conſpuiſſe. Neque enim à Cyprio Rege tortus eſt Zeno, ſed à Nearcho Myſo Eleatarum tyranno, ſeu, ut alii dicunt, Demylo: quemadmodum tradit Clemens Alex. lib. 4. Strom. Sanè Plutarchus hunc Demylum vocat in libro περὶ στωϊκῶν ἐναντιωμάτων; & adverſus Colotem Epicureum. Quare apud Diogenem, ubi legitur, καθελεῖν δὲ θελήσας Νέαρχον τὸν τύραννον (οἱ δὲ Διομέδοντα) συνελήφθη, reſcribendum putaverim, οἱ δὲ Δημύλον. Sed Nearchum plures eum vocant, inter quos eſt Diodorus Siculus in Excerptis quæ nuper publicavi, Philoſtratus initio lib. 7. & Valerius Maximus in lib. 3. cap. 3. qui tamen ex uno Zenone Eleate duos perperam fecit. *Valeſ.*

k *Miniſtris fucandæ purpuræ.*] Corpora erant baphiorum tingendæ purpuræ, l. 2. C. de murileg. Et ἐπιτρόπου τῶν κατὰ Τύρον ἀλουργοῦ βαφῆς mentio apud Euſeb. Ut & tinctorum eorúmque qui magnificas veſtes texunt, apud Firmic. Aſtron. lib. III. cap. VII. Dictum autem *fucandæ purpuræ*, ut in l. 1. C. quæ res ven. non poſſ. *Fucandæ vel diſtrahendæ purpuræ.* Auſon. in Panegyr. -- *Prætextam meam purpuræ tuæ luce fucatam.* Lind.

l *Pectoralem tuniculam ſine manicis.*] Hanc ad colobium referunt viri doctiſſimi, cujuſmodi tunicâ Diaconi in Eccleſia etiamnum utuntur. Ita P. Pithæus lib. 1. Adverſariorum, Laur. Pignorius in Syntagmate de ſervis, & Dionyſ. Petavius in Notis ad Themiſtium. Poſtea dalmaticarum uſus ac nomen invaluit, ut docet Anſelmus: quas à colobiis in hoc diverſas fuiſſe volunt, quòd erant manuleatæ, cùm in colobiis vel nullæ eſſent manicæ, vel admodum breves, citra cubitum deſinentes, quales in Ægypti Monachorum colobiis fuiſſe, teſtis eſt Caſſianus. Exiſtimo tamen laïcorum tam colobia quàm dalmaticas vulgò manuleatas fuiſſe: ídque ſuadere videtur Dorotheus in doctrina 1. διὰ τί φοροῦμεν κολόβιον μὴ ἔχον χειρίδια, τῶν ἄλλων ἐχόντων πάντων χειρίδια. Sed Monachorum & Diaconorum tam colobia quàm dalmaticæ abſque manicis fuerunt cum clavis purpureis. *Valeſ.*

m *Tyrii textrini præpoſitum.*] Jul. Firm. Aſtron. lib. III. *Quod ſi ſic ♀ poſitum ♃ bona radiatione reſpexerit, Regiis textrinis faciet præpoſitos, vel præfectos.* L. 14. C. de murileg. *textrinorum procuratores.* Lind.

n *Celerari ſpeciem.*] More ſui ſæculi vocavit *ſpeciem* τὸ ἔνδυμα. Capitolin. in Anton. Pio: *Species Imperatorias ſuperfluas & prædia vendidit,* ut l. fin. C. de veſt. mil. l. 4. C. de veſt. holob. *Idem.*

o *Celerari ſpeciem perurgebat.*] Ergo ſumma accuſationis quâ Maras Diaconus pulſabatur, hæc erat: quòd veſtem ſibi à Tyrii textrini miniſtris parari juſſerat, purpuream ſcilicet, ut ſuſpicari dabatur. Eam enim ne quis privatus propria auctoritate uſurparet, (quippe

quam autem non indicabant: denique etiam idem ad uſque diſcrimen vitæ vexatus, nihil fateri compulſus eſt. Quæſtione igitur per multiplices dilatata fortunas, cùm ambigerentur quædam, nonnulla leviùs actitata conſtaret, poſt multorum clades Apollinares ambo pater & filius in exſilium acti, cùm ad locum Crateras nomine perveniſſent, villam ſcilicet ſuam, quæ ab Antiochia [4] viceſimo & quarto disjungitur lapide, ut mandatum eſt, fractis cruribus occiduntur. Poſt quorum necem nihilo leniùs ferociens Gallus, ut leo cadaveribus paſtus, multa hujuſmodi ſcrutabatur: quæ ſingula narrare non refert, ne profeſſionis modum, quod [5] evitandum eſt, excedamus.

CAP. X. Hæc dum Oriens diu perferret, cæli reſerato tepore, Conſtantius [p] Conſulatu ſuo ſepties, & Cæſaris ter, egreſſus Arelate Valentiam petit, in [6] Gundomadum & Vadomarium fratres Alamannorum Reges arma moturus, quorum crebris [7] excurſibus vaſtabantur confines limitibus terræ Gallorum. Dúmque ibi diu moratur, commeatus opperiens, quorum [q] tranſlationem ex Aquitania [8] verni imbres ſolito crebriores prohibebant, auctíque torrentes, [9] [r] Herculanus advenit [ſ] Protector Domeſticus, Hermogenis ex Magiſtro equi-

4 *Al.* viceſimo. 5 *Mſ.* ſævitatum. 6 *Mſ.* Gundoundum. 7 *Mſ.* excurſa. 8 *Mſ.* averni *Steph.* Arverni. 9 *Al.* Arculanus.

quòd tyrannidis affectationem indicat) ſeveriſſimis legibus interdictum fuit L. 4. C. de veſtib. holob. *Temperent univerſi, cujuſcunque ſint ſexus, dignitatis, artis, profeſſionis, generis, ab hujuſmodi ſpeciei poſſeſſione, quæ ſoli Principi, ejuſque domui dedicatur. Nec pallia tunicaſque domi quis ſerica contexat, aut faciat, quæ tincta conchylio nullius alterius permixtione ſubtexta ſunt.* D Johan. Chryſoſt. in Orat. de anathemate: Ὁ περιθεὶς ἑαυτῷ ἁλουργίδα βασιλικὴν ἰδιώτης τυγχάνων αὐτός τε καὶ οἱ αὐτῷ συνεργήσαντες, ὡς τύραννοι ἀναιροῦνται. * Et Dio Caſſius lib. 49 ſcribit, Octavianum Auguſtum prohibuiſſe, ne quis præter Senatores vel Magiſtratum gerentes, purpuram geſtaret. * Unde Suetonius in Nerone ſcribit, matronam quamdam, quòd purpurâ uſa eſſet, non veſte tantum, ſed bonis cunctis exutam fuiſſe. Poſteriores tamen Principes æquiores hac in parte fuere: ſegmentorúmque purpureorum uſum Leo Imp. cunctis indifferenter conceſſit, Novell. LXXX. Idipſum de Tiberio Juniore Cedrenus. *Lind.*

p *Conſulatu ſuo ſepties, & Cæſaris iterum.*] Scribendum ex Faſtis: *Conſulatu ſuo* VII. *& Cæſaris* III. quod eſt Conſulatu ſuo ſeptimo, & Cæſaris tertio: ſeu Conſulatu ſuo ſepties, & Cæſaris ter. Sic enim loquuntur Imperatores in lege 8. & 9. Codice Theod. de Indulgentiis debitorum: *Conſulatus noſtri ſepties, & Theodoſii iterum.* Valeſ.

q *Tranſlationem ex Aquitania.*] Inf. *Convectio annonæ.* L. 9. C. de ann. & trib. *Plus haberet diſpendii tranſlatio*, (annonæ) *quàm devotionis illatio.* L. unic. C. Theod. de luſor. Danubii: *Tranſvectio ſpeciei annonariæ.* De commeatu qui ex Aquitania adferri ſolitus, etiam inf. mentio. *Lind.*

r *Herculanus Hermogenis filius.*] In Editione Romana *Arculanus* ſcribitur. Mariangelus Accurſius *Hirculanus* ex ſuo codice emendavit. Sed vera lectio eſt *Herculanus*, quam codex Regius ſervat, ſeu *Herculianus.* Fuit hic Libanii diſcipulus, cui uxorem ducenti Libanius carmen nuptiale cecinit, tametſi ad ejuſmodi ſcribenda carmina ægrè admodum impelli poſſet, ut ipſemet dicit in Epiſtola 724. ad Gaianum Conſularem Phœnices: Ἅπασι μὲν τοῖς τῶν ἐμῶν μετεσχηκόσι διατριβῶν, ἴσασί τε καὶ συμπεπονθότες τῶν πραγμάτων. Ἑρκουλιανὸν δὲ τὸν Ἑρμογένους οὕτω δὴ βέλτιστον ἡγησάμην ὥστε αὐτῷ καὶ ᾆσμα ἐποίησα γαμοῦντι, φυγὼν ἀεὶ δή ποτε τὸ τὰ τοιαῦτα ᾄδειν. * Uxorem autem duxerat Nicoclis Spartani filiam, ejus qui Juliani Cæſ. præceptor fuit: ut docet Epiſtola [illegible]. lib. 4. Epiſtolarum Libanii, quæ ſcripta eſt ad Nicoclem. * *Valeſ.*

ſ *Protector Domeſticus.*] Hi Domeſtici ſimpliciter dicuntur haud raro: & à Protectoribus, de quibus ſuprà dixi, diſtinguendi ſunt, ut docet lex 6. & 9. Codice Theod. de Protectoribus & Domeſticis. Eorùm duæ Scholæ fuerunt: altera Domeſticorum equitum; altera Domeſticorum peditum: quarum utraque ſuum Comitem habuit, ut docet Notitia Imperii Romani. Porrò inter Domeſticos alii in præſenti erant, ut dicitur in lege 1. Codicis citati: qui Præſentales vocantur in lege 6. Codicis de Advocatis diverſorum jud. *Inſerendos Præſentalibus Domeſticis, alterum equitum, alterum Scholæ peditum*: & in lege 4. Codicis de Domeſticis. Alii verò certis officiis deputati publicas exſequebantur juſſiones, ut dicitur in lege 5. Codicis Theod. de Protectoribus. Nam præter certum numerum eorum qui in comitatu eſſe debebant, reli-

tum filius, apud Conſtantinopolim, ut ſuprà retulimus, t 1 populari quondam turbela diſcerpti: quo veriſſimè referente quæ Gallus egerat, damnis ſuper præteritis mærens, & futurorum timore ſuſpenſus; angorem animi quamdiu potuit emendabat. Miles tamen interea omnis apud Cabillona collectus, moratum impatiens ſæviebat, hoc irritatior, quòd nec ſubſidia vivendi ſuppeterent, alimentis nondum ex uſu tranſlatis. Unde v Rufinus ea tempeſtate Præfectus Prætorio, ad diſcrimen truſus eſt ultimum. Ire enim ipſe compellebatur ad militem, quem exagitabat inopia ſimul & feritas, & alioquin coalito more x in ordinarias dignitates aſperum ſemper & ſævum, ut ſatisfaceret, atque monſtraret, quam ob cauſam annonæ convectio ſit impedita. Quod operâ con-

1 *Mſ.* populari ut quondam.

---

qui in Galatia aut in limite ac terminis ſibi adſignatis manebant perinde ac Protectores, teſte Procopio in Anecdotis. Unde intelligenda ſunt verba Imperatoris, in lege 1. Cod Th. de Protectoribus: *Ceteris qui ultra numerum in præſenti eſſe voluerint, ſcias neque annonas, neque capita eſſe danda, ſed omnes cogendos ad manipulos ſuos ac terminos redire.* Sic enim legendus eſt hic locus. Interdum etiam pro neceſſitatibus publicis in provincias cum Comitibus ac Magiſtris militum mittebantur, ut teſtatur Marcellinus lib. 15. *Protectoribus Domeſticis* x. *adjuvandas neceſſitates publicas ſecum junctis*: qui locus mirificè emendationem legis ſupradictæ confirmat. Nam x. Domeſtici manipulum efficiunt, teſte Vegetio in lib. 2. Sed & in libro 16. idem teſtatur Marcellinus, cùm dicit: *Provectis è conſortio noſtro adregendos milites natu majoribus, adoleſcentes eum ſequi jubemur, quidquid pro Rep. mandaverit impleturi.* Ex his intelligenda eſt lex 27. Cod. Theod. de erogatione militaris annonæ. *Valeſ.*

t *Populari quondam turbela diſcerpti.*] Anno Domini 342. Conſtantio 3. & Conſtante 2. Augg. Conſulibus Hermogenes Magiſter equitum, qui à Conſtantio Aug. Conſtantinopolim miſſus fuerat, ut Paulum Epiſcopum ſua ſede exturbaret, à populo interfectus & tractus eſt, ut ſcribit Socrates lib. 2. Hiſt. Eccl. & Sozomenus lib. 3. Hieronymus in Chronico, & Idatius in Faſtis. Exſtantque acta Pauli Conſtantinop. Epiſcopi in Bibliotheca Photii, quibus tota res fusè memoratur. Hanc ſeditionem intelligit Libanius in Oratione quæ βασιλικὸς inſcribitur, cùm ait: κατεῖχε ταραχή τις ἐ μετρία τὴν μεγίστων μετὰ τὴν τῆδε πόλεων, τῇ δ' ἁπασῶν μεγίστης δευτέραν, &c. *Idem.*

v *Rufinus Præfectus Prætorio ad diſcrimen truſus.*] Quippe militaris annonæ cura ad Præfectum Prætorii pertinebat, ut docent Pollio. in Macriano, & Vopiſcus in vita Probi. Zoſimus in lib. 2. hanc dignitatem à Conſtantino Maximo valde imminutam eſſe ſcribit. Nam cùm ad Præfectos Prætorii non modò annonæ militaris cura, ſed etiam delictorum militarium caſtigatio pertineret, eámque ob cauſam miles peccare dubitaret ne annonâ multaretur, Conſtantinus Magiſtros militum primus creavit, iiſque militare forum attribuit: quo facto Præfectura Prætoriana contemni à militibus cœpit. Ejus verba ſunt inter cetera: τ̃ ὑπάρχων τὰς ἁπανταχῦ φέρους διὰ τ̃ ὑπηρετουμένων αὐτοῖς εἰσπραττόντων, καὶ τὴν στρατιωτικὴν ἐκ τούτων ποιουμένων δαπάνην, &c. Ex quibus intelligendus eſt locus Procopii in 1. Vandalicorum: Ἀρχέλαος ἤδη μὲν τ̃ αὐλῆς ὕπαρχος ἔν τε Βυζαντίῳ καὶ Ἰλλυριοῖς γεγονώς, τότε δὲ τῦ στρατοπέδου καταστὰς ὕπαρχος (οὕτω γὰρ ὁ τ̃ δαπάνης χορηγὸς ὀνομάζεται.) Et in lib. 2. Vandal. de Symmacho: ὕπαρχός τε καὶ χορηγὸς τ̃ δαπάνης ἐστάλη. Neque aliter apud eumdem Procopium in lib. 1. Perſicorum ſub initum: χορηγὸς δέ τις τῦ στρατοπέδου δαπάνης Ἀπίων αἰγύπτιος ἐστάλη. Et in libro 2. de Tatiano. Non ſolùm autem annonæ militaris curam gerebat Præfectus Prætorii, ſed Civicæ etiam ac Palatinæ. Ac de Civica quidem annona, teſtis eſt Caſſiodorus in formula Præfecturæ annonæ. De Palatina verò illuſtre teſtimonium Marcellini noſtri ſuprà vidimus, ubi Domitianus Præf. Præt. minatur Gallo Cæſari, ſe palatii ejus annonas ſublaturum. Julianus Imp. in lege. 1. Cod. Theod. de Protectoribus mandat Secundo Præfecto Præt. ne annonas néve capita det Domeſticis iis qui ultra numerum in comitatu manere voluerint. Poſtremò Caſſiodorus in formula Præfecturæ Præt. id diſertè affirmat his verbis: *Palatium ſua proviſione ſuſtentat; ſervientibus nobis procurat annonas.* Idem.

x *In ordinarias dignitates.*] Id eſt civiles. Ordinarias enim dignitates militaribus ſolet opponere Marcellinus, ut in lib. 16. cùm dicit: *Sub hoc enim ordinum ſingulorum auctores infinita cupidine divitiarum arſerunt: inter ordinarios judices Rufinus primus Præf. Prætorio; inter militares equitum Magiſter Arbetio.* Et in fine libri 21. *Sed cunctæ caſtrenſes & ordinariæ poteſtates ut honorum omnium apicem priſcæ reverentiæ more Præfectos ſemper ſuſpexere Prætorio.* Alias ordinarii judices ſtrictiùs ſumuntur, & majoribus poteſtatibus opponuntur: ut nominatim in lege 3. Codicis Theod. de ſuariis & pecuariis, ubi Imperator ſic dicit: *Nam quia majorum poteſtatum officiales ſolent eſſe provincialibus pernicioſi, per ordinarios judices atque Curias etiam hanc exactionem convenit celebrari.* Eóque ſemper ſenſu ordinarii judices accipiuntur in Codice utroque: pro Conſularibus ſcilicet & Correctoribus ac Præſidibus, qui ſunt dumtaxat Clariſſimi. Proconſules autem ac Præfecti, qui ſunt Spectabiles &

ſultâ cogitabatur aſtutè, ut hoc inſidiarum genere [y] [2] Galli periret avunculus; ne eum ut præpotens acueret [3] in fiduciam, exitioſa cœptantem. Verùm navata eſt opera diligens; [z] [4] hócque dilato, Euſebius Præpoſitus cubiculi miſſus eſt Cabillona, aurum ſecum perferens: quo per turbulentos ſeditionum [5] concitores occultiùs diſtributo, & tumor conſenuit militum, & ſalus eſt in tuto locata Præfecti. Deinde cibo abundè perlato, caſtra die prædicto ſunt mota. Emenſis itaque difficultatibus multis, & nive obrutis callibus pluribus, ubi prope Rauracum ventum eſt ad ſupercilia fluminis Rheni, reſiſtente multitudine Alamanna, pontem ſuſpendere navium compage Romani vi nimia vetabantur, ritu grandinis undique convolantibus telis: & cùm id impoſſibile videretur, Imperator cogitationibus magnis attonitus, quid capeſſeret ambigebat. Ecce autem ex improviſo index quidam regionum gnarus advenit, & mercede accepta vadoſum locum nocte monſtravit, unde ſuperari potuit flumen: & potuiſſet aliorſum [6] intentis hoſtibus [7] exercitus inde tranſgreſſus, nullo id opinante, cuncta vaſtare, ni pauci ex eadem gente, [a] quibus erat honoratioris militiæ cura commiſſa, populares ſuos hæc per nuntios docuiſſent occultos, ut quidam exiſtimabant. Infamabat autem hæc ſuſpicio [b] Latinum [c] Domeſticorum Co-

2 *Mſ.* talis. 3 *Mſ.* ad fiduc. 4 *Mſ.* hácque delato. *utrumque in al. deeſt.* 5 *Mſ* concitores. 6 *Mſ.* mittentis. 7 *Hæc verba in al. deſunt: in mſ. vero ſic leguntur,* exercitus deinde tranſgreſſus nullo id opinante cuncta vaſtarem.

Illuſtres, eo nomine haudquaquam continentur, ut diſertè docet lex. 7. Cod. Th. de honorariis codicillis, & Novella Theodoſii de tributis fiſcalibus. Et ita quidem in Codice. Sed in hoc Marcellini loco quem præ manibus habemus, ordinariæ dignitates pro civilibus ſumuntur, ut dictum eſt. Nec obſtat, quòd de Præfectis Præt. hic ſermo eſt. Nam Præfectura Prætorii jam inde à temporibus Conſtantini Maximi civilis dignitas haberi cœpta eſt. Ante Conſtantinum quidem negari non poteſt, quin ea dignitas fuerit militaris: quippe cùm Præfectus Prætorio Prætorianis cohortibus cunctiſque per Italiam militibus præeſſet, ut docet Dio in lib. 52. Sed Conſtantinus primus Prætoriarum cohortium nomen exſtinxit, ut docet Aurelius Victor, omnémque rei militaris poteſtatem ad Magiſtros militum tranſtulit, quemadmodum ex Zoſimo adnotavi. Meritò itaque queritur Aurelius Victor in Tito: *Méxque victorem Titum Veſpaſianus Præfecturâ Præt. extulerat. Unde etiam honos is ingens à principio, tumidior & alter ab Auguſto imperio fuit. Verum hac tempeſtate dum honorum honeſtas deſpectatur, miſtique bonis indocti ac prudentibus inertes ſunt; fecere nomen plerique potentia vacuum, inſolens per injurias, & annonæ ſpecie rapax.* Valeſ.

y *Galli periret avunculus.*] Gallus enim Cæſar matre natus erat Galla, ſorore Rufini, ut ſcribit Marcellinus in calce hujus libri. Hujus, ni fallor, Rufini meminit Petrus Patricius in Excerptis legationum, inter legatos qui à Magnentio & Vetranione ad Conſtantium miſſi erant: quos omnes Conſtantius præter Rufinum Præf. Præt. in vincula compegit. Cauſam hinc diſcimus, quia ſcilicet affinis erat Conſtantii. Idem videtur eſſe, cujus mentio fit in lege 6. Cod. Theod. de annona & tributis, & qui Conſul cum Euſebio fuit anno Domini 347. Vide Marcellinum infrà cap. ult. Dicebatur autem Vulcatius Rufinus, teſte Marcellino in ſequentibus libris. * Ex eadem domo videtur fuiſſe Vulcatius Gallicanus, qui Conſul fuit cum Baſſo Conſtantini Magni temporibus, inter Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores numerandus. * *Idem.*

z *Hocque delato.*] Non ſine cauſa reſcribendum cenſeo *dilato.* Sic enim in lib. xv. ubi de Urſicino quem clam è medio tollere decreverant, ait Marcellinus: *Facinus impium ad deliberationem ſecundam differri præceptum eſt*: quo in loco Regius codex & Editio Romana atque Auguſtana ſcriptum habent *deferri*, eodem errore. *Idem.*

a *Honoratioris militiæ cura commiſſa.*] Regius codex habet *honoratioris militis*: cui ſubſcribunt Editiones optimæ, Romana & Auguſtana. Itaque non dubito, quin vulgata lectio ab emendatione Gelenii ſit profecta. *Idem.*

b *Latinum Domeſticorum Comitem.*] Hujus Latini meminit quoque Zoſimus in lib. 2. ubi prælium Murſenſe deſcribit, cúmque in aula Conſtantii plurimùm valuiſſe commemorat: μόνοι Λατῖνος καὶ Θαλάσσιος τὰ πρῶτα παρὰ βασιλεῖ φέροντες. Scudilonis quoque Scutariorum Tribuni ibidem mentionem facit Zoſimus: ſed nomen aliquantiſper depravatum eſt. legitur enim Σκουδιλῶνα καὶ Μάναδον ταξιάρχας, cùm legi debeat Σκουδίλωνα. Idem.

c *Domeſticorum Comitem.*] De Domeſticis abundè dictum eſt ſuprà, ubi & de Comite Domeſticorum nonnulla. Unum dumtaxat hîc addemus, hanc ſcilicet di-

mitem, & Agilonem Tribunum ſtabuli, atque Scudilonem Scutariorum rectorem, qui tunc [d] ut dextris ſuis geſtantes Remp. colebantur. At Barbari ſuſcepto pro inſtantium rerum ratione conſilio, [e] dirimentibus fortè auſpicibus, [f] vel congredi prohibente auctoritate ſacrorum, mollito vigore, quo fidentiùs reſiſtebant, optimates miſère delictorum veniam petituros & pacem. Tentis igitur Regis utriuſque legatis, & negotio tectiùs diu penſato, cùm pacem oportere tribui, quæ juſtis conditionibus petebatur, eámque ex re tum fore ſententiarum via concinens approbaſſet, advocato in concionem exercitu, Imperator pro tempore pauca dicturus, tribunali adſiſtens, circumdatus poteſtatum cœtu celſarum, ad hunc diſſeruit modum:

Nemo quæſo miretur, ſi poſt exſudatos labores itinerum longos, congeſtóſque affatim commeatus, fiduciâ veſtri ductante, Barbaricos pagos adventans, velut mutato repentè conſilio ad placidiora diverti. Pro ſuo enim loco & animo quiſque veſtrûm reputans, id [8] *inveniet verum, quòd miles ubique, licèt membris vigentibus firmus, ſe ſolum vitámque propriam circumſpicit & defendit: Imperator verò officiorum, dum æquis omnibus alienæ cuſtos ſalutis, nihil non ad ſui ſpectare tutelam* [9] [g] *rationes populorum cognoſcit, & remedia*

8 *Mſ. inveniet.* 9 *Mſ. ratio .... & remedia.*

gnitatem diu ante Conſtantini tempora inſtitutam fuiſſe. Etenim Diocletianus ex Comite Domeſticorum ad Imperium evectus eſſe dicitur. Zonaras in Diocletiano: ἐξ εὐτελῶν στρατιωτῶν δὲ ἐκ Μυσίας ἐγένετο· ἄλλοι δὲ κόμητα δομεστίκων αὐτὸν γενέσθαι φασί. Sanè Aurelius Victor id ſcriptum reliquit: *Ducum conſilio Tribunorúmque Valerius Diocletianus Domeſticos regens ob ſapientiam eligitur.* Sed & imperante Æmiliano, tanto ante Diocletianum Paullinus quidam Comes fuit Domeſticorum, ut docet vetus Inſcriptio: D. N. C. AEMILIANO. FORTISSIMO. PRINCIPI. HERCULI. CONSERVATORI. L. VIRIUS. PAULLINUS. V. C. COMES DOMESTICORUM. *Valeſ.*

d *Ut dextris ſuis geſtantes Remp.*] Valer. Max. lib. 2. cap. 8. §. 5. *Humeris ſuis ſalutem patriæ geſtantes.* Lind.

e *Dirimentibus forte auſpiciis.*] Alamanni auſpiciis admodum dediti fuere, iiſque præcipuè in bello utebantur. Cujus rei inſigne exemplum eſt apud Agathiam in lib. 2. Nam cùm Buccellinus in Italia cum Narſe pugnaturus conſiſteret, vates Alamannorum ne eo die prælium committeret edixerunt: alioqui exercitum internecione deletum iri. προειρημένων αὐτοῖς ὑπὸ τῶν Ἀλαμαννικῶν μάντεων μὴ δεῖν ἐκείνης τῆς ἡμέρας διαμάχεσθαι, ἢ γινώσκειν ὡς ἄρδην ἅπαντες ἀπολοῦνται. Paullò pòſt idem Agathias eos χρησμολόγους Ἀλαμαννικοὺς appellat. Porrò hunc morem Alamanni à Germanis utpote majoribus ſuis hauſerant: de quorum religione in auſpiciis maximè per bella obſervandis ſcribit Tacitus in libro de moribus Germanorum: adeo ut etiam virginum vaticiniis fidem adhibuerint. Notæ enim ſunt Veleda & Ganna, de quibus Tacitus, & Statius in Silvis, & Suidas in θειάζουσα ex Dionis libro 67. Penè omiſeram hunc Marcellini noſtri locum in Editione Rom. & in codice Regio ſic ſcribi, *dirimentibus forte auſpicibus.* Valeſ.

f *Vel congredi prohibentibus.*] Hæc verba gloſſæ, quod aiunt, cujuſpiam potiùs quam Marcellini eſſe, jure quis ſuſpicetur. Sed aliò nos trahunt ſcripti codices, Editio ſcilicet Romana ac liber Regius. In utroque enim ſcriptum reperi, *vel congredi prohibentia.* Unde non dubito, quin totus locus ita legi debeat: *Dirimentibus fortè auſpicibus, vel congredi prohibente auctoritate ſacrorum, mollito vigore quo fidentiùs reſiſtebant, optimates miſère, &c.* Cauſam enim ſubitæ mutationis Alamannorum exponit Marcellinus, qui cùm antea acerrimè reſiſterent Romanis, repentè miſſis legatis pacem expopoſcerint. Ait igitur eos religione motos id feciſſe: religionem autem eorum animis injectam ſive ab auſpiciis, ſive ab ſacrificiis. * Certè in Mſ. Toloſano legitur, *vel congredi prohibente auctoritate ſacrorum, &c.* * Idem.

g *Rationes populorum cognoſcit.*] Hæc quàm inſulſa ſint nemo non videt. In Romana Editione legebatur *ratio* ... deinde relicta erat lacuna paullò plus quàm dimidiatæ lineæ: neque aliter in exemplari Regio, niſi quòd brevior erat lacuna unius voculæ capax. Eſt quidem totus hic locus peſſimè affectus, ac tum mendis, tum lacuna deformatus. Sed conjectura Petri Caſtelli quaſi tertia quædam labes acceſſit. Quòd ſi quid in loco tam deſperato conjicere licet, ſic commodiùs legi poſſe exiſtimo: *Imperator verò officiorum dum æquis omnibus, ut alienæ cuſtos ſalutis, nihil ad ſui ſpectare tutelam, ſed rationes rerum ac temporum ponderare, & remedia cuncta quæ ſtatus negotiorum admittit, arripere debet, &c.* Ac pri-

cuncta quæ ſtatus negotiorum admittit, arripere debet alacriter, ſecunda numinis voluntate delata. Ut in breve igitur conſeram, & oſtendam qua ex cauſa omnes vos ſimul adeſſe volui, commilitones mei fidiſſimi, accipite æquis auribus, quæ ſuccinctiùs explicabo. [h] *Veritatis enim* [1] *abſolutus ſermo ac ſemper eſt ſimplex. Arduos veſtræ gloriæ gradus quos fama per plagarum quoque accolas extimarum diffundit, excellenter accreſcens, Alamannorum Reges & populi formidantes, per oratores quos videtis ſummiſſis cervicibus conceſſionem præteritorum poſcunt & pacem: quam ut cunctator & cautus utiliúmque monitor,* [i] *ſi veſtra voluntas adeſt, tribui debere cenſeo, multa contemplans: primò ut Martis ambigua declinentur: dein ut auxiliatores pro adverſariis adſciſcamus, quod pollicentur: tum autem, ut incruenti mitigemus ferociæ flatus, pernicioſos ſæpe provinciis: poſtremò id reputantes, quòd non ille hoſtis vincitur ſolus, qui cadit in acie, pondere armorum oppreſſus, & virium; ſed multo tutiùs etiam tuba tacente, ſub* [2] *jugum mittitur voluntarius, qui ſentit expertus, nec fortitudinem in rebelles, nec lenitatem in ſupplices animos deeſſe. In ſumma, tanquam arbitros vos quid ſuadetis opperior, ut Princeps tranquillus temperanter adhibere modum allapſa felicitate decernens. Non enim inertiæ, ſed modeſtiæ humanitatíque, mihi credite, hoc quod rectè conſultum eſt, adſignabitur.*

Mox dicta finierat, multitudo omnis [3] ad quæ Imperator voluit promptior,

1 Mſ. *abſolimo ſemper ac pereſt ſimplex.* al. *Veritatis enim ſermo eſt ſimplex.* 2 Al. *jugo.* 3 Mſ. atque.

ma quidem illa ut erant mendoſa reliquimus. quid enim illud eſt, *Imperator officiorum*? Sequentia ex codice Regio, & Editione Romana ſunt emendata: in iis enim legitur *æquis omnibus*, meliùs, ut puto, quàm in Editione Petri Caſtelli, *dum æquus omnibus.* quamquam, ut ingenuè fatear, neque illud ſatisfacit. Sed in loco corrupto ſatius ſemper eſt ſcriptorum codicum lectionem exprimere. Paullò pòſt ſcripſi, *nihil ad ſui ſpectare tutelam*, expunctâ alterâ negativâ particulâ, quæ gloſſa erat præcedentis. Certè ſenſus & collationis ἀκολουθία ita poſtulat. *Valeſ.* Mirum eſt poſt adeo ſeriam Caſtelli & multiplicem objurgationem placuiſſe viro maximo hiſtoriam alienam ita interpolare, tot ſuis verbis Ammiano admiſcendis, quæ nunquam ſciebat vel ab ſcriptis libris vel ab polito lectore probatum iri. Lacunam opinor feciſſe, qui loquutionem auctoris non adſequebantur, quam vide an tetigerim. Lego enim: *Imperator vero, officiorum æquis omnibus alienæ cuſtos ſalutis, dum nihil non ad ſui ſpectare tutelam ratio eſt, remedia* &c. Officiorum æqua vocat, quæ aliis *juſta* dicuntur. h. e. per omnia, quæ arripere poteſt non tam ad ſuam, ſed potius communem ſalutem pertinentia, circumſpiciens eam & curans. Huic Imperatori ratio eſt nihil non ad ſui ſp. tutelam. *Gron.*

h *Veritatis enim abſolutus ſermo ac ſemper eſt ſimplex.*] Hæc verior lectio, quàm quæ in retro Editionibus: *Veritatis enim ſermo eſt ſimplex.* Sic namque lib. XII. *Chriſtianam religionem abſolutam ac ſimplicem.* Lib. 28. *textus abſolutus.* Lib. 22. *planis abſolutiſque decretis.* Lib. 29 *abſolute confeſſus.* Lib. 17. *Veritatis oratio ſoluta eſſe debet & libera.* Eodem modo *abſolutum ingenium*, Aur. Vict. in Aurel. Anton. *Neque jugi pace ac longo otio abſoluta ingenia corrumpi.* * Bene ad Ammiani phraſin Auguſtin. in Sententiis à Proſpero collectis, n. 66. *Abſolutiora ſunt verba veracium, quàm commenta fallacium.* Seneca Epiſt. 49. *Ut ille ait Tragicus, Veritatis ſimplex oratio eſt.* Euripides in Phœniſſ. ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Vid. Ciceron. Κοὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων. ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρὸν, ὁ δ' ἄδικος λόγος νοσῶν ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν. *Lind.*

i *Si veſtra voluntas adeſt.*] Animadverte quanta civilitate & modeſtia, quamque æquo propemodum jure cum militibus agat Imperator populi Romani. Qui non contentus eos *commilitones* appellare, infrà etiam *arbitros* vocat. Quippe Imperatores Rom. pacem cum hoſtibus ferire niſi conſulto prius milite non ſolebant. Cujus rei celebre exſtat exemplum in hiſtoria Dexippi de Aureliano Aug. qui Vandalos devicerat. τῇ δ' ὑστεραίᾳ τό τε πλῆθος τῶν Ῥωμαίων στρατιωτῶν αὐτοῖς ἐπέδειξε, καὶ ἐς μέσους βασιλεὺς, ὅτι σφίσι περὶ τῶν παρόντων λῷον εἴη δοκοῦν, βοῇ τὸ βουλόμενον σημαίνοντες: σύμπαντες εἰς τὴν κατάλυσιν τοῦ πολέμου ἐχώρησαν. Apud Malchum quoque in Hiſtoria Byzantina Zeno Aug. cum militibus & ſcholaribus de inferendo bello delibe-

laudato

laudato conſilio, conſenſit in pacem, ea ratione maximè percita, quòd norat expeditionibus crebris, [k] fortunam ejus in malis tantùm civilibus vigilaſſe: cùm autem bella moverentur externa, accidiſſe plerumque luctuoſa. [l] Icto poſt hæc fœdere gentium ritu, perfectáque ſollemnitate, Imperator Mediolanum ad hiberna diſceſſit.

CAP. XI. Ubi curarum abjectis ponderibus aliis, [m] [n] tamquam [4] nodum Gordium difficillimum, Cæſarem convellere niſu valido cogitabat: eique deliberanti cum proximis, clandeſtinis colloquiis & nocturnis, qua vi quibúſve commentis id fieret, antequam effundendis rebus pertinaciùs incumberet confidentia: acciri mollioribus ſcriptis [o] [p] per ſimulationem tractatus publici nimis urgentis eumdem placuerat Gallum, ut auxilio deſtitutus, ſine ullo interiret obſtaculo. Huic ſententiæ verſabilium adulatorum refragantibus globis, (inter quos erat Arbetio ad inſidiandum acer & flagrans, & Euſebius tunc Præpoſitus cubiculi, effuſior ad nocendum) id occurrebat, Cæſare diſcedente Urſicinum in Oriente pernicioſè relinquendum, ſi nullus eſſet qui prohiberet, altiora meditaturum. Iiſdémque reſidui regii acceſſere [q] ſpadones, quorum ea tempeſtate plus habendi cupiditas ultra mortalem modum adoleſcebat, inter mi-

4 *Al.* nodum & odium. *mſ.* odiem.

---

rat, & his ad eos verbis utitur: *νῦν οὖν ἔχετε γνώμην, παρ' ὑμῶν ἀκοῦσαι βουλόμενος νυνὶ παρεκάλεσα· εἰδὼς τῶν βασιλέων τούτους ἀσφαλῶς πράττειν, οἳ ἂν τὰ βουλεύματα τοῖς στρατιώταις κοινῶσι.* Id eſt: *Nunc igitur ut ſententiam veſtram de hoc negotio intelligerem, huc vos convocavi. Scio enim eos demum Imperatores tutò agere, qui conſilia ſua cum militibus communicant.* Plura exempla ſuppeditabit Marcellini noſtri Hiſtoria, quæ ſtudioſo lectori notanda relinquimus. *Valeſ.*

k *Fortunam in malis civilibus vigilaſſe.*] Inf. *Fortunam* (Conſtantii) *in diſcordiis civilibus formidabant.* Aur. Vict. de eod. *Felix bellis civilibus, externis lacrimabilis.* Eutrop. lib. x. *Cujus in civilibus magis, quàm in externis bellis ſit laudanda fortuna.* Vide in fine lib. XXI. *Lindenbr.*

l *Icto fœdere gentium ritu.*] Fortaſſis-an eo ritu quem Tacitus notat lib. XII. *Mos eſt Regibus quoties in ſocietatem coëant, implicare dextras, polliceſque inter ſe vincire, nodoque perſtringere. Mox ubi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum.* Non abſimili modo Iſacius Imp. cum Saracenis fœdus iniit. Nicet. Choniat. lib. II. *μετὰ τοῦ τῶν Σαρακηνῶν ἄρχοντος σπείσασθαι, καὶ κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς περὶ φιλίας κρατοῦν ἔθιμον ἀμφοτέρους χάσαι φλέβα τὴν ἐπιστήθιον, καὶ τὸ ἐκεῖθεν ἐκρυὲν αἷμα ἑκάτερον εἰς πόσιν ἀλλήλοις ἀντιπροπίνασθαι.* * Tertull. Apolog. cap. 9. Et apud Herodotum opinor defuſum brachiis ſanguinem, ex alterutro deguſtatum nationes quaſdam fœderi comparaſſe. * Jul. Solin. de Scythis loquens: *Hauſtu mutui ſanguinis fœdus ſanciunt, non ſuo tantùm more, ſed Medorum quoque uſurpatâ diſciplinâ.* Pomp. Mela lib. II. cap. I. *Idem.*

m *Tanquam nodum Gordium.*] Fœdè hic locus antea corruptus, ſic certè legi debet, ut edidimus. Proverbium autem unde natum ſit, ſatis conſtat ex Plutarch. in Alex. Arrian. *περὶ ἀναβάσ.* lib. I. Quint. Curt. lib. 3. * Senec. Epiſt. 88. Feſt. in Cingulo. * *Idem.*

n *Tamquam nodum Gordium difficillimum.*] Sic primus edidit Lindenbrogius, cùm anteriores Editiones ac princeps omnium Romana, *nodum & odium*, haberent. In Regio codice ſcriptum reperi, *nodum & odiem*, perinde ut erat in Mſ. Florentino. ſed conjecturam Lindenbrogii libens ſequor: hoc tantum addo, vocem, *difficillimum*, gloſſam videri, quæ à neſcio quo ſcholiaſte ad marginem adſcripta, in textum irrepſit. *Valeſ.*

o *Per ſimulationem tractatus publici.*] Gloſſar. Nomicum: *Τρακτάτος, σκέψις.* Et alibi: *Τρακτάτος, ἀνακάθαρσις, σύνοψις.* *Tractatum habere*, l. 4. 7. 9. 12. Cod. Theod. de legat. & decret. leg. 15. C. Theod. de Epiſcop. *Lindenbr.*

p *Per ſimulationem tractatus publici, nimis abjectis.*] Aliter in Editione Romana & Auguſtana excuſus hic locus habetur: *tractatus publici nimis arguentis.* Ex quo dudum conjeceram ſcribendum eſſe *nimis urguentis.* conjecturam meam codex Regius * & Toloſanus mihi poſtea confirmavit, in quo disertè ſcriptum reperi, *nimis urgentis.* Proinde non dubitavi eam lectionem hîc reſtituere, ejectâ illâ Gelenii conjecturâ. *Valeſ.*

q *Spadones, quorum ea tempeſtate plus habendi cupiditas.*] Alente nimirum eorum avaritiam audaciamque

niſteria vitæ ſecretioris per arcanos ſuſurros nutrimenta fictis criminibus ſubſerentes: qui ponderibus invidiæ gravioris virum fortiſſimum opprimebant, r ſubolefcere imperio adultos ejus filios muſſitantes, decore corporum favorabiles & ætate, ſ per multiplicem armaturæ ſcientiam agilitatémque membrorum t inter quotidiana proludia

Conſtantio, cui in deliciis erant, ut Aurel. Vict. ait. Inoleverat enim fœdiſſimus iſte mos, à Perſis perlatus ad Romanos, ut non ſolùm gynæceis adhiberetur tertium hoc genus hominum, ſed Imperii quoque & aulæ curis. Ita de Eutropio Eunucho Claudian. lib. 1.

-- qui ſervi non eſt admiſſus in uſum,
Suſcipitur regnis: & quem privata miniſtrum
Dedignata domus, moderantem ſuſtinet aula.

Horum inſenſiſſimus hoſtis erat Alex. Sever. in cujus vita hæc Lamprid. *Eunuchos de miniſterio ſuo abjecit, & uxori ut ſervos ſervire juſſit. Et quum Heliogabalus mancipium eunuchorum fuiſſet, ad certum numerum eos redegit, nec quidquam in palatio curare voluit, niſi balneas feminarum: cùm pleroſque eunuchos rationibus & procurationibus præpoſuiſſet Heliogabalus, hic illis & veteres ſuſtulit dignitates.* Eadem mens Licinio. Aur. Vict. *Spadonum & aulicorum omnium vehemens domitor, tineas ſoriceſque palatii eos appellans.* Lind.

r *Subolefcere imperio adultos ejus filios - per multiplicem armaturæ ſcientiam.*] Non vanus hic metus, & ſuſpecta meritò in eminentiori fortuna curioſa nimis armaturæ exercitatio. *Idem.*

ſ *Per multiplicem armaturæ ſcientiam.*] Armatura ſpecies fuit exercitii militaris, quo milites à Campidoctoribus inſtituebantur in campo, ut docet Vegetius in lib. 1. & 2. ſeu, ut ad rem propiùs accedam, Armatura ſcientia eſt ſaltandi in armis; uno verbo Pyrricha. Vetus interpres in Ptolemæi Tetrabiblum lib. 4. ὁπλορχηστὰς ὅπερ εἰσὶν οἱ μεθ' ὅπλων ὀρχούμενοι, οὓς καλοῦσιν ἀρματούρας. Armaturas intelligit milites, qui ſub Campidoctore erant, & armaturæ artem diſcebant. Nam olim quidem cuncti milites armaturæ artibus inſtituebantur. Poſtea verò ſoli ex eo dicti Armaturæ (ii erant inter principia legionis) ea exercitatione imbui cœpere, teſte Vegetio. Duplex porrò erat armatura: altera pedeſtris, de qua Marcellinus noſter loquitur in fine lib. 21. de Conſtantio: *artiúmque armaturæ pedeſtris perquam ſcientiſſimus:* altera equeſtris, quam egregiè deſcribit Procopius in lib. 4. Gothic. ſub finem, de Totila loquens moras pugnandi nectente, diémque conſultò terente. καὶ αὐτὸς ὑπερφυεῖ ὀχούμενος ἵππῳ παιδιὰν ἐν μεταιχμίῳ ἔπαιζε τὴν ἐνόπλιον ἐπισταμένως· τόν τε γὰρ ἵππον ἐν κύκλῳ περιαγαγὼν, ἐπὶ θάτερά τε αὖ ἀναστρέφων κυκλοτερεῖς ἐποιεῖτο δρόμους· καὶ ἱππευόμενος μεθίει ταῖς αὔραις τὸ δόρυ, ἀπ' αὐτῶν τε κραδαινόμενον ἀναλαμβάνων, εἶτα ἐκ χειρὸς ἐς χεῖρα παραπέμπων συχνά τε ἐς ἑκάτερα καὶ μεταβάλλων ἐμπείρως, ἐσεμνύνετο περὶ τὰ τοιαῦτα μελέτῃ, ὑπτιάζων καὶ ἐγκλίζων καὶ πρὸς ἑκάτερα ἐγκλινόμενος, ὥσπερ ἐκ παιδὸς ἀκριβῶς τὰ ἐς τὴν ὄρχησιν δεδιδαγμένος. Id eſt: *Ipſe generoſo inſidens equo, in planitie quæ inter caſtra ſita erat, militari proludio ludebat peritè. Namque & equum in orbem agitans, & altrinſecùs reflectens, curſus in orbem ciebat. Et inter equitandum jactabat in auras haſtam, eamdémque vibratam rapiens, tum de manu mittens in manum ac crebrò permutans cum ſingulari peritia, dexteritatem ſuam oſtentabat: corpus reſupinans, lumbos flectens, & hac illac inclinans, utpote qui à puero Pyrricham accurate eſſet edoctus.* * Utramque armaturam tam pedeſtrem quam equeſtrem intelligit Themiſtius in oratione Mſ. quæ inſcribitur Conſtantius ſeu de humanitate. οἱ δὲ ἔτι καὶ μᾶλλον, οἷον ἤδη σε θαυμάζειν δοκοῦσιν. οἱ τὴν ἐνόπλιον χορείαν διεξιόντες, καὶ τὰ κοῦφα ἐν πολλῷ σιδήρῳ σκιρτήματα, καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν ἵππων ἐξελιγμοὺς, καὶ ἐξυμνοῦσιν εἰκότως σῶμα οὕτω διακείμενον πρὸς τοὺς πόνους ἐκ τρυγονίας βασιλικῆς. * De hac equeſtri armatura ſenſit Firmicus in Sphæra barbarica, cùm dicit: *Aut qui ſaltu quadrigas tranſeat, aut apprime vectus equo militares armaturas exerceat.* Itaque Scaliger in librum v. Manilii Firmicum immeritò reprehendit, quòd ex equo militares armaturas exerceri dixerit. Ipſe potiùs Scaliger armatura quid eſſet penitùs ignoravit, ut ex ejus verbis liquidò apparet. Ait enim: *Armatura eſt* ὁπλοδιδαξία, *& à Campidoctore in caſtris docebatur diebus feſtis.* Primò confundit armaturam cum exercitatione armorum: íſque error jam notatus eſt à Cl. Salmaſio in Notis ad Hiſtoriam Auguſtam. Deinde armatura non tradebatur in caſtris, ſed in campo à Campidoctoribus: neque diebus feſtis, ſed quotidie, ut docet Vegetius lib. 2. cap. 23. Exhibebatur quidem ab Impp. in Circo diebus feſtis, ut ibi Vegetius dicit, & Spartianus in Hadriano aliíque teſtantur: ſed quotidiana meditatione à militibus diſcebatur. Addit paullò pòſt Scaliger: *Armaturæ etiam dicebantur: cùm armati currebant.* & ad ejus rei confirmationem affert primò teſtimonium veteris Interpretis, quem quidam Proclum exiſtimant, in Tetrabiblum Ptolemæi, quem nos ſuprà explicavimus; deinde locum Artemidori. Quæ omnia in gratiam Scaligeri unâ liturâ vellem eſſe deleta. Neque enim Interpres ille Tetrabibli de alio genere armaturæ loquitur, quàm de eo quod à Campidoctore tradebatur, ut ſuprà oſtendi. Et locus Artemidori longè aliò ſpectat. Loquitur enim Artemidorus de ſacris certaminibus, quibus Athletæ certabant: corúmque certaminum ultimum eſſe dicit ὅπλον, id eſt, ὁπλίτην δρόμον, ut loquitur Pauſanias in Eliacis. * Hunc Scaligeri errorem ſecutus eſt Lipſius in libro v. de militia capite XIV. * *Valeſ.*

t *Inter quotidiana proludia.*] Proludiorum nomine omnes exercitationes militares complectitur Marcellinus. Sic in lib. 16. de Juliano: *Cùm exercere proludia diſciplinæ caſtrenſis philoſophus cogeretur ut Princeps, artemque modulatiùs incedendi per Pyrricham concinentibus diſceret fiſtulis.* Et in libro 23. de Perſis: *Militari cultu ac diſciplina, proludiiſque continuis rei caſtrenſis & armaturæ, quam ſæpe formavimus metuendi.* Eodem ſenſu Vegetius proluſiones ſumit in lib. 1. cap. 13. & in lib. 2. cap. 23. Hæ porrò exercitationes armorum quotidie fiebant, ut idem Vegetius paſſim inculcat. Petrus Patricius & Magiſter de Tullio Menophilo duce Mœſiæ, ὅτι

ter quotidiana proludia [v] exercitus, conſulto conſilio cognitos: Gallum ſuopte ingenio trucem per ſuppoſitos quoſdam ad ſæva facinora ideo animatum, ut eo digna omnium ordinum deteſtatione exoſo, ad Magiſtri equitum liberos principatus inſignia transferantur. Cùm hæc taliáque ſollicitas ejus [x] aures everberarent, expoſitas ſemper hujuſmodi rumoribus & patentes, [y] varia animo tum miſcente conſilia, tandem id ut optimum factu elegit: & Urſicinum primum ad ſe venire ſummo cum honore mandavit, ea ſpecie, ut pro rerum tunc urgentium captu diſponeretur concordi conſilio, quibus virium incrementis Parthicarum gentium arma minantium impetus frangerentur. Et ne quid ſuſpicaretur adverſi venturus, vicarius ejus, dum redit, Proſper miſſus eſt Comes: acceptíſque literis, & [z] copiâ rei vehiculariæ datâ, Mediolanum, [a] itineribus [5] properavimus magnis. Reſtabat ut Cæſar poſt hæc properaret accitus: & abſtergendæ causâ ſuſpicionis ſororem ſuam, ejus uxorem, Conſtantius ad ſe tandem deſideratam venire multis fictiſque blanditiis hortabatur. Quæ licèt ambigeret, metuens ſæpe cruentum; ſpe tamen quòd eum lenire poterat ut germanum, profecta, cùm Bithyniam introiſſet, in ſtatione quæ [b] Cænos Gallicanos appellatur, abſumpta eſt vi febrium repentina. Cujus poſt obitum maritus contemplans cecidiſſe fiduciam, qua ſe fultum exiſtimabat, anxia cogitatione quid moliretur hærebat. Inter res enim impeditas & turbidas, ad hoc unum mentem ſollicitam dirigebat, quòd Conſtantius cuncta ad ſuam ſententiam conferens, nec ſatisfactionem ſuſcipiet aliquam, nec erratis ignoſcet: ſed ut erat in propinquitatis perniciem inclinatior, laqueos ei latenter obtendens, ſi cepiſſet incautum, morte multaret. Eò neceſſitatis adductus, ultimáque ni vigilaſſet

5 *Mſ.* properamus.

ἦ δὲ ξ λω Μυσίας, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ στρατὸν ἐγύμναζε. Narſes quoque Eunuchus quotidie militem exercebat, teſte Agathia in lib. 2. quò fortiore animo ad pugnam accederent. καὶ ἐπερρώννυε τὸ θυμὸν ταῖς καθ' ἡμέραν μελέταις. *Valeſ.*

v *Proludia exercitus.*] Reſtitui ſcripturam codicis Regii * ac Toloſani * & Rom. Editionis: *Inter quotidiana proludia exercitus conſulto conſilio cognitos*: quomodo hic locus laudatur alicubi à Jacobo Cujacio V. Cl. *Idem.*

x *Aures verberarent.*] Plaut. * Amphitr. p. 11. ut videtur: * *Dextera mihi vox aureis verberat.* Lind.

y *Varia animo tum miſcente conſilia.*] Hujus loci emendatio cum aliis compluribus codici Regio debetur, in quo ita diſertè ſcriptus eſt: *Vario animo tum miſcente conſilia, tandem ut optimum factum elegit.* Sed eadem manu emendatum eſt *varia.* In Editione Romana legebatur: *Vario animo tumeſcente conſilia tandem dot optimum factum olegit.* Neque dubito quin etiam in eo exemplari ex quo codex Regius eſt deſcriptus, ita exaratum fuerit. Obſervavi enim virum doctum, qui cum codicem deſcripſit, conjecturæ ſæpius indulſiſſe. Proinde non veritus ſum unius literulæ adjectione locum hunc priſtinæ integritati reſtituere hoc modo: *Tandem id ut optimum factu elegit.* Valeſ.

z *Copia rei vehicularis.*] Inf. *Vehiculis publicis uſus.* -- τῷ δημοσίῳ δρόμῳ χρησάμενος. Procop. Perſic. 11. ἵπποις τοῖς δημοσίοις ὀχούμενος, οὓς δὴ βερέδους καλεῖν νενομίκασι. Germ. *Herrn-fuhr.* Lindenbr.

a *Itineribus properavit magnis.*] In Mſ. Florentino ſcribitur *properamus*, teſte Lindenbrogio. Ego veram lectionem eſſe non dubito, *properavimus*, quam in Editione Rom. & codice Regio * ac Toloſano * poſtea reperi. Ammianus enim noſter jamtum cum Urſicino in Oriente verſabatur, ut ipſemet docet paullò ſuprà his verbis: *Interea à Niſibi quam tuebatur Urſicinus accitus, cui nos obſecuturos junxerat imperiale præceptum.* Eundémque haud multo pòſt ſecutus eſt in Gallias, cùm ad opprimendum Silvanum illuc à Conſtantio miſſus eſſet. Inde cum eodem rurſus ad Orientem tranſivit. Hinc eſt, quòd tantopere illum ubique laudat. *Valeſ.*

b *Cænos Gallicanos.*] Hujus ſtationis mentio fit in Itinerario Antonini: *Toraio m. paſſuum 28. Dablis m. p. 28. Cænum Gallicanum m. p. 18. Dadaſtana m. p. 21.* Ex Galatia igitur in Bithyniam venientibus prima hæc ſtatio occurrebat. *Idem.*

opperiens, principem locum, ſi qua patuiſſet copia, adfectabat: ſed [c] perfidiam proximorum ratione bifaria [6] verebatur, [7] qui eum ut truculentum horrebant & levem, [8] qui que altiorem Conſtantii fortunam in diſcordiis civilibus formidabant. Inter has curarum moles immenſas, Imperatoris ſcripta ſuſcipiebat aſſidua, monentis orantíſque ut ad ſe veniret, & mente monſtrantis obliqua, Remp. nec poſſe dividi, nec debere, ſed pro viribus quemque ei ferre ſuppetias fluctuanti, nimirum Galliarum indicans vaſtitatem. Quibus ſubſerebat non adeo vetus exemplum, quòd Diocletiano & ejus collegæ, [d] ut apparitores, Cæſares non reſides, ſed ultro citróque diſcurrentes obtemperabant: & in Syria [e] [f] Auguſti vehiculum iraſcentis per ſpatium [9] mille paſſuum ferè pedes antegreſſus eſt Galerius purpuratus. [g] Advenit poſt multos [1] Scudilo Scutariorum Tribunus, velamento ſubagreſtis ingenii perſuaſionis opifex callidus: qui eum adulabili ſermone ſeriis admiſto, ſolus omnium proficiſci pellexit, vultu adſimulato ſæpius replicando, quód flagrantibus votis eum videre frater cuperet patruelis, quod per imprudentiam geſtum eſt remiſſurus ut mitis & clemens: participémque eum ſuæ majeſtatis adſcitum, [2] & futurum laborum quoque ſocium, quos Arctoæ provinciæ diu feſſæ poſcebant. [h] [i] Utque ſolent

6 *Mſ.* deſerebatur. 7 *Steph. & mſ.* qui. 8 *Steph. & mſ.* quíque. 9 *Al.* mille paſſus. 1 *Mſ.* Cu liculo. 2 *Mſ.* & futurum.

---

c *Perfidia proximorum ratione biſaria deſerebatur, quod,* &c.] Hujus lectionis auctor fuit Sig. Gelenius. Nam in Editione Rom. & Regio codice legitur: *Perfidiam prox. ratione biſaria ferebatur.* Unde non dubito, quin veriſſima ſit ea lectio, quam ex Mar. Accurſii Editione reſtitui. *Valeſ.*

d *Ut apparitores Cæſares.*] Inf. lib. 17. *Erat enim neceſſe tanquam Apparitorem Cæſarem ſuper omnibus geſtis ad Auguſti referre ſcientiam.* Sic enim locum illum ex Mſ. reſtituimus. Lib. 26. de Valente in participatum Imperii adſumto: *In eodem vehiculo ſecum reduxit, participem quidem legitimum poteſtatis ſed in modum Apparitoris morigerum.* Lib. xx. Julianus jam Auguſtus à militibus appellatus, ſic ad Conſtantium ſcribit: *Currentium ex voto proſperitatum nuntiis crebris, ut Apparitor fidus aures implevi.* Lind.

e *Auguſti vehiculum iraſcentis per ſpatium mille paſſuum ferè pedes antegreſſus eſt Galerius.*] Ruf. Feſt. in Breviar. *Maximianus Cæſar, prima congreſſione cùm contra innumeram multitudinem cum paucis acriter dimicaſſet, pulſus receſſit. Hoc tanta à Diocletiano indignatione ſuſceptus eſt, ut ante carpentum ejus per aliquot milia paſſuum cucurrerit purpuratus.* Eutrop. lib. ix. *Idem.*

f *Auguſti vehiculum pedes antegreſſus eſt Galerius.*] Galerius Maximianus inter Callinicum Carraſque congreſſus cum Perſis, longè militum numero ſuperioribus, victus receſſit. Et ad Diocletianum profectus, cùm ei in itinere occurriſſet, tantâ inſolentiâ fertur a Diocletiano exceptus, ut per aliquot paſſuum millia purpuratus tradatur ad vehiculum ejus cucurriſſe, ut ſcribit Eutropius & Rufus Feſtus. Et hoc primum fuit prælium quo Galerius cum Perſis dimicavit, teſte Rufo Feſto ac Zonara atque Eutropio. Sed Eutropii verba aliquantiſper obſcura ſunt, unde erroris anſam tum Oroſio, tum auctori Miſcellæ hiſtoriæ præbuere. Sic enim ſe habent: *Galerius Maximianus primò adverſum prælium, exin ſecundum habuit: inter Callinicum Carráſque congreſſus, &c.* Quibus verbis Eutropius primum illud prælium deſcribit, ut dixi: tum deinde alterum ſubjicit, quo Galerius in Armenia majore Perſas debellavit. At Oroſius quidem in libro 7. hæc Eutropii verba ſic accepit, ut quater cum Perſis conflixerit Galerius: auctor verò hiſtoriæ Miſcellæ verbis Eutropii interpolatis, tria Galerii adverſus Perſas prælia poſuit, cùm tamen duo tantùm fuerint. *Valeſ.*

g *Advenit poſt multos Scudilo.*] In Codice Regio priùs quidem ſcriptum fuit: *Poſt multos Cudiculo.* Sed emendatum eſt eadem manu: *Poſt multo Scudilo.* Quæ lectio minimè diſplicet, ita tamen, ut vulgatam non damnem. *Idem.*

h *Utque ſolent manum injectantibus fatis hebetari ſenſus.*] * Velleius Paterc. lib. 2 pag. 96. in 4. *Ineluctabilis fatorum vis, cujus fortunam mutare conſtituit, conſilia corrumpit.* Vide ipſum locum P. 99. lib 2. *Ita ſe res habet, ut plerumque fortunam mutaturus Deus conſilia corrumpat.* P. 163. in 24. Mar. Victor. Maſſil. in Geneſ. lib. 3. p. 69.

Servavit morem juris ſententia recti. *

Lycurgus contra Leocrat. Οἱ θεοὶ οὐδὲν πρότερον ποιοῦσιν, ἢ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων τὴν διάνοιαν παράγουσι. In quam rem ſequentes laudat verſus:

manum injectantibus fatis hebetari ſenſus hominum & obtundi, his illecebris ad meliorum exſpectationem erectus, egreſſúſque Antiochiâ numine lævo ducente, prorſus ire tendebat [k] [l] de fumo, ut proverbium loquitur vetus, ad flammam: & ingreſſus Conſtantinopolim, tamquam in rebus proſperis & ſecuris, editis equeſtribus ludis, [m] capiti [3] Coracis aurigæ coronam impoſuit ut victoris. Quo cognito Conſtantius ultra mortalem modum exarſit: ac ne quo caſu idem Gallus de futuris incertus, agitare quædam conducentia ſaluti ſuæ per itinera conaretur, remoti ſunt omnes de induſtria milites agentes in civitatibus perviis. Eóque tempore Taurus Quæſtor ad Armeniam miſſus, confidenter nec appellato eo nec viſo tranſivit. Venêre tamen aliqui juſſu Imperatoris, adminiſtrationum ſpecie diverſarum, eumdem ne commovere ſe poſſet, néve tentaret aliquid occultè cuſtodituri: inter quos Leontius erat, poſtea Urbi Præfectus, ut Quæſtor, & Lucillianus quaſi Domeſticorum Comes, & Scutariorum Tribunus nomine Bainobaudes. Emenſis itaque longis intervallis & planis, cùm [n] Hadrianopolim introiſſet urbem Hæmimontanam, Uſcudamam antehac appellatam, feſſáſque labore diebus duodecim recreans vires, comperit [o] Thebæas legiones in vicinis oppidis hiemantes, conſortes ſuos miſiſſe quoſdam, eum ut remaneret promiſſis fidis hortaturos & firmis, fiduciâ ſui

3 *Mſ.* Thoracis.

Οταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτει τινὰ,
Τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον ἐξαφαιρεῖται φρενῶν
Τὸν νοῦν τὸν ἐσθλὸν, εἰς δὲ τὴν χείρω τρέπει
Γνώμην, ἵν' εἰδῇ μηδὲν ὧν ἁμαρτάνει.

Pub. Syrus in Jamb. *Stultum facit fortuna quem vult perdere.* Lind.

i *Utque ſolent manum injectantibus fatis hebetari ſenſus.*] Hæc fuit opinio veterum penè omnium, quæ multis exemplis, tum ex ſacra, tum ex profana hiſtoria petitis confirmari poteſt. Eleganter Velleius in lib. 2. *Sed profectò ineluctabilis fatorum vis cujuſcunque fortunam mutare conſtituit, conſilia corrumpit.* & multo pòſt de Quintilio Varo: *Sed prævalebant jam fata conſiliis, omnémque animi ejus aciem præſtinxerant. Quippe ita ſe res habet, ut plerumque fortunam mutaturus Deus, conſilia corrumpat.* Valeſ.

k *De fumo in flammam.*] Idem proverbium lib. XXVIII. * Epiphan. contra Hæreſes lib. 2. tom. 2. *γέγονε αὐτοῖς τοῦτο κατὰ τὴν παροιμίαν, ὅτι φεύγοντες τὸν καπνὸν εἰς πῦρ ἐνέπεσον.* Suid. in *τεφρώσας: μὴ τὴν τέφραν φυγὼν εἰς ἀνθρακιὰν πέσῃς.* Conſimile Germanor. proverbium *aus der aſſe ins feur.* * Leo Imp. Homilia de reſurrect. *Καὶ φεύγοντες ἄνθρακας, τὸ τῆς παροιμίας, φλογὶ περιπίπτουσι.* Euſtath. Philoſ. de amoribus Iſmen. & Leucip. Diogenianus in Collectione proverb. Cent. 8. *Lind.*

l *De fumo, ut proverbium loquitur, in flammam.*] Hujus proverbii meminit Diogenianus, *τὸν καπνὸν φεύγων εἰς τὸ πῦρ ἐνέπεσον*: cui affine eſt illud Germanici Cæſaris in lib. 1. Anthologiæ: *Ἐκ πυρὸς, ὡς αἶνος, πέσες ἐς φλόγας.* Valeſ.

m *Capiti Coracis aurigæ coronam impoſuit.*] Moris fuit, ut agitatores qui ludis Circenſibus vicerant, ab editore coronarentur. Quare & Imperatores quoties equeſtres ludos edebant, victores aurigas coronabant. * Ita Chryſoſtomus Homiliâ 12. in cap. 3. Epiſtolæ Pauli ad Philippenſes. *οὐχ ὁρᾶτε καὶ ἐνταῦθα, ὅτι τοὺς μάλιστα τετιμημένους τῶν ἀθλητῶν καὶ τῶν ἡνιόχων οὐ στεφανοῦσι κάτω ἐν τῷ σταδίῳ, ἀλλ' ἄνω καλέσας ὁ Βασιλεὺς ἐκεῖ στεφανοῖ.* Et in Homilia 5. in Geneſim ſub finem, denique in Homilia 2. de Davide, pag. 1026. Themiſtius in oratione Mſ. quæ inſcribitur Conſtantius ſeu de humanitate, ſub finem ait, Regis nomen vel Imperatoris præmia potiùs quàm ſupplicia deſignare; atque idcirco leges præmia quidem Imperatorum manibus, ſupplicia autem aliorum miniſterio reſervaviſſe. * Ex his intelligendus eſt locus Libanii in Oratione funebri de obitu Juliani, ubi Saporem cum Conſtantio componit. *ὁ μὲν* (Sapor ſcilicet) *αἰχμαλώτων ἠβρύνετο πλήθεσιν*: *ὁ δὲ* (Conſtantius) *τῶν ἵππων ἁμίλλαις τῶν μὲν ἐστεφάνουν αἱ πόλεις; ὁ δὲ τοὺς ἡνιόχους.* *Idem.*

n *Hadrianopolim introiſſet urbem Æmimontanam Uſcudamam antehac.*] Ruf. Feſt. *Uſcudamam, quæ modo Hadrianopolis nominatur, in deditionem noſtram redegit.* Vitiosè admodum Jordanes de Regnor Succeſſ. *Æmimontioſque debellans, Pulendenam, quæ nunc Philippopolis, & Uſtudamam, quæ Hadrianopolis vocatur, in Romanorum redegit dominium.* Legendum autem, *Æmimontioſque debellans Eumolpiadam, quæ nunc Philippopolis, & Uſcudamam quæ Hadrianop. &c.* Lind.

o *Thebæas legiones.*] Mentio hujus legionis in Notit.

abundè [p] per ſtationes locati confines: ſed obſervante cura pervigili proximorum, nullam videndi vel audiendi quæ ferebant furari potuit facultatem. Inde aliis ſuper alias urgentibus litteris exire, & decem vehiculis publicis, ut præceptum eſt, uſus, relicto palatio omni, præter paucos tori miniſtros & menſæ, quos [4] adduxerat ſecum, ſqualore concretus celerare gradum compellebatur adigentibus multis, temeritati ſuæ ſubinde flebiliter imprecatus, [5] quæ eum jam deſpectum & vilem arbitrio ſubdiderat infimorum. Inter hæc tamen per inducias naturæ conquieſcentis, ſauciabantur ejus ſenſus circumſtridentium terrore larvarum: interfectorúmque catervæ, Domitiano & Montio præviis correptum eum, ut exiſtimabat in ſomnis, uncis furialibus objectabant. [q] [6] Solutus enim corporeis nexibus animus, [r] ſemper vigens motibus indefeſſis, & [ſ] cogitationibus ſubjectus & curis, quæ mortalium ſollicitant mentes, colligit [t] viſa nocturna, quas *Φαντασίας* nos appellamus. Pandente itaque viam fatorum

4 *Al.* adjunxerat. 5 *Steph.* quod 6 *Mſ.* Solutus.

Imperii, Bedæ Martyrologio VII. Kal. Septembr. VI. Id. Octob. Gregor. Turon. de Miracul. lib. 1. cap. LXII. & LXIII. * Acta Martyrii S. Mauricii: *Erat eodem tempore in exercitu legio militum, qui Thebæi appellabantur - Ii in auxilium Maximiano ab Orientis partibus accerſiti venerant, viri in rebus bellicis ſtrenui, virtute nobiles, ſed fide nobiliores, &c.* Vide Herod. lib. 3. pag. 8. *Lind.*

p *Per ſtationes locat confines.*] Hic locus procul dubio corruptus eſt. Neque enim Gallus Cæſar Thebæas legiones in ſtationibus proximis collocavit, quippe cùm ante Galli adventum in vicinis opidis hiemarent teſte Marcellino. Adde quòd Marcellinus ſubjungit, Gallum Cæſarem nullam videndi, vel audiendi eos facultatem furari potuiſſe. Itaque reſcribendum puto: *Sui fiduciâ abunde per ſtationes locati confines.* Ut ad milites Thebæos hæc referantur, qui conſortes ſuos ad Gallum miſerant, hortaturos eum, ut fretus ipſorum fide ac numero inibi remaneret. *fiducia* igitur *ſui locati*, idem valet ac *fiducia ipſorum locatorum.* Quæ locutio durior quidem eſt, ut fateor, ſed nihilominus videtur vera. * Notitia Imperii ſub Magiſtro militum per Thracias Thebæos collocat. *Valeſ.*

q *Solutus enim corporeis nexibus animus.*] Hoc Peripateticorum dogma eſt. Aiunt enim Peripatetici, animum interdiu quidem circumplexum corpori miniſtrare, nec veritatem ſincerè intueri poſſe: noctu verò ſolutum à corporis miniſterio, ac veluti in orbem collectum circa pectus, proſpicere futura. unde & ſomnia exiſtunt, teſte Æliano in lib. 3. Variæ Hiſt. cap. XI. Sanè hæc opinio fuit Ariſtotelis, ut docet Sextus in lib. 8. adverſus dogmaticos initio: ὅταν γάρ, φησι, ἐν τῷ ὑπνοῦν καθ' ἑαυτὴν γένηται ἡ ψυχή, τότε τὴν ἴδιον ἀπολαβοῦσα φύσιν προμαντεύεταί τε καὶ προαγορεύει τὰ μέλλοντα. Id eſt: *Nam cùm in ſomnis animus liber eſt ac ſui juris, tum propriâ quaſi poſtliminio recuperatâ naturâ præſagit, ac prædicit multo ante ventura.* Id autem explicabat Ariſtoteles ac Peripatetici, non ut ſomniandi cauſa extrinſecùs immitteretur à Deo, ſed ut in animis noſtris quiddam naturâ ineſſe diceret, quod eos ita afficeret, ac moveret. Quippe omnem à Deo profectam vaticinationem removebat Ariſtoteles, ut docet Origenes contra Celſum. Vide Artemidorum in libro 1. cap. 7. ab iis verbis, Διώρισται δὲ λέγω οὐχ ὡς Ἀριστοτέλης, &c. ſic enim emendanda ſunt: & in libro 4. cap. 3. & 61. ubi ſomnia animi opus eſſe, inde ait apparere, quòd ſapientibus quidem ſapientia ac φιλόλογα, contraria autem idiotis eveniunt. * Eadem eſt opinio Xenophontis in libro VIII. de inſtitutione Cyri pag 237. * *Idem.*

r *Animus ſemper vigens motibus indefeſſis.*] Eamdem cauſam ſomniorum affert Philo in lib 2. allegoriarum his verbis: πολλάκις νύκτωρ ἠρεμίᾳ τῶν αἰσθήσεων ἀργούντων, ἀτόπους περὶ πολλῶν καὶ διαφερόντων λαμβάνομεν ἐννοίας τῆς ψυχῆς ἀεικινήτου ὑπαρχούσης καὶ μυρίας τροπὰς ἐνδεχομένης. *Sæpenumerò noctu cunctis ſenſibus quietis ac tacitis, miræ quædam de multis rebus atque diverſis cogitationes ſubeunt, idcirco quod animus noſter ſemper in motu eſt, & innumerabiles ſuſcipit converſiones.* Unde & Artemidorus ſomnium definit, motum aut conformationem animi multiplicem, ſignificantem futura: ὄνειρος κίνησις ἢ πλάσις ἐστὶ τῆς ψυχῆς πολυσχήμων, σημαντικὴ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν ἢ κακῶν. *Idem.*

ſ *Cogitationibus ſubjectus & curis.*] Codex Regius * & Toloſanus * cum Editione Rom. habent, *ſubjectis.* unde libens efficerem *abjectis.* Idem.

t *Viſa nocturna quas phantaſias.*] * A. Gellius lib. 19. cap. 1. ex Epicteto Arriani: *Viſa animi, quas φαντασίας Philoſophi appellant.* * Boëtius Dialog. II. in Porphyr. *Has mentis conſiderationes, quæ à rerum ſenſu ad intelligentiam profectæ, vel intelliguntur, vel certe finguntur, φαντασίας Græci dicunt, à nobis viſa poterunt nominari.* Quam *phantaſiam* Ammianus & Boëtius vocant, Macrobius *phantaſma* dixit: cujus verba commodè huc pertinent, lib. 1. cap. 3. in Cicer. φάντασμα, *hoc eſt viſum, cùm inter vigiliam & adultam quietem, in quadam (ut aiunt) prima ſomnii nebula adhuc vigilare ſe*

ſorte triſtiſſima, qua præſtitutum erat eum vita & imperio ſpoliari,[v] [7] itineribus interjectis permutatione jumentorum emenſis, venit[x] Petobionem opidum Noricorum: ubi [8] reſeratæ ſunt inſidiarum latebræ omnes, & [9] Barbatio repentè apparuit Comes, qui ſub eo Domeſticis præfuit, cum Apodemio Agente in rebus, milites ducens, quos beneficiis ſuis oppigneratos elegerat Imperator, certus nec præmiis nec miſeratione ulla poſſe deflecti. Jámque non [1] adumbratis fallaciis res agebatur: ſed quà palatium eſt extra muros,[y] armatis omne circumdedit. Ingreſſúſque obſcuro jam die, ablatis regiis indumentis, Cæſarem tunica texit & paludamento communi, eum poſt hæc nihil paſſurum velut [2] mandato Principis jurandi crebritate confirmans: & *Statim*, inquit, [3] *exſurge:* & inopinum carpento privato impoſitum,[z] ad Iſtriam duxit[a] prope opidum[b] Polam,[c] ubi quondàm peremptum Conſtantini filium accepimus Criſpum. Et cùm ibi ſervaretur artiſſimè, terrore propinquantis exitus jam præſepultus: accurrit Euſebius Cubiculi tunc Præpoſitus, Pentadiúſque Notarius, & Mellobaudes[d] Armaturarum Tribunus, juſſu Imperatoris [4] compul-

7 *Mſ.* itineribus ejectis. *al.* interjectis. 8 *Mſ.* reſervatæ. 9 *Mſ.* Barbaratio. 1 *Mſ.* umbratis. 2 *Mſ.* mandatu. 3 *Mſ.* exurgeret inopinum 4 *Mſ.* compulſi.

---

exiſtimans qui dormire vix cœpit, adſpicere videtur irruentes in ſe vel paſſim vagantes formas, à natura ſeu magnitudine ſeu ſpecie diſcrepantes. Suid. ſic diſtinguit: φάντασμα μὲν γάρ ἐστι δόκησις διανοίας, οἷα γίνεται κατὰ τοὺς ὕπνους, φαντασία δὲ τύπωσις ἐν ψυχῇ. Vid. Nemeſ. Epiſc. περὶ φύσεως ἀνθρώπου, cap. VII. *Lind.*

v *Itineribus rectis per mutationem jumentorum emenſis.*] In Editione Rom. legitur: *itineribus ejectis permutationem jum. em.* neque aliter Regius codex. At Sigiſ. Gelenius qui Baſilienſi præfuit Editioni, ſic edidit hunc locum: *Itineribus interjectis per mutationem jum. emenſis.* Cui longè meo quidem judicio præferenda eſt lectio Editionis Auguſtanæ, quæ eſt hujuſmodi: *Itineribus interjectis permutatione jum. emenſis.* Nam & in libri 15. initio Marcellinus ſic loquitur: *Raptos ejus calceos vehens equorum permutatione veloci.* Et Syneſius in Epiſtola ad Petrum Presbyterum: καὶ ἀμοιβῇ ζώων ἐφ' ἑκάτερα πέμψατε. Id eſt: *Equorum permutatione ultro citróque mittite.* διαδοχὰς ὀρέων appellat Libanius in tomo 2. Orationum non ſemel. *Valeſ.* Quanto ſimplicius, *Itineribus electis per mutationem jumentorum emenſis*? Gronov.

x *Petobionem opidum Noricorum.*] Nunc dictum *Pettavv* ad flumen Dravum. * *Idem.*

y *Armatis omnes circumſedit.*] Emendatum eſt ex codice Regio, *omne circumdedit*: cui lectioni in parte ſubſcribit Editio Rom. & Auguſtana, quæ ſic habent: *Armatis omne circumſedit.* Idem.

z *Ad Iſtriam duxit prope oppidum Polam.*] * Vid. Scalig. ad Euſeb. p. 234. * In inſula Flanone, vel, ut alii legunt, Flavone, interfectum ſcribunt. Socrates lib 2. cap. 34. περὶ Φλάνωνα τὴν νῆσον. Sozom. lib. 4. cap. 7. ἤδη δὲ περὶ Φλάβωνα τὴν νῆσον γενόμενος ἀνῃρέθη. Caſſiodor. Hiſtor. Trip. lib. v. cap. x. *Cùm contra inſulam Flaconenſem veniſſet, eum illic Conſtantius præcepit interimi.* Hiſtoria Miſcell. Falconenſem vocat lib. XI. Polæ civitatis meminit Stephanus & Strabo lib. VII. *Lind.*

a *Prope opidum Polam.*] Juxta inſulam Flanonam ſive Flavonam occiſum eſſe Gallum ſcribit Socrates ac Sozomenus. Idatius in ipſa inſula Flanona peremptum prodit. Auctor Chronici Alexandrini ἐν ἴσῳ τῇ νήσῳ id accidiſſe dicit. (Iſſam fortè voluit dicere) Eſt autem Flanona non inſula quidem, ſed maritima civitas, in ora Liburniæ poſita non procul à Neſactio. Neſactium autem juxta Polam teſte Plinio ac Ptolemæo. Unde Italiæ finem alii Polam eſſe dicunt, inter quos eſt Strabo; alii Neſactium, ut Ptolemæus. *Valeſ.*

b *Opidum Polam.*] Pola colonia Julia pietas dicta eſt teſte Plinio: quod confirmat etiam auctor Panegyrici Flavienſium nomine Conſtantino dicti in fine: *Bibracte quidem hucuſque dicta eſt Julia, Pola, Florentia: ſed Flavia eſt civitas AEduorum.* In vulgatis Editionibus legitur confusè, *Julia, Polla, Florentia*: quaſi Bibracte his omnibus cognominibus affecta eſſet. *Idem.*

c *Ubi peremptum accepimus Criſpum.*] Hunc à Fauſta noverca delatum, quaſi ipſam de ſtupro ſollicitaſſet, inſontem occidi juſſit Conſtantinus anno Chriſti 326. Conſtantino VII. & Conſtantio Cæſare Coſſ. ut ait Idatius in Faſtis, cùm ipſe Romæ reſideret, teſte Zoſimo lib. 2. Móxque ob id ſcelus ab Helena matre increpitus, Fauſtam balneo calenti incluſam necavit, ut refert Zoſimus & Sidonius. At Chryſoſtomus in Homilia 15. in Philippenſes, Conſtantinum ait uxorem quidem adulterii ſuſpectam, ex qua multos liberos Cæſares habebat, in montibus alligaſſe, ac beſtiis vorandam obieciſſe: filium quoque ab eodem occiſum eſſe, ſeu potius ab ejus fratre. Nam licèt eo loci neminem nominet, conſtat tamen eum de Conſtantino loqui. *Idem.*

d *Armaturarum Tribunus.*] Armaturæ milites fuere

ſuri eum ſingillatim docere, quam ob cauſam quemque apud Antiochiam necatorum juſſerat trucidari. Ad quæ [e] Adraſteo pallore perfuſus, hactenus valuit loqui, quòd plerosque incitante conjuge jugulaverit Conſtantina: ignorans profectò Alexandrum Magnum urgenti matri ut occideret quemdam inſontem, & dictitanti ſpe impetrandi poſtea quæ vellet [f] eum ſe per novem menſes utero portaſſe prægnantem, ita reſpondiſſe prudenter: *Aliam, parens optima, poſce mercedem; hominis enim ſalus beneficio nullo penſatur.* Quo comperto, [5] irrevocabili ira Princeps percitus & dolore, fiduciam omnem fundandæ ſecuritatis in eodem poſuit abolendo. Et miſſo Sereniano, quem in crimen majeſtatis vocatum, præſtigiis quibuſdam abſolutum [6] eſſe ſuprà monſtravimus, Pentadio quinetiam Notario, & Apodemio Agente in rebus, [g] eum capitali ſupplicio deſtinavit: & ita colligatis manibus in modum noxii cujuſdam latronis cervice abſciſſa, ereptáque vultus & capitis dignitate, cadaver eſt relictum informe, paullo antè urbibus & provinciis formidatum. Sed vigilavit utrubique ſuperni numinis æquitas. Nam & [h] [7] Gallum actus oppreſſere crudeles, & non diu poſtea ambo [i] cruciabili morte abſumpti ſunt, qui eum licèt nocentem, blandiùs palpantes, perjuriis aduſque plagas perduxere letales: quorum Scudilo deſtillatione jecoris pulmones vomitans interiit: Barbatio, qui in eum [8] jamdiu falſa compoſuerat crimina, cùm ex Magiſterio peditum altiùs niti quorumdam ſuſurris [9] incuſaretur, damnatus, exſtincti per fallacias

5 *St ph.* irrevocabili Princeps percitus dolore. 6 *Mſ* eſſe ſupra monſtravimus. 7 *Al.* Gallum obitu. 8 *Mſ* jam diu. 9 *Mſ.* incauſaretur.

---

in comitatu Imperatoris. Horum duæ Scholæ in Notitia Imperii recenſentur, ſub diſpoſitione Magiſtri Officiorum: Armaturæ ſcilicet ſeniores, & Armaturæ juniores. Ab his diſtinguendi ſunt Armaturæ, quos Vegetius inter principia legionum, ſeu principales milites numerat in lib 2 cap. 7. de quibus ſuprà aliquid memini dicere. *Valeſ.*

e *Adraſteo pallore.*] Adraſteum pallorem dixit, ab Adraſto Talai filio Argivorum Rege, qui omnium mortalium infeliciſſimus fuit, utpote qui ambos generos in bello occidi vidit. Alii fortaſſe pallorem Adraſteum ab Adraſtea dictum eſſe exiſtimabunt, de qua Marcellinus noſter inferiùs diſſerit: ſed alteram explicationem magis probo. *Idem.* Non erat neceſſaria hujus ambiguitatis doctrina. Nam Marcellinus finxit hunc ſuum ſermonem ex Virgilio VI. Æneid. 480. *Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis Parthenopæus, & Adraſti pallentis imago.* quem locum video ab patre etiam hîc adnotatum. *Gronov.*

f *Eum ſe per novem menſes.*] Adſimile, quod narrat Arrian. Expedit. lib. VII. *Ἐπεὶ οὐδ᾽ ἐπαίοντο Ἀλεξάνδρῳ γράφοντες, ἡ μὲν τὴν αὐθάδειάν τε τῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ὀξύτητα, καὶ πολυπραγμοσύνην, ἥκιστα τῇ Ἀλεξάνδρου μητρὶ εὐσχήμονα, ὥστε καὶ λόγος τις τοιόσδε ἐφέρετο Ἀλεξάνδρου, ἐφ᾽ οἷς ὑπὲρ τῆς μητρὸς αὐτῷ ἐξηγγέλλετο, βαρὺ δὴ τὸ* ΕΝΟΙΚΙΟΝ ΤΩΝ ΔΕΚΑ ΜΗΝΩΝ *εἰσπράττεσθαι αὐτὸν τὴν μητέρα.* *Lind.*

g *Eum capitali ſupplicio deſtinavit.*] Zonaras citra juſſum Conſtantii occiſum eſſe Gallum memorat. Nam cùm eum Cæſaris dignitate ſpoliatum primò tantùm relegaſſet, poſtea incitatus à proximis miſit, qui eum interficerent. Mox pœnitentiâ ductus datis literis interfectores revocavit. Sed Euſebius Cubiculi Præpoſitus, ut literæ cæde demum peracta redderentur curavit. Ceterùm de hac Conſtantii crudelitate ſic Chryſoſtomus in eo loco quem ſuprà notavi: *τῶν παίδων δ᾽ αὐτῶν ὁ μὲν ἑαυτὸν ἀνεῖλεν· ὁ δὲ τὸν ἀνεψιὸν τὸν αὐτοῦ, κοινωνοῦντα τῆς βασιλείας αὐτῷ, ἣν αὐτὸς ἐνεχείρισεν.* *Valeſ.*

h *Gallum actus oppreſſit crudelis.*] Emendavi ex codice Regio * & Toloſano, * *actus oppreſſere crudeles.* Cui lectioni favet Editio Romana, in qua ſcriptum eſt, *actus oppreſſe crudelis.* Petrus Caſtellus ediderat: *Gallum obitu oppreſſit crudeli.* Quam ejus conjecturam & Accurſius, & Gelenius amplexi ſunt. *Idem.*

i *Cruciabili morte abſumti ſunt, qui eum l. n. blandis palpantes perjuriis.*] Diſcant hinc parciùs fallere, qui fidem ſuam ſacramenti religione obligatam, ridendo violare non verentur, ut alios pedicis luctuoſis illigent. Quod licèt pro Principis ſalute fiat, res ipſa tamen clamat jurisjurandi contemtam ſanctitatem Deum ſeveriſſimum ultorem habere. *Lind.*

Cæſaris

Cæſaris manibus [k] [1] lacrymoſo obitu parentavit. Hæc & hujuſmodi quædam innumerabilia ultrix facinorum impiorum, bonorúmque præmiatrix aliquoties operatur [l] Adraſtia, (atque utinam ſemper!) quam vocabulo duplici etiam Nemeſin appellamus: Jus quoddam ſublime numinis efficacis, [m] humanarum mentium opinione lunari circulo ſuperpoſitum, vel, ut definiunt alii, [n] ſubſtantialis tutela generali potentia [o] partilibus præſidens fatis: quam [p] theologi veteres [q] fingentes [r] Juſtitiæ filiam, ex abdita quadam æternitate tradunt omnia

1 *Mſ.* librimoſo.

k *Anima in lacrimoſo obitu parentavit.*] Vox *anima* videtur eſſe gloſſema vocis antecedentis. Ita ſcribendum puto: *Exſtincti per fallacias Cæſaris manibus lacrymoſo obitu parentavit.* ſic in libro 15. *Velut impiis eorum manibus Rom. ſanguine parentantes.* Apuleius in lib. 8. *Et ſanctis manibus ejus iſtis oculis parentabo.* Denique Hyginus in Aſtronomico Poëtico: *Cui mortuæ canis ſpiritu ſuo parentavit.* In Regio * & Toloſano * codice totus hic locus legitur hoc modo: *Animam lacrymoſo obitu parentavit.* Valeſ. Latinæ linguæ ratio maniſeſta eſt. Sed ita leviter ejicere per cauſam gloſſæ, quicquid ſanare nequeas, non placet. Video patrem adſcripſiſſe editioni Lindenbrog. f. *non minus ludibrioſo.* Hanc enim vocem habet Lindebrogius & alii ante eum, in qua miror Valeſium tacere nil niſi *lacrimoſo* agnoſcentem. Sed ſtilus Ammiani eſt & omnium hujus temporis, *extincti per fallacias Cæſaris manibus*, *nimium ludibrioſo*, vel *lacrimoſo*, ſi ita eſt in antiquis libris, *o. p.* Gron.

l *Adraſtia -- quam vocabulo duplici etiam Nemeſin.*] Ariſtot. de Mundo: Νέμεσιν ἀπὸ τῆς ἑκάστῳ διανεμήσεως. Ἀδράστειαν δὲ, ἀναπόδραστον αἰτίαν οὖσαν. Quæ ſic interpretatur Apuleius: *Nemeſin, quòd unicuique adtributio ſua ſit adſcripta. Adraſtia eadem, quaſi ineffugibilis neceſſitas ultionis.* Vide Phornut. περὶ θεῶν φύσεως cap. VIII. Suid. in Ἀδράστεια. * De Adraſtia multis agit Proclus in Theolog. Platon. lib. 4. cap. 6. p. 205. &c. * *Lind.*

m *Humanarum mentium opinione Lunari circulo ſuperpoſitum.*] Ocellus Lucan. περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως cap. 2. Euſeb. de Præpar. lib. 3. cap. 3. *Idem.*

n *Subſtantialis tutela.*] Sic lib. XXI. *Subſtantiales poteſtates.* Intelligit utrobique dæmonia ſive angelos. Chalcidius in Platon. Timæum, pag. 97. *Poteſtatibus obſequium cæli præbentibus, etiam terrena curantibus: quæ Poteſtates ætherei aëreique ſunt dæmones, remoti à viſu noſtro & ceteris ſenſibus.* Neque aliter Græci, qui ἀοράτους οὐσίας & δυνάμεις ἀοράτους καὶ ἐπουρανίους, poteſtates haſce vocant. Theodoret. contra Græcos Orat. III. de Angelis. * Iſidorus lib. VII. cap. propriè Poteſtates de bonis Angelis intelligit. *Poteſtates ſunt, quibus virtutes adverſæ ſubjectæ ſunt, & inde Poteſtatum nomine nuncupantur, quia magni ſpiritus eorum poteſtate coërcentur, ne tantum mundo noceant, quantum cupiunt.* * Idem.

o *Partilibus præſidens fatis.*] Variè hunc locum alii, quà emendare, quà interpretari conati ſunt, quorum errorem tacere, quàm repetere ſatius eſt. Certum enim *partilia fata* Ammian. vocare, * quòd fatum, prout Mars vel Saturnus Mercuriúſve in horoſcopo partiliter conſtitutus eſt, vires quoque ſuas inde accipiat: * vel etiam quòd tria cum ſint fata, partiliter quoque ſingulis diviſa ſint & diſtributa: ut μοῖραι à Græcis, ἀπὸ τοῦ μεμερίσθαι καὶ καταvενεμῆσθαί τινα ἡμῶν ἑκάστῳ, ut ex Chryſippo refert Theodoret. contra Gent. Orat. de Provident. Vide Phornut. περὶ θεῶν, cap. XIII. Fulgent. Mytholog. lib. 1. *Idem.*

p *Theologi veteres.*] Etiam libro XXI. Theologicæ doctrinæ, & Poëtæ veteres Theologique laudantur: Theologiam Græcus error eam Philoſophiæ partem vocabat, quæ ad contemplationem Dei, atque ad animi incorporalitatem indagatione componitur. Boëth. in Porphyr. lib. 1. Et à Porphyrio ipſo non raro adducuntur τὰ τῶν θεολόγων: * à quo etiam Seleucus Theologus laudatur περὶ ἀποχῆς ἐμψ. lib. 2. p. 34. Democritus quoque ad Magos profectus fuerat, Theologiæ myſtica ab eis ut addiſceret. Diogenes in Democrito. * Hinc Orpheus, Muſæus, Linus Theologi audiebant, quia in operibus ſuis ſecretiora quædam de Diis & rebus ſacris tractabant. Vide Auguſt de Civit. Dei lib. 18. cap. 14. Euſeb. Pamph. de Præparat. Evang. qui copioſè paganam Theologiam impugnant. *Idem.*

q *Fingentes Juſtitiæ filiam.*] Heſiodus in Theogonia, Nemeſin Noctis filiam facit.

Τίκτε δὲ καὶ Νέμεσιν πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι
Νὺξ ὀλοή.

Smyrnæi quoque apud quos Nemeſes præcipuo honore cultas accepimus, eas Nocte ſatas eſſe dicebant, ut teſtatur Pauſanias in Achaïcis: quod quidem idcirco veteres Theologi videntur mihi finxiſſe, quòd fata hominum in abſtruſo latent. Nemeſis enim nihil aliud eſt quàm ſors cujuſque. Unde etiam idem Heſiodus Parcas, quas Latini quoque Fata appellabant, Noctis filias fingit. Nihil tamen obſtat, quo minùs etiam Juſtitiæ filia dicta ſit Nemeſis. Etenim priſci illi Theologi, qui per ambages & allegorias loquebantur, uni eidémque numini diverſos ſæpe parentes aſſignabant, quemadmodum apparet in libris Tullii de natura Deorum. Et Heſiodus in Theogonia cùm Parcas Noctis filias dixiſſet, nihilo minùs eaſdem paullò pòſt Themidis filias facit. In quo minimè putandum eſt, eum ſui oblitum pugnantia loqui: ſed potiùs diverſam vim numinis ea re ſignificari. Nam quòd Noctis filias fecit, occultam eſſe mortalibus providentiam numinis denotat, ut ſuprà dixi. Quòd verò Themidis filiæ poſtmodùm dicuntur, ſignificat juſtitiam numinis, ſingulis pro merito cujuſque pœnas aut præmia tribuentem. Idem ſentiendum eſt de

deſpectare terrena. Hæc ut regina cauſarum, & arbitra rerum ac diſceptatrix, urnam ſortium temperat, accidentium vices alternans: voluntatúmque noſtrarum exorſa interdum alio, quàm quo contendebant, exitu terminans, multiplices actus permutando convolvit. Eadémque neceſſitatis inſolubili retinaculo [s] mortalitatis vinciens faſtus [t] tumentes incaſſum, & incrementorum detrimentorúmque momenta [2] verſans, ut novit, nunc erectas mentium cervices opprimit & enervat: nunc bonos ab imo ſuſcitans, ad bene vivendum extollit. [v] Pinnas autem ideo illi fabuloſa vetuſtas aptavit, ut adeſſe velocitate volucri cunctis exiſtimetur: & prætendere gubernaculum dedit, eíque ſubdidit rotam, ut univerſitatem regere per elementa diſcurrens omnia non ignoretur. Hoc immaturo interitu, ipſe quoque ſui pertæſus, exceſſit è vita ætatis anno nono atque [3] vigeſimo, cùm [x] quadriennio imperaſſet: natus [y] apud Tuſcos in Maſſa Veternenſi, [z] patre Conſtantio, Conſtantini fratre Imperatoris, matréque

2 *Mſ.* verſabilis. 3 *Mſ.* vicenſimo.

Nemeſi, cùm Juſtitiæ filia dicitur. νέμεσις enim dicta eſt ex eo quòd ſuum cuique tribuat, ἀπὸ τοῦ τὰ ἴσα νέμειν ἑκάστῳ: unde Juſtitiæ nuntia vocatur à Platone in lib. 4. de rep. Eleganter Dio Chryſoſtomus in Orat. 64. de Fortuna. ὠνόμασται δὲ, inquit, ἡ τύχη πολλοῖς τισιν ἐν ἀνθρώποις ὀνόμασι· τὸ γὰρ ἴσον αὐτῆς Νέμεσις, τὸ δὲ ἄδηλον ἐλπὶς, τὸ δὲ ἀναγκαῖον μοῖρα, τὸ δὲ δίκαιον θέμις. *Fortuna autem variis nominibus à nobis appellatur: æquitas enim ejus Nemeſis dicta eſt; incertitudo Spes; neceſſitas Parca; juſtitia Themis.* Valeſ.

r *Juſtitiæ filiam ex abdita quadam æternitate tradunt deſpectare terrena.*] Demoſth. κατ᾽ Ἀριστογείτ. Orat. 1. τὴν ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν δίκην, ἣν ὁ τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεὺς παρὰ τὸν τοῦ Διὸς θρόνον φησὶ καθημένην, πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾶν. Ariſtid. in Legat. Orpheus carm. in Nemeſin. *Lind.*

ſ *Mortalitatis vinciens faſtus tumentes incaſſum.*] Crediderunt veteres quamdam eſſe numinis vim, quæ ſuperbos frangeret, & excelſa quæque convelleret. φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν, ut ait eleganter Artabanus apud Herodotum in lib. 6. éamque numinis vim φθόνον vocabant, ſeu νέμεσιν. Nam νέμεσις invidiæ affinis eſt, eamque inter φθόνον, & ἐπιχαιρεκακίαν mediam locat Ariſtoteles in lib. 2. Ethic. Itaque Solon à Crœſo interrogatus apud Herodotum in 1. quid de ipſius felicitate ſentiret, ſic reſpondet: ὦ Κροῖσε ἐπιστάμενόν με τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν τε καὶ ταραχῶδες ἐπειρωτᾷς ἀνθρωπηίων πρηγμάτων πέρι; *Quid me interrogas, Crœſe, de rebus humanis, qui ſciam omne numen invidum eſſe ac turbulentum?* Et Artabanus apud eumdem Herodotum in lib. 7. iiſdem verbis alloquitur Xerxem: ὁ δὲ θεὸς γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα, φθονερὸς ἐν αὐτῷ εὑρίσκεται ἐών. *At Deus qui ſuavi perfruitur ævo, invidus ipſe eſſe deprehenditur.* Quæ quidem Herodoti verba immeritò reprehendit Plutarchus in libro quem de malitia Herodoti conſcripſit. Nam ſi Nemeſis rectè dicitur de Deo, cur non & φθόνος dicetur? Utraque enim in hominibus æquè vitioſa eſt. Sed cùm hæc & ſimilia Deo tribuuntur, quidquid adjunctum habent vitii, ſtatim exuunt; ac proinde benignè ſunt interpretanda. Alioquin ipſe Plutarchus eâdem culpâ tenebitur, qui in Æmilio hæc dicit: οὐδενὶ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐπίφθονον, πλὴν εἴ τι δαιμόνιον ἄρα τῶν μεγάλων καὶ ὑπερόγκων εἴληχεν εὐτυχιῶν ἀπαρύτειν καὶ μιγνύναι τὸν ἀνθρώπινον βίον., &c. *Valeſ.*

t *Tumentes incaſſum.*] Codex Regius cum Editione Romana habet, *tumentis incaſſum*: ut referatur ad *mortalitatis.* Idem.

v *Pinnas ideo fabuloſa vetuſtas aptavit.*] Alatæ Nemeſis ſtatuam apud Smyrnæos ſe vidiſſe ait Pauſanias, cujus rei hanc rationem adſert in Atticis: ἐπιφαίνεσθαι γὰρ τὴν θεὸν μάλιστα ἐπὶ τοῖς ἐρᾶν ἐθέλουσιν, ἐπὶ τούτῳ Νεμέσει πτερὰ ὥσπερ ἔρωτι ποιοῦσι. *Lind.*

x *Cum quadriennio imperaſſet.*] Conſentit & Victoris Epitome, & annorum ratio. Nam Fl. Conſtantius Gallus, Cæſar à Conſtantio creatus eſt poſt Conſulatum Sergii & Nigriniani, Idibus Martiis, teſte Idatio in Faſtis, & Chronico Alexandrino: id eſt anno Chriſti 351. Cæſus autem eſt anno 354. Conſtantio VII. & Conſtantio III. Coſſ. *Valeſ.*

y *Apud Tuſcos in maſſa Veternenſi.*] * Quid maſſa hoc loco notet, ex Caſſiodor. Variar. lib. IX. Epiſt. 3. conſtat, cujus locum omnino vide. Gregor. PP. Epiſt. 28. lib 10. *De maſſa juris Eccleſiæ noſtræ quæ Vitelas dicitur.* Poſtea vocatur poſſeſſio. *Maſſæ Diœceſium*, Concil. African. cap. 23. * *Maſſam* vocabant poſterioris ævi Scriptores fundum, vel certam agri partem. Gloſſæ vett. σύγκτησιν interpretantur. Sic *maſſa Cæſiana*, in Conſtit. Leon. & Anthem. Impp. in Cod. Theod. *maſſa Varroniana*, Gregor. PP. lib. 1. Epiſt 42. pag. 612. *maſſa Palentiana* apud Caſſiod. Var. v. Epiſt. 12. *Conductores maſſarum* apud eumdem lib. 12. Var. 5. Et *maſſarius* in LL. Longobard. lib. 1. Tit. 8. §. 32. Tit. 11. §. 3. lib. 2. Tit. 33. §. 3. Italorumque *Maſſaro*, id eſt villicus, hinc appellationem invenit. *Lind.*

z *Patre Conſtantio.*] Is Julius Conſtantius eſt dictus. Fuit autem Patricius, & Conſulatum geſſit cum Rufio Albino, anno Chriſti 335. ut docet Athanaſius in Apo-

Galla [a] ſorore Rufini & Cerealis, quos trabeæ Conſulares nobilitarunt, [b] & [4] Præfecturæ. Fuit autem formâ conſpicuus bonâ, decente filo corporis, membrorúmque recta compage, [c] flavo capillo & molli, barba licèt recèns emergente lanugine tenera, ita tamen ut maturiùs [5] auctoritas emineret: tantum à [d] temperatis moribus Juliani differens fratris, quantum inter Veſpaſiani filios fuit Domitianum & Titum. Adſumptus autem in ampliſſimum fortunæ faſtigium, verſabileis [6] ejus motus expertus eſt, [7] qui ludunt mortalitatem: nunc evehentes quoſdam ad ſidera, nunc in Cocyti profunda mergentes. cujus rei cùm innumera ſint exempla, pauca tactu ſummo tranſcurram. Hæc [e] fortuna mutabilis & inconſtans fecit Agathoclem Siculum ex figulo Regem, & Dionyſium gentium quondam terrorem, Corinthi literario ludo præfecit. Hæc Adramytenum Andriſcum [f] in [8] fullonio natum, [g] ad pſeudo-Philippi nomen evexit; & [h] Perſei legitimum filium artem ferrariam ob quærendum docuit victum. Ea-

4 *Mſ.* Præfecturæ .... autem forma. 5 *Mſ.* feneſtras. 6 τὸ ejus *mſ. deeſt.* 7 *Mſ.* quæ. 8 *Al.* fullonia.

---

logia ad Conſtantium Aug. ὑπατεία ἰουλίου Κωνςαντίου τοῦ λαμπροτάτου πατρικίου, ἀδελφοῦ τοῦ εὐσεβεςάτου Βασιλέως Κωνςαντίνου τοῦ Αὐγούςου, καὶ Ρουφίνου (lege Ρουφίου) Ἀλβίνου τοῦ λαμπροτάτου. *Valeſ.*

a *Sorore Rufini & Cerealis.*] De Vulcatio Rufino ſuprà dictum eſt. Neratius autem Cerealis Præfectus Urbi fuit Conſtantio V. & Conſtantio Cæſare Coſſ. ex ante diem 6. Cal. Octobris, eúmque magiſtratum geſſit uſque ad 6. Idus Decembres anni ſequentis. Ejus Præfecturam Urbanam memorat etiam vetus Inſcriptio, quam protulit Lindenbrogius initio Obſervationum, & vetus Interpres Juvenalis ad illa ex Satyra 6.

-- *ut maxima toto*
Noſtra ſit arca foro.

Uſque ad Cerealem, inquit, *Præfectum in foro Trajani arcas habuerunt Senatores, in quibus argentum aut pecunias tutiùs deponebant.* Idem poſtea Conſul fuit cum Datiano, anno Chriſti 358. Exſtat ejus elogium apud Hieronymum in Epitaphio Marcellæ his verbis: *Cumque eam Cerealis, cujus clarum inter Conſules nomen eſt, propter ætatem, & antiquitatem familiæ, & inſignem, quod maximè viris placere conſuevit, decorem corporis, ac morum temperantiam ambitioſiùs peteret, &c.* Idem.

b *Et Præfecturæ provinciarum, forma*, &c.] In Editione Romana hic locus ſic legebatur: *Et Præfecturæ ... autem forma conſpicuus.* Quam lacunam Petrus Caſtellus ita ſupplevit: *Et Præfecturæ provinciarum. Forma conſpicuus, &c.* Ejus emendationem ſecuti ſunt Gelenius & Accurſius, niſi quòd Accurſius ex Mſ. ſuo addidit: *Fuit autem forma conſpicuus.* Nos ex Regii * & Toloſani * codicis auctoritate locum purgavimus, ejecta voce inſiticia quam Caſtellus intruſerat imperitè. Præfecturæ nomine tam Urbana, quàm Prætoriana intelligitur Præfectura. & Cerealis quidem Præfectura Urbana multis ſuprà teſtimoniis confirmata à nobis eſt. De Rufino autem Præfecto Præt. loquitur Marcellinus tum in hoc, tum in 16. libro. *Idem.*

* c *Flavo capillo & molli, barba licet recens emergente lanugine tenera: ita tamen*, &c.] Sic in Regio ac Toloſano codice ſcriptum inveni. * *Idem.*

d *Temperatis moribus.*] Inf. *Cujus temperati mores laudandi potiùs ſunt, quàm imitandi.* Lind.

e *Fortuna mutabilis & inconſtans fecit Agathoclem.*] Exempla quæ hîc quaſi per ſatyram congeruntur, facile erit curioſo pleniùs explicata reperire apud Livium, Trog. Pomp. lib. 44. Val. Max. lib. 2. cap. 7. lib. 6. cap. 9. Plutarch in Apoptheg. & Parall. Tacit. Annal. 3. Flor. lib. 3. cap. 19. Auſon. in Epigr. Hiſtor. Miſcell. lib. 4. De iis verò qui humili loco nati ad ſummas dignitates pervenêre, vel qui contrario luſu ex magna fortuna dejecti miſeram atque ærumnabilem vitam vixere, vide Hellan. in Bibliothec. Photii, pag. 866. Tzetz. Hiſtor. Chiliad. 4. pag. 72. 73. * Vide etiam Rittersh. ad Malchum p. 37. verſ. 22. * *Idem.*

f *In fullonio.*] Ita Mſ. al. *fullonia.* * Laberius fullonicam vocavit apud Gellium lib. 16. cap. 7. *Conjicior in fullonicam.* Ulpian. lib. 53. ad Edictum l. 3. ff. de aqua & aqua fluv. *Fullonicas circa fontem inſtituiſſe.* Vide Frontinum pag. 57. * Gloſſar. Κναφεῖον, *fullonium*: eadem inflexione, κουρεῖον, *tonſorium* * & εἰδωλεῖον, Paul. 1. Corint 8. verſ. 10. Tertull. de Coron. mil. c. 10. *In idolio recumbere, alienum eſt à fide.* * Idem.

g *Ob pſeudo-Philippi nomen evexit.*] Quanto elegantiùs * codex Toloſanus * & Editio Auguſtana, quæ ſic habet: *ad pſeudo-Philippi nomen evexit*: & ita quoque ad oram Regii codicis emendatum eſt. In textu enim ſcriptum eſt: *A pſeudo-Philippo nomen evexit.* Hunc porrò pſeudo-Philippum in fullonio natum fuiſſe teſtatur & Lucianus περὶ ἀπαίδευτον his verbis: καθάπερ ὁ ψευδαλέξανδρος καὶ ψευδοφίλιππος γναφεύς. *Valeſ.*

h *Perſei legitimum filium artem ferrariam.*] De quo ſic Oroſius in lib. 4. cap. 20. *Filius ejus junior fabricam ærariam ob tolerandam inopiam Romæ didicit, ibique conſumptus eſt.* Plutarchus in vita Æmilii eum Alexandrum nominat, aitque egregium artificem fuiſſe in tornando,

dem [i] Mancinum poſt imperium [9] dedidit Numantinis, [k] Samnitum atrocitati Veturium, & [l] Claudium Corſis, [1] ſubſtravítque feritati Carthaginis Regulum: iſtius iniquitate Pompeius, poſt quæſitum Magni ex rerum geſtarum amplitudine cognomentum, ad ſpadonum libidinem in Ægypto trucidatur. Et Eunus quidam ergaſtularius ſervus duxit in Sicilia fugitivos. Quàm multi ſplendido loco nati, eâdem rerum dominâ connivente, Viriathi genua ſunt amplexi vel Spartaci? quot capita, quæ horruere gentes, funeſti carnifices abſciderunt? Alter in vincula ducitur, alter inſperatæ præficitur poteſtati, alius à ſummo culmine dignitatis excutitur. Quæ omnia ſi ſcire quiſquam velit quàm varia ſint & adſidua, [m] arenarum numerum idem jam deſipiens, & [n] montium pondera ſcrutari [2] putabit.

9 τὸ dedit *al.* deeſt. 1 *Mſ.* ſubſtravit quid. *al.* ſubſtravit feritati. 2 *Mſ.* putavit.

& ejuſmodi tenui opere elaborando: Romanis quinetiam literis ac lingua perceptis, ſcribæ operam Magiſtratibus cum ſumma induſtria præbuiſſe. ὁ δὲ τρίτος Ἀλέξανδρος ἐνεστὼν μὲν ἐν τῷ τορεύειν καὶ λιθουργεῖν γίνεσθαι φασιν· ἐκμαθόντα δὲ τὰ ῥωμαϊκὰ γράμματα καὶ τὴν διάλεκτον, ὑπογραμματεύειν τοῖς ἄρχουσιν, &c. Quo in loco deeſſe videtur quidpiam. Neque enim Alexander Rom. Magiſtratibus, ſed Albanis ſcribæ miniſterium exhibuit, teſte Zonara his verbis: μὲν ὁ δὲ ὁ πάτηρ τοῖς τῶν Ἀλβανῶν ἄρχουσιν ὑπογραμματεύει ἐπί τινα χρόνον διήρκεσεν. Quod etiam confirmat Tzetzes Chil. 6. hiſt. 41.

Ὁ τότε παῖς δ' Ἀλέξανδρος, οἶμαι, τὴν κλῆσιν φέρων,
Τοῖς λατίνοις γραμματεὺς γίνεται, πλὴν τῶν κάτω. *Valeſ.*

i *Mancinum poſt imperium dedit Numantinis.*] Malim *dedidit*. de deditione Mancini nota res eſt, & ab Hiſtoricis omnibus celebrata. Qui cùm à Numantinis receptus non eſſet, à genero in caſtra reductus eſt, & lege lata, ut civis Romanus eſſet, Præturam poſtea geſſit, ut Pomponius in lege ult. D. de legationibus, & Aurelius Victor in libro de viris inluſtribus ſcribunt. Ceterùm hanc deditionis ignominiam adeo deſpexit Mancinus, ut ſtatuam ſibi eodem habitu inſtituerit, quo erat deditus, teſte Plinio in lib. 34. cap. 5. Sed ex verbis Victoris ac Pomponii naſcitur non levis difficultas, quomodo Mancinus Prætor factus ſit, qui jam Conſul fuerat. Hanc quæſtionem ſolvit Plutarchus in vita Ciceronis. Ait enim id moris fuiſſe apud Romanos, quoties vir Conſularis, aut Prætorius Senatu motus, in priſtinum locum reſtitueretur, ut is denuo Prætor fieret. Loquitur autem de Cornelio Lentulo Sura: ἀνὴρ γένους μὲν ἐνδόξου, βεβιωκὼς δὲ φαύλως, καὶ δι' ἀσέλγειαν ἐξεληλαμένος τῆς βουλῆς πρότερον. τότε δὲ στρατηγῶν τὸ δεύτερον, ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς ἐξ ὑπαρχῆς ἀνακτωμένοις τὸ βουλευτικὸν ἀξίωμα. Idem ſcribit de hoc Lentulo Dio in lib. 37. Et in fine libri 42. id etiam nos docet, moris interdum fuiſſe, ut qui ſenatoriam dignitatem recuperare vellent, Prætores fierent. Sic enim de Saluſtio dicit: στρατηγὸς γὰρ ἐπὶ τῷ τὴν βουλείαν ἀναλαβεῖν ἀπεδέδεικτο. P. etiam Ventidius bis Prætor factus eſt eamdem ob cauſam, teſte Dione in lib. 43. & 47. Nam cùm à Senatu hoſtis publicus eſſet unà cum Antonio judicatus, poſtea ut reſtitueretur ordini ſuo, iterum Prætor eſt factus. Item M. Marius Gratidianus iterum Prætor fuiſſe dicitur, ſed ob aliam cauſam, quòd nimirum eſſet popularis, ut ait Aſconius in Orationem in toga candida. Quod non adeo novum fuiſſe declarat Livii locus ex lib. 23. pag. 369. *Idem.*

k *Summa atrocitate Veturium.*] Ita primus edidit Caſtellus, cùm in Editione Rom. legeretur, *ſummi ...... atrocitate Veturium.* Regius codex ſcriptum habet, *ſummana ...... atrocitate.* Unde non ſine cauſâ ſcribendum eſſe conjeci: *Samnitum atrocitati Veturium, &c.* Titus enim Veturius cùm ad Furcas Caudinas incluſo exercitu turpiſſimum fœdus cum Samnitibus percuſſiſſet, populi juſſu hoſtibus eſt deditus, ut populus Senatúſque Rom. religione ſolveretur, ut narrat Livius in lib. 9. *Idem.*

l *Claudium Corſis.*] De M. Claudio Clinia qui turpem cum Corſis pacem fecerat, præter Valerium Maximum in lib. 6. cap. 3. videndus eſt Zonaras, & Excerpta ex Dione nuper à nobis publicata. *Idem.* At non erat Valeſianæ doctrinæ in hoc Cliniæ vocabulo acquieſcere, præſertim quum jam Pigius ad annum urbis DXVII declaraverit Glyciæ cognomen habuiſſe, ubi & locum Ammiani ſic ſupplendo tentat *ſumma atrocitate Veturium ſamnitibus.* Sed nimium illud. Quid quod ne Valeſianum quidem ſatis caſtum. Certe ex editione Romana & vulgata lectione patet mihi auctorem ſcripſiſſe *Samniti atrocitati* vel *Samnii.* Gronov.

m *Arenarum numerum.*] Zenob. Ἄμμον μετρεῖν ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων καὶ ἀπείρων. Oraculum apud Herod. lib. 1. & Origen. contra Celſ. lib. 2. Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης. Cui reſpondet illud Baſilii, Orat. 22. ἴσον ἐστὶ καὶ κύματα πελάγους ἀπαριθμεῖσθαι, ἢ ταῖς κοτύλαις τηρῆσαι τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης ἀπομετρεῖν. Feſt. Avien.

Si velit has ullus, velit idem ſcire quot alto
Curventur fluctus pelago.

* θαλάττης χόες, Plato Theæt. p. 173. * *Lind.*

n *Montium pondera ſcrutari poterit.*] Hæc libri totius

clauſula nimis languidè ſonat, nec cothurnatis Ammiani numeris reſpondet. In Mſſ. codicibus, Florentino ſcilicet & Vaticano atque Fauchetii legitur *putavit*: neque aliter habet Editio Romana. Unde legendum eſſe conjicio *ſcrutari poſſe putabit*. ut loquitur noſter Marcellinus initio libri 26. Regius tamen liber vulgatam lectionem, quæ ex emendatione Caſtelli profecta eſt, tuetur. *Valeſ.*

Explicit Liber XIV.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XV.

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XV. continentur.

CAPUT I. *Mors Galli Cæſaris Imperatori nuntiatur.*

C. II. *Urſicinus Magiſter equitum per Orientem, Julianus Galli Cæſ. frater, & Gorgonius Præpoſitus Cæſariani cubiculi, accuſantur majeſtatis.*

C. III. *In Galli Cæſaris amicos & miniſtros animadvertitur.*

C. IV. *Lentienſes Alamanni à Conſtantio Aug. pars cæſi, pars fugati.*

C. V. *Silvanus Francus, Magiſter peditum per Gallias, Coloniæ Auguſtus appellatur, &* XXVIII. *imperii die per inſidias opprimitur.*

C. VI. *Silvani amici & conſcii necati.*

C. VII. *Ab Leontio Præfecto Urbi populi Romani ſeditiones repreſſæ. Liberius Epiſcopus ſede pulſus.*

C. VIII. *Julianus Galli frater, à Conſtantio Aug. fratre patrueli Cæſar creatur, ac præficitur Galliis.*

C. IX. *De origine Gallorum; & unde dicti Celtæ ac Galatæ; deque eorum doctoribus.*

C. X. *De Alpibus Gallicanis; & de variis per eas itineribus.*

C. XI. *Brevis diviſio ac deſcriptio Galliarum; & curſus fluminis Rhodani.*

C. XII. *De moribus Gallorum.*

C. XIII. *De Muſoniano Præfecto Prætorio per Orientem.*

UTCUMQUE potuimus veritatem ſcrutari [1][a] ea quæ videre licuit per ætatem, vel perplexè interrogando verſatos in medio ſcire, narravimus

1 *Mſ.* ea quæ.

a *Quæque videre non licuit per ætatem.*] Totum initium hujus libri multis & maximis mendis fœdatum erat: in quo emendando Sig. Gelenius citra controverſiam palmam tulit. Unum in eo damno, quòd contra fidem omnium librorum negationem huic loco inſeruit: quæ quantum aliena ſit ab Auctoris noſtri ſententia, ne-

ordine caſuum expoſito diverſorum: reſidua quæ ſequuturus aperiet textus, pro virium captu limatiùs abſolvemus, nihil obtrectatores longi, ut putant, operis formidantes. Tunc enim laudanda eſt brevitas, cùm moras rumpens intempeſtivas, [b] nihil ſubtrahit cognitioni geſtorum.

CAPUT I. Nondum apud Noricum exuto penitus Gallo, Apodemius quoad vixerat [c] igneus turbarum incentor, raptos ejus calceos vehens equorum permutatione veloci, ut nimietate cogendi quoſdam exſtingueret, præcurſorius index Mediolanum advenit: ingreſſúſque regiam ante pedes projecit Conſtantii, velut ſpolia Regis occiſi Parthorum: & perlato nuntio repentino, docente rem inſperatam & arduam [d] ad ſententiam tota facilitate completam, hi qui ſummam aulam tenebant, omni placendi ſtudio in adulationem ex more collato, virtutem felicitatémque Imperatoris extollebant in cælum: cujus nutu, in modum gregariorum militum, licèt diverſis temporibus, duo exauctorati ſunt Principes, [e] Veteranio nimirum & Gallus. Quo ille ſtudio blanditiarum exquiſito ſublatus, immunemque ſe deinde fore ab omni mortalitatis incommodo fidenter exiſtimans, confeſtim à juſtitia declinavit ita intemperanter, [f] ut *æternitatem eam* aliquoties aſſereret ipſe dictando, ſcribendóque propria manu orbis totius ſe dominum appellaret: quod dicentibus aliis, in-

mo non videt. Etenim Ammianus Marcellinus cùm ſub initium Conſtantii Aug. militiam auſpicatus eſſet, rerum aliquam notitiam hauſerat, ſed eam confuſam & imperfectam, utpote qui adhuc adoleſcens eſſet. Poſtea verò cùm virilem ætatem attigiſſet, jam firmiore judicio cuncta diſpexit. Itaque cùm ad ſcribendam Hiſtoriam ſe contuliſſet, res quidem Romanas ab exordio Nervæ ad Conſtantini Magni obitum ex Annalibus & Hiſtoriis & Faſtis publicis conſcripſit. Cùm verò ad Conſtantii tempora perveniſſet, ea quæ ſe adoleſcente geſta erant, prout viderat ipſe aut ab aliis in medio verſatis acceperat, commemoravit, verbi causâ bellum Magnentii, facinora & cædem Cæſaris Galli. Nunc verò inchoans narrationem earum rerum quas ipſe virilem ingreſſus ætatem ſpectaverat, uberiorem & accuratiorem rerum geſtarum deſcriptionem lectori promittit *Valeſ.*

b *Nihil ſubtrahit cognitioni juſtorum.*] Mallem legi *geſtorum.* Idem.

c *Igneus turbarum incentor.*] Oroſ. lib. VII. cap. 21 *civilis belli incentor.* * Feſtus Avienus: *Incentore canam Phœbo.* * Lind.

d *Ad ſententiam totam facilitate completam.*] Scribe, *tota facilitate completam.* quæ locutio ſollemnis fuit apud Auctores illius ſæculi. Sic enim loquuntur Imperatores in lege 80. Codicis Theod. de Decurionibus, & in lege 33. de Hæreticis, & D. Ambroſius in ſermone 62. 77. 83. *Valeſ.*

e *Veteranio.*] Hic Fl. Vetranio in nummis antiquis dicitur: atque ita ſcribi ſolet tum apud Latinos, tum apud Græcos Auctores: niſi quòd apud Græcos interdum tranſpoſitis elementis Βρετανίων exaratur. Sed Veteranio ſcribi debet, ut teſtatur Themiſtius in Orat. 14. his verbis: ὁπόσον δὲ ἐστιν ὑπ' ἀληθινοῦ φιλοσόφου λόγῳ ἁλῶναι, ᾔσθετο ἀκριβῶς ὁ καὶ τοὔνομα καὶ τὴν τύχην πάλαι στρατιώτης. Id eſt: *Quantum verò ſit à germano philoſopho oratione ſuperari, ſenſit is qui & nomine erat & loco Veteranus.* Vides hîc Themiſtium apertè ad Veteranionis nomen alludere. Eſt enim παλαιστρατιώτης Veteranus: ut eſt in Gloſſis Latino-Græcis, & apud ipſum Themiſtium orat. 6. in calce, & Herodianum in fine libri 7. cùm dicit: οἱ δὲ Βαλβῖνος καὶ Μάξιμος ἐκ τοῦ ἱππικοῦ τάγματος τοὺς νεανίας, πάλαι στρατιώτας τοὺς ἐν Ῥώμῃ διατρίβοντας περιστήσαντες: quod minimè intellexit Politianus, qui Urbanos milites interpretatur, cùm vertere debuiſſet, *Veteranos qui Romæ agebant.* Appianus quoque πάλαι ἐστρατευμένους appellat Veteranos.

[Annon tamen potiùs dicendum eſt, *Vetranionis* quidem nomen à *Veterano* deduci, cùm id Themiſtius diſertis verbis aſſerat: ſed nihilo minùs tamen *Vetranionem* eliſâ litterâ *e* ſcribi ſine dubitatione oportere, cùm ita in omnibus codicibus priſcis, in omnibus nummis, ita apud omnes Græcos ac Latinos Auctores nomen hoc ſcriptum reperiatur; nuſquam *Veteranio*? Errant autem Græci nonnulli, qui Vetranionem Βρεταννίωνα appellant: cùm hæc duo diverſa ſint nomina. Nam qui Græcis eſt Βρεταννίων, idem Latinis eſt *Britannio. Britannio* autem à *Britannus* derivatur, ut à *Gallus Gallio*, à *Burgundus Burgundio* apud Gregorium Turonicum Epiſcopum, à *Francus Francio* apud Fredegarium.] *Idem.*

f *Ut æternitatem eam aliquoties aſſereret, & ipſe.*] Hunc locum ex fide Regii codicis reſtituimus, cui ſubſcribit Editio Romana & Auguſtana: niſi quòd in Romana *ſubſeret* perperam ſcriptum eſt. Ceterùm hinc

dignanter admodum ferre deberet is, qui [g] ad æmulationem civilium Principum vitam formare moréſque ſuos, ut prædicabat, diligentiâ laborabat enixâ. Námque etiamſi [h] mundorum infinitates Democriti regeret, quos Anaxarcho incitante Magnus ſomniabat Alexander, id reputaſſet legens vel audiens, quòd (ut docent Mathematici [2] concinentes) ambitus terræ totius, quæ nobis videtur immenſa, ad magnitudinem univerſitatis [i] inſtar brevis obtinet puncti.

CAP. II. Jámque [3] [k] poſt miſerandam deleti Cæſaris cladem, ſonante periculorum judicialium tuba, in crimen læſæ majeſtatis arceſſebatur Urſicinus, adoleſcente magis magíſque contra ejus ſalutem livore, omnibus bonis infeſto. Hac enim ſuperabatur difficultate, quòd ad ſuſcipiendas defenſiones æquas & probabiles Imperatoris aures occluſæ, patebant ſuſurris inſidiantium clandeſtinis: qui Conſtantii nomine per Orientis tractus omnes abolito, antedictum Ducem domi foríſque deſiderari, ut formidoloſum Perſicæ genti fingebant. Sed contra accidentia vir magnanimus ſtabat immobilis, ne ſe projiceret abjectiùs cavens, parum tuto loco innocentiam ſtare medullitus gemens: hocque uno triſtior, quòd amici ante hæc frequentes ad potiores deſciverant, ut ad

2 *Al.* continentes. 3 *Mſ.* petiſerandam.

Conſtantium egregiè reprehendit Athanaſius, quòd æternitatem ſibi quidem arrogabat, Dei autem Filio detrahebat. Sic enim loquitur in tractatu de Synodis Arimini & Seleuciæ adverſus Arianos, quorum partes Conſtantius fovebat: *πρὸς τούτοις περὶ τοῦ κυρίου προσποιούμενοι γράφειν, ἄλλον δεσπότην ὀνομάζουσι Κωνστάντιον· καὶ αἰώνιον μὲν αὐτὸν βασιλέα εἰρήκασιν οἱ τὸν υἱὸν ἀΐδιον ἀρνούμενοι.* Id eſt: *Ad hæc de Domino fingentes ſcribere, alium ſibi dominum nominant Conſtantium: & qui Filium Dei negant æternum, ipſum æternum Auguſtum dixerunt.* Sic enim Chartula Valentis & Urſacii in Ariminenſi Synodo habuit: *ἐξετέθη ἡ πίστις ἡ καθολικὴ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ καλλινίκου βασιλέως Κωνσταντίου αὐγούστου τοῦ αἰωνίου σεβαστοῦ.* *Valeſ.*

g *Ad æmulationem civilium Principum.*] Qualis fuit Octavianus, Tiberius, Hadrianus, Alexander Severus. Eſt autem civilitatis in Principe ſignum, Domini appellationem recuſare, ſine lictore deambulare, officia humanitatis mutua exercere. Ut de Auguſto Tacit. Annal. lib. 1. *Civile rebatur miſceri voluptatibus.* Sueton. in Auguſt. cap. 52. 53. in Tiber. cap. 2. Spartian. in Hadrian. Lamprid. in Alex. Sever. Contrà verò Claudio vitio verſum fuit, *quod jactator civilitatis neque convivia inire auſus eſt, niſi ut ſpiculatores cum lanceis circumſtarent, militeſque vice miniſtrorum fungerentur.* Ergo etiam Conſtantius, qui civilis videri voluit, in eo inciviliſſimus fuit, quòd Dominum totius orbis ſe nominare non erubuerit: qua voce ne appellarentur alii, vix ſeveriſſimis prohibere potuerunt edictis. *Lind.*

h *Mundorum infinitates Democritus.*] Veterum Philoſophorum variæ de mundo opiniones fuere: quem cùm ex atomis conſtare putarent, ut illæ innumeræ ſunt, ſic mundorum quoque infinitates ſomniabant. Leucippus dicebat, *κόσμους γίνεσθαι σωμάτων εἰς τὸ κενὸν ἐμπιπτόντων, καὶ ἀλλήλοις περιπλεκομένων.* Democritus *ἀπείρους εἶναι κόσμους, καὶ γενητοὺς καὶ φθαρτούς.* Zeno, Epicurus, Anaximander idem adſerebant, & totum hoc quod circum ſupraque cernimus, infinitum putabant. Pythagorici, Orpheus, Heraclides, aliique exiſtimabant, *ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον ὑπάρχειν.* Horum omnium vanitatem ſupergreſſus Seleucus Philoſophus, non ſolùm pluralitatem mundorum defendere voluit, verùm etiam unumquemque illorum infinitum eſſe dixit. Haſce erraticas fortè cùm audiret ſententias Alexander ille Magnus, lacrumas miſiſſe dicitur, indoluiſſeque, quòd poſt tot exantlatos labores, è tantis ne unius quidem mundi Dominus eſſet. Ælian. lib. IV. cap. ult. Mich. Glycas Annal. lib. II. *ὅτι καὶ φιλοσόφου τινὸς ἤκουσεν εἰπόντος, ἀπείρους εἶναι κόσμους, καὶ μέγα στενάξας, ἔφη. ἀπείρων ὄντων, μηδενὸς ἐγὼ κεκράτηκα.* Vide Cicer. Acad. lib. 4. Val. Max. lib. 8. cap. 14. Plutarch. in Alex. Diogen. Laërt. Theodoret, contra Gentes lib. 4. Philaſtr. de Hæreſib. *Idem.*

i *Inſtar brevis obtinet puncti.*] Cleomed. lib. I. cap. 2. *ὅτι ἡ γῆ σημείου λόγον ἐπέχει πρὸς τὸν οὐρανόν.* Ammian. lib. XX. *Rerumque magnitudini inſtar exigui ſubdita puncti.* * Marc. Capella lib. 6. *Tellus, quæ rapidum conſiſtens ſuſcipit orbem, Puncti inſtar medio hæſerat una loco.* Ariſtarch. in lib. de magnitud. Solis pag. 1. ſcribit Terram puncti ac centri habere rationem ad ſphæram Lunæ. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. 16. *Phyſici Terram ad magnitudinem circi, per quem volvitur Sol, puncti modum obtinere docuere.* * Idem.

k *Poſt horrendam deleti Cæſaris cladem.*] Mirè hoc in loco variant ſcripti codices. Florentinus & Vaticanus habent, *poſt petiſerandam*; Regius, *poſt deſiderandam*: Fauchetii liber, *poſt peſtiferam.* In Editione Romana reperi, *poſt petis errandam.* Unde Petrus Caſtellus vulgatam lectionem exſculpſit. *Valeſ.* Ex ea varietate ſatis elucet legi debere *exſecrandam.* Gron.

ſucceſſores, officiorum more poſcente, ſolent tranſire lictores. [l] Impugnabat autem eum per fictæ benignitatis illecebras collega, & virum fortem propalam ſæpe appellans Arbetio, ad innectendas letales inſidias vitæ ſimplici perquàm callens, & ea tempeſtate nimiùm potens. Ut enim ſubterraneus ſerpens foramen ſubſidens occultum, adſultu ſubito ſingulos tranſitores obſervans inceſſit:
4 [m] ita ille ab imæ ſortis gregario ad ſummum evectus militiæ munus, nec læſus aliquando nec laceſſitus, inexplebili quodam lædendi propoſito conſcientiam
5 polluebat. Igitur paucis arcanorum Præfectis conſciis, latenter [n] cum Imperatore [6] ſententiam rogante id ſederat, ut nocte ventura procul à conſpectu militarium raptus Urſicinus indemnatus occideretur, ut quondam [o] Domitius Corbulo dicitur cæſus in colluvione illa Neroniani ſæculi, provinciarum fidus defenſor & cautus. Quibus ita compoſitis, cùm ad hoc deſtinati prædictum tempus opperirentur, conſilio in lenitudinem flexo, facinus impium ad deli-

4 *Mſ.* ita ille ad diemaeſortes etiam militiæ munus. 5 *Al.* polluebat. Cogitur. 6 *Mſ.* ſententiam ..... id ſederat, ut. *al.* ſententiam retegere. Sederat.

---

a *Impugnabat eum per fictæ benign. illecebras collega.*] Scribo, *collegam & virum fortem ſæpe prop. appellans Arbetio.* Notæ ſunt autem hæ aulicorum artes, palam laudare eum quem clam oppugnent, ut de Fabio Valente ſcribit Tacitus in lib. 1. Hiſt. *Secretis eum criminationibus infamaverat Fabius ignarum, & quo incautiùs deciperetur, palam laudatum.* Quæ artes præcipuè in aula Conſtantii viguerunt, ut præter Marcellinum noſtrum docet Julianus Aug. in Epiſtola 12. his verbis. συνέσμεν γὰρ ἀλλήλοις οὐ μετὰ τῆς αὐλικῆς ὑποκρίσεως, ἧς οἶμαί σε μέχρι τοῦ δεῦρο πεπειρᾶσθαι, καθ' ἣν οἱ ἐπαινοῦντες μισοῦσι τηλικοῦτον μῖσος ἡλίκον οὐδὲ τοὺς πολεμιωτάτους. Id eſt: *A congreſſibus autem & colloquiis noſtris omnis abeſt aulica ſimulatio, quam te hactenus expertum eſſe credo: qua quidem ii qui laudant, eos ipſos quos laudant, majore odio proſequuntur quàm inimiciſſimos.* Et Mamertinus in Panegyrico quem Conſul Juliano dixit, ab ejuſmodi calumniatoribus vexatum eſſe ait Julianum tum Cæſarem: *Et cùm ſancti Principis mores atque inſtituta falſarum opinionum vituperationúmque licentiam ſubmoverent, callido nocendi artificio accuſatoriam diritatem laudum titulis peragebant; in omnibus conventiculis quaſi per benevolentiam illa jactantes; Julianus Alamanniam domuit, &c.* non vulgaris elegantiæ. Quibus addi debet locus Polybii ex lib. 4. ſanè illuſtris: Καινὸς γὰρ δή τις οὗτος εὕρηται τρόπος διαβολῆς, τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας. εὕρηται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον ἡ τοιαύτη κακεντρέχεια καὶ βασκανία καὶ δόλος ἐκ τῆς περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων καὶ τῆς τούτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας. *Valeſ.*

m *Ita ille addens etiam poteſtati lædendi militiæ munus.*] Hæc ſpuria eſſe ſatis per ſe apparet. In Editione Rom. legebatur: *Ita ille ad diem è ſortes etiam poſt ..... militiæ munus.* Unde P. Caſtellus hanc lectionem effinxit: *Ita ille addens etiam poſt lædendi militiæ munus.* Sed cùm in ea lectione ſenſum eſſe nullum videret Gelenius, emendavit, *addens etiam poteſtati lædendi*, haud multò meliore ſenſu. Ego ex codice Regio veræ lectionis veſtigia mihi videor deprehendiſſe. Sic enim habet: *Ita ille ad imæ ſortis etiam poſt .... militiæ munus.* * Neque aliter Mſ. Toloſanus. * Ex quibus hanc ſcripturam elicio: *Ita ille ab imæ ſortis gregario ad ſummum evectus militiæ munus.* quæ quidem emendatio non mediocriter confirmatur altero loco qui eſt in lib. 16. *Inſtabátque ei (Arbetioni) ſtrepens immania Comes Veriſſimus nomine, arguens coram quòd à gregario ad magnum militiæ culmen evectus, &c.* Et in libro 22. de Euſebio Præpoſito Cubiculi: *Quem ab ima ſorte aduſque jubendum Imperatori pene elatum, &c.* Idem. Et quis, quæſo, acquieſcere tali ſpiſſationi poterit *gregario ad ſummum evectus*, pro quibus omnibus in Mſſ. tantum invenitur *etiam poſt*? An in loco libri XVI dicit *gregario imæ ſortis*? an in libro 22 vocibus *ab ima ſorte* addit *gregarium*? Seſe profecto his citationibus refutat Valeſius, quum talia non conjungat Ammianus. Videns igitur in capite IV ſcribi in Editione Romana & codice Toloſano *poterat ad primigenio*, ubi τὸ *ad* eſt ſupervacuum, & ſuſpicans inde id nunc quoque ſuppoſiticium eſſe poſſe, collegi ſcripſiſſe auctorem, *ita ille ima e ſorte*, vel, *ita ille ab ima ſorte, ſed jam poſt militiæ munus.* Gron.

n *Cum Imperatore ſententiam rogante id egerat.*] Hunc locum primus ita edidit *Sig.* Gelenius, ſive quis alius auctor fuit Editionis tertiæ Baſilienſis. In Editione Romana perinde ut in ceteris Mſſ. codicibus legitur, *ſententia ..... id ſederat.* Mariangeli quoque Editio agnoſcit *id ſederat.* quod probo. Sic enim Marcellinus noſter in lib. 18. initio loquitur: *Seditque tandem multa & varia cogitanti, id tentare.* Valerius Argonaut. 1.

Hinc Danaûm de fine ſedet.

& lib. 2.

Si ſedet Ægæi ſcopulis habitare profundi. Valeſ.

o *Domitius Corbulo dicitur cæſus.*] Dio lib. LXIII. *Lindenbr.*

bera-

berationem ſecundam differri præceptum eſt. Indéque ad Julianum recèns perductum calumniarum vertitur machina, memorabilem poſtea Principem, gemino crimine ut iniquitas æſtimabat implicitum: quòd à [p] Macelli fundo in Cappadocia poſito, [q] ad Aſiam demigrarat liberalium deſiderio doctrinarum, & [r] per Conſtantinopolim tranſeuntem viderat fratrem. Qui cùm objecta dilueret, oſtenderétque neutrum ſine juſſu feciſſe, nefando adſentatorum cœtu periiſſet urgente, nî adſpiratione ſuperni numinis, [ſ] Euſebia ſuffragante Regina, ductus ad Comum opidum Mediolano vicinum, ibíque paullisper moratus, 7 [t] procudendi ingenii causâ, ut cupidine flagravit, [v] ad Græciam ire [x] permiſſus eſſet. Nec defuere deinceps ex his emergentia caſibus, 8 [y] quæ diſpiceres ſecundis avibus contigiſſe, dum punirentur ex jure, vel tamquam irrita diffluebant & vana. Sed accidebat nonnumquam, ut opulenti pulſantes præſidia potiorum, iiſdémque tamquam ederæ celſis arboribus adhærentes, abſolu-

7 *Mſ.* pro candenti. 8 *Al.* quæ diſpliceret.

p *A Marcelli fundo.*] Sic primus edidit Mariangelus Accurſius. Nam in Editione Rom. & Bononienſi legitur, *à Macelli fundo*, quo modo in codice quoque Regio * ac Toloſano * reperimus ſcriptum. Neque aliter hunc fundum appellat Sozomenus in lib. 5. cap. 2. & poſt eum Cedrenus ac Nicephorus Calliſtus in lib. x. In eo fundo Julianus quaſi in carcere incluſus, ſex annos cum fratre manſit, ab omni æqualium congreſſu ſejunctus, cùm nulli ex æqualibus, aut paternis amicis ad ipſos viſendos introire ſinerentur, ut ipſe Julianus memorat in Epiſtola ad ordinem & populum Athenienſem. Ubi etiam feritatem illam & aſperitatem ingenii quæ erat in fratre Gallo, agreſti ac montanæ illi educationi adſcribendam eſſe aſſerit: à qua feritate ipſe ſe philoſophiæ ope liberavit. *Valeſ.*

q *Ad Aſiam demigravit liberalium deſiderio doctrinarum.*] Greg. Nazianz. in Julian. Orat. 1. pag. 281. Ἐπεὶ δὲ τὸν μὲν ἀδελφὸν ἡ φιλανθρωπία τοῦ αὐτοκράτορος ἀποδείκνυσι βασιλέα, καὶ μέρος οὐκ ὀλίγον ἐγχειρίζεται τῆς οἰκουμένης, τῷ δὲ ὑπῆρχε κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν καὶ ἄδειαν, καὶ λόγων καὶ διδασκάλων τοῖς ὀλεθριωτάτοις προσομιλεῖν Ἀσία δὲ ἦν αὐτῷ τὸ τῆς ἀσεβείας διδασκαλεῖον, ὅση τε περὶ ἀστρονομίαν καὶ τὰς γενέσεις καὶ φαντασίαν προγνώσεως τερατεύεται, καὶ τὴν ἑπομένην τούτοις γοητικήν. *Lind.*

r *Per Conſtantinop. tranſeuntem viderat fratrem.*] Julianus à Macelli fundo digreſſus, lenitâ jam adverſus eos Imperatoris irâ, Conſtantinop. petiit, ibíque pergulas magiſtrales privato habitu frequentavit: poſtea Imperatoris juſſu Nicomediam tranſlatus eſt. Interea Gallus qui poſt Macellianam cuſtodiam Epheſi degebat, ſtudiis liberalibus operam navans; à Conſtantio evocatus, Cæſar creatur in Illyrico: qui cùm Orientem peteret, Julianum fratrem Nicomediæ in Bithynia convenit, ut narrat Libanius in oratione funebri in laudem Juliani p. 264. ἐκεῖνος μετὰ οὖν καὶ διὰ τῆς Βιθυνίας δορυφορούμενος ἐχώρει, καὶ εἶδον ἀλλήλους. Idem ſcribit Socrates in lib. 3. & ex eo Nicephorus Calliſtus in lib. x. Sed Marcellinus Conſtantinopoli, non autem Nicomediæ Gallum à fratre Juliano viſum eſſe commemorat. Poſt hunc congreſſum Julianus fratrem non vidit, ut ipſe in Epiſtola ſupradicta teſtatur his verbis: καίτοι μὰ τοὺς θεοὺς οὐδὲ ὄναρ μοι φανεὶς ἀδελφὸς ἐπετρέχει ὅσα γε ἐπετρέχει· καὶ γὰρ οὐδὲ συνῆν αὐτῷ, οὐδὲ ἐφοίτων παρ' αὐτόν quibus verbis crimen indicat quod ipſi imponebatur. Arceſſebatur enim conſcius fuiſſe facinorum fratris Galli. *Valeſ.*

ſ *Euſebia ſuffragante Regina.*] Non novum hoc in hujus ævi Scriptoribus, Reginas vocare Imperatorum uxores. Sic lib. 14. *Trucis à ſtimulis Reginæ.* Inf. *Opponebat ſe ſola Regina.* L. 26. C. de donat. int. vir. & ux. Lampr. in Alex. *Lind.*

t *Pro colendi ingenii cauſa.*] Mſ. *pro candenti ingenii cauſa.* Puto Ammianum ſcripſiſſe, *procudendi ing. cauſ.* Ut lib. 16. *ad procudendum ingenium vertebatur.* Lib. 31. *procudere linguas.* Idem.

v *Ad Græciam ire permiſſus eſſet.*] Libanius in Oratione quæ προσφωνητικὸς inſcribitur, Athenas relegatum eſſe Julianum, eáque urbe digredi prohibitum ſcribit: idémque dicit in Oratione Conſulari ad Julianum. At Julianus in Epiſtola ad Athen. ait, Conſtantium audita hinc ſeditione quadam in Pannonia, illinc defectione Silvani in Galliis, mandaſſe ſibi ut paullisper in Græciam ſecederet. Eumdem vide in Orat. 3. ad Euſebiam Auguſtam. *Valeſ.*

x * *Permiſſus eſſet.*] Sic primus Gelenius emendavit, cùm in omnibus tam editis quàm MSſ. codicibus legeretur, *permiſſus eſt:* quod certè ad claudendam periodum longè modulatiùs ſonat. Nec movere Gelenium debuit hujus phraſeos inſolentia. Nam pag. 38. eodem modo loquitur Auctor noſter: *Ni fortuna motum eventu celeri conſummavit.* Sic enim ſcribitur in codice Regio [& in Colbertino,] ac in Editione Romana. * *Idem.*

y *Quæ diſpiceres ſecundis avibus contigiſſe.*] In Editione Rom. legitur: *quæ diſpice ſecundis auribus contigiſſe:* quemadmodum etiam codex Regius & Vaticanus ſcri-

tionem pretiis mercarentur immenſis: tenues verò, [z] quibus exiguæ vires erant ad redimendam ſalutem aut nullæ, damnabantur abruptè. Ideóque & veritas mendaciis velabatur, & valuere pro veris aliquoties falſa. Perductus eſt iiſdem diebus & Gorgonius, cui erat thalami Cæſariani cura commiſſa: cúmque eum auſorum fuiſſe participem concitorémque interdum, ex confeſſo pateret, conſpiratione ſpadonum, juſtitiâ concinnatis mendaciis obumbratâ, periculo evolutus abſceſſit.

CAP. III. Hæc dum Mediolani aguntur, militarium catervæ ab Oriente perductæ ſunt Aquileiam, cum aulicis pluribus, membris inter catenas fluentibus ſpiritum trahentes exiguum, vivendíque moras per ærumnas deteſtati multiplices. Arceſſebantur enim miniſtri fuiſſe Galli ferocientis, pérque eos Domitianus diſcerptus credebatur, & Montius, & alii poſt eos acti in exitium præceps. [a] Ad quos audiendos Arborius miſſus eſt, & Euſebius Cubiculi tunc Præpoſitus, ambo inconſideratæ jactantiæ, injuſti pariter & cruenti: [b] qui nulla perſpicacitate, ſine innocentium ſontiúmque differentia, alios verberibus vel tormentis adflictos exſulari pœna damnarunt, [c] quoſdam ad infimam truſere militiam, reſiduos capitalibus addixere ſuppliciis. Impletíſque funerum buſtis, reverſi velut ovantes, geſta retulerunt ad Principem, erga hæc & ſimilia palam obſtinatum & gravem. Vehementiùs hinc & deinde Conſtantius, quaſi præſcriptum fatorum ordinem convulſurus, recluſo pectore patebat inſidiantibus multis. Unde rumorum aucupes ſubitò exſtitere complures, honorum vertices ipſos ferinis morſibus adpetentes, poſteáque pauperes & divites

ptum habent. Proinde non dubitavi quin locus ita emendandus eſſet ut edidimus. *Valeſ.*

z *Quibus exiguæ res erant ad tuendam ſalutem.*] Tota hæc linea in Editione Romana deerat: quam partim Sig. Gelenius ex Hirsfeldenſi codice, partim Mariangelus Accurſius ex fide ſcripti exemplaris explevit. Ego Editionem Accurſii hoc in loco ſequi malui, quippe quæ auctoritate Regii codicis confirmaretur. Sic enim in eo ſcribitur: *quibus exiguæve res erant ad redimendam ſalutem aut nullæ.* [Ita & in Mſ. Colbertino.] *Idem.*

a *Ad quos audiendos Arbora miſſus eſt.*] Romana Editio [& codex Colbertinus] hunc locum ſic præferebant: *ad quos avodos Arborum miſſus eſt*: neque aliter Regius codex, niſi quòd *Arborus* habet. Equidem crediderim *Arborius* ſcribendum eſſe: * ſicut in Mſ. Toloſano exaratum eſt. * Arborii cujuſdam viri Præfectorii meminit Sulpicius in lib. 1. de vita Martini: * ad quem miſſa eſt lex XVI. Codicis Theodoſiani de Piſtoribus. De eodem Paulinus in fine libri II. de vita Martini. Atque id nomen per Gallias nobiliſſimum fuiſſe, teſtatur Auſonius in Parentalibus, Carmine IV. * *Idem.*

* b *Nulla perſpicacitate.*] Sic correxit Accurſius, cùm in Editione Romana reperiſſet, *nullo perſpicaciter.* Ego verò cùm Editionis Romanæ ſcripturam reliquorum Mſſ. [in primis Colbertini] conſenſu firmatam videam, malim legere, *nullo perſpicaciter inquiſito*, ut loquitur A. Marcellinus libro 29. *queis omnibus perſpicaciter inquiſitis.* * Idem.

c *Quoſdam ad infimam truſere militiam.*] Inter pœnas militares fuit olim gradus dejectio, ut ait Modeſtinus in lege 3. D. de re militari: quæ uno verbo regradatio dicitur Latinè, Græcis καταβιβασμὸς, ut eſt in veteribus Gloſſis. Eam regradationem intelligit noſter Marcellinus in lib. 24. cùm dicit: *Reliquos ex ea cohorte qui abjectè ſuſtinuerant impetum graſſatorum, ad pedeſtrem compegit militiam, quæ oneroſior eſt, dignitatibus imminutis.* Ubi non ſolùm regradatio, ſed & militiæ mutatio eſt. Sed ſollemnem regradationis morem nemo luculentiùs explicat, quàm D. Hieronymus in Epiſtola ad Pammachium contra Origenis ſectatores. *Finge*, inquit, *aliquem Tribunicia poteſtatis ſuo vitio regradatum, per ſingula militiæ equeſtris officia ad tironis vocabulum devolutum. Non ex Tribuno ſtatim fiet tiro: ſed ante Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques, deinde tiro. Et quamquam Tribunus quondam miles gregarius ſit, tamen ex Tribuno non tiro, ſed Primicerius factus eſt.* Hæc autem regradationis pœna Impp. reſcriptis addi ſolebat: ut nominatim in lege 2. Cod. Theod. de curſu publico: *Promotus regradationis humilitate plectetur.* Idem.

indiſcretè: non ut [d][e] Cibyratæ illi Verrini, tribunal unius legati lambentes, ſed Reip. membra totius per incidentia mala vexantes. Inter quos facilè Paulus & Mercurius eminebant: hic origine Perſa; [f] ille natus in Dacia: Notarius ille; [g] hic ex [9][h][i] miniſtro triclinii Rationalis. Et Paulo quidem, ut relatum eſt ſuprà, Catenæ inditum eſt cognomentum, eo quòd in complicandis calumniarum nexibus erat indiſſolubilis, [1][k] tætra venena ſerens, variéque diſperdens: ut in colluctationibus [2][l] calce tenere quidam ſolent [m] artifices palæſtritæ.

9 *Mſ.* à miniſtro. 1 *Mſ.* intra in venerum ſeſe varietate diſpendens. 2 *Mſ.* calrenemis.

---

d *Cibyratæ illi Verrini.*] Tlepolemus putâ & Hiero fratres Cibyratæ, rapinarum odoriſequi miri, quos ideo Verres ſecum in Siciliam duxerat. Cicer. VII. Verrin. *Lind.*

e *Cibyratæ illi Verrini, tribunal unius legati lambentes.*] Imitatur Ciceronem, qui in actione 3. in Verrem ſic ait: *Quid iſta cohors, quorum hominum eſt? Voluſii haruſpicis, & Cornelii medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere.* Ubi canum nomine Tlepolemum & Hieronem intelligit fratres Cibyratas, quos etiam Cibyraticos canes appellat in lib. 4. in Verrem, his verbis: *Simul atque in opidum aliquod venerat, immittebantur illi continuò Cibyratici canes, qui inveſtigabant & perſcrutabantur omnia.* & alio loco: *Mirum in modum canes venaticos diceres: ita odorabantur omnia & perveſtigabant.* Valeſ.

f *Ille natus in Dacia.*] Paulus ſcilicet Notarius. Atqui in lib. 14. non procul ab initio hunc eumdem Paulum in Hiſpania natum eſſe dixerat: ut in altero horum locorum mendum eſſe neceſſe ſit. * Certè in actis paſſionis magni Martyris Artemii, hic Paulus Notarius, Hiſpanus dicitur. * *Idem.*

g *Ille miniſter triclinii Rationalis.*] Mſ. *Ille à miniſtro* vel *à miniſterio tricl.* Lind.

h *Ille miniſter triclinii Rationalis.*] Reſtituimus hîc lectionem Editionis Romanæ, cui codex Vaticanus & Valentinus [Colbertinuſque] ſubſcribunt: ea eſt hujuſmodi: *Notarius ille, hic à miniſtro triclinii Rationalis.* Ait enim Marcellinus Mercurium hunc Rationalem fuiſſe, cùm priùs miniſter fuiſſet ſacri triclinii: ídque ſibi volunt hæc verba, *à miniſtro triclinii*: ut apud Tacitum in lib. 2. Hiſt. de Vitellio: *Præpoſuerat Prætorianis P. Sabinum à Præfectura cohortis.* Malim tamen ſcribi, *ex Miniſtro triclinii*: neque aliter à Marcellino ſcriptum fuiſſe exiſtimo. Sed corruptioni cauſam dedit *a* & *x* literarum quædam inter ſe affinitas. Eodem enim errore in lib. 14. ſub finem, ubi de Adraſtia ſermo eſt, in codice Regio & Editione Rom. ſcriptum offendi, *ultra facinorum impiorum*, pro *ultrix*: & *diſceptatria*, pro *diſceptatrix*: & initio hujus libri, *perpleae*, pro *perplexe.* Valeſ.

i *A miniſtro triclinii.*] Hi Miniſteriani dicuntur in Codice, & cum Caſtrenſianis junguntur in titulo de Caſtrenſianis & Miniſterianis. In Notitia Imperii Rom. Miniſteriales Dominici appellantur ſub diſpoſitione viri Spectabilis Caſtrenſis ſacri Palatii. De iiſdem loquitur Marcellinus in lib. 14. cùm dicit: *Relicto palatio omni præter paucos tori miniſtros & menſæ.* Horum officium Corippus in lib. 3. deſcribit his verſibus:

Adfuit obſequio caſtorum turba virorum.
Illis ſumma fides & plena licentia ſacris
Deſervire locis, atque aurea fulcra parare,
Regales menſas epulis onerare ſupernis. Idem.

k *Tætra venena ſerens, varieque diſperdens.*] Hujus lectionis primus auctor fuit P. Caſtellus. Nam in Editione Rom. ſcriptum erat: *Intra invenerunt ſeſe varietate diſpendens.* neque aliter in Vaticano ac Florentino codicibus: niſi quòd hi habent *invenerim.* Antiquarius qui codicem Regium deſcripſit, cùm hunc locum nimis depravatum videret, lacunam relinquere maluit: duas tantùm ultimas voces diſtinctè retinuit, prout in ſcriptis exemplaribus legi diximus. Quòd ſi quis noſtram de hujus loci emendatione ſententiam, aut potiùs conjecturam requirit, ſic commodè legi poſſe arbitramur integrum locum: *Et Paulo quidem, ut relatum eſt ſuprà, Catenæ inditum eſt cognomentum, eò quòd in complicandis calumniarum nexibus erat indiſſolubilis, tætra inventorum ſeſe varietate diſtendens; ut in colluctationibus callere nimis quidam ſolent artifices palæſtritæ.* Idem. Non intelligo unde viro ſummo ſic placuerit Caſtellanum *tætra*, quum utiqúe litteræ ſcripturæ veteris iſtuc minime vergant; ſed *intra* apparet poſitum loco τοῦ *mira.* Totidem vides apices. Et ſane hanc vocem quoqué attendebat Salmaſius, quum anre Valeſium ſignificaret e veſtigiis ſcripturæ ſe elicuiſſe hanc lectionem, *miram in nodorum varietatem ſeſe diſpendens, ut in colluctationibus callere nimis quidam ſolent art. pal.* ad Solinum pag. 291. *Gron.*

l *Calce tenere quidam ſolent.*] Hæc eſt conjectura P. Caſtelli, quam ceteræ deinceps Editiones amplexæ ſunt. At in Romana Editione longè aliter ſcriptum erat: ſic enim habet: *calce renem. is quidam ſolent.* neque aliter codex Vaticanus & Florentinus. In Regio legitur, *calce & ...... quidam ſolent.* * In Toloſano, *calce & Harenis.* * Nobis conjectura noſtra quam ſuprà propoſuimus, non diſplicet. Comparat enim hîc Marcellinus nodoſos calumniarum nexus cum palæſtricis nexibus luctatorum, quæ Græcè ἄμματα dicuntur. Apollodorus in Bibliotheca, de lucta Herculis cum Antæo: τούτῳ δὲ παλαίειν ἀναγκαζόμενος Ἡρακλῆς, ἀράμενος ἄμμασι μετέωρον κλάσας ἀπέκτεινε. Libanius in ejuſdem luctæ deſcriptione δεσμοὺς & συμπλοκὰς vocat. Latini nodos vocant. Sic enim Aurelius Victor in Commodo: *Ibi per miniſtrum ungendi faucibus, quaſi arte exercitii, brachiorum nodo*

[n] Mercurius ſomniorum appellatus comes, quòd [o] ut clam mordax canis, [p] interno vitio ſubmiſſus, agitans caudam, epulis cœtibúſque ſe crebris inſerens, ſi per quietem quiſquam, ubi fuſiùs natura vagatur, vidiſſe aliquid amico narraſſet, id venenatis artibus coloratum in pejus, patulis Imperatoris auribus infundebat: & ob hoc homo tamquam inexpiabili obnoxius culpæ, gravi mole criminis pulſabatur. Hæc augente vulgatiùs fama, tantùm aberat ut proderet quiſquam viſa nocturna, cùm ægrè homines dormiſſe ſeſe præſentibus faterentur externis: mœrebántque docti quidam, quòd [q] apud Atlanteos nati non eſſent, ubi memorantur ſomnia non videri: quod unde eveniat, rerum ſcientiſſimis relinquamus. Inter has quæſtionum ſuppliciorúmque ſpecies diras, in Illyrico exoritur alia clades, ad multorum pericula ex verborum inanitate progreſſa. [3] [r] In convivio Africani Pannoniæ ſecundæ rectoris, apud Sirmium

3 *al.* in provincia.

---

validiùs preſſis exſpiravit. & Statius in lib. 6. Thebaïdos de Tydeo:

Mox latus & firmo celer implicat ilia nexu.
Poplitibus genua inde premens, evadere nodos
Nequidquam, & lateri dextram inſertare parantem
Suſtulit, &c.

Calcis quoque in lucta uſum fuiſſe non ignoro. Nam & σφυρῷ προσπαλαίειν, id eſt, calce luctari ſoliros docet Philoſtratus in Arrichione, & ὑποσκελίζειν id propriè dictum eſſe docet Pollux, & Lucianus in Anacharſi. Sed ſi calcis ſolius mentio hîc fiat, quomodo ſtare poſſit Marcellini noſtri ſimilitudo, non video. *Valeſ.*

m *Artifices palæſtritæ.*] Palæſtritas dixit impropriè pro luctatoribus, quos Græci παλαιστὰς dicunt. Palæſtritæ verò miniſtri ſunt palæſtræ, qui athletas curabant & ungebant. Sic apud Ciceronem lib. 2. in Verrem: *Numquam vos Prætorem tam palæſtricum vidiſtis. Verùm ita palæſtritas defendebat, ut ab iis ipſe unctior diſcederet.* Sanè in Victoris Epitome Narciſſus palæſtrita dicitur, quem Aurelius Victor miniſtrum ungendi dixerat. Neque alio ſenſu palæſtritas ſumit Perſius hoc verſu:

Quinque palæſtritæ licèt hæc plantaria vellant,
Haud tamen iſta filix ullo manſueſcet aratro.

Lampridius tamen in Alex. Severo palæſtritam perinde ut Marcellinus uſurpat. *Palæſtrites*, ait, *primus fuit.* Sed *palæſtes* legendum eſt ex Mſſ. *Idem.*

n *Mercurius ſolenniorum appellatus Comes.*] Exercere lectorem hæc ſcriptura meritò poteſt. Nam quid ſibi vult hæc ſolemniorum Comitis appellatio, & quam habet connexionem cum αἰτιολογίᾳ quæ mox ſubjungitur? Scripti quidem codices nihil hîc variant. Sed nihil certius eſt quàm legendum eſſe, *Somniorum appellatus comes.* Hic enim Mercurius ita facetè cognominatus eſt, eò quòd aliena ſomnia ita perſpicuè noverat, & Imperatori narrabat, ut ſomniorum quidam quaſi comes videretur ac ſocius.

[Annon tamen potius Mercurius Comes ſomniorum vulgò per jocum appellitatus eſt, tamquam novo officii genere ab Imperatore ſomniis præpoſitus, quæ notiſſima haberet, & quorum ipſi eſſet rationem redditurus? uti Comites Privatarum, Comites Sacrarum Largitionum, Comites ſacri Patrimonii Comites Theſaurorum per provincias vocabantur, qui his erant rebus à Principe præpoſiti. Præterea luſiſſe in nomine Mercurii mihi videtur populus, Comitem ſomniorum ſeu Præfectum appellando, quòd Mercurium credidere veteres virgæ ſuæ tactu ſomnos & ſomnia mortalibus immittere conſueviſſe.] *Idem.*

* o *Ut clam mordax canis.*] Græci dicerent eleganter: καθάπερ οἱ λαθροδῆκται τῶν κυνῶν. Sic loquitur Chryſoſtomus in Homilia xv. in Epiſtolam Pauli ad Epheſios: ſic & Palladius in vita Chryſoſtomi, de Theophilo loquens: καὶ μικρὸν ἐφησυχάσας χρόνον, καθάπερ λαθροδάκτης κύων. * *Idem.*

* p *Interno vitio ſubmiſſus.*] Sic primus correxit Gelenius, cùm priùs legeretur, *interna vitia*: ut in Mſſ. codicibus, Vaticano, Regio, Toloſ. [Colberr.] & in priſca Editione Romana ſcriptum inveni. Proinde non dubito, quin hic locus emendandus ſit hoc modo: *Ut clam mordax canis, inter initia ſubmiſſiùs agitans caudam.* * Idem.

q *Apud Atlanteos nati non eſſent.*] * Herodotus in Melpomene ſcriptum reliquit, in terra Africa populos eſſe, qui ad Atlantem incolunt, eos nulla ſomnia videre: λέγονται δὲ οὗτοι ἔμψυχον οὐδὲν σιτέεσθαι, οὔτε ἐνύπνια ὁρᾶν. Ex eo * Plin. lib. 5. cap. 8. *Atlantes degeneres ſunt humani ritus, ſi credimus: nam neque nominum illorum inter eos appellatio eſt, & ſolem Orientem Occidentemque dira imprecatione contuentur, ut exitialem ipſis agriſque. Neque inſomnia viſunt, qualia reliqui mortales.* * Marcian. Capella lib. 6. p. 252. *Inter ſolitudines degunt, qui neque ulla inter ſe nomina habent, & Soli imprecantur, quòd eos cum meſſibus ſemper amburat. Hi numquam ſomniare videntur.* Vide Aldret. Antiquit. p. 559. 560. * Quod tamen an verum ſit, diſputat Tertullianus lib. de Anima pag. 369. *Lindenbr.*

r *In convivio Africani.*] Hujus rei hiſtoriam per-

[f] poculis amplioribus madefacti quidam, arbitrum adeſſe nullum exiſtimantes, licenter [t] Imperium præſens ut moleſtiſſimum incuſabant: è quibus alii optatam permutationem temporum adventare, veluti è præſagiis affirmabant: nonnulli majorum auguria ſibi portendi incogitabili dementia promittebant. E quorum numero [v] Gaudentius [x] Agens in rebus, mente præcipiti ſtolidus, rem ut ſeriam detulerat ad Rufinum, Apparitionis Præfecturæ Prætorianæ tunc principem, [y] ultimorum ſemper avidum hominem, & [4] coalita pravitate famoſum. qui confeſtim quaſi [5] pinnis elatus ad comitatum Principis advolavit: eúmque ad ſuſpiciones hujúſmodi mollem & penetrabilem, ita acriter inflammavit, ut ſine deliberatione ulla Africanus, & omnes letalis menſæ participes juberentur rapi [6] ſublimes. quo facto delator funeſtus, vetita ex more humano validiùs cupiens, biennio id quod agebat, ut poſtulârat, continuare præceptus eſt. Miſſus igitur ad eos corripiendos [z] Teutomeres Protector Domeſticus cum collega, onuſtos omnes catenis, ut mandatum eſt, perducebat.

4 *Mſ.* collita. 5 *al.* pinnis alatus. 6 *al.* ſublimes tolli.

ſtringit Julianus in Epiſtola ad Curiam & populum Athenienſem, his verbis: συκοφάντης τις ἀνεφάνη περὶ τὸ Σίρμιον, ὃς τοῖς ἐκεῖ πρᾶγμα συνέρραψεν ὡς νεώτερα διανοουμένοις. ἴστε δήπουθεν ἀκοῇ τὸν Ἀφρικανὸν καὶ τὸν Μαρῖνον, οὐκουν ὑμᾶς οὐδὲ ὁ Φῆλιξ ἔλαθεν, οὐδὲ ὅσα ἐπράχθη περὶ τοὺς ἀνθρώπους. Sic enim legendus eſt hic locus, qui in Editione ultima corruptus eſt. ubi συκοφάντης eſt Gaudentius, quem delatorem etiam Marcellinus appellat: Africanus & Marinus à Marcellino quoque nominantur. Sed Felicis nulla fit mentio. *Valeſ.*

f *Poculis amplioribus madefacti.*] Lucian. in Deor. Dialogo: ἐν τῷ συμποσίῳ ἱκανῶς ὑποβεβρεγμένοι. Crobylus apud Athenæum: τὴν ἀσωτίαν ὑγρότητα νῦν προσαγορεύουσι. Ita *madidus vino* Plaut. in Aulul. *Ego te hodie reddam madidum, ſi vivo probè*: & alibi apud eumdem, & Juvenal. Martial. *Lindenbr.*

t *Imperium præſens ut moleſtiſſimum accuſabant.*] Obtrectatione temporum pulſæ majeſtatis crimen contrahi, ex L. unic. C. ſi quis Imp. maled. & quæ ad eam à me dicta, conſtat. *Idem.*

v *Gaudentius magnis in rebus.*] Emendatum à nobis eſt, *Agens in rebus.* quæ emendatio, cùm ipſa per ſe clara eſt, tum mirificè confirmatur ex alio loco libri 16. ubi noſter Marcellinus hanc eamdem perſtringit hiſtoriam: *Quo indicante quædam cognita per Gaudentium Agentem in rebus: Conſularem Pannoniæ tunc Africanum cum convivis retulimus interfectum.* Quid, quòd & in Editione Romana [& in Mſ. Colbertino] ac Vaticano legebatur, *Gaudentius magis in rebus*? Valeſ.

x *Agens in rebus.*] Agentum in rebus munus id fuit, ut Conſulum nomina, victorias Auguſtorum, & edicta provincialibus nuntiarent, ut docet Libanius in Oratione pro Ariſtophane Corinthio, p. 203. & in Oratione funebri in laudem Juliani, p. 305. Hinc ἀγγελιαφόροι ferè dicuntur à Græcis Agentes in rebus, ut apud Libanium in Orat. funebri citata, pag. 249. & apud Priſcum Rhetorem in Excerptis legationum, pag. 26. & 36. Aliud etiam vel præcipuum munus eorum fuit, ut in provinciis poſiti explorarent ac ſcrutarentur, ſi quod adverſus Principem nefarium conſilium iniretur. Atque hi propriè Curioſi dicebantur; qui erant è Schola Agentum in rebus, ut docet Imperii Notitia: à Græcis πευθῆνες eleganter appellati. Sic Libanius in Orat. adverſus Florentium, pag. 425. & adverſus Icarium, p. 472. Denique in Oratione funebri jam laudata, his verbis. εἰς ἀγγελιαφόρους τελέσαντες ἐπονοῦντο μετὰ πευθῆνας καταστῆναι· καὶ τὸ σχῆμα ἦν φυλάκων, ὅπως μηδὲν ἀγνοοῖ βασιλεὺς τῶν ἐπ' αὐτὸν συντιθεμένων. Id eſt: *Relati in Scholam Agentum in rebus, enitebantur ut Curioſi fierent. ac ſpecie quidem ipſa cuſtodes erant, ne quidquam eorum quæ adverſus Principem ineuntur conſilia, ipſum lateret: reipſa autem calumniis & concuſſionibus omne genus mortalium vexabant.* Quibus ſimillima ſunt, quæ Aurelius Victor in Diocletiano de iiſdem prodit: *Remoto peſtilenti Frumentariorum genere; quorum nunc Agentes rerum ſimillimi ſunt: qui cùm ad explorandum adnuntiandúmque qui forte in provinciis motus exſiſterent, inſtituti viderentur; compoſitis nefariè criminationibus, injecto paſſim metu, cuncta fœde diripiebant.* Ex his Curioſis videtur fuiſſe Gaudentius, quem hoc loco commemorat Marcellinus: quod & ſequentibus verbis apertiùs confirmatur: *Quo facto*, inquit, *delator funeſtus biennio id quod agebat, ut poſtulârat, continuare præceptus eſt.* id eſt enim, Curioſi officio in iis partibus fungi. *Idem.*

y *Ultimorum ſemper avidum hominem.*] Id eſt, ſanguinis ac ſuppliciorum. quo ſenſu dixit in lib. 14. *Eò neceſſitatis adductus, ultimáque ni vigilaſſet opperiens, principem locum ſi patuiſſet copia, affectabat.* Et in lib. 30. *Quoſdam ultimorum metu exagitatos, &c.* Idem.

z *Teutomeres Protector Domeſticus.*] Ad hunc Teutomerem ſcripta eſt Epiſtola Libanii V. libri IV. ex qua diſcimus Teutomerem comitatum eſſe Imperatorem Ju-

Sed ubi ventum eſt Aquileiam, [7] [a] Marinus Tribunus [b c] ex Campidoctore eo tempore vacans, auctor pernicioſi ſermonis, & alioquin naturæ ferventis, in taberna relictus, dum parantur itineri neceſſaria, [8] lateri ſuo cultrum caſu repertum impegit, ſtatímque extractis vitalibus interiit. Reſidui ducti Mediolanum, excruciatíque tormentis, & confeſſi vi quæſtionis, inter epulas petulanter ſe quædam loquutos, [d] juſſi ſunt [9] attineri pœnalibus clauſtris, ſub abſolutionis aliqua ſpe, licet incerta. Protectores verò pronuntiati vertere ſolum exſilio, ut Marino iiſdem conſciis mori permiſſo, veniam Arbetione meruere precante.

7 *Mſ.* Marinus .... ex Campiductore. 8 *Mſ.* lateri.... cultrum. 9 *Mſ.* attineri.

lianum in expeditione Perſica. [*Teutomeres* autem, & *Theodomeres*, vel *Theudemeres*, quod nomen apud Gregorium Regis Francorum fuit, unum idémque nomen eſt. Ex quo intelligitur Teutomerem hunc Protectorem Domeſticum, natione Francum fuiſſe. *Francorum* quippe *ea tempeſtate in Palatio multitudo florebat*, ut loquitur Marcellinus in hoc ipſo libro.] *Valeſ.*

a *Marinus ex Campiductore.*] Hoc loco vocem inſerui neceſſariam, ut arbitror. Nam cùm in MSſ. codicibus Florentino ac Regio, & in Editione Rom. poſt vocem *Marinus*, vacuum ſpatium eſſe relictum viderem, non dubitavi quin locus ita explendus eſſet, ut edidi: *Marinus Tribunus ex Campidoctore eo tempore vacans.* Sic enim Marcellinus loquitur in fine lib. 16. *Et vacans quidam Tribunus, cujus non ſuppetit nomen.* Et in lib. 18. ſub initium: *Hariobaudem Vacantem Tribunum.* Denique in fine libri 31. *Vacantes* porrò Tribuni dicuntur, qui honorem quidem Tribunorum & annonas ac ſalaria accipiunt, ſed nullum habent certum numerum quem regant. Unde Vacantes numerorum Rectoribus opponit Marcellinus in lib. 31. citato: *Triginta quinque oppetivere Tribuni Vacantes, & numerorum Rectores.* Ferè tamen milites ex aliis cohortibus lecti & in ſubſidiis locati, Vacantibus Tribunis regendi committebantur, quemadmodum docet Vegetius in lib. 3. cap. 17. Ut autem Tribuni Vacantes, ita & Comites, & Præfecti, & ceteri Vacantes dicebantur, qui codicillos quidem earum dignitatum à Principe acceperant, ſed in actu minimè erant poſiti. quare præcincti honore otioſi cinguli dicuntur in lege ult. Cod. de primiceriis & ſec. Ita ἔπαρχον μέχρι προσηγορίας Præfectum Præt. Vacantem dixit Eunapius in Libanio. τῶν δὲ μετὰ ταῦτα βασιλέων καὶ τῶν ἀξιωμάτων τὸ μέγιστον αὐτῷ προστιθέντων, τὸν γὰρ τῆς αὐλῆς ἔπαρχον μέχρι προσηγορίας ἔχειν, αὐτὸν ἐκέλευον. Id eſt: *Cùm vero ſubſecuti Principes ampliſſimum dignitatis gradum ei tribuiſſent, (nam Præfecturæ Præt. honorarios codicillos ei offerebant) ipſe recuſavit.* Vacantes tamen ab Honorariis diſtingui videntur in Novella Theodoſii de Metatis. *Idem.*

b *Ex Campiductore*] Inf. lib. XIX. *Campiductoribus ut fortium virorum anteſignanis.* Chryſoſtomus ad Innocent. Epiſcopum. Καμπιδούκτορας ἀντὶ διακόνων προηγουμένους ἔχοντες. * Urbicius in Tacticis: ὅτι δεῖ κινεῖσθαι σημαίαν ἢ βουκίνῳ ἢ τῇ ταυρέᾳ ὑπὸ καμπιδούκτωρ. Acta Martyrii S. Mauricii, à Simlero edita p. 138. *Cum Exſuperio, quem exercitus appellat Campiductorem.* * Vid. Veget. de re milit. Gloſſ. & Schol. Juvenal. Inſcript. vet. Romæ: NEMESI SANCTAE CAMPESTRI. PRO. SALUTE. DOMINORUM N. N. AUGG. P. AEL. P. F. AELIA. PACATUS. SCUPIS. QUOD. COH. DOCTOR. VOVERAT. NUNC CAMPI DOCTOR COH. I. PR. P. V. SOMNIO. ADMONITUS POSUIT. L. L. *Lindenbr.*

c *Ex Campiductore.*] Regius liber ſcriptum habet *ex Campidoctore*: quæ ſcriptura magis placet, tum quia in Gloſſis veteribus, & apud Lampridium in Alexandro, ac Vegetium ita appellantur: tum maximè propter auctoritatem antiquæ inſcriptionis, quam hîc profert Lindenbrogius. Sunt autem Campidoctores, qui ſcientiam armorum, & omnes armaturæ numeros militibus tradunt; unde ὁπλοδιδάκται in Gloſſis veteribus appellantur. Caſaubonus tum ad Theophraſti Characteres, tum in Polybii lib. 2. pag. 150. ὁπλομάχους Campidoctores vertit, quod equidem probare non poſſum. Quippe ὁπλομάχοι artem tractandorum armorum ephebis tradebant in Græcia, ut docet Teles apud Stobæum: ἔφηβος γέγονε· τὸν κοσμητὴν φοβεῖται, τὸν παιδοτρίβην, τὸν ὁπλομάχον, τὸν γυμνασίαρχον. Sextus Empiricus lib. 2. de Philoſophia, cap. de Demonſtratione: ὥσπερ, inquit, ὁ παιδοτρίβης καὶ ὁ ὁπλομάχος ἔσθ᾽ ὅτε μὲν λαβόμενος τῶν χειρῶν τοῦ παιδὸς ῥυθμίζει καὶ διδάσκει τινὰς κινεῖσθαι κινήσεις· ἔσθ᾽ ὅτε δ᾽ ἄπωθεν ἑστὼς καὶ πῶς κινούμενος ἐν ῥυθμῷ παρέχει ἑαυτὸν ἐκείνῳ πρὸς μίμησιν. Id eſt: *Ut exercitator, & doctor armorum interdum quidem apprehenſis pueri manibus eum format, certóſque motus quoſdam corporis edens, imitandum ſe ei proponit.* Denique Theophraſtus in deſcriptione τῆς ὀψιμαθίας, ὁπλομάχους in palæſtris ſpecimen ſui edidiſſe teſtatur. Quare armorum doctores, ſeu magiſtros cum Vegetio libentiùs verterim. Differunt autem armorum doctores à Campidoctoribus, ut genus à ſpecie. Certè Vegetius in lib. 1. cap. 3. Campidoctores ab armorum doctoribus videtur diſtinguere. quippe armorum doctores tractandorum armorum ſcientiam ſolis ferè tironibus tradebant: at Campidoctores armaturæ numeris ac motibus milites imbuebant, ut in libro ſuperiore dixi. * Erant autem ut plurimùm veterani milites, ut docet Plinius in Panegyrico, qui eorum loco poſtea adſcitos eſſe ex Græcia magiſtros queritur. * *Valeſ.*

d * *Juſſi ſunt attineri.*] Sic loquitur Symmachus in

Cap. IV. Re hoc modo [1] finita, paullo pòſt & [e] Lentienſibus Alamannicis pagis indictum eſt bellum, collimitia ſæpe Romana latiùs irrumpentibus: ad quem procinctum Imperator egreſſus, [f] in Ræstias campóſque venit Caninos: & digeſtis diu conſiliis, id viſum eſt honeſtum & utile, ut eo cum militis parte Arbetio Magiſter equitum, cum validiore exercitus manu relegens margines lacus Brigantiæ pergeret, protinus Barbaris congreſſurus: cujus loci figuram breviter, quantum ratio patitur, deſignabo. [g] Inter montium celſorum amfractus [2] immani pulſu [h] Rhenus exoriens, per præruptos ſcopulos extenditur [i] nullis aquis externis adoptatis, [k] ut . . . . . . per cataractas inclinatione præcipiti

1 *Mſ.* finita . . . . . & Lent. 2 *Mſ.* impulſu immani Rheni . . . . pulos extenditur . . . . nes adoptas ut . . . . . cataractas inclinatione preteriti funditur Nilus & . . . . . . gari ab ortu poterat ad primogenio copiis edueranas propriis inruenti curreret ſim . . . . . . ſquam fluenti . . . . . . Jamque ad . . . . . . ſolutus altaque divortia.

Epiſtola 36. libri 10. * *Valeſ.*

e *Lentienſibus Alemannicis pagis.*] Infr. lib. 31. *Lentienſis Alemannicus populus, tractibus Rætiarum confinis.* Videtur eſſe locus quem hodie Germani *das linkgavv* vocant. De pagis verò, quorum hîc & alibi apud Ammian. mentio, eruditè multa ex veterum ſcriptis, quæ ſecretis diſperſa monumentis latent, collegit V. Cl. Marq. Freherus in Originib. Palatinis cap. v. *Lindenbr.*

f *In Rætias campoſque venit Caninos.*] Sunt qui tractum illum deſignari putant, quem hodie *Churvvalhen* appellant. Et Campos Caninos rectè dici poſſe *der Gravven Beldboden.* * Vide Tſcudum p. G. 2. Simler. 103. * Unde & Rætos ipſos à cano colore *Griſones*, & à confœderatione mutua *Gravvpundter* etiamnunc vocari ſcimus. * Sidon. Apollin. Carm. 5. *Perque canis quondam dictos de nomine campos.* Gregor. Turon. lib. 10. c. 3. optimè loci ſitum notat: *Ad Mediolanenſem urbem advenit: ibique eminus in campeſtria caſtra poſuerunt. Olo autem Dux ad Bilitionem hujus urbis caſtrum, in campis ſitum caninis, importunè accedens, jaculo ſub papilla ſauciatus cecidit & mortuus eſt.* * Idem.

g *Extenditur penes Lepontios.*] Totus hic locus mirificè interpolatus erat. In editione quidem Romana legebatur: *Inter montium celſorum anfractus impulſu immani Rhem . . . . pulos extenditur . . . . nes adoptas, ut . . . . cataractas inclinatione præteriti funditur Nilus . . . . , ab ortu poterat ad primogenio copiis . . . . propriis inruenti curreret ſim . . . . Jámque ad . . . . . ſolutus altáque divortia riparum arradens, &c.* Has omnes lacunas Petrus Caſtellus prorſus infeliciter expleverat hoc modo: *Impulſu immani Rheni diſcurrentis extenditur penes Lepontios, ut per deciduas cataractas inclinatione pernici funditur Nilus, torrente ab ortu protinus primigenio copiis aquarum propriis inruenti curſu ſimplici. Jámque adjutus nivibus liquatis ac ſolutis, altáque divortia, &c.* Secuti deinde Accurſius & Gelenius hanc ſtupidiſſimi hominis emendationem retinuerunt, quod equidem ſatis mirari non poſſum. Ego verò ſcriptæ lectionis veſtigiis inſiſtens, hujus loci veriſſimam emendationem deprehendiſſe mihi videor. *Valeſ.*

h *Rhenus exoriens per præruptos ſcopulos extenditur.*] Lacunam quæ tum in Editione Romana, tum in Mſſ. codicibus, Vaticano, Florentino, ac Regio exſtat, ſuprà exhibui. Eam autem aliter expleri non poſſe, quàm eo modo quo à nobis expleta eſt, quiſquis animum intenderit confitebitur. Quid enim, hi apices ſcriptæ lectionis, ... *pulos extenditur*, nonne apertè ſignificant *ſcopulos* priùs ſcriprum fuiſſe? quod clariùs etiam demonſtrat ſequens Rheni comparatio cum cataractis Nili. *Idem.* Hæc ſummi viri ratiocinatio procedit quodammodo in literis *pulos*, ſed non etiam probat adjectionem *præruptos*, quam vocem mutuatus ὁ πάνυ videtur ex loco libri XXII, quem mox citat. Et ſane tales eos fuiſſe, quid erat neceſſe ſcribi, quum mox dicat ruenti currere ſimilem potiùs, quam fluenti? unde ſatis colligitur tales fuiſſe. Quin etiam an non *populos* ſuppleri poſſet, & ſi lacunæ ſpatium ita indicaret *per Alpinos populos*, Vennonetas ſcilicet ac Sarunetes, in quibus in ortu prolabi Rhenum teſtatur Plinius, ac Tulingos. Conſiderent ſpatium lacunæ, quibus ea felicitas eſt; nam & in prima Valeſii editione longe eſt amplius. *Gron.*

i *Nullis aquis externis adoptatis.*] Sic ferè à Marcellino ſcriptum fuiſſe, tum veſtigia veteris ſcripturæ teſtantur, tum aliorum locorum collatio, ubi Marcellinus eodem modo locutus eſt. Nam in fine lib. 18. ita dicit: *Ubi tenuis fluvius prope originem & anguſtus, nulliſque adhuc aquis advenis adoleſcens, facilè penetrari poterit, ut vadoſus.* Et in libro XV. infrà de Rhodano: *Hinc Rhodanus aquis advenis locupletior.* Ceterùm adoptatæ aquæ eleganti metaphora dicuntur, quæ in potioris fluvii nomen tranſeunt: quo etiam ſenſu infrà de Rhodano ſcribit: *Ararim quem Sauconnam appellant, inter Germaniam primam fluentem, ſuum in nomen adſciſcit.* Valeſ. Quid certius eſt, quam ex lectione ſcripta duntaxat legi debere *nullos externos* vel potius *advenas amnes adoptans*? An reſpexit auctor Ovidium, apud quem Achelous ad Oeneum lib. IX. *Nec gener, externis hoſpes tibi miſſus ab oris, Sed popularis ero & rerum pars una tuarum.* Gron.

k *Ut per . . . . cataractas inclinatione præcipiti*

funditur Nilus. [l] Et navigari ab ortu poterat primigenio copiis exuberans propriis, ni ruenti curreret ſimilis potiùs quàm fluenti. [m] Jámque abſolutus, [n] altáque divortia riparum adradens, lacum invadit rotundum & vaſtum, [o] quem Brigantiam accola Ræetus appellat, pérque quadringenta & ſexaginta ſtadia longum, paríque penè ſpatio latè diffuſum, horrore ſilvarum ſqualentium inacceſſum, (niſi quà [p] vetus illa Romana virtus & ſobria iter compoſuit latum) Barbaris & natura locorum & cæli inclementia refragante. Hanc ergo paludem ſpumoſis ſtrependo verticibus amnis irrumpens, & undarum quietem permeans

3 *Mſ.* Murigantiam.

---

funditur Nilus.] Non placet, immo diſplicet prorſus conjectura Caſtelli, qui *deciduas* ſupplevit: quod Latinum non eſt. Quòd ſi conjecturæ locus eſſet, mallem equidem *declines.* ſed cùm abſque hac voce conſtet ſenſus, nihil hîc conjectura opus eſſe exiſtimavi. Reſtitui autem, *inclinatione præcipiti*, exploſa illa Caſtelli emendatione: cùm hanc ſcripturam & elegantiorem eſſe intelligerem, & propiùs ad veterum exemplarium lectionem accedere. Nam in vetuſtis codicibus obſervavi, plerumque caninam literam ſcribi inſtar *p* ſeu *ῥῶ* Græcanici. *Valeſ.* Niſi vetus lectio indicet *præceleri*. Præcipitium enim per inclinationem deſignari ſatis videtur. *Gron.*

l *Et navigari ab ortu poterat Primigenio.*] Hæc quidem & ſequentia ita à Marcellino, ut edidimus, ſcripta fuiſſe, quovis pignore contenderim. Nec magnæ difficultatis erat veram hujus loci ſcripturam ex his veſtigiis elicere. Sic enim habent ſcripti codices, Regius, Vaticanus ac Florentinus: *Et ......gari ab ortu poterat primigenio copiis èduerans propriis inruenti curreret ſim......s quam fluenti.* * In Mſ. codice Toloſano hunc locum ita ſcriptum inveni: *Et Navigari ab ortu poterat adprimigenios copiis ſe duerans propriis, ni ruenti curreret ſimilis ... ... quàm fluenti. Jámque abſolutus*, &c. * Etſi autem hæc emendatio adeo illuſtris eſt, ut nullam auctoritatem deſideret; tamen Marcellini ipſius teſtimonio à me confirmabitur. Is enim in lib. 22. de Nilo perinde locutus eſt: *Exundatione ditiſſima ad cataractas, id eſt, præruptos ſcopulos venit, unde præcipitans ruit potiùs quàm fluit.* Quemadmodum Plinius etiam ac Solinus de Nilo dixerunt. Valeſ.

m *Jamque abſolutus.*] In Editione Romana perinde ut in ceteris Mſſ. exemplaribus ſcriptum eſt: *Jámque ad..... ſolutus.* Unde Petrus Caſtellus egregiam hanc nobis lectionem effinxit: *Jámque adjutus nivibus liquatis ac ſolutis.* Quaſi verò ea ſit mens Marcellini, hinc augeri flumen Rhenum, quippe qui antè dixerat eum ab ipſo ſtatim fonte grandem fluere, ac copiis propriis exuberare: ſed id tantùm dicit, poſtquàm confragoſa loca permeavit, per valles eum tantiſper fluere, ac mox in Brigantinum lacum ferri. Rectiùs ergo hîc reſcripſi: *Jámque abſolutus, &c.* Quod quidem ad veterum codicum ſcripturam propiùs accedit. Ac fortaſſe etiam aliquot prætereà deſunt vocabula, (eſt enim major lacuna) quæ ſuppleri poſſunt in hunc ferè modum: *Jámque anguſtiis abſolutus, &c.* Idem. Atqui lacuna eſt inter literas *ad* & *ſolutus*, non inter *jamque* & *ad*, in qua parte ſupplet vir Clariſſimus. Quod neſcio utrum magis improbem, quam quum in prima conjectura lacunam pro vana ac temeraria habet. Certe utrúmque non illi ingenio ac doctrinæ conveniens. Itaque ut Mela ſcribit de Nilo, *uſque ad Elephantidem urbem Ægyptiam atrox fervenſque decurrit; tum demum placidior & jam bene navigabilis*, eandem rationem in Rheno ſuo obſervari ab Ammiano exiſtimans collegi ſervatis ſcriptorum codicum literis ſupplendum eſſe *jamque ad Coriam ſolutus.* Coria vetuſta & primaria urbs eſt fere media inter ortum Rheni & lacum Brigantiam, hodiéque nota. Ibi ſolutus ab illis celſorum montium anfractibus, ut docet geographia. *Gron.*

n *Altaque divortia riparum adradens.*] Sic *divortium itineris*, lib. 28. Feſt. Avien. in Ora marit. *Oſtiorum divortia.* Epigramma vetus:

- - *ad divortia Rheni*
Pervaſi, hoſtiles depopulatus agros. Lindenbr.

o *Quem Brigantiam accola Rætus appellat.*] Hodie lacus Conſtantienſis dicitur, ab urbe Conſtantia. Brigantinum lacum vocat Solinus in cap. 24. * lacum Rætiæ Brigantium Plinius libri 9. cap. 17. * Qui ſic dictus videtur à Brigantiis populis, quos Vindelicis proximos facit Strabo, urbéſque habere dicit Brigantiam & Campodunum. * Vulgò dici hunc lacum *Der Bodenſee*, ait Cluverius in lib. 1. pag. 64. & in lib. 2. capite ultimo, in quo etiam affirmat, ejus lacûs ſummam longitudinem eſſe millium 40. latitudinem maximam ſex; arguítque Strabonem & Marcellinum. *. Valeſ.

p *Vetus illa Rom. virtus & ſobria.*] Sobrios eo ſæculo dicebant viros prudentes & graves ac moderatos. Sic Atilius Fortunatianus in lib. de metris: *Hexametrum autem & Heroum volunt quidam ab eo dictum, quòd hoc magna & ſobria canantur, ut Heroes magni & ſobrii.* Et Arnobius in lib. ult. adverſus gentes: *Vir alioqui gravis, & ſobriæ religionis.* Joſippus quem vulgo Hegeſippum vocant, in lib. 1. de excidio Hieroſol. de Hyrcano: *Moderator egregius, & pulcrè ſobrius.* Et in lib. 4. cap. 2. *Itaque ille præſtantiſſimus, qui inter adverſa ſobrius colluctatur caſibus.* Quod Joſippus ex quo hæc converſa ſunt, ita ſcribit Græcè. κακῶν ἄριστος, ὁ κἂν τοῖς εὐτυχήμασι νήφων. Quomodo & Antoninus Aug. loquitur in lib. 1. de vita ſua, cùm ait: μήτε περὶ τοὺς θεοὺς δεισιδαίμων, μήτε περὶ

pigram;

pigram, mediam [q] velut finali interſecat libramento: & tamquam elementum perenni diſcordia ſeparatum, nec aucto, nec imminuto agmine quod intulit, vocabulo & viribus abſolvitur integris, nec contagia deinde ulla perpetiens, Oceani gurgitibus intimatur. Quodque eſt impendio mirum, nec ſtagnum aquarum rapido tranſcurſu movetur, nec limoſa ſubluvie tardatur properans flumen, [r] & confuſum miſceri non poteſt corpus: quod nî ita agi ipſe doceret adſpectus, nulla vi credebatur poſſe diſcerni. Sic [ſ] Alpheus oriens in Arcadia, cupidine fontis Arethuſæ captus, ſcindens Ionium mare, ut fabulæ ferunt, [t] adusque amatæ confinia [4] progreditur. *** Arbetio qui adventus Barbarorum nuntiarent, non exſpectans dum adeſſent, licèt ſciret [v] aſpera orſa bellorum; [x] in occultas delatus inſidias, ſtetit immobilis, malo repentino perculſus. Interea viſi è latebris hoſtes exſiliunt, & [y] ſine parcimonia quidquid offendi poterat, telorum genere multiplici configebant: nec enim reſiſtere noſtrorum quiſquam potuit, nec aliud vitæ ſubſidium, niſi diſceſſu ſperare veloci. Quocirca vulneribus declinandis intenti, incompoſito agmine milites huc & illuc diſpalantes terga ferienda dederunt. Plerique tamen per anguſtas ſemitas ſparſi, periculóque præſidio tenebroſæ noctis extracti, revoluta jam luce redinte-

4 *In mſ. hîc lacuna quinque linearum.*

ἀνθρώπους δημοκοπικὸν ἢ ὀχλοχαρὲς, ἀλλὰ νῆφον ἐν πᾶσι καὶ βέβαιον. & paullò pòſt ἐννήφειν ἑκατέρῳ dicit, quod eſt moderatè in utroque ſe gerere & ſobriè. Ac quemadmodum Antoninus τὸ νῆφον opponit τῷ δημοκοπικῷ ἤθει; ita D. Ambroſius in Ep. 6. ſobrium populari. ſic enim dicit: *Nihil in Sacerdotibus plebeium requiri, nihil populare, nihil commune cum ſtudio atque uſu, & moribus inconditæ multitudinis. Sobriam in turbis gravitatem, ſingulare pondus dignitas ſibi vindicat Sacerdotalis.* * Eodem ſenſu Agellius in lib. 1. cap. 10. *antiquitatem ſobriam* cognominat: quem imitatus eſt Ammianus in libro 31. * *Valeſ.*

q *Velut finali interſecat libramento.*] Antonius Loiſellus ad oram codicis ſui adnotarat legendum videri *funali*: ut funale libramentum idem ſit quod libella, quæ Græcè σάθμη. Poteſt tamen vulgata lectio defendi. *Idem.*

r *Et confuſum miſceri non poteſt corpus.*] Editio Romana hunc locum ſic exhibet, *Flumens & confuſum*: neque aliter in exemplari Bibliothecæ Reg. priùs ſcriptum erat: ſed ab exſcriptore ultimum illud σίγμα eraſum eſt: quod tamen ad ſententiam hujus loci neceſſarium eſſe exiſtimo. Scribo itaque: *Sed confuſum miſceri non poteſt corpus.* Idem.

ſ *Alpheus oriens in Arcadia cupidine fontis Arethuſæ.*] Theon Sophiſta, pag. 112. Ἔρως ἄπεισι ποταμοῦ πόθον ἐμοὶ ἐμβέβληκεν Ἀλφειῷ Σικελικῆς πηγῆς Ἀρεθούσης τοὔνομα. πληγεὶς δ' ἔρχεται διὰ Ἰονίου παρ' αὐτὴν, φυλάττων ἀμιγὲς καὶ ἐν θαλάττῃ τὸ ῥεῖθρον. Vide Plutarch. de Fluminib. Fulgent. Mythol. lib. III. fab. ultima. Placid. Lactant. Theb. lib. ad illum verſum -- *Sicanios longè relegens Alpheus amores.* Serv. in Virgil. *Lindenbr.*

t *Aduſque amatæ confinia progreditur.*] In Editione Romana ſic legitur hic locus: *Aduſque amatæ confiniæ progrontúſque barbaros.* Sequitur deinde lacuna quatuor linearum. Petrus autem Caſtellus partim ſupplevit, partim emendavit hoc modo: *Aduſque amatæ confinia proruit nymphæ. Arbetio qui adventus barbarorum nuntiarent, non expectans:* Quæ quidem ſpuria ac temere inſita eſſe nemo eſt qui non videat. Ac profectò major hujus loci lacuna eſt, quàm ut conjecturâ cujuſquam ſuppleri poſſit. Ceterùm τὸ *progreditur* eſt ab emendatione Sig. Gelenii profectum, quam tamen proprietas Latini ſermonis refutat. In codice Regio ea vox deeſt: * in Toloſano legitur, *progreſſúſque barbaros.* * Valeſ.

v *Aſpera orſa bellorum.*] Quod unum in tam fœdè corrupto loco poſſum, id ſedulò facio, ut lectorem admoneam, quid genuinum, quid ſpurium, & à correctoribus inſertum ſit. In Editione igitur Rom. & in Regio *, Toloſanóque * codice ita ſcribitur hic locus: *Dum adeſſent licet ſciret ...... orta bellorum, in occultas delatus inſi...,.. immobilis malo repentino perculſus ...... viſi è latebris hoſtes exiliunt, & ſine pars......nia quidquid offendi poterat, &c.* Quæ quidem hoc modo edi cum lacunis ſcriptorum codicum præſtabat, quàm ſuppleri adeo infeliciter, ut à Caſtello factum eſt. *Idem.*

x *Inſidias veluti immobilis.*] Rectè, ut arbitror, & certiſſima conjectura ſic reſtitui: *In occultas delatus inſidias ſtetit immobilis.* Ita enim loqui ſolet noſter Marcellinus omnibus propemodum paginis. *Idem.*

y *Et ſine aliqua intermiſſione.*] Ex lectionis ſcriptæ veſtigiis, quam ſuprà propoſuimus, apparet legendum eſſe: *Et ſine parcimonia.* Quæ phraſis Marcellino noſtro

gratis viribus agmini quiſque proprio ſeſe conſociavit. In quo caſu ita triſti & inopino abundans numerus armatorum, & Tribuni deſiderati ſunt decem. Ob quæ Alamanni ſublatis [5] animis ferociùs incedentes, quotidie prope munimenta Romana, adimente matutina nebula lucem, ſtrictis mucronibus diſcurrebant, frendendo minas tumidas intentantes. Egreſſique repentè Scutarii, cùm objectu turmarum hoſtilium repercuſſi ſtetiſſent, omnes ſuos [6] conſpiratis mentibus ciebant ad pugnam. Verùm cùm pleroſque recentis ærumnæ documenta terrerent, & [z] intuta fore reſidua credens hæreret Arbetio: tres ſimul exſiluere Tribuni, Arinthæus agens vicem Armaturarum rectoris, & Seniauchus [a] qui equeſtrem turmam Comitum tuebatur, & [b] Bappo ducens [7] Promotos, [c] cum commiſſis ſibi à Principe. Urgebat [d] cauſa communis velut propria, [e] vim cunctis arcentibus veterum exemplo: inſtárque [8] fluminis hoſtibus ſuperfuſi, [f] non

5 *Mſ.* animis ferocibus. 6 *Mſ.* conſpiratis mentibus. 7 *Mſ.* promotos..... (*hic lacuna unius ferè lineæ*) ... commiſſis. 8 *Mſ.* uſuentere fulminis.

---

familiaris eſt, adeo ut exempla congerere, putidæ & odioſæ diligentiæ ſit. *Valeſ.*

z *Et in tuto fore reſidua credens.*] Sic primus edidit Sigiſm. Gelenius. Nam Caſtellus locum ſuo more corruperat. Videndum eſt tamen, ne ſatius ſit ſic legere: *Et intuta fore reſidua credens* In Mſ. enim codice Regio, [& Colbertino,] & in Editione Rom. ſcriptum reperi: *In tota fore reſidua.* Idem.

a *Qui equeſtrem turmam Comitum tuebatur.*] Hi Comites diverſis cognominibus appellati, inter vexillationes militabant ſub Magiſtris militum. Alii enim Comites ſeniores, alii juniores, alii Comites Clibanarii, alii Sagittarii, alii aliter dicebantur. De Comitibus Sagittariis loquitur Marcellinus noſter in fine lib. 18. his verbis: *Aderat Comitum quoque Sagittariorum pars major, equeſtres videlicet turmæ, ubi merent omnes ingenui barbari.* Idem.

b *Et Bappo ducens Promotos.*] Promoti quoque inter vexillationes merebant. Equites Promoti in Notitia Imperii Rom. appellantur: eorúmque iterum meminit Marcellinus in lib. ult. hiſce verbis: *Inter hos etiam Promotorum Tribunus Potentius cecidit.* Ceterùm quod ad Bapponis ipſius nomen attinet, neſcio an idem ſit, qui poſtea Præfectus urbi Conſtantinop. fuiſſe dicitur Modeſto & Arinthæo Coſſ. in leg. 21. Codicis Th. de Prætoribus. *Idem.*

c *Cum commiſſis ſibi à Principe.*] In hujus loci corruptione apparet præcipuè temeritas Petri Caſtelli. Nam cùm in Editione Rom. quam velut archetypum habebat, ſic legeretur perinde ut in codice Regio: *Et Bappo ducens promoto.......... miſſis ſibi........ cauſa communis velut propria......... veterum exemplo uſuentere fulminis hoſtibus ſuperfuſi, &c.* Caſtellus hoc edidit modo: *Et duces Promotorum cum miſſis ſibi à Principe ruebant auxiliis. Urgebat cauſa communis velut propriam viri cunctis arcentibus, veterum exemplo accolarum fluminis hoſtibus ſuperfuſi.* Quæ quidem delirantis hominis ſomnia eſſe nemo erit qui non fateatur. Ita Gelenius, cui de correctoris facinore aliquid ſuſpicionis obvenerat, nonnulla ex his reſecuit, alia in meliorem ſenſum planioréinque reformavit. Sed vir doctiſſimus in eo quidem luſit operam. *Idem.*

d *Cauſa communis velut propria.*] Hujus loci licèt mutili ſenſum deprehendere facile eſt: vult enim dicere Marcellinus, milites ducum exemplo incitatos, publicum dedecus, cladem ſcilicet Arbetionis temeritate acceptam ulciſci properaſſe, non ſecus ac ſi privata ipſorum res ageretur. Quo ſenſu Nazarius in Panegyrico in Conſtantini quinquennalibus dicto: *Secuti,* inquit, *hunc ardorem fortiſſimi milites, & dignos ſe ductu ejus imperióque teſtati, ſic viritim laboraverunt, quaſi ſumma res ſingulorum manu uteretur.* Eodemque penè modo Pacatus in Panegyrico: *Milites,* ait, *priſtinæ virtutis, Romani nominis, Imperatorum denique memores, cauſam publicam manu agere.* * In eam ſententiam eleganter Chryſoſtomus in Homil. LX. in Matthæum: ἐν πολέμῳ παρατάξει ὁ πρὸς τοῦτο μόνον ὁρῶν στρατιώτης ὅπως ἑαυτὸν διασώσει φυγὼν, καὶ τοὺς ἄλλους μεθ᾽ ἑαυτοῦ προσαπόλλει· ὥσπερ οὖν ὁ γενναῖος καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων τὰ ὅπλα τιθέμενος, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἑαυτὸν διασώζει. Eadem dicit Xenophon in lib. II de inſtitutione Cyri pag. 51. * *Idem.*

e *Vim cunctis arcentibus veterum exemplo accolarum fluminis.*] Nihil potuit ineptius excogitari. Nam primò Romani non jam vim arcent, ſed ipſi ultro laceſſunt barbaros: deinde quid ſibi volunt hîc exempla accolarum fluminis? Quòd ſi nobis hic ariolari licet, ſic ferè ſcriptum eſſe à Marcellino cenſeo: *Et Bappo ducens Promotos. Jámque propilatis miſſilibus ac verutis cùm urgeret cauſa communis velut propria, animati milites rectorum exemplo, inſtárque fluminis hoſtibus ſuperfuſi, &c.* Extrema quidem ita ab Marcellino conſignata fuiſſe non dubito. Sic enim loqui ſolet, ut in lib. 14. de Paulo: *Juſſa licentiùs ſupergreſſus, fluminis modo fortunis complurium ſeſe repentinus infudit.* Idem.

f *Non juſto prælio, ſed diſcurſionibus prædatoriis.*] Extrema vox à P. Caſtello ex conjectura ſuppleta eſt,

juſto prælio, ſed diſcurſionibus prædatoriis, univerſos in fugam coegere fœdiſſimam: qui diſperſi laxatis ordinibus, dúmque elabi properant impediti, corpora nudantes intecta, gladiorum haſtarúmque denſis ictibus truncabantur. multíque cum equis interfecti, jacentes etiam tum [g] eorum dorſis videbantur innexi: quo viſo omnes è caſtris effuſi, qui prodire in prælium cum ſociis ambigebant, cavendi immemores proterebant barbaram plebem, niſi quos fuga exemerat morti; calcantes cadaverum ſtrues, & perfuſi ſanie peremptorum. Hócque exitu prælio terminato, Imperator Mediolanum ad hiberna ovans revertit & lætus.

CAP. V. Exoritur jam hinc rebus adflictis haud diſpari provinciarum malo, calamitatum turbo novarum: [9] exſtincturus omnia ſimul, nî fortuna moderatrix humanorum caſuum, motum eventu celeri conſummaſſet impendio formidatum. Cùm diuturnâ incuriâ Galliæ cædes acerbas, rapináſque & incendia, Barbaris licenter graſſantibus, nullo juvante perferrent; Silvanus [h] pedeſtris militiæ rector, ut efficax ad hæc corrigenda, [i] Principis juſſu [1] perrexit, Arbetione id maturari modis quibus poterat adigente, ut abſenti æmulo [2] quem ſupereſſe, adhuc [k] gravabatur, periculoſæ molis onus impingeret. ** Dynamius quidam [l] Actuarius ſarcinalium Principis jumentorum, commendaticias ab eo [4] petierat literas ad amicos, ut quaſi familiaris ejuſdem eſſet notiſſimus. Hoc impetrato, cùm ille nihil ſuſpicans ſimpliciter præſtitiſſet, ſervabat epiſtolas, ut pernicioſum aliquid in tempore moliretur. Memorato itaque duce Gallias ex re publica diſcurſante, Barbaróſque propellente, jam ſibi diffiden-

9 *Al.* deſtructurus. 1 *Mſ.* ſuperexit. 2 *Mſ. deeſt.* *Mſ.* adhuc gra.... (*hic lacuna quatuor linearum*) actuaius. 4 *Mſ.* petierat litteras ad amicos. *l.*

---

um in Editione Rom. vacuum ſpatium eſſet relictum, uemadmodum etiam in exemplari Regio deprehendi. *aleſ.*

* g *Eorum dorſis videbantur innixi.*] Emendavi, *Eorum dorſis videbantur innexi*, ut codex Regius [& Colertinus,] ac Editio Romana præferebant. * *Idem.*

h *Pedeſtris militiæ rector iratus.*] Etiam tacente me acilè conjiciat lector ultimam vocem à Caſtello huc inruſam fuiſſe: quid enim ſibi vult iratus hîc Silvanus? anè nec Editio Rom. nec Regius codex eam vocem agoſcunt. Sic enim Rom. præfert Editio: *Pedeſtris militiæ rector id efficax ad hæc corrigenda.* [uti & codex Colertinus.] Regius autem liber, *rector in efficax, &c.* dem.

i *Primum ipſis ſupervenit.*] Longè aliam lectionem ervant manuſcripti codices Regius, Florentinus, Vaicanus, Fauchetii, quibus conſentit etiam Editio Romana. Sic enim habent: *Primum ipſius ſuperrexit.* Ex uibus licèt corruptiſſimis veram hujus loci emendatioem elicui: *Principis juſſu perrexit.* Idem.

k *Gravabatur, periculoſæ molis onus impingeret.*] Et hæc ſpuria ſunt, ex Caſtelli conjectura profecta. In Editione enim Rom. perinde ut in cereris codicibus Mſſ. legitur hoc modo, *grav* ..... Sequitur deinde lacuna trium circiter linearum. *Idem.*

l *Actuarius ſarcinalium Principis jumentorum.*] Nomen quidem hujus Actuarii ſupplere nequaquam difficile eſt, quippe cùm ex ſequentibus apparear Dynamium intelligi: cujus etiam meminit Julianus in Epiſt. ad Curiam & populum Athen. his verbis: ἀλλ' ὡς τοῦτο αὐτῷ κατεμηνύθη τὸ πρᾶγμα, καὶ ἐξαίφνης Δυνάμιος ἄλλος συκοφάντης ἐκ Κελτῶν ἤγγειλεν, ὅσον οὔπω τοῦ Νείλου κἂν ἐν αὐτῷ πολέμιον ἀναφανεῖσθαι. Quæ ſic emendanda ſunt: ὅσον οὔπω τὸν Σιλουανὸν αὐτῷ πολέμιον ἀναφανεῖσθαι. Ejuſdem Dynamii meminit Zoſimus in fine lib. 2. Sed halucinari idem videtur, qui Galli Cæſaris cædem Dynamio adſcribat. Silvanum enim, non Gallum is calumniâ perculit. Ceterùm Actuarius ſarcinalium Principis jumentorum is dicitur, qui curam gerebat deſcribendi equos ſarcinales Principis. Eodem modo Actuarius Thymelæ equorumque curulium dicitur in lege 21. & 22. Codicis Th. de diverſis officiis. Gloſſæ veteres ὑπομνηματογράφον Actuarium, & Memoralium vertunt. Hæc autem jumenta Principis ſarcinalia ad Baſtagam referre ſoleo, ita ut Actuarius ſarcinalium jumentorum nihil aliud ſit, quàm Actuari-

tes & trepidantes: idem Dynamius inquietiùs agens, ut verſutus & in fallendo exercitatus, fraudem comminiſcitur impiam, ſubornatore & conſcio, ut jactavere rumores incerti, [m] Lampadio [4] Præfecto Prætorio, & Euſebio ex-Comite rei privatæ, [n] cui cognomentum erat inditum [o] Mattiocopæ, atque [p] Ædeſio [q] ex-Magiſtro Memoriæ, quos [r] ad Conſulatum, ut amicos junctiſſimos, idem

4. Præfecto Prætorio] τὸ Prætorio *mſ. deeſt.*

us Baſtagæ, ſeu largitionalis, ſeu privatæ, de quibus mentio fit in Notitia Imperii, & in Codice. Petrus Patricius in Hiſtoria Rom.: οἱ τοῦ Λικινίου ἐξ ἐφόδου λαθόντες ἐπιθέμενοι, τὴν βαστάζην αὐτοῦ μετὰ βασιλικῆς ὑπηρεσίας ἥρπασαν. Id eſt: *Liciniani ſubita incurſione nec opinantes aggreſſi, ſarcinalia Principis jumenta, cum omni Regio miniſterio ceperunt.* Valeſ.

m *Lampadio Præfecto Præt.*] Cujus meminit Zoſimus lib 2. ubi eum cum Dynamio & Picentio cædis Galli Cæſaris auctorem fuiſſe prodit: ſed, ut ſupra dicebam, fallitur graviter. *Idem.*

n * *Euſebio, cui cognomentum erat inditum Mattiocopæ*] Sic Polæmon apud Athenæum Stelocopas dictus eſt Deipnoſophiſtῶn lib. VI. In quem vide Caſaubonum capite V. Itaque Matiocopas dictus eſt ὅτι τὸ κόπτειν τὰ περὶ τὰ μάτια: quòd nimiùm diligens eſſet circa res minutas & parvas. Antonius Oiſellus V. Cl. J. C. in ſuis ad me litteris datis Lutetiâ anno 1611. ſcripſit, *Mattiocopam* cognomen joculare & ridiculum ſibi videri, compoſitum ut *artocopa*: quo ſignificetur *caſſemiette*, aut *briſemie*: μάτιον enim micam ſignificat; κόπτειν, ſcindere, ſecare. * *Lindenbr.*

o *Mattiocopæ.*] D. Petavius vir longè doctiſſimus in Notis ad orat. 4. Themiſtii emendat, ματιοκόπης, ut parcus ac ſordidus quidam intelligatur Euſebius: quos Græci ματιολοιχοὺς appellant, hoc eſt κυμινοπρίστας, ut explicant Grammatici, ſeu ζυγοκρούστας, ut loquitur Artemidorus in lib. 4. cap. 59. In Regio codice (& in Colbertino) ſcribitur *Mattiocobæ*: neque ſecus in Editione Romana, Auguſtana, & Baſilienſi. * In Mſ. Toloſano *Mathiochobæ.* * Quare quis primus vulgatæ ſcripturæ auctor fuerit, incompertum habeo. * Fortè *Himatiocopæ* ſcribendum eſt: ut ſignificetur Euſebium, qui Comes fuerat Privatarum, veſtem Imperatoris privatam diripuiſſe & dilaceràſſe. * *Valeſ.*

p *Ædeſio ex-Magiſtro Memoriæ.*] Videtur is eſſe, cujus mentio exſtat in veteri Inſcriptione hujuſmodi. SEXTILIUS. AGESILAUS. AEDESIUS. V. C. CAUSARUM. NON IGNOBILIS. AFRICANI. TRIBUNALIS. ORATOR. ET. IN. CONSISTORIO. PRINCIPUM. ITEM. MAGISTER. LIBELLORUM. ET. COGNITIONUM. SACRARUM. MAGISTER. EPISTULARUM. MAGISTER. MEMORIAE. VICARIUS. PRAEFECTURAE. PER. HISPANIAS, &c. Poſita autem hæc ſtatua eſt Valente V. & Valentiniano juniore A. Coſſ. ut ſubditum habet Inſcriptio: cùm ea quæ narrat hic Marcellinus, geſta ſint Conſulatu Arbetionis & Lolliani, id eſt, anno 22. ante hujus ſtatuæ dedicationem. *Idem.*

q *Ex-Magiſtro Memoriæ.*] Magiſter Memoriæ adnotationes omnes, id eſt, breves Principis manu ſubſcriptos dictabat & emittebat, ut eſt in Notitia Imperii Romani. Unde ἀντιγραφεὺς τῆς μνήμης dicitur à Petro Patricio in Excerptis legationum; id eſt ad verbum, qui dictat ad memoriam, ut loquitur Vopiſcus in Caro. Similiter apud Socratem in lib. 5. Hiſt. Eccleſ. Eugenius tyrannus ἀντιγραφεὺς τοῦ βασιλέως fuiſſe dicitur, hoc eſt, Magiſter ſcrinii ſacri, Epiſtolarum ut opinor. Sozomenus lib. 7. cap. 13. officium Magiſtri Memoriæ deſcribit his verbis: μεταχειρισάμενον τηνικαῦτα τὴν ἐπὶ τοῖς γραμματεῦσι τῶν θεσμῶν τινὶ τεταγμένον. Benivolum eum Magiſtrum Memoriæ tum fuiſſe & Rufinus, & Gaudentius Brixienſis affirmant: quem Juſtina evocatum adverſus fidem Catholicam legem dictare compellebat. At id potiùs erat officium Quæſtoris, ſub cujus diſpoſitione erant leges dictandæ, ut ſcribitur in Notitia Imperii Romani. Proinde auctor Hiſtoriæ tripertitæ cùm ſupradicta Sozomeni verba interpretaretur, Quæſtorem vertit, doctè quidem, ſed parum verè: fuit enim tum Benivolus, ut dixi, Magiſter Memoriæ. *Idem.*

r *Ad Conſulatum, ut amicos junctiſſimos idem curarat ſubrogari.*] Veterem ſcripturam quam Caſtellus temere rejecerat, hîc quaſi poſtliminio reſtituimus: præſertim cùm & Regius codex, & Florentinus * Toloſanúſque * [& Colbertinus] Editioni Romanæ ſubſcriberent. Sed antiqui moris ignoratio Caſtellum induxit, ut locum prava correctione interpolaret. Sciendum igitur eſt moris fuiſſe, ut Conſules deſignati amicos ſuos ad officium Conſulare, quod erat Kalendis Jan. evocarent: quod dicebant rogare ad Conſulatum. Pollio in Gallieno: *Matronas ad Conſulatum ſuum rogavit, iiſdémque manum ſibi oſculantibus quaternos aureos dedit.* Et Symmachus in lib. 6. Ep. 10. & 37. Atque interdum Conſules deſignati non ſuis dumtaxat literis amicos evocabant, ſed etiam Principis ipſius literis per Agentem in rebus eos ad Conſulatum ſuum rogari curabant: quem honorem ſibi primo delatum eſſe ſcribit Libanius in Oratione de vita ſua pag. 67. de Richomere Conſule loquens: καὶ μέλλων τοῦτ᾽ εἰς τὴν ὑπάτων χεῖρα ἀπιέναι με ἐκάλει γράμμασι· τοῖς μὲν αὐτοῦ, τὸ τῶν ἄλλων ποιῶν· τοῖς δὲ τοῦ βασιλέως, ὃ οὔπω πρότερον ἐγεγόνει. Id eſt: *Et cùm Conſulatum eſſet initurus, duplicibus me literis evocavit; cùm ſuis, in quo conſuetudinem aliorum ſecutus eſt: tum Auguſti, quod quidem nemini antea contigerat.* Sed an primum id Libanio tributum ſit, aliis diſquirendum relinquo. Sub ea autem tempora id frequentiſſimè uſurpatum eſſe, docent Symmachi Epiſtolæ in lib. 5. & 6. Ejuſdem generis eſt Epiſt. 20. Juliani Auguſti ad Euſtochium, in qua hæc leguntur inter cetera: ἧκε τοίνυν μεθέξων τῆς ὑπατείας αὐτός. Id eſt: *Venito igitur, ut ſportulam Conſularem ipſe accipias.* Ex his patere exiſtimo, quis ſit ſenſus ejus loci, quem

[5] curârat rogari Præfectus: & peniculo ſerie literarum abſterſa, ſola incolumi relicta ſubſcriptione, alter multum à vero illo diſſonans ſuperſcribitur textus: velut Silvano rogante verbis obliquis, orantéque amicos agentes intra palatium, vel privatos, (inter quos & Tuſcus erat Albinus, aliíque plures) ut ſe altiora cœptantem, & [ſ] propediem [6] ſolium Principis aditurum juvarent. Hunc faſcem [t] ad arbitrium [7] figmenti commiſit, [v] vitam pulſaturus inſontis. [8] Dynamius præfectus eſt, ut hæc pro Imperatore ſcrutaretur. Hæc & ſimilia [9] cùm aſtu texeret, [x] Conſiſtorium ſolus ingreſſus intimum, captato tempore [1] vincire ſperans [y] pervigilem ſalutis [2] imperatoriæ cuſtodem. Lectâque in Conſiſtorio aſtu callido conſarcinatâ materiâ, Tribuni juſſi ſunt cuſtodiri, & de provinciis duci privati, quorum epiſtolæ nomina deſignabant. Confeſtímque iniquitate rei percitus [3] Malarichus Gentilium rector, collegis adhibitis ſtrepebat immaniter, circumveniri homines dicatos Imperio per factiones & dolos minimè debere proclamans: petebátque ut ipſe relictis obſidum loco neceſſitudinibus ſuis, Mallobaude Armaturarum Tribuno ſpondente quòd remeabit, ve-

5 *Mſ.* curarat rogari. 6 *Mſ.* locis principalis. 7 *Mſ.* f. com........miſit. 8 *Mſ.* Dynamius cœptum Præf. eſt Imperatori avidè ſcrutaretur. 9 *Mſ.* cenſueterreret e..... id ſole ingreſſus. 1 *Mſ.* deinde ſperans ut pervigilem. 2 *Mſ. deeſt.* 3 *Mſ.* Malaridius.

præ manibus habemus. Ait enim Marcellinus Lampadium Præfectum Præt. curaſſe, ut Euſebius & Ædeſius ſibi amiciſſimi ad officium Conſulare, Arbetionis ut puto, (is enim hoc anno Conſul fuit) ſeu ſi mavis, Lolliani, evocarentur. * Ceterùm quod de Conſulibus dixi, idem etiam de reliquis magiſtratibus ſentiendum eſt, qui amicos ſuos ad officium ſuum & ſolemnem auſpicandi diem invitare conſueverant, ut teſtatur Chryſoſtomus in ſermone de ſanctis Berenice & Profdoce pag. 634. *καθάπερ ἂν ἄνθρωποι ἀρχὴν λαμβάνοντες πολλοὺς καλοῦσι τοὺς κοινωνήσοντας αὐτοῖς τῆς εὐφροσύνης.* * *Valeſ.*

ſ *Propediem ſolium Principis aditurum juvarent.*] Et hanc lectionem excogitavit Caſtellus, cùm in Editione Romana legeretur hoc modo: *Propediem locis principalis aditurum*: abſque extrema voce, quam neque Regius codex, [nec Colbertinus,] neque ceteri, ut opinor, agnoſcunt. Quocirca ſic legendum puto: *Ut ſe altiora cœptantem, & propediem loci principalis adjuvarent.* Ita in lib. 16. de Arbetione: *Hoc quoque non contentus, ut parvo, locum appeteret principalem.* & ſuprà in lib. 14. de Gallo: *Principem locum ſi copia patuiſſet affectabat.* Sanè in Regio codice & Valentino diſtinctè ſcriptum erat, *loci principalis.* Idem.

t *Ad arbitrium figmenti commiſit.*] Totus hic locus non minùs ad arbitrium figmenti interpolatus eſt à Caſtello, quàm illæ Silvani epiſtolæ à Dynamio interpolatæ ſunt. Romanæ quidem Editionis ſcriptura hæc eſt: *Hunc faſcem ad arbitrium figmenti co........ ſit vitam pulſaturus inſontes Adynamus cœptum Præfectus Imperatori avidè ſcrutari hæc & ſimilia cenſue terreret e......... id ſole ingreſſus intimum caperem tempore, deinde ſperans, ut pervigilem ſalutis cuſtodem.* Atque ita prorſus habet Regius codex, [& Colbertin.] niſi quòd *pulſaturum* ſcribit, & *ſalutis ejus cuſtodem.* Mihi in tam deſperato loco, ut vulgò dicitur, aqua hæret. Priora tamen ſic videntur legi poſſe commodiùs: *Hunc faſcem ad arbitrium figmenti compoſitum, multos pulſaturum inſontes, à Dynamio ſuſceptum Præfectus Imperatori avido ſcrutari hæc & ſimilia cenſuit offerendum.* Quæ emendatio firmatur ex iis, quæ paullò pòſt ſequuntur: *Dynamius compoſitas literas his concinentes, quas obtulerat Principi per Præfectum.* Idem.

v *Vitam pulſaturus inſontis.*] Multis de cauſis diſplicet hæc lectio. Primò enim parum Latína hujuſmodi locutio eſt: deinde non ſolius Silvani vita calumniis appetebatur, ſed eorum quoque omnium ad quos ſcriptæ erant epiſtolæ. Quare potior videtur Regii codicis ſcriptura, ac Rom. Editionis. Sic Marcellinus noſter infrà de Proculo Silvani domeſtico: *Memor*, inquit, *ſomnii quo vetitus erat per quietem pulſare quemquam inſontem.* Et in lib. 29. de Heliodoro: *Quàm præcipiti confidentia Patriciatus columina ipſa pulſavit.* Idem.

x *Conſiſtorium ſolus ingreſſus intimum.*] Ita ſupplevit P. Caſtellus ineptè ut ſolet: quaſi hæc de Dynamio intelligerentur homine viliſſimo, ac non potiùs de Lampadio Præfecto Prætorii, qui faſcem epiſtolarum à Dynamio ſuſceptum ipſe Principi obtulit, ut ſuprà notavi. Quòd ſi conjecturæ locus eſſet, ſic ferè ſcriptum eſſe exiſtimarem: *Et illuceſcente vix ſole conclave ingreſſus eſt intimum, &c.* ut in fine lib. 30. de Valentiniano ictu ſanguinis percito ſcribit: *Concurſu miniſtrorum vitæ ſecretioris ad conclave ductus eſt intimum.* Idem.

y *Ut pervigilem ſalutis imp. cuſtodem.*] Non aſſentior Caſtello, qui hæc ad Silvanum retulit. Mihi non

locius[4] juberetur ire ducturus Silvanum, aggredi nihil tale conatum, quale inſidiatores acerrimi concitarunt: vel contrà ſe paria[5] promittente, Mallobaudem orabat properare permitti, hæc quæ ipſe pollicitus eſt impleturum. Teſtabatur enim id ſe procul-dubio ſcire, quòd ſi quis mitteretur externus, ſuopte ingenio Silvanus, etiam nulla re perterrente timidior, compoſita fortè turbabit. Et quamquam utilia moneret & neceſſaria, ventis tamen loquebatur incaſſum. Namque Arbetione auctore, Apodemius ad eum vocandum cum litteris mittitur, inimicus bonorum omnium diuturnus & gravis: qui[6 z] incidentia parvipendens, cùm veniſſet in Gallias, diſſidens à mandatis, quæ proficiſcenti ſunt data, nec viſo Silvano, nec oblatis ſcriptis ut veniret admonito, remanſit: [a] adſcitóque Rationali, quaſi proſcripti jámque necandi Magiſtri peditum clientes & ſervos hoſtili tumore vexabat. Inter hæc tamen dum præſentia Silvani ſperatur, & Apodemius quieta perturbat: Dynamius ut argumento validiore impiè ſtructorum aſſereret fidem, compoſitas litteras, his concinentes quas obtulerat Principi per Præfectum, [b] ad Tribunum miſerat Fabricæ Cremonenſis, nomine Silvani & Malarichi, à quibus ut arcanorum conſcius monebatur parare properè cuncta. Qui cùm hæc legiſſet, hærens & ambigens

4 *Mſ.* juberet ire dicturus. 5 *Mſ.* promittentem. 6 *Mſ.* incidens .... (*hic lacuna mediæ lineæ*) in Galliis. *Steph.* incidentis ..... cùm veniſſet in Gallias.

---

dubium eſt, quin de Dynamio aut potiùs Lampadio intelligenda ſint, qui de induſtria in palatium diluculo venerat, Silvani literas Principi oblaturus, ut pervigil ipſe ſalutis imperatoriæ cuſtos haberetur. Sic Marcellinus in lib. 16. de Ruſino delatore quodam Dynamii ſimillimo: *Quo cognito*, inquit, *Conſtantius gemens, & tamquam vindicem ſalutis ſuæ lugens exſtinctum.* Valeſ.

z *Qui incidens Principi in Galliis.*] Longè aliter ſcriptum erat in Editione Romana. Sic enim habet: *Qui incidentis ...... cùm ventis & in Gallias diſſidens à mandatis qui proficiſcenti ſunt data*: eodémque planè modo ſcriptum eſt in Regio [& in Colbertino] * ac Toloſano * exemplari. At Caſtellus vir ad delirium uſque fatuus, locum ſic pro libidine refinxit: *Qui incidens Principi in Galliis diſſidens à mandatis conventis quæ proficiſcenti, &c.* Quanto ſapientior Gelenius, qui in Editione Baſilienſi ſic edi juſſit: *Qui incidentis .... cùm veniſſet in Gallias, diſſidens à mandatis conventis, &c.* Equidem ſi quid mei judicii eſt, ſic à Marcellino noſtro ſcriptum fuiſſe cenſeo: *Qui incidentia parviducens, cùm veniſſet in Gallias, diſſidens à mandatis quæ, &c.* Exploſa illa inſiticia voce *conventis*, quam Caſtellus ex corrupta Editionis Rom. ſcriptura *cùm ventis* temere huc intruſerat. Conjecturæ autem noſtræ ſuffragatur ipſemet Marcellinus, qui in lib. 31. de Gratiano ſic ait: *Incidentia multa parviducebat & ſeria.* Idem. Cur igitur aut unde editum *parvi pendens*? Gron.

a *Adſcitoque Rationali.*] Rationales in provinciis bona caduca & vacantia fiſco vindicabant. Horum duo genera fuere: alii Rationales rerum privatarum, alii Largitionum ſacrarum, ut patet ex lege 4. Cod. Theod. de appellationibus, lege 6. de diverſis officiis & apparitionibus. Hi ſub diſpoſitione Comitis Largitionum: illi ſub Comite rei privatæ, ut declarat Imperii Notitia. Utrum verò Rationalis rei privatæ, an Largitionum hic intelligatur, difficile eſt dicere. Obſervavi tamen ferè fundos ac prædia rei privatæ applicari ſolita, aurum verò & argentum Largitionibus. Julianus in Epiſt 43. ad Ecebolum: *τὰ χρήματα τῆς Ἐδεσσηνῶν ἐκκλησίας ἅπαντα ἐκελεύσαμεν ἀναληφθῆναι δοθησόμενα τοῖς στρατιώταις, καὶ τὰ κτήματα τοῖς ἡμετέροις προστεθῆναι πριβάτοις*: atque hinc intelligenda eſt lex 7. & lex 20. Codicis Theod. de bonis proſcriptorum. Inde etiam eſt, quòd Comes Gildoniaci patrimonii, & Procurator rerum Juliani ſub diſpoſitione Comitis rei privatæ ponuntur in Imperii Rom. Notitia. Præter Rationales, erant & Magiſtri rei privatæ, de quibus lex 2. & 4. Cod. Th. de jure fiſci, & lex 14. de Decurionibus. De his intelligendus eſt Euſebius in lib. 8. Hiſt. cap. 13. de Adaucto: *διὰ πάσης προελθὼν ἀξίας τῆς παρὰ βασιλεῦσι τιμῆς ὡς καὶ τὰς καθόλου διοικήσεις τῆς παρ' αὐτοῖς καλουμένης μαγιστρότητός τε καὶ καθολικότητος διελθεῖν.* & Athanaſius in Apologia ad Conſtantium pag. 679. *ῥητὴρ καὶ στρατιώτης. ἦν ὁ μὲν καθολικὸς, ὁ δὲ μάγιστρος ἦν ἐκεῖ.* ubi vides Magiſtros ſemper Rationalibus adjungi. Unde adducor ut credam mendoſam eſſe legem 26. Cod. Theod. de Decurionibus, in qua legitur: *Cunctos ex Comitibus & ex Præſidibus & Rationalibus & Magiſtris ſtudiorum, &c.* Scribendum enim videtur, *& Magiſtris privatæ*, ut planè confirmat lex 14. eodem titulo. *Valeſ.*

b *Ad Tribunum miſerat Fabricæ Cremonenſis*] Hujus

diu quidnam id eſſet, (nec enim meminerat ſecum aliquando ſuper negotio ullo interiore, hos quorum litteras acceperat colloquutos) epiſtolas ipſas per bajulum qui portarat, juncto milite ad Malarichum miſit, obſecrans ut doceret apertè quæ vellet, non ita perplexè: nec enim intellexiſſe firmabat, ut ſubagreſtem & ſimplicem, quid ſignificatum eſſet obſcuriùs. Hæc Malarichus ſubitò nactus, etiam tunc ſqualens & mæſtus, ſuúmque & popularis Silvani vicem graviter ingemiſcens, adhibitis Francis, quorum ea tempeſtate in palatio multitudo florebat, erectiùs jam loquebatur: [c] tumultuabatúrque, patefactis inſidiis, retectáque jam fallaciâ, per quam ex confeſſo ſalus eorum appetebatur. Híſque cognitis ſtatuit Imperator diſpicientibus [d] Conſiſtorianis & Militaribus univerſis, in negotium præterinquiri. Cúmque judices faſtidiſſent, Florentius Nigriniani filius, agens tunc pro Magiſtro Officiorum, contemplans diligentiùs ſcripta, apicúmque priſtinorum reliquias quaſdam reperiens, animadvertit, [e] ut factum eſt, priore textu interpolato longè alia quàm dictarat Silvanus, ex libidine conſarcinatæ falſitatis adſcripta. Proindè fallaciarum nube diſcuſſa, Imperator doctus geſta relatione fideli, abrogata poteſtate, [f] Præfectum ſtatui ſub quæſtione præcipit: ſed abſolutus eſt enixa conſpiratione multorum: [g] ſuſpenſus autem Euſebius ex-Comite Privatarum, ſe conſcio hæc dixerat concitata. Ædeſius enim, [7] minùs ſciſſe quid actum ſit pertinaci infitiatione contendens, abiit innoxius: & ita finito negotio, omnes ſunt abſoluti, quos exhiberi delatio compulit criminis. Dynamius verò ut præclaris artibus illuſtratus,

7 *Mſ.* minùs ſciſſe.

Fabricæ item mentio in Notitia Imp. Occid. *Sub diſpoſitione viri illuſtris Magiſtri Officiorum Cremonenſis ſcutaria.* Lindenbr.

c *Tumultuabatúrque factis inſidiis.*] Sic primus edidit Gelenius, ex conjectura, ut videtur. In codice enim Regio * ac Toloſano * atque in Editione Auguſtana legitur hoc modo: *Tumultua ..... factis inſidiis.* Mihi non dubium eſt, quin legendum ſit, *tumultuando patefactis inſidiis.* Valeſ.

d *Conſiſtorianis & Militaribus univerſis.* Conſiſtorium locus eſt in quo Princeps conſultat aut judicat: θεῖον συνέδριον eleganter interpretatur Heſychius. Quotieſcumque autem Princeps in Conſiſtorio ſedebat, adſiſtebant ferè Præfectus Præt. Præſens, Quæſtor Palatii, Magiſter Officiorum cum Comitibus ac Tribunis ſacri Conſiſtorii. Hi omnes Conſiſtorianorum nomine continentur. Neque enim ſolos Comites ac Tribunos Conſiſtorianos hîc intelligi crediderim umquam: præſertim cùm Florentius Agens tunc pro Magiſtro Officiorum in hoc ſediſſe negotio paullò pòſt referatur. Ceterùm etſi Conſiſtoriani judices in hac cauſa fuerunt, non tamen in Conſiſtorio rem actam eſſe exiſtimandum eſt. Etenim, ut ſuprà dixi, Conſiſtorium non dicitur, niſi ubi Princeps eſt. Et acta in Conſiſtorio ita concipiebantur: *Acta habita apud Imp. N. Auguſtum, N. & N. Conſulib. x. Kal. April. Conſtantinop. in Conſiſtorio, &c.* ut apparet ex lege 5. & 8. Cod. Theod. de fide teſtium. Huic autem judicio, quod refert Marcellinus noſter, non interfuit Conſtantius Aug. ſicuti ex ſequentibus apparebit, ubi ait: *Imperator doctus geſta relatione fideli, &c.* Idem.

e *Tum factum ex priore textu.*] Hic locus beneficio Regii codicis à nobis eſt emendatus, quem Gelenius antea & Caſtellus corruperant: ſed & conjecturâ noſtrâ nonnihil eſt adjutus. Nam cùm in exemplari Regio * Toloſanóque * [& Colbertino,] perinde atque in Editione Rom. ſcriptum eſſet, *longe ali quàm dictarat Silvanus*, emendavi, *longè alia quàm dictarat Silvanus.* Idem.

f *Statui ſub quæſtione præcipit.*] In Auguſtana Editione Mar. Accurſii reperi, *præcepit*: quod magis probo. *Idem.*

g *Suſpenſus autem Euſebius.*] Suſpenſum in eculeo intellige: ut * ſuprà lib. 14. cap. 9. * & infra cap. 9. quod cùm non intelligeret Caſtellus, vocem temere inſeruerat hoc modo: *Suſpenſus autem Euſebius ex-Comite Privatarum, qui ſe conſcio hæc dixerat concitata.* Idem.

[h] cum Correctoris [8] dignitate regere juſſus eſt Tuſcos. [9] Agens inter hæc apud Agrippinam Silvanus, aſſiduiſque ſuorum compertis nuntiis, quæ Apodemius in labem ſuarum ageret fortunarum, & [i] ſciens animum tenerum verſabilis Principis, [k] timens ne abſens & indemnatus perageretur reus; in difficultate poſitus maxima, Barbaricæ ſe fidei committere cogitabat. Sed Laniogaiſo vetante, tunc Tribuno, quem [l] dum militaret Candidatus, [m] ſolum adfuiſſe morituro Conſtanti ſuprà retulimus, docentéque Francos, unde oriebatur, interfecturos eum, [n] aut accepto præmio prodituros: nihil tutum ex præſentibus ratus in conſilia cogebatur extrema: & ſenſim cum [o] Principiorum verticibus ſe-

8 *Mſ.* dignitate regere juſſus eſt. 9 *Mſ.* militiam (*hic lacuna mediæ lineæ*) Agens.

---

h *Cum Correctoris dignitate abiit, nec non corrigere,* &c.] Multa hic mala fide inſerſerat P. Caſtellus, quæ hactenus pro veris ac probis retenta ſunt in omnibus Editionibus. Nos reſectis hominis deliri ſomniis, veram germanámque ſcripturam ex fide ſcriptorum codicum Regii, Vaticani * Toloſani, * & Fauchetii, quaſi poſtliminio reſtituimus: quam Editio quoque Romana ex parte ſervaverat: ſic enim habet: *Correctoris dignitate regere juſſus eſt Tuſcus.* deinde à capite, *Agens inter hæc,* &c. Hæc autem lacuna quæ & in ſcriptis codicibus reperitur, Caſtello perſuaſerat quidpiam hîc deeſſe, cùm tamen revera nihil deſit. Solent enim tum in Editione Rom. tum in exemplari Regio ejuſmodi intervalla relinqui, præſertim ubi nova narratio à capite inſtituitur, ut obſervavi non ſemel. *Valeſ.*

i *Sciens animum tenerum verſabilis Principis in dicta cauſa timens*] *ſ. Principis, indictâ cauſâ timens,* &c. Lindenbr.

k *Principis in dicta cauſa, timens ne abſens.*] Aliter codex Regius * Toloſanúſque, * ſcilicet hoc modo: *Principis...... aretur abſens, & indemnatus in difficultate poſitus maxima,* &c. Atque ita quoque habet Editio Romana, niſi quòd extrema illa vocis exeſæ portio deeſt. Mihi quidem ſic commodè legi poſſe hic locus videtur: *Et ſciens animum tenerum verſabilis Principis, timens ne proſcriberetur abſens & indemnatus.* aut quod equidem verius puto: *timens ne damnaretur abſens & inauditus.* Sic in lib. 26. de Procopio: *Veritus,* inquit, *ne hac ex cauſa indemnatus occideretur, e medio ſe conſpectu diſcrevit.* Valeſ. Quæſo, unde habet *τὸ proſcriberetur*? Immo reliquiæ veteris ſcripturæ oggerunt, *ne trucidaretur abſens & indemnatus.* Gron.

l *Dum militaret Candidatus.*] Duæ erant Scholæ Candidatorum: alii enim Candidati ſeniores, alii juniores dicebantur: hi ſeptimæ, illi ſextæ erant Scholæ. At ſeniores quidem Gordianus ſenior inſtituit, lectis è Scholarium ordine fortiſſimis ac maximæ proceritatis: juniores autem Gordianus junior, ut Cedreno placet, aut junior Philippus, ut eſt in Chronico Alexandrino. De his Candidatis intelligendus eſt locus D. Hieronymi de vita Hilarionis, ubi dicit: *Namque Candidatus Imperatoris Conſtantii, rutilus comâ, & candore corporis indicans provinciam,* &c. & Victor Turonenſis in Chronico: *Cui nepos Juſtinianus vocabulo fuit, Candidati militiâ functus.* & paullo pòſt: *Ex Candidato Magiſter militum ordinarius conſtituitur.* Nec omittenda eſt vetus Inſcriptio, quam Romæ in æde S. Petri ad vincula abs ſe deſcriptam, mihi communicavit Jacobus Sirmundus quem honoris causâ nomino. HIC. POSITUS. EST. ANTIOCHOS. CANDIDATUS. PRIMICER. Vide Cujacium ad legem 5. Codicis, qui militare poſſunt. Ab his autem Candidatis diſtinguendi ſunt Candidati ii, quos inter principia legionum recenſet Vegetius in lib. 2. [Diſtinguendi ſunt & *Candidati Cæſaris,* qualem ſe ac fratrem ſuum fuiſſe in Prætura petenda ac conſequenda, ſcribit Velleius in Hiſtor. libro II. *Candidati* autem *Cæſaris* erant ac vocitabantur, qui commendatione ipſius Imperatoris, & ſuffragiis tribuum populi Rom. ad Magiſtratus dignitatéſque perveniebant: ut nos docet Suetonius in Julio Cæſare cap. 41.] *Idem.*

m *Solum adfuiſſe morituro Conſtanti.*] Conſtans Aug. factione Magnentii circumventus, apud Helenam oppidum à Gaiſone cum lectiſſimis miſſo cæſus eſt Sergio & Nigriniano Coſſ. ab omnibus militibus ſuis deſtitutus ac proditus: ut teſtatur Zoſimus in lib. 2. his verbis: *καταληφθεὶς δὲ ὑπὸ Γαΐσωνος εἰς τοῦτο μετά τινων ἐπιλέκτων σταλέντος ἀνῃρέθη, πάσης αὐτὸν βοηθείας ἀπολιπούσης.* Solus Laniogaiſus qui tunc Candidatus militabat, Principem ſuum non deſeruit, ut ſcribit hîc Marcellinus. Turbat tamen Regius codex, in quo ſcriptum reperi, *morituræ Conſtantiæ.* [In Colbertino codice legi, *morituræ Conſtanti.*] In Editione certè Romana legitur *moriture.* Sed hanc ſcripturam non probo. Porrò Conſtantem cùm à Magnentio comprehendendus eſſet, ſibi manus intuliſſe, ait Chryſoſtomus Homiliâ 15. in Philipp. *τῶν παίδων δ' αὐτοῦ ὁ μὲν ἑαυτὸν ἀνεῖλεν ὑπὸ τυράννου καταληφθείς:* quod omnium Hiſtoricorum conſenſu refellitur, & auctoritate S. Athanaſii in Apologia ad Conſtantium, ubi & Conſtantem paullo poſt ſuſceptum Baptiſmum ait occiſum fuiſſe. *Idem.*

n *Accepto præmio prodituros.*] Malè hinc audiebant Franci: quibus familiare ait fuiſſe Vopiſcus in Proculo, ridendo fidem frangere. Idémque ſcribit ſcriptor moroſus ac querulus, Salvianus in lib. 7. de gubernat. & Procopius, ut notat Caſaubonus ad Vopiſcum. Iidem tamen conſtantiſſimi fuerunt in ſervanda fide, poſt quàm Gallis permiſti humaniorem cultum induerunt. *Idem.*

o *Cum principiorum verticibus.*] Principia ſunt prin-

cretiùs collocutus, iiſdémque magnitudine promiſſæ mercedis accenſis, [p] cultu [1] purpureo à draconum & vexillorum inſignibus ad tempus abſtracto, ad culmen imperiale ſurrexit. Dúmque hæc aguntur in Galliis, ad occaſum inclinato jam die, perfertur Mediolanum inſperabilis nuntius, apertè Silvanum demonſtrans, dum ex [2] Magiſterio peditum altiùs nititur, ſollicitato exercitu ad Auguſtum culmen evectum. Hac mole caſus inopini Conſtantio icto, quaſi fulmine fati; Primates conſilio ſecundâ vigiliâ convocato properarunt omnes in regiam. Cúmque nulli ad eligendum quid agi deberet, mens ſuppetere poſſet aut lingua: ſubmiſſis verbis [3] perſtringebatur Urſicini mentio, ut conſiliis rei bellicæ præſtantiſſimi, fruſtráque gravi injuria laceſſiti: & [q] per Admiſſionum Magiſtrum, (qui mos eſt honoratior) accito eodem, [r] ingreſſo Conſiſtorium [ſ] offertur [4] purpura, multo quàm antea placidiùs .... [t] omnium primus

[1] *Mſ.* purpureo à draconum. [2] *al.* ex Magiſtro. [3] *al.* fit. [4] *Mſ.* purpura multo quàm antea placidiùs .... omnium primus extorta ei regio re inſtituit adorari cùm ſemper. *al.* purpura, atque ita ante Principis pedes ſupplicem ſtatuerunt externorum Regum ritu cùm ſemper.

cipales milites, qui privilegiis muniuntur. Principiorum igitur vertices, ſunt Tribuni, Centuriones, Ordinarii, Draconarii, & ſimiles, ut optimè declarat Vegetius in lib. 2. cap. 13. Eoſdem Proceres appellare videtur Marcellinus noſter ſub initium lib. 20. cum dicit: *Ad convivium Proceribus corrogatus, petere jure ſi quid in promptu eſſet edixit.* Libanius verò in Oratione funebri de laudibus Juliani, eamdem rem narrans: τὰς ἄκρας τῶν λόχων appellat, ὧν ἐξήρτηται τὸ λοιπόν. *Valeſ.*

p *Cultu purpureo à draconum & vexillorum inſignibus.*] Cùm imperii παράσημον eſſet purpura, quam conficere ſub pœna capitis interdictum erat; qui tyrannidem arripiebant, purpuram de ſignis aut vexillis ac ſtatuis detrahere neceſſe habebant: donec imperio confirmato confici ſibi purpuream veſtem juberent. De vexillis teſtatur Capitolinus in Gordianis: *Sublatâ de vexillis purpurâ Imperatores eos dicemus.* De ſtatuis auctor eſt Vopiſcus in Saturnino: *Depoſitâ purpurâ ex ſimulacro Veneris, cyclade uxoria militibus circumſtantibus amictus & adoratus eſt.* Et Pollio in Celſo Tyranno. Libanius quoque in Antiochenſi pag. 363. de Eugenio quodam Tribuno, qui Diocletiani temporibus tyrannidem arripuit: τυραννίδος ἱερᾶ καὶ οὐκ ἔμελλε· καὶ ἦν γὰρ ἀλουργὶς ἀγάλματι περικειμένη, ταύτην ἐνδὺς ἔργου εἴχετο. Interdum etiam ex gynæceo ſegmentum aliquod rapiebant purpuræ. Sic Procopius à Fauſtina Conſtantii quondam uxore purpuram accepiſſe dicitur in lib. 26. Et Julianus in Oratione 1. & 2. ad Conſtantium, Silvanum ait non ex ſignis, ſed ex gynæceo purpuram ſumpſiſſe: quod quidem in contemptum tyranni probabiliter ab oratore confictum exiſtimo. *Idem.*

q *Per Admiſſionum Magiſtrum.*] Magiſter Admiſſionum is erat, qui viros honoratos in Conſiſtorium introducebat. Hujus meminit Vopiſcus in Aureliano, & lex 12. Cod. Theod. de glæbali onere; & alibi mentio ejus dignitatis occurrit. Sub eo fuit officium Admiſſionum, qui Admiſſionales dicuntur in lege 3. & 7. Cod. de privilegiis eorum qui in palatio militant. Fuit & Proximus Admiſſionum, cujus meminit Marcellinus in lib. 22. *Manumittendis ex more inductis per Admiſſionum Proximum.* Is erat primus poſt Magiſtrum: unde intelligitur, quare honoratius fuiſſe dicat Marcellinus, per Magiſtrum accerſiri. Ab his Admiſſionalibus non multum diverſi ſunt invitatores, qui admittendos ultro invitabant, de quibus loquitur lex ultima, Cod. de diverſis officiis. Hi porro omnes erant ſub diſpoſitione Magiſtri Officiorum, ut ex Notitia Imperii conſtat, ad quem ſpectabat viros clariſſimos & legatos omnium gentium in Conſiſtorium inducere, ut teſtis eſt Caſſiodorus lib. 6. in formula Magiſteriæ dignitatis. *Idem.*

r *Ingreſſo Conſiſtorium offertur purpura.*] Quam adorare more novo cogebatur. Inf. *adorare ſolenniter anhelantem celſiùs purpuram.* Quo modo etiam ipſi Impp. loquuntur, L. 4. C. de Conſulib. & non ſparg. L. 1. C. de Præpoſ. Cub. L. unic. C. de Comit. & Tribun. L. 1. C. de Silentiar. L. fin. C. de Palat. ſacrar. Larg. L. 2. C. de privil. Schol. Græci dicunt, χλαμύδος προσκυλινδεῖσθαι. Themiſt. Orat. XIII. *Lindenbr.*

ſ *Offertur purpura.*] Id eſt, adorandæ ſacræ purpuræ copia datur. Solebant enim Imperatores ultro ipſi venientibus chlamydis laciniam porrigere, quo majore animo accederent. Unde Julianus Aug. Lucilliano ait: *Majeſtatis inſigne non ut conſiliario tibi, ſed ut deſinas pavere, porrexi.* Infrà in lib. 21. Adorandæ autem purpuræ ritus erat ejuſmodi, ut Patricii quidem ad dextram Principis papillam adorarent, Princépſque eorum caput deoſcularetur: Senatores verò ac ceteri genu dextro ante Principem flexo abſcederent, quemadmodum ſcribit Procopius in Anecdotis ſub finem: quem habitum exprimit Marcellinus paullo pòſt, cùm de Urſicino hæc dicit: *Adactúſque inclinante negotio ipſo cervices adorare ſolenniter anhelantem celſiùs purpuratum.* Vide Suidam in προσκυλινδεῖσθαι, & Euſebium lib. 4. de vita Conſt. cap. 57.

extero ritu & regio more inſtituit adorari, cùm ſemper [v] antea ad ſimilitudinem judicum ſalutatos Principes legerimus. Et qui paullo antea cum [5] inſectatione malivola, Orientis vorago, invadendæque ſummæ rei per filios adfectator compellabatur: tunc dux prudentiſſimus & [x] Conſtantini Magni fuerat commilito, ſolúſque ad exſtinguendum probis quidem, ſed inſidioſis rationibus petebatur. Diligens enim opera navabatur Silvanum exſtingui, ut fortiſſimum perduellem: aut ſi ſecus accidiſſet, Urſicinum exulceratum jam penitus aboleri, ne ſupereſſet ſcrupulus impendio formidandus. Igitur cùm de profectione celeranda diſponeretur, propulſationem objectorum criminum eumdem ducem parantem, prægreſſus oratione leni prohibet Imperator, non id eſſe memorans tempus, ut controverſa defenſio cauſæ ſuſciperetur, cùm viciſſim reſtitui in priſtinam concordiam partes neceſſitas ſubigeret urgentium rerum, antequàm creſceret mollienda. Habita igitur deliberatione multiplici, potiſſimùm tractabatur, quo commento Silvanus [6] geſta etiamtum Imperatorem ignorare exiſtimaret. Et probabili argumento ad firmandam fidem reperto, monetur honorificis ſcriptis, ut accepto Urſicino ſucceſſore, cum poteſtate rediret intacta. Poſt hæc ita digeſta, protinus jubetur exire, Tribunis & [7] Protectoribus Domeſticis decem, ut poſtularat, ad juvandas neceſſitates [8] [y] publi-

5 *Mſ.* infeſtatione. 6 *Mſ.* geſto etiam tum imperatore rem ign. 7 *al.* Protectores Domeſticos. 8 *al.* publicas ſecum duxit. Inter.

* Cùm autem purpura ab Imperatore eſſet oblata, tunc is qui erat admiſſus, purpuram manu apprehenſam deoſculabatur, ut indicat Chryſoſtomus in oratione XI. ad populum Antiochenſem: *εἰ γὰρ πορφυρίδα τὶς βασιλικὴν ἴδῃ, οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο χερσὶ δέξασθαι μεμιασμέναις.* * *Valeſ.*

t *Omnium primus extero ritu.*] Ante hæc verba lacuna eſt in omnibus codicibus ſcriptis, adeóque in Editione Romana: quam quidem lacunam P. Caſtellus infeliciter ſupplere tentaverat hoc modo: *Offertur purpura multa, quam ante Principis pedes explicitam ſtraverunt.* Sed Sigiſmundus Gelenius hæc deliramenta ex Editione ſua expunxit. Exſtitere poſtea qui illam Caſtelli conjecturam reconcinnarent, ut videre eſt in Editione Lindenbrogii. Sed hæc utpote ſpuria, & ex ea, quam dixi, officina profecta nos quoque delevimus. Deeſt autem in hac lacuna, ut equidem judico, unum aut alterum vocabulum hoc modo: *Diocletianus Auguſtus omnium primus, &c.* Certè id Diocletiano tribuunt Eutropius, & Aurelius Victor, Euſebius in Chronico, & Zonaras in tomo 2. Annalium, his verbis: *οὐκέτι προσαγορεύεσθαι παρὰ τῆς γερουσίας ἠνείχετο, ἀλλὰ προσκυνεῖσθαι ἐθέσπισε· καὶ τὰς ἐσθῆτας ἑαυτοῦ, καὶ τὰ ὑποδήματα χρυσῷ καὶ λίθοις καὶ μαργάροις ἐκόσμησε, καὶ πλεῖστα πολυτέλειαν τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις ἐπέθετο· οἱ πρὸ αὐτοῦ γὰρ βασιλεῖς κατὰ τοὺς ὑπάτους τετίμηντο, καὶ τὸ βασιλείας παράσημον μόνον εἶχον πορφυροῦν περιβόλαιον.* Id eſt: *Non jam amplius à Senatu ſalutari ſuſtinuit, ſed adorari ſe juſſit: veſtéſque & calciamenta auro & lapillis & margaritis ornavit: ac regiis inſignibus plus magnificentiæ addidit. Nam ſuperiores Principes inſtar Conſulum obſervabantur, & imperii inſigne purpuream tantùm chlamydem habebant.* Ceterùm integra hæc de Diocletiano ſeu quovis altero periodus per me quidem expungi poteſt: à Grammatico enim quopiam ad oram libri adnotata, ac poſtea in contextum irrepſiſſe videtur. *Idem.*

v *Ante Principis pedes*] Ritus hic προσκυνήσεως non à Conſtantio primùm introductus, ſed jam olim ab Impp. Romanis uſurpatus fuit. De Diocletiano ſcribit Eutrop. lib. IX. quòd *Imperio Romano primus Regiæ conſuetudinis formam magis, quàm Romanæ libertatis invexit; adorarique ſe juſſit, cùm ante eum cuncti ſalutarentur.* Trebell. Pollio de Zenobia: *Adorata eſt more Perſarum.* Et jam antè monſtrum illud hominis Heliogabalus adorari ſe ritu eo juſſerat. Sed Alex. Sever. optimus Princeps, continuò ubi ad Auguſtam dignitatem evectus, id ne frequentaretur juſſit. Lamprid. *Adorari ſe vetuit,* (Alex. Sever.) *cùm jam cœpiſſet Heliogabalus adorari, Regum more Perſarum.* Quo autem geſtu hæc adoratio peracta, & quid à ſalutatione differat, multis declarat V. Cl. Barnab. Briſſon. de ritu Perſar. lib. I. *Lindenbr.*

x *Conſtantini M. fuerat commilito.*] Id eſt, fuiſſe prædicabatur. Simili idiotiſmo Gallicanus in Caſſio dixit: *Qui ſi obtinuiſſet imperium, fuiſſet non modò clemens, ſed bonus, ſed utilis, ſed optimus Imperator.* Valeſ.

y *Publicas .... conjunctis.*] In Mſ. Florentino * ac Toloſano * [Colbertinóque] atque in Editione Auguſtana legitur, *publicas ...... & conjunctis.* Neque

cas ei conjunctis: inter quos ego quoque eram cum [9] Veriniano collega; [z] reſidui [1] omnes propinqui & familiares. Jámque eum egreſſum, ſolùm [a] de ſe metuens quiſque per longa ſpatia deducebat. Et quamquam ut beſtiarii objiceremur intractabilibus feris, perpendentes tamen hoc bonum habere triſtia [2] præcedentia, quòd in locis ſuis ſecunda [3] ſubſtituunt, mirabamur illam ſententiam Tullianam, [b] ex [4] internis veritatis ipſius [5] promulgatam, quæ eſt talis: *Et quamquam optatiſſimum eſt, [6] perpetuò fortunam quam florentiſſimam permanere; illa tamen æquabilitas vitæ non tantum habet ſenſum, quantum cùm ex ſævis & perditis rebus ad meliorem ſtatum fortuna revocatur.* Feſtinabamus itaque itineribus magnis, ut ambitioſus Magiſter armorum, ante allapſum per Italicos de tyrannide ullum rumorem, in ſuſpectis finibus appareret. Verùm curſim nos properantes [c] aëria quædam antevolans prodiderat fama: & Agrippinam ingreſſi invenimus cuncta noſtris conatibus altiora. Namque convena undique multitudine trepidé cœpta fundante, coactíſque copiis multis: pro ſtatu rei præſentis id aptius videbatur, ut ad Imperatoris novelli, per ludibrioſa auſpicia virium acceſſu firmandi, ſenſum ac voluntatem dux flebilis [7] verteretur: quò variis aſſentandi figmentis in mollius vergente ſecuritate, nihil metuens hoſtile deciperetur. Cujus rei finis arduus videbatur. Erat enim cautiùs obſervandum, ut appetitus opportunitati obtemperarent, nec præcurrentes eam, nec deferentes: qui ſi eluxiſſent intempeſtivè, conſtabat nos omnes ſub elogio uno morte multandos. Suſceptus tamen idem Dux leniter, adactúſque,

9 *Mſ.* Veriniano. 1 *Mſ.* omnes ... (*hic lacuna mediæ lineæ*) ... Jamque. 2 *Mſ.* recidentia. 3 *Mſ.* ſubſti tuunt .... mirabamur. 4 *Mſ.* æternis. 5 Adytis *Mſ. deeſt.* 6 al. *perpetuò.* 7 *al.* veteretur.

———

aliter Regius codex, niſi quòd lacunam habet nullam. Equidem non dubito, quin legendum ſit ut edidi: *Protectoribus Domeſticis decem adjuvandas neceſſitates publicas ei conjunctis.* Nam & ſenſus ita poſtulat, & obſervavi hanc particulam *&* poni ſolere pro *ei*, tum in codice Regio, tum in Editione Romana. *Valeſ.*

z *Reſidui omnes propinqui & familiares.*] Tres poſtremæ voces additæ ſunt à P. Caſtello. Nam in Mſſ. codicibus Regio & Florentino, [Colbertinoque,] * ac Toloſano *, atque in Editione Rom. legitur tantùm: *reſidui omni ...... jámque, &c.* quod monitum volui, ne quis ſpuria pro legitimis acciperet. *Idem.*

a *De ſe metu quiſque.*] Hunc locum ſic lego & interpungo: *Jamque cum egreſſum, ſolùm de ſe metuens quiſque per longa ſpatia deducebat.* Certè in exemplari Regio * Toloſanóque * legitur *metum.* Idem.

b *Ex internis veritatis ipſius promulgatam.*] Hæc eſt ſcriptura Regii codicis [& Colbertini,] & omnium, ut opinor, ſcriptorum exemplarium. Editio Rom. habet: *in externis Ver. ipſ. promulgatam.* Unde P. Caſtellus hanc lectionem effinxerat, *in æternis veritatis ipſius adytis prom.* Mihi potior ſcriptorum codicum lectio viſa eſt: quæ confirmatur ex lib. 31. Ceterùm hæc Tulliana ſententia hodie in libris Ciceronis non reperitur. [Petrus quidem Pithœus ad oram Ammiani ſui manu ſua notavit, hunc locum ſumptum eſſe ex Ciceronis oratione poſt reditum in Senatu habita: ſed eam ſententiam diu multumque ibi fruſtra quæſivi.] Altera tamen ſimilis legitur in oratione ad Pontifices, his verbis: *Nam etſi optabilius eſt curſum vitæ conficere ſine dolore & ſine injuria: tamen ad immortalitatem gloriæ plus affert, deſideratum eſſe à ſuis civibus, quàm omnino numquam eſſe violatum.* Idem. Et certe vulgo ſolet in Ciceronis editionibus inter fragmenta ex incertis libris reponi, etiam Nizolio bis inter incerta id referente. Sed mirum eſt, quum ſic ſe quæſiviſſe teſtetur vir doctiſſimus, non obveniſſe illi locum ex oratione, quam habuit Tullius ad Quirites poſt reditum, prorſus eadem ſententia & verbis etiam propinquioribus. *Etſi homini nihil eſt magis optandum, quam proſpera, æquabilis, perpetuaque fortuna, ſecundo vitæ ſine ulla offenſione curſu; tamen ſi mihi tranquilla & placata omnia fuiſſent; incredibili quadam, & pæne divina, qua nunc veſtro beneficio fruor, lætitiæ voluptate caruiſſem.* Gron.

c *Erratica quædam antevolans p. fama.*] In Editione Rom. excuſum eſt *erraria.* In Regio autem codice [& in Colbertino] ſcriptum inveni *æraria*: proinde

inclinante negotio ipſo cervices, adorare ſollemniter [d] anhelantem celſiùs [8] purpuratum, ut ſpectabilis colebatur, & intimus: facilitate aditùs, honoréque menſæ regalis adeo antepoſitus aliis, ut jam ſecretiùs de rerum ſumma conſultaretur. Ægrè ferebat Silvanus ad Conſulatum poteſtatéſque ſublimes elatis indignis, ſe & Urſicinum ſolos, poſt exſudatos magnos pro Rep. labores & crebros, ita fuiſſe deſpectos, ut ipſe quidem per quæſtiones familiarium ſub diſceptatione ignobili crudeliter agitatus, commiſiſſe in majeſtatem arceſſeretur: alter verò ab Oriente raptus, odiis inimicorum addiceretur: & hæc aſſiduè clam querebatur & palam. Terrebant nos tamen, cùm dicerentur hæc & ſimilia, circumfrementia undique murmura cauſantis inopiam militis, & rapida celeritate ardentis anguſtias Alpium perrumpere Cottiarum. In hoc æſtu mentis ancipiti, ad effectum tendens conſilium occulta ſcrutabamur indagine: ſederátque tandem, mutatis præ timore ſæpe ſententiis, ut quæſitis magnâ induſtriâ [e] cautis [9] rei miniſtris, obſtricto religionum conſecratione colloquio, Bracati ſollicitarentur atque Cornuti, fluxioris fidei, & ubertate mercedis ad momentum omne verſabiles. Firmato itaque negotio per ſequeſtres quoſdam gregarios, obſcuritate ipſa ad id patrandum idoneos, præmiorum exſpectatione accenſos, Solis ortu jam rutilo ſubitus armatorum globus erupit: atque, ut ſolet in dubiis rebus audentior, cæſis cuſtodibus regiâ penetratâ, [1] Silvanum extractum ædiculâ, quò exanimatus confugerat, ad conventiculum ritus Chriſtiani tendentem, denſis [f] gladiorum ictibus trucidarunt. Ita dux haud exſilium meritorum hoc genere oppetit mortis, metu calumniarum, quibus factione iniquorum irretitus eſt abſens, ut tueri poſſit ſalutem, ad præſidia progreſſus extrema. Licèt enim ob tempeſtivam illam [g] cum Armaturis proditionem

8 Mſ. purpuram ſpecialius. 9 τὸ ſpei deeſt al. 1 Mſ. ſignarum.

legendum eſſe arbitror *aeria*, * prout in Mſ. Toloſano exaratum eſt*. Sic infrà in libro 18. *Credimus, neque enim dubium eſt, per aërios tramites famam præpetem volitare:* quo in loco Editio Romana habet, *per errarios tramites*, planè ſimili errore. *Valeſ.*

d *Anhelantem celſiùs purpuram.*] Non intelligo, qua ratione dicatur anhelans celſiùs purpura. Etenim celſiùs anhelare nonniſi de homine dici poteſt, qui ad majora adſpiret, ut in lib. 26. de Procopio: *Velut Imperatoris cognatus altiùs anhelabat.* & in lib. 27. *Qui ex eo anhelantes, ex nutu ſuo indiſtanter putant omnium pendere fortunas.* Quocirca ſaniorem eſſe exiſtimavi ſcripturam codicis Vaticani, qui ſic habet: *Anhelantem celſiùs purpuratum.* Accedit, quòd in Editione Rom. & Regio * Toloſanóque * [ac Colbertino] codice legitur *purpuratam.* Idem.

e *Cautis ſpei miniſtris.*] In exemplari Regio [& in Colbertino] eſt ſcriptum, *cauti ſpei miniſtris*: atque ita in reliquis exemplaribus ſcriptum eſſe non dubito. Legendum igitur eſt, *cautis rei miniſtris.* Nam ut omnes ſciunt, p pro r in libris manu exaratis ſæpiſſime viſitur; quod in codice Regio frequentiſſimè deprehendi. *Idem.*

f *Gladiorum ictibus trucidarunt.*] De cæde Silvani ſic loquitur Zonaras: σταλεὶς γὰρ ὁ Οὐρσίκινος ἐκεῖ καὶ χρήμασι τῶν ἐκείνου στρατιωτῶν τινὰς ὑποφθείρας, δι' ἐκείνων ἀνεῖλε τὸν Σιλβανόν. Id eſt: *Miſſus enim illuc Urſicinus, Silvanum corruptis pecuniâ ipſius militibus interemit.* Quem quidem locum eò libentiùs adſcripſi, quòd Urſicini in eo ſit mentio, de quo apud ceteros Scriptores altum ſilentium eſt. Hæc Silvani defectio ſimul ac cædes contigit Arbetione & Lolliano Coſſ. ann. Domini 355. Exſtántque nummi, in quibus D N. FL. SILVANUS. P. F. AUG. appellatur, teſte Goltzio. *Idem.*

g *Cum Armaturis proditionem ante Murſenſe pr.*] Silvanus Armaturarum Tribunus paullo ante Murſenſe prælium à Magnentio ad Conſtantium unà cum militibus ſuis tranſierat: quo facto Conſtantius ad perſequendum Magnentium longè alacrior eſt factus, ut narrat

ante Murſenſe prælium, obligatum gratiâ retineret Conſtantium; ut dubium tamen & mutabilem verebatur: licèt [h] patris quoque Boniti prætenderet fortia facta, Franci quidem, ſed pro Conſtantini partibus in bello civili acriter contra Licinianos ſæpe verſati. Evenerat autem antequàm hujuſmodi aliquid agitaretur in Galliis, ut Romæ in Circo Maximo populus, incertum ratione quadam percitus an præſagio, [2] *Silvanus devictus eſt*, magnis vocibus exclamaret. Igitur Silvano Agrippinæ, ut relatum eſt, interfecto, inæſtimabili gaudio re cognita, Princeps inſolentia coalitus & tumore, hoc quoque felicitatis ſuæ proſperis curſibus adſignabat: eo more, quo ſemper oderat fortiter facientes, ut quondam Domitianus, ſuperare tamen quacumque arte contraria cupiebat. Tantúmque abfuit laudare induſtriè geſta, ut etiam quædam ſcriberet [i] de Gallicanis intercepta theſauris, quos nemo attigerat. Idque ſcrutari juſſerat artiùs, interrogato Remigio etiamtum [k] Rationario apparitionis armorum Magiſtri:

2 Mſ. *& Silvanus devii eſt.*

Julianus in Orat. 1. ad Conſtantium: *τῶν στρατευμάτων δὲ τὴν εὔνοιαν τίς ἂν ἀξίως διηγήσαιτο; τάξις μὲν ἱππέων περὶ τῆς ἐν Μύρσῃ παρατάξεως μεθειστήκει.* & Orat. 2. in fine: *ἴλη τε τῶν ἱππέων σὺν τοῖς σημείοις καὶ τὸν συστρατηγὸν ἄγουσα, τούτῳ τοῦ κινδύνου ξυμμετέχειν μᾶλλον ἢ ἐκείνῳ εὐτυχίας ἠξίου.* Quibus in locis notandum eſt Julianum ejus defectionis gloriam Silvano, quippe ob perduellionis crimen occiſo, adimere, & ad milites ipſos transferre. Zonaras tamen, * uti Ammianus *, Silvano eam proditionem aſſignat: *Σιλβανὸς εἷς τῶν αὐτοῦ ταξιαρχῶν μετὰ πλήθους ὁπλιτῶν ἐκεῖνον λιπὼν, Κωνσταντίῳ προσῆλθε τῷ αὐτοκράτορι.* Et Aurelius Victor: *Is namque Silvanus ortus in Gallia barbaris parentibus, ordine militiæ, ſimul à Magnentio ad Conſtantium tranſgreſſu, pedeſtre ad magiſterium adoleſcentior meruerat.* Ex Juliani verbis ſuprà allatis Armaturas equites fuiſſe apparet: quamquam Zonaras pedites videtur vocare. *Valeſ.*

h *Patris quoque Boniti.*] In Editione Romana legitur *Poniti.* Regius codex [& Colbertinus] habet *Boniti*: quod prætulerim equidem. Nam & apud Pollionem in Regilliano Bonitus quidam ſtipator Gallieni memoratur: & apud Paulum in lib. 5. hiſtoriæ Longob. Bonitus recenſetur, quintus à Benedicto Abbas montis Caſſini. *Idem.*

i *De Gallicanis intercepta theſauris.*] Hi theſauri ad ſacras Largitiones pertinebant: unde Præpoſiti theſaurorum per Gallias ſub diſpoſitione Comitis Largitionum in Notitia Imperii recenſentur. Eorum meminit Marcellinus in lib. 22. *Datis litteris ad eum qui Gallicanos tuebatur theſauros, quidquid poſceret Cæſar, proculdubio juſſerat dari.* Loquitur de Urſulo Largitionum Comite. Erant autem duo genera Largitionum ſeu theſaurorum. Alii enim Comitatenſes dicebantur theſauri, qui ſcilicet in comitatu Principis unà cum ipſo Comite verſabantur: alii provinciarum ſeu urbium ſingularum, ut patet ex lege 2. & 3. Codicis Theod. de privilegiis eorum qui in ſacro pal. Unde pari ratione Palatini ſacrarum Largitionum alii Comitatenſes, alii Mittendarii dicebantur, ut ſcriptum eſt in Gloſſis Nomicis. Comitatenſium Largitionum meminit Petrus Alexandrinus in Epiſtola quadam apud Theodoritum lib. 4. Hiſt. *ὁ τῶν κομιτατησίων δὲ λαργιτιόνων κόμης.* Et Marcellinus in lib. 31. cum dicit: *Theſauri enim & fortunæ principalis inſignia cum Præfecto & Conſiſtorianis ambitu mœnium tenebantur.* Idem.

k *Rationario apparitionis armorum Magiſtri.*] Id eſt, Officialis Magiſtri militum, qui militarium numerorum rationes tractabat. Sic Marcellinus lib. 25. initio: *Leo adhuc ſub Dagalaïpho Magiſtro equitum rationes militarium numerorum tractans.* Et in lib. 18. de Antonino quodam ſic ait: *Rationarius Apparitor Meſopotamiæ Ducis*: ſtatímque id officium ita deſcribit: *Et utriuſque linguæ litteras ſciens, circa ratiocinia verſabatur, qui quarúmve virium milites ubi agant, &c.* Hi aliter & communiori vocabulo Numerarii dicebantur. Nam in Imperii Notitia in officio Magiſtri militum Numerarii ponuntur ſtatim poſt Principem totius Officii ſeu Apparitionis. Et ita quoque Marcellinus noſter in lib. 19. *Jacobus*, inquit, *& Cæſius Numerarii Apparitionis Magiſtri equitum.* Vide titulum in Cod. de Numerariis & Actuariis. Hos Græci *ψηφιστὰς* ſeu *διαψηφιστὰς* vocant. Baſilius in Epiſt. 250. ad Dorotheum, *τῷ διαψηφιστῇ τῆς τάξεως τῶν ἐπάρχων ἔδωκα τὴν ἐπιστολήν.* vertendum eſt: *Numerario Officii Præfecturæ Præt.* Et Sozomenus in lib. 4. cap. 26. de Marathonio quodam: *ὃς ἀπὸ ψηφιστοῦ δημοσίᾳ τῶν ὑπὸ τοὺς ὑπάρχους στρατιωτῶν*: quæ eodem modo vertenda ſunt. Eunapius *λογιστὰς* eos appellat, ubi de Harbazacio, qui in Chronico Marcellini Comitis & Jordanis corruptè Narbazaicus nominatur: *καὶ οἵ γε προσήκοντες αὐτῷ λογισταὶ τῶν στρατιωτικῶν ἔργων, τὸν μὲν ἀριθμὸν τῶν στρατιωτῶν ᾔδεσαν· τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἑταιρῶν καὶ τὸν ἐκ χειρῶν ἀριθμὸν αὐτῶν διέφυγεν.* Id eſt: *Ac Numerarii qui illi apparebant ex more, militum quidem numerum norant: meretricum verò copia omnem eorum calculum ſuperabat.* Exſtat illuſtris hic locus apud Suidam in *Ἀρβαζάκιος*. Quibus adde * Vegetium in capite

cui multò poſtea Valentiniani temporibus laqueus [l] vitam [m] in cauſa Tripolitanæ legationis eripuit. Poſt quæ ita completa, Conſtantius ut jam cælo contiguus, caſibúſque imperaturus humanis, [3] magniloquentia ſufflabatur adulatorum: quos augebat ipſe, ſpernendo projiciendóque id genus parum callentes. Ut [n] Crœſum legimus ideo regno ſuo Solonem expuliſſe præcipitem, quia blandiri neſciebat: & [o] Dionyſium intentaſſe poëtæ Philoxeno mortem, cùm eum recitantem proprios verſus abſurdos & inconcinnos, laudantibus cunctis, ſolus audiret immobilis: quæ res pernicioſa vitiorum eſt altrix. Ea demum enim laus grata eſſe poteſtati debet excelſæ, cùm interdum & vituperationi ſecus geſtorum pateat locus.

CAP. VI. Jámque poſt ſecuritatem quæſtiones agitabantur [4] ex more, & vinculis cateníſque plures ut noxii [5] plectebantur. Exſurgebat enim effervens lætitiâ Paulus, tartareus ille delator, ad venenatas artes ſuas licentiùs exercendas: & inquirentibus in negotium Conſiſtorianis atque Militaribus, ut præceptum eſt, Proculus admovetur eculeo, [p] [q] Silvani Domeſticus, homo gracilis

3 τὸ faſtuque *mſ. deeſt.* 4 *Mſ.* ex more dc. 5 *Mſ.* petebantur.

XIX. libri II. * & Themiſtium in oratione 17. *Valeſ.*

l *Vitam in cauſa Trip. legat. rupit.*] Scripti codices uno omnes conſenſu habent, *erupit.* Auguſtana Editio, *eripuit*: quod huic clauſulæ convenientius eſſe exiſtimavi. *Idem.*

m *In cauſa Tripolitanæ legationis.*] Inf. lib. XXVIII. *Lindenbr.*

n *Crœſum legimus Solonem.*] Vid. Herodot. lib. I. Diogen. Laërt. in Solone, Plutarch. lib. de Diſcrim. adulat. & amici. *Idem.*

o *Dionyſium intentaſſe Philoxeno mortem.*] In latomias Syracuſanas conjectum Philoxenum ſcribunt, ubi & Cyclopem fabulam compoſuit. Ælian. Variar. lib. XII. cap. XLIV. Carmen verò Dionyſii tragœdiam fuiſſe Plutarch. ait, de Fort. Alexand. Διονύσιος ὁ τὸν ποιητὴν Φιλόξενον εἰς τὰς λατομίας ἐμβαλὼν, ὅτι τραγῳδίαν αὐτοῦ διορθῶσαι κελευσθεὶς, εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὅλην μέχρι τῆς κορωνίδος αὐτὴν περιέγραψεν. Vide Suid. in Philoxeno. *Idem.*

p *Silvani Domeſticus.*] Domeſtici erant Apparitores, ſeu Officiales Judicum, tam civilium, quàm militarium, in lege 3. Cod. Th. de aſſeſſorib. lege 16. & 17. de numerariis & actuar. & lege 8. de principib. Agentum in reb. Et ita apud Symmachum Domeſtici ſumuntur aliquoties. Domeſtici officium dicitur in * novella Theodoſii de Scholaribus, & in lege I. Cod. de privilegiis Scholarum: Domeſtici militia in lege 17. citata Cod. Th. de numer. & apud Caſſiodorum in Epiſt. 6. lib. XI. Iidem & Cancellarii dicebantur, nec ordine militiæ, ſed lectione Judicis ad eum locum veniebant, teſte Caſſiodoro, & lege 3. Cod. Theod. de aſſeſſ. Eorúmque videtur honoratior fuiſſe militia. Nam Heraclianus Comes Africæ Sabinum, Domeſticum ſuum, generum ſibi elegiſſe dicitur ab Oroſio in lib. 7. Et Imperatores in lege 3. Cod. Th. ad legem Jul. repetund. ſatis innuunt, altiſſimum hunc fuiſſe militiæ gradum, his verbis: *Natalem quondam Ducem ad provinciam quam nudaverat, ire præcipimus, ut non ſolùm quod ejus non dicam Domeſticus, ſed manipularius ac miniſter accepit, &c.* Baſilius in Epiſt. 285. ad Julittam: ἐπέστειλα δὲ καὶ Ἑλλαδίῳ τῷ οἰκείῳ τοῦ ἐπάρχου. Id eſt: *Scripſi etiam ad Helladium Domeſticum Præfecti*: eumdémque maxima libertate cum Præfecto agere teſtatur. Iſidorus Peluſiota epiſt. 300. lib. I. δομέστικον τοῦ ἐπάρχου dicit Latino vocabulo. Ceterùm hi Domeſtici omnium ferè conſiliorum participes erant: quare periclitantibus Judicibus ipſi quoque in periculum rapiebantur, quemadmodum docent leges ſuprà laudatæ, & Oroſius in libro citato. Marcellinus noſter in lib. 30. *Cæſarium*, inquit, *antehac ejus Domeſticum, quæ Remigius egerit, vel quantum acceperit, ut Romani juvaret actus infandos, per quæſtionem cruentam interrogabat.* Hinc Malchus in hiſtoria Byzantiaca conciliatores ac Miniſtros furtorum Domeſticos Judicum dici notat: καὶ τοὺς προσαγωγίας τῶν λημμάτων τῆς ἀρχῆς, οὓς δομεστίκους καλοῦσι Ῥωμαῖοι, ἐκπέμπειν ὡς τάχιστα λόγον διδόντας ὧν ἔλαβον. Id eſt: *Et miniſtros atque interpretes furtorum, quos Romani Domeſticos vocant, ad ſe mitti, rationem redditurος eorum quæ acceperant.* Non ſunt autem confundendi hi Officiales cum Domeſticis Protectoribus, neque item cum Domeſticis thematis & cohortis, ut fecit Lindenbrogius ad hunc locum. *Valeſ.*

q *Silvani domeſticus*] Bene de hac dignitate Gloſſarium Nomic. Δομέστικος τοῦ θέματος, ὃς μετὰ κόμητος κοόρτης εἰς τὴν προσέλευσιν τοῦ στρατηγοῦ τέτακται. Sic Solomon quidam Beliſarii, & Præſentinus Petri, Imp. Mauricii fratris, Domeſtici fuere. Procopius Vvandalicor. lib. I. Σολόμων ὃς τὴν Βελισαρίου ἐπιτρόπευε στρατηγίαν· δομέστικον τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Sic enim locus hic legendus. Theophylact.

& morboſus, metuentibus cunctis, ne vi nimia tormentorum levi corpore fatigato, reos atrocium criminum perſpicuè citari faceret multos: verùm contra quàm ſperatum eſt contigit. Memor enim ſomnii, quo vetitus erat per quietem, ut ipſe firmavit, pulſare quemquam inſontem, uſque ad confinia mortis vexatus, nec nominavit, nec prodidit aliquem: ſed adſerebat factum Silvani conſtanter, id eum cogitaſſe quod iniit, non cupiditate, ſed neceſſitate compulſum, argumento evidenti demonſtrans. Cauſam enim probabilem ponebat in medio, multorum teſtimoniis claram, quòd die quinto antequàm inſulas ſuſciperet principatus, donatum ſtipendio militem Conſtantii nomine adloquutus eſt, [q] fortis eſſet & fidus. Unde apparebat, quòd ſi præſumere fortunæ ſuperioris inſignia conaretur, auri tam grave [6] [r] pondus largiretur ut ſuum. Poſt hunc damnatorum ſorte Pœmenius raptus ad ſupplicium interiit: qui (ut ſuprà retulimus) cùm Treveri civitatem Cæſari clauſiſſent Decentio, ad defendendam plebem electus eſt. Tum Aſclepiodotus, [ſ] & Lutto, & Maudio Comites interempti ſunt, aliíque plures, hæc & ſimilia perplexè temporis obſtinatione ſcrutante.

Cap. VII. Dum has exitiorum communium clades ſuſcitat turbo feralis, Urbem æternam Leontius regens, multa ſpectati Judicis documenta [7] præbebat, in audiendo celer, in diſceptando juſtiſſimus, naturâ benevolus, licèt auctoritatis causâ ſervandæ acer quibuſdam videbatur, & inclinatior ad amandum. Prima igitur cauſa [8] ſeditionis in eum concitandæ viliſſima fuit & levis.

6 *Mſ.* pondus giretur. 7 *Mſ.* præcipiebat. 8 *Mſ.* aut ſeditionis.

Simocat. lib. VIII. pag. 396. Πραισεντῖνος, ὁ τὰς τοῦ Πέτρου πεπιστευμένος φροντίδας, ὃν δομέστικον εἰώθασιν οἱ Ῥωμαῖοι ἀποκαλεῖν. Et de Romani, deque Remigii Domeſticis Ammian. lib. XXVIII. & XXX. Sic *conſortium & ſchola Domeſticorum*, Ammian. lib. XXV. & XXVIII. L. 38. de Decurionib. L. unic. de Præpoſ. labor. alibique in Cod. Theodoſ. & Juſtinian. locis permultis. *Lindenbr.*

q *Fortis eſſet & fidus.*] Formula ſolennis, qua alloqui milites ſoliti ſunt Impp. inf. lib. XX. in oratione Juliani: *Propugnatores mei Reique publicæ fortes & fidi.* Unde in Nummis veteribus, qui haſce allocutiones exhibent, hæc verba leguntur, FIDES MILITUM, vel FIDES EXERCIT. In vett. Inſcriptionib. LEGIONES PIAE FIDELES. Trajanus Imp. in fragmento Mandati apud Ulpian. lib. 45. ad Edict. L. 1. ff. de teſtam. mil. *optimos fideliſſimoſque commilitones* appellat, * quemadmodum Conſtantius Imp. milites ſuos *Romanæ rei fidiſſimos defenſores* lib. XVII. Etiam Chriſtiani in ſuis ſupplicationibus ſic orabant: Fortis eſſet exercitus & fidus. * Tertull. Apolog. pag. 30. *Precantes ſumus ſemper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium ſecurum, domum tutam,* EXERCITUS FORTES, *Senatum fidelem, populum probum, orbem quietum.* * Prudentius in Martyr. Roman.

- - - numquam pro ſalute & maximis
Fortiſſimiſque Principis cohortibus
Aliter precabor, quàm FIDELE UT MILITENT.
Lindenbr.

r *Pondus expenderet ut ſuum.*] Sic primus edidit Gelenius, cùm Caſtellus excudi feciſſet hoc modo: *Pondus repeteret ut ſuum.* In Editione Rom. perinde atque in Mſ. Florentino [& in Colbertino] legitur, *pondus giretur.* in Regio modicum ſpatium inter has duas voces relictum: ut appareat legendum eſſe, ut edidi. *Valeſ.*

[ſ *Et Lutto, & Maudio Comites interempti ſunt.*] in Mſ. Cod. Colbert. licèt recenti, optimæ tamen notæ, quem exactiſſimè evolvi, *Mandio* legitur: quam veram eſſe lectionem & probam puto. Erant autem ambo hi Comites, ut Silvani Franci amici ac conſiliorum participes, ſic & ipſi natione Franci: ut vel eorum nomina docent. *Lutto* enim, vel *Hluto* præclarum ſignificat veteri lingua Francica, ſicuti ſcribit Hermoldus Nigellus in lib. I. de geſtis Ludovici Pii Imper. *Mancionem* autem Comitem ac conſobrinum Waifarii Aquitanorum Ducis, hominem utique Francum, & Mancionem alterum circa annum DCCCC. Epiſcopum Catalaunorum fuiſſe reperio: quæ Mancionis appellatio mihi videtur à Mandionis nomine non differre.] *Idem.*

Philoromum enim aurigam rapi præceptum, [t] ſequuta plebs omnis velut defenſura proprium pignus, terribili impetu Præfectum inceſſebat ut timidum: ſed ille ſtabilis & erectus immiſſis apparitoribus, correptos aliquot vexatóſque tormentis, nec ſtrepente ullo nec obſiſtente, inſulari pœna [9] multavit. Diebúſque paucis ſequutis cùm itidem plebs excita calore quo conſuevit, vini cauſando inopiam, ad [v] Septemzodium conveniſſet, celebrem locum, ubi operis ambitioſi [x] Nymphæum Marcus condidit Imperator: illuc de induſtria pergens Præfectus, [y] ab omni toga Apparitionéque rogabatur enixiùs, ne in multitudinem ſe arrogantem immitteret & minacem, ex commotione priſtina ſævientem: [z] [1] difficilíſque ad pavorem rectè tetendit, adeo ut eum obſequentium pars deſereret,

9 *Mſ.* mulctati ſunt. 1 *Mſ.* difficilis ad pavorem rectè.

t *Sequuta plebs omnis velut defenſura*] Populus nempe turbellas dare ſolitus, & contradicere jus dicenti, vel precibus inſtare, cùm ſeciùs quàm placeret, aliquis damnatus vel abſolutus eſſet. Joh. Chryſoſt. Hom. 3. de Dei natura, * pag. 364. Πρὸ δέκα τούτων ἐτῶν ἑάλωσαν ἐπὶ τυραννίδι τινές· εἶτα τῶν ἐν δυναστείᾳ τις ὄντων ὑπεύθυνος τοῖς ἐγκλήμασι φανεὶς, σπαρτίον ἐπὶ τοῦ στόματος λαβὼν ἐξήγετο τὴν ἐπὶ θανάτου ὁδόν. τότε δὴ πᾶσα ἡ πόλις ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον ἔτρεχε, καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἐργαστηρίων ἐξῆγε, καὶ κοινῇ πᾶς ὁ δῆμος ἀναδραμὼν ἐξήρπασε τῆς βασιλικῆς ὀργῆς τὸν καταδικασθέντα, καὶ οὐδεμίας ὄντα συγγνώμης. * *Cùm damnatus capite ad ſupplicium duceretur, populus motus miſericordiâ univerſus Prætorem adiit, & deprecandi communi opera efficere potuit, ut reus ille veniâ nullâ dignus liberaretur.* Ad quam infrenatam audaciam viri religioſi & ſacri interdum quoque proſiliebant, ut patet ex L. 6. C. de Epiſcop. audient. Itaque ſeverè legibus id vetare neceſſum fuit, L. 29. C. de appellat. L. 12. C. de pœnis. *Lind.*

v *Septizonium.*] In codice Regio [& Colbertino,] & in Editione Rom. legitur *Septemzodium.* Apud Capitolinum quoque in Severo, & apud Hieronymum in Chronico, *Septizodium* in MSſ. legi, Scaliger Salmaſiúſque teſtantur. Proinde verior ac melior mihi videtur hæc ſcriptura, quàm aut *Septenzonium*, ut edidit Caſtellus, aut *Septizonium*, ut Gelenius: quamquam haud ignarus ſum hæc confundi ſolere. Nam Beda in lib. de Emboliſmorum ratione, & in Ephemeride laterculum feriarum hebdomadæ Septizodium vocat, quod Græci ἑπτάζωνον dicunt, teſte Scaligero in lib. 3. Iſagogic. canonum. *Valeſ.*

x *Nymphæum Marcus condidit.*] Ex his verbis apparet Septemzodium vetus hîc intelligi, quod in 12. Urbis regione collocant Victor, aliíque. In eadem regione fuere & Thermæ Antoninianæ, quas fortaſſe hîc intelligit Marcellinus. Nolim id tamen pertinaciter affirmare, cùm ſciam Nymphæa à Thermis eſſe diverſa. Sunt enim propriè Nymphæa ædes Nymphis ſacratæ, marmorum varietate, & columnarum altitudine, ac pictis tabulis, aquarum denique copia ſpectabiles. Ita Libanius in Antiochico, pag. 372. Nymphæum Antiochiæ * cujus meminit Evagrius in lib. 3. cap. 12. * deſcribit. Νυμφαῖον ἱερὸν ἐξαιρόμενον, λίθων αὐγαῖς καὶ κιόνων χρόαις καὶ γραφῆς αἴγλῃ καὶ ναμάτων πλούτῳ πάντα ὀφθαλμὸν ἐπιστρέφον. Et Philoſtratus cap. 4. libri 8. de Nymphæo Puteolano: ἐκάθηντο, inquit, ἐς τὸ Νυμφαῖον, ἐν ᾧ πίθος λευκοῦ λίθου, ξυνέχων πηγὴν ὕδατος. Id eſt: *Sederunt in Nymphæo, in quo dolium erat ex lapide candido, fontem aquæ continens.* Aliam ejus nominis originem afferunt Zonaras & Cedrenus in Leonis Auguſti vita. Aiunt enim Nymphæum dici ædem publicam, ubi nuptias celebrarent, qui domos non ſatis capaces haberent: τὸ καλούμενον Νυμφαῖον, οἶκον εἰς τὸ τοὺς γάμους γίνεσθαι ἐν αὐτῷ χρηματίζοντα τῶν μὴ κεκτημένων οἴκους χωροῦντας πλῆθος ἐν ἑαυτοῖς, ait Zonaras. Potuerunt quidem Nymphæa huic rei inſervire. Sed tamen ab hoc uſu ita appellata eſſe, nec Zonaras nec Cedrenus umquam mihi perſuaſerint. Scio virum doctiſſimum in Notis ad Capitolinum in Gordianis, Nymphæa cepiſſe pro ſalientibus ſeu fontibus manu ſtructis, qui aquam ejaculantur in publicum, ſed ſine auctore. *Idem.* Aliquoties in Roma ſua hunc locum tetigit Nardinus, ante quem alii præteribant taciti; ſed nihil adfert, quod non Valeſianis cedat, aut ex iis tranſlatum videatur. *Gron.*

y *Ab omni toga Apparitioneque.*] Id eſt, ab omnibus Togatis & Apparitoribus. Togati autem hoc in loco dupliciter accipi poſſunt: vel pro Advocatis Præfecturæ Urbanæ: Advocati enim Togati frequenter appellantur, ut notum eſt; vel ſanè pro viris honoratis, qui officii causâ Præfectum Urbis proſequebantur. Sic Mamertinus in Panegyrico ad Julianum, de officio Conſulari loquens: *Miſſus*, inquit, *agmini Togatorum præire cœpit pedes, gradum moderans penè ad lictoris nutum & viatoris arbitrium.* De Apparitoribus ſeu Officialibus Præfecturæ Urbanæ conſulenda eſt Imperii Notitia. Hos obſequentes infrà vocat Marcellinus noſter his verbis: *Adeo ut eum obſequentium pars deſereret, licet in periculum feſtinantem abruptum.* & Salvianus in lib. 3. *Et hoc non ſummi ſolùm, ſed etiam infimi; non Judices ſolùm, ſed etiam Judicibus obſequentes.* Valeſ. De clientibus tamen potentiores deducentibus intelligit Ferrarius part. 1. lib. 1. rei veſtiariæ cap. 33. *Gron.*

z *Difficilíſque ad pavorem recti.*] Codex Florentinus teſte Lindenbrogio habet: *Difficilis ad pavorem rectè tetendit.* * Neque aliter Toloſanus, * [& Colbertinus.] Certè particula copulativa deeſt in omnibus exemplari-

licèt

licèt in periculum feſtinantem abruptum. Inſidens itaque vehiculo, cum ſpecioſa fiducia contuebatur acribus oculis tumultuantium undique cuneorum veluti ſerpentium vultus: perpeſſúſque multa dici probroſa, agnitum quemdam inter alios eminentem, vaſti corporis, rutilíque capilli, interrogavit an ipſe eſſet Petrus Valvomeres, ut audierat, cognomento: eúmque, cùm eſſe ſono reſpondiſſet objurgatorio, ut ſeditioſorum anteſignanum olim ſibi compertum, reclamantibus multis, poſt terga manibus vinctis ſuſpendi præcepit. Quo viſo ſublimi, tribuliúmque adjumentum nequidquam implorante, vulgus omne paullo antè confertum, per varia [a] urbis membra diffuſum ita evanuit, ut turbarum acerrimus concitor, [b] tamquam [c] in judiciali ſecreto [d] exaratis lateribus

bus, & à Gelenio primùm inſerta eſt, ad ſenſum, ut opinari datur, explendum. Sed commodiùs, ut arbitror, locus ita ſuppleri poteſt: *Sed ille difficilis ad pavorem, rectè retendit. Rectè* idem valet ac *rectà*. ut apud Apuleium in lib. 9. Mileſ. *Hortulanus inſcenſo me, concito gradu rectè feſtinat ad civitatem.* Valeſ. Mirum viro maximo, & tanto omnium interpolationum hoſti, hanc potuiſſe placere, cujus utique nulla in tot ſcriptis libris veſtigia; & quaſi non interdum ita loquantur veteres, ut nobis videantur nimium abrupti. *Gron.*

a *Urbis membra*] Inf. lib. XVI. *Urbis membra colluſtrans.* Lib. XX. *Cuncta oppidi membra compleverunt.* Prudent. contra Symmach. *Perque omnia membra urbis.* Sic *membra domus*, Vitruvius, Ulpianus, Apuleius. *Membra mœnium*, Ammian. lib. XX. Idem *membra Reipublicæ*, lib. XV. *membra Philoſophiæ*, lib. XVI. *Lindenbr.*

b *Tamquam in judiciali ſecreto.*] Secretum ſeu ſecretarium, locus eſt in quo ſedent Judices pro tribunali. Heſychius in Lexico σήκρητον συνέδριον reddit. Suidas in στήλη, ἔνθα, inquit, Ζήνων ἔκρινε τοὺς μετὰ Βασιλίσκου, καὶ σέκρετον τῶν τόπων ἐποίησε. Et in codice Canonum Eccleſiæ Africanæ cap. 97. Patres poſtulant ab Imperatoribus, ut Defenſoribus Eccleſiarum liceat ingredi Judicum ſecretaria: εἰς τὰ σήκρητα τῶν δικαστηρίων εἰσιέναι: quod quidem Honoratis tantùm licebat, ut notavimus ſuprà. Ab hoc Judicum ſæcularium more manaſſe videtur, ut ſecretaria in Eccleſiis haberent Epiſcopi ac Presbyteri, ubi audiendis ac dirimendis laïcorum negotiis vacabant. De quibus elegans eſt locus Severi Sulpicii in lib. 3. de vita Martini, quem hîc ponam: *Deinde ſecretarium ingreſſus* (*Martinus Epiſcop.*) *cùm ſolus, ut erat ei conſuetudo, reſideret. Hanc enim ſibi etiam in Eccleſia ſolitudinem permiſſa Clericis libertate præſtabat, cùm quidem in alio ſecretario Presbyteri ſederent, vel ſalutationibus vacantes, vel audiendis negotiis occupati, &c.* Nempe Martinus Miſſarum ſollemnia acturus cùm ad Eccleſiam venerat, amore ſolitudinis ſe in ſecretarium recipiebat, dimiſſis Clericis ac Presbyteris. Cúmque moris eſſet, ut populus, præſertímque Honorati, qui ad Miſſarum ſollemnia veniebant, Epiſcopum oſculo ſalutarent; ipſe ejuſmodi ſalutationum officiis Presbyteros delegaverat, ut Sacris mox celebrandis totus animum intenderet. De hoc autem more, ne quid ſine teſte affirmare dicamur, loquitur Ambroſius in Sermone 34. *Interrogo vos, qui in Quadrageſima prandetis, ſi non vobis rubor eſt cum exitis in publicum, ne quis vobis jejunus occurrat; aut ſi non cogitatis cùm ad Eccleſiam proceditis, quemadmodum pacem Epiſcopo porrigatis, ne fortè ipſo ſpiritu oſculi veſtri vos reprobet.* Et Salvianus in lib. 8. *Ipſam quodammodo Eccleſiæ ſalutationem idolo præſtiterunt.* * Denique Conſtantius in vitæ S. Germani libro 1. poſtquàm dixit, cum *ad Miſſarum ſollemnia agenda in Eccleſiam veniſſe*, ſubdit: *Præmiſſáque in populo ſalutatione ſollemni*, &c. * Inde locus in quo ſalutationibus audiendis vacabant Epiſcopi aut Presbyteri, ſalutatorium dicitur in Hiſt. tripartitæ lib. 9. cap. 30. Quem ἀσπαστικὸν οἶκον Græcè dixerat Theodoritus in lib. 5. cap. 17. Ita accipe ſalutatorium apud Gregorium Turon. lib. 2. hiſt. Franc. cap. 21. & lib. 6. cap. XI. Scio Scaligerum in lib. 2. Auſonian. Lectionum cap. 23. de ἀσπαστικῷ οἴκῳ aliter ſentire. Sed qui hæc legerit, is, ut opinor, ſententiam illius non magni faciet. Porrò ſalutatorium an à ſecretario diſtinctum fuerit, ignotum habeo. Certè ex loco illo Severi conſequi videtur, unum idémque fuiſſe. Ceterùm etſi ſecretariorum in Eccleſiis mos eſt antiquiſſimus; initio tamen non fuiſſe docet Epiſtola Patrum Concilii Antiocheni adverſus Paulum Samoſat. Antiochiæ Epiſcopum: βῆμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλὸν ἑαυτῷ κατασκευασάμενος, οὐχ ὡς Χριστοῦ μαθητὴς, σήκρητόν τε ὥσπερ οἱ τοῦ κόσμου ἄρχοντες ἔχων τε καὶ ὀνομάζων, apud Euſebium lib. 7. Id eſt: *Qui tribunal & ſublime ſolium ſibi non ut Chriſti diſcipulus conſtituit, & ſecretarium perinde ac ſæculi magiſtratus habet nominátque.* * Rufinus vertit: *In Eccleſia verò tribunal ſibi, multo altius quàm fuerat, exſtrui, & thronum in excelſioribus collocari jubet; ſecretarium quoque ſterni ac parari, ſicut Judicibus ſæculi ſolet.* * Quanto modeſtiùs Martinus, qui in ſecretario ſedens, numquam cathedrâ uſus eſt, teſte Severo in lib. cit. *Valeſ.*

c *In judiciali ſecreto*] Gloſſar. Nomicum: Σεκρέτον, δικαστήριον. * Philoſtr. lib 4. cap. 15. τὸν Ἀπολλώνιον ἤγαγεν ἐς τὸ ἀπόρρητον δικαστήριον, ἐν ᾧ περὶ τῶν μεγίστων ἡ ἀρχὴ αὕτη ἀφανῶς δικάζει. Idem lib. 2. cap. 9. pag. 342. τὸ ἀπόρρητον δικαστήριον, ἐν ᾧ τὰ μεγάλα καὶ ἐλέγχεται καὶ σιωπᾶται. * Theophylact. Simocat. lib. VIII. pag. 398. ὁ αὐτοκράτωρ ἀποτείνας τὸ βάδισμα, μεθίσταται τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένου σεκρέτου. In ſecreto enim Palatii Imp. Mauricius ſocero ſuo Germano

ad Picenum ejiceretur: ubi poſtea auſus [c] eripere virginis non obſcuræ pudorem, Patruini [2] Conſularis ſententiâ [f] ſupplicio eſt capitali addictus. Hoc adminiſtrante Leontio, [g] Liberius Chriſtianæ legis antiſtes, à Conſtantio [h] ad Comitatum mitti præceptus eſt, tamquam [3] Imperatoris juſſis & plurimorum [4] ſui conſortium decretis obſiſtens, in rè quam brevi textu percurram. Athanaſium Epiſcopùm eo tempore apud Alexandriam, ultra profeſſionem altiùs ſe efferentem, ſciſcitaríque conatum externa, ut prodidere rumores adſidui, cœtus in unum [5] quæſitus ejuſdem loci multorum ([i] ſynodus ut appellant) removit à ſacramento quod obtinebat. Dicebatur enim fatidicarum ſortium fidem, [k] quæve augurales portenderent alites, ſcientiſſimè callens, aliquoties prædixiſſe futura: ſuper his intendebantur ei alia quoque à propoſito legis abhorrentia, cui præſidebat. Hunc per ſubſcriptionem abjicere Sede Sacerdotali, paria ſentiens ceteris, jubente Principe, Liberius monitus; perſeverantur renite-

2 *Al.* Conſulari. 3 *al.* Imperatoris. 4 *Mſ.* ſuis 5 *Mſ.* quæſiti.

ſententiam pronunciarat: ἐδὲν ἢ δύτερον τὰ διὰ ξίφυς τεθνάναι. Vocatur etiam *ſecretarium* in Collat. Carthag. & L. 3. C. ubi Senator. vel Clariſ. L. 16. C. de accuſationib. * L. 1. C. Theod. de offic. Rector. Provinc. Donatus lib. 1. Æneid. ad illum verſum, *tum forib. Divæ.* Zonar. in Concilio Carth. can. 108. τὰ σήκρητα τῶν δικαστηρίων. σήκρητα δὲ τὰ κριτήρια τοῖς λατίνοις ὠνόμασαι. σεκέρνω γὰρ παρ' ἐκείνοις τὸ διακρίνω. *Secreta judiciorum. Eſt autem ſecretum Latinis exercendi judicii locus: nam ſecernere apud illos dijudicare ſignificat.* * Lindenbr.

d *Exaratis lateribus*] Prudent. περὶ στεφάνων in Eulaliam:

Non laceratio vulnifica,
Crate tenus nec arata cutis;
Flamma ſed undique lampadibus
In latera ſtomachumque furit.

Idem in Romanum.

- - - *ſponte nudas offerens*
Coſtas biſulcis exarandas ungulis. Idem.

e *Eripere virginis non obſcuræ pudorem, Patruini Conſularis ſententia ſupplicio ob id capitali addictus*] Hoc quidem ex jure antiquo, & ad præſcriptum Legis Juliæ, L. 6. ff. ad Leg. Jul. de adult. Recentiorum Impp. Conſtitutionibus variè id interpolatum. Si quis enim per vim puellam depudicaſſet jam alii pactam, ut adulter puniebatur, qui facinus perpetrarat: ſi verò ἀμνήστευτον, tum ducere eam licèt pauperrimam cogebatur. Quòd ſi verò nuptias illa ſtupratoris non optaret, naribus abſciſſis triente bonorum reus multabatur. At verò ſi ſolis blandimentis in fraudem pellecta, in venerem conſenſiſſet, aut ducebat eam, aut ſuarum facultatum partem dabat: ſin ſecus, verberatus & tonſus relegabatur. Zonar. & Balſam. in Canon. Apoſt. LXVII. Ecloga Baſilicõn lib. LX. Harmenop. lib. VI. Tit. VII. Non abſimile Græcorum ſcitum, ἢ γάμος, ἢ θάνατος, apud Aphthon. Sopatr. & Quintilian. in Controverſ. *Idem.*

f *Supplicio ob id capitali addictus.*] Neſcio quid in mente habuerit Lindenbrogius, cùm ad hunc locum notavit id ex jure antiquo, & ad præſcriptum legis Juliæ factum fuiſſe. Immo verò ſtupri pœna lege Julia capitalis non fuit, ut ſatis conſtat. Non ergo ex præſcripto legis Juliæ fecit Patruinus Conſularis Piceni, ſed Julianus, de quo ſic narrat Marcellinus noſter in lib. 16. *Aditus à parentibus virginis raptæ, eum qui violarat, convictum relegari decrevit.* Revera enim pœna legis Juliæ fuit relegatio, ut docuit V. Cl. B. Briſſonius in libro ad legem Juliam de adult. Quæ tamen pœna à ſequentibus Impp pro arbitrio aucta eſt. Unde ſubjicit Marcellinus in loco citato lib. 16. *Hiſque indigna pati querentibus, quòd non ſit morte multatus, &c.* Valeſ.

g *Liberius Chriſtianæ legis Antiſtes*] Vid. Theodoret Hiſtor. Eccleſ. lib. 2. cap. 16. Lucif. Calaritan. ad Conſtantium Imp. pro Athanaſio. *Lindenbr.*

h *Ad Comitatum mitti.*] Mediolanum ſcilicet, ubi tunc temporis agebat Conſtantius, teſte Sulpicio Severo in lib. 2. Hiſtoriæ ſacræ. *Valeſ.*

i *Synodus ut appellant, removit à ſacramento.*] Metaphora eſt ducta ab exauctoratione militari. Tribus autem in Synodis exauctoratus fuerat Athanaſius: primùm in Synodo Tyri habita, ſuperſtite adhuc Conſtantino Magno, Conſulatu Conſtantii & Albini, qui annus erat 335 Natalis Dominici: iterum in Concilio Antiochenſi, quod in Encæniis magnæ Eccleſiæ celebratum eſt, Marcellino & Probino Coſſ. anno Domini 341. Poſtremò in Synodo Mediolanenſi, quæ Mediolani coacta eſt præſente Conſtantio, anno Chriſti 355 Conſulatu Arbetionis & Lolliani. *Idem.*

k *Quæve augurales portenderent.*] Videtur id intellig quod narrat Sozomenus in lib. 4. hiſt. Eccl. cap. 9. & poſt eum Nicephorus in lib. 9. cap. 35. Athanaſium ſcilicet, cùm & futura multo antè proſpiceret, & imminentia pericula ſumma dexteritate vitaret, Arianis juxta atque Gentilibus magicarum artium ſuſpectum fuiſ

batur, [1] nec viſum hominem, nec auditum damnare, nefas ultimum ſæpe exclamans, apertè ſcilicet recalcitrans Imperatoris arbitrio. Id enim ille, Athanaſio ſemper infeſtus, licèt ſciret impletum, tamen [6][m] auctoritate quoque, qua potiores æternæ Urbis Epiſcopi, firmari deſiderio nitebatur ardenti: quo non impetrato, Liberius ægrè populi metu, qui ejus amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio potuit abſportari.

CAP. VIII. Et hæc quidem Romæ, ut oſtendit textus ſuperior, agebantur. Conſtantium verò exagitabant adſidui [7] nuntii, deploratas jam Gallias indicantes, nullo renitente ad internecionem Barbaris vaſtantibus univerſa: æſtuánſque diu qua vi propulſaret ærumnas, ipſe in Italia reſidens, ut cupiebat: (periculoſum enim exiſtimabat ſe in partem contrudere longè dimotam) reperit tandem conſilium rectum: & Julianum patruelem fratrem, haud ita dudum [n][o] ab Achaïco [8] tractu accitum, etiam tum palliatum, in ſocietatem imperii adſciſcere cogitabat. Id ubi urgente malorum impendentium mole confeſſus eſt proximis, ſuccumbere tot neceſſitatibus támque crebris unum ſe, quod numquam fecerat, apertè demonſtrans: illi in adſentationem nimiam eruditi [p] infatuabant hominem, nihil eſſe ita aſperum dictitantes, quod præpotens ejus virtus, fortunáque tam vicina ſideribus, non ſuperaret ex more. Addebántque, noxarum conſcientia ſtimulante complures, deinceps caveri debere Cæſaris nomen, replicantes geſta ſub Gallo. Queis adnitentibus obſtinatè, opponebat ſe ſola Regina, incertum migrationem ad longinqua perti-

6 *al.* auctoritate qua potiuntur. 7 *τὸ* nuncii *mſ. deeſt.* 8 *Mſ.* contractu.

Cúmque eum Alexandriam aliquando ingredientem Græci, qui tum fortè aderant, de quadam cornice quæ ſupra modum crocitabat, per ludibrium interrogaſſent ecquid prædiceret, craſtinum, inquit, diem vobis malè ceſſurum: quod perinde accidit. Nam craſtino allatæ ſunt Principis litteræ, quibus Gentiles qui illum diem feſtiſſimum erant habituri, templa deorum adire vetabantur. *Valeſ..*

l *Nec viſum hominem, nec auditum damnare nefas*] Ipſiſſima Liberii Epiſcopi verba ad Conſtantium Imp. adjecit Theodoret. Hiſtor. lib. 2. cap. 16. οὐ δὲ γὰρ οἷόν τε καταψηφίσασθαι ἀνδρὸς ὃν οὐκ ἐκρίναμεν. Quò etiam pertinent, quæ Lucifer Calaritanus pro Athanaſio ſcripſit. Sciebant illi non divina ſolùm lege, ſed etiam XII. Tab. vetitum, indictâ causâ quemquam occidere. Salvian. Maſſilienſ. lib. VIII. Baſil. Magn. Epiſt. LXX. pag. 318. κακοῦργος μηδ' οὐδεὶς ἄνευ ἐλέγχων καταδικάζεσθαι. Lactant. lib. v. cap. 1. *Sacrilegis, & proditoribus, & veneficis poteſtas defendendi ſui datur, nec prædamnari quemquam incognitâ causâ licet.* Lindenbr.

m *Auctoritate quoque qua potiores Rom. urbis Epiſcopi.*] Meliùs meo quidem judicio Regius codex ſic habet, *auctoritate quoque potiore, &c.* Atque ita ferè Romana Editio, * & Toloſ. codex, * [ac Colbert.] niſi quòd *potiores* ſcriptum habet. Ceterùm hic locus notabilis eſt de auctoritate Pontificis Rom. vel maximè ob teſtimonium hominis ethnici. *Valeſ.*

n *Ab Achaia contractum accitu*] Mſ. *contractu accitu.* ἴσ. *ab Achaïco tractu accitum*: idque verum putamus. *Lindenbr.*

o *Julianum ab Achaïa contractum accitu.*] In Regio codice [& in Colbertino] reperi, *contractu accitum*: quare amplexus ſum emendationem Lindenbrogii, qui in Notis monuerat legendum ſibi videri, *ab Achaico tractu accitum.* Julianus ipſe in Orat. 3. ad Euſebiam Aug. ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος evocatum ſe eſſe teſtatur, id eſt, ex Achaïa. Zoſimus in lib. 3. & Libanius in Oratione Conſulari ex ipſa urbe Athenis accitum eſſe memorant: quod confirmat Eunapius in Maximo, & Julianus ipſe in Epiſt. ad ordinem & populum Athenienſem; ubi ſe Athenis diſcedentem ubertim fleſſe, ac præ diſceſſu mortem optaviſſe dicit. Addit Libanius in Oratione funebri, pag. 268. ſanguinem ei quoque ex naribus effluxiſſe præ metu ac pavore. *Valeſ.*

p *Infatuabant hominem.*] Verbo uſus eſt admodum proprio. Revera enim nihil tam infatuat Principes quàm adulatio. Nam cùm præcipua pars ſapientiæ ſit ſeipſum noſſe, adulator maximè id agit mendaciis & aſſentationibus ſuis, ne nos ipſi noſſe poſſimus. * Rectè Parme-

meſcens, an pro nativa prudentia conſulens in commune, omnibúſque memorans anteponi debere propinquum. Poſt [9] multáque per deliberationes ambiguas actitata, ſtetit fixa ſententia: abjectíſque diſputationibus irritis, ad imperium placuit Julianum adſumere. Cùm veniſſet accitus prædicto die, advocato omni quod aderat commilitio, [q] tribunali ad altiorem ſuggeſtum erecto, quod aquilæ circumdederunt & ſigna, [r] Auguſtus [1] inſcendens, eúmque manu retinens dextera, hæc ſermone placido peroravit: *Adſiſtimus apud vos, optimi Reipublicæ defenſores, cauſæ communi uno penè omnium ſpiritu vindicandæ, quam acturus, tamquam apud æquos judices, ſuccinctiùs edocebo. Poſt interitum rebellium tyrannorum, quos ad hæc tentanda quæ moverunt, rabies egit & furor: velut impiis eorum manibus Romano ſanguine parentantes, [2] perſultant Barbari Gallias rupta limitum pace; hac animati fiducia, quòd nos per disjunctiſſimas terras arduæ neceſſitates adſtringunt. Huic igitur malo ultra adpoſita jam [3] proſerpenti, ſi dum patitur tempus, occurrerit noſtri veſtríque conſulti ſuffragium, & colla ſuperbarum gentium [4] detumeſcent,*

9 *Mſ.* multa quæ. 1 *Mſ.* inſiginens. 2 Mſ. *perſultant.* 3 Mſ. *proſerpentis.* 4 al. *detumeſcet.*

---

no in Eunucho actu 2. ſcena 2. *Scitum hercle hominem! Hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit.* Et Hieronymus in Epiſtola ad Ruſticum Monachum: *Ne credas* (ait) *laudatoribus tuis, immo irriſoribus: qui cùm te adulationibus foverint, & quodammodo impotem mentis effecerint, &c.* Eleganter Johannes Chryſoſtomus in Matthæum Homiliâ LXXXVIII. de adulatoribus loquens, eos magis fugiendos eſſe ait, quàm vituperatores: ἐκεῖνοι δὲ τὸν τῦφον ἡμῶν ἐπαίρουσιν, ἀλαζονείας καὶ κενοδοξίας καὶ βλακείας ἡμᾶς πληροῦσι, καὶ μαλακωτέραν ἡμῶν ἐργάζονται τὴν ψυχήν. * Proinde adverſus adulationes unicum remedium eſt, quod ait Seneca in Ep. 59. eis nihil credere. *Idem,* inquit, *nos faciamus; cùm pro ſua quemque portione adulatio infatuat: dicamus. Vos quidem dicitis, me prudentem eſſe. Ego verò video, quàm multa inutilia concupiſcam, &c.* Eodem verbo utitur Hirtius lib. 5. de bello Africo. *Quid tu,* inquit, *miles tiro, tam feroculus es? vos quoque iſte verbis infatuavit?* Sed & Cicero id verbum ita uſurpat in Orat. pro Flacco, & in Philipp. 3. Rectè itaque Sulpicius Severus adulantium verba fatua appellat in lib. 3. de vita Martini. *Quis enim noſtrum eſt,* inquit, *quem ſi unus homunculus vilis ſalutaverit, aut fatuis atque adulantibus verbis femina una laudaverit, non continuò elatus ſit in ſuperbiam? &c.* Valeſ.

q *Tribunali ad altiorem ſuggeſtum erecto, quod aquilæ circumdederunt & ſigna*] Mos hic Impp. Romanorum, cùm vel armatos pro concione alloqui, vel legatos exterarum gentium audire vellent, tribunal ſignis & aquilis circumdare, quò auguſtior eorum majeſtas appareret: quod ex Livio, Tacito, aliiſque Hiſtoricis notum. Ammian. lib. XVII. *Conſtantius jam metuente ſublimior, militarique conſenſu ſecundò Sarmaticus appellatus ex vocabulo ſubactorum; jamque diſceſſurus convocatis cohortibus, & centuriis, & manipulis omnibus, tribunal inſiſtens, ſigniſque ambitus & aquilis, & agmine multiplicium poteſtatum, his exercitum allocutus eſt, ore omnium favorabilis, ut ſolebat.* * Lib. XX. p. 243. *Tribunal aſcendit ſignis aquiliſque circumdatus & vexillis, ſeptuſque totis armatorum cohortium globis.* * Hujus moris inſignis exſtat locus apud Johannem Conſtantinopolitanum in Eclogis legationum ex Dexippo, pag. 3. ubi Aurelianus Imp. Juthungorum Oratores ad ſe admittere volens, hoc modo tribunal præſtruxit: Διέταττε τοὺς στρατιώτας ὡς ἐς μάχην, ἐκπλήξεως ἕνεκα τῶν ἐναντίων. ἐπεὶ δὲ καλῶς εἶχεν αὐτῷ ἡ διακόσμησις, ἐπὶ ὑψηλοῦ βήματος μετέωρος βεβήκει, καὶ ἁλουργίδα ἀμπέχων, τὴν πᾶσαν τάξιν ἐποιήσατο ἀμφ' αὐτὸν μηνοειδῆ. παρεστήσατο δὲ καὶ τῶν ἐν τέλει, ὅσοι ἀρχάς τινας ἐπιτετραμμένοι, σύμπαντες ἀφ' ἵππων. κατόπιν δὲ βασιλέως τὰ σήματα ἦν τῆς ἐπιλέκτου στρατιᾶς. τὰ δὲ εἰσιν αἰετοὶ χρυσοῖ, καὶ εἰκόνες βασίλειοι, καὶ στρατοπέδων κατάλογοι, γράμμασι χρυσοῖς δηλούμενοι. ἃ δὴ σύμπαντα ἀνατεταμένα προὐφαίνετο, ἐπὶ ξυστῶν ἠργυρωμένων. ἐπὶ δὲ τούτοις ὧδε διακοσμηθεῖσιν, Ἰουθούγγους ἠξίου. *Lindenbr.*

r *Auguſtus inſcendens, eúmque manu retinens.*] Sic primus hunc locum edidit Gelenius. In Editione Rom. legebatur, *Auguſtus inſigmenſiúmque manu, &c.* [In Mſ. Colbertino, *Auguſtus inſiginens, eúmque manu retinens dextera, &c.*] At in codice Regio ita ſcriptum reperi: *Auguſtus inſignens emque manu retinens dextra.* Mendosè. Sed amplector emendationem Gelenii: tantùm mallem legere, *Auguſtus inſiſtens,* ut loqui ſolet Marcellinus. Sic in lib. 14. *Tribunali adſiſtens.* Et in lib. 21. *Saxeo ſuggeſtu inſiſtens.* Et iterum in eodem libro: *Tribunali celſo ſiſtens.* Denique in lib. 23. *Ipſe aggere glebali adſiſtens.* [Vel legendum, *inſiliens,* quod ad *inſiginens* magis accedit.] *Valeſ.* Apparet pro fortuna dierum τῷ πάνυ varia veniſſe in mentem, quum ſibi conſcius eſſet occultari etiamnum aliquid. Plana ſunt autem veſti-


D N. FL. CL. IVLIANVS P. F. AVG.

& Imperii fines erunt intacti. [s] *Reſtat ut rerum ſpem, quam gero, ſecundo roboretis effectu. Julianum hunc fratrem meum patruelem, ut noſtis, verecundiâ, quâ nobis ita ut neceſſitudine carus eſt, rectè ſpectatum, jámque elucentis induſtriæ juvenem, in Cæſaris adhibere poteſtatem exopto, cœptis, ſi videntur utilia,* [t] *etiam veſtra conſenſione firmandis.* Dicere ſuper his plura conantem interpellans concio leniùs prohibebat arbitrium ſummi [5] numinis id eſſe, non mentis humanæ, velut præſcia venturi prædicans. Stánſque Imperator immobilis, dum ſilerent, reſidua fidentiùs explicavit: *Quia igitur veſtrum quoque favorem adeſſe fremitus indicat lætus, adoleſcens vigoris tranquilli, cujus temperati mores imitandi ſunt potiùs quàm prædicandi,* [v] *ad honorem* [6] *proſperatum exſurgat: cujus præclaram indolem bonis artibus inſtitutam hoc ipſo plenè videor expoſuiſſe, quòd elegi.* [7] *Ergo eum præſente nutu Dei cæleſtis amictu Principali velabo.* Dixit: móxque indutum avitâ purpurâ Julianum, & Cæſarem cum exercitus gaudio declaratum, his alloquitur contractiore vultu ſubmœſtum: *Recepiſti primævus originis tuæ ſplendidum florem, amantiſſime mihi omnium frater: aucta gloria mea confiteor, qui juſtus in deferenda ſuperiori poteſtate nobilitati mihi propinquæ, quam ipſa poteſtate videor eſſe ſublimis. Adeſto igitur laborum periculorúmque particeps, & tutelam miniſterii ſuſcipe Galliarum, omni beneficentia partes levaturus adflictas: & ſi hoſtibus congredi ſit neceſſe, fixo gradu conſiſte inter ſigniferos ipſos, audendi in tempore conſideratus hortator, pugnantes accendens præeundo cautiſſimè, turbatóſque ſubſidiis fulciens, modeſtè increpans deſides, veriſſimus teſtis adfuturus induſtriis & ignavis. Proinde urgente rei magnitudine, perge vir fortis, ducturus viros itidem fortes. Aderimus vobis viciſſim amoris robuſtâ conſtantiâ, militabimus ſimul, unà orbem pacatum, Deus modò velit quod oramus, pari moderatione pietatéque recturi.* [x] *Mecum ubi-*

5 *al.* Jovis. 6 Mſ. *prope ſperatum.* al. *properatum.* 7. *Ego* mſ.

---

gia veræ lectionis in omnibus codicibus, ſi modo recognoſcas. Eam eſſe opinor *Auguſtus, inſigne enſemque manu retinens dextra.* Id inſigne quid fuerit, mox interpretatur, *Indutum avita purpura Julianum.* Illam enim in promptu habebat & manu dextra retinebat poſt finita verba injecturus Juliano. *Gron.*

ſ *Reſtat ut rerum ſpem quam Gero.*] Codex Regius habet: *Reſtat ut veſtram ſpem, &c.* In Editione Romana ſcriptum erat, *reſtiturum*, [in Colbertino *reſtituiturum.*] Primúſque Gelenius vulgatam lectionem ex conjectura, ut videtur, reſtituit. *Valeſ.*

t *Etiam veſtra conceſſione firmandis.*] Legendum arbitror, *veſtra conſenſione.* Idem.

[v *Ad honorem proſperatum exſurgat.*] Heic mendam ſubeſſe nemo non videt. Quid eſt enim honor proſperatus, aut quis umquam ita locutus eſt? In codice Colbertino lego: *Ad honorem propè ſperatum exſurgat.* Unde conjicio ſcribendum eſſe: *Ad honorem propè deſperatum exſurgat*, id eſt, vix aut numquam ſibi ſperatum: aut certè, *ad honorem properatum*: quia Julianus adhuc erat juvenis, & tantæ dignitati pæne immaturus, natus annos 24. *Idem.* In his nihil adfertur ab viro ſummo, quod non in Lindenbrogii variis lectionibus exſtet. Nec difficile foret lepidiora formare. Sed quis negavit aut negabit Ammianum non ita interdum loqui, ut non alius unquam locutus fuit. *Gron.*

x *Mecum ubique videberis præſens.*] Hæc idcirco dici videntur, quia Cæſarum imagines unà cum imaginibus Auguſtorum, tum in ſignis militaribus, tum per civitates & oppida poni mos erat. In reſcriptis etiam ac legibus, Cæſaris nomen ſimul cum Auguſti nomine apponebatur, ut apparet in Codice Theodoſiano. [Annon potiùs hæc quomodo accipienda ſint, explicat Ammia-

que videberis præſens, & ego tibi quodcumque acturo non deero. [y] *Ad ſummam i, i, propera ſociis omnium votis, velut aſſignatam tibi ab ipſa Rep. ſtationem cura pervigili defenſurus.* Nemo poſt hæc finita reticuit: ſed militares omnes horrendo fragore ſcuta genibus illidentes, (quod eſt proſperitatis indicium plenum: nam contrà cum haſtis clypei feriuntur, iræ documentum eſt & doloris) immane quo quantóque gaudio præter paucos Auguſti probavere judicium: Cæſarémque admiratione digna ſuſcipiebant, Imperatorii muricis fulgore flagrantem. Cujus [z] oculos cum venuſtate terribiles, vultúmque excitatiùs gratum, diu multúmque contuentes, qui futurus ſit colligebant, [a] velut ſcrutatis veteribus libris, quorum lectio per corporum ſigna pandit animarum interna. Eúmque ut potiori reverentia ſervaretur, nec ſupra modum laudabant, nec infrà quàm decebat: atque ideo cenſorum voces ſunt æſtimatæ, non militum. Suſceptus denique ad conſeſſum vehiculi, receptúſque in regiam, hunc verſum ex Homerico carmine ſuſurrabat:

Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

nus ipſe in fine libri XVI. quum ait, Imper. Conſtantium *ſuopte ingenio nimium* & adulationibus corruptum, *quidquid per omnem terræ ambitum agebatur, felicibus ſuis auſpiciis adſignavisse*: & cùm Mediolani moraretur in Italia, edictis propoſitis, aut litteris laureatis in provincias miſſis, nonnumquam falsò ſcripſiſſe, *ſe ſolum in Gallia* *pugnâſſe & viciſſe*, *& ſupplices Reges Gentium erexiſſe*; ſe apud Argentoratum aciem inſtruxiſſe, *ſtetiſſe inter ſigniferos, & Barbaros fugaſſe præcipites, ac ſibi oblatum eſſe Chnodomarium Regem*; & in pugna adverſus Perſas, *ſe inter primores verſatum* fortiter feciſſe.] *Valeſ.*

y *Ad ſumma mihi propera.*] Longè meliùs meo quidem judicio legeretur: *Ad ſummam i, i, propera.* Certè in Editione Auguſtana legitur, *Ad ſummam*, & in codice Regio. Sic autem loquitur Marcellinus in lib. 23. *Ad ſummam polliceor univerſis, &c.* Et ne quis parum Latinè dictum putet, Horatius lib. 1. Epiſt. [Juvenalis Sat. 3. ac Petronius] Apuleius 3. Florid. Ambroſius in Epiſt. 22. aliíque ſic loquuntur. *Idem.*

z *Oculos cum venuſtate terribiles.*] De eodem Juliano lib. XXV. *Venuſtate oculorum micantium flagrans.* De hiſce verò corporis ſignis longè diverſum judicium Gregor. Nazianz. Orat. 2. in Julian. pag. 106. οὐδὲν ἐδόκει μοι σημεῖον εἶναι χρηστὸν, αὐχὴν ἀσταγὴς, ὦμοι παλλόμενοι καὶ ἀνασηκούμενοι, ὀφθαλμὸς σοβούμενος καὶ περιφερόμενος, καὶ μανικὸν βλέπων, &c. *Lindenbr.*

a *Velut ſcrutatis veteribus libris.*] Phyſiognomonicos intelligit libros. Nam ut nihil incognitum relinquerent priſci illi ſapientes, etiam hujus artis, ſi tamen ars dicenda eſt, non vanæ ludibrium hariolationis, præcepta tradere conati ſunt. * Georg. Δικαιοφύλαξ τοῦ παχυμέρους, in Epitome Ariſtot. Logic. Prior. Analytic. cap. 19. p. 37. τὸ φυσιογνωμονεῖν γίνεται, ὅταν ἀπό τινος σωματικοῦ ψυχῆς σημείου ἰδίωμα χαρακτηρίζομεν· οἷον, σκληροὶ τὴν γνώμην οἱ πλατυώνυχες, πονηροὶ οἱ συνόφρυες, εὐφυεῖς οἱ εὐρυμέτωποι. *Mores naturamque cognoſcimus, quando ab aliquo corporeo ſigno animæ proprietatem formamus, ut ungues lati pinguem Minervam indicant: & mali ſunt, quibus ſupercilia junguntur: bonæ indolis, qui frontem latam habent.* * Quæ licèt ſæpe fallant, conſtat tamen non raró ſigna rebus ipſis examuſſim convenire. Sanè de Socrate ex habitu corporis quale judicium olim factum, ex Cicerone ſcimus de Fato: *Quid? Socratem nonne legimus quemadmodum notavit Zopyrus phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores naturaſque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere? Stupidum eſſe Socratem dixit, & bardum, quòd jugula concava non haberet, obſtructas eas partes & obturatas dicebat. Addidit etiam mulieroſum: in quo Alcibiades cachinnum dicitur ſuſtuliſſe.* Et Martial. cùm in Zoïlum ſcriberet lib. XII. Epigram. LIV.

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luſcus,
Rem magnam præſtas, Zoïle, ſi bonus es.

Nihil aliud quàm phyſiognomica ſigna poſuit, qualia etiamnunc vulgò jactari ſolent in ahenobarbos, luſcos, alióve corporis vitio inſignitos. Quare Pythagoras in explorandis diſcipulorum ingeniis, hæc quoque inprimis obſervabat: τοῖς τε τῆς φύσεως γνωρίσμασι φυσιογνωμονῶν αὐτοὺς, σημεῖα τὰ φανερὰ ἐποιεῖτο τῶν ἀφανῶν ἠθῶν ἐν τῇ ψυχῇ. Vide Philoſtr. p. 89. Ritterſh. ad Malchum de vita Pythag. p. 10. verſ. 5. * Jamblich. de vita Pythag. c. 17. Id quod Indi ſapientes in uxoribus ducendis factitarunt: αἱ γὰρ δὴ ὄψεις αἱ χρησταὶ ἔχοιεν ἄν τι πλεῖστον τοῦ κάλλους τῆς ψυχῆς. Nicoſtratus apud Stob. Serm. CLXXXIX. Hoc genus argumenti apud Græcos curatè tractarunt Zopyrus, Loxus, Polæmon, ut Origen. * lib. 1. pag. 26. * contra Celſum teſtatur. Neque id Latinis intentatum fuiſſe, indicat fragmentum Trogi Pomp. Auctoris graviſſimi, apud Plinium lib. XI. cap. LII. At nunc præter Ariſtotelis, Polæmonis, & Adamantii Sophiſtæ φυσιογνωμονικὰ, nihil ad manus noſtras pervenit: quibus tamen curioſus quiſque ſatis ſuperque ſitim exſtinguere poterit.

Homerico carmine.] Iliad. v. *Idem.*

[b] Hæc die octavo Iduum Novemb. geſta ſunt, [c] cùm Arbetionem Conſulem annus haberet & Lollianum. Deinde diebus paucis, Helena virgine Conſtantii ſorore eidem Cæſari jugali fœdere copulata, paratíſque univerſis, quæ maturitas proficiſcendi poſcebat, [d] comitatu parvo ſuſcepto, Kal. Decembribus egreſſus eſt: deductúſque ab Auguſto [e] [f] aduſque locum duabus columnis inſignem, qui Laumellum interjacet & Ticinum, itineribus rectis Taurinos pervenit: ubi nuntio percellitur gravi, qui nuper in comitatum Auguſti perlatus, de induſtria ſilebatur, ne parata diffluerent. Indicabat autem [g] Coloniam Agrippinam, ampli nominis urbem in ſecunda Germania, pertinaci Barbarorum obſidione reſeratam magnis viribus & deletam. Quo mærore perculſus, velut primo adventantium malorum auſpicio, murmurans querulis vocibus ſæpe audiebatur, nihil ſe plus adſecutum, quàm ut occupatior interiret. Cúmque Viennam veniſſet, ingredientem optatum quidem & [7] impetrabilem honorificè ſuſceptura omnis ætas concurrebat & dignitas: procúlque viſum plebs univerſa cum vicinitate finitima, Imperatorem clementem appellans & fauſtum, prævia conſonis laudibus celebrabat, avidiùs pompam regiam in Principe legitimo cernens: communiúmque remedium ærumnarum in ejus locabat adventu, ſalutarem quemdam Genium adfulſiſſe [8] conclamatis negotiis arbitrata. Tunc anus quædam orba luminibus, cúm percontando quinam eſſet ingreſſus, Julianum Cæſarem comperiſſet, exclamavit, hunc deorum templa reparaturum.

CAP. IX. Proinde, quoniam (ut Mantuanus vates prædixit excelſus) majus opus moveo, majórque mihi rerum naſcitur ordo, Galliarum tractus

7 *Mſ.* imperabilem. *al.* Imperatorem. 8 *al.* conclamans nec ſecius arbitrata.

b *Hæc die octavo Id. Novemb.*] Conſentit Idatius in Faſtis, & Socrates in lib. 2. cap. 27. τῇ ἕκτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, quod idem eſt. Malè in Faſtis Siculis legitur, πρὸ ἡ ἰδῶν ὀκτωβρίων, cùm νοεμβρίων legi debeat. Porrò id geſtum eſſe Mediolani docet Hieronymus in Chronico: *Anno Domini 355. Julianus frater Galli Mediolani Cæſar appellatur.* Quod ex præcedenti Marcellini narratione, & ex Sulpicio Severo ſatis colligitur. *Valeſ.*

c *Cùm Arbetionem Conſulem ann. hab. & Lollianum.*] Socrates: ὑπατεία Ἀρβιτίωνος καὶ Λολλιανοῦ. Arbitionem quoque eum appellat Zoſimus. Neque aliter præferunt hoc in loco codex Regius [& Colbertinus,] & Editio Romana. Apud Athanaſium tamen in Epiſtola ad Solitarios Arbæthio perſcribitur, pag. 868. τοῖς μετὰ τὴν ὑπατείαν Ἀρβαιθίωνος καὶ Λολλιανοῦ ἀποδειχθησομένοις ὑπάτοις. Idem in Apologia 2. Epiſcopum quemdam ejuſdem nominis memorat Arbethionem. *Idem.*

d *Comitatu parvo ſuſcepto.*]. Trecentis ac ſexaginta militibus, ut docet Zoſimus in lib. 3. Quod etiam confirmat Libanius in Oratione Conſulari ad Julianum: ὁρμηθεὶς τοίνυν ἐξ Ἰταλίας σὺν ὁπλίταις ἐλάττοσιν ἢ τετρακοσίοις ἐν ἀκμῇ τοῦ χειμῶνος. Id eſt: *Profectus ex Italia cum militibus minus quàm quadringentis hieme adulta.* Idem in Oratione funebri in laudem Juliani, trecentos tantùm ponit, eóſque nullius pretii Juliano datos. Sed numerum à Zoſimo memoratum firmat Julianus ipſe in Epiſtola ad curiam & populum Athenienſem. *Idem.*

e *Aduſque locum duabus columnis inſignem, qui Laumellum interjacet & Ticinum.*] Nulla hujus loci indicia in vett. Itinerariis. Nam & Antoninus Aug. & Tabula antiqua ſic tantùm habent, *Ticinum, Laumellum, Cottias.* Lindenbr.

f *Aduſque locum qui Laumellum interiacet.*] Videtur intelligi mutatio, quæ Duriæ à duobus ejus nominis fluviis dicebatur. Nam in Itinerario Burdegalenſi legitur: *Manſio Laumello millia* x. *mutatio Duriis m.* IX. *Civitas Ticino m.* XII. Valeſ. Nollem ab viro doctiſſimo ita palam deſcribi Cluverium & hujus conjecturam ita inverecunde ſine ulla mentione ad ipſum raptam. Videſis Cluverium in Italiæ deſcriptione pag. 235. *Gron.*

g *Coloniam Agrippinam ampli nominis urbem.*] Zoſim.

& ſitum oſtendere puto nunc tempeſtivum, ne inter procinctus [9] ardentes prœliorúmque varios caſus ignota quibuſdam expediens, imitari videar deſides nauticos, adtrita lintea cum rudentibus, quæ licuit parari ſecuriùs, inter fluctus reſarcire coactos & tempeſtates. [h] Ambigentes ſuper origine prima Gallorum Scriptores veteres notitiam reliquere negotii ſemiplenam: ſed poſtea [i] [k] Timagenes & diligentiâ Græcus & linguâ, hæc quæ diu ſunt ignorata, collegit ex multiplicibus libris: cujus fidem ſecuti obſcuritate dimota, eadem diſtinctè docebimus & apertè. [l] Aborigines primos in his regionibus quidam viſos eſſe firmarunt, [m] [n] Celtas nomine Regis amabilis, & matris ejus vocabulo Galatas

9 *Al.* urgentes.

---

lib. 1. Ἀγριππῖναν πόλιν ἐπικειμένην τῷ Ῥήνῳ μεγίστην. *Lindenbr.*

h *Ambigentes ſuper origine prima Gallorum.*] Conferenda cum hac Galliarum deſcriptione, quæ multo copioſiùs tractarunt Strabo lib. IV. Cæſar, Plinius, Paul. Oroſius, Aimoinus. *Idem.*

i *Timagenes.*] Suid. Τιμαγένης ἱστορικὸς, περίπλουν πάσης θαλάσσης ἐν βιβλίοις ε'. Ejus ſæpe auctoritate utuntur Plinius in Hiſtor. Plutarch. & alii. *Idem.*

k *Timagenes.* Alexandrinus Rhetor, Regii nummularii filius. Hic captus à Gabinio, Romam perductus eſt. Ex captivo deinde coquus, ex coquo lecticarius, ex lecticario denique uſque ad amicitiam Auguſti felix, uſque eò utramque fortunam contempſit, ut cùm illi multis de cauſis iratus Cæſar interdixiſſet domo, combureret hiſtorias rerum ab illo geſtarum: ut ſcribit Seneca lib. X. Controverſ. 5. Idem poſtea in contubernio Aſinii Pollionis conſenuit, à tota civitate dilectus, teſte altero Seneca in lib. 3. de Ira. De hoc Quintiliani judicium eſt in lib. 2. *Longo pòſt intervallo natus Timagenes, vel hoc eſt ipſo probabilis, quòd intermiſſam hiſtorias ſcribendi induſtriam nova laude reparavit.* Laudatur à Q. Curtio in lib. 9. & à Joſepho in lib. 2. contra Apionem. Horatius in Epiſt. 3. ad Mæcenatem, urbanum & diſertum appellat. De eo Suidas in Τιμαγένης accuratè ſcribit. *Valeſ.*

l *Aborigines primos.*] Aborigines hîc ſunt indigenæ, quemadmodum in veteribus Gloſſis legitur: *Aborigines* αὐτόχθονες. Sic etiam Aborigines eos qui primi Romam habuiſſe dicuntur, quidam ideo ſic appellatos eſſe ſcribunt, quòd eſſent indigenæ, ut ait Dionyſius Halic. lib. 1. καὶ τὴν ὀνομασίαν αὐτοῖς τὴν πρώτην φασὶ τεθῆναι διὰ τὸ γενέσεως τοῖς μεθ' αὐτοὺς ἄρξαι, ὥσπερ ἂν ἡμεῖς εἴποιμεν γενάρχας ἢ πρωτογόνους. Propriè tamen Aborigines ſunt, qui ab origine ſeu patriis ſedibus profecti, exteras regiones occupaverunt, ſicut indicat Feſtus Pompejus. Et ita loquitur Tertullianus in lib. de Anima, his verbis: *Invenimus autem apud commentarios etiam humanarum antiquitatum, humanum genus paullatim exuberaſſe, dum aborigines, vel vagi, vel extorres, vel glorioſi quique occupant terras, ut Scythæ Parthicas, ut Athenienſes Aſiam, ut Phryges Italiam, ut Phœnices Africam: dum ſollemnes etiam emigrationes, quas* ἀποικίας *appellant, conſilio exonerandæ popularitatis in alios fines examina gentis eructant. Nam & origines nunc in ſuis ſedibus permanent, & alibi ampliùs gentilitatem feneraverunt.* Locum integrum adſcripſi, prout ex Agobardi codice legi debet. Aborigines Tertullianus vocat eos, qui è ſedibus ſuis migrant. Eos autem aut vagando terras occupare dicit, quò referendi ſunt Phryges: aut extorres, id eſt, pulſos patriâ; quales fuere Scythæ, qui Parthos condidere, ut ad lib. 31. dicam; atque Phœnices à Jeſu filio Nave expulſi teſte Procopio: aut denique glorioſos, ut Athenienſes, qui Imperii propagandi ſtudio Aſiam frequentarunt coloniis. Expunximus autem illa verba, quæ in omnibus Editionibus habentur, *Ut Amyclæi Peloponeſum*, quæ ſunt certè ineptiſſima. Neque enim Amyclæi Peloponneſum occuparunt umquam. Nec veriùs eſt, quod ex veſtigiis codicum Rhenani ſubſtituunt viri doctiſſimi: *Ut Temenidæ Peloponneſum.* Nam Temenidæ Peloponneſum minimè occuparunt, ſed Heraclidæ ducibus Temeno ac Creſphonte & Ariſtodemo. In illis verò poſtremis verbis: *Nam & origines, &c.* Aſſentior viro Cl. doctiſſimóque Nic. Rigaltio, qui *origines* rectè dici ipſos, ex quibus profecti ſunt, conditores adnotavit. Sic enim Latini vocabant, ut Salluſtius in bello Jugurthino: *Urbes in ora maritima condidère. Hæque brevì multùm auctæ, pars originibus ſuis præſidio, aliæ decori fuère.* Livius in lib. 26. *Albam unde oriundi erant, à fundamentis proruerunt, ne ſtirpis, ne memoria originum ſuarum exſtaret.* Et in lib. 38. *Ilienſibus Rhœteum & Gergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita, quàm originum memoriâ.* [Aborigines eadem qua origines ſignificatione nonnumquam uſurpari à veteribus doctíſque Scriptoribus obſervo. Certè Plinius in lib. IV. cap. XXIII. *Tyrios* vocat *aborigines Gaditanorum*, id eſt, auctores generis eorum. Verba Plinii ſunt: *Erythræa dicta eſt*, (inſula Gadis) *quoniam Tyrii ab origine eorum orti ab Erythræo mari ferebantur.* Quæ verba ita emendanda puto: *Erythia dicta eſt, quoniam Tyrii aborigines eorum, orti ab Erythræo mari ferebantur.* Hoc eſt, Gadis inſula, dicta eſt & Erythia, ἐρύθεια, nomine ipſo originem ſuam indicans, quoniam Tyrii Gaditanorum generis auctores, ex locis Erythræo mari proximis profecti eſſe dicuntur.] *Idem.*

m *Celtae nomine Regis amabilis, & matris ejus vocaditos*

dictos: ita enim Gallos ſermo Græcus appellat. Alii Dorienſes, antiquiorem ſequutos Herculem, oceani locos inhabitaſſe confines. [o] Dryſidæ memorant revera fuiſſe populi partem indigenam: ſed alios quoque ab inſulis extimis confluxiſſe & tractibus Transrhenanis, crebritate bellorum, & [p] alluvione fervidi maris ſedibus ſuis expulſos. Aiunt quidam, paucos [q] poſt excidium Trojæ, fugitantes Græcos ubique diſperſos, loca hæc occupaſſe, tunc vacua. Regionum autem incolæ id magis omnibus adſeverant, quod etiam nos legimus in monumentis eorum inciſum, Amphitruonis filium Herculem ad [r] Geryonis & Taurіſci ſævium tyrannorum perniciem feſtinaſſe, quorum alter Hiſpanias, alter Gallias infeſtabat: ſuperatiſque ambobus coiſſe cum generoſis feminis, ſuſcepiſſeque liberos plures, & eas partes quibus imperitabant, ſuis nominibus appellaſſe. A Phocæa vero Aſiaticus populus [ſ] Harpali inclementiam vitans, Cyri Regis Præfecti, Italiam navigio petiit. Cujus [t] pars in Lucania Veliam; alia condidit in Viennenſi Maſſiliam: dein ſequutis ætatibus oppida auctâ virium copiâ inſtituêre non pauca: ſed declinanda varietas, ſæpe ſatietati conjuncta. Per hæc [1] loca hominibus paullatim excultis, viguere ſtu-

1 *Al.* loci.

bulo Galatas dictos.] De Galate Diodor. Sicul. lib. v. περιβόητος γενόμενος ἐπ' ἀνδρείᾳ τοὺς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένους ὠνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ Γαλάτας, ἀφ' ὧν ἡ σύμπασα Γαλατία προσηγορεύθη Aliter D. Eucherius Epiſcop. Lugdunenſ. cap. 4. de Gentib. *Galli à candore corporis primùm Galatæ appellati ſunt, è quibus populi quondam in Orientis longinqua migrantes primùm Gallo-Græci, nunc antiquo Gallorum nomine Galatæ vocantur.* Lindenbr.

n *Celtas nomine Regis*] Parthenius in Eroticis cap. 30. ſcribit, Herculem cùm ab Erythia rediret, regionem quam nunc Celtæ habitant, peragraſſe, & ad Bretannum quemdam veniſſe: cujus filia Celtine amore Herculis capta, boves Geryonis ei occultavit, nec reddere priùs voluit, quàm Hercules ſecum coïſſet. Ex hoc coïtu natus Celtus, à quo Celtæ dicti fuêre. *Valeſ.*

o *Draſidæ memorant.*] Scribendum videtur *Dryſidæ*, quod idem valet ac Druidæ. Sanè in antiquis Plinii editionibus *Dryſidæ* ſcribitur: & apud Aurelium Victorem in Claudio codex Mſ ſic habet, teſte Schotto: *Compreſſa per eum vitia, ac per Galliam Dryſudarum famoſæ ſuperſtitiones.* In ſecunda quoque ejuſdem nominis ſyllaba variatum eſſe comperio. Nam Origenes in lib 1. contra Celſum, τοὺς Γαλατῶν Δρυάδας vocat. Porrò emendationem hanc noſtram confirmat C. Cæſar in lib. 6. de bello Gallico: *Galli ſe omnes á Dite patre prognatos prædicant, idque à Druidibus proditum dicunt.* Idem.

p *Alluvione fervidi maris ſedibus ſuis expulſos.*] Id quidem de Cimbris & Ambronibus veteres prodiderunt, teſte Strabone in lib. 7. & Feſto Pompejo. Sed eas fabulas jampridem refutavit Poſidonius. Nam cùm mare quotidie & accedere & recedere ſoleat, idque ſtatis horis, & hujuſmodi æſtus omnibus oceani accolis ſollemnes ſint atque innoxii; nequaquam credibile eſt; non dico gentem univerſam, ſed ne unum quidem hominem tam ſtupidum exſtitiſſe, qui patriam idcirco relinquendam ſibi putaverit. *Idem.*

q *Poſt excidium Trojæ.*] Aimoinus Hiſtor. Francor. lib. 1. *Lindenbr.*

r *Geryonis & Tauriſci ſævorum tyrannorum.*] Ab hoc ergo Tauriſco quondam Tauriſci populi, qui poſtea Norici dicti, appellationem invenere. Plin. lib. 3. cap. 20. *Idem.* Citat Lindebrogius, ut ipſius tempore legebatur. Sed Valeſius ad librum xx cap. 6 docet præclare, cur ſic mutaverit in tertiam declinationem. *Gronov.*

ſ *Harpali inclementiam.*] Nil variant vett. codd. & tamen certum eſt legendum *Harpagi inclem.* ſic enim conſtanter eum vocant Paul. Oroſius, Juſtinus, Herodotus, qui multa de eo, & Phocenſibus novas ſedes quærentibus, lib. 1. narrat. *Idem.*

t *Pars Veliam, alia condidit in Vien. Maſſiliam.*] De Veliæ conditu conſentit Herodotus in lib 1. & Antiochus Xenophanis filius apud Strabonem in principio lib. 6. φησὶ δ' Ἀντίοχος Φωκαίας ἁλούσης ὑφ' Ἁρπάγου τοῦ Κύρου στρατηγοῦ, τοὺς δυναμένους ἐμβάντας εἰς τὰ σκάφη πανοικία, πλεῦσαι πρῶτον εἰς Κύρνον καὶ Μασσαλίαν μετὰ Κρεοντιάδου, ἀποκρουσθέντας δὲ τὴν Ἐλέαν κτίσαι. Id eſt: *Antiochus verò ſcribit, Phocæâ captâ ab Harpago,* (Marcellinus Harpalum vocat) *Cyri Præfecto, cives omnes quibus copia erat, cum familia univerſa conſcenſis navibus, primùm in Corſicam, & Maſſiliam navigaſſe duce Creontiade; deinceps expulſos inde, Veliam condidiſſe.* De Maſſiliæ autem conditu duplex opinio eſt. Alii enim à Phocenſibus Harpali vim ac dominationem Perſarum fugientibus conditam ſcribunt, inter quos eſt Iſocrates in Archidamo, & Hyginus apud Agellium in lib. x. cap. 6. his verbis, quæ imitatus eſſe videtur Marcellinus noſter: *Nam qui ab Har-*

dia laudabilium doctrinarum, inchoata per Bardos, v & Euhages, & Druidas. Et x Bardi quidem fortia virorum y illuſtrium facta z heroïcis compoſita

pago, inquit, *Regis Cyri Præfecto ex terra Phocide fugati ſunt, alii Veliam, partim Maſſiliam condiderunt.* Atque id geſtum eſſe Ser. Tullio regnante Romæ, poſt annum ampliùs ſexcenteſimum quàm Æneas in Italiam venit; hoc eſt, Olympiade circiter 57. Alii autem affirmant Maſſiliam à Phocenſibus mercatoribus longè antea conditam fuiſſe. Et ita ſentit Ariſtoteles in Rep. Maſſilienſium, teſte Harpocratione in Μασσαλία. Ἰσοκράτης μὲν ἐν Ἀρχιδάμῳ ὡς Φωκαεῖς φυγόντες τὴν τοῦ μεγάλου βασιλέως δεσποτείαν, εἰς Μασσαλίαν ἀπῴκησαν· ὅτι δὲ περὶ τούτων τῶν χρόνων ἤδη ὑπὸ Φωκαέων ᾤκιστο ἡ Μασσαλία· καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Μασσαλιωτῶν πολιτείᾳ δηλοῖ. Verba ipſa Ariſtotelis habemus apud Athenæum in lib. 13. Ἀριστοτέλης, inquit, ἐν τῇ Μασσαλιωτῶν πολιτείᾳ γράφει οὕτως. Φωκαεῖς οἱ ἐν Ἰωνίᾳ ἐμπορίᾳ χρώμενοι ἔκτισαν Μασσαλίαν, &c. quæ operæ pretium fuerit legere, & cum narratione Juſtini in lib. 43: componere. Tempus hujus coloniæ fuit Olympias 45. Tarquinio Priſco Romæ regnante, ut tradunt Timæus apud Marcianum Heracleotam in Deſcriptione orbis, Solinus cap. 8. & Juſtinus in lib. cit. Quamquam Solinus pugnantia inter ſe dicit atque contraria. *Phocenſes*, ait, *quondam fugati Perſarum adventu, Maſſiliam urbem Olympiade 45. condiderunt.* Atqui Phocenſes Perſarum adventu fugati non ſunt niſi Olymp. 57. ut dixi. Olympiade autem 45. nondum inſtitutum erat Perſarum Imperium. Itaque Solinus duas de Maſſiliæ conditu veterum ſententias confudiſſe deprehenditur. *Valeſ.* Utique in loco Ariſtotelis & Harpocratis non debuit Φωκαεῖς vertere Phocenſes, dum ſcribit *Maſſiliam à Phocenſibus mercatoribus* &c. Nec ſane credibile eſt Henricum ita negligenter ſcriptitaſſe, quum ſane in prima editione legatur clare *à Phocæenſibus.* Debuit igitur Hadrianus honori fratris conſulere cautius. Et quis mutavit? *Gronov.*

v *Bardi, Euhages, Druidæ.*] Strabo lib. IV. de Gallia. παρ' ἅπασι δ' ὡς ἐπίπαν τρία φῦλα τῶν τιμωμένων διαφερόντως ἐστί. Βάρδοι τε καὶ Οὐάτεις, καὶ Δρυΐδαι. Βάρδοι μὲν ὑμνηταὶ καὶ ποιηταί. Οὐάτεις δὲ ἱεροποιοὶ καὶ φυσιολόγοι. Δρυΐδαι δὲ πρὸς τῇ φυσιολογίᾳ καὶ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἀσκοῦσι. De Druidibus hæc porro Plin. lib. 16. cap. 44. *Jam per ſe* (Druides) *roborum eligunt lucos, nec ulla ſacra ſine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca poſſint Druides videri.* Lucanus lib. 1.

Solis noſſe Deos, & cæli numina vobis,
Aut ſolis neſcire datum.

Atque ideo σεμνόθεοι à Græcis vocantur. Diogen. Laërt. in Proœmio Vit. Stephan. de Urbib. Suid. Quin etiam feminæ eorum divinipotentes, & fatidicæ. Eaſque de rebus ſuis Aurelianum & Numerianum Impp. conſuluiſſe: Alex. quoque Severo *in bellum proficiſcenti mulierem Druidam Gallico ſermone vaticinatam*, Flav. Vopiſc. & Æl. Lampr. in Hiſtor. Augg. ſcribunt. Vide Diodor. Sicul. lib. V. Juſtin. lib. 24. Ciceron. de Divinat. 1. & de Legib. V. Plin. lib. 30. Feſt. Pomp. lib. 2. * Origenes contra Celſum lib. 1. pag. 14. Γαλατῶν δρυΐδας vocat. * *Lindenbr.*

x *Bardi quidem.*] In Manuſcripto Regio [& Colbertino] * ac Toloſano *, & Editione Romana *Vardi* legitur utrubique. Græci Βάρδους vocant. Poſidonius apud Athenæum in lib. 6. ait, Celtas ſecum in exercitu circumducere paraſitos, qui ſuas laudes ubique decantent: τὰ δ' ἀκούσματα αὐτῶν εἰσὶν οἱ καλούμενοι Βάρδοι· ποιηταὶ δ' οὗτοι τυγχάνουσι μετ' ᾠδῆς ἐπαίνους λέγοντες. Eoſdem Bardos memorat etiam Diodorus Siculus in lib. 5. his verbis. εἰσὶ παρ' αὐτοῖς καὶ ποιηταὶ μελῶν, οὓς Βάρδους ὀνομάζουσιν· οὗτοι δὲ μετ' ὀργάνων ταῖς λύραις ὁμοίων οὓς μὲν ὑμνοῦσιν, οὓς δὲ βλασφημοῦσι. Id eſt: *Sunt etiam apud eos Melici poetæ quos Bardos nominant: hi ad inſtrumenta quædam lyris ſimilia, horum laudes, illorum vituperationes decantant.* Quippe dominos ſuos, ac Reges, quorum menſas ſectabantur, Bardi laudabant: inimicos verò hoſtéſque Regum ſuorum conviciis inceſſebant. Cujus rei exemplum illuſtre eſt apud Athenæum in lib. 4. ex Poſidonii hiſtoriis, ubi Poſidonius de Luernio Bituiti patre narrans, ſic ait: ἀφορίσαντος δ' αὐτοῦ προθεσμίαν ποτὲ τῆς θοίνης, ἀφυστερήσαντά τινα τῶν βαρβάρων ποιητὴν ἀφικέσθαι καὶ συναντήσαντα μετὰ ᾠδῆς ὑμνεῖν αὐτοῦ τὴν ὑπεροχήν, ἑαυτὸν δ' ἀποθρηνεῖν ὅτι ὑστέρηκε. Id eſt: *Cùm aliquando tempus certum conſtituiſſet ad epulum, quidam ex poetis barbaris cùm ſeriùs veniſſet, illum adiit: & ejus quidem majeſtatem cantu celebravit; ſuam vero calamitatem deflevit, qui tardiùs adfuiſſet.* Appianus etiam in Celtico idipſum confirmat, de Bituiti Regis Arvernorum Legato loquens: μουσικός τε ἀνὴρ εἵπετο, βαρβάρῳ μουσικῇ τὸν βασιλέα Βιτοίτον, εἶτα Ἀλλόβριγας, εἶτα τὸν πρεσβευτὴν αὐτὸν ἐπαινῶν, ἔς τε γένος καὶ ἀνδρείαν καὶ περιουσίαν ὑμνῶν· οὗ δὴ καὶ μάλιστα ἕνεκα αὐτοὺς οἱ τῶν πρεσβευτῶν ἐπιφανεῖς ἐπάγονται. Id eſt: *Sequebatur & Muſicus quidam, barbaro cantu Bituitum Regem, ſeu Allobrogas, ſeu Legatum ipſum celebrans, tum à ſplendore generis, tum ab opibus ac fortitudine. Cujus rei causâ nobiliores Legati eos ſecum circumducere ſolent.* Ex his patet Bardos nil aliud fuiſſe quam paraſitos, planéque ſimiles eorum, quos Latini Scurras vocabant. Ut enim ſcurræ exercitum ſequebantur, jocis ac geſticularionibus milites inter convivia delenire ſoliti, ita etiam Bardi. De his ſcurris ſic Spartianus in Severo ſcribit: *Æthiops quidam è numero militari, claræ inter ſcurras famæ & celebratorum ſemper jocorum, &c.* Et Plautus in Truculento:

Non placet quem ſcurræ laudant, manipulares muſſitant.

De iiſdem intelligere ſoleo Ciceronis locum in Epiſt. 20. libri 9. & Hieronymi in lib. 2: contra Jovinianum cap. 49. Eos eleganter depingit Gregorius Nazianzenus in Invectiva 2. in Julianum: ὡς δὲ ἄλλοι τῶν γελωτοποιῶν βαρβάρων τινὰ τοῦτο τολμήσαι, οἳ τοῖς στρατιώταις ἕπονται λύπης τε ψυχαγωγία, καὶ πότοις ἥδυσμα. De his ſcurris loqui videtur Marcellinus in lib. 29. cap. 4. *Valeſ.*

y *Illuſtrium facta heroicis compoſita verſibus.*] Lucan. lib. 1.

Vos quoque qui fortes animas, belloque peremptos,
Laudibus in longum vates dimittitis ævum,
Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Vide quæ olim ad Hiſtoriam Langobard. notavi. *Lindenbr.*

verſibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt: [a] Euhages verò ſcrutantes [2] ſeriem & ſublimia naturæ pandere conabantur. Inter hos Druidæ ingeniis celſiores, [b] ut auctoritas Pythagoræ decrevit, [c] ſodaliciis adſtricti conſortiis, quæſtionibus occultarum rerum altarúmque erecti ſunt, & deſpectantes humana [d] [e] pronuntiarunt animas immortales.

CAP. X. Hanc Galliarum plagam, ob ſuggeſtus montium arduos, & horrore nivali ſemper obductos, orbis reſidui incolis antehac penè ignotam, (niſi quà litoribus eſt vicina) munimina claudunt undique, naturâ velut arte circumdata. Et à latere quidem auſtrali Tyrrheno alluitur, & Gallico mari: quà cæleſte ſuſpicit plauſtrum, à feris gentibus fluentis diſtinguitur Rheni: ubi occidentali ſubjecta eſt ſideri, oceano & altitudine [3] Pyrenæi cingitur; unde ad ſolis ortus adtollitur, aggeribus cedit Alpium Cottiarum: quas Rex Cottius perdomitis Galliis, ſolus in anguſtiis latens, inviáque locorum aſperitate confiſus, lenito tandem tumore [f] in amicitiam Octaviani receptus Principis,

2 *Mſ.* ſerviani. 3 τὸ cingitur *in al. deeſt.*

z *Heroicis compoſita verſibus.*] Non videtur probabile, Bardos hexametris verſibus ceciniſſe: neque id veterum quiſquam ſcripſit. Itaque id admenſus de ſuo videtur noſter Marcellinus. Niſi fortè heroïcos verſus appellavit, quibus heroum præclarè facta canebantur à Bardis, non autem hexametros. *Valeſ.*

a *Eubages vero ſcrutantes ſumma.*] In Regio exemplari [& in Colbertino] * ac Toloſano Vaticanóque * ſcriptum reperi *Euhagis* utrubique, prout in Editione Romana legitur. Proinde non dubitavi eam ſcripturam hîc reſtituere, præſertim cùm à Strabone in lib. 4. dicantur οὐάτεις. οὐάτεις δὲ, inquit, ἱεροποιοὶ καὶ φυσιολόγοι: quod præclarè convenit cum his, quæ habet Marcellinus: *Euhages verò ſcrutantes ſeriem & ſublimia naturæ pandere conabantur.* Sic enim legitur in Regio codice. Editio Romana habet, *ſcrutantes ſerviani,* ut & Mſ. Florentinus, [& Colbertinus.] *Idem.*

b *Ut auctoritas Pythagoræ decrevit.*] Hæc Marcellini verba ſic intelligenda ſunt, quaſi diceret Druidas ex præcepto Pythagoræ non modò ſodaliciis adſtrictos vivere, ſed etiam animas immortales affirmare: utrumque enim pariter à Pythagora decretum eſt. Ac de ſodaliciis quidem Pythagoreorum Juſtinus in lib. 20. *Sed triginta ex juvenibus, cùm ſodalicio jure ſacramento quodam nexi, ſeparatam à ceteris civibus vitam exercerent, &c.* & Agellius in lib. 1. cap. 9. De iiſdem multa dixerat Cicero in Oratione pro Vatinio, eâ (ut opinor) causâ, quòd Vatinius Pythagoreum ſe eſſe jactabat, ſicut teſtis eſt idem Tullius in Oratione contra Vatinium. Hieronymus in lib. 2. adverſus Rufinum in fine. *Lege,* inquit, *pro Vatinio oratiunculam, & alias ubi ſodalitiorum mentio fit: revolve dialogos Tullii: reſpice omnem oram Italiæ, quæ quondam Magna Græcia dicebatur: & Pythagoreorum dogmatum inciſa publicis litteris æra cognoſces.* Hujus porrò Orationis pro Vatinio meminit Valerius Max. in lib. 4. cap. 2. Hæc Pythagoreorum collegia Polybius in lib. 2. συνέδρια vocat, Strabo in lib. 6. συσσίτια: ſcribítque Iamblichus in lib. 1. de vita Pythagoræ cap. 6. κοινοβίους ob id dictos eſſe Pythagoræ ſectatores. *Idem.*

c *Sodaliciis adſtricti conſortiis.*] *Sodaliciis* hîc ſumitur adjectivè, ut apud Juſtinum in eo loco quem ſuprà laudavimus, *ſodalicio jure.* Sic enim habent omnes Mſſ. codices. Et ſimiliter in lege 1. D. de collegiis, *Collegia ſodalitia.* Quæ quidem locutio Marcellino noſtro familiaris eſt: ut cùm in calce lib. 21. dicit. *Matrimonio jure copulata eſt Gratiano.* & in lib. 22. *Dein Syene, in qua ſolſtitio tempore, &c.* Sic enim habet utrubique codex Regius. Denique in lib. 23. *Mari junguntur oceano.* Idem.

d *Pronuntiarunt animas immortales*] Pomp. Mela lib. 3. cap. 1. *Hi* (Druidæ) *terræ mundique magnitudinem & formam, motus cæli & ſiderum, ac quid Dii velint, ſcire profitentur. Docent multa nobiliſſimos gentis clam & diu; vicenis annis in ſpecu, aut in abditis ſaltibus. Unum ex iis quæ præcipiunt in vulgus effluit, videlicet ut forent ad bella meliores æternas eſſe animas, vitamque alteram ad manes.* Diodor. Sicul. Biblioth. lib. v. pag. 212. ἐνισχύει παρ' αὐτοῖς ὁ Πυθαγόρου λόγος, ὅτι τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἀθανάτους εἶναι συμβέβηκε, καὶ δι' ἐτῶν ὡρισμένων πάλιν βιοῦν, εἰς ἕτερον σῶμα τῆς ψυχῆς εἰσδυομένης. Strabo lib IV. Cæſar lib. VI. *Lindenbr.*

e *Pronuntiarunt animas immortales.*] Singulare ejus rei teſtimonium eſt, quod refert Valerius Max. in lib. 2. *Gallos,* inquit, *memoriæ proditum eſt, pecunias mutuas, quæ ſibi apud inferos redderentur, dare: quia perſuaſum habuerint animas hominum immortales eſſe. Dicerem ſtultos, niſi idem Bracati ſenſiſſent. quod palliatus Pythagoras ſenſit.* [Idem de Gallis dicit Mela in cap. 2. lib. 3.] *Valeſ.*

f *In amicitiam Octaviani receptus*] Atque hæc cauſa eſt, cur Octavius Imp. civitates XII. Cottianas non addiderit Inſcriptioni è trophæo Alpium. Quas etiam non niſi defuncto Cottio Rege, Nero in provinciæ for-

molibus magnis exſtruxit ad vicem memorabilis muneris, compendiarias & viantibus opportunas, medias inter alias Alpes vetuſtas, ſuper quibus comperta paullo poſtea referemus. In his Alpibus Cottiis, quarum initium à [4] Seguſione eſt oppido, præcelſum erigitur jugum, nulli ferè ſine diſcrimine penetrabile. Eſt enim è Galliis venientibus prona humilitate devexum, pendentium ſaxorum altrinſecùs viſu terribile, præſertim verno tempore: cùm liquente gelu, nivibúſque ſolutis flatu calidiore ventorum, per diruptas utrimque anguſtias, & lacunas pruinarum congerie latebroſas, deſcendentes cunctantibus plantis homines & jumenta procidunt & carpenta: ídque remedium ad arcendum exitium repertum eſt ſolum, quòd pleraque vehicula vaſtis funibus illigata, ponè cohibente virorum vel boum niſu valido, vix greſſu reptante paullo tutiùs devolvuntur. Et hæc, ut diximus, anni verno contingunt. Hieme vero [g] humus cruſtata frigoribus, & tamquam levigata, ideóque labilis, inceſſum præcipitantem impellit, & patulæ valles per ſpatia plana glacie perfidæ vorant nonnumquam tranſeuntes. Ob quæ locorum callidi, eminentes ligneos ſtilos per cautiora loca defigunt, ut eorum ſeries viatorem ducat innoxium: qui ſi nivibus operti latuerint, montanis defluentibus rivis [5] everſi, [h] agreſtibus præviis difficilè pervaduntur. A ſummitate autem hujus Italici clivi, planities [i] aduſque [k] ſtationem nomine Martis, per ſeptem extenditur milia: & hinc alia celſitudo erectior, ægréque ſuperabilis, ad Matronæ porrigitur verticem, cujus vocabulum caſus feminæ nobilis dedit. Unde declive quidem iter, ſed expeditius aduſque [l] caſtellum Virgantiam patet. Hujus ſepul-

4 *Mſ.* Segutione. 5 *Mſ.* everſi, graves agreſtibus.

mam redactas Imperio adjecit. Eutrop. lib. VII. Aurel. Victor in Nerone. *Lindenbr.*

g *Humus cruſtata frigoribus*] Lib. XVII. *Cruſtæ pruinarum.* * Virgil. Georgicor. 3. *Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ.* Sidon. Apollin. lib. 4. Epiſt. 6. *cruſtis glacierum.* * Et *concruſtare*, Ammian. lib. XXX. Hinc Italorum *la fredda cruſta.* Idem.

[h *Agreſtibus præviis difficile pervaduntur.*] De Alpibus loquitur Ammianus. Hi *agreſtes prævii, locorum callidi* ibidem dicti, ſunt quos *Marrones* vel *Marrunos* noſtri poſtea vocavere; nos vulgò *les Marrons* appellamus. Johannes in Vitæ Odonis Abbatis Cluniacenſis libro 3. ante annos 750. *Marrones, genus quoddam hominum*, ei per Alpes nivoſas hieme ex Italia redeunti, accepta mercede ducatum præbuiſſe ſcribit. Et Odo ipſe in Vita Geraldi Aureliacenſis Comitis tradit, *Marrunos, rigentes Alpium incolas, ſupellectilem Geraldi* Romam petentis ſæpe *per juga montis Jovini* magno quæſtu *tranſvexiſſe*: ſicut apud Ammianum legimus, vehicula funibus illigata, ponè cohibentibus laborioſè ejuſmodi viris, tutiùs per Alpes devolvi ſolere. Rodulfus qui Geſta Abbatum Trudonenſium & ſua ante annos 560. ſcripſit, *Marones montis Jovis* ſeu ſummi Pennini, memorat in lib. XII. & ita vocari ait *viarum præmonſtratores*, ac *peregrinorum duces*, quorum pillea, chirothecas, cothurnos, & haſtas longas graphicè depingit. Marrones montis Ciniſii ſeu Alpis Cottiæ, Novalicium, Ferrariam, & Annæburgum incolunt, montis ſui tempeſtates prænuntiant viatoribus, eóſque ex ſummo Ciniſio in Galliam deſcendentes, cratibus impoſitos dirigunt.] *Valeſ.*

i *Stationem nomine Martis*] Anton. Aug. in Itinerar. *A Mediolano Arelate per Alpes Cottias.-- Seguſionem, ad Martis, Brigantionem.* Tabula antiqua: *Seguſione, Martis, Gadaone, Brigantione.* Lindenbr.

k *Aduſque ſtationem nomine Martis.*] Manſio Martis dicitur in Itinerario Burdigalenſi. Sed Marcellinus ſtationem indiſtinctè tam pro manſione militari quàm pro mutatione curſus publici uſurpare ſolet. Sic Dadaſtanam vocat ſtationem, quæ in illo Itinerario manſio eſt: & Arethuſam ſtationem, quæ ibidem mutatio dicitur. Statio igitur nomen generale eſt, ut σταθμὸς Græcè. Scribit enim Euſtathius in Iliad. β ſub finem, σταθμὸν dici τὴν μονὴν καὶ τὴν λεγομένην ἀλλαγήν. *Valeſ.*

l *Caſtellum Virgantiam.*] Legendum eſt *Brigantiam.* In Tabula Peutingerorum, & Itinerario Antonini, &

crum Reguli, quem itinera ſtruxiſſe retulimus, Seguſione eſt mœnibus proximum: manéſque ejus ratione gemina religioſè coluntur: quòd juſto moderamine rexerat ſuos, & adſcitus in ſocietatem rei Romanæ, quietem genti præſtitit ſempiternam. Et licèt hæc, quam diximus [6] viam, media ſit & compendiaria, magiſque celebris, tamen etiam aliæ multo antea temporibus ſunt conſtructæ diverſis. Primam [m] Thebæus Hercules ad Geryonem exſtinguendum, ut relatum eſt, & Tauriſcum leniùs gradiens, prope Maritimas compoſuit Alpes: [n] hícque harum indidit nomen: [o] Monœci ſimiliter arcem & portum ad perennem ſui memoriam conſecravit. Deinde emenſis poſtea ſæculis multis, hac ex cauſa ſunt Alpes excogitatæ Pœninæ. [p] Superioris Africani pater P. Cornelius Scipio Saguntinis memorabilibus ærumnis & fide, pertinaci deſtinatione Afrorum obſeſſis, iturus auxilio in Hiſpaniam, traduxit onuſtam manu valida claſſem: ſed civitate Pœnorum Marte deleta, Hannibalem [7] aſſequi nequiens, triduo antè tranſito Rhodano ad Italiæ partes contendentem, navigatione veloci intercurſo ſpatio maris haud longo, degreſſurum montibus apud Genuam obſervabat Liguriæ oppidum, ut cum eo, ſi copiam fors dediſſet, viarum aſperitate fatigato decerneret in planitie. Conſulens tamen rei communi, Cn. Scipionem fratrem ire monuit in Hiſpanias, ut Haſdrubalem exinde ſimiliter erupturum arceret. Quæ Hannibal doctus à perfugis, ut erat expeditæ mentis & callidæ, Taurinis ducentibus accolis, [q] per [8] Tricaſtinos & oram [9] Vocontiorum extremam, ad ſaltus Tricorios venit. Indéque exorſus, aliud iter antehac inſuperabile fecit: exciſáque rupe in immenſum elata, quam

6 *Al.* via. 7 *Mſ.* ſequi. 8 *Al.* Tricaſtinos. 9 *Mſ.* Vocontigrum.

apud Ennodium in Itinerario Alpium dicitur *Brigantio*. In Burdigalenſi verò Itinerario *Byrigantum* corruptè Sed locum integrum hîc adſcribere operæpretium fuerit.

Manſio Hebriduno m. 16. *Inde incipiunt Alpes Cottiæ.*
Mutatio Rame m. 17.
Manſio Byrigantum m. 17. *Inde adſcendis Matronam.*
Manſio ad Marte m. 19.
Civitas Secuſſione m. 16. *Inde incipit Italia.*

Lego *Brigantium*. Ptolemæo enim βριγάντιον dicitur in Alpibus Graiis, itémque à Strabone in lib. 4. Hodie *Briançon* vocamus opidum in Delfinatu noſtro, ut notavit vir præfatâ reverentiâ nominandus Jac. Sirmundus in Notis ad Ennodium. Julianus in Epiſtola ad ordinem & populum Athen. βριγάντιαν appellat, perinde ac Marcellinus: ἐν τῇ βριγαντίᾳ τοσοῦτον ἕτερον ἐπὶ (lege περὶ) τὰς Κοττίας ἄλπεις, &c. *Valeſ.*

m *Thebanus Hercules ad Geryonem.*] Mamertinus idem tangit in Panegyr. pag. 303. *Vos invictiſſimi Impp. propè ſoli Alpium vias, hibernis nivibus obſtructas, divinis veſtigiis aperuiſtis: ut quondam Hercules per eadem illa culmina Iberiæ ſpolia incomitatus abduxit.* Lindenbr.

n *Hicque harum indidit nomen.*] Graias ſcilicet vocavit, teſte Plinio in lib. 3. cap. 16. & Cornelio Nepote in Hannibalis Vita, qui ſic ait: *Ad Alpes poſteaquàm venit quæ Italiam ab Gallia ſejungunt, quas nemo unquam cum exercitu ante eum trajecerat: quo facto is hodie ſaltus Graius appellatur.* Quare in hoc Marcellini loco meliùs legeretur: *Hiſque Graiarum indidit nomen. Valeſ.*

o *Monœci ſimiliter arcem & portum.*] Strabo lib. IV. p. 140. ὁ δὲ τοῦ Μονοίκου λιμὴν ὅρμος ἐστὶν, οὐ μεγάλαις, οὐδὲ πολλαῖς ναυσὶν, ἔχων ἱερὸν Ἡρακλέους Μονοίκου καλουμένου. * Lucanus lib. I. p. 25.

Quaque ſub Herculeo ſacratus nomine portus
Urget rupe cava pelagus. Non Corus in illum
Jus habet, aut Zephyrus: ſolus ſua littora turbat
Circius, & tuta prohibet ſtatione Monœci. * Lindenbr.

p *Superioris Africani pater Pub. Corn. Scipio.*] Flor. lib. II. cap. VI. *Idem.*

q *Per Tricaſſinos & oram Vocontiorum.*] [In Mſ. Colbert. legitur, *per Tricaſinos.*] Reſcripſi *per Tricaſtinos*, ut Auguſtana ac Baſilienſis Editiones præferunt: firmátque T. Livius in lib. 21. his verbis quæ Marcellinus noſter exſcripſit: *Cùm Alpes peteret, non jam recta regione iter inſtituit; ſed ad lævam in Tricaſtinos flexit: inde*

cremando [r] vi magna flammarum acetóque [1] infuſo diſſolvit, [ſ] per Druentiam flumen gurgitibus vagis intutum, regiones occupavit Etruſcas. Hactenus ſuper Alpibus, nunc ad reſtantia veniamus.

CAP. XI. Temporibus priſcis cùm laterent hæ partes ut barbaræ, tripartitæ fuiſſe creduntur, in Celtas eoſdémque Gallos diviſæ, & Aquitanos, & Belgas, linguâ, inſtitutis, legibúſque diſcrepantes. [t] Et Gallos quidem, qui Celtæ ſunt, ab Aquitanis Garumna diſterminat flumen, à Pyrenæis oriens collibus, póſtque oppida multa tranſcurſa in oceano delitefcens. A Belgis verò eamdem gentem Matrona diſcernit & Sequana, amnes magnitudinis geminæ: qui fluentes per Lugdunenſem, [v] poſt circumclauſum ambitu inſulari Pariſiorum caſtellum, [2] Luteciam nomine, conſociatim meantes protinus prope caſtra Conſtantia funduntur in mare. Horum omnium apud veteres Belgæ dicebantur eſſe fortiſſimi, eapropter quòd ab humaniore cultu longè diſcreti, nec adventiciis effeminati deliciis, diu cum Tranſrhenanis certavere Germanis. Aquitani enim, ad quorum litora ut proxima placidáque merces adventiciæ convehuntur; moribus ad mollitiem lapſis, facilè in ditionem venere Romanam. [x] Regebantur autem Galliæ omnes, jam inde uti crebritate bellorum urgenti ceſſere Julio Dictatori, poteſtate in partes diviſa quatuor: quarum Narbo-

1 *Mſ.* infuſo quæ inſolidis ſolvit. 2 *Mſ.* Lutetia.

---

per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios, *&c.* Manétque etiamnum Tricaſtinorum appellatio in Delfinatu noſtro. De Tricoriis loquitur Plinius in lib. 3. & Appianus in Celticis. Strabo in lib. 4. eos ſupra Cavares locat cum Vocontiis ac Medullis. *Valeſ.* Etiam *Tricaſtinos* jam citat Hier. Surita ad itinerarium Antonini p. 506. *Gron.*

r *Vi magna flammarum, acetoque.*] Livius lib. XXI. * Herricus Altiſſiod. de Vita S. Germani lib. 5. p. 52.

Hinc ſubit aërias meritis ſublimior Alpes.
Limes hic Auſonias Gallis diſterminat oras,
AEternis nivibus, æterno frigore torpens,
Humano generi non ante meabilis unquam,
Hannibal Hiſpana remeans quàm victor ab ora
Diduxit ſcopulos, & montem rupit aceto.

Acetum ſolum ex omnibus humoribus flammam violentam extinguit, dum per frigus ſuum calorem vincit elementi. *Acetum igni exſtinguendo.* Vid. L. 3. §. 5. ff. de penu legata. L. 12. §. 18. de inſtr. vel inſtr. legat. Vid. Livium lib. 21. p. 502. 566. Macrob. Saturnal. 6. * *Lindenbr.*

ſ [*Per Druentiam flumen gurgitibus vagis intortum.*] Quid ſit flumen *gurgitibus vagis intortum*, quídve hæc verba ſignificent, fateor me ignorare. In codice Colbertino qui eſt optimus, ſcriptum reperio, *gurgitibus vagis intotum*: ex quo facillimè judicari poteſt, legendum eſſe *intutum*. Certè Livius in lib. XXI. *Druentiam Alpinum amnem, omnium Galliæ fluminum difficillimum tranſitu eſſe* ſcribit, *nova ſemper vada, novóſque gurgites, ac plures ſimul alveos facientem; ad hæc ſaxa glomeroſa volventem, nihil ſtabilis nec tuti ingredienti præbere.* Silius Italicus in libro III. eadem omnia, quæ Livius, de Druentia dicit.

Ac vada tranſlato mutat fallacia curſu,
Non pediti fidus, patulis non puppibus æquus.

Auſonio in Moſella dicitur ob id Druentia *ripis ſparſis incertâ.*] Valeſ.

t *Et Gallos quidem qui ſunt Celtæ.*] Cæſaris locum imitatus eſt, lib. 1. de Bell. Gall. *Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona & Sequana dividit. Horum omnium fortiſſimi ſunt Belgæ, propterea quòd à cultu atque humanitate Provinciæ longiſſime abſunt, minimeque ad eos mercatores ſæpe commeant, atque ea quæ ad effeminandos animos pertinent, important.* Lindenbr.

v *Poſt circumclauſum ambitu inſ. Pariſiorum caſtellum.*] Atqui paullo ſupra Pariſios Matrona in Sequanam influit; ut Marcellinum falli neceſſe ſit, qui infra Luteciam influere ſcribit. Tamen ſi propiùs attenderis, nihil hîc peccat Marcellinus. Neque enim negat, ſupra Luteciam Pariſiorum Matronam miſceri Sequanæ: immo idipſum tacitè ſignificat, cùm dicit hos duos amnes poſt circumclauſam ambitu inſulari Luteciam ſociatim meare: proximè enim ſupra Pariſios conjuncti, Pariſiorum inſulam cingunt, deinde ſociatim meant. Verùm illud æquè excuſari non poteſt, quod ſubjicit, *prope caſtra Conſtantia* in mare evolvi. *Valeſ.*

* x *Regebantur Galliæ, jam inde uti ceſſere Julio Dict. poteſtate in partes diviſa IV. quarum Narbonenſis una Vi-*

nenſis una Viennenſem intra ſe continebat, & Lugdunenſem: altera Aquitanis præerat univerſis: ſuperiorem & inferiorem Germaniam, Belgáſque duæ juriſdictiones iiſdem rexere temporibus. y At nunc numerantur provinciæ per omnem ambitum Galliarum: ſecunda Germania, prima ab occidentali exordiens cardine, Agrippina & Tungris munita, civitatibus amplis & copioſis. Dein prima Germania, ubi præter alia municipia Mogontiacus eſt, & Vangiones, & Nemetæ, & Argentoratus barbaricis cladibus nota. Poſt has Belgica prima Mediomatricos prætendit, & z Treviros domicilium Principum clarum. Huic adnexa ſecunda eſt Belgica, quà Ambiani ſunt, urbs inter alias eminens, & Catelauni, & Remi. Apud Sequanos Biſontios videmus, & Rauracos, aliis potiores oppidis multis. Lugdunenſem primam Lugdunus

ennenſem intra ſe continebat, & Lugdunenſem: altera Aquitanis præerat univerſis: ſuperiorem & inferiorem Germaniam, Belgaſque duæ Juriſdictiones eiſdem rexere temporibus.] Si de Julii Cæſaris temporibus intelligitur hic locus, quo modo ferri poſſit neſcio. Tunc enim Galliæ omnes unicà juriſdictione regebantur ab eo, cui Senatus eam provinciam decreverat. Poſtea Auguſtus nova Galliæ diviſione facta quatuor juriſdictiones conſtituit. Sed ne tum quidem Belgicæ juriſdictio à juriſdictione utriuſque Germaniæ ſeparata eſt, ut docet Dio in lib. 53. nec diu poſtea: quod ex *Plinio* & Ptolemæo colligitur, qui ſub Belgica provincia utramque Germaniam comprehendunt.

[Julius Cæſar tres Galliæ partes, Belgicam, Celticam, quæ poſtea Lugdunenſis dicta eſt, & Aquitaniam ferè totam, in provinciarum formam redegit, ac tributarias fecit. Nam quarta pars Galliarum, ſeu provincia Narbonenſis pridem Romanis parebat. Sed uni, an quatuor rectoribus Galliam is omnem attribuerit, ſcire non poſſumus. At ſub Auguſto Julii ſucceſſore, à quo Aquitania perdomita & cum Belgica aucta, atque Celtica ſeu Lugdunenſis imminuta eſt; conſtat quatuor ſummis totius Galliæ partibus, nimirum Belgicæ, Celticæ vel Lugdunenſi, Aquitaniæ, ac Galliæ Narbonenſi (ne de Germania Ciſrhenana loquar) ſuum cuique rectorem præfuiſſe. Unde alium *Belgicæ provinciæ Legatum*; alium *Lugdunenſis Galliæ Legatum*, Suetonio *Proprætorem* dictum; hunc *Legatum Aquitaniæ*, aliàs Præſidem; illum *Galliæ Narbonenſis rectorem* à Tacito, Suetonio, Spartiano, Eutropio, aliiſque Hiſtoricis nuncupari videmus. Ex quo intelligitur, quatuor iſtas Galliæ partes non modò ſub Auguſto, ſed etiam ſub Severo, Gallieno, & Aureliano Principibus ſuos ſibi ac ſeorſum rectores habuiſſe. Non igitur ſub C. Julio Cæſ. Dictatore, ut aſſerit Ammianus, ac ne ſub Auguſto quidem inſequentibúſve Principibus provincia Narbonenſis Viennenſem Lugdunenſémque continebat, & Narbonenſis, Viennenſis ac Lugdunenſis uni eidemque rectori parebant: cùm Viennenſis provincia nulla tum eſſet. Quippe tractus omnis terrarum, qui provinciæ Viennenſis nomine diu pôſt cenſeri cœpit, tum Narbonenſis Galliæ pars erat, ac eumdem quem ipſa rectorem habebat. Celtica verò vel Gallia Lugdunenſis tum ſuum ſibi Legatum habuit, à provinciæ Narbonenſis rectore diverſum: ut docui in mea Notitia Galliarum in diſceptatione de variis Galliæ diviſionibus pag. 298. & 299. Denique (qui eſt tertius error Ammiani Marcellini) non ut Belgicæ unus Legatus præerat; ita & ſuperioris inferioríſque Germaniæ, à corpore Belgicæ circa Auguſti Principatum avulſæ, rector unus ac unicus fuit: ſed ſuperior Germania vel prima Legatum ſibi ſuum habuit; inferior aut ſecunda ſimiliter ſuum: utrumque à Belgicæ Legato diverſum. Unde Suetonius Tranquillus Vitellium *Legatum à Galba in inferiorem Germaniam miſſum eſſe* tradit; & in Domitiano *Lucium Antonium ſuperioris Germaniæ Præſidem* nuncupat: Tacitus quoque *Viſellium Varronem inferioris Germaniæ Legatum* vocat in libro III. Annalium; & Spartianus ſcribit, *Didium Julianum Germaniam inferiorem rexiſſe.* Ut appareat Legatos iſtos utriuſque Germaniæ partim militares, partim etiam civiles Magiſtratus exſtitiſſe, nec tantùm Germanicis exercitibus ſeu legionibus ſuperioris inferioríſque Germaniæ, ad ripam Rheni hiberna habentibus, ſed etiam alterum provinciæ Germaniæ ſuperiori, alterum inferiori præfuiſſe: cùm Lucius Antonius *ſuperioris Germaniæ Præſes* fuiſſe; Julianus Germaniam inferiorem rexiſſe dicatur. Non ergo (uti ait Ammianus) quatuor primùm fuere toti Galliæ juriſdictiones aut poteſtates, una Narbonenſi ſimul & Lugdunenſi, una Aquitaniæ, una Belgicæ, una ambabus Germaniis. Sed ſex omnem Galliam tum rexere Magiſtratus, Narbonenſem provinciam unus, Aquitanicam alter, tertius Celticam vel Lugdunenſem Galliam, quartus Belgicam, quintus ſuperiorem Germaniam, ſextus ac ultimus inferiorem.] *Valeſ.*

y *At nunc numerantur provinciæ per omnem ambitum Galliarum, ſecunda Germania*] Accuratè hæc tractantur in Notitia Provinciarum atque Urbium Gallicanarum, quæ cùm jam edita ſit, ſupervacaneum hîc ſingula repetere. *Lindenbr.*

z *Treviros domicilium Principum*] Zoſim. lib. III. vocat πόλιν μεγίστην τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν, regiique pala-

ornat, & Cabillonus, & Senones, & Biturigæ, & mœnium Auguſtuduni magnitudo vetuſta. [a] Secundam enim Lugdunenſem Rotomagi, & Turini, Mediolanum oſtendunt, & [3] Tricaſini: Alpes Graiæ & Pœninæ, exceptis [4] obſcurioribus.... [b] habent & Aventicum, deſertam quidem civitatem, ſed non ignobilem quondam, ut ædificia ſemiruta nunc quoque demonſtrant. Hæ provinciæ, urbéſque ſunt ſplendidæ Galliarum. [c] In Aquitania, quæ Pyrenæos montes & eam partem ſpectat oceani, quæ pertinet ad Hiſpanos, prima provincia eſt Aquitanica, amplitudine civitatum admodum culta: omiſſis aliis multis, Burdegala, & [5] Arverni excellunt, & Santones, & Pictavi. Novempopulos Auſci commendant, & Vaſatæ. [de] In Narbonenſi Eluſa, & Narbona, & Toloſa principatum urbium tenent. Viennenſis civitatum exſultat decore multarum, quibus potiores ſunt Vienna ipſa, & Arelate, & Valentia: quibus [f] Maſſilia jungitur, cujus ſocietate & viribus in diſcriminibus arduis ful-

3 *Al.* Tricaſtini. 4 *In aliis codicib. hîc lacuna nulla eſt.* 5 *al.* Averni.

tii, cùm alii Scriptores, tum quoque D. Ambroſ. meminit lib. v. Epiſt. xxvii. *Cùm perveniſſem Treviros, poſtridie proceſſi ad palatium.* Ejus etiam nunc rudera exſtant. *Lindenbr.*

a *Secundam enim Lugdun. Rotomagi & Turini.*] Hunc locum ſic legendum atque diſtinguendum eſſe exiſtimo: *Et Turoni, Mediolanum oſtendunt & Tricaſſini.* Turoni enim in tertia Lugdunenſi locantur in Notitia provinciarum Galliæ. Mediolanum verò quod in Lugdunenſi etiam Ptolemæus ponit, intelligo Mediolanum Aulercorum, cujus mentio fit in Itinerario Antonini. Porrò duas tantùm Lugdunenſes agnoſcit noſter Marcellinus, perinde ac Rufus Feſtus in Breviario, qui iiſdem ferè temporibus ſcripſit. Poſtea quatuor ſunt factæ. *Valeſ.*

b *Habent & Aventicum.*] Immo Aventicus eſt in Sequanis, ut docet Notitia provinciarum & civitatum Galliæ, [non in Alpibus Graiis & Peninis. Pari errore Ammianus *Biturigas* metropolim Aquitaniæ in Lugdunenſi prima collocat; & Narbonenſi attribuit *Eluſam*, quæ tum erat metropolis civitas prov. Novempopulanæ.] *Idem.*

c *In Aquitania.*] Ex his verbis apparet, Marcellinum Gallias omnes in duas partes diſtinguere, Galliam ſcilicet, & Aquitaniam. Ac Galliæ quidem ſeptem provincias ſuprà recenſuit. Nunc provincias Aquitaniæ aggreditur, primámque ex his ponit Aquitanicam: quod quidem nemini mirum videri debet. Nam & Rufus Feſtus in Breviario eamdem diſtinctionem agnoſcit, cùm ait: *Sunt Galliæ cum Aquitania & Brittaniis provinciæ ſeptemdecim.* & Auſonius in Arelate:

populóſque alios & mœnia ditas:
Gallia queîs fruitur, gremióque Aquitania lato.

& Maximus Aug. in Epiſtola ad Valentinianum Juniorem, relata à Baronio anno Chr. 387. Denique Sulpicius Severus in lib. 3. de vita Martini: *Sed dum cogito me hominem Gallum inter Aquitanos verba facturum, &c.* & in lib. 2. Hiſtoriæ ſacræ: *Sed noſtris, id eſt, Aquitanis, Gallis, Britannis indecens viſum eſt, &c.* Apparet igitur Galliæ & Aquitaniæ nomen modò ſtrictiùs, modò latiùs ſumi. Ceterùm miror, à Marcellino unicam provinciam Aquitanicam poni: quippe cùm Rufus Feſtus qui ante eum ſcripſit, duas jamtum Aquitanias agnoſcat. *Idem.*

d *In Narbonenſi eluſa eſt Narbona & Toloſa*] Placet ex emendatione viri diligentiſſimi Hieronymi Suritæ ita legere: *In Narbonenſi Eluſa eſt & Narbona & Toloſa.* Eluſæ mentio in Itinerario Burdigal. & apud Cl Claudian. qui ex ea nefandiſſimum illum Rufinum eunuchum originem duxiſſe putat. Sever. Sulpic. Hiſtor. ſacræ lib. 2. *Iter eis præter interiorem Aquitaniam fuit; ubi tum ab imperitis magnifice ſuſcepti, ſparſere perfidiæ ſemina: maximeque Eluſanam plebem, ſane tum bonam & religioni ſtudentem, pravis prædicationibus pervertere.* * Vide Scalig. Auſonian. Lect. lib. 7. cap. 7. Sirmond. ad Sidon. p. 123. * *Lindenbr.*

e *In Narbonenſi eluſa eſt Narbona.*] Editio Romana habet, *eluſa & Narbona & Toloſa & principatum urb. tenent.* Primus Sigiſm. Gelenius vulgatam lectionem commentus eſt. Sed non dubito, quin ita ſcripſerit Marcellinus, prout in Regio codice [& Colbertino,] & in Auguſtana Editione ſcriptum reperi: *In Narbonenſi Eluſa & Narbona & Toloſa princip. &c.* quomodo etiam in Valentino codice Mſ. exaratum fuiſſe vir Cl. Antonius Loiſellus ad oram libri ſui adnotaverat. In Tabula quoque Itineraria Peutingerorum *Cluſa* legitur pro *Eluſa*, eodem errore. Scio quidem Eluſam fuiſſe in Novempopulania, olim etiam metropolim, mediam inter Auſcos & Vaſatas, ut docent Notitia provinciarum Galliæ, & Burdigalenſe Itinerarium. Sed nihilominus ita hîc ſcriptum fuiſſe, tot codicum teſtimoniis non poſſum non credere; & Marcellinum in hoc lapſum eſſe facilè concedam. *Valeſ.*

f *Maſſilia jungitur, cujus ſocietate & viribus in diſcriminibus arduis fultam aliquoties legimus Romam*] Strabo

tam

tam aliquoties legimus Romam. His propè [g] Sallùvii ſunt, & Nicæa, & Antipolis, inſulæque Stœchades. Et quoniam ad has partes opere contexto pervenimus, ſilere ſuper Rhodano, maximi nominis flumine, incongruum eſt & abſurdum. A Pœninis Alpibus effuſiore copia fontium Rhodanus fluens, & proclivi impetu ad planiora degrediens, proprio agmine ripas occultat, & paludi ſeſe ingurgitat nomine Lemanno, eámque intermeans, nuſquam aquis miſcetur externis: ſed altrinſecùs [h] ſummitates undæ [6] præterlabens ſegnioris, quæritans exitus, viam ſibi impetu veloci molitur. Unde ſine jactura rerum [i] per Sapaudiam fertur & Sequanos: longéque progreſſus, Viennenſem latere ſiniſtro perſtringit, dextro Lugdunenſem: & emenſus [7] ſpatia flexuoſa, [k] Ararim, (quem Sauconnam appellant) inter Germaniam primam fluentem, ſuum in nomen adſciſcit: [l] qui locus exordium eſt Galliarum. [8] Exindéque

6 *Al.* præterlabens ſegniores. 7 *Mſ.* ſpatio fluctuoſo. 8 *al.* Exinde.

---

lib. III. de Maſſilienſ. Ῥωμαίους ἐκτήσαντο φίλους, καὶ πολλὰ καὶ αὐτοὶ χρήσιμοι κατέστησαν ἐκείνοις, κἀκεῖνοι προσελάβοντο τῆς αὐξήσεως αὐτῶν. Ideo Vell. Patercul. lib. II. *Maſſiliam fide meliorem, quàm conſilio prudentiorem* vocat. * Cicero Philipp. 13. *Romanæ Reip. ſemper fuiſſe amiciſſimam,* Lucan. lib. 3. p. 67.

Semper in externis populo communia veſtro
Maſſiliam bellis teſtatur fata tuliſſe,
Comprenſa eſt Latiis quæcumque annalibus ætas.

Civitatem fidiſſimam atque amiciſſimam, Flor. lib. II. cap. 2. *Fœderatam civitatem*, Plin. lib. III, cap. 4. appellat. *Lindenbr.*

g *Salluvii ſunt.*] Quos Saluvios vocat Prologus libri 60. Titi Livii, Strabo σάλυες, Ptolemæus σάλικες, corruptè ut videtur. In Regio exemplari *Saluvii* dicuntur. *Valeſ.*

h *Summitates undæ præterlabens, quæritans exitus.*] Cùm in omnibus ſcriptis exemplaribus, Regio, Vaticano ac Florentino, adeóque in Editione Rom. legeretur, *præterlabens ſegniores*; non ſum veritus ſic emendare: *Summitates undæ præterlabens ſegnioris.* Sic ſuprâ de Rheno in Conſtantienſem lacum immeante dixit: *Et undarum quietem permeans pigram, &c.* Mox pro *quæritans exitus*, in Editione Romana excuſum erat, *eritans exitus*, quemadmodum etiam in uno è Vaticanis codicibus ſequioris notæ. Sed in vetuſtiſſimo codice Vaticano legitur, *entans exitus*, *i* literâ inter *n* ac *t* ſuprapictâ. In exemplari Regio reperi, *eruptans exitus.* Unde quis conjicere poſſit, legendum eſſe *ſcrutans exitus*, aut ſanè, *tentans exitus. Idem.*

i *Per denſa paludium fertur & Sequanos.*] Nihil hâc conjecturâ Caſtelli excogitari potuit infelicius aut ineptius. Nam cùm in Editione Romana legiſſet, *per penſa paudium fertur, &c.* quemadmodum etiam in Mſſ. Regio, *Toloſano, * [Colbertino,] & Vaticano legitur, nec quid hæc ſibi vellent intelligeret, ſuo more interpolavit. Ego verò primùm conjecturâ ductus ex lectionis ſcriptæ veſtigiis, emendavi, *per Sapaudiam fertur & Sequanos.* Deinde verò cùm eam conjecturam à clariſſimis & doctiſſimis viris Jac. Sirmundo & Nicolao Rigaltio, quibus eam communicaveram, valde probari intellexiſſem, non dubitavi eam in textu ipſo reſtituere, exploſâ illâ Caſtelli παραδιορθώσει. Neque ambigo lectores, qui rem attentè perpenderint, tantorum virorum auctoritati libenter acceſſuros. Etenim Sapaudia olim dicta eſt tractus ille Galliæ Riparenſis, quem olim Allobroges habuere: in eáque Ebrudunum & Cularonem, quæ nunc Gratianopolis dicitur, ponit Imperii Notitia. Eadem poſtea Burgundionibus data eſt cum indigenis dividenda anno XX. Theodoſii, ut ſcribit Proſper in Chronico. Major difficultas eſt in Sequanis, per quos ferri Rhodanum ait Marcellinus, poſtquam è lacu Lemano erupit. *Henr. Valeſ.*

[Immo nulla heic eſt difficultas. Rectè ait Ammianus Marcellinus Rhodanum, etiam poſtquam Lemanum exiit, *per Sapaudiam & Sequanos ferri*, id eſt, inter Sapaudiam & provinciam Maximam Sequanorum fluere. Quippe tum Rhodanus ſiniſtrâ ripâ Sapaudiam, dextrâ Sequanos ſtringit, videlicet Brexiam, in qua eſt Belica vel Bellica civitas cum Seſſelio, Veſontioni metropoli Sequanorum hodiéque ſubjecta: ſicuti docui in Notitia Galliarum pag. 79. & 475.] *Hadr. Valeſ.*

[k *Ararim inter Germaniam I. fluentem.*] Cluverius in libro 2. de Germania mendoſum hunc locum eſſe ſuſpicatur. Quomodo enim dicere potuit Marcellinus, *Ararim inter Germaniam primam fluere*, ac non potiùs per Germaniam? Reſcribit igitur Cluverius, *inter Germaniam I. fluentem & Sequanos.* Sed ne ſic quidem errore vacabit Marcellinus. Quippe Arar inter Lugdunenſem primam & Maximam Sequanorum fluit, Sequanóſque à Lingonibus & Æduis provinciæ Lugdunenſis primæ populis dividit. Sed fortè deceptus eſt Marcellinus à paſtore, apud Virgilium Ararim in Germania ponente Eclogâ 1. ut docui in Notitia Galliarum in pag. 34.] *Idem.*

l *Qui locus exordium eſt Galliarum. Exindeque non millenis paſſ.*] A Lugduno quod eſt ad confluentes Rhoda-

[m] non millenis paſſibus, ſed [9] leugis itinera metiuntur. Hinc Rhodanus aquis advenis locupletior, vehit grandiſſimas naves, ventorum [1] difflatu jactari ſæpiùs adſuetas: [2] finitíſque intervallis quæ ei natura præſcripſit, ſpumeus Gallico mari concorporatur [n] per patulum ſinum, quem vocant [o] Ad Gradus, ab Arelate octavo decimo fermè lapide diſparatum. Sit ſatis de ſitu locorum: nunc figuras & mores hominum deſignabo.

CAP. XII. [p] Celſioris ſtaturæ & candidi pæne Galli ſunt omnes, & rutili, luminúmque torvitate terribiles, avidi jurgiorum, & ſublatiùs inſoleſcentes. Nec enim eorum quemquam adhibita uxore rixantem, multo fortiore & glauca, peregrinorum ferre poterit globus: tum maximè cùm illa inflata cervice ſuffrendens, ponderánſque niveas ulnas & vaſtas, admiſtis calcibus [q] emittere cœperit pugnos, ut catapultas tortilibus nervis excuſſas. Metuendæ voces complurium & minaces, placatorum juxta & iraſcentium: terſi tamen pari

9 *Mſ.* leugis. 1 *Mſ.* difflatu. 2 *Mſ.* finitiſque intervallis quæ.

---

ni & Araris, leugis itinera, non milliaribus metiri incipiebant. Unde in Itinerario Antonini poſt Lugdunum leugæ conjunctim cum milliaribus ad intervalla notanda ponuntur. Et in Tabula Itineraria Peutingerorum id ſic notatum eſt: *Lugdunum caput Galliarum: Uſque hîc leugas.* Eſt autem id vocabulum merè Gallicum, 1500. paſſuum ſpatium ſignificans, teſte Jordane & aliis. Heſychius, λεύγη, inquit, μέτρον τι γαλατικόν. *Valeſ.*

m *Non millenis paſſibus, ſed leugis itinera metiuntur.*] Viarum diſtantiæ pro ſitu gentium aliis atque aliis nominibus appellantur. Et leucarum Gallicarum mentio iterum lib. XVI. apud Jordanem & alios: itaque lubet tantùm D. Hieronymi locum adſcribere cap. 3. in Joël. *In Nilo flumine ſive in rivis ejus ſolent naves funibus trahere, certa habentes ſpatia, quæ appellant funiculos, ut labori defeſſorum recentia trahentium colla ſuccedant. Nec mirum ſi unaquæque gens certa viarum ſpatia ſuis appellet nominibus, cum & Latini mille paſſus, & Galli leucas, & Perſæ paraſangas, & raſtas univerſa Germania, atque in ſingulis nominibus diverſa menſura ſit.* Addi his poſſunt & *dextri*: ſic enim dicuntur paſſus menſurandi apud quoſdam, ut Papias interpretatur. Quam vocem apud Florentium reperi in Actis MSſ. martyrii B. Felicis: *A loco illo uſque ad caſtrum Toringum habentur dextri ducenti.* Ceterùm leugæ vox etiamnunc Gallis atque Hiſpanis in uſu eſt. *Raſta* autem Germanorum planè Lazorum reſpondet ἀναπαύλαις: de quibus Agathias de bellis Juſtiniani Imp. lib. II. pag. 55. * Moſcovitæ non per miliaria, ſed per *verſt* computant, quæ pars quarta miliaris Germanici, ut Michevvs notat in Deſcriptione Sarmatiæ lib. 2. cap. 1. * Reliquæ viarum dimenſiones jam ab aliis explicatæ ſunt. *Lindenbr.*

n *Per patulum ſinum quem vocant Ad Gradus.*] Quia ſcilicet plures erant gradus in eo ſinu, per quos adſcenſio & exſcenſio fiebat in naves. Ac Gradûs quidem Maſſilitanorum, qui unus erat ex illis gradibus, & quidem, ut credere eſt, notiſſimus, mentio fit in Itinerario Antonini. Sed præter hunc multi alii erant, quorum nomen etiamnum manet, ut videre eſt in Tabulis Geographicis. Gradum eo ſenſu ſumpſit Valerius Max. lib. 3. cap. 6. *P. Scipio*, inquit, *cùm in Sicilia augendo exercitum, trajiciendóque in Africam opportunum quæreret gradum.* Poſteriores Græci σκάλαι ſcalam Latino vocabulo dixerunt, ut eſt in Chronico Alexandrino & in Deſcriptione urbis Conſtantinop. Ceterùm non tacendum eſt, hanc adnotationem debere me ſuggeſtioni fratris mei Hadriani Valeſii, quod quidem libenti animo profiteor. Inde etiam dicta videtur Gradus inſula & urbs Venetiæ. *Henr. Valeſ.* [Cauſam nominis ejus ſinûs, numerum & nomina vetera ac nova Graduum ad oſtia Rhodani, & quid ſit Gradus, diſce ex Notitia mea Galliarum pag. 475.] *Hadr. Valeſ.*

o *Ad Gradus.*] Anton. Aug. *A Foſſis Ad Gradum. -- A Gradu per fluvium Rhodanum Arelatum.* Lindenbr.

p *Celſioris ſtaturæ, & candidi pæne Galli.*] Diodor. Sicul. lib. v. pag. 212. Οἱ γαλάται τοῖς μὲν σώμασίν εἰσιν εὐμήκεις, ταῖς δὲ σαρξὶ κάθυγροι καὶ λευκοί. De iiſdem Livius lib. XXXVIII. *Sunt fuſa & candida corpora, ut quæ numquam niſi in pugna nudentur.* Id quod non de Gallis tantùm, ſed de Germanis quoque in univerſum intelligendum: ὡς ἂν γνησίοις τοῖς Γαλάταις, οἷς ἐοίκασιν ἐν μορφαῖς, καὶ βίοις, καὶ ἤθεσι πλεονάζοντες μόνον ἀγριότητι, μεγέθει καὶ ξανθότητι. Euſtath. in illum Dionyſ. verſ. Λευκάτι φῦλα νέμονται. * Lucanus lib. 10.

- - - tam flavos gerit altera crineis,
Ut nullas Rheni Cæſar ſe dicat in arvis
Tam rutilas vidiſſe comas. *

Vide Petron. & Adamant. *Idem.*

q *Emittere cœperit pugnos, ut catapultas tortilibus nervis excuſſas.*] Elegans imitatio Plautina in Captivis:

Ne quis in hac platea negotii conferat quidquam ſui:
Nam meus eſt balliſta pugnus, cubitus catapulta eſt.
Humerus aries: tum genu ut quemque icero, ad terram dabo. Idem.

diligentia cuncti & mundi: [r] nec in tractibus illis, maximéque apud [3] Aquitanos, poterit aliquis videri, vel femina, licèt perquàm pauper, ut alibi, fruſtis ſqualere pannorum. Ad militandum omnis ætas aptiſſima: & pari pectoris robore ſenex ad procinctum ducitur & adultus, gelu duratis artubus & labore adſiduo, multa contempturus & formidanda: nec eorum aliquando quiſquam, ut in Italia, [ſ] munus Martium pertimeſcens, pollicem ſibi præcidit, [r] quos [v] jocaliter Murcos appellant. [x] Vini avidum genus, affectans ad vini ſimilitudinem multiplices potus: & inter eos humiles quidam obtuſis ebrietate continua ſenſibus, [y] quam [z] furoris voluntariam ſpeciem eſſe Catoniana ſententia explicat, & Auguſtinus in lib. 4. de Civitate Dei. *Valeſ.*

3 *Mſ.* Aquit ...... poterit aliquis v ... *al.* Aquitaniam poterit vid.

---

r *Nec in tractibus illis, maximeque apud Aquitaniam' poterit aliq. vid. - - fruſtis ſqualere pann.*] Φιλοκόσμους Gallos eſſe Strabo ait lib. IV. χρυσοφοροῦσί τε γὰρ περὶ μὲν τοῖς τραχήλοις στρεπτὰ ἔχοντες. περὶ δὲ τοῖς βραχίοσι καὶ τοῖς καρποῖς ψέλλια, καὶ τὰς ἐσθῆτας βαπτὰς φοροῦσι καὶ χρυσοπάστους οἱ ἐν ἀξιώματι. *Lindenbr.*

ſ *Munus Martium pertimeſcens pollicem ſibi præcidit.*] Chir. Fortunat. * Rhetor. lib. 1. p. 40. * *Decem milites belli tempore pollices ſibi amputarunt.* * Rei ſunt læſæ Reipubl. * Quod ipſi quoque parentes, teneriore affectu moti, in liberis ſuis factitare ſoliti, ne dubio illos Marti exponerent. Menander L. 3. ff. de re milit. *Eum qui filium debilitavit, delectu per bellum indicto, ut inhabilis militiæ ſit, præceptum D. Trajani deportavit.* Rufus in L L. militarib. §. 47. Εἰ δέ τις τὸν υἱὸν ἐν καιρῷ πολέμου ἀχρειώσει, ἵν' ἀνεπιτήδειος εὑρεθῇ πρὸς τὴν στρατείαν, ἐξορίζεται. Auguſtus Imp. Equitem Romanum, quòd duobus filiis adoleſcentibus, cauſâ detrectandi * militaris * ſacramenti, pollices amputaſſet, ipſum bonaque ſubjecit haſtæ. Sueton. lib. 2. Mentio porrò hujus indevotionis in L. 4. 5. 10. C. Theod. de Tironib. Truncabant verò pollices ſibi meticuloſi, ne ad nomen reſpondere, cùm haſtas ex uſu vibrare nequirent, cogerentur. Itaque Juſtinianum Imp. ſeditioſis quibuſdam Conſtantinopolim concitantibus ideo pollices abſcidiſſe facilè apparet, ut eos armis movendis inhabiles redderet. Landulf. Sag. in Hiſtor. Miſcel. lib. XVI. Velut jam olim Philocles auctor fuerat Athenienſib. uti bello captis amputarent τῆς χειρὸς δάκτυλον τῆς δεξιᾶς, ἵνα δόρυ μὲν βαστάζειν μὴ δυνῶνται, κώπην δὲ ἐλαύνειν δύνωνται. Plutarch. in Lyſandro, AElian. Variar. lib. 11. cap. IX. *Idem.*

t *Quos Jocaliter Murcos appellant.*] In Editione Romana ac Mſ. Regio, * Vatic. Toloſ. * [& Colbert.] ſcriptum reperi, *localiter*: quod equidem vulgatæ lectioni, quæ ex Caſtelli conjectura nata eſt, prætulerim. Sic enim Marcellinus in fine lib. 19. *Hic*, inquit, *Beſæ Dei localiter appellati oraculum quondam futura pandebat.* Porrò *Murcus* vox Latina videtur eſſe, non Gallica: ídque indicat Marcellinus, cùm ait, in Italia multos ſibi pollicem præcidere ſolitos, quos localiter appellant Murcos. Ab eadem origine Murcidum dixit Pomponius & Plautus, id eſt, deſidem & ignavum, ut Feſtus explicat, & Auguſtinus in lib. 4. de Civitate Dei. *Valeſ.*

v *Jocalariter Murcos appellant.*] Liutprandus in Hiſtor. PP. in Innocent. *De indulgentia Clericorum querimoniam facienti, cùm aliquos murcos, aliquos digamos habere diceret, reſpondit, illum qui volens partem digiti ſui abſciderit, juxta canones non poſſe admitti ad Clerum.* Gloſſ. Lat. *Murcinarius, mutilus.* Germani in quibuſdam provinciis vocem retinent, licèt alio nunc ferè ſignificatu. Et quos Itali ac Galli *Poltrones* vocant, ab hac pollicum truncatione nomen invenere. * Murcare, id eſt, mutilare, in Chronico Sangall. p. 391. Ab eadem origine *Murcia* ſegnium Dea, apud Arnob. lib. 2. appellata videtur. * *Lindenbr.*

x *Vini avidum genus, affectans ad vini ſimilitudinem multiplices potus.*] Diodor. Sicul. lib. V. pag. 211. Διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ψύχους διαφθειρομένης τῆς κατὰ τὸν ἀέρα κράσεως, οὔτε οἶνον, οὔτε ἔλαιον φέρει· διόπερ τῶν Γαλατῶν οἱ τούτων τῶν καρπῶν στερισκόμενοι πόμα κατασκευάζουσιν ἐκ τῆς κριθῆς, τὸ προσαγορευόμενον ζύθον, καὶ τὰ κηρία πλύνοντες, τῷ τούτων ἀποπλύματι χρῶνται. Κάτοινοι δὲ ὄντες καθ' ὑπερβολὴν τὸν εἰσαγόμενον ὑπὸ τῶν ἐμπόρων οἶνον ἄκρατον ἐμφοροῦνται, καὶ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν λάβρῳ χρώμενοι τῷ ποτῷ, καὶ μεθυσθέντες, εἰς ὕπνον ἢ μανιώδεις διαθέσεις τρέπονται. Non autem Galli tantùm, ſed ferè omnes populi, qui vite carent, ex frumento conficere ſolent quod bibant, vel pomorum ſucco: aut favos decoquunt, aut palmarum fructus exprimunt in liquorem, coctíſve frugibus aquam pinguiùs colorant, ut inquit D. Hieronym. part. 3. Epiſt. 58. D. Baſilius lib. de Ebrietate, & Caſſian. Baſſus de Agricult. lib. VII. c. 34. apud barbaros potiſſimùm in uſu eſſe ſcribit, ἀπὸ τοῦ σίτου καὶ τῶν κριθῶν γινόμενα πόματα. Plin. lib. XIV. cap. XXII. *Eſt & Occidentis populis ſua ebrietas: fruge madida pluribus modis per Gallias Hiſpaniaſque nominibus aliis, ſed ratione eadem. Hiſpaniæ jam & vetuſtatem ferre ea genera docuerunt. AEgyptus quoque e fruge ſibi potus ſimiles excogitavit, nullaque in parte mundi ceſſat ebrietas.* Ubi quod de AEgyptiis ait, Herodotus quoque confirmat lib. II. οἴνῳ δὲ ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέονται. Οὐ γάρ σφί εἰσι ἐν τῇ χώρῃ ἄμπελοι. De Hiſpanis Florus, Oroſius, alii. *Idem.*

y *Furoris voluntariam ſpeciem.*] Ambroſ. de Helia cap. XIV. *Quis tale miſcuit furoris poculum? quis tantum infudit mentibus venenum? Periclitatur homo actum eſſe de corpore, & ipſe ſibi reus eſt inſaniæ voluntariæ.* Alia in hanc ſententiam jam alibi congeſſimus. *Idem.*

z *Ebrietate, quam furoris voluntariam ſpeciem eſſe.*]

definivit, raptantur diſcurſibus vagis: ut verum illud videatur, quod ait defendens Fonteium Tullius, *Gallos poſt hæc dilutius eſſe poturos, quod illi venenum eſſe arbitrabantur.* Hæ regiones, præcipuè quæ confines Italicis, [a][b] paullatim [4]levi ſudore ſub Imperium venere Romanum: [c][d] primò tentatæ per Fulvium, deinde præliis parvis quaſſatæ per Sextium, ad ultimum per Fabium Maximum domitæ: cui negotii plenus effectus, aſperiore Allobrogum gente devicta, hoc indidit cognomentum. Nam omnes Gallias, niſi quà paludibus inviæ fuere, ut [e] Salluſtio docetur auctore, [f] poſt decennalis belli mutuas clades [5][g] ſubegit Cæſar, ſocietatíque noſtræ fœderibus junxit æternis. Evectus ſum longiùs, ſed remeabo tandem ad cœpta.

Cap. XIII. Domitiano crudeli morte conſumpto, [h] Muſonianus ejus ſucceſſor Orientem Prætoriani regebat poteſtate Præfecti, facundiâ ſermonis utriuſque clarus: unde ſublimiùs quàm ſperabatur eluxit. Conſtantinus enim

4 *Mſ.* levis odore. 5 τὸ ſubegit *al. deeſt.*

Eamdem ſententiam Græcè expreſſit Iſidorus Peluſiota in Epiſtola 203. libri 1. cùm αὐθαίρετον μανίαν appellat ebrietatem. * Nec alio ſenſu Johannes Chryſoſtomus in Sermone 1. ad populum Antiochenſem, & in Homilia 29. in Geneſin, ebrietatem vocat δαίμονα αὐθαίρετον. Quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, ebrium eſſe dæmoniacum voluntarium. Idem in Homilia LVIII. in Matthæum ebrios nihil differre ab dæmoniacis ait: ſed dæmoniacos quidem miſeratione omnium dignos, ebrios verò cunctis odioſos eſſe, ὅτι αὐθαίρετον ἐπισπῶνται μανίαν. Et Homiliâ 28. in Epiſtolam Pauli ad Romanos aſſerit, peccatum generaliter eſſe ſpontaneum furorem, aut dæmonem voluntarium; item in Sermone, Quòd nemo regitur niſi à ſeipſo, pag. 580. *Valeſ.*

a *Paulatim levius odere ſub Imperium venire Rom.*] Mſ. Flor. *levis odore ſub.* Veroſimile eſt Ammian. ſcripſiſſe: *Paulatim levi ſudore ſub Imp. venere Rom.* itaque ſequitur, *præliis parvis quaſſatæ.* Et frequens hæc locutio, *Martius ſudor*, *belli ſudor.* Valentinian. & Valens L. 7. C. Theod. de luſtral. conl. *Sudore bellandi ſtipendiorum gradus uſque ad Protectores meruerunt.* Capitolin. in Maximin. *Sedecim lixas uno ſudore devicit.* Lindenbr.

b *Paullatim levius odere.*] Conjecturam Lindenbrogii confirmat codex Regius, in quo diſtinctè ſcriptum inveni, *paullatim levi ſudore*: * ut & in Toloſano. * Unde bonitatem ejus codicis agnoſcere licet, quæ & aliis multis, iíſque illuſtribus argumentis teſtata eſt. [In Colbertino legi, *levi ſodore*, id eſt, *ſudore.*] Valeſ.

c *Primò tentatæ per Fulvium.*] Livii Epitom. LX. LXI. *Lindenbr.*

d *Tentatæ per Fulvium.*] M. Fulvius Flaccus is dictus eſt, M. Plautii Hypſæi in Conſulatu collega, qui de Gallis triumphavit, ut eſt in Prologo 60. libri Titi Livii, apud Velleium in lib. 2. Plutarchum in Gracchis. Sextius verò, quem ſecundum nominat Marcellinus, eſt C. Sextius Calvinus, qui cum C. Caſſio Longino Conſul fuit: de quo Strabo in lib. 4. Velleius in 1. & Prologus 61. Titi Livii. De Quinto Fabio Maximo Allobrogico loquitur Cæſar in lib. 1. Appianus in Celtico, aliíque. Conſule Faſtos Sigonii. *Valeſ.* Qui recte percepiſſe mentem Ammiani in eo, quod de Fabii cognomento ſcribit, quum anno XXXVI hujus ſæculi jam oſtenderet; ſane ſerum eſt fere L annis poſt incuſare Carrionis ἀβλεψίαν, hæſitantis in cognomine Maximi: utique citari non debuit, ac ſi Ammianus ſcripſiſſet *cum* vel *cui negotii plenior effectus*, quod ex nullo codice affers ὦ ϛωλότης. *Gron.*

e *Salluſtio auctore.*] Fragmentum Saluſtii exſtat apud Mar. Victorin. Commentar. in Ciceron. de Invent. lib. 1. *Res Romana plurimum imperio valuit Ser. Sulpicio & M. Marcello Coſſ. omni Gallia cis Rhenum atque inter mare noſtrum atque Oceanum, niſi quà à paludibus invia fuit, perdomita.* Lindenbr.

f *Poſt decennalis belli mutuas clades.*] Ruf. Feſt. in *Breviario*: *C. Cæſar cum decem legionibus, quæ trecena milia militum Italorum habuerunt, per annos octo ab Alpibus ad Rhenum uſque Gallias ſubegit. Cum barbaris ultra Rhenum poſitis conflixit, in Britanniam tranſivit, decem annis Gallias & Britannias tributarias fecit.* Idem.

g *Subegit Cæſar.*] Reſpexit ad verſum vulgò jactatum, apud Sueton. lib. 1. *Gallias Cæſar ſubegit, Nicomedes Cæſarem.* Idem.

h *Muſonianus.*] Is eſt Arianus, cujus meminit Athanaſius in Epiſtola ad Solitarios, ubi ait Euſebianos Sardicenſe ad Concilium venientes, ſecum adduxiſſe Comitem Muſonianum, Heſychiúmque Caſtrenſem: de eodem loquitur in Apologia ad Conſtantium. Idem poſtea Proconſul Achaiæ à Conſtantio factus eſt, extincta jam Magnentii factione: ut ſcribit Libanius in Orat. de vita ſua: ubi etiam ejus πρᾳότητα & χρηστότητα commendat, quemadmodum Marcellinus noſter. Eumdem denique Præfectum Præt. Orientis fuiſſe teſtatur his verbis: πρότερον δὲ τὴν ἀειμνήστον ἀρχὴν ἔχων ἢ τὸ ἄλλον ἄρχειν στρατηγόν. Fuit autem domo Antiochenus, teſte

cùm limatiùs ſuperſtitionum quæreret [i] ſectas, Manichæorum & ſimilium, nec interpres inveniretur idoneus, hunc ſibi commendatum ut ſufficientem elegit: quem officio functum perite, Muſonianum voluit appellari, antè Strategium dictitatum: & ex eo percurſis honorum gradibus multis, adſcendit ad Præfecturam: [6] prudens alia, tolerabiliſque provinciis, & mitis & blandus: ſed ex qualibet occaſione, maximéque ex controverſis litibus, quod nefandum eſt, & in totum lucrandi aviditate ſordeſcens: ut inter alia multa evidenter apparuit [k] in quæſtionibus agitatis ſuper morte Theophili Syriæ Conſularis, proditione Cæſaris Galli, impetu plebis promiſcuæ diſcerpti: ubi damnatis pauperibus, quos, cùm hæc agerentur, peregrè conſtabat fuiſſe, auctores diri facinoris, exuti patrimoniis, abſoluti ſunt divites. [7] Hunc Proſper adæquabat, pro Magiſtro equitum, agente etiam tum in Galliis, militem regens, abjectè ignavus, &, [l] ut ait Comicus, arte deſpecta furtorum rapiens propalam. Queis concordantibus, mutuáque commercia viciſſim ſibi conciliando locupletatis, Perſici duces vicini fluminibus, Rege in ultimis terrarum ſuarum terminis occupato, per prædatorios globos noſtra vexabant, nunc Armeniam, aliquoties Meſopotamiam confidentiùs incurſantes; Romanis ductoribus [m] ad colligendas obedientium exuvias occupatis.

6 *Mſ.* prudens alia. 7 *Mſ.* Huc Proſper adequitabat.

---

eodem Libanio in Epiſtola 384. & 451. qui quidem ſemper eum Strategium nominat priſtino nomine. Sunt ad eum ſcriptæ lex 14. Cod. Theod. de naviculariis, & lex 5. de curſu publico, Conſtantio Aug. VII. & Conſtantio Cæſare Coſſ. *Valeſ.*

i *Sectas Manichæorum & ſimilium.*] De Manichæorum hæreſi copioſè Euſeb. Pamph. Eccleſ. Hiſtor. lib. VII. cap. XXV. Socr. lib. I. cap. XVII. Theodoret. in Epitom. Hæreſiar. lib. I. cap. ult. * Cyrill. Hieroſol. Catecheſ. 6. * Philaſtrius Epiſc. in lib. de Hæreſib. Petrus Siculus in Hiſtor. pag. 42. Suidas in voce Μάνης, & Titulus Codicis de Manichæis. *Lindenbr.*

k *In quæſtionibus ſuper morte Theophili.*] Libanius in Oratione ad Theodoſium de ſeditione Antiochena, Conſtantii in caſtigandis civitatum ſeditionibus clementiam valde laudat: aitque eum Theophili Conſularis cædem graviter & moleſtè tuliſſe: Strategio tamen Præfecto quem ad puniendos tumultûs auctores miſerat, mandaſſe ut id facinus quàm fieri poſſet mitiſſimè vindicaret: cujus mandatis Præfectum paruiſſe ſubjungit. Sed Julianus in Miſopogone ſub finem inclementiùs animadverſum innuit his verbis: δίκην δ' ἀποτίνων αὖθις ὥσπερ τούτων ὧν ὀργιζόμενοι δικαίως ἐπράξατε, οὐκέτι μετρίως. *Valeſ.*

l *Ut ait Comicus, arte deſp. furt. rapiens propalam.*] Intelligit Plauti locum in Epidico ſub initium, ubi Terpſio ait:

Minùs jam furtificus ſum quàm antehac.
Ep. Quid ita? Terp. Rapio propalam.

Eadem venuſtate dicit Cicero in Piſonem: *Olim furunculus, nunc verò etiam rapax.* Sed ad Marcellini mentem magis appoſitè Plutarchus in Ciceronis Vita: ἐν ᾧ καιρῷ τῆς φιλοπλουτίας ἀκμαζούσης καὶ τῶν πεμπομένων στρατηγῶν καὶ ἡγεμόνων ὡς τοῦ κλέπτειν ἀγεννοῦς ὄντος ἐπὶ τὸ ἁρπάζειν τρεπομένων, οὐ τὸ λαμβάνειν ἐδόκει δεινὸν, ἀλλ' ὁ μετρίως τοῦτο ποιῶν ἠγαπᾶτο. Id eſt: *Quo tempore vigente avaritia, cùm Prætores ac Proconſules qui in provincias mittebantur, prorſus quaſi furari puſilli animi foret, ad rapiendum incumberent; non videbatur grave eſſe accipere: ſed qui id moderatè faceret, laudabatur.* Idem.

[m *Ad colligendas obeuntium exuvias occupatis.*] Editio Romana, & Codices Mſſ. Regius, Toloſanus, ac Colbertinus habent, *obedientium exuvias*, optimè. *Obedientes* appellavit Marcellinus Romanos, & Imperio Romano ſubjectos. Sic in lib. XXI. de Juliano Aug. loquitur: *Tunc ut ſecuritatem trepidis rebus afferret, & obedientium nutriret fiduciam,* &c. Vult igitur dicere Marcellinus, Duces Romanos in Oriente magis de ſpoliandis Romanis popularibus ſuis, quàm de reprimendis Perſis tum fuiſſe ſollicitos.] *Idem.*

Explicit Liber XV.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XVI.

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XVI. continentur.

CAPUT I. *Juliani Cæſaris laus.*
C. II. *Julianus Cæſar Alamannos adoritur, cædit, capit & fugat.*
C. III. *Julianus C. Coloniam à Francis captam recipit, & pacem ibi cum Francorum Regibus facit.*
C. IV. *Julianus Cæſar apud Senonas opidum ab Alamannis obſidetur.*
C. V. *Juliani Cæſaris virtutes.*
C. VI. *Arbetio vir Conſularis accuſatur, & abſolvitur.*
C. VII. *Julianus C. à Præpoſito Cubiculi ſui Eutherio apud Imperatorem defenditur adverſus Marcellum: & laus Eutherii.*
C. VIII. *Delationes & calumniæ in caſtris Conſtantii Auguſti, & Aulicorum rapacitas.*
C. IX. *Agitur de pace cum Perſis.*
C. X. *Conſtantii Aug. militaris ac velut triumphalis in urbem Romam adventus.*
C. XI. *Julianus C. Alamannos in inſulis Rheni, quò ſe & ſua receperant, aggreditur, & Tres Tabernas adverſus eos reparat.*
C. XII. *Julianus C. VII. Alamannorum Reges Galliam incubantes aggrēditur, & Barbaros apud Argentoratum acie fundit.*

CAP. I. HÆc per orbem Romanum [1] fatorum ordine contexto verſante, Cæſar apud Viennam [a] in collegium faſtorum à Conſule octies Auguſto adſcitus, urgente genuino vigore, pugnarum fragores cædéſque barbaricas ſomniabat, colligere provinciæ fragmenta jam parans, ſi adfuiſſet flatu tan-

1 *Mſ.* factorum.

a *In collegium faſtorum à Conſule VIII. Auguſto adſcitus*] Infrequens locutio, & Romanis auribus delicatioribus inuſitata: unde fœdè lapſi ſunt, qui dum eam non intelligebant, corrigere conati ſunt. Vocat autem Ammianus *collegium faſtorum*, collegium Conſulum, quorum nomina faſtis inferebantur, unde etiam faſti Conſulares appellantur: quales Capitolini illi ſunt, ante annos aliquammultos reperti, & Siculi, nec non etiam quos Caſſiodorus Senator urbis Romæ conſcripſit. Pari mod eidem Ammian. dixit, *in collegium trabeæ adſciſci.*

dem ſecundo. Quia igitur res magnæ, quas per Gallias virtute felicitatéque correxit, multis veterum factis fortibus præſtant, ſingula ſerie progrediente monſtrabo, inſtrumenta omnia mediocris ingenii, ſi ſuffecerint, commoturus. Quidquid autem narrabitur, quod non falſitas arguta concinnat, ſed fides integra rerum abſolvit, documentis evidentibus fulta, ad laudativam pæne materiem pertinebit. Videtur enim lex quædam vitæ melioris hunc juvenem à nobilibus cunis, ad uſque ſpiritum comitata ſupremum. Namque incrementis velocibus ita domi foríſque colluxit, ut prudentiâ Veſpaſiani filius Titus alter æſtimaretur, [b] bellorum glorioſis curſibus Trajani ſimillimus, [c] clemens ut Antoninus, rectæ perfectæque rationis indagine [d] congruens [e] Marco, ad cujus æmulationem [2] actus ſuos effingebat & mores. Et quoniam, ut Tulliana docet auctoritas, omnium magnarum artium ſicut arborum altitudo nos delectat, radices ſtirpéſque non item: ſic præclaræ hujus indolis rudimenta tunc multis obnubilantibus tegebantur, quæ anteferri geſtis ejus poſtea multis & miris hac ratione deberent, quòd adoleſcens primævus, [f] ut [g] Erechtheus in ſeceſſu Minervæ

2 *Al.* actus affingebat.

Lib. XXIII. *Juliano verò jam ter Conſule, adſcito in collegium trabeæ Salluſtio.* Lib. XXX. *Gratiano adſcito in trabeæ ſocietatem Equitio Conſule.* Lindenbr.

b *Bellorum glorioſis curſibus Trajani ſimillimus*] Ita de Claudio Imp. Trebellius Poll. *Quid in illo non mirabile? quid non conſpicuum? quid non triumphalibus vetuſtiſſimis præferendum? in quo Trajani virtus, Antonini pietas, Auguſti moderatio, & magnorum Principum bona ſic fuerunt.* Idem.

c *Clemens ut Antoninus*] Antoninus cognomine Pius, moribus clemens, ac tantæ bonitatis, ut haud dubiè ſine exemplo vixerit. Aurel. Victor & Capitolin. *Idem.*

d *Congruens Marco, ad cujus æmulationem actus ſuos effingebat*] Eutrop. lib. x. & Landulf. Sagax in Hiſtor. Miſcell. *Marco Antonino non abſimilis,* (Julianus) *quem etiam æmulari ſtudebat.* Sic ferè ſemper ſibi aliquem Principes proponunt, ad cujus æmulationem mores ſuos effingant. De Alexand. Severo Lamprid. *Legit & vitam Alexandri,* (Magni) *quem præcipue imitatus eſt, etſi in eo contemnebat ebrietatem.* De Conſtantio Ammian. lib. XV. *Ad æmulationem civilium Principum vitam formare moreſque ſuos diligentia laborabat enixa.* Sic Antonin. Caracalla Alexandrum Magn. ejuſque geſta ſemper loquebatur; Tiberium & Syllam in conventu plerumque laudabat. Nec alias fabulas Peſcennius Niger umquam habuit, niſi de Hannibale ceteriſque talibus, ut Spartian. ſcribit. Atque hoc eſt, quod Lucillium monet Seneca Epiſt. XI. *Aliquis vir bonus nobis eligendus eſt, & ſemper ante oculos habendus, ut ſic tamquam illo ſpectante vivamus, & omnia tamquam illo vidente faciamus. -- Elige itaque Catonem: ſi hic videtur tibi rigidus, elige remiſſioris animi virum Lælium, elige eum cujus tibi placuit & vita & oratio; & ipſius animum ante te ferens & vultus, ſemper tibi oſtende vel cuſtodem, vel exemplum.* Bono itaque publico Plutarchus, Æmil. Probus, Aurel. Victor, & ex recentioribus nonnulli vitas magnorum virorum edidêre, ut ſemper in numerato ſit, quod eligere & imitari poſſimus. *Idem.*

e *Marco, ad cujus æmulationem.*] Cui magis hac potiſſimùm de re credi par eſt quàm Juliano ipſi? Is igitur in Epiſtola ad Themiſtium ſibi cum Alexandro Macedone & Marco Aurelio certamen quoddam virtutis & gloriæ ait eſſe ſuſceptum: καί μοι πάλαι μὲν οἰομένῳ πρός τε τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὸν Μάρκον, καὶ εἴ τις ἄλλος γέγονεν ἀρετῇ διαφέρων, εἶναι τὴν ἅμιλλαν, φρίκη τις προσῄει μὴ τοῦ μὲν ἀπολείπεσθαι τῆς ἀνδρείας δόξῃ, τοῦ δὲ τῆς τελείας ἀρετῆς οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον ἀφίκωμαι. *Valeſ.*

* *Singula ſerie &c.*] An non dedit auctor *ſingulas*? Certe cap. 5. ubi ait ſimiliter *ſuo quæque loco ſingula demonſtrabuntur*, præmiſerat neutrum. *Gron.*

f *Ut Erechtheus in ſeceſſu Minervæ nutritus.*] Hic eſt qui vulgò Erichthonius dicitur à Mythologis: quem Homerus in Catalogo Erechtheum appellat his verſibus:

Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὅν ποτ' Ἀθήνη
Θρέψε Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα,
Κὰδ δ' ἐν Ἀθήνῃσ' εἷσεν ἑῷ ἐνὶ πίονι νηῷ.

Hunc Minerva occultatum in ciſta cum geminis ſerpentibus Cecropis filiabus commendaverat: unde mos manavit, ut omnes ejus poſteri alerentur in cunis, quæ auro ductos angues haberent appoſitos, quemadmodum ſcribit Euripides in Ione ſub initium. Eidem Erechtheo templum fuit Athenis in arce poſitum, cujus meminit Herodotus in 8. lib. ubi & ſerpentes illi erant duo cuſtodes arcis, quibus mellita quotidie apponebatur placenta, ut notat Heſychius ad illa verba ex Ariſtoph. Lyſiſtrata, οἰκουρὸν ὄφιν. Ab hoc Erechtheo diſtinguendus alter Erechtheus Pandionis filius, Erichthonii ſeu Erechthei prioris nepos: à quo denominatos Ἐρεχθεΐδας tribules ſcribit Pauſanias & Demoſthenes ἐν ἐπιταφίῳ λόγῳ. *Valeſ.*

g *Erichtheus in ſeceſſu*) Logiſtorici Erichthonium

nutritus, ex Academiæ quietis umbraculis, non è militari tabernaculo, in pulverem Martium tractus, ſtratâ Germaniâ, pacatiſque rigentis 3 Rheni meatibus, cruenta ſpirantium Regum hîc ſanguinem fudit, alibi manus 4 catenis afflixit.

CAP. II. Agens itaque negotioſam hiemem apud oppidum antè dictum, inter rumores qui volitabant adſidui, comperit Auguſtoduni civitatis antiquæ muros, ſpatioſi quidem ambitus, ſed carie vetuſtatis invalidos, barbarorum impetu repentino inſeſſos, torpente præſentium militum manu, [h] veteranos 5 concurſatione pervigili defendiſſe: ut [i] ſolet abrupta ſæpe diſcrimina ſalutis ultima deſperatio propulſare. Nihil itaque remittentibus curis, ancillari adulatione poſthabita, quâ eum proximi ad amœnitatem flectebant & luxum, ſatis 6 omnibus comparatis, [k] VIII. Kal. Julias Auguſtodunum pervenit, [l] velut dux diuturnus, viribus eminens & conſiliis, per diverſa palantes barbaros, ubi dediſſet fors copiam, aggreſſurus. Habita itaque deliberatione, adſiſtentibus locorum peritis, quodnam iter eligeretur ut tutum, multa ultro citróque dicebantur, [m] aliis per Arbor..... [n] quibuſdam per Sedelaucum & Coram iri debere firmantibus. Sed cùm ſubſererent quidam, Silvanum paullo antè Ma-

3 *Mſ.* Rheni meatibus. 4 *Mſ.* catenis afflixit. 5 *Mſ.* concuſſatione. 6 *Mſ.* orònibus.

vocant. Apollod. Biblioth. lib. III. Hygin. fabul. CLXVI. Fulgent. Mythol. lib. II. Placid. Lactant. in Stat. lib. II. *Lindenbr.*

h *Veteranos concurſatione perv. defendiſſe.*] Narrat id quoque Libanius in Orat. funebri pag. 271. *καί τινα κ̀ κυκλωθεῖσαν ἐπὶ ἐρημίᾳ νεανίσκων ἀπεκρούσαντο πολλῶν γέροντες ὀλίγοι γήρᾳ τῶν ὅπλων ἀσύμβολοι:* quod facinus cum Myronidis Athen. victoria confert. *Valeſ.*

i *Solet abrupta ſæpe diſcrimina ſalutis ultima deſperatio propulſare*] Militare præceptum eſt, cum deſperatis arma non conſerenda: ubi enim evadendi ſpes nulla, ibi ignaviam quoque metus acuit, & de neceſſitate virtutem facit. In bello Crotonienſium contra Locrenſes, hi quòd longè majore numero militum vincebantur: *Omiſſa ſpe victoriæ* (inquit Trog. Pomp. lib. XX.) *in deſtinatam mortem conſpirant, tantuſque ardor ex deſperatione ſingulos cepit, ut victores ſe putarent, ſi non inulti morerentur. Sed dum honeſtè mori quærunt, feliciter vicerunt. Nec alia cauſa victoriæ fuit, quàm quòd deſperaverunt.* Vide Fl. Veget. de Re milit. lib. III. cap. 21. lib. IV. cap. 25. * Comm. ad Ligurin. p. 190. 191. *Lindenbr.*

k *Octavo Kal. Julias.*] Ita juſſerat Conſtantius Auguſtus teſte Juliano in Epiſtola ad ordinem & populum Athenienſem his verbis: *τούτων δὲ ὃν ἔφην τρόπον πεπραγμένων, περὶ τὰς τροπὰς τὰς θερινὰς ἐπιτρέπει μοι βαδίζειν εἰς τὰ στρατόπεδα, ὄχημα κ̀ τὴν εἰκόνα περιοίσοντι τὴν ἑαυτοῦ.* Id eſt: *His ad eum quem dixi modum perfectis, circa æſtivum ſolſtitium proficiſcendi ad Gallicanos exercitus facultatem mihi concedit, habitum & imaginem ipſius circumlaturo.* Nec aſſentiri poſſum doctiſſimo Interpreti, qui pro æſtivo ſolſtitio hibernum legendum affirmat. Etenim hic locus Juliani non de eo intelligendus eſt anno, ſub cujus exitum Julianus in Gallias eſt miſſus: ſed de anno ſubſequente, quo primum iniit Conſulatum cum Conſtantio: qui fuit annus Chriſti 356. Ab æſtivo ſolſtitio Gallicani milites in expeditionem proficiſci ſolebant, ut docet Marcellinus noſter in lib. 17. his verbis: *Opperiénſque Julium menſem, unde ſumunt Gallicani procinctus exordia.* Et Julianus in Epiſt. citata: *κ̀ στρατιώτου μὲν ἀκμάζοντος τοῦ σίτου.* Denique Caſſiodorus in lib. I. *Ep.* 24. Pæne omiſeram, in ſuperiore Juliani loco pro *ὄχημα* legendum eſſe *σχῆμα*. *Valeſ.*

l *Velut dux diuturnus*] Novè dixit *diuturnum ducem*, id eſt, uſu caſtrenſis negotii diuturno firmatum, ut loquitur lib. XXX. Sic *diuturnior*, id eſt, ſenior. Inf. lib. XXIII. *E Sacerdotum conſortio quidam ceteris diuturnior nullo pulſante repente concidit.* Lindenbr.

m *Aliis per Arboroſam.*] Ita quidem primus edidit Caſtellus: ſed in Editione Rom. atque in codice Regio [& Colbertino] legitur, *per Arbor....* quod equidem retinere ſatius eſſe duxi, quàm Caſtelli ſomnium lectori obtrudere. *Valeſ.*

n *Quibuſdam per ſedes Leucorum.*] Hujus lectionis auctor eſt Gelenius. Nam Caſtellus ediderat hoc modo: *Quibuſdam de lacu & corbitis iri debere firmantibus*; fœdè prorſus ac monſtroſè. In Editione Romana ſic legebatur: *Quibuſdam de lauc. & orairi debere firm.* At codex Regius [& Colbertinus] veram nobis ſcripturam conſervavit hujuſmodi: *Quibuſdam per Sedelauco & Cora iri debere firmantibus.* Nam ab Auguſtoduno Autiſiodo-

giſtrum

giſtrum peditum, per compendioſas vias, verùm ſuſpectas, quia tenebris multis umbrantur, cum VIII. auxiliarium milibus ægrè tranſiſſe, fidentiùs Cæſar audaciam viri fortis imitari magnopere nitebatur. Et ne qua interveniret mora, adhibitis [7] Cataphractariis ſolis, [o] & Balliſtariis, parum ad tuendum rectorem idoneis, percurſo eodem itinere Autoſidorum pervenit. Ubi brevi, ſicut ſolebat, otio cum milite recreatus, ad Tricaſſinos tendebat: & barbaros in ſe catervatim ruentes, partim cùm timeret ut ampliores, confertis lateribus obſervabat: alios occupatis habilibus locis decurſu facili proterens, nonnullos pavore traditos cepit: reſiduos in curam celeritatis omne quod poterant conferentes, quia ſequi non valebat gravitate præpeditus armorum, innocuos abire perpeſſus eſt. Proinde certiore jam ſpe ad reſiſtendum ingruentibus confirmatus, per multa diſcrimina venerat Tricaſſas adeo inſperatus, ut eo portas pæne pulſante, diffuſæ multitudinis barbaræ metu, aditus urbis non ſine anxia panderetur ambage. Et paullisper moratus dum fatigato conſulit militi, civitatem Remos nihil prolatandum exiſtimans petit: ubi in unum congregatum [8] [p] exercitum vehentem .... juſſerat opperiri præſentiam ſuam: cui præſidebat Urſicini ſucceſſor Marcellus, & ipſe Urſicinus aduſque expeditionis finem agere præceptus iiſdem in locis. Poſt variatas itaque ſententias

7 *Al.* cataphractis. 8 *Mſ.* exercitum vehentem .... juſſerat.

rum petentibus per Sedelaucum iter eſt, ut patet ex Antonini Itinerario ſic.

Auguſtoduno millia plus minus 33. *leugæ* 22.
Sidoloucum m.p.m. 27. *leugæ* 18.
Aballone m.p.m. 24. *leugæ* 16.
Autiſiodorum m.p.m. 33. *leugæ* 22.

Ita enim eum Antonini locum reſtituimus, cùm vulgatæ Editiones pro leugis legiones ubique præferant contra ſcriptorum codicum auctoritatem: quod Hieronymi Suritæ commentum eſt. In Tabula quoque Peutingerorum eadem leugarum ſpatia notata ſunt hoc modo. *Auteſſioduro* 22. *Aballo* 16. *Sidoloco* 18. *Auguſtodunum* 29. In Epiſtola Amulonis Lugdun. Epiſcopi ad Theodboldum Sedelocus dicitur: manétque hodie nomen *Saulieu.* De Cora autem major difficultas eſt. In Notitia quidem Imperii legitur *Præfectus Sarmatarum Gentilium à Chora Pariſios uſque.* * Sed non dubito, quin Marcellinus Coram fluvium intelligat, qui eſt inter Auguſtodunum & Autiſſiodorum. Certè Jonas in Vita S. Columbani capite 22. Choram fluvium in eodem itinere commemorat. *Per urbem* (inquit) *Biſontionum Auguſtudunúmque ad Avallonem caſtrum pervenit: deinde ad Choram fluvium properans, &c. exin Autiſſiodorum properavit.* Aimoinus Monachus in libro de tranſlatione & miraculis Aurelii, Georgii & Nataliæ, pagum ibidem fuiſſe teſtatur, de nomine fluvii ita appellatum, his verbis: *In Eccleſia pagi Autiſiodorenſis Cora nuncupati cùm fuiſſent ſancti Martyres Altario impoſiti, &c.* Henr. Valeſ.

[De Chora fluvio, & de Chora vico ei appoſito fratrem meum pridem monui: de eorum ſitu & nomine primus multa obſervavi, quæ Notitiæ Galliarum inſerui. Sed omnino Marcellinus ſuprà Choræ nomine vicum deſignare voluit, non fluvium. Hadr. Valeſ.]

* o *Et Balliſtariis.*] Lipſius in lib. 3. Poliorcetici funditores fuiſſe putat, aut ſundibularios. Sanè in Gloſſis vett. *Baliſtarii*, σφενδονῆται exponuntur; & à Vegetio in lib. 2. cap. 2. inter levem armaturam recenſentur, & à funditoribus diſtinguuntur. Sed heic *Balliſtarii* nomen eſt numeri militaris. Eorum mentio fit in Notitia Imperii Rom. ſub Duce Mogontiacenſi. * Henr. Valeſ.

p *Exercitum Veſuntii juſſerat opperiri.*] Hanc ſcripturam excogitavit P. Caſtellus, cùm in Editione Rom. legeretur, *exercitum vehentem juſſerat opperiri.* Sed in Mſſ. Regio ac Florentino, & in Editione Baſilienſi, inter *vehentem*, & *juſſerat*, aliquantulum interjectum eſt ſpatii. Equidem vulgatam lectionem prorſus ferre non poſſum, cùm Marcellini ſententiæ repugnet. Neque enim Veſuntii, ſed Remis milites in unum coacti Cæſarem exſpectare erant juſſi, ut per Decem-pagos (quod opidum eſt in agro Mettenſi, 30. millibus diſtans à Mettis, teſte Paulo Warnefrido de Mettenſibus Epiſcopis) proficiſceretur adverſus Alamannos. Cui conſilio quid magis contrarium eſt, quàm Veſuntii milites Imperatorem opperiri? Adde quòd ſaltem Veſuntione diceret, non Veſuntii: ſic enim Cæſar, & Xiphilinus in Nerone, & Antoninus eam appellant in Itinerario. Ammianus in lib. ſuperiore Biſontios vocat, in lib. 21. *Beſantionem.* Sed ut conjecturam meam proponam, ſic ferè à Marcellino ſcriptum puto: *Ubi in unum congregatum exercitum*

plures, cùm placuiſſet [q] per Decem-pagos Alamannam adgredi plebem, denſatis agminibus tendebat illuc ſolito alacrior miles. Et quia dies humectus & decolor vel contiguum eripiebat adſpectum, juvante locorum gnaritate, hoſtes tramite obliquo diſcurſo poſt Cæſaris terga, [r] legiones duas arma cogentes adorti pæne deleſſent, ni ſubitò concitus clamor ſociorum auxilia coegiſſet. Hinc & deinde nec itinera nec flumina tranſire poſſe ſine inſidiis putans, erat providus & cunctator: quod præcipuum bonum in magnis ductoribus, opem ferre ſolet exercitibus & ſalutem. Audiens itaque Argentoratum, Brocomagum, [ſ] Tabernas, Saliſonem, Nemetas, & Vangionas, & Mogontiacum civitates barbaros poſſidentes, territoria earum habitare: ([t] nam ipſa oppida [v] ut circumdata retiis buſta declinant) primam omnium [x] Brocomagum occupavit: eíque jam adventanti Germanorum manus pugnam intentans occurrit. Cúmque in bicornem figuram acie diviſa, collato pede res agi cœpiſſet, exitióque hoſtes urgerentur ancipiti, captis nonnullis, aliis in ipſo prœlii [9] fervore truncatis, reſidui diſceſſere celeritatis præſidio tecti.

Cap. III. Nullo itaque poſthæc repugnante, ad recuperandam ire pla-

9 *Mſ.* fervare.

---

vehentem menſis cibaria juſſerat opperiri præſentiam ſuam. Valeſ.

q *Per Decem-pagos Alamannam aggredi.*] Antonin. in Itinerar. *Iter de Pannoniis in Gallias per mediterranea loca, id eſt, à Sirmio per Soppianas, Treveros uſque. Tabernas, Decem-pagos, Divodorum.* Tabula Itiner. *Tabernis, Ponteſaravi, Ad Decem-pagos, Ad Duodecimum.* Lindenbr.

r *Legiones duas arma cogentes.*] Sic Latini vocant quos Græci οὐραγοὺς & ὀπισθοφύλακας. Et ſic loquitur ſæpiſſimè Marcellinus. Livius lib. 37. *Ita & explicuere ordinem primæ in conſpectu Prætoris, & coactum agmen ab Rhodiis eſt.* Valeſ. Si modo Ammianus eo ſenſu voluerit dicere *arma cogere*, quo Livius *agmen cogere*. Utique longe alio ſenſu ſic loquitur libro xx. cap. 8. *arma quoque & tirocinia cogens, legioneſque augens.* Iſto autem ſenſu uſurpat *agmina cogere* in principio libri xxiv. præferens pluralem, ubi antiquiores ſingularem, etſi eadem loquutio iterum occurrat libro xxv. & xxviii. non ſine ſuſpicione vitii, ut probabiliter diſputat pater in cap. xix. Obſervationum ad Eccleſiaſticos ſcriptores. *Gron.*

* ſ *Tabernas.*] Tabernas Rhenanas heic intelligi aſſerit Cluverius in libri 2. de antiqua Germania capite 12 Cui non accedo. Nam cùm Ammianus heic ſingula opida ſuo ordine recenſeat, ſi Tabernas ad Rhenum ſitas dicere voluiſſet, Saliſoni profectò eas poſtpoſuiſſet. Quod cùm ille non fecerit, ſed ante Saliſonem poſuerit, apparet eum Tabernas Alſaticas intellexiſſe. Opinionem noſtram confirmat Julianus in epiſtola ad Senatum populúmque Athenienſem pag. 512. ad quem locum vide quæ notavit Dionyſius Petavius. Henr. Valeſ. * [Tabernas numero tres fuiſſe, alias ad Rhenum flumen, alias in Aleſatia inferiore prope Pontem Saravi, tertias flumen Navam inter ac Nivomagum Moſellanum, docui nuper in Notitia Galliarum pag. 542. Hadr. Valeſ.]

t *Nam ipſa oppida, ut circumdata retibus luſtra declinant.*] Libanius in Oratione Conſulari ad Julianum 45. urbes à barbaris captas eſſe dicit: quarum agros barbari arabant, cùm ipſa opida diruiſſent. Idem ſcribit Julianus in Epiſt. ad Athenienſes: πολλῶν πάνυ Γερμανῶν περὶ τὰς πεπορθημένας ἐν Κελτοῖς πόλεις ἀδεῶς κατοικούντων· πέντε που καὶ τεσσαράκοντα ἔσι τείχη δίχα τῶν πύργων, &c. Zoſimus initio lib. 3. quadraginta tantùm ponit urbes, ad Rhenum ſitas, quas Alamanni, & Franci & Saxones everterant. Hujuſce porrò Galliarum vaſtationis cauſam Libanius in Oratione funebri confert in Conſtantium: qui ut Magnentium tyrannum diſtineret, datis ad barbaros litteris ultro erat adhortatus, ut Rom. limitem irrumperent: quod & Zoſimus in lib. 2. & Socrates Sozomenúſque confirmant. *Idem.*

v *Ut circumdata retibus luſtra.*] Quis hanc ſcripturam vel ſuſpicetur de vitio? Eam tamen ut vitioſam & à Mar. Accurſio primùm fabricatam audacter expunxi, reſtituta Mſſ. codicum omnium lectione, quam Editio quoque Romana ſervaverat. Confirmatur autem hæc ſcriptura ſimili quoque loco, qui eſt in lib. 31. de Hunnis: *Ædificiis nullis umquam tecti: ſed hæc velut ab uſu communi diſcreta ſepulcra declinant.* Eadem ſententiâ Carolus IX. Francorum Rex, cùm eſſet ſuopte ingenio actuoſus, nec morari ſub tecto eodem diutiùs poſſet, dicere ſolebat ædes ſepulcra eſſe vivorum hominum, ut in ejus Vita proditum eſt à P. Maſone. *Idem.*

x *Brotomagum occupavit.*] In Itinerario Antonini Brocomagus dicitur. Unde Marcellini noſtri locum corrigendum eſſe monuerat Hieronymus Surita, præſer-

cuit Agrippinam, ante Cæſaris in Gallias adventum exciſam: per quos tractus nec civitas ulla viſitur, nec caſtellum: niſi quòd apud Confluentes, locum ita cognominatum, ubi amnis Moſella confunditur Rheno, [1] [y] Rigomagum oppidum eſt, & una prope ipſam Coloniam turris. Igitur Agrippinam ingreſſus, non antè motus eſt exinde, quàm Francorum Regibus furore miteſcente perterritis, pacem firmaret Reipublicæ interim profuturam, & urbem reciperet munitiſſimam. Quibus vincendi primitiis lætus, per Treveros hiematurus apud Senonas oppidum tunc opportunum abſceſſit. Ubi bellorum inundantium molem humeris ſuis, quod dicitur, vehens, ſcindebatur in multiplices curas: ut milites qui à ſolitis deſcivere præſidiis, reducerentur ad loca ſuſpecta, & conſpiratas gentes in noxam Romani nominis disjectaret, ac provideret ne alimenta deeſſent exercitui per varia diſcurſuro.

CAP. IV. Hæc ſollicitè perpenſantem hoſtilis aggreditur multitudo, oppidi capiundi ſpe in majus accenſa: ideo confidentes, quòd ei nec Scutarios adeſſe & quidem monentibus perfugis didicerant, nec Gentiles, per municipia diſtributos, ut commodiùs [2] veſcerentur. Cùm autem .. * .. Clauſa ergo urbe, murorúmque intuta parte firmata, ipſe cum armatis die noctúque inter propugnacula viſebatur & pinnas, [3] ira exundante ſubſtridens, cùm erumpere ſæpe conatus, paucitate præſentis manus impediretur. Poſt triceſimum denique diem abiere barbari triſtes, inaniter ſtultéque cogitaſſe civitatis obſidium muſſitantes. At, quod indignitati rerum eſt adſignandum, periclitanti Cæſari diſtulit ſuppetias ferre [z] Marcellus Magiſter equitum, agens in ſtationibus proximis: cùm etiamſi civitas abſque Principe vexaretur, oppoſita multitudine malis obſidionalibus expediri deberet. Hoc metu ſolutus efficaciſſimus Cæſar, providebat conſtanti ſollicitudine, ut militum diuturno labori quies ſuccederet aliqua, licèt brevis, ad recreandas tamen ſufficiens vires: quamquam ultimâ ſqualentes inopiâ [a] terræ ſæpe [4] vaſtitatæ exigua quædam victui congrua adgerebant. Verùm hoc quoque diligentiâ curato pervigili, affuſa lætiore ſpe proſperorum, ſublato animo ad exſequenda plurima conſurgebat.

1 *Mſ.* Rigomagum. 2 *In mſ. lacuna relicta eſt unius liniæ. al.* veſcerentur. Cla. 3 *Al.* ita. 4 *Mſ* vaſtitate.

---

tim cùm à Ptolemæo Βρευκόμαγος nominetur in Triboccis. Sed & vetus Peutingerorum Tabula Brocomacum eam appellat. Poſtremò, ne ſcrupulus quiſquam ſuperſit, ita diſtinctè in exemplari Regio ſcriptum reperi: *Primam ex iis Brocomagum occupavit.* Tametſi paullo ſuperiùs in eo ſcriptum ſit: *Brotomago, Tabernas, Saliſone, &c.* * Nunc *Brumat* dicitur, & eſt ad Sornum fluv. ſita. * *Valeſ.*

y *Rigodulum oppidum eſt.*] Legendum ut eſt in Mſ. *Rigomagum oppid.* Tabula antiqua Itineraria: *Confluentes, Antunnaco, Rigomagus, Bonnæ.* Lindenbr.

z *Marcellus Mag. equitum.*] Hunc quaſi cuſtodem Juliano appoſuerat Conſtantius unà cum Salluſtio, eíſque belli totius adminiſtrationem commiſerat, ſolo Cæſaris titulo penes Julianum manente; ut narrat Zoſimus in lib. 3. & Eunapius apud Suidam in ἐξιστάμενος his verbis: ὁ γοῦν Μάρκελλος κύριος ἦν τῶν πραγμάτων, ὀνόματος μόνου καὶ σχήματος τοῦ Ἰουλιανοῦ ἐξιστάμενος, τὴν δὲ ἀληθεστέραν αὐτὸς ἀρχὴν μεταχειριζόμενος. Et in v. Σαλούστιος. Hanc Conſtantii calliditatem tangit Libanius in Oratione funebri Juliani pag. 271. & in Oratione Conſulari. *Valeſ.*

[a *Terræ ſæpe vaſtatæ ex. quædam victui congrua ſuggerebant.*] In codice Colbertino legitur, *terræ ſæpe vaſtitatæ exigua quædam victui congrua adgerebant*: quomodo haud dubiè ſcripſit Marcellinus. P. Pithœus certè

CAP. V. Primum igitur factúque difficile, [b] temperantiam ipſe ſibi indixit, atque retinuit, tamquam [c] adſtrictus ſumptuariis legibus viveret, quas [d] ex [e] rhetris Lycurgi, & axonibus Romam tranſlatas diúque obſervatas, & [f] ſeneſcentes paullatim, reparavit Sylla Dictator: reputans [g] ex prædictis Democriti, quòd ambitioſam menſam fortuna, parcam virtus apponit. Id enim etiam [h] Tuſculanus Cato prudenter definiens, cui Cenſorii cognomentum caſtior vitæ indidit [i] cultus: *Magna*, inquit, *cura cibi, magna virtutis incuria*. Denique [k] cùm legeret libellum adſiduè, quem Conſtantius ut privignum [5] ad ſtudia mittens, manu ſua conſcripſerat, prælicenter diſponens quid in convivio Cæſaris impendi deberet: [l] phaſianum, & vulvam, & ſumen exigi vetuit & inferri, [m] munificis militis vili & fortuito cibo contentus. Hinc [6] continge-

5 *Al.* ad ſtudium. 6 *al.* contigebat.

---

ad oram Ammiani ſui notavit quoque ſcriptum eſſe *vaſtitatæ* in codice Valentino, uti & *populitatæ* legitur in Digeſtis, pro ſæpe populatæ.] *Valeſ.*

b *Temperantiam ſibi ipſi indixit.*] Julianus ipſe in Miſopog. δεινὴ δέ τις ἐκ παιδαρίου με καὶ ἀνόητος ἀπάτη περιλαβοῦσα τῇ γαστρὶ πόλεμον ἔπεισεν. Οὐ γὰρ ἐπιτρέπω πολλῶν ἐμπίμπλασθαι σιτίων αὐτῇ. *Lindenbr.*

c *Adſtrictus ſumtuariis legibus.*] De ſumtuariis ſive cenſoriis legibus Plin. lib. VIII. cap. 51. lib. X. cap. 2. A. Gellius lib. II. cap. 24. * Tertullianus Apolog. cap 6: * *Idem.*

d *Ex Rhetris Lycurgi & axonibus.*] Ῥῆτρα proprie dicta eſt reſponſio Apollinis Delphici, quæ Lycurgo conſulenti de Senatoribus, & de populi in concionibus poteſtate data eſt. Eáque à Plutarcho refertur in Lycurgi vita. Generaliter tamen omnes à Lycurgo latæ leges ῥῆτραι videntur dictæ; ut innuit Plutarchus in Laconicis Apophth. & in dialogo de oraculis Pythiæ. De Solonis axonibus notior res eſt, quàm ut monere opus ſit. Illud tamen non ſilendum eſt, in codice Regio, [& Colbertino,] & in Editione Rom. ac Baſilienſi legi, *ex rhetris Lycurgi, id eſt axibus.* Valeſ.

e *Rhetris Lycurgi & axonibus.*] Sic verius puto, quàm ut vulgò legitur, *retris Lycurgi, id eſt axonibus.* Rhetræ vocantur Lycurgi leges, Axones Solonis. Suid. Παρὰ Λακεδαιμονίοις ῥῆτρα Λυκούργου, νόμος ὡς ἐκ χρησμοῦ τιθέμενος. Idem: Ἄξονες, οὕτως ἐκάλεσαν Ἀθηναῖοι τοὺς Σόλωνος νόμους, διὰ τὸ ἐγγεγράφθαι αὐτοὺς ἐν ξυλίνοις ἄξοσι. Vide Valer. Harpocrat. Magni Etymolog. Scholiaſt. Apollon. lib. IV. tmemate 24. *Lindenbr.*

f *Seneſcentes paulatim reparavit Sylla Dictator.*] A. Gell. lib. II. cap. 24. Tentarunt quoque idipſum Pompejus & Craſſus Coſſ. ſed fruſtra: & cauſam addit Dio lib. XXXIX. quòd & obſtaret ὁ φιλανάλωτος Hortenſius, & quòd ipſi ἐς πᾶν καὶ τρυφῆς καὶ ἁβρότητος προκεχωρηκότες. *Idem.*

g *Ex prædictis Democriti.*] Cujus ſumma laudatur ab antiquis frugalitas, quòd & agros & paterna bona reliquerit lautiſſima, ut divinæ ſapientiæ ſe totum daret. Diogen. Laërt. in ejus Vita, Cicer. Tuſcul. V. Val. Max. lib. VIII. cap. 7. *Idem.*

h *Tuſculanus Cato, cui cogn. Cenſorii caſtior vita indidit.*] M. Porcius Cato, ortus Tuſculo municipio, ad ſummos honores virtute ſua aditum ſibi patefecit: Cenſuram quoque geſſit, qui honorum omnium apex tum habebatur. Unde Cenſorius cognominatus. Non enim aſſentior Marcellino, qui à caſtitate & ſanctitate vitæ id ei cognomentum inditum eſſe pronuntiat Fefellit Marcellinum, quòd ſua ætate *Cenſorios* dici audiebat homines qui caſtiùs viverent. Sic Pollio in Valeriano & in Cenſorino, & Marcellinus ipſe in lib. 25. de Juliano Principe: *Cenſoriis moribus.* Valeſ.

i *Cultus: magna, inquit, cura tibi.*] Sic corruperat hunc locum P. Caſtellus, cùm in Editione Romana legeretur: *Cui cogn. Cenſorii caſtior vitæ indidit cultus. Magna*, inquit, *cura tibi.* Neque aliter codex Regius, [& Colbertinus,] & Editio Auguſtana, niſi quòd ſcriptum habent: *Magna*, inquit, *cura cibi, &c.* Eleganter: hîc enim non de cultu ac veſtitu, ſed de cibis loquitur Marcellinus. *Idem.*

k *Cùm legeret libellum adſidue.*] Libellum pro epiſtola ponit, quâ Conſtantius Imp. annonas & ſalaria tam Juliano Cæſari, quàm palatio ejus conſtituerat. Similes Imperatorum epiſtolas refert Pollio in Claudio, Vopiſcus in Aureliano ac Probo. Ne quis autem miretur libellum hîc pro epiſtola ſumi: cùm apud Suidam in Lexico legatur, βιβλίον. ἐπιστολή: & Themiſtius in Orat. 14. βιβλίον appellet epiſtolam Conſtantii ad Senatum. Denique Marcellinus noſter in lib. XX. cap. 9. *volumen edicti* dicit, * & Rufinus in lib. 8. cap. 5. *librum legis.* * Idem.

l *Phaſianum, vulvam, ſumen.*] Ex L L. cenſoriis, Plin. lib. 8. cap. 51. *Interdicta cenis abdomina, glandia, teſticuli, vulvæ, ſincipita verrina.* * Tertull. Apologetici cap. 6. *Quoniam illæ leges abierunt, ſumtum & ambitionem comprimentes, quæ centum æra non amplius in cenam ſubſcribi jubebant; nec amplius quàm* UNAM *inferri* GALLINAM, *& eam non ſaginatam.* * Lindenbr.

m *Munificis militis vili & fortuito cibo contentus.*] Munifices dicuntur milites gregarii, qui munia facere co-

bat ut noctes ad officia divideret tripertita, quietis, & publicæ rei, & Muſarum: quod factitaſſe Alexandrum legimus Magnum; ſed multo hic fortiùs. [n] Ille namque [o] æneâ conchâ ſuppoſitâ brachio extra cubile protento, pilam tenebat argenteam, ut cùm nervorum [7] vigorem ſopor laxaſſet infuſus, geſtaminis lapſi tinnitus abrumperet ſomnum. Julianus verò abſque inſtrumento quoties voluit evigilavit: & nocte dimidiata ſemper exſurgens, non [p] è plumis vel ſtragulis ſericis ambiguo fulgore nitentibus, [q] ſed [r] ex tapete, & [8] *σισύρᾳ*

7 *Mſ.* vigorem. 8 *Mſ.* ſyra.

guntur, & diſtinguuntur à Principalibus qui privilegiis muniuntur, & immunes ſunt, teſte Vegetio in lib. 2. *Valeſ.*

n *Ille namque æneâ conchâ ſuppoſitâ.*] De Ariſtotele idem ſcribit Diogenes: ὁπότε κοιμῷτο σφαῖραν χαλκῆν βάλλεσθαι αὐτῷ εἰς τὴν χεῖρα, λεκάνης ὑποκειμένης, ἵν' ἐκπεσούσης τῆς σφαίρας εἰς τὴν λεκάνην, ὑπὸ τοῦ ψόφου ἐξέγροιτο. * De Lycurgo Plutarchus in ejus Vita. De Ulpio Marcello, Dio in Vita Commodi. Suidas in μάρκελλος. * *Lindenbr.*

o *AEneâ conchâ*] Gloſſ. *Concha*, κόγχη. In vett. Colloquiis: ἔνεγκε ὕδωρ πρὸς χεῖρα κόγχῃ. *Adfer aquam manibus conchâ.* * Paul. J.C. lib. III. Tit. VII. de uſufructu: *Argento potorio legato, omnia quæ ad poculorum ſpeciem comparata ſunt, debebuntur, velut pateræ, calices, ſcyphi, urceoli, ænophoria, & conchæ.* Scholiaſt. Juven. *Conchæ, in quibus pedes lavabant.* Marcellus Empir. p. 936. *Concham æream de melle albo ab intus perunge totam.* * Anaſtaſ. in Vitis P P. *Concha aurochalca. Lacus & conchas triantas, cum columnis prophyreticis. Concham ac ſpongiam pro nocturnis diligentiis.* Acta Mſſ. Martyrii D. Claudii Nicoſtrati: *Cavare conchas, pegas & lacus cum ſigillis & cantharis*: & alibi in iiſdem Actis, & Gregor. Turonenſ. de Miraculis lib. 1. cap. 5. 12. 31. *Idem.*

p *Ex plumis & ſtragulis ſericis.*] Jam id quoque inter luxuriæ notas poſuere frugalioris vitæ magiſtri. Plin. Hiſtor. Natur. lib. x. cap. 12. de pluma ganzarum Germanicarum loquens, ſic ait: *Eoque deliciæ proceſſere,* (apud Romanos) *ut ſine hoc inſtrumento durare jam ne virorum quidem cervices poſſint.* Apul. Mileſ. x. *Lectus diſternebatur Indica teſtudine pellucidus, plumea congerie tumidus, veſte ſerica floridus.* Accubita hæc Græci poſteriores χνουπλήματα vocarunt: nam & πλοῦμη illis eſt *pluma.* D. Chryſoſtomus in Homil. de Decollat. Johan. Μαλακὰ χνουπλήματα ἐκλύοντα καὶ χαυνοῦντα τῶν ἀνδρογυνῶν τὰ σώματα. Zeno Veronenſ. eleganter dixit *plumeum ſepulcrum.* Orat. de ſpiritu & corp. pag. 367. *Reſtabilis tori plumeo ſepulcro ſuperba.* Idem.

q *Sed ex tapete & ΣΙΣΥΡΑ.*] Tapetem hoc in loco Marcellinus plumis opponit: ſiſurnam verò ſtragulis ſericis diverſicoloribus. Hujuſmodi erant militum lecti. Stramentum & algam colligabant; ſuper iis tapetem ponebant villoſum, ut docet Varro in lib. 4. de lingua Lat. & Plinius in lib. 8. Qui lecti à Græcis dicebantur χαμεῦναι & στιβάδες: unde adagium στιβάδες φορμίωνος apud Suidam. * Plutarchus de Camillo, in caſtris cubante: ἀλλ' ἀναθορὼν ἐκ τῆς στιβάδος. Xenophon in lib. VII. rerum Græcarum pag. 616. * Et ob hanc cauſam Syneſius in Orat. de regno, milites χαμευνοῦντας appellat. Ovidius in lib. 1. Amorum, ubi militiam amantum cum armata comparat.

Pervigilant ambo: terrâ requieſcit uterque.

De hac porro Juliani humicubitione Mamertinus in Gratiarum actione ſic loquitur: *Neque enim comparandæ ſunt picturatæ marmorum cruſtæ, & ſolido auro tecta laquearia ei, qui majorem anni partem in nuda humo cubet, & cælo tantum tegatur.* Et Julianus ipſe de ſe in Antiochico: τὰ δὲ ἔνδον, ἄγρυπνοι νύκτες ἐν στιβάδι, καὶ τροφὴ παντὸς ἧττον κόρου μικρὸν ἦθος ποιεῖ. Denique Libanius in Oratione funebri, de Juliano loquens letaliter vulnerato, κομίζεσθαι πρὸς τὴν σκηνὴν καὶ τὴν μαλακὴν εὐνὴν, τὴν λεοντῆν καὶ τὸν φορυτόν· ταύτῃ γὰρ ἡ κείνου στρωμνή. Id eſt: *Defertur ad tabernaculum & mollem lectum: pellem ſcilicet leoninam & ſtoream. hoc enim ſtratum erat illius.* Poſtremò Marcellinus noſter in lib. 25. *Relictóque humi ſtrato cubili, adulta jam excitus nocte, &c. Valeſ.*

r *Ex tapete & σισύρᾳ.*] Julianus in Miſopog. de ſeipſo: ἄγρυπνοι νύκτες ἐν στιβάδι. Ceterum τῶν σισυρῶν crebra mentio apud veteres. Herodot. lib. VII. Κάσπιοι σισύρας ἐνδεδυκότες. Dio Chryſoſtom. Orat. XXXV. Ταῖς δὲ κεφαλαῖς πλέκομεν σισύρας καὶ πίλους. Ariſtophan. in Ἐκκλησίαις. pag. 504. Κλῖναι τε σισυρῶν καὶ δαπίδων νενασμέναι. Differunt autem δάπιδες & ſiſyræ. Δάπιδες ψιλαὶ ſunt καὶ μὴ μαλλωταὶ, quibus in lectis utebantur. Plutarch. in Alexand. Ἐκεῖ μὲν ἐν τρίβωνι διεχείμαζες, ἐνταῦθα δὲ τρεῖς ἐπιβεβλημένος δάπιδας κατάκεισαι. Siſyra verò villoſa eſt καὶ μαλλωτή. * Vide Primaſ. * Melotæ vox apud Hieronym. Epiſt. 65. *Tanta erat deformitas in melotis.* Heſych. Μηλωτὴ διφθέρα. Ulpian. *pellem lanatam* vocat, L. 70. §. 8. ff. de legat. 3. Gloſſar. vet. *Pellis lanata*, μηλωτὴ, ἀρνακίς. De ſiſyra jam Ariſtophanis locum laudavimus: ejus & hic eſt in Nubib. ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος. Idem in Ranis: ubi Scholiaſt. copioſè hanc vocem interpretans addit, ἔν τισι καὶ σισύρα, σισύρνα. Planè ad Ammiani mentem. Ita eam profert Theophyl. Simocat. lib. VII. σισύρναν ἐξ ἐρίου. Eamdem quoque *ſyram* dictam apud eumdem Schol. Ariſtoph. in Nubib. reperitur. Atque ita in Mſ. cod. Ammian. legitur, *ex tapete & ſyra.* Moſchop. περὶ σχεδ. etiam *gunam* vocat: σισύρα, ἡ γοῦνα. διφθέρα, ἡ γοῦνα. Μηλωτὴ, ἡ παρὰ τοῖς κοινοῖς γοῦνα. * Diſtinctè de his ſingulis Tzetzes in Lycophronem: Σισυρνοδῖται καρκίνοι — διαφέρει σίσυς, σίσυρα, καὶ σισύρνα. Σίσυς μὲν γὰρ λέγεται πᾶν εὐτελὲς ἱμάτιον — σισύρα δὲ, τὸ ἐκ δέρματος ἔντριχον, ὅπερ καὶ γοῦναν καλοῦσιν, ἢ τὸ ἁπλῶς ἐξ ἐρίου ἱμάτιον· σισύρνα δὲ τὸ ἄτριχον δερμάτιον, p. 105. * Atque hæc de ſiſyra & ſiſurna in præſentiarum dicta ſunto. *Lindenbr.* Ea laudat Oct. Ferrarius parte ſecunda rei veſtiariæ lib.

quam [f] vulgaris ſimplicitas ſiſurnam appellat, occultè Mercurio ſupplicabat, quem mundi velociorem ſenſum eſſe, motum mentium ſuſcitantem, theologicæ prodidere doctrinæ: atque in tanto rerum defectu [9] [t] exploratè Reip. munera curabat. Poſt quæ ut ardua & ſeria terminata, ad procudendum ingenium vertebatur: & incredibile [1] quo quantóque ardore rerum principalium notitiam celſam indagans, & quaſi pabula quædam animo ad ſublimiora ſcandenti conquirens, per omnia philoſophiæ membra prudenter diſputando currebat. Sed tamen cùm hæc effectè plenéque colligeret, nec humiliora deſpexit, poëticam mediocriter, & rhetoricam, (ut oſtendit [v] orationum epiſtolarúmque ejus cum gravitate comitas incorrupta) & noſtrarum externarúmque rerum hiſtoriam multiformem. Super his aderat [x] Latinè quoque diſſerenti ſufficiens ſermo. [2] Si itaque verum eſt, quod ſcriptores varii memorant, [y] Cyrum Regem, & Simonidem lyricum, & [z] Hippiam Eleum ſophiſtarum acerrimum ideo valuiſſe memoriâ, quòd epotis quibuſdam remediis id impetrarunt: credendum eſt hunc etiam tum adultum, totum [a] memoriæ dolium, ſi uſquam reperiri potuit, exhauſiſſe. Et hæc quidem pudicitiæ virtutúmque ſunt ſigna nocturna. Diebus verò quæ ornatè dixerit & facetè, quæve in apparatu vel in ipſis egit

9 *Al.* exploratè curabat. *mſ.* exploranter ei. p̃. M. curabat. 1 *Al.* quo & quanto. 2 *Al.* Sic itaque.

III. cap. 9. *Gron.*

f *Vulgaris ſimplicitas ſiſurnam app.*] Grammatici tamen, plerumque nimis ſcrupuloſi, σισύραν & σίσυρναν diſtinguunt. Nam σισύραν quidem pellem eſſe dicunt: σίσυρναν verò tunicam ex pellibus caprinis conſarcinatam; ut videre eſt apud Heſychium & Ammonium: & ſcholiaſtes Lycophronis σίσυν, & σισύραν, ac σίσυρναν differre ſcribit: ac σίσυν eſſe quodvis vile amiculum; σισύραν verò gunam, ſeu amiculum è pelle villoſa; σίσυρναν denique pellem abſque villis. Sed hanc Grammaticorum diſtinctionem ſæpe auctores negligunt. Certè Polyænus in lib. ult σισύραν γαλατικὴν dixit ſagum Gallicum, ubi de Scipione loquitur. Porrò ſiſurnam veteres Latini appellabant Segeſtre, ut docet Varro in lib. citato. *Valeſ.*

t *Exploranter curabat.*] Cùm in Mſ. Florentino Lindenbrogius ſic legi monuiſſet, *exploranter ei p. m. curabat*, conjeceram ita à Marcellino ſcriptum fuiſſe, *exploratè Remp. curabat.* Dixit enim Marcellinus Julianum Cæſarem tripertita habuiſſe noctis officia: quietis ſcilicet, Reipublicæ, & Muſarum: quod etiam repetit in lib. 25. hiſce verbis: *Ubi verò exigua dormiendi quiete recreaſſet corpus laboribus induratum, expergefactus explorabat per ſemetipſum vigiliarum vices & ſtationum, poſt hæc ſerias ad artes confugiens doctrinarum.* Senſum itaque conjecturâ aſſecutus fueram. Sed cùm in Regio codice longè optimo ſcriptum offendiſſem ſic, *exploranter ei p. munera curabat*, & ſupraſcriptum eadem manu, *explorate rei*; non ſum veritus præeunte ejus libri auctoritate locum hunc emendare. * Acceſſit poſtea codicis Toloſ. ſuffragium. * In libro quoque Ant. Loiſelli ad oram ſcriptum erat, *exploratè*, ex codice Valentino; [In codice Colbertino. *exploranter ei p̃. m. curabat.* Ita etiam P. Pithœus ad oram Ammiani ſui adnotavit.] *Idem.*

v *Orationum epiſtolarúmque.*] Ex Juliani ſcriptis ad noſtram memoriam pervenere Cæſares, Περὶ βασιλείας: Εἰς τὸν βασιλέα ἥλιον. Miſopogon & Epiſtolæ. Alias ejus vigilias recenſet Suid. in Juliano. *Lindenbr.*

x *Latine quoque diſſerendi.*] Emendavi ex conjectura, *diſſerenti*, quia ſenſus omnino ita poſtulabat. Vide Libanium pag. 248. *Valeſ.*

y *Cyrum Regem & Simonidem, &c.*] AElian. de Animalib. lib. VI. cap. 10. Plin. lib. VII. cap. 24. Cicer. Tuſcul. lib. I. * de Oratore lib. 2. 2. * Chirius Fortunat. lib. III. *Artem memoriæ quis primus oſtendit? Simonides. Ex Simonidis facto de convivio quid aſſumimus? Juvari memoriam ſignatis animo ſedibus.* Vide Solin. pag. 21. Marcianum Capell. lib. 5. cap. de Memoria. * *Lindenbr.*

z *Hippiam Eleum.*] Hic artem memoriæ quamdam excogitaſſe dicitur à Xenophonte in Convivio, & à Platone in Hippia minore: ubi Socrates vanam circumforanei Sophiſtæ περιεργίαν deridens, ſic ait: καίτοι τό γε μνημονικὸν ἐπελαθόμην σου, ὡς ἔοικε, τέχνημα, ἐν ᾧ σὺ οἴει λαμπρότατος εἶναι. Idem tradit Philoſtratus in Hippia. De Simonidis autem excellenti memoria Quintilianus in lib. 11. accuratè tractat; ſuámque ipſemet memoriam diſticho teſtatus eſt quod refert Ariſtides περὶ τοῦ παραφθέγματος.

Μνήμῃ δ' οὔτινά φημι Σιμωνίδῃ ἰσοφαρίζειν
Ὀγδωκονταέτει παιδὶ Λεωπρέπεος.

Et in Marmoribus Arundellianis de eo ſic ſcribitur: Ἀφ' οὗ Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπους, ὁ Κεῖος, ὁ τὸ μνημονικὸν εὑρών, ἐνίκησεν Ἀθήνησιν διδάσκων. *Valeſ.*

a *Memoriæ dolium.*] Videtur alludere ad dolium Pandoræ, de quo Heſiodus. *Lindenbr.*

congreſſibus prœliorum, aut in re civili, magnanimitate correxit & libertate, ſuo quæque locò ſingula demonſtrabuntur. Cùm exercere proludia diſciplinæ caſtrenſis philoſophus cogeretur ut Princeps, [b] artémque [c] modulatiùs incedendi per pyrricham [d] concinentibus diſceret fiſtulis; vetus illud proverbium, [e] *Clitellæ bovi impoſitæ ſunt: planè non eſt noſtrum onus*, Platonem crebrò nominans exclamabat. Inductis quadam ſollemnitate Agentibus in rebus in

b *Artemque modulatius incedendi per pyrricham.*] Inter exercitationes militares fuit olim pyrricha, quam χορείαν ἐν τοῖς ὅπλοις Julianus appellat in Orat. 1. ad Conſtantium. Aliter etiam dicebatur armatura, ut ad lib. 14. notavi. Armatura enim generaliter quidem vocatur omnis armorum exercitatio: unde & Semiarmatura dicebatur dimidiata quædam proluſio. Gloſſæ Juris: σημίζιον. ἥμιζυ μέρος· ὅθεν σημιζιάνεια ἀρματοῦρα ἡ ἡμίσεια μελέτη τῶν ὅπλων. Propriè tamen & ſpecialiter ſic dicta eſt pyrricha. Unde cùm Vegetius in lib. 2. cap. 23. armaturam feſtis diebus exhibitam eſſe dicit in Circo, de pyrricha id accipiendum eſt. Sic enim Hadrianus, referente Spartiano, *militares pyrrichas populo frequenter exhibuit.* Ad quem Spartiani locum Caſaubonus notat, *militares* ſuperfluè additum eſſe. Sed pace ejus dixerim, aliter ſe habet. Nam militares pyrrichæ in eo loco, ſunt militum pyrrichæ, quas milites armati ſaltabant: ita dictæ ad diſtinctionem aliarum, quas pueri ac puellæ è Græcia, aut ex Aſia in theatro ſaltabant, de quibus Suetonius, Dio, & vetus Epigramma, quod Vir Cl. Salmaſius protulit ad dictum Spartiani locum; vel quas damnati coram populo ſaltabant, in veſte purpurea ſtatim arſuri. de quibus loquitur *Juriſconſultus* in lege 8. §. 9. D. de pœnis. *Quicumque*, inquit, *in ludum venatorium fuerint damnati, magis eſt, ut hi quoque ſervi efficiantur. Hoc enim diſtant à ceteris, quòd inſtituuntur venatores, aut pyrricharii, aut in aliam quam voluptatem, geſticulandi, aut aliter ſe movendi gratiâ.* Et Plutarchus in lib. de ſera numinis vindicta: ἀλλ᾽ οὐδὲ ἔνιοι διαφέρουσι παιδαρίων, ἃ τοὺς κακούργους ἐν τοῖς θεάτροις θεώμενα πολλάκις ἐν χιτῶσι διαχρύσοις καὶ χλαμυδίοις ἁλουργοῖς ἐστεφανωμένους καὶ πυῤῥιχίζοντας, ἄγανται καὶ τέθηπεν ὡς μακαρίους, ἄχρις οὗ κεντούμενοι, καὶ μαστιγούμενοι, καὶ πῦρ ἀνιέντες ἀπὸ τῆς ἀνθινῆς ἐκείνης ἐσθῆτος ὀφθῶσι. *Sed nonnulli planè ſimiles ſunt pueris, qui ſæpenumero in theatris cùm vident noxios tunicis auratis, & purpureis veſtibus amictos, & coronatos pyrricham ſaltantes, mirantur ut beatos: donec illos compungi, & flagellis cædi, & ex florida illa veſte flammam emittere videant. Valeſ.*

c *Modulatiùs incendi per pyrricham.*] Militaris pyrricha, quam Trojam vocant, inventa atque ſic dicta fuit à Pyrrho Achillis filio, vel à Pyrricho Cretenſi ſive Lacedæmone: mirè enim hîc variant Athenæus lib. XIV. Proclus in Chreſtomat. Jul. Solinus cap XVII. Marius Plotius lib. de Metris, Diomedes Grammat. lib. III. Cauſa cur inſtituta hæc fuit: uti juvenes bellicis ſudoribus per hujuſmodi ſimulacra indurati, redderentur ad arma habiliores. Ideo Lacedæmoniorum pueri quinquennes & hanc, & τὰ ἐμβατήρια μέλη addiſcebant, quò modulatiùs, ut loquitur Ammianus, incederent. Athenæus lib. 1. & XIV. Dio Chryſoſt. Orat. II. de regno. * Marius Victorinus de Metris lib. 2. p. 102. *Embaterion dicitur, quod eſt proprium carmen Lacedæmoniorum. Id in præliis ad incentivum virium per tibias canunt, incedentes ad pedem ante pugnæ initium.* * Eoque exercitio Narſes quoque milites ſuos confirmabat: de quo Agathias Hiſtor. Juſtinian. lib. II. Ναρσῆς δὲ ἐξασκεῖν γε ὅτι πλεῖον αὐτοὺς (στρατιώτας) ἐκέλευσε τὰ πολέμια, καὶ ἐπεῤῥώννυε τὸν θυμὸν ταῖς καθ᾽ ἡμέραν μελέταις, τροχάζειν τε ἀναγκάζων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἵππων ἐν κόσμῳ ἀναπάλλεσθαι, ἔστε πυῤῥίχην τινὰ ἐνόπλιον περιδινεῖσθαι, καὶ θαμὰ τῇ σάλπιγγι καταβομβεῖσθαι τὸ ἐνυάλιον ἐπηχούσῃ. A Martio poſtea pulvere in theatri arenam pyrrichæ traductæ. Spartian. in Hadriano: *Militares pyrrichas populo frequenter exhibuit.* Dio Caſſian. in Claudio, lib. LX. Πυῤῥίχην τε Ἀσιανοὶ παῖδες μετάπεμπτοι ὠρχήσαντο. Quò etiam referenda ſunt, quæ de Trojæ luſu leguntur apud eumdem lib. 43. 48. 51. Tacit. Annal. lib. IX. Sueton. in libro de Luſu pueror. apud Servium ad V. AEneid. Unde Marcian. Capella lib. IX. *Pyrrichus, id eſt proceleuſmaticus, quia hic aſſiduus vel in certamine, vel in ludo quodam puerili.* Cujus luſus forma ac modus ſatis ſuperque percipi poteſt ex Apul. Mileſ. X. Cl. Claud. Panegyr. in VI. Conſulat. Honorii: cujus hæc verba ſunt:

Hic & belligeros exercuit area luſus,
Armatos hic ſæpe choros, certaque vagandi
Textas lege fugas, inconfuſoſque recurſus,
Et pulchras errorum artes, jucundaque Martis
Cernimus, inſonuit cum verbere ſigna magiſter.
Mutatoſque edunt pariter tunc pectora motus,
In latus alliſis clypeis: vel rurſus in altum
Vibratis, grave parma ſonat, mucronis acutum
Murmur; & umbonum pulſu modulante reſultans
Ferreus alterno concentus plauditur enſe. Lindenbr.

d *Concinentibus diſceret fiſtulis.*] Pyrrichæ ad ſignum tubæ committi ac finiri ſolebant, ut docet Apuleius in lib. X. & Vegetius in lib. 2. cap. 22. Virgilius in lib. 5.

At tuba commiſſos medio canit aggere ludos.

Ubi Servius notat: *Sanè iſtæ ſunt proluſiones bellorum; unde etiam ad tubam geruntur.* Et in dialogo Hadriani & Epicteti, tuba dicitur arenæ admonitio, ſcenæ commiſſio. Videntur tamen tubis additæ eſſe fiſtulæ in pyrrichæ ſaltatione, atque etiam tibiæ: quod præter hunc Marcellini locum oſtendit alter in lib. 18. de Sabiniano: *Militari pyrricha ſonantibus modulis pro hiſtrionicis geſtibus in ſilentio ſummo delectabatur.* & vetus Epigramma de pyrricha:

Nam remeare jubent organa blanda pares. Valeſ.

e *Clitellæ bovi.*] Proverbialis ſermo. Cicero ad Attic. lib. V. Epiſt. XV. *Clitellæ bovi impoſitæ, Cillane, non eſt*

Conſiſtorium, ut aurum acciperent; inter alios quidam ex eorum conſortio, non, ut moris eſt, [f] expanſa chlamyde, ſed utraque manu cavata ſuſcepit. & Imperator: *Rapere*, inquit, *non accipere ſciunt Agentes in rebus.* Aditus à parentibus virginis raptæ, eum qui violarat, convictum relegari; decrevit. Híſque indigna pati querentibus, quòd non ſit morte multatus, reſponderat [g] hactenus: *Incuſent jura clementiam: ſed Imperatorem mitiſſimi animi legibus præſtare ceteris decet.* Egreſſurum eum ad expeditionem plures interpellabant, ut læſi, quos audiendos provinciarum rectoribus commendabat: & reverſus, quid egerint ſinguli quærens, delictorum vindictas genuina lenitudine mitigabat. Ad ultimum exceptis victoriis, per quas cadentes ſæpe incolumi contumacia barbaros fudit; quòd profuerit anhelantibus extremâ pænuriâ Gallis, hinc maximè claret: quòd primitus partes eas ingreſſus, [h] [i] pro capitibus ſingulis tributi nomine vicenos quinos aureos reperit flagitari: diſcedens verò ſeptenos tantùm, munera univerſa complentes: ob quæ tamquam ſolem ſibi ſerenum poſt ſqualentes tenebras affulſiſſe, cum alacritate & tripudiis lætabantur. Denique id eum aduſque imperii finem & vitæ ſcimus utiliter obſervaſ-

noſtrum onus. Qui locus corruptè ſic hactenus legitur: reſtituendus autem ut in Ammiano habebatur: *Clitellæ bovi imp. plane non eſt noſtr. onus.* Vide Quintilien. lib. v. cap. XI. *Lindenbr.*

f *Expanſa chlamyde.*] Is erat habitus Agentum in rebus, ut docet Libanius in Apologia adverſus eos, qui ſuam docendi methodum accuſabant: ἀναξυρὶς καὶ ζωστὴρ ὁ τῶν διακονούντων ταῖς βασιλέως ἐπιστολαῖς, ἃς ἐκ βασιλείων ἀνάγκη φέρεσθαι πανταχοῦ τῆς γῆς. Id eſt: *Bracæ & balteus eorum qui Principis epiſtolis miniſtrant, quas ex Palatio per orbem terrarum ferri neceſſe eſt.* Agentes in rebus intelligit, ad quorum militiam utpote quæſtuoſam, pleroſque ſua ætate depoſito philoſophico pallio adſpiraſſe ſcribit. Idem in Orat. contra Florentium, pag. 426. χλαμύδας καὶ ἀναξυρίδας tribuit militantibus. Et Paulinus in Carmine ad Licentium, in palatio militantes chlamydem & balteum geſtaſſe dicit, quemadmodum & Hieronymus de obitu Nepotiani. *Valeſ.*

g *Hactenus incuſent jura clementiam.*] Hunc locum ſic legendum & interpungendum puto: *Reſponderat hactenus: Incuſent jura clementiam, &c.* Ita enim in lib. 30. cap. 5. *Quibus ſæpe eadem iterantibus, hactenus perpenſa deliberatione reſpondit:* * & lib. 24. cap. 2. *Idem.*

h *Pro capitibus ſingulis tributi nomine.*] Imitatus videtur Julianus in tributario onere adlevando optimum Principem Alex. Sever. de quo Lamprid. *Vectigalia publica ita contraxit, ut qui decem aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam partem auri præſtarent.* Et *tributum pro capitibus* dixit, ut Arcadius in lib. 18. §. 8. de muneribus, *Pecuniam pro capitibus.* Gloſſ. *Tributum capitulare*, ἐπικεφάλαιος φόρος. Alii *cenſum capitis* vocant: Græci κεφαλητίωτα, ut in Conſtitutione Græca Βασιλικῶν lib. LVI. quæ prima eſſe debet Cod. de ann. & trib. Xiphilinus κεφαλητίαν, in Hadriano: χρήματά τε πολλά, καὶ σῖτον ἐτήσιον, τελῶτε κεφαλητίαν ὅλῳ. Atque ita de nomine quidem conſtat, ſed indictionis ratio intricatior; quam tamen explicare conati ſunt VV. Cll. Barn. Briſſon. Explicationum quæ ad Jus pertinent verbor. lib. III. & Juſt. Lipſius in Admirand. lib. II. cap. 2. & 3. Sed quàm bene, nunc non diſputo; & res eſt alterius atque majoris tractationis, quàm ut hîc expediri poſſit. *Lindenbr.*

i *Pro capitibus ſingulis tributi nomine.*] Ea pecunia pro capitibus dicitur ab Arcadio in lege 18. de muneribus, itémque capitatio: quam ſolvebant plebeii tantùm; Honorati verò & Decuriones ab hac præſtatione erant immunes, ut docet lex 2. de Protoſtaſia, lex 36. de Decurionibus, in Codice Theod. Quinetiam in Orientalibus provinciis plebs urbana à capitatione erat immunis: & ruſticana plebs ſola pro capitatione ſua conveniebatur, ut eſt in lege 2. Cod. Th. de cenſu. Hinc lucem accipit Tertulliani locus in Apologetico. *Sed enim*, inquit, *agri tributo onuſti viliores: hominum capita ſtipendio cenſa ignobiliora.* Soli enim plebeii ac viles capitis tributum pendebant, non pro ſuis dumtaxat capitibus, ſed etiam pro uxoribus & adultis liberis, ut docet lex 4. & 6. Cod. Th. de cenſu & adſcript. & lex 4. de excuſatione artificum, Cod. eodem. Auctor Panegyrici Flavienſium * nomine * Conſtantino dicti. *Certè*, inquit, *& nunc liberi parentes ſuos cariores habent, & mariti uxores non gravatè tuentur, & parentes adultorum non pænitet filiorum, quorum onera ſibi remiſſa lætantur.* Adde legem x. in Cod. Juſt. de agricolis & cenſitis. Ceterùm non diſſimulandum eſt in MſſT. Regio & Fauchetiano, [Vaticano & Colbertino ac Valentino,] & in Editione Romana legi, *pro capitulis ſingulis.* In Regio tamen exemplari ſupraſcripta eſt vulgata lectio. *Valeſ.* Et hanc ſcriptam lectionem de-

ſe,

ſe, [k] ne [l] per indulgentias quas appellant, tributariæ rei [m] concederet reliqua. Norat enim hoc facto ſe aliquid locupletibus additurum, [n] cùm conſtet [o] ubique pauperes inter ipſa [p] dictorum exordia ſolvere univerſa ſine laxamento compelli. Inter has tamen regendi moderandíque vias, bonis Principibus æmulandas, barbarica rabies [3] exarſerat in majus. Utque beſtiæ cuſtodum negligentiâ raptu vivere ſolitæ, ne his quidem remotis appoſitíſque fortioribus abſceſſerunt, ſed tumeſcentes inediâ, ſine reſpectu ſalutis, armenta vel greges incurſant: ita etiam illi, cunctis quæ diripuere conſumptis, fame urgente agebant aliquoties prædas: interdum antequam contingerent aliquid, oppetebant.

Cap. VI. Hæc per eum annum ſpe dubia, eventu tamen ſecundo, per Gallias agebantur. In comitatu verò Auguſti circumlatrabat Arbetionem invidia, velut ſumma mox adepturum, decora cultus Imperatorii præſtruxiſſe: inſtabátque ei ſtrepens immania Comes Veriſſimus nomine, arguens coràm, quòd à gregario ad magnum militiæ culmen evectus, hoc quoque non contentus ut parvo, locum appeteret principalem. Sed ſpecialiter eum inſectabatur

3 *Mſ.* exarſerat majus.

ſenſam eſſe ab eruditiſſimo Jureto in notis ad Symmachum lib. IX epiſt. 10 miror aut ignorari ab Valeſiis aut pro nihilo prætermitti. *Gron.*

k *Ne per indulgentias rei trib. concederet reliqua.*] Mos fuit Principibus Romanis, ut tributorum reliqua ſubditis indulgerent: ídque non ſemel, ſed iterum ac ſæpius ſinguli factitabant, ne inopes provinciales qui ſolvendo non erant, perpetuo metu cruciarentur: néve ſuſceptoribus occaſio daretur adverſus eos qui ſolverant, calumnias ſtruendi, ut ſcribit Procopius in Anecdotis pag. 100. quæ Indulgentiæ dicebantur. Gloſſæ vereres: θεία δωρεά, *indulgentia.* Auſonius in Gratiarum actione ad Gratianum: *Indulgentias ſæculares per ſingula horarum momenta multiplicas: vel illud cujuſmodi eſt de condonatis reſiduis tributorum?* Valeſ.

l *Per indulgentias quas appellant.*] Gloſſar. Συγχώρησις, *Concedentia, Conceſſio, Indulgentia, Remiſſio*: ut in Cod. Theod. Tit. de indulgentiis reliquorum, & Juſtiniani Imp. Novella ρμη. περὶ συγχωρήσεως λοιπάδων δημοσίων. Aliud eſt *Relevatio*: ut *relevatio rei tributariæ*, κουφισμὸς τῶν δημοσίων, in Panegyr. Flavienſ. & Auſon. ad Gratian. *Relevatio canonis, jugationis*, L. 5. C. Theod. de conlat. donat. vel relevatar. poſſeſſion. *Indulgentiæ* ſunt τοῦ παρελθόντος χρόνου. *Relevationes* verò τῆς εἰσελευσομένης ἐπινεμήσεως. *Lindenbr.*

m *Concederet reliqua.*] Rei tributariæ locutio, ut in Panegyr. Flavienſ. *Quinque annorum nobis reliqua remiſiſti.* Græcis λοιπάδες. Theophil. Inſtit. Tit. de legat. §. 10. τὰς λοιπάδας καταβάλλειν. Juſtinianus dixerat, *reliqua inferre.* Ammian. lib. XXXI. *In requirendis reliquorum debitis non moleſtus.* Gloſſar. Λοιπαδάριον, ἔκθεσις λοιπάδος, *reliquarium*: eam enim veriorem lectionem cenſeo præ illa, quæ in vulg. *reliquiarium.* Inde *reliquatio*, λοιπογραφία. Tertull. de Anima cap. 56. *Donec reliquatio compleatur ætatis.* Et *reliquatores vectigalium* apud Paulum J. C. L. 9. §. 2. ff. de publican. *Reliquatrix debitorum*, Tertull. de Anima cap. XXXV. *Idem.*

n *Cùm conſtet ubique pauperes inter ipſa dictorum exordia ſolvere.*] Gravis hac de re querela Salviani Maſſilienſ. de Gubernat. Dei lib. V. *Sicut ſunt in aggravatione primi pauperes, ita in relevatione poſtremi. Siquando enim, ut nuper factum eſt, defectis urbibus minuendas in aliquo tributarias functiones poteſtates ſummæ exiſtimaverunt, ilico remedium cunctis datum ſoli inter ſe divites partiuntur. Quis tunc pauperum meminit? quis ad communionem beneficii humiles & egeſtoſos vocat? quis eum qui primus eſt ſemper in ſarcina, vel ultimo eſſe loco patitur in medela? Et quid plura? Tributarii omnino pauperes non putantur, niſi cùm his tributi cumulus imponitur. Extra numerum autem tributariorum ſunt, cùm remedia dividuntur.* Huc ſpectant Impp. Theodoſ. & Valentin. verba, Novell. Conſtit. XXI. *Neque ultra valebit perpetuitas eorum manere, paucis atque defeſſis impoſitâ ſarcinâ, quam potior detrectat, locupletior recuſat, & validiore recedente ſolus agnoſcit infirmior.* Idem.

o *Pauperes ubique inter ipſa dictorum exordia.*] Idem queritur Salvianus in lib. 4. de Gubernatione Dei, his verbis: *Ecce enim remedia pridem nonnullis urbibus data quid aliud egerunt, quàm ut divites cunctos immunes redderent, miſerorum tributa cumularent? &c.* Quibus jungi poteſt alter ejuſdem Salviani locus ex lib. 5. quem afſert Lindenbrogius. Notum porrò eſt tributa fiſcalia per anni curriculum tripertita penſione inferri conſueſſe, ut eſt in lege 15. & 16. Cod. Th. de annona & tributis. [Petrus Pithœus ad oram libri ſui adnotavit, fortè *Indictorum* legendum eſſe: quod & mihi antea in mentem venerat. Indicta autem pro Indictionibus poſuit Ammianus.] *Valeſ.*

p *Dictorum exordia.*] *Dicta* ſunt, quæ lib. XXV. *tributorum indicta.* Majorian. Imp. Novell. IV. *In remedian-*

Dorus quidam [q] ex-Medico Scutariorum, quem [4] [r] [ſ] nitentium rerum Centurionem ſub Magnentio Romæ provectum, retulimus accuſaſſe [t] Adelphium Urbi Præfectum, ut altiora cœptantem. Cúmque res in inquiſitionem veniret, neceſſariiſque negotio tentis, objectorum probatio ſperaretur, [v] [x] tamquam per ſaturam ſubitò Cubiculariis ſuffragantibus, ut loquebatur pertinax rumor, & vinculis ſunt exutæ perſonæ, quæ ſtringebantur ut conſciæ, & Dorus evanuit, & Veriſſimus ilico tacuit, [y] velut aulæo depoſito ſcenæ.

CAP. VII. Iiſdem diebus [z] adlapſo rumore Conſtantius doctus, obſeſſo apud Senonas Cæſari auxilium non tuliſſe Marcellum, eum ſacramento ſolutum abire juſſit in larem: qui tamquam injuria gravi perculſus, quædam in Julianum moliebatur, auribus Auguſti confiſus in omne [5] patentibus crimen. Ideóque cùm diſcederet, Eutherius Præpoſitus Cubiculi mittitur ſtatim pòſt, eum ſi quid finxerit convicturus. Verùm ille hoc neſciens, mox venit Mediolanum, ſtrepens & tumultuans, ut erat vanidicus & amenti propior, admiſſus in Conſiſtorium, Julianum ut procacem inſimulat: jámque ad evagandum altiùs, validiores ſibi pinnas aptare: ita enim cum motu quodam corporis loquebatur ingenti. Hæc eo ſingente licentiùs, Eutherius ut poſtulavit inductus, juſſúſ-

4 *Al.* niceteriorum. 5 *Al.* parentibus.

dis attenuatur indictis. Indictiones apud Paul. J. C. L. 28. ff. de uſu & uſufr. *Fundo indictiones temporariæ indictæ ſunt.* Fulgent. Mytholog. lib. I. *Nova indictionum ac momentanea genera:* & *Condicta* apud eumdem: *Pactoli ipſius fluenta condictis frequentibus deſiccaſſet.* Lindenbr.

q *Ex-Medico Scutariorum.*] Singulæ Legiones ac Scholæ ſuos Medicos habuêre. Sic Medici II. Legionis Adjutricis mentio fit in Codice Juſt. lege I. de Profeſſoribus & Medicis: & in veteri Inſcriptione memoratur MEDICUS. COHORTIS. V. PR. Plura vide in Theſauro Goltzii, & Inſcriptionibus Gruteri. *Valeſ.*

r *Nitentium rerum Centurionem ſub Magnentio Romæ provectum.*] Optimè ita in Mſ. ut in Notitia Imperii: *Sub diſpoſitione viri Illuſtris P R. Urb. Tribunus rerum nitentium.* Magno in lib. Notar. C.R.N. *Comes rerum nitentium.* Lindenbr.

ſ *Nitentium rerum Centurionem.*] Sic diſertè ſcriptum Romana habet Editio & Auguſtana, ut de Regio codice nihil dicam. Centurio autem rerum nitentium is dicebatur, qui ſignorum ac ſtatuarum ex ære ac marmore in Urbe curam gerebat: noctúque cum militibus obſervabat, ne quis ea confringeret aut mutilaret. Pro Centurione, poſtea Tribunus rerum nitentium factus eſt, erátque ſub diſpoſitione Præfecti Urbis, ut eſt in Imperii Notitia. Tandémque pro Tribuno Comes huic officio præfectus, ut præter Magnonem à Lindenbrogio citatum docet Caſſiodorus in lib. 7. Ep. 13. quæ eſt formula Comitivæ rerum nitentium urbis Romæ: ubi inter cetera id legitur: *Juſte tales perſequitur publicus dolor, qui decorem veterum fœdant detruncatione membrorum: faciúntque illa in monumentis publicis quæ debent pati.* Valeſ.

t *Adelphium Urbi Præfectum.*] Clodius Adelphius is dicebatur, qui Præfectus Urbi fuit poſt Conſulatum Sergii & Nigriniani, anno Domini 351. ut docet fragmentum vetus Faſtorum, quod primus edidit Cuſpinianus: *Magnentio & Gaiſone Coſſ.* VII. *Idus Junias Clodius Adelphius Præf. Urbi.* XV. *Cal. Januarias Valerius Proculus Præf. Urbi.* Idem.

v *Tamquam per ſatiram.*] * Vide Caſaub. de Satirica Græcor. & lib. 2. cap. 4. p. 318. 319. & ſeqq. Lactant. lib. I. cap. 21. *Peſcennius Feſtus in libris Hiſtoriarum per ſatiram refert.* * Unicè huic loco explicando faciunt, quæ ſcribit Diomed. lib. III. *Lege Satira, quæ uno rogatu multa ſimul comprehendit, cujus legis Lucillius meminit lib. I. Per ſatiram AEdilem factum*, & quæ ſequuntur. Chariſ. Soſipat. lib. II. πανδέκτην *vocant: nam omnia in ſe capit quaſi collata per ſatiram, conceſſa ſibi rerum varia poteſtate.* Lindenbr.

x *Tamquam per ſatyram.*] Id eſt, tumultuariè & confuſè. Sic Eumenius in Gratiarum actione ad Conſtantinum: *Separate*, inquit, *itaque dicam: neque enim quaſi per ſatyram confundenda ſunt tanta beneficia.* Valeſ. Reliqui libens viro ſummo manum, prout eam chartæ commiſit. Sed nimis perſpicue demonſtrata eſt origo hujus loquutionis, ut veteres ita non ſcripſiſſe arbitremur, atque adeo nec Ammianum, ex quo literam Græcam delevi. Quis vero notam Lindebrogii ita correxerit, ignoro, quum in Hamburgenſi editione pateat y & quidem ubique. *Gron.*

y *Velut auleo depoſito.*] Juvenal. Satir. VI.

--- *quoties aulæa recondita ceſſant,*
Et vacuo clauſoque ſonant fora ſola theatro.

De aulæis theatralibus vide Donati Prolegomena in Terent. & quæ ibi porrò notata. *Lindenbr.*

z *Adlapſorum ore.*] Haud facilè dixeris, ſcriptumne

que loqui quod vellet, verecundè & modicè docet velari veritatem mendaciis. [a] Magiſtro enim armorum (ut credebatur) ceſſante conſultò, induſtriâ vigili Cæſarem obſeſſum apud Senonas diu, barbaros repuliſſe: apparitorémque ſidum auctori ſuo quoad vixerit fore, obligata cervice ſua ſpondebat. Res monuit ſuper hoc eodem Eutherio pauca ſubſerere, forſitan non credenda; ea re quòd ſi Numa Pompilius, vel Socrates bona quædam dicerent de ſpadone, dictíſque religionum adderent fidem, à veritate [a] deſciviſſe arguerentur. Sed inter vepres roſæ naſcuntur, & inter feras nonnullæ miteſcunt. Itaque [b] carptim ejus præcipua, quæ ſunt comperta, monſtrabo. Natus in Armenia ſanguine libero, captúſque à finitimis hoſtibus etiamtum parvulus, [c] abſtractis geminis, Romanis mercatoribus venumdatus, ad palatium Conſtantini deducitur: [6] [d] ubi paullatim aduleſcens rationem rectè vivendi ſollertiámque oſtendebat, litte-

6 *Mſ.* ubi paulatim .... acules ..:... rationem.

fuerit, *adlapſorum ore*, vel *adlapſo rumore*, adeo confuſa lineamenta erant. *Lindenbr.*

a *Magiſtro enim armorum.*] Marcellum Magiſtrum militum intelligit. Sic ſuprà in lib. 15. *Interrogato Remigio etiamtum Rationario apparitionis armorum Magiſtri*: & alibi ſæpe. Caſſiodorus etiam in lib. 6. Hiſt. trip. cap. 1. & lib. 10. cap. 24. quos στρατηγοὺς Socrates ac Sozomenus dixerant, *Magiſtros* interpretatur *armorum*. Hæc autem dignitas à Conſtantino Maximo primùm inſtituta eſt: qui teſte Zoſimo in lib. 2. duos Magiſtros militum creavit, alterum peditum, equitum alterum: quem numerum poſtea filii ejus auxêre. Quatuor enim Magiſtros militum eodem tempore Marcellinus memorat in hoc libro: Arbetionem in Præſenti conſtitutum, Urſicinum per Orientem, Severum in Galliis ſucceſſorem Marcelli, Barbationem denique Silvano ſuffectum. Sed Theodoſius Aug. quinque & ampliùs Magiſtros militiæ conſtituit: quo facto Rempub. annonis gravavit, ut ei ſemper infeſtus objicit Zoſimus in lib. 4. Et hic quidem eos ſemper στρατηλάτας, aut στρατηγοὺς appellat. Rectéque in veteribus Gloſſis στρατηλάτης vertitur Magiſter militum. Sic apud Baſilium in Epiſtolis, κόμητι στρατηλάτῃ; in Epiſtolis Gregorii Nazianzeni, Μοδαρίῳ στρατηλάτῃ. Et in Actis Pauli Conſtantinopolit. apud Photium Hermogenes στρατηλάτης dicitur, & alibi ſexcentis in locis, in quibus Latinè vertendis omnes pæne Interpretes labi ſolent. Eunapius in vita Ædeſii στρατοπεδάρχας vocat, & in Proæreſio his verbis: ὁ δὲ Κώνστας καὶ ταῦτα ἔδωκε, καὶ τὸ μέγιστον τῶν ἀξιωμάτων στρατοπεδάρχην ἐπιτρέψας καλεῖσθαι, &c. ubi *caſtrorum Præfectum* malè vertit Had. Junius. Sic & Joſippus (quem vulgò Hegeſippum vocant, cùm ſit Joſippus, ab S. Ambroſio verſus in Latinum ſermonem) lib. 1. de excidio urbis Hier. cap. 41. *Miſſóque*, ait, *Volumnio militiæ Magiſtro, & Olympio*: quod Joſippus in lib. 1. Græcè dixerat: πέμπει χολούμενόν τε στρατοπεδάρχην καὶ τὸν φίλον Ὀλύμπιον. Ceterùm quod dixi, Magiſtros militum à Conſtantino Magno primùm inſtitutos, reſelli videtur ex eo quòd Modeſtus de vocabulis rei militaris ad Tacitum Auguſtum qui Conſtantinum anteceſſit, eorum meminit: & quòd Hieronymus in Chronico, ac Jordanes de ſucceſſione regnorum, Saturninum qui regnante Probo arripuit Imperium, *Magiſtrum militum* vocant. Sed Modeſtum quidem, quiſquis ſit, (nam ſuppoſiticium eſſe equidem ſuſpicor) poſt Conſtantinum ſcripſiſſe non dubito, cum & *Comitivam ordinis primi* memoret, & nihil aliud ſit quàm exſcriptor Vegetii. Hieronymum autem ex more ætatis ſuæ locutum eſſe palam eſt, quippe qui Veſpaſianum *Magiſtrum militiæ* in eodem Chronico appellet, quem Legatum dicere debuerat, ſi propriè & convenienter ætati Veſpaſiani loqui voluiſſet. Idem de Hegeſippo, ſeu potiùs Joſippo ſuprà citato ſentiendum eſt. Certè Vegetius in lib. 2. de re militari, rectè notavit in locum Legatorum Cæſaris viros illuſtres Magiſtros militum ſucceſſiſſe. Idem de Vopiſco quoque cenſeo, qui in Aureliano Magiſtros equitum commemorat. *Equites*, ait, *omnes ſub Claudio Aurelianus gubernaverat, cùm offenſam Magiſtri eorum incurriſſent, quòd temere Claudio non jubente pugnaſſent.* Valeſ.

a *Deſciviſſe arguerentur.*] Ita exhibet Valeſiana prior, & Lindenbrogiana, aliæque anteriores; unde peccaverunt Pariſini, qui in nuperrima ediderunt *arguebantur*, contra ſenſum, & mutavi. *Gron.*

b *Carptim præcipua.*] Hoc in loco codex Regius vocem inſerit neceſſariam, ut arbitror: *Carptim ejus præcipua*, id eſt, dotes atque virtutes· ut in lib. 14. *equorúmque præcipua vel delicta ſcrutantes.* Et paullo pòſt in hoc libro: *Inter præcipua enim quæ eorum quiſque ſtudio poſſederat vel ingenio*: & alibi ſæpius. *Idem.*

c *Abſtractis geminis.*] Sic reſtitui, auctoritatem ſecutus Editionis Romanæ * & codicis Toloſ. * [ac Colbert.] geminos autem vocat teſtes, more Græcorum qui διδύμους nominant. Sed & Solinus ita appellat, cùm de fibro dicit: *Ne captus proſit, ipſe geminos ſuos devorat.* Idem.

d *Ubi paullatim arte curaque.*] Hanc ſcripturam commentus eſt P. Caſtellus, cùm in Editione Rom. excuſum

ris quantum tali fortunæ ſatis eſſe poterat eruditus, cogitandi inveniendique dubia & ſcrupuloſa acumine nimio præſtans, immenſum quantum memoria vigens, benefaciendi avidus, plenúſque juſti conſilii: quem ſi Conſtans Imperator olim [e] ex adulto jámque maturum audiret honeſta ſuadentem & recta, nulla, vel [f] veniâ certè digna peccaſſet. Is Præpoſitus Cubiculi etiam Julianum aliquoties corrigebat, [g] Aſiaticis coalitum moribus, ideóque levem. Denique digreſſus ad otium, adſcitúſque poſtea in palatium, ſemper ſobrius, & [h] in primis conſtans, ita fidem continentiámque virtutes coluit amplas, ut nec prodidiſſe aliquando arcanum, niſi tuendæ causâ alienæ ſalutis, nec exarſiſſe cupidine plus habendi arceſſeretur ut ceteri. Unde factum eſt, ut ſubinde Romam ſecedens, ibíque fixo domicilio conſeneſcens, comitem circumferens conſcientiam bonam, colatur à cunctis ordinibus, & ametur; cùm ſoleant id genus homines, poſt partas ex iniquitate divitias, latebras captare ſecretas, ut lucifugæ vitantes multitudinis læſæ conſpectus. Cui ſpadonum veterum hunc comparare debeam, antiquitatem replicando compluries invenire non potui. Fuerunt enim apud veteres, licèt oppidò pauci, fideles & frugi, ſed ob quædam

eſſet hoc modo: *Ubi paullatim .... aculeſ...... iratio- nem rectè vivendi, &c.* nec ab Editione Romana quidquam diſcrepat codex Regius & Florentinus, [Toloſanus item ac Colbertinus.] Itaque ſcriptæ lectionis veſtigiis inſiſtens, ſic à Marcellino ſcriptum fuiſſe exiſtimavi: *Ubi paullatim adoleſcens rationem recte vivendi ſollertiámque oſtendebat*: quâ conjecturâ equidem nihil certius eſſe duco. Dixit enim Marcellinus ea quæ Eutherius etiamtum parvulus tulit: tum ſubjicit de eodem adoleſcente: deinde ea ſubjicit quæ *ex adulto*, id eſt, virilem ingreſſus ætatem factitavit in aula Conſtantis Auguſti. *Valeſ.*

e *Ex adulto ſpectaſſet, pluraque tamquam maturum.*] Et hic locus à Caſtello inquinatus eſt, quem nos, quod præfiſcine dictum ſit, priſtino nitori reſtituimus. In Rom. Editione legitur, *ex adulto .... tamquam maturum.* In Regio autem codice [ac Colbertino,] *támque maturum.* Ergo unius litteræ mutatione ſic locum emendavi: *Quem ſi Conſtans Imperator olim ex adulto jámque maturum audiret, honeſta ſuadentem & recta; nulla vel veniâ certè digna peccaſſet.* Ex quibus patet, Eutherium Cubicularium fuiſſe Conſtantis. *Idem.*

f *Venia certe digna peccaſſet.*] Malè audierat Conſtans ob pueros cubicularios nimis comptos cultóſque, ut teſtatur Aurelius Victor his verbis: *Quarum gentium obſides pretio quæſitos, pueros venuſtiores, quod cultiùs habuerat, libidine ejuſmodi arſiſſe pro certo habetur.* & Zoſimus in lib 2. cujus verba non pigebit adſcribere, ut obiter emendentur. Βαρβάρους γὰρ εὐπροσώπους ὠνημένος καὶ ἔχων ἐν ὁμήρων τάξει παρ' ἑαυτῷ, πάντα δὲ πράττειν ἐξεῖς κατὰ τῶν ὑπηκόων αὐτοῖς διὰ τὸ ὁρᾶν ἐπιδιδοῦσιν αὐτῷ πρὸς διαφθορὰν, &c. lege meo periculo, διὰ τὴν ὥραν ἐπιδιδοῦσιν, &c. Id eſt: *Barbaros enim pretio quæſitos, obſides juxta ſe habens, eiſdemque in provinciales impunè graſſandi licentiam tribuens, quippe qui florem ætatis ſibi polluendum darent.* Denique Zonaras, qui in Conſtantini filiorum hiſtoria ſolito diligentior fuit, hæc de Conſtante narrat: eum ſupra modum venationi deditum fuiſſe: ac per ſpeciem venationis ſolitum ſe in ſilvas abdere unà cum formoſis adoleſcentibus, quos undique conquiſitos cultóſque elegantiſſimè, in deliciis habebat. Eóque diutius in ſilvis morabatur, quò modeſtiorum hominum congreſſum effugeret. Vexabatur autem adſiduè articulari morbo, quem ex immoderatis libidinibus vitæque intemperantia contraxerat. *Idem.*

g *Aſiaticis coalitum moribus, ideoque levem*] Aſiam hîc capio, quæ ſcilicet Græciæ quamproximè conterminat: levitas enim Græcis tribuitur, luxuria verò Aſianis. Jul. Firmic. Aſtron. lib. 1. cap. 1. *Cur quædam gentes ſunt ſic formatæ, ut propria ſint morum quodammodo unitate perſpicuæ? Scythæ ſoli immani feritatis crudelitate graſſantur, Itali ſunt regali ſemper nobilitate præfulgidi, Galli ſtolidi, leves Græci, Afri ſubdoli, avari Syri, acuti Siculi, luxurioſi ſemper Aſiani & voluptatibus occupati.* Vid. eumdem lib. 1. cap. 4. Cicero pro Muræna: *Etſi habet Aſia ſuſpicionem luxuriæ quamdam, non Aſiam numquam vidiſſe, ſed in Aſia continenter vixiſſe laudandum eſt.* * Tertull. de Anima cap. 20. *Thebis hebetes & brutos naſci relatum eſt, Athenis ſapiendi dicendique acutiſſimos, ubi penes Colytum pueri menſe citiùs eloquuntur. procace lingua Comici Phrygas timidos illudunt; Salluſtius vanos Mauros, & feroces Dalmatas pulſat; mendaces Cretas etiam Apoſtolus inurit.* * Lindenbr.

h *In primis conſiſtens.*] Legendum videtur, *inprimis conſtans.* Ait enim Marcellinus: *Semper ſobrius & inprimis conſtans, ita fidem continentiámque virtutes coluit amplas, &c.* Itaque ut ſobrius ad continentiam refertur; conſtans referri debet ad fidem. *Valeſ.* Modò non illo

vitia maculoſi: inter præcipua enim quæ eorum quiſque ſtudio poſſederat vel ingenio, aut rapax, aut feritate contentior fuit, aut propenſior ad lædendum, [7] [i] vel diligentibus nimiùm blandus, aut potentiæ faſtu ſuperbior: ex omni latere autem ita peritum, neque legiſſe me, neque audiſſe confiteor, ætatis noſtræ teſtimonio locupleti confiſus. Verùm ſi forte ſcrupuloſus quidam lector antiquitatum, Menophilum Mithridatis Pontici Regis eunuchum nobis opponat, hoc monitu recordetur, nihil ſuper eo relatum, præter id ſolum, quod in ſupremo diſcrimine glorioſè monſtravit. Ingenti prœlio ſuperatus à Romanis & Pompeio Rex prædictus, fugiénſque ad regna Colchorum, [8] adultam filiam [k] nomine [l] Drypetinam vexatam aſperitate [9] morborum [m] in caſtello Synhorio huic Menophilo commiſſam reliquit: qui virginem omni remediorum ſolatio plenè curatam patri tutiſſimè ſervans, cùm à [n] Manlio Priſco Imperatoris legato munimentum quo claudebatur, obſideri cœpiſſet, defenſoréſque ejus deditionem [1] meditari ſentiret: veritus ne parentis opprobrio [2] puella nobilis captiva ſupereſſet & violata, interfectâ illâ mox gladium in viſcera ſua compegit. Nunc redeam unde diverti.

CAP. VIII. [o] Superato (ut dixi) Marcello, [3] reverſóque Serdicam, unde oriebatur, in caſtris Auguſti per ſimulationem tuendæ majeſtatis Imperato-

7 *Mſ.* vel ingendimus. 8 *al.* avita, filiam nomine Direptin. 9 *In mſ. margine* locorum. 1 *al.* meditantes. 2 *mſ.* puella nobilis. 3 *mſ.* everſoque Serdicani.

---

ipſo ſenſu Ammianus dixerit conſiſtentem, ex imitatione veteris Latinitatis, ubi nunc *mente*, nunc *animo conſiſtere* apud optimos ſcriptores occurrit. Certe quum Henricus hanc tantum ut conjecturam propoſuerit in notis primæ editionis, non ſuſtinens in contextu aliquid temere mutare, quippe retenta illic lectione veteri *conſiſtens*; juvenile hoc & anceps Pariſienſium novellorum qui Henricianum *conſtans* contra omnes ſcriptos adoptaverunt, nequaquam probaverim. *Gron.*

i *Vel diligentibus nimium blandus.*] Hujus ſcripturæ auctor eſt Gelenius. Nam in anterioribus Editionibus perinde ut in codice Regio ac Florentino legebatur, *vel ligendimus*, [in Colbert. *vel igendimus.*] Ego verò non dubito, quin locus ſic legendus ſit: *Vel clientibus nimiùm blandus, aut potentiæ faſtu ſuperbior. Valeſ.*

k *Nomine Dripetinam*] Vulg. *Direptin.* ſed Mſ. lectionem quam ſequimur, confirmat Val. Max. lib. 1. cap. 8. *Lindenbr.*

l *Drypetinam.*] Meliùs ſcriberetur meo quidem judicio, *Drypetin.* Sic vocata eſt & Darii filia, quam Alexander Hephæſtioni uxorem dedit, teſte Diodoro Siculo & Arriano. *Valeſ.* Eadem ambiguitas, quæ ſedere putatur in altera Aſiatica fœmina, quæ vulgo Amaſtris dici ſolet, ſed quam Arrianus libro VII. vocavit *Amaſtrinem*, ut notavit Freinshemius ad Curtium x, 3, 12, & ulterius procedens auctor verboſarum nuper diſſertationum de uſu & præſtantia numiſmatum pag. 464. corruptum in Arriano cenſet nomen, Ἄμαςριν, non ut ibi legitur Ἀμαςρίνην citans. Sed præter omnes codices, qui conſentiunt in vulgatum, facile ea appellatio tueri locum ſuum poteſt, quum pro terminatione per ις appareat nonnullos amaviſſe ινη, ut Νηρηὶς, Νηρηίνη, Αἰῆτις, Αἰητιὰς, Αἰητίνη; utique & Eleuſin, & Eleuſine. utique & Callimachus eam formam ſequi maluit, dum ab eo Hecate κατ' ἀντίφρασιν διὰ τὸ μὴ εὔκολος οὖσα fuit vocata εὐκολίνη, non εὔκολις? Quidni ſic potuit mulier multis appellata Ἄμαςρις, ab Arriano, alterum ſequuto & certum tamen auctorem, Ἀμαςρίνη nominari, præſertim quum ea formatio illic obtinuerit, ut docet Barſine. *Gron.*

m *In caſtello Sinhorio.*] Regius codex habet, *Synorio*, rectiùs. Scribit enim in lib. 12. Strabo Mithridatem 75. caſtella in minore Armenia extruxiſſe, in quibus gazam ſuam conderet: & ex his nobiliſſimum fuiſſe Synoria, quod quia in confinio majoris ac minoris Armeniæ ſitum erat, Theophanes in hiſtoriis σινωρίαν vocavit: τούτων δ' ἦν ἀξιολογώτατα ταῦτα, Ὕδαρα καὶ Βασγοιδάριζα, καὶ Σινώρια ἐπιπεφυκὸς τοῖς ὁρίοις τῆς μεγάλης Ἀρμενίας χωρίον. διόπερ Θεοφάνης Σινωρίαν παρωνόμασε. Hoc idem caſtellum Σινόρηγα φρούριον appellare videtur Appianus in Mithridatico, ubi theſauros Regios conditos fuiſſe prodit. Apud Plutarchum in Pompeio ἰνώρα ſcribitur mendoſè. *Valeſ.*

n *Manlio Priſco Imperatoris legato.*] In Regio codice * & Vaticano * ſcriptum reperi *Mallio*; [*Manlio* in Colbertino;] in Toloſano *Manilio.* * *Idem.*

o *Superato, ut dixi, Marcello, everſaque Serdicâ, unde oriebatur*] Mſ. *everſoque Serdicani.* Proclive eſt veram lectionem invenire: dubio procul enim ſcripſit Ammian. *reverſoque Serdicam.* Marcellum enim hunc equitum Magiſtrum, ob id, quòd Juliano malis obſidionalibus periclitanti ſuppetias non tuliſſet, ſacramento ſolutum

riæ multa & nefanda [4] perpetrabantur. Nam ſi quis [p] ſuper occentu ſoricis vel occurſu muſtelæ, vel [q] ſimilis ſigni gratiâ conſuluiſſet quemquam peritum, aut anile [r] incantamentum ad leniendum adhibuiſſet dolorem, (quod medicinæ quoque admittit auctoritas) reus unde non poterat opinari delatus, raptúſque in judicium, pœnaliter interibat. [ſ] Per id tempus fer.......... num quemdam nomine Danum, terrore tenus uxor rerum levium [5] incuſarat; [t] certum an incertum, inſontem Rufinus ſubſidebat: (quo indicante quædam cognita per [v] Gaudentium Agentem in rebus, Conſularem Pannoniæ tunc Africanum, [6] cum convivis [x] retulimus interfectum) [y] Apparitionis [7] Præfecturæ Prætoria-

4 *Mſ.* perpetrabant. 5 *mſ.* incuſarat..... certum en incertum undenſotam Rufin. ſubſeda, quo indicante. 6 *mſ.* cum conviviis retuliſſent effectum. *al.* cum retuliſſent præfectum. 7 *al.* Præfectura.

atque in larem abire juſſum, Serdicam (quæ genitalis illi patria) jam rediiſſe notat. *Lindenbr.*

p *Super occentu ſoricis vel occurſu muſtelæ*] Vid. Plin. lib. VIII. cap. 57. & quæ ad Terent. notata. *Idem.*

q *Similis ſigni gratia conſuluiſſet quemquam peritum.*] Huc referendæ ſunt leges 4 & 5. Cod. Th. de math. & maleficis, latæ Conſtantio IX. & Juliano II. Coſſ. *Nemo*, inquit *haruſpicem conſulat aut mathematicum, nemo hariolum, &c.* Valeſ.

r *Incantamentum ad leniendum adhibuiſſet dolorem*] Incantationis hujus exempla leguntur in libb. Rei Ruſticæ apud Catonem, cap. CLX. Varronem lib. I. cap. 2. Marcell. Empir. de Medic. cap. XV. Sed revera horrendum carmen eſt, quod ad podagræ dolorem recitat Alex. Trall. lib. XI. Ὁρκίζω σε τὸ ὄνομα τὸ μέγα Ἰαὼθ, Σαβαὼθ, ὁ Θεὸς ὁ στερεώσας τὴν γῆν, καὶ στήσας τὴν θάλασσαν ῥεόντων ποταμῶν πλεονάζων, ὁ ξηράνας τὴν τοῦ Λὼθ γυναῖκα, καὶ ποιήσας αὐτὴν ἁλατίνην, λάβε τὸ πνεῦμα τῆς μητρός σου γῆς, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῆς, καὶ ξήρανον τὸ ῥεῦμα τῶν ποδῶν ἢ τῶν χειρῶν τοῦδε ἢ τῆσδε. Tale illud Marcelli Empirici cap. XXI. ad corci dolorem: *Cave corcu ne mergito cantorem, utos, utos, utos, præparabo tibi vinum leve, libidinem; diſcede à nonita, in nomine Dei Jacob, in nomine Dei Sabaoth.* Id enim eſt, quod Origines ſcribit contra Celſum: Εὑρίσκεται ἐν τοῖς μαγικοῖς συγγράμμασι πολλαχοῦ ἡ τοιαύτη τοῦ Θεοῦ ἐπίκλησις, καὶ παράληψις τοῦ Θεοῦ ὀνόματος, ὡς οἰκείου τοῖς ἀνδράσι τούτοις, (Abraham, Iſaac, Jacob) εἰς τὰ κατὰ τῶν δαιμόνων. Idem: πολλοὶ τῶν ἐπαδόντων δαίμονας χρῶνται ἐν τοῖς λόγοις αὐτῶν, τῷ Ο ΘΕΟC ΑΒΡΑΑΜ, &c. Cujus ſuperſtitionis etiam Nicephorus meminit in Syneſii lib. de Inſomniis. Propterea graviſſima oratione reprehendit D. Chryſoſtomus Antiochenos, in quorum civitate hæc talia paſſim perpetrabantur: *Chriſtiana eſt mulier quæ hæc incantat, & nihil aliud quàm DEI nomen loquitur. Quare eam magis odi, quod DEI nomine uſa eſt: quod cùm dicat ſe eſſe Chriſtianam, ea quæ ſunt gentilium, oſtentet.* Homil. XXI. * p 275. Edit. Græc. * Certè ingentis impietatis eſt, ejuſmodi anilibus τερθρείαις ſacroſanctum Dei nomen violare. Ideoque ab antiquis Eccleſiæ Patribus & Impp. Chriſtianiſſimis atrociſſimæ pœnæ in talium facinorum reos conſtitutæ ſunt, can. LXI. Synod. VI. in Trull. Cod. Juſtin. Tit. de mal. & mathem. *Lindenbr.*

ſ *Per id tempus fertur fuiſſe virum quemdam.*] Agreſtis & barbara locutio, mirum ni à Caſtello conficta eſſet. In Editione certè Rom. legebatur: *Per id tempus fer......... quemdam nomine Danum uxor, &c.* Regius autem codex [& Colbertinus] * ac Toloſanus * ſcriptum ſic habent, *fer........ num quemdam, &c.* ut Editio Romana. *Valeſ.*

t *Reum non libet accuſare, indefenſum Rufinus eluſerat.*] Magnâ audaciâ hîc graſſatus eſt P. Caſtellus. Cùm enim in Editione Rom. ſcriptum eſſet: *Uxor rerum levium incuſarat...... certum an incertum indenſotam Rufinus ſubſeda;* ipſe omnia pro arbitrio invertens ſic edidit: *Rerum levium incuſarat: certum an incertum, reum non libet affirmare, indefenſum, &c.* Non igitur ſine cauſâ aliquot voces ab eo perperam intruſas expunxi. Quòd ſi quis fortaſſe conjecturam de hoc loco noſtram ſcire deſiderat, ſic ferè à Marcellino ſcriptum putamus: *Uxor rerum levium incuſarat: quem incertum unde infenſo animo Rufinus ſubſidebat.* Idem.

v *Gaudentium agentem in rebus.*] Gloſſ. vett. *Agens in rebus*, Μαγιστριανός.* Malch. in Eclog. Legationum p. 64. προστίμησε τῶν ἱππέων τῶν βασιλείων τινὰς, οὓς μαγιστριανοὺς καλοῦσι. * Gloſſarium Nomic. Μαγιστριανὸς, μανδάτωρ. Metaphraſtes in Actis Porphyrii Martyris: Ἱλάριός τις Σαβαδιβᾶ τοῦ μαγιστριανοῦ. Mentio hujus dignitatis in Conſtitutionibus Impp. Collatione Carthagin. Notitia Imperii, aliiſque ejus ſæculi ſcriptis frequens. *Lindenbr.*

x *Retuliſſe in Præfectum Apparitionis.*] Hic locus non uno mendo laborat, quem nos præeuntibus Mſſ. codicibus ita legendum eſſe affirmamus: (*Quo indicante quædam cognita per Gaudentium Agentem in rebus Conſularem Pann. tunc Africanum cum convivis retulimus interfectum:*) *Apparitionis Præfecturæ Prætorianæ tunc etiam Princeps ob devotionem.* Quæ emendatio confirmatur ex ipſo Marcellino. Nam in lib. 15. ubi totam hanc hiſtoriam fuſiùs narrat, ſic ſcribit: *E quorum numero Gaudentius Agens in rebus rem ut ſeriam detulerat ad Rufinum Apparitionis Præfecturæ Præt. tunc Principem.* Neque tamen eo in loco Africanus dicitur interfectus: quin potiùs ſignificare videtur, poſt diuturnam cuſtodiam tandem abſolutum eſſe cum reliquis conſciis. Nihilominùs ſtat

næ tum etiam Princeps ob devotionem. [z] Is ut loquebatur jactantiùs, verſabilem feminam poſt nefandum concubitum periculoſam in fraudem illexit: ſuaſitque conſarcinatis mendaciis, læſæ majeſtatis arceſſere maritum inſontem, & fingere quòd [a] velamen purpureum [b] à Diocletiani ſepulcro furatus, quibuſdam

emendatio noſtra, quam ex veſtigiis ſcriptorum codicum odorati ſumus. Sic enim habent codices omnes: *Retuliſſent effectum Apparitionis, &c.* Valeſ.

y *Apparitionis Præfecturæ Præt. tum etiam Princeps.*] Notum eſt in omni Officio ſeu Apparitione aliquem primum fuiſſe, qui *Princeps Officii* dicebatur. * Conſtantius in lib. 1. de vita S. Germani Autiſiodorenſis Epiſcopi. *Erat*, inquit, *eo tempore vir quidam bonis moribus, Januarius nomine. Qui cùm Princeps Præſidali militaret officio, exactos à provincialibus ſolidos ad Judicem* (id eſt, ad Præſidem) *deferebat*. De his Principibus intelligendus eſt Suidas, quum ait: Πρίγκιψ ὁ ἔξαρχος τῆς τάξεως παρὰ Ῥωμαίοις. * Sic in militia etiam armata erant quidam Principes, qui & *principia legionis* dicebantur. Optatus in lib. 2. *Erat ibi filius ſine patre, tiro ſine Principe, diſcipulus ſine magiſtro.* Ergo etiam in officio ſeu Apparitione Præfecti Præt. quidem erat Princeps, ut ex Notitia quoque Imperii conſtat: qui vir Devotiſſimus dicebatur, teſte Symmacho in lib. x. epiſt. 36. Hi ſtipendiorum ordine paullatim in eum locum promovebantur, & lucra atque emolumenta multo majora capiebant quàm ceteri: exactóque biennio ut plurimum decedebant, ac ſequentibus locum dabant. Quare ut novum in Rufino notat id Marcellinus, quòd tamdiu Princeps eſſet, ídque ob devotum ac dicatum Imperatori animum præmii loco conſecutum eſſe ſignificat, ut ſuprà in lib. 15. pag. 36. de Gaudentio. Porrò Princeps Apparitionis Præf. Præt. erat è Schola Agentum in rebus, ut docet Caſſiodorus in lib. 6. Var. in formula Magiſteriæ dignitatis, & in lib. xi. epiſt. 35. quæ eſt delegatoria, data Principi Apparitionis Præf. Prætorianæ. Sed & Principes officii omnium ferè Magiſtratuum, ex eadem Schola Agentum in rebus ſumebantur, ut ex Notitia Imperii colligitur, & ex Codice Theod. tit. de Principibus Agentum in rebus. Specialiter tamen Princeps officii Præf. Præt. utpote omnium primus, Princeps Agentum in rebus dicebatur: qui quoniam ex alio officio, puta Magiſtri Officiorum, ad eum locum veniebat, ideo Caſſiodorus in lib. xi. ubi promotiones omnium Officialium facit, Principem ipſum omiſit. Neque enim audiendus eſt vir doctiſſimus, qui in Notis ad Hiſtoriam Aug. affirmat eum, quem Caſſiodorus ibi *Primiſcrinium* vocat, eſſe Principem. Atqui Caſſiodorus *Primiſcrinium* poſt Cornicularium ponit: Princeps verò Cornicularium anteibat, ut docet Notitia Imperii, & lex 4. & 5. Cod. Theod. de iis qui adminiſtrantibus. Ex his patet, cur Gaudentius Agens in rebus ſermonem illum convivarum Africani retuliſſe dicitur ad Rufinum Apparitionis Præt. Principem. Erant quippe ambo ex eadem Schola. Corippus in Panegyri ad Anaſtaſium Magiſtrum Officiorum, idem ſe officium geſſiſſe dicit.

Summe Magiſtrorum, ſub cujus nomine geſto
Principis officium.

Erat ergo Corippus è Schola Agentum in rebus quæ ſub diſpoſitione Magiſtri Officiorum fuit. Libanius initio Orat. ad Euſtathium de honoribus κορυφαῖον τῆς στρατιᾶς appellat Principem officii. * Baſilius in lib. 2. de Thecla cap. 14. Κάστωρ τὴν ἐπάρχοις ὑπηρετουμένην διέπων στρατιαν: & Geſta purgationis Cæciliani pag. 28. * Rectè autem Aſconius in 3. Verr. notat hæc nomina, Princeps, Commentarienſis, & Cornicularius, de legionaria militia ſumpta eſſe. *Idem.*

z *Bis ut loquebantur jactantius.*] Exiſtimavi hunc locum ſic legendum eſſe minima mutatione: *Is, ut loquebatur jactantiùs, &c.* plano jam ſenſu, qui antea erat nullus. *Idem.*

a *Velamen purpureum à Diocletiani ſepulcro.*] Solebant priſci funera non ſolùm κειρίαις involvere, verùm togâ quoque vel pallio amicire, & feretrum velamento obtegere. Apul. Flor. 1. *Animadverteret -- togam quoque parari & voto, & funeri: item pallio cadavera operiri.* Ammian. lib. XXVIII. *Fulgentes ſericis indumentis, ut ducendos ad mortem.* D. Hieronym. Epiſt. 116. part. 3. de Obitu Blæſillæ: *Ex more parantur exſequiæ, & nobilium ordine præeunte aureum feretro velamen obtenditur.* Idem in Vita Pauli: *Cur mortuos veſtros auratis obvolvitis veſtibus?* Prudent.

Candore nitentia claro.
Prætendere lintea mos eſt.

* Tertull. de Habitu mulier. cap. 1. cùm de mulierum ſuperbo veſtitu egiſſet, hoc epiphonemate concludit: *Omnia iſta damnatæ & mortuæ mulieris impedimenta ſunt, quaſi ad pompam funeris conſtituta.* * Huc pertinent quæ Ulpian. ſcribit L. 14. §. 4. ff. de relig. & ſumtib. *Si quid in marmor vel veſtem collocandam factum ſit.* Paulus J. C. L. 19. ff. de in rem verſo. *Togam emit-dedicavit eam in funus.* L. fin. §. 2. ff. de aur. arg. Livius lib. 34. Juvenal. Satyr. III. * Vide Forner. Quotid. lib. 3. c. 18. * Quæ quidem veſtes & velamenta unà cum ipſo cadavere ſepeliebantur, vel ornamenti loco appendebantur: quod multis indicat Iſidor. Peluſiota lib. 2. Epiſt. CLXVI. Unde apud Chirium Fortunat. Sejus violati ſepulcri accuſatus, quòd commendatam ſibi chlamydem ab ephebo in monumentum majorum ejus poſuiſſet, hac exceptione utitur, ſepulcrum à ſe non tantùm non eſſe violatum, verùm ornatum quoque. De hiſce velamentis præclarè D. Ambroſ. lib. de Nabuthe cap. 1. *Quis diſcernat ſpecies mortuorum? Redoperi terram, & ſi potes, divitem deprehende. Erudetato paulo pòſt tumulum, & ſi cognoſcis egentem, argue. Niſi fortè hoc ſolum, quòd cum divite plura pereunt. Sericæ veſtes, & auro intexta velamina, quibus divitis corpus ambitur, damna viventium, non ſubſidia defunctorum ſunt.* Ex his ergo cognoſci poteſt, quale fuerit velamen, quod à Diocletiani ſepulcro

conſciis occultabat. Híſque ad multorum exitium ita formatis, ipſe ſpe potiorum ad Imperatoris pervolat caſtra, excitaturus calumnias conſuetas. Réque comperta jubetur [c] Mavortius tunc Præfectus Prætorio, vir ſublimis conſtantiæ, crimen acri inquiſitione ſpectare, juncto ad audiendi ſocietatem Urſulo Largitionum Comite, ſeveritatis itidem non improbandæ. Exaggerato itaque negotio ad arbitrium temporum, cùm nihil poſt tormenta multorum inveniretur, judicéſque hærerent ambigui: tandem veritas reſpiravit oppreſſa, & in abrupto neceſſitatis mulier Rufinum totius machinæ confitetur auctorem, nec adulterii fœditate ſuppreſſa: ſtatímque [d] legibus contemplatis, prout poſcebant ordo & juſtitia, ambos ſententiâ damnavere letali. Quo cognito Conſtantius fremens, & tamquam vindicem ſalutis ſuæ lugens exſtinctum, miſſis equitibus citis, Urſulum redire ad comitatum [8] minaciter juſſit. Et ille ſpretis qui prohibebant, perrupit intrepidus: ingreſſúſque Conſiſtorium, ore & pectore libero docuit geſta: hácque fiduciâ linguis adulatorum occluſis, & Præfectum & ſe diſcrimine gravi ſubtraxit. Tunc illud apud Aquitanos evenit, quod latior fama vulgarat. Veterator quidam ad lautum convivium rogatus & mundum, qualia ſunt in his regionibus plurima, cùm vidiſſet [e] linteorum toralium par, duos clavos ita latiſſimos, ut ſibi viciſſim arte miniſtrantium cohærerent,

8 *Mſ.* minaciter poſſe adſiſtere veritatis & tale ſpretis. *Steph.* minaciter juſſit territatus ſpretis.

abſtuliſſe inſimulatus fuit Danus, gemini criminis reus, religionis putà læſæ, (L. 3. §. 7. ff. ſepulcr. viol. Sopater in Aphthon.) & imminutæ majeſtatis: quippe qui purpuram poſſidebat, quam privato nemini licitum erat habere. Vide quæ notata ad lib. xv. cap. v. *Lindenbr.*

b *A Diocletiani ſepulcro.*] Quod erat haud procul Salonis in caſtro Aſpalatho. Hieronymus in Chronico: *Diocletianus*, inquit, *haud procul à Salonis in villa ſua Aſpalatho moritur.* Unde fornices illos & cameras ſubterraneas eleganti opere ſtructas Aſpalathi, quas deſcribit Conſtantinus Porphyrog. in cap. 29 de adminiſtrando Imperio, pæne adducor ut credam ſepulcrum ipſum fuiſſe Diocletiani. Huic uni poſt homines natos contigiſſe ait Eutropius, ut cùm privatus obiiſſet, inter Divos tamen referretur. Sanè velamen purpureum in ejus ſepulcro poſitum, cujus hic meminit Marcellinus, conſecrationis certiſſimum indicium eſt. Valeſ.

c *Mavortius vir ſublimis conſtantiæ.*] Is, ut opinor, eſt Mavortius Lollianus, cui Julius Firmicus Aſtronomicorum libros dicavit: & in lib. 8. cap. 15. ſeveritatis merito ordinarij Conſulatus inſignia conſecutum eſſe dicit. Conſul fuit cum Arbæthione. Idem Præfectus Urbi fuerat Conſtantio III. & Conſtante II. Coſſ. Fuit autem Præfectus Præt. per Italiam eodem anno quo Conſul, ut eſt in lege 25. Cod. Theod. de appellat. *Idem.*

d *Legibus contemptis multa ultro citroque diſcuſſa.*] Alia omnia habet codex Regius, * Toloſanus, [& Colbertinus,] Editióque Romana, *legibus contemptis*; deinde poſt lacunam dimidiatæ lineæ ſequitur, *ordo & juſtitia.* In codice autem Regio, * Toloſano, * [& Colbertino] legitur, *ordes & juſtitia.* & ſuperſcriptum eſt eadem manu, *concordes*, ex conjectura exſcriptoris, ut patet. Ego verò ſic ferè à Marcellino ſcriptum eſſe divinabam: *Tandemque legibus contemplatis, velut ipſa dictante juſtitia, ambos ſententia damnavere letali.* Ut loquitur Marcellinus in lib. 22. cap. 6. & * libro 26. cap. 9. * *Idem.*

e *Linteorum toralium par.*] Latini lectum à toro diſtinguunt: lectum enim propriè vocant opus illud è ligno, aliáve nobiliori materia, cui torum imponebant. Ovidius in 8. Metam.

--- *in medio torus eſt de mollibus ulvis,*
Impoſitus lecto.

Ac viliorum quidem hominum tori è ſtramento erant, aut ulva paluſtri probè conciſa: cujuſmodi etiam in caſtris tori militum fuere, teſte Plinio in lib 8. Nobiliorum verò ex tomento Lingonico, aut pluma. Eoſdem toros ſtragulis ſternebant, deinde lodices ſuperponebant, ne ſtragula ſerica macularentur. Martialis in lib. 14. in Epigrammate cui lemma *Lodices.*

Nudo ſtragula ne toro paterent,
Junctæ nos tibi venimus ſorores.

Quod ergo in lectis cubitoriis erant lodices, idem in tricliniaribus videntur fuiſſe toralia: quæ περίκλινα & περικλίτρα vertuntur in veteribus Gloſſis. Hæc toralia ex lino fuiſſe, præter Marcellinum in hoc loco, docet Pol-

men-

[f] menſámque operimentis paribus tectam: anteriorem chlamydis partem utraque manu vehens, intrinſecùs ſtructuram omnem ut amictus adornaverat [g] principales quærens, patrimonium dives evertit. Malignitate ſimili quidam Agens in rebus in Hiſpania, ad cenam itidem invitatus, cùm [h] inferentes veſpertina lumina pueros exclamaſſe audiſſet ex uſu, [9] [i] [k] *Vincamus perun* .... ſollemne interpretatus atrociter, delevit nobilem domum. Hæc taliáque ideo magis magiſque creſcebant, quòd Conſtantius impendio [1] timidus, ſemper ſe [2] feriri ſperabat, ut [l] Dionyſius tyrannus ille Siciliæ: qui ob hoc idem vitium & tonſtrices docuit filias, ne cui alieno ora committeret leviganda: ædémque brevem ubi cubitare ſueverat, altâ circumdedit foſſâ, eámque ponte ſolubili ſuperſtravit: cujus disjectos aſſeres & axiculos ſecum [3] in ſomnum abiens transferebat, eoſ-

9 Mſ. *Vincamus perun*.... lemne .... interpretatum. al. *Vincamus* interpretatus. 1 *Mſ.* timidus ...... ſemper. 2 *Mſ.* ferri. 3 *Mſ* in ſontino.

lio in Claudio: ubi accubitalia Cypria duo memorat, id eſt, toralia è lino Cyprio. Eadem purpurea fuiſſe teſtatur ſcriptor noſter, & Martialis in lib. XI.

Conſtringátque tuos purpura picta toros Valeſ.

f *Menſamque operimentis paribus tectam.*] Duobus ſcilicet clavis purpureis. Veterum enim mantelia purpura & cocco clavata erant, itémque auroclavata, & aurea in Principum uſum, ut docet Lampridius in Alex. Severo, Pollio in Gallieno. Mappæ quoque clavatæ erant. Unde Petronius laticlaviam Trimalcionis mappam deſcribit fimbriis hinc atque illinc pendentibus. Menſam igitur hoc in loco intelligimus mantelibus ſtratam lineis laticlaviis, perinde atque torus duobus toralibus lineis laticlaviis erat ſtratus. *Idem.*

g *Principaleſque res.*] Hunc locum ſic legendum eſſe arbitror: *Intrinſecùs ſtructuram omnem ut amictus adornaverat principales quærens, patrimonium dives evertit*: & ita neceſſariò ſenſus poſtulat. Nam cùm malitioſus delator rapuiſſet è menſa duos illos purpuræ clavos, progreſſus in publicum anteriorem chlamydis Imper. partem eſſe ſtrepebat. Totam itaque domum ſcrutari cœpit, ut regale indumentum quod in ea domo integrum latere affirmaverat, reperiret: & re ad Judicem, ut credere eſt, delata, infelicem domum pervertit. *Idem.*

h *Inferentes veſp. lumina pueros exclamaſſe audiſſet ex uſu.*] Moris antiqui fuit exclamare ac plaudere, cùm in convivium lumen afferretur. Varro in lib. 5. de lingua Lat. citatus à Lindenbrogio, ait Græcos ad ejuſmodi religionem, cùm lumen adfertur, dicere ſolere, φῶς ἀγαθόν. Sed & Themiſtius apud Stobæum in Sermone 274. ejus moris meminit: καὶ φῶς ἐπειςενεχθὲν ἐξαίφνης συμποσίῳ θόρυβον καὶ κρότον ὑφ' ἡδονῆς ἐποίησεν. Atque eò referre ſoleo Virgilii verſus in 1. Æneid.

Poſtquàm prima quies epulis menſæque remotæ,
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.
Fit ſtrepitus tectis, vocémque per ampla volutant
Atria: dependent lychni laquearibus aureis
Incenſi.

In quibus verſibus eſt ὕςερον πρότερον. Lychnis enim accenſis tum demum conſecutus eſt clamor. Sequitur poſtea:

tum facta ſilentia tectis.

Ad quem locum ſic notat Servius: *Mos erat apud veteres, ut lumine incenſo ſilentium præberetur, ut optativam ſibi laudem loquendo nullus averteret. Apud Romanos etiam cenâ editâ ſublatiſque menſis primis, ſilentium fieri ſolebat, quoad ea quæ de cena libata fuerant, ad focum ferrentur, & in ignem darentur, ac puer Deos propitios nuntiaſſet; ut Diis honos haberetur: qui mos cùm interceſſit inter cenandum, Græci quoque θεῶν παρουσίαν dicunt.* Sed tamen non aſſentior Servio: neque enim explicat, quam ob cauſam repentè in convivio ſtrepitus & clamor eſt excitatus. Planéque perſuaſum habeo, Virgilium ad eum quem dixi morem alludere. Hodie etiam in pleriſque Galliæ opidis cùm lumen infertur, *Benedictum ſit lumen*, exclamare mos eſt. *Idem.*

i *Vincamus* .... *ſolenne*] Similis mos Græcorum, qui illato lumine ΦΩΣ ΑΓΑΘΟΝ clamare ſolebant. Varro de Ling. Lat. lib. v. *Lindenbr.* Adſcripſit idem exemplari, quod eſt Hamburgi. [Nihil deeſſe putat Loiſel. & τὸ *ſolemne* interpretatur id quod erat ſolemne, ſcilicet illato lumine dicere Vincamus. Druſius Obſerv. l. 15 c. 4 ſe in quodam libro reperiſſe ait, *pueros exclamaſſe audiſſet ex uſu* Νείκατα, *interpretatus delevit nobilem domum.* Vid. Lipſii Saturn. 1. 18 p. 73.] *Gron.*

k *Vincamus perun* ..... *ſollemne interpr.*] In Mſſ. omnibus, Regio ſcilicet, Vatic. & Florentino [ac Colbertino,] itémque in Editione Auguſtana legitur hoc modo: *Vincamus perun* .... *lemne* ...... *interpretatum atrociter, &c.* Lipſius in lib. 1. Saturn. cap. ult. emendat: *Vivamus, pereundum eſt.* Sanè in conviviis acclamari ſolitum, *Vivas*, & *Vivamus*, docet Dio in Commodo. Cùm enim Commodus in amphitheatro fatigatus frigidam biberet, ait repentè omnes illud in conviviis acclamari ſolitum, *Vivas*, ſucclamaſſe: τοῦτο δὴ τὸ ἐν τοῖς συμποσίοις εἰωθὸς λέγεσθαι ζήσειας ἐξεβοήσαμεν. * Idem teſtatur Nilus in Epiſtola quadam. * *Valeſ.*

l *Dionyſius Tyrannus.*] Cicero Tuſculan. v. Officior. II. cap. 3. Valer. Max. lib. IX. cap. 13. Diodor. Sicul.

démque compaginabat lucis initio proceſſurus. Inflabant itidem has malorum civilium bucinas potentes in regia, ea re, ut [m] damnatorum petita bona ſuis adcorporarent, [n] eſſétque materia per vicinitates eorum latè graſſandi. Namque ut documenta liquida prodiderunt, [o] proximorum fauces [p] aperuit primus omnium Conſtantinus: ſed eos medullis provinciarum ſaginavit Conſtantius. Sub hoc enim ordinum ſingulorum auctores infinita cupidine divitiarum arſerunt, ſine juſtitiæ diſtinctione vel recti, inter ordinarios judices Rufinus primus Præfectus Prætorio: & inter militares equitum Magiſter Arbetio, Præpoſitúſque [4] Cubiculi Euſebius, [q] & ..... anus Quæſtor, & in Urbe [r] Anicii, quorum ad avorum æmulationem [5] poſteritas tendens, ſatiari numquam potuit cum poſſeſſione multo majore.

CAP. IX. At Perſæ in Oriente per furta & latrocinia potiùs quàm, ut ſolebant antea, per concurſatorias pugnas, hominum prædas agitabant & pecorum: quîs nonnumquam [6] lucrabantur ut repentini; aliquoties ſuperati multitudine militum amittebant; interdum nihil proſpicere prorſus quod poterat rapi [7] permittebantur. Muſonianus tamen Præfectus Prætorio, multis (ut antè diximus) bonis artibus eruditus, ſed venalis, & flecti à veritate pecuniâ facilis, per emiſſarios quoſdam fallendi perſtringendíque [8] gnaros, Perſarum [9] ſciſcitabatur conſilia, aſſumpto in deliberationes hujuſmodi Caſſiano Meſo-

4 *Al.* τὸ Euſebius *deeſt. mſ. verò ita habet.* Præpoſituſque Cubiculi Euſebius lapſus............ anus Quæſtor & in urbe Aniciique............. vorum æmulationem. 5 *Mſ.* poſteritas. 6 *Mſ.* lucrabatur. 7 *Mſ.* percutebantur. 8 *Mſ.* gnarus. 9 *Mſ.* ſcitabatur.

lib. xx. *Lindenbr.*

m *Damnatorum petita bona.*] Petita ſcilicet à Principe. Vide titulum in Codice Theod. de petitis & ultro datis. *Valeſ.*

n *Eſſetque materia per vicinitates eorum late graſſandi.*] Duplex hujus loci ſenſus afferri poteſt: primò ut dicatur, potentes in regia idcirco Conſtantium ad cædes & ſupplicia incitaſſe, ut ipſi cæſorum bona impetrarent, ſuppeterétque ipſis materia graſſandi in vicinos ſuos, quorum prædia ſuis adjungere cupiebant. Alter ſenſus eſſe poteſt hujuſmodi, ut eſſet materia ſicariis ac latronibus, ſervíſque quos divites illi in ergaſtulis habebant, per eorum latifundia graſſandi. *Idem.*

o *Proximorum fauces.*] Ita Marcellinus vocare ſolet Imperatoris amicos & comites: quos Græci τὰς συνόντας, Dio, Eunapius & Zoſimus eleganti vocabulo παραδυναστεύοντας amant dicere: Macedones verò ἑταίρους, ut præter ceteros docet Iſocrates in Philippo. Sic Tacitus Nervam *continuum Principis* & *proximum amicorum* vocat: & in lib. 13. *Et proximi*, inquit, *amicorum metuebant orabántque caveri inſidias mulieris*: & alibi ſæpe. [Q. Curtius in lib. x. etiam *proximos amicorum* vocat. Hæc enim ibi ſunt verba Alexandri Magni ad Perſas milites: *Proximiſque amicorum auctor fui, ex captivis generandi liberos.*] Sed diſtinctiùs Sulpicius Severus in lib. 2. Hiſt. ſacræ: *Quod ubi*, ait, *Danieli compertum, proximum Regis appellat.* & rurſus: *Qua tempeſtate Mardochæus inter proximos Regis erat.* Idem.

p *Primus aperuit Conſtantinus.*] Unde decem noviſſimis annis pupillus ob profuſiones immodicas nominatus eſt, teſte Victore. Et Auctor de rebus bellicis poſt Imperii Notitiam: *Conſtantini temporibus*, ait, *profuſa largitio aurum, quod antea magni pretii habebatur, vilibus commerciis aſſignavit.* Idem.

q *Et Urſicinus equeſtris ordinis Præfectus.*] Magnam injuriam cùm Urſicino, tum ipſi Marcellino fecit P. Caſtellus, qui Marcellinum finxerit hæc de Urſicino dicentem, quem omnibus propemodum paginis tantopere laudat. Quid autem ſibi vult hæc locutio? *Equeſtris ordinis Præfectus*? Ecquis verò ita locutus eſt ſcriptor Latinus, cùm Magiſtrum equitum vellet dicere? Et ſi Marcellinus de Urſicino ſic ſenſit, cur eum Præpoſito Cubiculi poſtponebat, nec jungebat cum Arbætione Magiſtro militum? Nam dignitates hic ordine ſuo ſingulas recenſet. In codice Regio, perinde ac in Florentino [& Colbertino] legitur ſic: *Præpoſitúſque Cubiculi...... lapſ.......... anus Quæſtor.* Deſideratur itaque Quæſtoris ſacri palatii nomen, Lucillianus fortaſſe: neque enim ejus Quæſtoris nomen reperire uſquam potui. *Idem.*

r *Anicius qui in regiam æmul. poſteritate.*] Hanc ſcripturam fabricavit ſuo more Caſtellus, cùm in Editione

potamiæ Duce, ſtipendiis & diſcriminibus indurato diverſis. Qui cùm fide concinente ſpeculatorum apertè cognoſſent, Saporem in extremis regni limitibus ſuorum ſanguine fuſo multiplici ægrè propulſare gentes infeſtas; [t] Tamſaporem ducem parti noſtræ contiguum, occultis per ignotos milites tentavere colloquiis, ut ſi copiam fors dediſſet, ſuaderet Regi per litteras pacem tandem aliquando cum Principe Romano firmare, ut hoc facto latere ab omni ſecurus, perduelles [1] advolaret adſiduos. Paruit Tamſapor, híſque fretus refert ad Regem, quòd bellis [2] acerrimis Conſtantius implicatus, [v] pacem poſtulat precativam. Dúmque ad [3] Chionitas & Euſenos hæc ſcripta mittuntur, in quorum confiniis agebat hiemem Sapor, tempus [4] interſtitit longum.

CAP. X. Hæc dum per Eoas partes & Gallias pro captu temporum diſponuntur, [5 x] Conſtantius tamquam recluſo Jani templo, ſtratiſque hoſtibus cunctis, Romam viſere geſtiebat, poſt Magnentii exitium abſque nomine ex ſanguine Romano triumphaturus. Nec enim gentem ullam bella cientem per ſe ſuperavit, aut victam fortitudine ſuorum comperit ducum, vel addidit quædam Imperio, aut uſquam in neceſſitatibus ſummis primus, vel inter primos

1 *Mſ.* advolaret. 2 *Mſ.* acerrimis. 3 *Mſ.* Chionitas & Euſenos. 4 *Mſ.* interſtitit. 5 *Mſ.* Conſtantius quam recluſo.

Rom. ſic eſſet excuſum: *Anicii quæ....... æmulationem poſteritas tendens, &c.* In Regio, [Colbertino] & Flor. codicibus hoc amplius: *Anicii quæ......... vorum æmul. &c.* Unde non ſine ratione, ut arbitror, ſic locum emendavi: *Et in Urbe Anicii, quorum in avorum æmulationem poſteritas tendens ſatiari numquam potuit cum poſſeſſione multo majore*: ſenſu facili & expedito. Anicianæ domus invidendas opes perſtringit & Zoſimus in lib. 6. μόνον δὲ τὸν τῶν λεγομένων Ἀνικίων οἶκον ἐλύπουν τὰ κοινῇ δεδογμένα λυσιτελεῖν· ἐπειδὴ μόνοι τῶν πάντων ὡς εἰπεῖν ἔχοντες πλοῦτον ἐπὶ ταῖς κοιναῖς ἐδυσχέραινον εὐπραγίαις. Id eſt: *Una Aniciorum domus moleſte ferebat ea quæ e Rep. omnes judicaverant. Nam cùm ſoli omnium pæne opes poſſiderent, felicitati publicæ invidebant*: ut meritò de ea familia Caſſiodorus in lib. x. Ep. xi. dixerit: *Anicios pæne Principibus pares ætas priſca progenuit.* Erat autem hæc domus Chriſtiana jam inde ab Anicio, de quo Prudentius contra Symmachum:

Fertur enim ante alios generoſus Anicius orbis
Illuſtraſſe caput.

Proinde non mirum, ſi & Marcellinus noſter & Zoſimus, homines Deorum cultui mancipati, Anicios infeſtiùs allatrent. *Valeſ.*

ſ *Tamen Saporem ducem parti noſtræ contiguum.*] Vitium in hujus Ducis nomine latere, res ipſa clamat: neque Saporem eum vocatum, ſed Tamſaporem, planiſſimè credo: idque ratio verborum & ſtructura convincit, quæ aliter non conſtat. Legendum ergo, *propulſare gentes infeſtas Tamſaporem Ducem parti noſtræ contiguum.* Et mox pòſt: *Paruit Tamſapor, hiſque fretus*, &c. Lib. xvii. *Tamſaporis ſcripta ſuſcepit.* Lib. xviii. *Occultis ſæpe colloquiis cum Tamſapore habitis, qui tractus omnes Ducis poteſtate tunc tuebatur.* Et poſt pauca: *At nunc ſe à Tamſapore & Nohodare Optimatibus miſſum.* Lib. xix. *Per Tamſaporem Ducem ſupplicaverat Regi.* Sicque ſemper in Mſ. habetur. Et dictum videtur *Tamſapor*, ut *Tamchoſro*, quæ itidem vox Perſica, apud * Euagrium Hiſtoriæ Eccleſiaſt. lib. 5. cap. 20. * Theophylact. Simocat. lib. iii. *Lindenbr.*

t *Tamen Saporem ducem.*] Primus hunc locum corruperat P. Caſtellus, cùm in Editione Rom. *Tamſaporem* legeretur rectè, quemadmodum etiam in Mſ. Flor. legi teſtatus eſt Lindenbrogius, [& ita legitur in Colbertino.] Mariangelus Accurſius *Tanſaporem* ubique in Editione ſua excudi juſſit: quod equidem prætulerim. Sic Tanchoſdro Choſdrois Perſarum Regis ducem appellat Menander Protector in lib. 8. Hiſt. quamquam ibi & ταχοσδρῷ & ταναχοσρῷ ſcribitur librariorum vitio. Nam Suidas qui Menandri locum citat, ταγχοσδρῷ ſemper eum nominat in v. ταγχοσδρῷ & ἐμβριθῆ & δοκιμάσας. Evagrius tamen in lib. 5. ταμχοσδρῷ vocat: prorſus ut parum interſit, Tamſaporem an Tanſaporem ſcribas. Quid autem ea vox *Tan* ſignificet apud Perſas, Orientalium linguarum peritis indagandum relinquo. *Valeſ.*

v *Pacem poſtulat precariam.*] Sic primus edidit Gelenius. Nam anteriores Editiones omnes ſic præferebant, *poſtulat pacem precantium.* In Regio exemplari ſcriptum eſt, *pacem poſtulat precatium*, & eadem manu ſuprascriptum *precariam.* Sed non dubito, quin ſcripſerit Marcellinus, *pacem poſtulat precativam.* Sic enim loquitur Marcellinus cap. 5. libro xvii. *Idem.*

x *Conſtantius concluſo Jani templo.*] Hujus lectionis

eſt viſus: ſed ut pompam nimis extentam, rigentiáque auro vexilla, [y] & pulcritudinem ſtipatorum oſtenderet agenti tranquilliùs populo, hæc vel ſimile quidquam videre nec ſperanti umquam nec optanti. Ignorans fortaſſe, quoſdam veterum Principum in pace quidem [z] lictoribus fuiſſe contentos: ubi verò prœliorum ardor nihil perpeti poterat ſegne, [a] alium anhelante [6] rabido flatu ventorum [b] lenunculo ſe commiſiſſe piſcantis, alium [c] ad Deciorum exempla voviſſe pro Republica ſpiritum, [d] alium hoſtilia caſtra per ſemetipſum cum militibus infimis exploraſſe: [7] diverſos denique actibus inclaruiſſe magnificis, [e] ut

6 *Al.* avido flatu. 7 *Al.* diverſis.

auctor eſt Gelenius. In Editione Rom. legebatur, *Conſtantius quam ecluſo, &c* unde P. Caſtellus, alter ſcilicet OEdipus, edidit: *Conſtantius quidem reclauſo Jani templo.* At Mariang. Accurſius qui ejus ſcripturæ ineptiam perſpiciebat, excudi juſſit: *Conſtantius quidem clauſo Jani templo.* Regius tamen ac Florentinus codex ſcriptum habent, *quam recluſo Jani templo.* [Colbert. *quam recluſo jam templo.*] Proinde re attentiùs conſiderata legendum eſſe arbitror, *quaſi recluſo Jani templo, ſtratiſque hoſtibus cunctis, &c.* vel potiùs, *tamquam recluſo, &c.* ut recludi hîc ſumatur, non pro aperiri, ut vulgò ſolet, ſed pro denuò claudi: quo ſenſu recluſum uſurpat Juſtinus libro I. & Juſtinianus §. pen. Inſt. de leg. agn. ſucceſſ. & Reclauſos quoddam Monachorum genus poſterior Latinitas dixit, quos Græci ἐγκλείστους. Particula autem illa *quaſi* magnam ἔμφασιν habet, adeo ut abſque ea ſenſus vacillet. Neque enim Marcellinus dicit Conſtantium de cunctis hoſtibus victoriam retuliſſe: immo contrarium affirmat. Subjicit enim: *Nec enim gentem ullam bella cientem per ſe ſuperavit, aut victam fortitudine ſuorum comperit ducum.* Valeſ.

y *Et pulcritudinem ſtipatorum.*] Protectores & Scholares intelligit, de quibus ſuprà notata ſunt multa. Hi erant plerumque juvenes, pulcritudine, & robore, & ſtatura præſtantes, elegantiùs culti pexíque, aureis haſtis & clypeis inſignes: ut deſcribit Syneſius in Orat. de regno: καὶ γὰρ πω τὸ τῶν δορυφόρων τοῦτο ἀπὸ τῆς στρατιᾶς στρατιά τις ἔκκριτος· νέοι πάντες, εὐμήκεις, τὴν κόμην ξανθοί τε καὶ ποικίλοι· ἀεὶ δὲ λιπαροὶ κεφαλὰς καὶ τὰ πρόσωπα· χρυσάσπιδες καὶ χρυσολόγχαι οὗς, ἄν ποτε ὀφθῶσι, τὸν βασιλέα σημαινόμεθα, καθάπερ οἶμαι ταῖς προαυγαῖς αὐτοῖς τὸν ἥλιον. Et Procopius in Anecdotis, pag. 108. imbelles eos fuiſſe dicit, ut qui oſtentationis tantùm ac pompæ gratiâ in palatio militarent. Denique Agathias in lib. 5. εἰσὶ δὲ οἱ πολλοὶ ἀστικοί τε καὶ φαιδρειμονες, καὶ μόνον ἕνεκα τοῦ βασιλέως ὄγκου καὶ τῆς ἐν ταῖς προόδοις μεγαλαυχίας ἐξευρημένοι. Idem.

z *Lictoribus fuiſſe contentos.*] Imperatoribus Romanis lictores cùm 12. faſcibus ſemper præibant jam inde ab Auguſto, cui Senatus id primùm decrevit anno V. C. 735. Sentio & Lucretio Coſſ. ut refert Dio. Mamertinus in Panegyrico ad Maximianum Aug. *Trabeæ*, inquit, *veſtræ triumphales, & faſces Conſulares, & ſellæ curules, & illa obſequiorum ſtipatio & fulgor, veſtrorum ſunt ornamenta meritorum.* Plura vide apud Lipſium in Notis ad lib. 13. Taciti. Inter Principes porrò qui lictoribus contenti fuerunt, Trajanum numeraverim, de quo idipſum teſtatur Dio in lib: 68. & Marcum, de cujus civilitate loquitur Eutropius, & idem Dio in lib. 71. Et Marcus ipſe in lib I. de vita ſua hanc ſententiam meo judicio mirabilem, & Principibus inculcandam poſuit: δυνατόν ἐστιν ἐν αὐλῇ βιοῦντα μήτε δορυφορήσεων χρῄζειν, μήτε ἐσθήτων σημειωτῶν, μήτε λαμπάδων καὶ ἀνδριάντων, τοιῶνδέ τινων, καὶ τοῦ ὁμοίου κόμπου· ἀλλ' ἔξεστιν ἐγγυτάτω ἰδιώτου συστέλλειν ἑαυτόν. Ideſt: *Imperator in palatio degens, & ſtipatoribus, & veſtibus clavatis, & igne præferri ſolito, & ſtatuis illis, atque hujuſmodi faſtu facile poteſt carere: licetque ei quàm proxime ad privati hominis modum ſemet coërcere.* Idem.

a *Alium anhelanter avido flatu ventorum.*] Emendavi ex conjectura non vana, ut opinor: *Anhelante rabido flatu ventorum*: abſque ulla apicum mutatione. Et ita loquitur Marcellinus noſter in fine lib. 26. *Ingentes aliæ naves extruſæ rabidis flatibus, &c.* Sic enim ibi præfert Regius codex [& Colbert.] *Idem.*

b *Lenunculo ſe commiſiſſe.*] Julium Cæſarem intelligit. Plutarch. & Sueton. in ejus Vita, Flor. lib. IV. cap. 2. Dio lib. XLI. Appian. bellor. civil. lib. 2. *Lindenbr.*

c *Ad Deciorum exemplum.*] Is fuit Claudius Imp. Quippe ut longo intervallo Deciorum morem renovaret, ſemetipſum pro Rep. bello Gothico devovit. Aur. Victor in Cæſar. *Idem.*

d *Alium hoſtilia caſtra per ſemetipſum.*] Galerium Maximianum Cæſarem intelligit, qui in Armenia majore cum Narſeo pugnaturus Rege Perſarum, ſpeculatoris munus cum altero ac tertio equite ſuſcepit, ut ait Eutropius in Breviario. Legati enim habitu ad Narſeum profectus, caſtra ejus ſpeculatus eſt, ac deinde conferto prœlio ingentem victoriam retulit, quemadmodum ſcribit Syneſius in Oratione de regno: καὶ γὰρ δὴ οὐδὲ εἰκὸς ἀνήκοον τινα εἶναι βασιλέως ἑαυτὸν ἐπιδόντος εἴσω τῆς πολεμίας γενέσθαι, ἐν χρείᾳ κατασκοπῆς μιμησάμενος σχῆμα πρεσβείας. Et Rufus Feſtus de eodem Galerio. *Ipſe*, inquit, *Imperator cum duobus equitibus exploravit hoſtes, & cum* XXV. *millibus ſuperveniens, ſubitò innumera Perſarum agmina aggreſſus, ad internecionem cecidit.* Valeſ.

e *Ut glorioſas ſuas res.*] Poſtrema vox tam in Editione Romana quàm in exemplari Regio [& Colbertino] deeſt, & à P. Caſtello primùm eſt addita. Nec ſine cauſa quis ſuſpicetur à Marcellino ſcriptum fuiſſe: *Ut glorias ſuas poſteritati celebri memoriæ commendarent.* Sic enim loqui ſolet paſſim. *Idem.*

glorioſas ſuas res [8] poſteritati celebri memoria commendarent. Ut igitur multa quæque conſumpta ſunt [f] in [9] apparatu .... [g] ſecundâ Orfiti Præfecturâ, tranſcurſo Ocriculo, elatus honoribus magnis, ſtipatúſque agminibus formidandis, tamquam acie ducebatur inſtructa, omnium oculis in eo contuitu pertinaci intentis. Cúmque Urbi propinquaret, Senatus officia, reverendáſque Patriciæ ſtirpis effigies ore ſereno contemplans, non ut [h] Cineas ille Pyrrhi legatus in unum coactam multitudinem Regum, ſed [i] aſylum mundi totius adeſſe exiſtimabat. Unde cùm ſe vertiſſet ad plebem, ſtupebat qua celeritate omne quod ubique eſt hominum genus confluxerit Romam: & tamquam Euphratem armorum ſpecie territurus aut Rhenum, altrinſecus præeuntibus ſignis, [k] inſidebat aureo ſolus ipſe carpento, fulgenti claritudine lapidum variorum: [l] quo micante, lux quædam miſceri videbatur [1] alterna. Eúmque poſt

8 *Mſ.* poſteritatis. 9 *Mſ.* apparatu .... ſecunda. 1 *Mſ.* alternæumque poſt tantæ.

---

f *In apparatu regio, pro meritis cuilibet munera reddita*] Hæc temere inſerſit P. Caſtellus, cùm in Editione Romana poſt verbum *apparatu* lacuna eſſet paullò minùs quàm dimidiatæ lineæ. Neque aliter præferunt Mſſ. codices. Ad oram autem Regii codicis adnotata ſunt eadem manu hæc verba: *Hîc ait Blondus deeſſe folium, ut in exemplari vetuſto legiſſe dicit.* * Idem in Toloſani codicis margine adſcriptum inveni: *Heic deeſt unius folii ſcriptura, ex his quæ in exemplari vetuſto legiſſe memini: & eſt pars multi facienda, à me in Italia apud Ocriculum poſita.* * Sed ego Blondo non credo: ac ſi quid ſentio, deeſt tantùm quo die Conſtantius Romam ingreſſus ſit, puta IV. Kal. Maias, ut ſcribit Idatius in Faſtis. *Valeſ.*

g *Secunda Orfiti Præfectura.*] Conſtantio Aug. IX. & Juliano Cæſare II. Conſulibus anno Domini 357. Primam quidem Præfecturam Urbanam geſſerat Orfitus Conſtantio Aug. VI. & Conſtantio Cæſare II. Conſulibus, teſte Marcellino in lib. 14. Et in fragmento Faſtorum quod primus edidit Cuſpinianus, ſic legitur: *Conſtantio VI. & Conſtantio Gallo II. Coſſ. Neratius Cerealis Præf. Urbi fuit* VI. *Idus Decemb. Vitraſius Orfitus Præf. Urbi fuit. Conſtantio VII. & Conſtantio Gallo III. Coſſ. Vitraſius Orfitus Præf. Urbi fuit.* Hæc fuit unica Præfectura, tametſi duobus Conſulibus acta. Nam VI. Idus Decemb magiſtratum iniit Orfitus Conſulatu Conſtantii VI. deinde anno ſequenti geſſit. Utramque Orfiti Præfecturam commemorat vetus hæc Inſcriptio: MEMMIO. VITRASIO. ORFITO. V. C. NOBILITATE. ACTIBUS. QUE. AD. EXEMPLUM. PRAECIPUO. PRAEFECTO URBI. ET. ITERUM. PRAEFECTO. URBI. PROCONSULI. AFRICAE, &c. Meminit & Symmachus in lib. I. Ep. I. Et in lib. Epiſt. ult. 47. ſocerum ſuum fuiſſe teſtatur. * Unde & junior Symmachus Memmii prænomen accepit. Nam Q. Fabianus Memmius Symmachus eſt dictus, perinde ut avus ejus maternus, Memmius Orfitus. * *Idem.*

h *Cineas ille Pyrrhi legatus.*] Juſtin. Trog. lib. XVIII. Flor. lib. I. cap. XVIII. Plutarch. in Pyrrho: * βασιλέων πολλῶν συνέδριον. * *Lindenbr.*

i *Aſylum mundi totius.*] Glorioſo & inſolenti elogio Marcellinus videtur gratificari voluiſſe Patribus conſcriptis, ex quorum numero eum fuiſſe credibile eſt. Ætate tamen Marcellini nihil minus erat Senatus Rom. quàm aſylum orbis terrarum. Ne quidem ævo Ciceronis id Senatui conveniſſe teſtatur ipſe Cicero in lib. 2. de Officiis, qui eam laudem Senatus intra Punicum bellum & Syllæ tempora includit. *Regum*, inquit, *populorum, nationum portus erat ac refugium Senatus.* Idem in Orat. pro Sextio: *Senatum*, inquit, *Reipublicæ cuſtodem, præſidem, propugnatorem collocaverunt.* Valeſ.

k *Aureo ſolus ipſe carpento.*] Incivilitatem & arrogantiam perſtringit Conſtantii, tum quòd aureo curru, qui erat Imperatorum triumpho dicatus, tum quòd ſolus nullo in conſeſſum vehiculi admiſſo Urbem ingreſſus ſit. Utrumque morem notatum habemus apud Philoſtratum in Dione Chryſoſtomo: Τραϊανὸς αὐτοκράτωρ ἀναθέμενος αὐτὸν ἐπὶ τῆς Ῥώμης εἰς τὴν χρυσῆν ἅμαξαν, ἐφ' ἧς οἱ βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολεμίων πομπὰς πομπεύουσιν, &c. *Trajanus Imp. eum Romæ ſecum impoſitum aureo carpento, in quo ſedentes Auguſti de hoſtibus triumphare ſolent.* Helagabalus tamen ſimili curru quotidie uſus eſſe dicitur ab Herodiano in fine libri 5. *Idem.*

l *Alternumque poteſtatis greſſus multiplices.*] Inter locos qui egregiè reſtituti ſunt in hac Editione noſtra, hunc non poſtremo loco numeraverim. In Editione Rom. legebatur ſic: *Alterneúmque poſt tante greſſus, &c.* In exemplari Regio, *greſſos*. In Florentino Mſ. *alternaeúmque, &c.* Unde ne uno quidem apice mutato legendum eſſe conjeci: *Quo micante lux quædam miſceri videbatur alterna. Eúmque poſt antegreſſos multiplices alios purpureis ſubteminibus texti circumdedere dracones.* * Atque ita planè codex Toloſanus. * Eleganter lux alterna miſceri dicitur, auri ſcilicet & gemmarum, quibus Conſtantii currus collucebat. Eodem ſenſu Nonnus in libro 4. Dionyſ. de Baccho Tyrum ingreſſo dicit:

Καὶ οἱ ἐπιπνείοντι λιθογλώχινες ἀγυιαὶ
Μαρμαρυγὴν ἀνέφαινον ἀμοιβαίοιο μετάλλου.

antegreſſos multiplices alios; [m] purpureis ſubteminibus texti circumdedere dracones, haſtarum aureis gemmatiſque ſummitatibus illigati, hiatu vaſto perflabiles, & ideo velut irâ perciti ſibilantes, caudarúmque volumina relinquentes in ventum. Et incedebat hinc inde ordo geminus armatorum, clypeatus atque criſtatus; [n] coruſco lumine radians, nitidis loricis indutus; ſparsíque [o] cataphracti equites, quos [p] clibanarios dictitant [2] Perſæ, thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti, ut Praxitelis [q] manu polita crederes ſimulacra, non viros: quos laminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiebant, per omnia membra deducti: ut quocumque artus neceſſitas commoviſſet, veſtitus congrueret juncturâ cohærenter aptatâ. [r] Auguſtus itaque fauſtis vocibus [3] appellatus, [ſ] montium litorúmque intonante fragore cohorruit, talem ſe támque immobilem, qualis in provinciis ſuis viſebatur, oſtendens. Nam & corpus perhumile curvabat portas ingrediens celſas, & velut collo munito rectam aciem luminum tendens, nec dextrâ vultum, nec lævâ flectebat; tamquam figmentum hominis: non cùm rota concuteret nutans, nec ſpuens, aut os aut naſum tergens vel fricans, manúmve agitans viſus eſt umquam. Quæ li-

2 *Mſ.* perſonati. 3 *Mſ.* appellatus ...... otium.

* Et Baſilius Seleucenus in libri 2. de Thecla capite 5. zonam deſcribens, auro lapilliſque diſtinctam: *ὡς πολύολβον εἶναι τὸ κάλλος, ἐκ πολλῶν τε καὶ ἀλλοχρόων λίθων συγκεκραμένον.* * *Valeſ.*

m *Purpureis ſubteminibus texti circumdedere dracones.*] Ita lib. XV. *Cultu purpureo draconum.* Hoc ipſo libro: *Purpureum ſignum draconis.* Themiſt. Orat. VI. *χρυσοῦς ἀετοὺς, καὶ δράκοντας λεπτῶν ὑφασμάτων.* Erant enim ex ſerico purpureo in veri draconis formam effigiati, & ut Ammian. inquit, *velut ſerpentis pendentis exuviæ.* De his optimè Johan. Chryſoſtom. in Orat. de futuro Dei judicio, cujus locum operæpretium erit totum adſcribere, quia & alia de quibus hîc agit Ammianus illuſtrat: *Ὑπόγραφόν μοι τὰ περὶ τὸν βασιλέα, τὸν ἐπὶ τῆς γῆς, οἷον ἄνδρας χρυσοφοροῦντας, καὶ ζεῦγος λευκῶν ἡμιόνων χρυσῷ καλλωπιζομένων, καὶ ὄχημα χρυσοκόλλητον, καὶ πέταλα τούτῳ περισειόμενα, καὶ δράκοντας ἐν ἱματίοις σχηματιζομένους σηρικοῖς, καὶ ἀσπίδας χρυσοῦς ἐχούσας ὀφθαλμοὺς καὶ ἵππους χρυσοφοροῦντας, καὶ χαλινοὺς χρυσοῦς.* Vid. Suid. in vocibus *Ἰνδοὶ*, & *χιλιοστὺς*, & *Σημεῖα Σκυθικά.* Gregor. Nazianz. Epiſc. Orat. in Julian. 1. p. 287. *Δρακόντων φοβεροῖς χάσμασιν ἐμπετόμενα (σωθήματα) ἐπ' ἄκρων δοράτων αἰωρουμένοις, καὶ διὰ τῶν ὁλκῶν ῥιπιζόμενα φολίσιν ὑφανταῖς κατεστικτῶν, ἥδιστόν τι ὁμοῦ καὶ φρικτὸν θέαμα προσπίπτει ταῖς ὄψεσιν.* Quæ etiam lucem addunt mox ſequentibus: -- *hiatu vaſto perflatiles, & ideo velut irâ perciti ſibilantes.* Claudian. in III. Conſul. Honorii:

Hi volucres tollunt aquilas, hi picta draconum
Colla levant, multumque tumet per nubila ſerpens,
Iratus ſtimulante noto, vivitque receptis
Flatibus, & vario mentitur ſibila tractu. Lindenbr.

n *Coruſco lumine radians.*] Claudian. III. Paneg. Honorii:

--- *perſtringit aëna*
Lux oculos, nudique ſeges Mavortia ferri
Ingeminat ſplendore diem. Idem.

o *Cataphracti equites.*] De cataphractis eorumque armatura copioſè Heliodor. lib. IX. Suid. in voce *ἱππικὴ.* Vid. Briſſon. de Reg. Perſar. * Vide Notit. Imp. & Veget. * *Idem.*

p *Clibanarios.*] Gloſſar. Nomicum: *Κλιβανάριοι, ὁλοσίδηροι· κλίβανα γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ σιδηρᾶ καλύμματα καλοῦσι, ἀντὶ τοῦ καλαμῖνα.* L. 9. C. de ann. civica. *Idem.*

* q *Polita manu crederes ſimulacra, non viros.*] Ad Juliani Imp. Orationem hæc efficta videntur, cujus hæc verba ſunt in Encomio *πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Κωνστάντιον*, pag. 126. *Ἀπείρων εἶχες ἱππέων πλῆθος, καθάπερ ἀνδριάντας ὀχουμένους.* Idem Oratione 3. p. 298. *ὥσπερ ἀνδριάντες ἐπὶ τῶν ἵππων φερόμενοι.* * *Idem.*

r *Auguſtus fauſtis vocibus appellatus.*] Claud. VI. Conſ. Honorii:

O quantum populo ſecreti numinis addit
Imperii præſens ſpecies, quantamque rependit
Majeſtas alterna vicem: cùm regia Circi
Connixum gradibus veneratur purpura vulgus,
Conſenſuque cavæ ſublatus in æthera vallis
Plebis adoratæ reboat fragor: undique totis
Intonat Auguſtum ſeptenis vocibus echo. Idem.

ſ *Vocum lituorumque intonante fragore.*] In Editione Rom. legitur: *Appella .... otium littorúmque intonante fragore.* Unde P. Caſtellus eam lectionem effinxerat: *Appellatus, vocum littorúmque, &c.* Secutus eſt Sig. Gelenius, qui cùm ſcripturam illam improbaret, edi juſſit: *Vocum lituorúmque intonante fragore.* Sed nos veram, ut arbitror, lectionem deprehendimus: ſic enim legi debet: *Montium litorúmque intonante fragore.* Sanè in codice Regio, * Toloſano, * [& Colbertino,]

cèt affectabat, erant tamen hæc & alia quædam in [4] [t] citeriore vita patientiæ non mediocris indicia, ut exiſtimari dabatur, uni illi conceſſæ. Quòd autem per omne tempus imperii, nec in conſeſſum vehiculi quemquam ſuſcepit, nec in trabea ſocium privatum adſcivit, [v] ut fecere Principes [5] conſecrati, & ſimilia multa, quæ [6] elatus in arduum ſupercilium tamquam leges æquiſſimas obſervavit, prætereo, memor ea me retuliſſe cùm incidiſſent. Proinde [x] [y] Romam ingreſſus, Imperii virtutúmque omnium larem, cùm veniſſet ad Roſtra, perſpectiſſimum priſcæ potentiæ Forum obſtupuit: pérque omne latus, quò ſe oculi contuliſſent, miraculorum denſitate præſtrictus, allocutus Nobilitatem in Curia, [z] populúmque è tribunali, in Palatium receptus favore multiplici, lætitiâ fruebatur optatâ: & ſæpe cùm equeſtres ederet ludos, dicacitate plebis oblectabatur, [a] nec ſuperbæ, nec à libertate coalita deſciſcentis, reverenter modum ipſe quoque debitum ſervans. Non enim, ut per civitates alias, ad arbitrium ſuum certamina finiri patiebatur: ſed ut mos eſt, variis caſibus permittebat. Deinde intra ſeptem montium culmina, per acclivitates planitiém-

4 *Al.* cætera vita. 5 *Mſ.* conſecrati. 6 τὸ quæ *mſ.* *deeſt.*

---

diſtinctè ſcriptum, *litorúmque.* Et Marcellinus noſter in lib. 17. Nicomediæ cladem deſcribens, montium & litorum fragorem ſimiliter conjungit his verbis: *Pulſorum auditus eſt montium gemitus, & eliſi litoris fragor.* Valeſ.

t *Citeriore vita.*] Ita ex Mſ. ut ſup. *Nullo citerioris vitæ miniſtro præſente.* Lib. XXV. *Citerioris vitæ miniſtris.* Lib. XXVII. *Fraude citerioris vitæ miniſtri.* Lindenbr.

v *Ut facere Principes conſuevere, & ſimilia.*] Mſ. *Ut facere Principes conſecrati, & ſim.* Puto ſcripſiſſe Ammian. *Ut facere Principes conſuevere ſacrati, & ſim.* Sic apud Capitolin. in M. Antonin. Phil. *Sacratiſſime Imperator Diocletiane.* Et *Sacratiſſimi Imperatores*, L. 3. C. de Quadr. præſcr. *Idem.*

* x *Romam ingreſſus Imperii Virtutumque omnium larem.*] Sic Valentinianus, Theodoſius & Arcadius Impp. urbem Romam vocant *Virtutum omnium matrem*, in Collat. L L. Licinii Rufini, Tit. de ſtuprat. Et *Virtutum omnium latiſſimum templum*, Caſſiodorus Variar. lib. IV. Epiſt. VI. Ut Ammianus lib. XVII. *Romæ, --ideſt, in templo mundi totius.* Altercatio Hadriani & Epicteti p. 30. *Quid eſt Roma?* Ep. *Fons Imperii orbis terrarum, mater gentium, rei poſſeſſor, Romanor. contubernium, pacis æternæ conſecratio.* * Idem.

* y *Romam Imperii virtutumque omnium larem.*] Ex Herodiano deſumptum videtur, apud quem Severus tum Legatus Pannoniæ ſic milites alloquitur: τὴν Ῥώμην προκαταλαβόντες, ἔνθα ἡ βασίλειός ἐστιν ἑστία. Eleganter Politianus vertit, *larem Imperii.* Multa porrò ex Herodiano mutuari ſolet Marcellinus: ut quum ait in Oratione Conſtantii ad milites, *nec barritûs ſonum perferant primum*, ſumptum eſt ex hac ipſa Oratione Severi apud Herodianum. * *Valeſ.*

z *Populumque pro tribunali.*] In Mſſ. omnibus, & in Editione Rom. penultima vox deeſt, quam P. Caſtellus ſupplevit. Poterat tamen minore audacia locus ſic reſtitui: *Allocutus nobilitatem in Curia, populúmque è tribunali. Idem.*

a *Nec ſuperbæ, nec à libertate coalita deſciſcentis.*] Hoc temperamento erga Principes ſe gerebat populus Rom. ut nec nimiâ inſolentiâ efferretur, nec ſe nimis ſerviliter & abjectè deprimeret: quod teſtatur & Nazarius in Panegyrico ad Conſtantinum his verbis: *Populi verò Rom. vis illa & magnitudo venerabilis, ad imaginem antiquitatis relata, non licentia effrenis exſultat, non abjecta languidè jacet: ſed ſic adſiduis divini Principis monitis temperata eſt, ut morigeram ſe non terrori ejus præbeat, ſed benignitati.* Ipſi quinetiam Impp. collectam in Circo plebem viciſſim adorabant, cùm interim & annonam & voluptates eidem ſubminiſtrare non deſiſterent. Legant hos verſus Claudiani Principes hodierni in 6. Conſulatu Honorii; & ſimul cogitent quota pars ſint Imperii Rom.

O quantum populo ſecreti numinis addit
Imperii præſens genius, quantámque rependit
Majeſtas alterna vicem, cùm regia Circi
Connexum gradibus veneratur purpura vulgus.

[Eutropius de Diocletiano A. ita ſcribit: *In Imperio Rom. primus Regiæ conſuetudinis formam magis quàm Romanæ libertatis invexit, adorarique ſe juſſit, cùm ante eum cuncti ſalutarentur: & ornamenta gemmarum veſtibus calciamentíſque indidit. Nam priùs Imperii inſigne in chlamyde purpurea tantùm erat; reliqua communia.* Ex quo apparet populum Romanum in Diocletiano veſtem auream, gemmatóſque calceos ferre non potuiſſe; ſed præcipuè appellationem Domini, adorationémque inſolentem ac novam tolerare nequiviſſe: quibus omnibus ſe in ordinem cogi, ac libertatem ſuam impugnari videbat. Hoc declarant apertiſſimè verba L. Cæcilii Firmiani La-

que poſita Urbis membra colluſtrans & ſuburbana, [b] quidquid viderat primum, id eminere inter alia cuncta ſperabat: Jovis Tarpei delubra, quantum terrenis divina præcellunt: [c] lavacra in modum provinciarum exſtructa: Amphitheatri molem ſolidatam lapidis Tiburtini compage, ad cujus ſummitatem ægrè viſio humana conſcendit: Pantheum velut regionem teretem, ſpecioſa celſitudine fornicatam; [d] elatóſque [7] vertices qui ſcanſili [8] ſuggeſtu [9] conſurgunt, priorum Principum imitamenta portantes, & [e] Urbis templum, [f] forúmque Pacis, & Pompeii theatrum, & Odeum, & ſtadium, aliáque inter hæc decora Urbis æternæ. Verùm cùm ad Trajani forum veniſſet, ſingularem ſub omni cælo ſtructuram, ut opinamur, etiam numinum aſſenſione mirabilem,

7 *Al.* vertice ſcanſ. *mſ.* vertice caſſili. 8 *Al.* ſuggeſtus. 9 *Mſ.* conſurgunt.

ctantii, in capite XVII. libri de mortibus Perſecutorum, nuper à Cl. doctiſſimóque Baluſio editi, quæ talia ſunt: *Diocl tianus perrexit ſtatim Romam, ut illic Vicennalium diem celebraret, qui erat futurus a. d.* XII. *Kal. Decemb. Quibus ſollemnibus celebratis, quum libertatem populi Rom. ferre non poterat, impatiens & æger animi prorupit ex Urbe, impendentibus Kalendis Januariis, quibus illi nonus Conſulatus deferebatur. Tredecim dies tolerare nòn potuit, ut Romæ potiùs quàm Ravennæ procederet Conſul. Sed profectus hieme, &c.* Nimirum populus Romanus adorationi Diocletiani, & appellationi Domini, ac oſculis pedum ejus aſſuefieri non potuit, linguámque ſuam continere: quâ populi libertate Diocletianus offenſus, poſt celebrata Vicennalia Romæ, ſtatim ex Urbe diſceſſit, civibus iratus quaſi contumacibus: & nonum Conſulatum, quem poſt XIII. dies initurus erat, Ravennæ quàm Romæ inire atque edere maluit, ut Romanos honore debito fruſtraretur.] *Valeſ.*

b *Quidquid rat primum.*] Solebant olim antiquarii, quoties aliquod vocabulum terminaretur iis litteris quæ ſequentis vocis initium facerent, compendii gratiâ eas litteras minimè iterare: idque & in Pandectis Florentinis occurrit ſæpiſſime, & in Regio exemplari Marcellini noſtri non raro deprehendi. Exempli gratiâ: *Allocutus nobilitatem in Curia populúmque tribunali*, pro *e tribunali.* Ita etiam in hoc loco quem præ manibus habemus, legendum eſt: *Quidquid viderat primum.* Idem.

c [*Lavacra in modum provinciarum exſtructa.*] Ita quidem præfert Codex Colbertinus, codici Regio plerumque ſimillimus, adeo ut ex eo tranſſcriptus videri poſſit. Sed tamen vix crediderim Ammianum tam inſolenti hyperbole in Hiſtoria ſua uſum eſſe, ut ampla quantumlibet balnea publica urbis Romæ maximis & latiſſimis provinciis Imperii Rom. compararit: cùm balneas ſeu thermas ampliùs 800. Sextus Rufus in Urbe agnoſcat; quidam balnea 909. thermas 20. Itaque exiſtimo Ammianum ſcripſiſſe, *in modum piſcinarum.* Idem.

d *Elatoſque vertices ſcanſili ſuggeſtu.*] Columnas intelligo cochlides, ſuper quas poſitæ erant Principum ſtatuæ. Harum columnarum meminit Victor in Deſcript. Urbis. Pollio in Claudii geſtis: *Illi totius orbis judicio in Roſtris columna poſita eſt palmatâ ſtatuâ ſuperfixa.* Et Vopiſcus in Aureliano: *Ubi*, inquit, *& in columnis Divo Aureliano ſtatuæ conſtitutæ ſunt.* Earumdem crebra fit mentio apud Marcellinum Comitem, Zonaram & Nicetam. Erant autem eæ columnæ intrinſecùs excavatis gradibus perviæ, ut docet Victor in Deſcript. urbis Romæ, & Deſcriptio urbis Conſtantinop. Ex quo intelligitur, cur Marcellinus ſuggeſtum ſcanſilem dixerit. Latini has ſtatuas columnis impoſitas vocant Coloſſeas, ut Lampridius in Alexandro Severo, & Statius Silv. I.

Quæ ſuperimpoſito moles geminata Coloſſo,
Stat Latium complexa forum.

Græci poſteriores στήλας, quòd erant, ut dixi, columnis ſuperpoſitæ. Malchus initio Hiſtoriarum: τάς τε ζήνωνος στήλας καταβάλλουσι πάσας. Suidas in βρεφίον, & in στήλη: tandémque ut pro omni ſtatuarum genere id vocabulum ſumeretur, obtinuit. Gloſſæ veteres, *ſtatua* ἀνδριάς, στήλη. Gelenius edidit: *Elatóſque vertice ſcanſili ſuggeſtus.* [Ego locum emendavi ex codice Colbertino, qui ſic præfert: *Elatóſque vertices caſſili ſuggeſtu conſurgunt, priorum Princ. imit port.*] Ceterùm aliter hunc locum interpretatur Lipſius in lib. 3. de Magnitudine Rom. cap. 8. cui non aſſentior. *Idem.*

e *Urbis templum.*] Quod in regione quarta collocat Victor. Mentio ejus apud Sueton. lib. II cap. 52. Xiphilin. & AEl. Spartian. * & de quo multa Juſtus Lipſius de Magnit. Rom. lib. 3 cap. 6. * De eo ſic Aurel. Prudent. contra Symmach. lib. I.

Delubrum Romæ: colitur nam ſanguine & ipſa
More Deæ, nomenque loci, ceu numen habetur:
Atque Urbis Venerìſque pari ſe culmine tollunt
Templa, ſimul geminis adolentur tura Deabus.

Inſcriptio vetus: D. M. T. AEL. MALCO LICTORI EQ. PRAETORIA COH. III. PR. QUI ET URB. TEM. ANTISTES SACERD. TEMP. MATRIS CASTROR. Alia Inſcriptio: SERVILIO MARCIANO ARVERNO C. SERVILI DOMITI FILIO SACERDOTI AD TEMPLUM ROMAE ET AUGUSTORUM TRES PROVINCIAE GALLIAE. *Lindenbr.*

f *Urbis templum forumque Pacis*] Hunc locum in Editione ſua corrupit Accurſius hoc modo: *Urbis forum templúmque Pacis.* Atqui Marcellinus jam de foro Ro-

hære-

hærebat attonitus, [g] per giganteos contextus circumferens mentem, nec relatu ineffabiles, nec rurſus mortalibus appetendos. Omni itaque ſpe hujuſmodi quidpiam conandi depulſa, Trajani equum ſolum locatum in atrii medio, qui ipſum Principem vehit, imitari ſe velle dicebat, & poſſe. Cui propè adſtans [h] Regalis Hormiſda, cujus è Perſide diſceſſum ſuprà monſtravimus, [i] reſpondit [1] geſtu gentili: *Antè*, inquit, *Imperator ſtabulum tale condi jubeto, ſi vales: equus quem fabricare diſponis, ita latè ſuccedat, ut iſte quem videmus.* Is ipſe interrogatus, quid de Roma ſentiret, [k] *id tantùm ſibi placuiſſe* aiebat, *quòd didiciſſet ibi quoque homines mori.* Multis igitur cum ſtupore viſis horrendo, [2] Imperator [l] de fama querebatur ut invalida vel maligna, quòd augens omnia ſemper in majus, erga hæc explicanda quæ Romæ ſunt obſoleſcit: deliberánſque diu quid ageret, Urbis addere ſtatuit ornamentis, ut [m] in proximo circo erigeret obeliſcum, cujus originem formámque loco [3] competenti monſtrabo. Inter hæc Helenæ ſorori Conſtantii, Juliani conjugi Cæſaris, Ro-

1 *Mſ.* auguſtu gentili. 2 *Mſ.* Imperatori fama. 3 *Mſ.* competenti.

mano locutus eſt ſuprà. Sed quia Accurſius de foro Pacis nihil legerat, ideo locum ſic emendandum putavit. Ejus tamen meminit Marcellinus Comes in Chronico, Baſſo & Philipo Coſſ. & Magno in lib. de Notis. Fuitque in Regione 4. Urbis, eo in loco quo templum Pacis olim fuerat, teſte Procopio in lib. 4. de bello Gothico: ἥκει διὰ τ ἀγορᾶς ἣν φόρον εἰρήνης καλοῦσι Ῥωμαῖοι· ἐνταῦθα γάρ πη ὁ τ εἰρήνης νεὼς κεραυνόβλητος γενόμενος ἐκ παλαιοῦ κεῖται. Jam Urbis templum notiſſimum eſt, quod primus condidit Hadrianus anno V. 874. quando & Natalem urbis Romæ celebravit, vocaríque exinde ſanxit eum diem * Romana, * qui antea Parilia erat dictus: ut elicuiſſe videor ex Athenæi lib. 8. τὰ παρίλια μὲν πάλαι καλούμενα, νῦν δὲ Ῥωμαῖα τῇ τ πόλεως τύχῃ ναοῦ καθιδρυμένου ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ἀδριανοῦ. Et ex nummo ipſius Hadiani, quem Goltzius & Scaliger in Notis ad Euſebium retulere, qui ſic habet: ANNO DCCCLXXIV. NAT. URBIS R. CIR. CON. S. C. id eſt: *Natali urbis Romæ Circenſes conceſſi Senatuſconſulto.* Actum id eſt Olymp. 225. anno 2. qui erat v. Imperatoris Hadriani. Hoc Urbis templum poſtea cùm incendio conſumptum fuiſſet Maxentii Auguſti temporibus, à Maxentio reſtauratum, ſub Conſtantini M. titulo dedicatum eſt S. C. ſicut refert Aurelius Victor. * Zoſimus τὸ τ τύχης ἱερὸν dicit. * *Valeſ.*

g *Per giganteos contextus.*] Sic Siracid. cap. 23. γιγαντώδη ψυχὴν dixit. Vocat autem Ammian. *giganteos contextus*, quos alii *cyclopeos*. Lactant. ad illa Statii lib. 1. *artes Cyclopum: Quidquid magnitudine ſua nobile eſt, Cyclopum manu dicitur fabricatum.* Eodem lib. -- *Celſa cyclopum tecta. Omnia magna conſtructa ædificia, cyclopea dixit antiquitas.* Lindenbr.

h *Regalis Hormiſda, cujus è Perſide diſceſſum.*] Hic Saporis Perſarum Regis frater fuit, & quidem natu major: qui cùm fortè in convivio ſupervenienti ſibi Optimates non aſſurrexiſſent, minatus eſt Marſyæ cis ſupplicium ſe irrogaturum. Cujus vocis memores Optimates, mortuo Narſeo Saporem in regnum ſubſtituerunt: à quo mox Hormiſda in vincula conjectus, poſtea uxoris induſtriâ liberatus, ad Conſtantinum transfugit, * paullo antequam Licinius debellaretur: * ut refert Zoſimus in lib. 2. & Suidas in v. μαρζύας. Sed Zonaras aliquantiſper diſſentit à ceteris. Vocem enim illam, & minas Adanarſi tribuere videtur, non Hormiſdæ: deinde eos Narſei filios facit, cùm ceteri Hormiſdæ filios faciant, Narſei nepotes: ſic enim & Marcellinus noſter, in lib. 17. & Eutropius, & Agathias ſcribunt. * Cum Zonara planè conſentit Johannes Antiochenus in Excerptis nondum editis περὶ Ἀρχαιολογίας. * *Valeſ.*

i *Reſpondit geſtu gentili.*] Placet magis codicis Regii, * & Toloſani * ſcriptura: *Reſpondit aſtu gentili.* Maximè cùm in Editione Rom. & Mſ. Florentino [& Colbertino] legatur, *auguſtu gentili.* Sanè aſtum Perſis ubique tribuit Marcellinus, & in hoc reſponſo ineſt aſtus non vulgaris. *Idem.*

k *Id tantum ſibi placuiſſe ajebat.*] Non omittenda eſt conjectura ejus qui codicem Regium deſcripſit, hominis ſine dubio docti & ingenioſi. Is igitur ad oram libri adnotaverat, legendum videri *diſplicuiſſe*: quod certè εἰρωνείαν habet elegantem. *Idem.*

l *De fama quer. ut invalida, vel maligna.*] In Editione Rom. legitur: *Imperatori fama querebatur, ut invalida, vel magna.* Neque aliter in Regio codice & Florentino [ac Colbert.] Primus hunc locum, ut hodie legitur, emendavit Accurſius. Nam in Baſilienſi Editione cui Gelenius præfuit, ſcriptum eſt, *vel magna.* Valeſ. Quum igitur ſic & editio vetus & boni Mſſ. habeant, unde ea hodierna auctoritas, ut legatur *de fama*, quum omnino pateat Ammianum ſcripſiſſe *Imperator in fama querebatur*, æque ut Tullius ſcribit *reprehendi de aliquo*, modo *in aliquo.* Gron.

m *In proximo Circo erigeret obeliſcum.*] Legendum vi-

mam adfectionis ſpecie ductæ, Regina tunc inſidiabatur Euſebia, ipſa quoad vixerat ſterilis: quæſitúmque [n] venenum bibere per fraudem illexit, ut quotieſcumque concepiſſet, immaturum abjiceret partum. Nam & pridem in Galliis, cùm marem genuiſſet infantem, hoc perdidit dolo, quòd obſtetrix corrupta mercede, mox natum [o] præfecto pluſquam convenerat umbilico necavit: tanta támque diligens opera navabatur, ne fortiſſimi viri ſoboles appareret. Cupiens itaque auguſtiſſima omnium ſede morari diutiùs Imperator, ut otio puriore frueretur & voluptate, adſiduis nuntiis terrebatur & certis, indicantibus Suevos Rætias incurſare, Quadóſque Valeriam, & Sarmatas, latrocinandi peritiſſimum genus, ſuperiorem Mœſiam & [p] [q] ſecundam populari Pannoniam: quibus percitus, [r] triceſimo poſtquam ingreſſus eſt die, IV. Kal. Junias ab Urbe profectus, per Tridentum iter in Illyricum feſtinavit. Unde miſſo in locum Marcelli Severo, bellorum uſu & maturitate firmato, Urſicinum ad ſe venire præcepit. Et ille litteris gratanter acceptis, Sirmium venit, comitantibus ſociis: libratíſque diu ſuper pace conſiliis, quam fundari poſſe cum Perſis Muſonianus retulerat, in Orientem cum Magiſterii remittitur poteſtate: provectis è conſortio noſtro ad regendos milites natu majoribus, adoleſcentes eum ſequi jubemur, quidquid pro Rep. mandaverit impleturi.

CAP. XI. At Cæſar exacta apud Senonas hieme turbulenta, Auguſto novies, ſéque iterum Coſſ. Germanicis undique circumfrementibus minis, ſecundis ominibus motus, Remos properavit, alacrior magíſque lætus, quòd exercitum regebat Severus, nec diſcors, nec arrogans, ſed longa militiæ fru-

detur, *in Maximo Circo*, ut ſuadet Marcellinus ipſe in lib. 17. ubi de hoc eodem loquitur obeliſco. Neque enim dici poteſt, Circum Maximum proximum eſſe foro Trajani. *Valeſ.*

n *Venenum bibere per fraudem illexit, ut quotieſcumque concep.*] Hujuſmodi venena Græci vocant *ἀμβλωθρίδια φάρμακα*. Ecloga Βασιλικῶν, Synod. Conſtantin. Photii Nomocan. Pollux & Suid. Ἀμβλωθρίδιον τὸ φθόριον φάρμακον. Paulus J.C. L. 38. §. 5. de pœnis: *Abortionis poculum.* Quo quidem remedio multarum dedecora incognita latent. Juvenal. Satyr. VI. D. Hieronym. ad Euſtoch. *Nonnullæ cum ſe ſenſerint concepiſſe de ſcelere, abortus venena meditantur, & frequenter etiam ipſæ commortuæ trium criminum reæ ad inferos perducuntur, homicidæ ſui, Chriſti adulteræ, necdum nati filii parricidæ.* Quod malum ne fiat, ſeveriter Leges providerunt, L. 38. 39. ff. de pœnis. L. 4. ff. de extraord. cogn. L. 8. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Synod. VI. in Trullo can. 92. Burchard. in Decret. lib. XVIII. cap. 57. Pœnitent. Rom. Tit. I. cap. 32. ex Concil. Wormat. can. 30. Et bene Theodor. Priſcian. ad Victoriam lib. III. cap. 6. *Abortivum dare nulli unquam fas eſt. Ut enim Hippocratis teſtatur oratio, tam duri reatus conſcientiâ medicorum innocens officium non debet maculari.* * Rationem reddit Tertull. Apologet. cap. 9. *Homicidii feſtinatio eſt, prohibere naſci: nec refert, natam quis eripiat animam, an naſcentem diſturbet. Homo eſt, & qui futurus eſt, & fructus omnis jam in ſemine eſt.* * Impium ergo Euſebiæ Reginæ facinus, quæ in aliis quod Leges puniunt, cùm prohibere poſſet, juſſit. *Lindenbr.*

o *Præſecto plus quàm convenerat umbilico.*] Quæ de umbilici præſectione huic loco accommoda dici poſſunt, docet Moſchion περὶ γυναικείων παθῶν, cap. ξι. pag. 12. ἡνίκα βραχὺ τὸ νήπιον ἡσυχάσῃ ἐν τῇ γῇ, ἀπὸ τῆς γαστρὸς τεσσάρων δακτύλων μήκοθεν, σμίλῃ ἢ μαχαίρᾳ ὀξυτάτῃ τμητέον. *Idem.*

p *Pannonia ſecunda.*] Optat. Milevit. lib. II. tres facit Pannonias, reliqui periegetici duas tantùm. *Idem.*

q *Secundam pop. Pannoniam,*] Quæ Pannonia inferior olim dicta, in qua eſt Sirmium, & Cibalis, & Murſa. Sicut Pannonia prima dicta eſt, quæ ſuperior antè appellabatur: ut patet ex Imperii Notitia. Rufus Feſtus: *Amantinis*, inquit, *inter Savum & Dravum proſtratis regio Savienſis ac ſecundorum loca Pannoniorum obtenta ſunt.* In Itinerario Burdigalenſi, Pannonia inferior vocatur, quæ ſuperior dici debet; & ſuperior, quæ inferior dicenda eſt. *Valeſ.*

r *Triceſimo poſtquam ingreſſus eſt die, IV. Kal. Jun.*] Romam ergo ingreſſus erat IV. Kal. Maias, ſeipſo IX. & Juliano iterum Coſſ. ubi & ſeptima quinquennalia edidit, ut ſcribit Idatius in Faſtis. Itaque ad hæc ſeptima

galitate compertus, & eum recta præeuntem [s] ſecuturus, ut ductorem morigerus miles. Parte alia Barbatio poſt Silvani interitum promotus ad peditum Magiſterium, ex Italia juſſu Principis [t] cum XXV. millibus armatorum Rauracos venit. Cogitatum eſt enim, ſollicitéque præſtructum, ut [v] ſævientes ultra ſolitum Alamanni, vagantéſque fuſiùs, multitudine geminata noſtrorum, [x] forcipis ſpecie truſi in anguſtias cæderentur. Dum hæc tamen rite diſpoſita ce-

quinquennalia referri debet hæc pompa, ludíque Circenſes, quos Marcellinus à Conſtantio exhibitos eſſe dicit populo Rom. De hac ipſa celebritate exſtat Oratio Themiſtii XIII. quâ docet ejuſmodi dies per totum orbem Rom. feſtos fuiſſe, & ab Agentibus in rebus nuntiari per provincias ſolitos: Senatum autem Conſtantinop. legatos ad Principem mittere conſueviſſe, ei gratulaturos, ipſúmque interdum Principem ad hanc feſtivitatem quoſdam è Senatu nominatim evocaſſe. De hac etiam pompa loquitur Symmachus in lib. X. epiſt. 54. *Conſtantius per omnes vias æternæ Urbis lætum ſecutus Senatum, vidit placido ore delubra, legit inſcripta faſtigiis D um nomina, percontatus eſt templorum origines, miratus eſt conditores.* Ex quibus colligi videtur Conſtantium, vel antea nondum, vel certè admodum puerum Romæ fuiſſe. *Valeſ.*

s *Secuturus ut ductorem morigerum miles.*] Amplector emendationem D. Petavii, viri de litteris optimè meriti, qui ſic corrigit: *Ut ductorem morigerus miles.* Sic Marcellinus in fine lib. 27. *Capita*, inquit, *cæſorum ad Saporem, ut ei morigerus miſit.* Ceterùm his verbis ſatis indicat Marcellinus, tunc primùm Juliano Cæſari à Conſtantio eſſe conceſſum, ut ſuo jure ageret, & exercitus pro imperio regeret. Namque antea ſub Marcello nihil niſi Cæſaris nomen atque inſignia circumtulerat. Hoc eſt, quod Julianus ipſe ſignificat in Epiſt. ad Athenienſes: ἐξ ὧν ὁ Κωνστάντιος νομίσας ὀλίγῳ μὲν ἐπιδώσειν, οὐκ εἰς τοσοῦτον δὲ μεταβολῆς ἥξειν τὰ τῶν Κελτῶν πράγματα, δίδωσί μοι τὴν στρατοπέδων ἡγεμονίαν ἦρος ἀρχῇ. Idque precibus Euſebiæ Auguſtæ exoratum Conſtantium Juliano conceſſiſſe ſcribit Zoſimus in lib. 3. Eodem referenda ſunt hæc Libanii verba in Orat. funebri p. 272. ταυτὶ μὲν καὶ ἔτι πλείω τούτων τὴν χώραν ἐπιὼν ἴσχυσεν, οὔπω τοῦ πᾶν ὃ διανοηθείη πράττειν εἰς ἐξουσίαν ἥκων· ὡς δὲ ἀπήλλακτο μὲν ὁ τοὺς πολεμίους δεδιὼς στρατηγὸς, εἰς δὲ τοὺς οἰκείους ὑβρίζων, ἧκε δὲ διάδοχος ἀνὴρ τά τε ἄλλα βέλτιστος καὶ πολέμων οὐκ ἄπειρος, καὶ τῶν κωλυμάτων τὰ πολλὰ ἐπέπαυτο, τότε τῷ βασιλεῖ καιρὸς ἐπιδείξεως ἀκριβοῦς παρῆν. Id eſt: *Hæc & multo plura regionem peragrans effecit. Sed poſtquam remotus eſt Magiſter militum, vir timidus quidem adverſus hoſtem, erga Romanos verò inſolens, iſque ejus ſucceſſor advenit, qui & alia vir bonus, & artis bellicæ peritus erat, tunc Cæſari tempus adfuit oſtendendæ virtutis.* Idem.

t *Cum* XXV *millib. armatorum.*] In codice Regio legitur tantùm XXII. Libanius tamen in Oratione funebri, ubi totam hanc hiſtoriam accuratè deſcribit, XXX. millia militum cum Barbatione miſſa fuiſſe narrat: ὡς γὰρ ἐδόκει τῷ πρεσβυτέρῳ δεῖν γενέσθαι διάβασιν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, τούτου δὲ ὁ νεώτερος ἤρα πάλαι καθάπερ ἵππος δρόμου, μικρὰν οὖσαν ὁ Κωνστάντιος ὁρῶν τὴν ἐκείνου δύναμιν καὶ τοῦ τολμήματος ἥττω, πέμπει τὴν αὑτοῦ διπλασίαν τρισμυρίους ὁπλίτας. *Nam cùm Conſtantio placuiſſet ſuſcipi expeditionem trans Rhenum adverſus barbaros, & Cæſar jampridem id optaret, ut equus curſum, Conſtantius qui ejus copias exiguas, & tantæ rei impares ſciret, ſuas copias duplo majores miſit,* XXX. *millia militum.* Idem.

v * *Sævientes ultra ſolitum Alamanni.*] Non poſſum aſſentiri Cluverio, qui de Alamannorum origine diſſerens in libri 5. capite 4. ait eos ipſos eſſe, quos Tacitus in libro de moribus Germanorum ait, *Decumates agros trans Rhenum & Danubium exercuiſſe, leviſſimos & egentiſſimos quoſque Gallorum.* His autem rationibus ad eam ſententiam adductus eſt Cluverius, primò quòd Alamannos non eſſe Germanicæ originis traditum ſit. Sic enim Vopiſcus in Probo: *Germani & Alamanni*, inquit, *longè à Rheni ſummoti litoribus.* Stephano quoque, quem Euſtathius in Dionyſium Periegeten ſecutus eſt, dicuntur Ἀλαμανοὶ ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον, Alamanni gens Germanis confinis. Secundò Aſinius Quadratus, teſte Agathia in libro I. eorum meminit: additque ξυνήλυδας eſſe καὶ μιγάδας, id eſt, convenas ac ex variis populis in unum coeuntibus miſtos. Hic autem Aſinius vixit ante Strabonem: quippe ab eo laudatur in libro IV. Idem de hoc Aſinio Quadrato dixerat Cluverius in prooemio libri I. Sed in hoc magnopere fallitur. Quippe Aſinius Quadratus, is quem laudat Agathias, ſub Caracalla & Alexandro Severo Imperatoribus vixit, & ad Alexandri Severi tempora Hiſtoriam ſuam perduxit, ut ait Suidas: laudatúrque à Stephano, à Zoſimo in libro V. aliíſque. Aſinius verò, is cujus meminit Strabo, eſt Aſinius Pollio, vir triumphalis, *haud poſtrema pars Romani ſtili*, ut de eo ſcribit Valerius Maximus. Quædam de Cicerone ex ejus Hiſtoriis profert in Controverſiis Seneca. Proinde ruit Cluverii ſententia, qui ante Strabonis ætatem Alamannorum nomen cognitum fuiſſe aſſerit. Stephani autem & Euſtathii loci nihil probant. Nam *Germani* ibi propriè ſumuntur, & Franci intelligendi ſunt, qui propriè *Germani* vocabantur. * *Idem.*

x *Forcipis ſpecie.*] Forceps vocabulum eſt rei militaris: & forcipe prœliari veteres dicebant, quoties exercitu duas in partes diviſo hoſtes coartati, & compreſſi quaſi forcipibus cæderentur. Cato de re militari: *Sive forte*, inquit, *opus ſit globo, aut forcipe, aut turribus, aut ſerra uti, adoriare.* Quæ verba leguntur apud Feſtum in *Serra prœliari.* Meminit etiam Agellius in lib. X. cap. 9. Quo autem modo inſtruenda ſit acies, ut forcipem facias, docet Vegetius in lib. 3. cap. 17. his verbis: *Si cuneus ſit agendus aut forfex, ſuperfluos habere debes poſt aciem, de quibus cuneum, aut forficem facias.* Idem. Sed tamen differunt *forceps* & *forfex*. Gron.

lerantur, [y] Læti barbari ad tempeſtiva furta ſollertes, inter utriuſque exercitus caſtra occultè tranſgreſſi, invaſere Lugdunum incautam: eámque populatam [z] niſu valido concremaſſent, ni clauſis aditibus repercuſſi, quidquid extra oppidum potuit inveniri, vaſtaſſent. Qua clade cognita, agili ſtudio Cæſar miſſis cuneis tribus equitum expeditorum & fortium, tria obſervavit itinera, ſciens per ea erupturos proculdubio graſſatores: [4 a] nec conatus irritus fuit. Cunctis enim qui per eos tramites exiere truncatis, receptáque prædâ omni intactâ, hi ſoli innoxii abſoluti ſunt, qui per vallum Barbationis tranſiere ſecuri: ideo labi permiſſi, quòd Bainobaudes Tribunus & Valentinianus poſtea Imperator, cum equeſtribus turmis quas regebant, ad exſequendum id ordinati, à Cella Tribuno Scutariorum, qui Barbationi ſociatus venerat ad procinctum, iter obſervare ſunt vetiti, unde redituros didicere Germanos. Quo non contentus Magiſter peditum ignavus, & gloriarum Juliani pervicax obtrectator, ſciens ſe id contra utilitatem Romanam juſſiſſe, (hoc enim cùm argueretur, Cella confeſſus eſt) relatione fefellit Conſtantium: finxitque hos eoſdem Tribunos ad ſollicitandos milites quos duxerat, per ſpeciem veniſſe negotii publici: quâ cauſâ, abrogata poteſtate ad lares rediere privati. Iiſdem diebus exercituum adventu perterriti barbari, qui domicilia fixere cis Rhenum, partim difficiles vias, & ſuapte natura clivoſas [5 b] concædibus clauſere ſollerter, arboribus im-

4 *Mſ.* neco.... a..... nanti irritus fuit. 5 *Mſ.* concædibus.

y *Læti barbari.*] Aliter in animum meum inducere non poſſum, quin *Læti* nomen hîc proprium ſit barbarorum: alioquin inutile & ineptum ſit, ſi pro adjectivo vocabulo ſumatur. Sanè Lætos quoſdam barbaros ita dictos reperio in Notitia Imperii Romani. Eorum meminit Zoſimus in lib. 2. Μαγνέντιος ἕλκων μετὰ γένος ἀπὸ βαρβάρων, μετοικήσας δὲ εἰς λετοὺς ἔθνος γαλατικόν. Et Auctor Panegyrici dicti Conſtantio Cæſari: *Sicut pridem tuo, Diocletiane Aug. juſſu implevit deſerta Thraciæ tranſlatis incolis Aſia; ſicut poſtea tuo, Maximiane Aug. Nerviorum & Trevirorum arva jacentia Lætus poſtliminio reſtitutus, & receptus in leges Francus excoluit, &c.* Ubi vulgo *Lætus* adjectivè legitur, eodem errore, quo hîc apud Marcellinum noſtrum. Atqui de Francis dici non poteſt, eos fuiſſe poſtliminio reſtitutos in Gallia: quod de Lætis optimè intelligitur, qui ab origine Galli erant, teſte Zoſimo. Hi igitur à Maximiano Herculio in Gallias reducti, Nerviorum arva colenda acceperunt. Unde in Notitia Imperii Rom. Læti Nervii appellantur, quia ſcilicet ex illorum poſteris erant oriundi. Corruptum eſt Lætorum nomen in lege 12. Cod. Th. de veteranis. *Valeſ.*

z *Niſu avido concremaſſent.*] Sic primus edidit Caſtellus, cùm in Editione Rom. legeretur, *viſu......... concremaſſent.* Codices Regius, * Toloſ. * [& Colbertinus] præferunt, *viſu.. a concremaſſent*, ex conjectura exſcriptoris, ut apparet. Ego, *niſu valido*, legere malui. Sic enim loquitur Marcellinus in libro 14. pag. 5. & 26. *Idem.*

a *Nec quod deſtinaverat, irritum fuit.*] Hujus quoque ſcripturæ auctor eſt Caſtellus. Nam in Editione Rom. excuſum erat, *nec......... irritus fuit.* Mariangelus Accurſius edi juſſit, *nec conatus deſtinanti irritus fuit*, ex veſtigiis ſcriptæ lectionis, ut opinari licet. In Mſ. enim Florentino legitur eodem ferè modo, *nec o.... inanti irritus fuit.* Codex Regius * & Toloſanus * ita ſcriptum habet, ut edidimus. *Idem.*

b *Et incommeabiles.*] Lacunam Editionis Rom. ita ſupplevit P. Caſtellus. Qui ſi ſcriptos codices conſuluiſſet, veram utique reperiſſet hujus loci ſcripturam. In Mſ. Florentino & Valentino [& Colbertino] legitur, *concædibus*, neque aliter habet Editio Auguſtana. In codice Regio ſcriptum inveni, *concæſis*: tamen eadem manu, *concædibus*, ſupraſcribitur. Certè Paulus Diaconus in lib. 3. Hiſt. Longob. cap. 4. conciſas vocat: *Factis etiam conciſis per devia ſilvarum, irruit ſuper eos.* Quæ ex Gregorii Turonenſis lib. 4. cap. 36. ſunt deſumpta, & paullulum immutata: ſic enim Gregorius dicit: *Factiſque concidibus per divortia ſilvarum, irruit ſuper eos.* Utitur eadem voce Ambroſius in Orat. de exceſſu fratris ſui Satyri. *Quàm doleres*, inquit, *in Alpium vallo ſummam noſtræ ſalutis conſiſtere, lignorúmque concædibus conſtrui murum pudoris?* Polybius δένδρων ἐκκοπαῖς dicit; Agellius in lib. 19. cap. 12. *lignorum cædem.* In lib. 3. Vegetii cap. 22. corruptum eſſe videtur id nomen, ubi legitur: *Poſt ſe præciſis arboribus vias claudunt, quas compedes vocant.* lege *concædes.* Idem.

menſi roboris cæſis: alii [c] occupatis inſulis ſparſis crebrò per flumen Rhenum, ululantes lugubre conviciis & Romanos inceſſebant & Cæſarem. qui graviore motu animi percitus, ad corripiendos aliquos, ſeptem à Barbatione petierat naves, ex his quas velut tranſiturus amnem, ad compaginandos paraverat pontes: qui ne quid per eum impetraretur, omnes incendit. Doctus denique exploratorum delatione recèns captorum, æſtate jam torrida fluvium vado poſſe tranſiri, hortatus auxiliares velites cum Bainobaude Cornutorum Tribuno miſit, facinus memorabile ſi juviſſet fors patraturos. qui nunc incedendo per brevia, aliquoties ſcutis in modum alveorum ſuppoſitis nando [d] ad inſulam venere propinquam: egreſsique promiſcuè [6] [e] [f] virile & muliebre ſecus, ſine ætatis ullo diſcrimine, trucidabant ut pecudes: nactíque vacuas lintres, per eas licèt vacillantes evecti, hujuſmodi loca plurima perruperunt: & ubi cædendi ſatietas cepit, opimitate prædarum onuſti, cujus partem vi fluminis amiſerunt, rediere omnes incolumes. Hócque comperto reſidui Germani, ut infido præſidio inſularum relicto, ad ulteriora neceſſitudines & fruges opéſque barbaricas contulerunt. Converſus hinc Julianus ad reparandas [g] [h] Tres-tabernas, munimentum ita cognominatum, haud ita dudum obſtinatione ſubverſum hoſtili; (quo ædificato conſtabat ad intima Galliarum, ut conſueverant, adire Germanos arceri) & opus ſpe celeriùs conſummavit, & victum defenſo-

6 *Al.* virilis & muliebris ſexus.

* c *Occupatis inſulis ſparſis.*] Hæ inſulæ ſunt circa Baſiliam, ut ait Cluverius in lib. 2. de Germ. cap. 12. * *Valeſ.*

d *Nando ad inſulam venere prop.*] Idem narrat Libanius in Orat. funebri de laudibus Juliani: *οἱ δ' εἰς τὰς νήσους, ἃς ὁ ῥῆνος ποιεῖ, τῶν βαρβάρων καταφεύγοντες, θήρα τοῖς νεῦσί τε καὶ πλέουσι τῶν ἡμετέρων ἦσαν· καὶ τοῖς ἐκείνων βοσκήμασιν αἱ πόλεις εἱστιῶντο. Barbari verò qui ad inſulas quas Rhenus facit confugerant, partim nantibus, partim navigantibus noſtris præda erant, eorúmque pecoribus urbes epulabantur.* Idem.

e *Virile & muliebre ſecus.*] Retro Editiones, *virilis & muliebris ſexus*: quæ lectio ferri poſſet, niſi ex ſæculi more altera verior. Sic iterum lib. XIX. in Mſ. *Prædas hominum virile & muliebre ſecus agebant.* * Plaut. Rudent. p. 584. *Virile ſexus nunquam ullum habui.* * Salluſt. apud Nonium Marcel. & Soſip. Chariſ. *Virile & muliebre ſecus per vias & tecta omnium viſebantur.* Auſonius in Technopægnio: *Nota Caledoniis maribus muliebre ſecus, ſtrix.* Et in Gripho Idyll. XI.

Veſta, Ceres, & Juno, ſecus muliebre, ſorores. Lindenbr.

f *Virile & muliebre ſecus.*] In Romana Editione legitur, *ſecum*: atque in exemplari Regio priùs ſcriptum fuerat. Caſtellus & Accurſius *virile & muliebre ſexus*, edidere. Quod ferri poteſt. Nam Plautus in Rudente *hoc ſexus* protulit, ut notat Priſcianus in lib. 5. Janus Parrhaſius in Epiſtola ad Jac. Varronem Cremonenſem, hunc Marcellini noſtri locum adducens, legit, *virile & muliebre ſecus*; [ut legitur in codice Colbertino.] *Valeſ.* Pro vero igitur amplectamur, quod offerunt veteres & boni Mſſ. Nam quod Priſcianus ex Plauto notat, hodieque in multis ſcriptis exemplaribus occurrit, ſed repudiatum ab melioribus, & ſpernunt quoque docti viri. Ammianus autem quum ſæpe uſurpet hunc loquendi modum, tum nunc ad normam priſcæ Latinitatis ſe componit, quam animadvertit pater ad Livium XXVI. 47. *Gron.*

g *Tres-Tabernæ.*] Fuere hoc nomine plura inſignita loca. Meminit enim Trium Tabernarum S. Lucas in Actis Apoſtol. cap. 28. *ἄχρις Ἀππίου φόρου καὶ τριῶν ταβερνῶν.* Zoſim. lib. 2. *τρία καπηλεῖα.* Quo nomine locus Epiſcopatu celebris: unde apud Optat. Mil. lib. I. laudatur *Felix Epiſc. à Tribus-Tabernis.* In Victore de Regionibus Urbis *Septem-Tabernarum* mentio fit. In provinciarum Itinerario Antonini Imp. -- *Ab exploratione quæ Ad Mercurii dicitur, Tingin uſque -- Tabernas, Zilin, ad Mercurii.* Idem: *De Pannoniis in Gallias ad Treveros Montebriſiaco, Argentorato, Tabernis*: quæ ſanè Tabernæ illæ ipſæ ſunt, de quibus hîc agit Ammian. In eodem Itinerario: *A Mediolano per Alpes Penninas Mogontiacum -- Argentoratum, Saliſſon, Tabernæ.* Veteriſque appellationis etiamnunc reſtant veſtigia: *Saliſſo*, *Seltz* vocatur, *Tabernæ*, *Zabern*: ſed quare Tres-Tabernæ vocentur, non liquet. *Lindenbr.*

h *Tres-tabernas, munimentum.*] Tabernas intelligit quæ ſunt in Elſatia prope Argentoratum & Saliſonem, ut Scaliger notavit in lib. I. Auſonianarum lectionum, & Lindenbrogius ad hunc locum: non verò Tabernas

ribus ibi locandis [i] ex barbaricis meſſibus, non ſine diſcriminis metu collectum militis manu, condidit in uſus anni totius. Nec ſanè hoc ſolo contentus, ſibi quoque [k] viginti dierum alimenta parata collegit. [l] Libentiùs enim bellatores quæſito dextris propriis utebantur, admodum indignati quoniam ex commeatu qui cis recens advectus eſt, ideo nihil ſumere potuerunt, quòd partem ejus Barbatio, cùm tranſiret juxta, ſuperbè præſumpſit: reſiduum quod ſuperfuit, congeſtum in acervum exuſſit: quæ utrum ut vanus gerebat & demens, an [7] mandatu Principis confidenter [m] nefanda multi tentabant, uſque in id temporis latuit. Illud tamen rumore tenus ubique jactabatur, quòd Julianus non levaturus incommoda Galliarum electus eſt, ſed [n] ut poſſit per bella deleri ſæviſſima: rudis etiamtum ut exiſtimabatur, ac ne ſonitum quidem duraturus armorum. Dum caſtrorum opera maturè conſurgunt, militíſque pars ſtationes prætendit agrarias, alias frumenta inſidiarum metu colligit cautè: multitudo barbarica rumorem nimia velocitate præverſa, Barbationem cum exercitu quem regebat [8] (ut prædictum eſt) [o] Gallicò vallo diſcretum, impetu repentino aggreſſa, [p] ſequénſque fugientes aduſque Rauracos, & ultra quoad po-

7 *Mſ.* mandatu. 8 *Al.* ut dictum.

Rhenanas, quæ ad Rhenum ſunt in Nemetibus, ut perperam cenſet Cluverius in lib. 2. Germaniæ antiquæ, cap. 12. quem doctè refellit D. Petavius in Notis ad Juliani Epiſtolas. *Valeſ.*

i *Ex barbaricis meſſibus.*] Quod prædicat etiam Libanius in illa Oratione funebri his verbis: ὁ βασιλεὺς δὲ ἐνεπίμπλει πυρῶν καὶ φρούρια καὶ πόλεις ἀπὸ τῶν ἐκείνοις εἰργασμένων λήιων, ταῖς τῶν στρατιωτῶν χερσὶν ὅπως οἷόν τε ἦν ὅτι τοῦτο χρώμενος καὶ τὰ χειμάδια ἀνίστη, &c. *Cæſar verò caſtra & urbes frumento ex barbaricis meſſibus rapto muniebat: quam ad rem militum operâ quantum fieri poterat utebatur.* Idem.

k *Viginti dierum alimenta.*] Ex veteris militiæ diſciplina, miles pro rerum uſu, proque locorum neceſſitate in certos dies cibaria parata habere cogebatur, & ipſe ferre. Livius lib. LVII. militem XXX. dierum frumentum ferre juſſum à Scipione narrat. Ammianus hîc & lib. XVII. annonam XX. (vel ut poſtea XVII.) dierum humeris portaſſe notat. Ut & Lamprid. in Alexand. Cicero in Tuſcul. plus dimidiati menſis. Joſeph. tridui viaticum, lib. III. cap. V. φέρουσι οἱ μὲν περὶ τὸν στρατηγὸν ἐπίλεκτοι πεζοὶ λόγχην καὶ ἀσπίδα· ἡ δὲ λοιπὴ φάλαγξ ξυστόν τε καὶ θυρεὸν ἐπιμήκη, πρὸς οἷς πρίονα καὶ κόφινον, ἄμην τε καὶ πέλεκυν. πρὸς δὲ ἱμάντα καὶ δρέπανον, καὶ ἅλυσιν, ἡμερῶν τε τριῶν ἐφόδιον. Etiam Alex. Magn. tridui alimenta portare militem juſſerat, leviter armatum, Curt. lib. 5. Sic ἐν τῷ κινεῖν πρὸς παράταξιν panis aliquot & carnis libras in ſellopungiis quiſque portabat Urbicus lib. V. cap. I. χρὴ παραγγέλλεσθαι ἑκάστῳ στρατιώτῃ, ὅτι ἐν τῷ κινεῖν πρὸς παράταξιν ἐν τῷ σιλλοτυγίῳ αὐτοῦ μίαν ἢ δευτέραν λίτραν ἄρτου, ἢ ἀλφίτου, ἢ τίνος ἑψητοῦ, ἢ κρέατος ἔχειν, καὶ φλασκίον μικρὸν ἐν τῇ ἀργαλείᾳ ὕδατος γέμον. *Lindenbr.*

l *Libentiùs enim bellatores.*] Eodem modo lib. XXIV. *Bellatores enim libenter quæſitis dextris propriis utebantur.* Idem.

m *Nefanda multa tentabat, id temporis latuit.*] Sic primus emendavit Gelenius. Nam antea legebatur in cunctis Editionibus: *Nefandi multi tentabant quæ in id temporis latuit.* In Regio [& in Colbertino] codice ita ſcriptum reperi: *Nefanda multi tentabatur quæ in id temp. latuit.* Unde legendum ſic eſſe conjicio: *Nefanda multi tentabant, uſque in id temporis latuit.* Valeſ.

n *Ut poſſit per bella deleri ſæviſſima.*] Id quidem à multis dictum eſſe ait Socrates in lib. 3. & Sozomenus in lib. 5. initio. Sed eam calumniam uterque à Conſtantio amoliri conatur. Quòd ſi verum dicere licet, Conſtantii Julianum Cæſ. in Gallias mittentis id fuiſſe conſilium apparet, ut aut ejus virtute Gallias à barbaris recuperaret, aut certè Julianus in eo bello interiret: ut cùm Urſicinum ad exſtinguendam Silvani tyrannidem miſit. Vide pag. 42. *Idem.*

o *Gallico vallo diſcretum.*] Id eſt, vallo ſeparatum ab exercitu Gallicano, quem regebat Severus Magiſter militum. * Aut ſimpliciter *vallo Gallico* dixit pro exercitu Gallicano. Sic *vallum barbaricum* vocat in ſequenti capite. * Sic ſuprà dixit idem Marcellinus: *Hi ſoli innoxii abſoluti ſunt, qui per vallum Barbationis tranſiere ſecuri.* Nam Conſtantius Barbationis copias jam Gallicanis militibus proximas, eiſdem conjungi vetuerat, ne Julianus Cæſar victoriæ particeps fieret: ut narrat Libanius in Orat. funebri: καὶ ἔδει στράτευμα ἓν ταῦτα ἀμφότερα γενέσθαι. καὶ ὡς ἦν οὐ πολὺ τοῖς συνιοῦσι τὸ μέσον, δείσας ὁ πρεσβύτερος μὴ μετάσχοι τῆς νίκης ἅτερος, κελεύει τῷ μὲν μηκέτι συμμῖξαι, διαβῆναι δὲ μόνον. *Ac utraſque copias jungi oportebat. Sed cùm non longo ſpatio jam à ſe invicem abeſſent, veritus Conſtantius ne Cæſar in partem victoriæ veniret, mandat Barbationi ne Cæſari jungeret copias, ſed ſolus Rhenum trajiceret.* Idem.

p *Sequénſque fugientes aduſque Rauracos.*] Quædam

tuit, raptâ ſarcinarum & jumentorum cum calonibus parte maxima, redit ad ſuos. Et ille tamquam expeditione eventu proſpero terminata, milite diſperſo per ſtationes hibernas, ad comitatum Imperatoris revertit, crimen compoſiturus in Cæſarem, [9] [q] ut ſolebat.

Cap. XII. Quo diſpalato fœdo terrore, Alamannorum Reges Chnodomarius & Veſtralpus, Urius quinetiam & Urſicinus cum Serapione & Suomario & Hortario, in unum robore virium ſuarum omni [1] collecto, conſedere prope urbem Argentoratum, extrema metuentem Cæſarem arbitrati retroceſſiſſe, cùm ille [2] tum etiam perficiendi munimenti ſtudio ſtringeretur. Erexit autem confidentiam caput altiùs [3] adtollentium Scutarius perfuga: qui commiſſi criminis metuens pœnam, tranſgreſſus ad eos poſt Ducis fugati diſceſſum, armatorum tredecim millia tantùm remanſiſſe cum Juliano docebat: is enim numerus eum ſequebatur, barbara feritate certaminum rabiem undique concitante. Cujus aſſeveratione eadem ſubinde replicantis, ad majora ſtimulati fiduciâ, [r] miſſis legatis ſatis pro imperio Cæſari mandaverunt, ut terris abſcederet virtute ſibi quæſitis & ferro: qui ignarus pavendi, nec ira nec dolore perculſus, ſed faſtus barbaricos ridens, [4] [ſ] detentis legatis aduſque [t] perfectum opus caſtrorum, in eodem gradu conſtantiæ ſtetit immobilis. Agitabat autem miſcebátque omnia ſine modo, ubique ſeſe diffunditans, & princeps audendi periculoſa Rex Chnodomarius, ardua ſubrigens ſupercilia, ut ſæpe ſecundis rebus elatus. Nam & [v] Decentium Cæſarem ſuperavit æquo marte congreſſus, & civitates erutas multas vaſtavit & opulentas, licentiúſque diu nullo refragan-

9 *hæc in mſ. deſunt.* 1 *Mſ.* collecto belli, cumque fœdere conſedere prope. 2 τὸ tum *al. deeſt.* 3 *Al.* adtollentem. 4 *Al.* retentis.

---

hîc ſcitu digna addit Libanius: γεφυρώσαντι δὲ αὐτῷ πλοίοις τὸν ποταμὸν, τεμόντες τῆς ὕλης ἀφιᾶσιν ἄνω βάρβαροι κατὰ ῥοῦν πάχη ξύλων, ἃ προσπίπτοντα ταῖς ναυσὶ, τὰς μὲν διέσπασε, τὰς δὲ διέῤῥηξε, τὰς δὲ καὶ κατέδυσε· διολλυμένης δὲ τῆς πρώτης πείρας ὁ μὲν ᾤχετο φεύγων καὶ αἱ τρεῖς μυριάδες, οἱ βάρβαροι δὲ διαβάντες ἐδίωκον καὶ ἔκτεινον, &c. Id eſt: *Cùmque ille fluvium navibus junxiſſet, barbari cæſis arboribus ingentes ſtipites ſecundo amne dimiſerunt: qui incidentes in naves, alias diſſiparunt, alias confregerunt, nonnullas etiam ſubmerſerunt. Igitur cùm primus conatus malè ceſſiſſet, hic quidem cum triginta illis militum millibus fugam capeſſit. At barbari fugientes perſequi & cædere, &c.* Valeſ.

q *Ut ſolebat graviter ſemper inceſſens.*] Tres poſtremæ voces a P. Caſtello adjectæ ſunt ex conjectura, cùm in Editione Rom. lacuna eſſet relicta. Sed cùm in Mſ. Regio & Flor. deſint, nec lacuna ulla in eis relicta ſit, meritò eas expunxi, quod & alibi feci, ejuſdem codicis auctoritatem ſecutus. *Idem.*

r *Miſſis legatis ſatis pro imperio mandaverunt.*] Hujus legationis meminit Libanius in Oratione illa funebri, ubi ait, caduceatorem miſſum à barbaris, oſtendiſſe Juliano litteras Conſtantii, quibus eas regiones invadere Germanis permiſerat: Julianum verò cùm caduceatori illi dixiſſet, eum ad ſpeculanda conſilia ſua veniſſe, neque enim Principem à quo miſſus eſſet, tanta audacia præditum eſſe, hominem apprehenſum detinuiſſe. *Idem.*

ſ *Detentis legatis aduſque perfectum opus.*] Prudens conſilium, ne dicam ἀπάτη, & quaſi jam olim Themiſtoclis ſuaſu Athenienſes uſi, cùm contra voluntatem Lacedæmoniorum mœnibus urbem ſuam munirent. Thucyd. lib. 1. Diod. lib. 2. Pauſan. lib. 1. Polyæn. lib. 1. c. 4. AEmil. Prob. in Themiſt. Frontin. Strateg. lib. 1. c. 1. *Lindenbr.*

t *Perfectum opus caſtrorum.*] Caſtra ſunt munimenta, ut etiam ſup. dixit de his ipſis caſtris: -- *Perficiendi munimenti ſtudio.* Lib. 14. *Caſtris oppleta validis & caſtellis.* Magn. Etymolog. φρούριον ὀχύρωμα, ἢ κάστρον. Petr. Sicul. κατέλαβον εἰς Κίβοσαν τὸ κάστρον. Et poſt pauca: κατὰ τὸ νότιον μέρος τοῦ κάστρου. De caſtellis Procop. de AEdific. Juſtin. lib. 11. Καστέλλους τὰ φρούρια τῇ λατίνων καλοῦσι φωνῇ. Ovid. Eleg. 10. lib. v. Triſt.

Vix ope caſtelli defendimur, & tamen intus
Miſta facit Graiis barbara turba metum. Idem.

v *Decentium Cæſarem.*] Fratrem Magnentii, quem Magnentius ad tuendas Gallias Cæſarem miſerat, ut

te Gallias perſultavit. Ad cujus roborandam fiduciam recens quoque fuga Ducis acceſſit, numero præſtantis & viribus. Alamanni enim ſcutorum inſignia contuentes, norant eos milites permiſiſſe paucis ſuorum latronibus terram, quorum metu aliquoties cùm gradum conferrent, amiſſis pluribus abiere diſperſi. Quæ anxiè ferebat ſollicitus Cæſar, quòd trudente ipſa neceſſitate [5] [x] digreſſo periculis, cum paucis licèt fortibus, populoſis gentibus occurrere cogebatur. Jámque Solis radiis rutilantibus, tubarúmque concinente clangore, pedeſtres copiæ lentis inceſſibus educuntur, earúmque lateri equeſtres conjunctæ ſunt turmæ, inter quas [6] cataphractarii erant & [y] ſagittarii, formidabile genus armorum. Et quoniam à loco unde Romana promota ſunt ſigna, adusque vallum barbaricum [z] quarta leuga ſignabatur & decima, id eſt unum & viginti millia paſſuum: utilitati ſecuritatíque rectè conſulens Cæſar, revocatis [7] præcurſatoribus jam antegreſſis, indictáque ſolitis vocibus quiete, cuneatim circumſiſtentes alloquitur genuina placiditate ſermonis: *Urget ratio ſalutis tuendæ communis, ut parciſſimè dicam, non jacentis animi Cæſarem hortari vos, & orare commilitones mei, ut adulta robuſtáque virtute confiſi, cautiorem viam potiùs eligamus ad toleranda vel depellenda quæ ſperantur,* [8] *non præprope-*

5 *Mſ.* digreſſo. 6 *Al.* cataphracti. 7 *Mſ.* præcurſatoribus. 8 Mſ. *non præp.*

ſcribit Eutropius & Aurelius Victor. Unus Zoſimus non fratrem, ſed cognatum facit Magnentii: *τῷ γένει συναπτόμενον*. Conſul fuit cum Paulo, anno Domini 352. ut eſt in Faſtis editis à Cuſpiniano. Ex ejus nomine appellati ſunt milites Decentiaci, quorum meminit Marcellinus noſter. *Valeſ.*

x *Digreſſus periculis.*] In Editione Rom. legebatur, *digreſſo*, perinde ac in Mſſ. omnibus. Primus P. Caſtellus cùm eam ſcripturam non intelligeret, temere mutavit. Quis enim ſenſus eſſe poteſt, ſi vulgatam ſcripturam, id eſt, Caſtelli conjecturam admiſeris? At in veterum librorum ſcriptura ſenſus eſt apertus: *digreſſo periculis*, ſupple Barbatione, de cujus fuga ſuprà locutus eſt. Ne quem verò hæc ſermonis inſolentia terreat, ſimiles Auctoris noſtri locos hic proponam. Primùm in lib. 15. de Urſicino: *Solúſque ad exſtinguendum* (ſupple Silvanum) *probis quidem, ſed inſidioſis rationibus poſcebatur.* & in lib. 17. *Ea re ut vi ingenti ſurſumverſum decurſo* (ſubaudi Rheno) *egreſſi.* Et in principio lib. 19. *Credentemque quod viſo* (ſupple ſe) *ſtatim obſeſſi omnes metu exanimati, ſupplices venirent in preces.* Ad hæc in lib. 21. *His ac talibus nova negotia commovente.* (ſubauditur Juliano) Et in lib. 23. *Quo comperto, omnes evolant ex hibernis, tranſmiſſóque.* (ſupplendum Euphrate.) Denique in libro 28. de Simplicio: *Poſt adminiſtratam* (ſupple Vicariam Præfecturam) *nec erectus, nec tumidus.* Similis locutionis exempla obſervare memini apud Gregorium Turon. tribus in locis, & in Prologo 34. Trogi Pompeii. Sed Græci ejuſmodi exemplis ſcatent. *Idem.*

y *Sagittarii formidabile genus armorum.*] Homeri quidem ætate ſagittarii ob vilitatem ejus artis contemptui habebantur: quippe inermes, abſque clypeo aut haſta, pedites in pugnam procedere ſolebant, amici cujuſpiam clypeo protecti, aut ſub cippo ad quempiam tumulum ſubſidentes: ubi nec victi evadere, nec victores hoſtem perſequi poterant: nec aperto marte, ſed latrocinii more pugnabant. Præterea artis ſuæ adeo erant imperiti, ut cùm nervum ad papillam ſuam adduxiſſent, ſagittam emitterent, ictu valde infirmo & vulneratis plerúmque innoxio. Hujuſmodi heroïcis temporibus ars ſagittandi fuit. Sed neque ſecuta poſtea ætate cùm res Græcorum florerent, magnum pugnæ momentum in ſagittariis fuit, qui ferè Cretenſes erant, ut ex Hiſtoriis colligere eſt. Adeo ut Achæi & Peloponnenſes omnes inter ſe pacti ſint, ne ſagittis uterentur in bello, ut refert Polybius in lib. 13. Sed Marcellini noſtri ævo longè alia fuit conditio ſagittariorum. Lorica enim & ocreis genuum tenus probè contecti, pugnam inibant, dextrâ arcum & ſagittas, enſem ſiniſtro lateri appenſum geſtantes. Sunt & quibus haſta appenſa eſt, & brevis ſuper humeros clypeus abſque anſa, quo vultum & cervicem tegere poſſint. Erant autem equites optimi, & currentibus cummaximè equis arcum facillimè tendebant, hoſtémque aut fugientem aut inſequentem convulnerabant. Nervum porrò adducebant ad frontem, verſus dextram maximè auriculam, tanta vi, ut quemcumque ſagittâ percuſſiſſent, ſtatim is interiret, nec ſcutum aut lorica impetum teli frangeret. Hæc ferè Procopius in principio libri 1. qui Perſica inſcribitur. *Idem.*

z *Quarta leuca ſignabatur & decima, id eſt, unum & xx. millia paſſuum.*] Rectè ſubducta ratio eſt. Jordanes enim in Hiſtoria Getica, & Iſidor. Origin. lib. xv.

ram

ram & ancipitem. Ut enim in periculis [9] *juventutem impigram eſſe convenit & audacem; ita cùm res poſtulat, regibilem & conſultam.* [1] *Quod igitur cenſeo, ſi arbitrium adfuerit veſtrum, juſtáque ſuſtinet indignatio, paucis abſolvam. Jam dies in meridiem vergit; laſſitudine nos itineris fatigatos ſcrupuloſi tramites excipient & obſcuri; nox ſeneſcente Luna nullis ſideribus adjuvanda; terræ protinus æſtu flagrantes, nullis aquarum ſubſidiis fultæ:* [2] *quæ ſi dederit quiſquam commodè poſſe tranſiri, ruentibus hoſtium examinibus poſt otium cibique refectionem & potus, quid nos agimus? quo vigore, inedia, ſiti, laboréque membris marcentibus occurramus? Ergo quoniam negotiis difficillimis ſæpe diſpoſitio tempeſtiva proſpexit, & ſtatum nutantium rerum recto conſilio in bonam partem accepto, aliquoties divina remedia repararunt, hîc quæſo vallo foſſáque circumdati, diviſis vigiliis quieſcamus, ſomnóque & victu congruis* [3] *potiti pro tempore, pace Dei ſit dictum, triumphaturas aquilas & vexilla victricia primo lucis moveamus exordio.* Nec finiri perpeſſi quæ dicebantur, ſtridore dentium infrendentes, ardorémque pugnandi haſtis illidendo ſcuta monſtrantes, in hoſtem ſe duci jam conſpicuum exorabant, [a] cælitis Dei favore, fiduciáque ſui, & fortunati rectoris expertis virtutibus freti: atque ut exitus docuit, ſalutaris quidam Genius præſens ad dimicandum eos, dum adeſſe potuit, incitabat. Acceſſit huic alacritati plenus celſarum poteſtatum aſſenſus, maximéque Florentii Præfecti Prætorio, periculosè quidem, ſed ratione ſecunda pugnandum eſſe [4] cenſentis, dum inſtarent barbari conglobati: qui ſi [5] diffluxiſſent, motum militis in ſeditiones nativo calore propenſioris ferri non poſſe aiebat, extortam ſibi victoriam, ut putavit, non ſine ultimorum conatu graviter toleraturi. Addiderat autem fiduciam noſtris conſideratio gemina: recordantibus quòd [b] anno nuper emenſo Romanis per Tranſrhenana ſpatia fuſiùs volitantibus, nec viſus eſt quiſquam laris ſui defenſor, nec obvius ſtetit: ſed [c] concæde arborum denſa undique ſemitis clauſis, ſidere urente brumali, ægrè vixere barbari longiùs amandati: quódque Imperatore terras eorum ingreſſo, nec reſiſtere auſi, nec apparere, pacem impetraverunt ſuppli-

9 Al. *virtutem.* 1 Mſ. *Id.* 2 Mſ. *quæ ſi.* 3 Al. *potiri.* 4 *Al.* conſentientibus. 5 *Al.* deflexiſſent.

cap. 16. leucam finiri paſſibus M. D. ſcribunt. Ergo XIV. leucæ paſſus ſunt XXI. M. In Actis B. Genovefæ: *Ab Aurelianenſe urbe uſque Turonum civitatem, quæ tertia Lugdunenſis nuncupatur, perhibentur eſſe ſtadia ſexcenta, milliaria ſeptuaginta quinque; leugæ, quæ adhuc veteri Gallorum lingua nuncupantur, quinquaginta.* Ergo leuga una habet ſtadia XII. ſive mill. I. paſſ. CCC. Qui tamen calculus cum hodierna ſupputatione non convenit. Numerantur enim ab Aureliano Turonum uſque leugæ LXV. *Lindenbr.*

a *Cælitis Dei favore.*] Nil variant vett. libri. Puto tamen Ammian. ſcripſiſſe, *cæleſtis Dei fav.* ut lib. XV. *præſente nutu Dei cæleſtis:* lib. XXI. *arbitrio Dei cæleſtis.* Idem.

b *Anno nuper emenſo.*] Conſtantio VII. & Conſtantio III. Coſſ. anno Domini 354. Nam procul dubio expeditionem intelligit Conſtantii adverſus Gundomadum & Vadomarium fratres, Alamannorum Reges: de qua dixit in lib. 14. cap. 10. Quod planè demonſtrant verba quæ proximè ſequuntur: *Quodque Imperatore terras eorum ingreſſo, nec reſiſtere auſi, nec apparere, pacem impetraverunt, &c.* Proinde non poſſum aſſentiri viro doctiſſimo, qui in notis ad Juliani Epiſtolas, hunc Marcellini locum aliter interpretatur. *Valeſ.*

c *Concæde arborum denſa undique ſemitis clauſis.*] Ca:

citer obſecrantes. Sed nullus mutatam rationem temporis advertebat, quòd tunc tripertito exitio premebantur: Imperatore urgente per Rætias, Cæſare proximo nuſquam elabi permittente, finitimis quos hoſtes fecere diſcordiæ, modò non occipitia conculcantibus hinc indéque cinctorum. Poſtea verò pace data, diſceſſerat Imperator: & ſedatâ jurgiorum materiâ, vicinæ gentes jam concordabant: & turpiſſimus Ducis Romani digreſſus ferociam naturâ conceptam auxit in majus. Alio itidem modo res eſt aggravata Romana ex negotio tali. [6] Regii duo fratres vinculo pacis adſtricti, quam anno præterito impetraverant à Conſtantio, nec tumultuare, nec commoveri ſunt auſi. Sed paullo poſtea uno ex his Gundomado, qui potior erat fideíque firmioris, per inſidias interempto, omnis ejus populus cum noſtris hoſtibus conſpiravit: & confeſtim [d] Vadomarii [7] plebs, ut aſſerebat, agminibus bella cientium barbarorum ſeſe conjunxit. Cunctis igitur ſummis infimíſque approbantibus tunc opportunè congrediendum, nec de rigore animorum quidquam remittentibus, exclamavit ſubitò Signifer: *Perge, feliciſſime omnium Cæſar, quò te fortuna proſperior ducit: tandem per te [e] virtutem & conſilia militare ſentimus. I prævius ut fauſtus anteſignanus & fortis: experieris quid miles ſub conſpectu bellicoſi ductoris, teſtíſque individui gerendorum, modò adſit ſuperum numen [f] iis rebus efficiet excitatus.* His auditis, cùm nullæ laxarentur induciæ, promotus exercitus prope collem advenit molliter editum, opertum ſegetibus jam maturis, à ſuperciliis Rheni haud longo intervallo diſtantem: è cujus ſummitate ſpeculatores hoſtium tres equites exciti, ſubitò nuntiaturi Romanum exercitum adventare, feſtinarunt ad ſuos: unus verò pedes, qui ſequi non potuit captus agilitate noſtrorum indicavit, per triduum & trinoctium flumen tranſiſſe Germanos. Quos cùm jam propè denſantes ſemet in cuneos noſtrorum conſpexere ductores, ſteterunt veſtigiis fixis, [g] Antepilanis Haſtatíſque & Ordi-

6 *Mſ.* Reſi duo. 7 *Mſ.* plebs .... ut aſſerebat.

ſtrenſis locutio, quam lib. XVII. ſic effert: *Ilicibus inciſis & fraxinis, roboreque objecto magno, ſemitas invenere conſtratas.* Et ibid. cap. X. *Celſarum arborum obſiſtente concæde ire protinus vetabatur.* Sup. cap. XI. *Difficiles vias & ſuapte natura clivoſas & incommeabiles clauſere ſolleter, arboribus immenſi raboris cæſis.* Paul. Warnefr. Hiſtor. Langob. lib. 3. cap. 4. *conciſas* dixit: *Factis etiam conciſis per devia ſilvarum.* Vid. Veget. lib. III. cap. 21. * Cæſar Belli Gallici lib. 3. *Cæſar ſilvas cædere inſtituit: & ne quis inermibus imprudentibuſque militibus ab latere impetus fieri poſſet, omnem eam materiam, quæ erat cæſa, converſam ad hoſtem collocabat, & pro vallo ad utrumque latus exſtruebat.* Idem lib. 5. * *Lindenbr.*

d *Vadomarii plebs, ut aſſerebant.*] In Editione Rom. legitur, *ut aſſerebat.* Sed ante ea verba aliquantulum vacui ſpatii relictum eſt, perinde ut in ceteris Mſſ. Exemplaribus: quod P. Caſtellus nullo negotio ſic ſupplevit *Vadomarii plebs ſubinde ut aſſerebat, &c.* Primus Gelenius vulgatam lectionem excogitavit, quam equidem improbo. Vult enim dicere Marcellinus, populum Vadomarii, ut ipſe Vadomarius aſſerebat, Germanis ſe ſponte ſua adjunxiſſe Nam Vadomarius ei prœlio minimè interfuit ob fœderis religionem, quo obſtrictus erat Conſtantio, ut ait Marcellinus hîc & in lib. 14. *Valeſ.*

e *Virtutem & conſilia militare.*] Sic edidit Valeſius quum ante legeretur *militaria.* Hinc conjiciebat pater *Virtutem & conſilio militare.* Gron.

f *Iis rebus efficiet excitatus.*] Sic primus edidit Gelenius. In Editione Romana & in codice Regio, [ac Colbertino] legitur, *ut rebus efficiet excitatis.* Unde non abſurdè quis conjiciat, ſic omnino legendum eſſe, *viribus efficiet excitatis.* Mar. Accurſius emendaverat, *in rebus efficiet excitatis.* Valeſ.

g *Antepilanis Haſtatiſque & Ordinum primis.*] Antepilani ſunt, qui anteſignani aliàs dicuntur, quòd in pri

num primis [h] velut inſolubili muro fundatis: & pari cautela hoſtes ſtetere cunctati. Cúmque ita [i] ut antedictus docuerat perfuga, equitatum omnem à dextro latere ſibi [8] vidiſſent oppoſitum, quidquid apud eos per equeſtres copias præpollebat, in lævo cornu locavere confertum. Iiſdémque ſparſim pedites miſcuere diſcurſatores & leves, profectò ratione tuta poſcente. Norant enim licèt [k] prudentem ex equo bellatorem cum clibanario noſtro congreſſum, frena retinentem & ſcutum, haſta una manu vibrata, tegminibus ferreis abſcondito bellatori nocere non poſſe: peditem verò inter ipſos diſcriminum vertices, cùm nihil caveri ſolet præter id quod occurrit, [9] [l] humi occultè reptantem, latere forato jumenti, incautum rectorem præcipitem agere, levi negotio trucidandum. Hoc itaque diſpoſito, dextrum ſui latus ſtruxere clandeſtinis inſidiis & obſcuris. Ductabant autem populos omnes pugnaces & ſævos Chnodomarius & Serapio, poteſtate excelſiores ante alios Reges. Et Chnodomarius quidem

8 *Mſ.* vidiſſent. 9 *Mſ.* humiliter occultè.

ma acie ante ſigna pugnarent. Sic Marcellinus in lib. 28. de Simplicio quodam: *Cum Maximino*, inquit, *velut Antepilano ſuo contendens*, *&c.* Antepilani tamen paullo aliter ſumuntur apud Livium in lib. 8. pro militibus ſcilicet qui in prima ac ſecunda acie pugnabant. Haſtatis nempe ac Principibus: fortè ex eo quòd pila utrique geſtabant, quorum loco Haſtas habebant Triarii, teſte Polybio in lib. 6. * vel potiùs quòd ante Triarios qui pilani dicti ſunt, pugnarent. * Sanè Ovidius in 3. Faſtorum Pilanos pro Triariis poſuit.

Et totidem Princeps, totidèm Pilanus habebat
Corpora.

Ideo fortaſſe quòd ordines Triariorum primum pilum vocabant. Jam Haſtati in prima acie pugnabant etiam Reipublicæ Rom. temporibus. Quamquam apud Marcellinum aliter ſumuntur Haſtati quàm apud Livium atque Polybium, pro Signiferis ſcilicet, ſeu Draconariis, qui ſigna, id eſt dracones & aquilas haſtis appenſas geſtabant, ut docet Marcellinus in lib. 20. his verbis: *Maurus*, *Petulantium tunc Haſtatus*, *abſtractum ſibi torquem quo ut Draconarius utebatur*, *capiti ejus impoſuit.* Signiferi autem ſeu Draconarii inter principia legionis militabant, teſte Vegetio in lib. 2. Supereſt ut de Ordinum primis pauca dicamus. Obſervandum eſt igitur, primos Ordines bifariam dici: primò de militibus univerſis qui in prima atque etiam ſecunda acie pugnant, ut apud Vegetium in lib. 3. cap. 14. Secundò de iis qui in prima acie primos Ordines ducunt, quos Ordinarios vocat Vegetius in lib. 2. & quinque fuiſſe in prima cohorte commemorat. De his Quintilianus in Declamat 3. pro milite: *Enimvero auctorem habet: hoc primi Ordines jubent. AEquum eſt Tribuno militem parere.* Et Frontinus in lib. 1. Strateg. cap. XI. *Imperavitque ad ejus rei fidem Tribunis*, *& primis Ordinibus*, *& Centurionibus.* Denique Marcellinus noſter in lib. 19. cap. VI. *Mortem Tribunis vetantibus primiſque Ordinibus minitantes*, *ſi deinceps prohiberent.* Mitto Hyginum alioſque. * Ceterùm Lipſius in lib. 4. de Militia Rom. cap. 1. *Antepilanos* ait eſſe, quos antiqui Principes vocabant: eos fuiſſe veteres & exercitatos milites, qui in prima acie pugnabant; & differre ab Anteſignanis, qui ſunt Haſtati, ut in ejuſdem libri cap. 3. cenſet. At Salmaſius in 2. epiſtola quam ad me miſit, Antepilanos ab Ammiano dici ait eos, qui in prima acie pugnabant ſine Anteſignanis. (in quo opinioni noſtræ favere videtur) Anteſignanos porrò Ammiani ævo dictos eſſe, qui in prima acie certarent; qui in poſtrema, Poſtſignanos: ac totum exercitum diviſum tunc fuiſſe in Anteſignanos & Poſtſignanos. * *Valeſ.*

h *Velut inſolubili muro.*] Sic Vegetius gravem armaturam muro ferreo comparat in lib. 2. cap. 17. *Excipiebat*, inquit, *eos gravis armatura*, *quæ tamquam murus*, *ut ita dixerim*, *ferreus ſtabat.* & in lib. 3. cap. 14. *Idem.*

i *Ut ant dictus docuerat perfuga.*] De quo vide pag. 138. Porrò omnem hunc locum valde illuſtrat Libanius in Orat. citata: καὶ ἐδόκει δεῖν κέρας μὲν ἑκάτερον τοὺς ἱππέας ἔχειν, τὸ μέσον δὲ εἶναι τῶν ὁπλιτῶν· τοὺς δὲ ἀμείνους ἑκατέρων τούτων ἐν τῷ δεξιῷ περὶ τὸν βασιλέα· καὶ τοῦτο ἔδει μὲν τοὺς πολεμίους λανθάνειν, λαθεῖν δὲ οὐκ εἴασεν αὐτομόλων τινῶν κακία. Et paullo pòſt: τοῖς βαρβάροις δὲ πάντα πεπυσμένοις τὸ μὲν ἀνδρειότερον τῆς στρατιᾶς πρὸς τὸ κρεῖττον ἀντέτακτο· τῷ δεξιῷ δὲ κέρα σύμμαχον ἔδωκαν λόχον ὃν ἔκρυψαν ὑπὸ ὀχετῷ μετεώρῳ, καλάμων πυκνῶν (καὶ γὰρ ἦν ὑδρηλὸν τὸ χωρίον) τοὺς καθημένους ἀφανιζόντων. Id eſt: *Ac viſum quidem fuerat equites in utroque cornu locari oportere*, *pedites autem in medio*: *optimum verò quemque ex iis circa ipſum Cæſarem. Atque id quidem latere hoſtes debuerat*: *ſed latere non ſivit quorumdam perfugarum malitia.* Et paullo pòſt: *Igitur barbari qui cuncta reſciverant*, *omne exercitus robur dextro quod validiſſimum erat*, *cornu oppoſuere. Dextro autem cornu ſuo ſubſidiariam adjecerunt manum*, *quam ſub aquæductu edito occultarunt*, *arundinibus denſis* (*locus enim erat uliginoſus*) *ſubſidentes occultantibus.* Idem.

k *Prudentem ex equo bellatorem.*] Sic loquitur Hegeſippus in lib. 3. cap. 4. *Sed vir acrioris ingenii & ex equo prudens bellator.* Idem.

l *Humi occultè reptantem latere forato jumenti.*] Stra-

nefarius [l] belli totius incentor, cujus vertici [m] flammeus torulus aptabatur, anteibat cornu ſiniſtrum audax & fidens ingenti robore lacertorum, ubi ardor prœlii ſperabatur immanis, equo ſpumante ſublimior, erectus in jaculum formidandæ vaſtitatis, armorúmque nitore conſpicuus, antea ſtrenuus & miles, & utilis præter ceteros ductor. Latus verò dextrum Serapio agebat, etiam tum adultæ lanuginis juvenis, efficacia præcurrens ætatem: Mederichi fratris Chnodomarii filius, hominis quoad vixerat perfidiſſimi: ideo ſic appellatus, quòd pater ejus diu obſidatus pignore tentus in Galliis, [n] doctúſque Græca quædam arcana, hunc filium ſuum Agenarichum genitali vocabulo dictitatum, ad Serapionis tranſtulit nomen. Hos ſequebantur poteſtate proximi Reges numero quinque, [o] Regaléſque decem, & Optimatum ſeries magna, [2] armatorúmque millia triginta & quinque, ex variis nationibus partim mercede, partim pacto viciſſitudinis reddendæ quæſita. Jámque torvum [3] concrepantibus tubis, Severus Dux Romanorum aciem dirigens lævam, cùm prope foſſas armatorum refertas veniſſet, unde diſpoſitum erat ut abditi repentè exorti cuncta turbarent, ſtetit impavidus: ſuſpectiórque de obſcuris, nec referre gradum, nec ulteriùs ire tentavit. Quo viſo, animoſus contra labores maximos Cæſar, ducentis equitibus ſæptus, [4] ut ardor negotii flagitabat, agmina peditum impetu veloci diſcurrens verbis hortabatur. Et cùm alloqui pariter omnes, nec longitudo ſpatiorum extenta, nec in unum coactæ multitudinis permitteret crebritas, (& alioquin vitabat gravioris invidiæ pondus, ne videretur id affectaſſe, [p] quod ſibi ſoli deberi Auguſtus exiſtimabat) cautior ſui, hoſtium tela prætervolans, his & ſimilibus notos pariter & ignotos ad faciendum [5] fortiter accendebat: *Advenit, ô ſocii, juſtum pugnandi jam tempus, olim exoptatum mihi vobiſcum: quod antehac arceſſentes, arma inquietis motibus poſcebatis.* Item cùm ad alios Poſtſignanos in acie locatos extrema veniſſet: E*n*, inquit, *commilitones, diu ſperatus præſtò eſt dies, compellens nos omnes* [6] *elutis priſti-*

1 *Mſ.* boni. 2 τὸ que *deeſt al.* 3 *Mſ.* concrepantibus. 4 τὸ ut *deeſt al.* 5 τὸ fortiter *deeſt. al.* 6 Mſ. *elutis.*

tegenia eſt, quo Hydaſpes contra cataphractarios Oroondatis olim uſus. Heliodor. lib. IX. *Lindenbr.*

m *Torulus flammeus.*] Varro de L. L. lib. IV. *Torulus in mulieris capite ornatus.* Ammian. lib. XXIX. *Torulo capite circumflexo.* Plaut. Amphitr.

Ego has habebo hîc uſque in petaſo pinnulas.
Tum meo patri autem torulus inerit aureus.

* Ab hac ſimilitudine rotunditatis Vitruvius arborum medullam vocavit *torulum*, lib. 2. c. 9. Eſt autem ὑποκοριστικὸν à toro, quo Cato utitur de Re Ruſtica cap. 135. *Funem exordiri oportet longum pedes* LXXII. *toros* III. *habeat.* Columell. de Re Ruſtic. lib. XI. c. 3. *Tori funiculorum.* * Idem.

n *Doctus Græca quædam arcana.*] Eruditè hunc locum interpretatus eſt Galliæ ſuæ decus, Petr. Pithœus J. C. Adverſ. lib. 1. c. III. *Idem.*

o *Regaleſque decem.*] Regales dicebantur Regum filii & agnati. Sic in lege 9. Cod. Theod. de re milit. Vetus Grammaticus de differentiis vocum: *Inter Regem*, ait, *& Regalem hoc intereſt, quòd Regis puer, Regalis eſt; Rex, qui regnum regit.* Sic Euſtathius in Iliad. 10. Aſtyanactem Hectoris filium βασιλικὸν appellat: & in Iliad. 8. Teucrum quoque βασιλικὸν fuiſſe dicit, ex Heſiona Priami ſorore genitum. Lucianus de ſaltatione: τῶν γὰρ ἐκ τοῦ Πόντου βαρβάρων βασιλικός τις, &c. & Priſcus in Hiſtoria Byzantina τοὺς βασιλικοὺς σκύθας paſſim nominat, id eſt, Regales. Interdum etiam Regales pro Regulis uſurpantur. *Valeſ.*

p *Quod ſibi ſoli deberi Auguſtus exiſt.*] Conſtantius Aug. majeſtatis ſuæ ſtudioſior, ſibi ſoli licere putabat univerſum pariter exercitum ex tribunali alloqui. Ita;

uis maculis Romanæ majeſtati reddere proprium decus. Hi ſunt barbari, quos rabies & immodicus furor ad perniciem rerum ſuarum coëgit occurrere, noſtris viribus opprimendos. Alios itidem bellandi uſu diutino callentes aptiùs ordinans, his exhortationibus adjuvabat: *Exſurgamus viri fortes; propellamus fortitudine congrua illiſa noſtris partibus probra: quæ contemplans, Cæſaris nomen cunctando ſuſcepi.* Quoſcumque autem pugnæ ſignum inconſultè poſcentes, rupturóſque imperium irrequietis motibus [7] prævideret: *Quæſo*, inquit, *ne hoſtes vertendos in fugam ſequentes avidiùs, futuræ victoriæ gloriam violetis, neu quis ante neceſſitatem ultimam cedat. Nam fugituros proculdubio deſeram: hoſtium terga cæſuris adero indiſcretus, ſi hoc penſatione moderata fiat & cauta.* Hæc aliáque in eumdem modum ſæpius replicando, majorem exercitus partem primæ barbarorum oppoſuit fronti: & ſubitò Alamannorum peditum fremitus indignationi miſtus auditus eſt, unanimi conſpiratione vociferantium, relictis equis ſecum oportere verſari Regales: ne ſi quid contigiſſet adverſum, deſerta miſerabili plebe facilem diſcedendi copiam reperirent. Hoc comperto, Chnodomarius jumento [8] ſtatim deſiluit, & ſecuti eum reſidui idem facere nihil morati: nec enim eorum quiſquam ambigebat partem ſuam fore victricem. Dato igitur ahenatorum accentu ſollemniter ſigno, ad pugnandum utrimque magnis concurſum eſt viribus. Propilabantur miſſilia, & properantes cito quàm conſiderato curſu Germani, teláque dextris explicantes, involavere noſtrorum equitum turmas, frendentes immania: eorúmque ultra ſolitum ſævientium comæ fluentes horrebant, & elucebat quidam ex oculis furor: quos contra pertinax miles ſcutorum obicibus vertices tegens, ejectánſque gladios, vel tela concriſpans mortem minitantia perterrebat. Cumque in ipſo prœliorum articulo eques ſe fortiter conturmaret, & muniret latera ſua firmiùs pedes, frontem artiſſimis conferens parmis: erigebantur craſſi pulveris nubes, variíque fuere diſcurſus, nunc reſiſtentibus, nunc cedentibus noſtris: & obnixi genibus quidam barbari peritiſſimi bellatores, hoſtem propellere laborabant: ſed deſtinatione nimia dexteræ dexteris miſcebantur, & umbo trudebat umbonem: [q] cælúmque exſultantium cadentiúmque reſonabat à vocibus magnis: & cùm cornu ſiniſtrum altiùs gradiens, urgentium tot agmi-

7 *Mſ.* perviderct. 8 *Mſ.* ſtatim.

que Julianus qui Cæſar dumtaxat, id eſt, revera Auguſti miniſter & apparitor quidam erat, hoc ſibi arrogare noluit. Circumiens ergo ſingulas cohortes ad fortiter faciendum hortabatur. Qualiter autem Imperator alloqueretur exercitum, patet ex veteribus nummis, in quibus ſtans in tribunali, ſignis aquilíſque circumdatus, ſtipatúſque Prætorianis cohortibus, exerto brachio conſpicitur cum hac Inſcriptione: ADLOCUTIO. * Ita apud Dexippum Aurelianus milites alloquitur. * Claſſico autem ad concionem convocabantur milites per cornicinem. Itaque Claſſicum ſignum imperii rectè Vegetius appellat, quòd ſolum caneret Imperatore præſente. Et exempla paſſim occurrunt in libris Marcellini noſtri. *Valeſ.*

q *Cælumque exſultantium cadentiumque reſonabat vocibus magnis*] Plaut. Amphitr.

Pro ſe quiſque, id quod quiſque poteſt & valet,
Edit, ferit: tela frangunt, boat

na Germanorum vi nimia pepuliſſet, irétque in barbaros fremens, [r] equites noſtri cornu tenentes dextrum, præter ſpem inconditè diſceſſerunt: dúmque primi fugientium poſtremos impediunt, gremio legionum protecti, fixerunt integrato prœlio gradum. Hoc autem exinde acciderat, quòd dum ordinum reſtituitur ſeries, cataphracti equites viſo rectore ſuo leviter vulnerato, & conſorte quodam per cervicem equi labentis pondere armorum oppreſſo, dilapſi quà quiſque poterat, peditéſque calcando cuncta turbaſſent, ni conferti illi ſibíque viciſſim innixi ſtetiſſent immobiles. Igitur cùm equites nihil præter fugæ circumſpectantes præſidia, vidiſſet longiùs Cæſar, concito equo eos velut repagulum quoddam cohibuit. Quo agnito per purpureum ſignum Draconis, ſummitati haſtæ longioris aptatum, [ſ] velut ſenectutis [9] pandentis exuvias, ſtetit unius turmæ Tribunus, & pallore [1] timoréque perculſus, ad aciem integrandam recurrit. Utque in rebus amat fieri dubiis, eoſdem leniùs increpans Cæſar: *Quo*, inquit, *cedimus, viri fortiſſimi? an ignoratis fugam, quæ ſalutem numquam reperit, irriti conatus ſtultitiam indicare? redeamus ad noſtros, ſaltem gloriæ futuri participes, ſi eos pro Republica dimicantes* [t] *non relinquimus inconſultè.* Hæc reverenter dicendo, reduxit omnes ad munia ſubeunda bellandi, [2] imitatus [v] ſalvâ differentiâ veterem [x][y] Sullam: qui cùm contra Archelaum Mithridatis ducem educta acie prœlio fatigabatur ardenti, relictus à militibus cunctis, cucurrit in ordinem primum; raptóque & conje-

9 *Mſ.* pandentis. 1 *Mſ.* timoreque. 2 τὰ ſalvâ differentiâ *al. deſunt.*

Cælum fremitu virum. Lindenbr.

r *Equites noſtri cornu tenentes dextrum.*] Ἑξακοσίων ἱππέων ἴλην, ſexcentorum equitum alam dicit Zoſimus in lib. 3. ubi & pœnam addit, quam ipſis ob ignaviam Julianus inflixit. Ait enim indutos veſte mulicbri, per caſtra circumductos fuiſſe. *Valeſ.*

ſ *Velut ſenectutis pendentis exuvias.*] Primus hunc locum corrupit P. Caſtellus, cùm in Editione Rom. perinde ut in Mſſ. omnibus legeretur *pandentis*, ſupple *Draconis*: & rectè Mar. Accurſius eam ſcripturam in Editione ſua reſtituit. Eleganter lacinias illas ſericas draconum quæ ventis agitabantur, exuviis draconum comparat. Sed quod pandere ait exuvias. rationem non habet Neque enim dracones & ceteri ſerpentes, animalia denique omnia quæ exuvias deponunt, eas pandere ſolent, ſed poſitas abſcondere, ac tum ex antris prodire: ut Virgil. canit in lib. 2. Æn.

Nunc poſitis novus exuviis, nitidúſque juventa,
Lubrica convolvit ſublato pectore terga.

quibus in verſibus imitatus videtur Nicandrum in Theriacis, qui ſic ait:

Μηδ' ὅτε ῥικνῆεν φολίδων ἀπὸ γῆρας ἀμέρσας
Ἂψ ἀναφοιτήσῃ νεαρῇ κεχαρημένος ἥβῃ.

Hujuſmodi ſenectutis exuvias Græci vocant γῆρας. *Idem.* Non ſane id voluit auctor ſignificare, quid dracones facerent in mutata pelle; ſed ei ſimilem eſſe ait, ſi panderet, explanaretque, ut eſt illud ſignum. Itaque & aliæ comparationes inde peti ſolent, qualem unam huic loco adſcripſit pater ex Hieronymo epiſt 128. *Hoc cingulum in ſimilitudinem pellis colubri, qua exuit ſenectutem, ſic in rotundum textum eſt, ut marſupium longius putes.* Gron.

t *Non relinquimus.*] Negativam particulam quæ in cunctis exemplaribus deerat, ex Mar. Accurſii Editione ſupplevimus. *Valeſ.*

v *Salva differentia.*] Honeſtè id addi ſolet & verecundè, quoties viri excellentis factum cum alterius facto componitur, ne cujuſquam dignitati fiat injuria. Nos Galli dicere ſolemus *ſine comparatione.* In codice tamen Valentino ſcriptum erat, *ſalvâ reverentiâ*, ut Loiſellus [& P. Pithœus] ad oram libri ſui adnotarat. Eâdem verecundiâ dixit Pollio in Claudio: *Ut ſit omnibus clarum, Conſtantium & Auguſtæ ipſum familiæ eſſe, & Auguſtos multos daturum, ſalvis Diocletiano & Maximiano Augg. & ejus fratre Galerio.* Antiqui autem dicere ſolebant. *pace tua*, vel *illius*; ut apud Petronium & Martialem alióſque occurrit. *Idem.*

x *Sylla, qui cùm contra Archelaum*] Nobile conſimilis hiſtoriæ exemplum in Vibio Accio, Val. Flacco, & T. Pedanio, cùm caſtra Hannonis oppugnarentur Liv. lib. xxv. Val. Max. lib. III. cap. II. *Lindenbr.*

y *Syllam, qui cum contra Archelaum.*] Idem narrat Frontinus in lib. 2. Strat. cap. 8. *Valeſ.*

cto vexillo in partem hoſtilem, *Ite*, dixerat, *ſocii periculorum electi, & ſcitantibus ubi relictus* [3] *ſim Imperator, reſpondete nihil fallentes, ſolus in Bæotia pro omnibus nobis cum diſpendio ſanguinis ſui decernens.* Proinde Alamanni pulſis disjectíſque equitibus noſtris, primam aciem peditum inceſſerunt, eam abjecta reſiſtendi animoſitate pulſuri. Sed poſtquam comminus ventum eſt, pugnabatur paribus diu momentis. Cornuti enim & [4] Bracati, uſu prœliorum diuturno firmati, [z] eos jam geſtu terrentes, barritum civere vel maximum: qui clamor ipſo fervore certaminum à tenui ſuſurro exoriens, paullatímque adoleſcens, ritu extollitur fluctuum cautibus illiſorum: jaculorum deinde ſtridentium crebritate hinc inde convolante, pulvis æquali motu aſſurgens, & proſpectum eripiens, [a] arma armis, corpora corporibus obtrudebat. Sed violentiâ iráque imcompoſiti barbari in modum exarſere flammarum, [b] nexámque ſcutorum compagem, quæ noſtros in modum teſtudinis tuebatur, ſcindebant ictibus gladiorum adſiduis. Quo cognito, [c] opitulatum conturmalibus ſuis celeri curſu Batavi venere cum Regibus: (formidabilis manus, extremæ neceſſitatis articulo circumventos, ſi juviſſet fors, ereptura) torvúmque canentibus claſſicis, adultis viribus certabatur. Verùm Alamanni bellum acriter ineuntes, altiùs anhelabant, velut quodam furoris affectu oppoſita o-

3 Mſ. *ſim.* 4 *al.* Brachati. *Mſ.* Bracchiati.

z *Excipiunt eos jam geſturientes.*] Hunc locum ſic corrupit Gelenius, inſerta prima voce, quæ abeſt ab omnibus libris * Mſſ. * in quibus ſic legitur: *Eos jam geſtu terrentes*: quo quid apertius? Sic ſanè in lib. 14. locutus eſt noſter: *Haſtiſque feriens ſcuta, qui habitus iram pugnantium concitat & dolorem, proximos jam geſtu terrebat.* Solùm pro *ciere*, quod erat in omnibus libris, emendare auſi ſumus *civere*. Valeſ.

a *Arma armis, corpora corporibus*] Ita ex Ennio Hirtius de Bello Hiſpan. *Cùm clamori eſſet intermixtus gemitus, gladiorumque crepitus auribus oblatus imperitorum mentes præpediebat. Hic, ut ait Ennius, pes pede premitur, armis teruntur arma.* Q. Curtius lib. III. *Duæ acies ita cohærebant, ut armis arma pulſarent, mucrones in ora dirigerent.* Lindenbr.

b *Nexamque ſcutorum compagem.*] De qua ſuprà dixit: *Et muniret latera ſua firmiùs pedes, frontem artiſſimis conſerens parmis.* Eodem modo locutus eſt ſub initium lib. 14. *Denſata ſcutorum compage ſemet ſcientiſſimè præſtruebant.* Hæc pugnandi forma teſtudo dicebatur. Unde addit hoc in loco Marcellinus: *Quæ noſtros in modum teſtudinis tuebatur.* Duplex enim teſtudo fuit in re militari: una propriè dicta, cùm milites in genua ſubſidentes ſcutis ſuper capita elatis ſe protegunt, ita ut ſecundus ordo paullo emineat altiùs quàm primus, & tertius quàm ſecundus, ac ſic deinceps, prorſus in modum imbricati tecti per quod aqua labitur. Ejuſmodi teſtudinem deſcribit Livius lib. 44. & Polybius in Excerptis quæ nuper edidimus, pag. 206. Alterum teſtudinis genus eſt, cùm milites non jam ſupra capita extollunt ſcuta, ſed denſati ac conferti ante ſe ſtruunt. Sic Livius in lib. x. *Galli*, inquit, *ſtructis ante ſe ſcutis conferti ſtabant*: & paullo pòſt teſtudinem id vocat. Eam teſtudinis formam deſcribit Homerus in Iliad. ν.

Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκει προθελύμνῳ
Ἀσπὶς ἄρ᾽ ἀσπίδ᾽ ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ᾽ ἀνήρ.

Quos verſus imitatus eſt Nonnus in lib. 22. Dionyſ.

καὶ ἣν καλέουσι μαχηταὶ
Μιμηλὴν σακέεσσιν ἐπυργώσαντο χελώνην.
Ἔγχεϊ μὲν στατὸν ἔγχος ἐρείδετο, κεκλιμένη δὲ
Ἀσπὶς ἑῇ προθέλυμνος ἀμοιβαδὶς ἀσπίδι γείτων
Στεινομένη, καὶ ἔνευσε λόφῳ λόφος.

Ubi hanc pugnandi formam à militibus χελώνην, id eſt, teſtudinem dici teſtatur. Græci Tactici ζυνασπισμὸν vocant. Sic Polybius pag. 328. Editionis Caſauboni, ubi & συμφράττειν τοῖς ὅπλοις, pro eodem uſurpat. Et Dio in lib. 40. pag. 130. ubi malè Xylander vertit, *in orbem pugnare.* Etſi enim in orbem pugnantes, neceſſariò teſtudinem, ſeu συνασπισμὸν facere debent; tamen ubi teſtudo fit, non ſemper in orbem pugnatur. Leo in Tacticis σύσκυτον appellat. Joſephus lib. 4. de bello Judaïco: συνασπίζει τοὺς ἅμα αὐτῷ: quæ ſic Hegeſippus vertit: *Et ſeſe in arma colligens conſertis clypeis, cum paucis quos præſentes habebat, imperterritus ſtetit.* Valeſ.

* c *Opitulatum conturmalibus ſuis Batavi venere cum Regibus.*] Cluverius in libro I. de Antiqua Germania capite 39. emendat: *Batavi venere cum Herulis.* Heruli quippe ſemper conjunguntur Batavis ab Ammiano Marcellino, & ſub uno eodémque vexillo militaſſe ambos docet idem Marcellinus initio libri 27. In Notitia Impe-

mnia deleturi. Spicula tamen [5] verutáque miſſilia non ceſſabant, [d] ferratæque arundines fundebantur: quamquam [6] etiam comminus mucro feriebat contra mucronem, & loricæ gladiis findebantur, & vulnerati nondum effuſo cruore, ad audendum [7] [e] exertiùs conſurgebant. Pares enim quodammodo coïvere cum paribus, Alamanni robuſti & celſiores; [f] milites uſu nimio dociles: illi feri & turbidi; hi quieti & cauti: animis iſti fidentes; grandiſſimis illi corporibus freti. Reſurgebat tamen aliquoties armorum pondere pulſus loco Romanus: [g] laſſatìſque [8] impreſſus genibus, lævum reflectens poplitem barbarus ſubſidebat, hoſtem ultro laceſſens: quod indicium eſt obſtinationis extremæ. Exſiluit itaque ſubitò ardens Optimatium globus, inter quos decernebant & Reges, & ſequente vulgo ante alios agmina noſtrorum irrupit, & iter ſibi [9] aperiendo

5 *Mſ.* verrutaque. 6 *Mſ.* enim. 7 *Mſ.* exercitus. 8 *Mſ.* impreſſis. 9 *Mſ.* pariendo.

rii Occidentalis inter auxilia Palatina numerantur *Heruli & Batavi* ſub Magiſtro militum Præſentali, quos pedites fuiſſe videtur indicare Sidonius in Carmine 7. & curſu valuiſſe teſtatur. Verùm Mſſ. omnes habent: *Batavi venere cum Regibus*: & præter codicum auctoritatem, nihil temere mutandum cenſeo. Ait enim Marcellinus, Batavos & Reges accurriſſe, *ad opitulandum contubernalibus ſuis*, id eſt, commilitonibus, qui denſata ſcutorum compage in prima acie pugnantes, à Barbaris premebantur. *Reges* autem hoc loco nomen eſt numeri ſeu legionis, qui *Regii* dicuntur in Notitia Imperii loco citato. * *Valeſ.*

d *Ferratæ arundines.*] Lib. XXIV. *Nervi digitorum acti pulſibus violentis arundines ferratas emitterent.* Lib. XXXI. *Arundinibus armatis ferro confixi.* Harum Indis quoque in bello uſus. Herodot. lib. VII τόξα καλάμινα εἶχον, καὶ ὀϊστοὺς καλαμίνους, ἐπὶ δὲ σίδηρος ἦν. *Lindenbr.*

e *Exerciti conſurgebant.*] In Mſſ. omnibus legitur *exercitus*. Unde conjici poteſt legendum eſſe, *exertiùs conſurgebant*; aut ſanè, *excitatiùs conſurgebant*: ut in libro ultimo verſus finem: *At cum armatis provinciales & Palatini ad obruendos eos excitatiùs conſurgebant.* Valeſ.

f *Milites uſu nimio dociles.*] Milites καθ' ἐξοχὴν Romani dicuntur * heic & alibi paſſim. * idque obſervavi non ſemel in libris Cornelii Taciti. Hinc intelligendus eſt locus Pollionis in Claudio, in quo vir doctiſſimus hæſit, ut ex ejus Notis apparet: *Factus miles barbarus, & colonus ex Gotho.* Id eſt, Barbarus factus eſt miles legionarius, & Gothus factus eſt incola agri Romani. [Sic à Procopio ſæpe milites Romani abſolutè vocantur στρατιῶται; & à Jordane ſimiliter in libro de ſucceſſione Regnorum *milites*. Gregorius quoque Turonicus Epiſcopus Romanos ab Imperatore Conſtantinopolitano in Hiſpaniam miſſos, & cum Gothis ibi bellum gerentes, nunc *Græcos*, nunc & *milites* appellat: eoſdem Iſidorus in Chronico rarò *militem Romanum*, aut *Romanos*; ſæpius ſimpliciter *milites* nuncupat; Johannes Biclarenſis Abbas *milites* quoque. Gregorius Magnus exercitus Imperatoris in Italia Gothis primùm, deinde Langobardis oppoſitos, *milites* vocare conſuevit: quos etiam Paullus in libri III. de geſtis Langobardorum capite XVIII. & in libri IV. capite XXIX. *milites*; in libri II. capite XXVI. modò *milites*, modò *Græcos* appellat. Quod ad Barbaros attinet, obſervavi eos nec ab Ammiano Marcellino, nec à ceteris Hiſtoricis uſquam *militum* appellatione deſignatos eſſe, niſi qui ad Imperatorem tranſiiſſent, & ſacramento adſtricti Romana ſigna ſequerentur. Heic notandum eſt, Imperium Romanum Ammiano aliiſque Hiſtoricis ſæpe *Rempublicam* abſolutè nuncupari, & exercitum Romanum, *exercitum Reipublicæ*. Sic Marius in Chronico non ſemel loquitur. Sic Gregorius Turonicus Epiſcopus loquitur in libri VI. capite XXX. & in libri X. capite II. & Imperium Romanum *Reipublicæ* nudo nomine deſignat. Romanus Patricius in Epiſtola ad Childebertum Francorum Regem quater *ſanctam Rempublicam*; Mauricius Aug. in Epiſtola ad eumdem *ſacratiſſimam Remp.* Gregorius PP. Magnus *Chriſtianam Rempublicam*; Jordanes quoque de ſucceſſione Regnorum & Johannes Abbas Biclarenſis in Chronico *Rempublicam* non ſemel pro Imperio Romano uſurpant: uti Procopius in libro III. de bello Gothico πολιτείαν, id eſt, Rempublicam.] *Idem.*

g *Laſſatiſque impreſſu genibus.*] Sic Gelenio placuit. In Editione Romana legitur, *laſſatis atque impreſſis genibus*. In Regio autem codice [& Colbertino] * ac Toloſano, * *laſſatiſque impreſſis genibus*: quod magis probo: niſi malis *impreſſus*; ut apud Statium in lib. 6.

humique
Preſſus utroque genu, collecto ſanguine diſcum
Ipſe ſuper ſeſe rotat, atque in nubila condit.

Sic Marcellinus noſter in hujus prœlii deſcriptione ſuprà dixit: *Et obnixi genibus quidam barbari, peritiſſimi bellatores, hoſtem propellere laborabant.* Cornelius Nepos in Chabria: *Fugatis*, inquit, *jam ab eo conducticiis catervis, reliquam phalangem loco vetuit cedere, obnixóque genu ſcuto proiectáque haſta impetum excipere hoſtium docuit.* Denique Livius in lib. 6. *Sed obnixos vos ſtabili gradu impetum hoſtium excipere.* Idem.

aduſ-

aduſque [h] Primanorum legionem pervenit, locatam in medio, (quæ [i] confirmatio [k] Caſtra Prætoria dictitatur.) ubi denſior & ordinibus frequens miles, inſtar turrium fixa firmitate conſiſtens, prœlium majore ſpiritu repetivit: & vulneribus declinandis intentus, ſéque [l] in modum mirmillonis operiens, hoſtium latera, quæ nudabat ira flagrantior, diſtrictis gladiis perforabat. At illi prodigere vitam pro victoria contendentes, tentabant agminis noſtri laxare compagem. Sed continuata ſerie peremptorum, quos Romanus jam fidentior ſtravit, ſuccedebant barbari ſuperſtites interfectis: auditóque occumbentium gemitu crebro, pavore perfuſi torpebant. Feſſi denique tot ærumnis, & ad ſolam deinceps ſtrenui fugam, per diverſos tramites tota celeritate egredi feſtinabant: ut è mediis ſævientis pelagi fluctibus, quocumque avexerit ventus, ejici [m] nautici properant & vectores: quod voti magis quàm ſpei fuiſſe, fatebitur quilibet tunc præſens. [1] Aderátque propitiati numinis arbitrium clemens: & ſecans terga cedentium miles, cùm interdum flexis enſibus feriendi non ſuppeterent inſtrumenta, ipſis barbaris [n] tela eorum vitalibus immergebat: nec quiſquam vulnerantium ſanguine iram explevit, nec ſatiavit cæde multiplici dexteram, vel miſeratus ſupplicantem abſceſſit. Jacebant itaque plurimi transfixi letaliter, remedia mortis compendio poſtulantes: alii ſemineces labente jam ſpiritu, lucis uſuram oculis morientibus inquirebant: quorumdam capita diſciſſa trabalibus telis, & pendentia jugulis cohærebant: pars per lutoſum & lubricum ſolum in ſociorum cruore lapſi, intactis ferro corporibus, acervis ſu-

1 *Al.* Adorant prop.

h *Primanorum legionem.*] Primani ſub Magiſtro militum Præſentali inter Palatinas legiones recenſentur in Notitia Imperii Rom. Orientalis: quia ſcilicet in Orientem tranſlati fuerant, tunc cùm Valentinianus cum fratre legiones partitus eſt, aut alio quo caſu. In Editione Rom. *Primariorum* legitur, [& in codice Colbertino] Toloſanóque*: & ſic in codice Regio ſuperſcriptum eſt. In Notitia quoque Imperii Mſ. habetur *Primarii*. Valeſ.

i *Confirmatio*] Sic numeros vocat arte bellandi prævalues, & militari exercitatione confirmatos. Ut Rufin. de Bello Jud. lib. III. cap. 3. *Meditationes eorum nihil à vera contentione diſcrepant: ſed in dies ſingulos militum quiſque omnibus armis, tamquam in procinctu poſitus exercetur, quod etiam facillimè tolerant. -- Unde ſequitur ut ſemper ſuperent, quos non itidem confirmatos invenerant.* Lindenbr.

k *Caſtra Prætoria dictitatur.*] Fortè quia Imperator, quoties in exercitu eſt, eo in loco quaſi tutiore conſiſtere ſolet: ut patet ex lib. 24. initio, * & ex lib. 27. Prætorium erat in medio caſtrorum, ut docet Polybius in lib. VI. & ex eo Salmaſius in Solinum pag. 671. Hinc in exercitu media acies vocabatur *Caſtra Prætoria*. * Valeſ.

l *In modum mirmillonis*] Lib. XXIII. *Pedites in ſpeciem mirmillonum contecti.* Feſtus: *Mirmillonicum genus armaturæ Gallicum eſt, ipſique mirmillones ante Galli appellabantur.* Exempla alia apud Ciceronem, Latinum Pacat. Auſonium, Inſcript. Roman. *Lindenbr.*

m *Nautici properant vectores.*] Codex Regius [& Colbertinus] Editióque Romana ſic habent ſcriptum: *Nautici properante victores.* Unde non dubito quin legendum ſit: *Ut è mediis ſævientis pelagi fluctibus ejici nautici properant & vectores.* Vectores ſunt epibatæ, quo modo in codice Regio emendatum erat. Nautici verò ſunt nautæ: ut in lib. 15. *Ne imitari videar deſides nauticos, attrita lintea quæ licuit parari ſecuriùs, inter fluctus reſarcire coactos.* * in lib. 14. cap. 2. Sic etiam lôquitur Oroſius in lib. 4. capite 19. Quæ quidem loquendi forma Græcanica eſt. Græci enim ejuſmodi adjectivis delectantur, & ναυτικοὺς dicunt pro ναύταις, & τεκτονικοὺς & γραφικοὺς pro fabris & pictoribus, ut Gregorius Nazianzenus in Oratione 27. & νομικοὺς pro Juriſperitis, ut occurrit apud Artemidorum in libro 4. Sic etiam στρατιωτικοὺς uſurpant pro στρατιώταις, ut Gregorius Nazianzenus in Oratione 32. eodem planè modo quo Marcellinus *militares* pro militibus ſæpiſſime ponit. Denique ἰατρικοὺς pro medicis dixit Porphyrius in Vita Plotini. Vide Leopardum in libri 12. cap. 3. * *Valeſ.*

n *Tela eorum vitalibus immergebat.*] Tela eorum dixit, quod alius diceret magis Latinè, tela ſua, * aut

perruentium obruti necabantur. Quæ ubi ſatis evenere proſperrimè, validiùs inſtante victore, acumina denſis ictibus hebeſcebant, ſplendentéſque galeæ ſub pedibus volvebantur, & ſcuta: ultimo denique trudente diſcrimine barbari, cùm elati cadaverum aggeres exitus impedirent, [2] ad ſubſidia fluminis petivere, quæ ſola reſtabant, eorum terga jam [3] perſtringentis. Et quia [o] curſu ſub armis concito fugientes miles indefeſſus urgebat: quidam nandi peritiâ eximi ſe poſſe diſcriminibus arbitrati, animas fluctibus commiſerunt. Quâ cauſâ celeri corde futura prævidens Cæſar, cum Tribunis & Ducibus clamore objurgatorio prohibebat, ne hoſtem avidiùs ſequens noſtrorum quiſquam ſe gurgitibus committeret verticoſis. Unde id obſervatum eſt, ut marginibus inſiſtentes confoderent telorum varietate Germanos: quorum ſi quem morti velocitas ſubtraxiſſet, jacti corporis pondere ad ima fluminis ſubſidebat. Et velut in quodam theatrali ſpectaculo aulæis miranda monſtrantibus, multa [4] licebat jam ſine metu videre: nandi ſtrenuis quoſdam neſcios [5] adhærentes; fluitantes alios, cùm [6] expeditioribus linquerentur ut ſtipites; & velut luctante amnis violentia, vorari quoſdam fluctibus involutos; nonnullos clypeis vectos, præruptas undarum occurſantium moles obliquatis meatibus declinantes, ad ripas ulteriores poſt multa diſcrimina pervenire. Spumans denique cruore barbarico decolor alveus inſueta ſtupebat [7] augmenta. Dum hæc aguntur, Rex Chnodomarius repertâ copiâ diſcedendi, lapſus per funerum ſtrues, cum ſatellitibus paucis celeritate rapida properabat ad caſtra, quæ [p] prope [8] Tribuncos & Concor-

2 τὸ ad *deeſt al.* 3 *Mſ.* perſtringentes. 4 *Mſ* licebat jam ſine. 5 *Al.* adhærere. 6 *Al.* expediti virib. *mſ.* cum expeditioribus linq. 7 *Al.* argumenta. 8 *Al.* Tribuncos. *mſ.* Tribunos.

---

tela ipſorum *: Græcorum more, qui *αὐτὸς* indifferenter uſurpant: *τὰ αὐτῶν βέλη. Valeſ.*

o *Curſu ab armis concito.*] Longè elegantiùs in codice Regio [& Colbertino:] *Curſu ſub armis concito.* Atque ita Editio Rom. & Aug. & Baſil. Ut mirer quis vulgatæ Lindenbrogio lectionis auctor fuerit. Atqui ita ut edidimus loquuntur Ennius, Virgilius, Silius, & poſtremò Imp in lege 1. quibus equorum uſus. *Idem.*

p *Prope Tribuncos & Concordiam.*] Concordia prope Brocomagum in Triboccis ſita erat, ut docet Itinerarium Antonini. * Cluverius in capite 12. lib. 2 corrigit: *Prope Triboccos & Concordiam munimentum Romanum.* Ait enim fieri non potuiſſe, ut caſtra Chonodomarii vel Chnodomarii prope duo Romana munimenta eſſent: alioquin nimis vaſta & ampla fuiſſent. Sed hæc ratio nulla, vel certè leviſſima eſt. Quid enim? ſi caſtra Chnodomarii æqualiter diſtabant à duobus hiſce Romanis munimentis; nonne dici poterant prope utraque poſita eſſe? Accedit, quòd emendatio illa, *prope Triboccos*, ferri non poteſt. Nam Tribocci vel potiùs Triboci nomen populi eſt, non autem loci. Sed neque ei aſſentior, quum dicit, *caſtra* ea Chnodomarii Regis, eſſe ipſum vallum barbaricum ſeu caſtra omnium Alamannorum: neque enim dubito, quin diverſa ſint. Quippe Chnodomarius antequam copias ſuas cum ceteris Regibus Alamannis conjunxiſſet, caſtra ipſe ſeorſum poſuerat prope Tribuncos & Concordiam: deinde fugato Barbatione, cum ceteris popularibus copias ſuas junxit & prope Argentoratum unà cum eis caſtra collocavit ut teſtis eſt Marcellinus. Caſtra ergo Alamannorum reliquorum prope Argentoratum fuere; Chnodomarii *prope Tribuncos*, vel (ut in codice Regio & Colbertino legitur) *prope Tribunos.* Ex quibus refellitur alius error Cluverii, qui hanc pugnam Argentoratenſem ait eſſe dictam, non quòd ſub ipſis Argentorati mœnibus pugnata ſit, ſed quòd notiſſima ejus tractus urbs eſſet Argentoratum, quæ tamen xv. millibus inde aberat. Putavit ergo prope Concordiam eſſe pugnatum infra Argentoratum: quod falſum eſt. Alamanni enim cùm Barbationis exercitum fugâſſent adusque Rauracos, inde reverſi, junctis cum popularibus copiis in Argentoratenſibus campis conſtitere, qui ſunt inter Argentuariam & Argentoratum. Unde Victoris Epitome *in Argentoratenſibus campis* à Juliano Cæſ. pugnatum eſſe refert; * [& Ammianus ipſe initio libri 17. eam *Argentoratenſem pugnam* diſertè appellat, & in lib. 15. *Argentoratum Barbaricis cladibus notum* ob id nuncupat: in li

diam munimenta Romana fixit intrepidus, ut [9] [q] eſcenſis navigiis, dudum paratis ad caſus ancipites, [r] in ſecretis ſe ſeceſſibus [1] amandaret. Et quia nonniſi Rheno tranſito ad [2] tentoria ſua poterat pervenire, vultum ne agnoſceretur operiens, ſenſim retulit pedem. Cúmque propinquaret jam ripis, lacunam paluſtribus aquis interfuſam circumgrediens ut tranſiret, calcata mollitie glutinoſa, equo eſt evolutus: & confeſtim licèt obeſo corpore gravior, ad ſubſidium vicini collis evaſit: quem agnitum (nec enim potuit celare qui fuerat, fortunæ prioris magnitudine proditus) ſtatim anhelo curſu cohors cum Tribuno ſecuta, armis circumdatum aggerem nemoroſum cautiùs obſidebat, perrumpere verita ne fraude latenti inter ramorum tenebras exciperetur occultas. Quibus viſis compulſus ad ultimos metus, ultro ſe dedit, ſolus egreſſus: [ſ] comitéſque ejus ducenti numero, & tres amici junctiſſimi, [t] flagitium arbitrati poſt Regem vivere, vel pro Rege non mori, ſi ita tulerit caſus, tradidere ſe vinciendos. Utque nativo more ſunt barbari humiles in adverſis, diſparéſque in ſecundis: ſervus alienæ voluntatis trahebatur pallore confuſus, claudente noxarum conſcientia linguam: immenſum quantum ab eo differens, qui poſt feros lugubréſque terrores cineribus Galliarum inſultans, multa minabatur & ſæva. Quibus ita favore ſuperni numinis terminatis, poſt exactum jam diem, occinente liticine revocatus invictiſſimus miles, prope ſupercilia Rheni tendebat, [v] [x] ſcutorúmque ordine multiplicato vallatus, victu fruebatur & ſomno. Ceciderunt autem in hac pugna Romani quidem CCXL & III. rectores verò

9 *Mſ.* eſcenſis. 1 *Mſ.* emendaret. 2 *Mſ.* tentoria.

bro 17. tres Reges memorat, *qui miſere victis apud Argentoratum auxilia*: & in lib. 20. de prœlio iſto loquens, *prope Argentoratum illuxiſſe illam beatiſſimam diem* ait. Eutropius in libro x. ſcribit, à Juliano Cæſ. *apud Argentoratum ingentes Alamannorum copias exſtinctas eſſe.*] Valeſ.

q *Eſcenſis navibus.*] Quum ſic viderem notare Lindenbrogium ex codice S. Marci Florentiæ, non dubitavi id ſequi, etſi Pariſiis id verbum in Latinitate velint ignorare, ut præter hunc locum oſtendunt indoctiſſimæ notæ, quibus illic contaminarunt Livium. Vix eſt, ut non arbitrer etiam in codicibus Mſſ. per Valeſios inſpectis ſimiliter haberi; ut certe non debuerint contra illos edere *adſcenſis*. Gron.

r *In ſecretis ſeceſſibus evaderet.*] Ita correxit Gelenius, cùm antea legeretur in cunctis Editionibus *emendaret*. In Regio codice ſcriptum eſt *demandaret*. Unde facile erat veram ſcripturam elicere, præſertim cùm Marcellino noſtro familiaris ſit hæc locutio, ut in libro 25. & alibi. *Valeſ.*

ſ *Comiteſque ejus ducenti.*] Paullo antè *ſatellites* vocavit, ut notat Cluverius in capite 48 Germaniæ antiquæ. Infra quoque in libro XXI. *comites* appellantur; in libro XXIX. & XXXI. *ſatellites* dicuntur, uti ab Hieronymo in Micheam pag. 341. & à Procopio in libro 2. Vandalicorum pag. 161. Sed non probo, quod Cluverius ibidem ſcribit, Romanos nomina illa *Ducum* & *Comitum* à Germanis, qui in Palatio Cæſarum militabant, hauſiſſe. Germani enim potiùs ea vocabula dignitatum à Romanis hauſerunt, cùm ſint merè Latina. * *Idem.*

t *Flagitium arbitrati poſt Regem vivere, vel pro Rege non mori.*] Tacit. de Morib. Germ. *Infame in omnem vitam ac probroſum, ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ ejus aſſignare, præcipuum ſacramentum eſt.* Curtius lib. IV. *Curru Darius, Alexander equo vehebatur: utrumque Regem delecti tuebantur, ſui immemores: quippe amiſſo Rege nec volebant ſalvi eſſe, nec poterant.* Lindenbr.

v * *Scutorumque ordine multiplicato vallatus, victu fruebatur & ſomno.*] Jordanes in Geticis: *Aetius tandem ad ſocia caſtra perveniens, reliquum noctis ſcutorum defenſione tranſegit.* * Idem.

x *Scutorumque ordine multiplicato vallatus.*] Munitio caſtrorum fiebat olim generibus quinque: foſſa, vallo, cervulo, aggere, & agminibus. Quoties cervuli deerant, & erat locus ſuſpectior, agminibus ſeu armorum ordinibus quatuor caſtra muniebant, ut per ſingulos ordines vigiliæ ordine ponerentur; & equites alterna vice caſtra circuibant. Si in pacato caſtra eſſent, unus ordo armorum ſufficiebat, vigiliæ rariores ponebantur.

IV. Bainobaudes Cornutorum Tribunus, adæquè Laipſo, & Innocentius Cataphractarios ducens, & vacans quidam Tribunus, cujus non ſuppetit nomen: ex Alamannis verò [3] [y] ſex millia corporum [4] inventa ſunt in campo conſtrata, & inæſtimabiles mortuorum acervi per undas fluminis ferebantur. Tunc Julianus, ut erat fortuna ſui ſpectatior, meritiſque magis quàm imperio potens, Auguſtus acclamatione concordi totius exercitus appellatus, ut agentes petulantiùs milites increpabat, id ſe nec ſperare, nec adipiſci velle jurando confirmans. Et ut augeret eventus ſecundi lætitiam, [5] [z] concilio Chnodomarium juſſit ſibi offerri: qui primò curvatus, deinde humi ſuppliciter fuſus, [a] gentilíque prece veniam poſcens, bono animo eſſe eſt juſſus. Et diebus poſtea paucis ductus ad comitatum Imperatoris, miſſúſque exinde Romam, in [b] Caſtris Peregrinis, quæ in monte ſunt Cælio, morbo veterni conſumptus eſt. His tot ac talibus proſpero peractis eventu, in palatio Conſtantii quidam Julianum culpantes, ut Princeps ipſe [6] delectaretur, [c] inriſivè [d] Victorinum ideo nominabant, quòd verecundè referens, quoties imperaret, ſuperatos indicabat ſæpe Germanos. Intérque exaggerationem inanium laudum, oſtentationémque apertè lucentium, inflabant ex uſu Imperatorem ſuopte ingenio nimi-

3 *Mſ.* ſexaliis millia. 4 *Al.* inventa ſunt. 5 *Mſ.* concilio .... mu ſpeciare Chonodom. 6 *Mſ.* delectaretur inuriſme Victorin. *al.* delectaretur Victoriam ſive Victorinum.

---

ut ſcribit Hyginus in Gromatico. * Idem etiam in obſidionibus urbium fiebat, ut dicemus ad librum 21. Sed Lipſius in libri V. de militia cap 6. hos ſcutorum ordines, quorum hcic & alibi meminit Marcellinus, reipſa ſeriem fuiſſe ſcutorum exiſtimat humi depoſitorum, ridiculo & puerili errore. * *Valeſ.*

y *Sex millia corporum.*] At Zoſimus plus æquo Juliani gloriæ ſtudens, ſexaginta millia Alamannorum dicit in campo conſtrata, totidémque vi fluminis conſumpta: quod eſt falſiſſimum, cùm ante hanc pugnam XXXV. dumtaxat armatorum millia in Germanorum exercitu numerarentur, ut Marcellinus noſter teſtatus eſt ſuprà; ſeu XXX. millia, ut ait Libanius in Orat. citata. Idem Libanius octo millia Germanorum in acie dicit interempta his verbis: καὶ ἐκεκάλυπτο μὲν τὸ πεδίον ὀκτακισχιλίοις νεκροῖς· ἐκρύπτετο δὲ ὁ ῥεῖθρος τοῖς ἀπειρίᾳ τοῦ νεῖν ἀποπνιγεῖσι. Sic enim ſupplemus cum Libanii locum ex Mſ. codice. Nam in vulgatis exemplaribus numerus occiſorum deeſt. Quæ cùm ita ſint, pæne adducor, ut credam in Zoſimo legendum: ἓξ μὲν ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ χιλιάδων ἀπολομένων, &c. non μυριάδων. Contigit autem inſignis hæc Juliani victoria in Argentoratenſibus campis Conſtantio IX. & Juliano II. Coſſ. anno Domini 357. * In Mſ. Regio [& in Colbertino,] *ſex aliis milia corporum*, legitur, vel *alus.* * Idem.

z *Concilio Chnodomarium juſſit offerri.*] In codice Regio ſcriptum eſt: *Concilio............ mus ſpeciare Chnodomarium ſibi juſſit offerri*: & ſic ferè in Mſ. Florentino legi teſtatus eſt Lindenbrogius. [In Colbert. legitur: *Concilio .... muſpeciare Chnodomarium ſibi juſſit offerri.*] Unde conjici poteſt, ita à Marcellino ſcriptum fuiſſe: *Concilio convocato captivos omnes, ſpecialiter Cnodomarium ſibi juſſit offerri.* In exemplari Regio Cnodomarius ubique ſcribitur, præterquàm uno aut altero in loco. Julianus in Epiſt. ad Athenienſes Χνοδομάριον vocat. In Victoris Epitome dicitur Nodomarius in Mſſ. *Idem.*

a *Gentilique pace veniam poſcens.*] Emendandum eſſe exiſtimavi, *gentili prece*; quomodo Marcellinum alibi locutum eſſe memini: ſed locus in præſenti non ſuccurrit. *Idem.* Modo ante repoſui *ſuppliciter*, ubi novelli Parienſes perperam ediderant *ſimpliciter.* Gron.

b *Caſtra peregrina, quæ in monte ſunt Cælio.*] In regione nempe Urbis II. Sext. Ruſus & Victor in Deſcriptione Urb. *Lindenbr.*

c *Injuriſſime Victorinum.*] Sic primus excudi juſſit Gelenius, ex conjectura, ut opinari datur. Nam in Mſ. Flor. legitur, *inuriſme.* Ego verò cùm in codice Regio *. Toloſanóque, * [& Colbertino] reperiſſem ſcriptum *inuriſive*, unâ litterâ expunctâ legendum eſſe putavi *inriſive.* In Editione certè Rom. legitur, ... *ſive Victorinum.* Valeſ.

d *Quidam Julianum inriſive Victorinum nominabant, quod ſuperatos indicabat ſæpe Germanos.*] Sic iidem Aulici adulatores in Palatio Conſtantii de Juliano dictitabant: *In odium venit cum victoriis ſuis capella, non homo*: ut Ammianus in lib. XVII. tradit. Victorinus autem, ſtrenuus admodum ac belli ſcientiâ clarus, poſt Poſtumum atque Lollianum Tyrannos imperavit in Galliis principatu Gallieni Aug. ac multas ex Alamannis & Francis ceteríſque Germanis victorias tulit: ita ut ob id maximè Julianus Alamannorum & Francorum victor, ei comparari potuerit. Julianum porrò Aulici in comitatu Con-

um, quidquid per omnem terræ ambitum agebatur, [c] felicibus ejus auſpiciis adſignantes. Quocirca magniloquentiâ elatus adulatorum, [f] tunc & deinde edictis propoſitis arroganter [g] ſatis multa mentiebatur, ſe ſolum, cùm geſtis non adfuiſſet, & dimicaſſe, & viciſſe, & ſupplices Reges gentium erexiſſe aliquoties ſcribens: & ſi verbi gratiâ eo agente tunc in Italia, dux quidam egiſſet fortiter contra Perſas, nulla ejus mentione per textum longiſſimum facta [h] [i] laureatas litteras ad provinciarum [7] damna mittebat, ſe inter primores ver-

7 *Mſ.* damna.

ſtantii per ludibrium *Victorinum* quidem à victoriis ſuis Germanicis appellitabant: ſed præterea hoc nomine tacitè ſignificabant metuendum cavendúmque eſſe, ne ſicuti ſub Gallieno Victorinus fecerat, Julianus quandoque à Conſtantio auctore ſuo deficeret, ac Galliarum Imperium occuparet.] *Valeſ.*

e *Felicibus ejus auſpiciis aſſignabant.*] Non omnino abſque jure, ut ait Aurelius Victor: cujus hæc ſunt verba, ubi de Juliani Cæſaris rebus geſtis loquitur: *Quæ quamquam in ejus fortuna, Principis tamen & conſilio accidere. Quod adeo præſtat, ut Tiberius Galeriúſque ſubjecti aliis egregia pleraque; ſuo autem ductu atque auſpicio minùs paria experti ſint.* [Quæ ſic emendanda cenſeo: *Quæ quamquam vi ejus, fortunâ Principis tamen & conſilio accidêre:* id eſt, quæ licèt virtute ac induſtria Juliani Cæſaris acciderint: tamen fortunæ, felicitati, atque conſiliis Conſtantii Aug. ſunt adſcribenda.] *Idem.* Admodum ſero hæc emendatio per poſtremam Pariſinam editionem venditatur; quum vel ante primum harum notarum exitum ab Germanis locus ille & quidem ad eundem modum fuerit conſtitutus, ut patet ex indicio, quod ultimus profeſſus eſt Rupertus ad Valerii Maximi librum IV cap. I pag. 266. *Gron.*

f *Tunc & deinde edictis propoſitis arroganter ſatis multa mentiebatur, ſe ſolum, cum geſtis non adfuiſſet, & dimicaſſe, & viciſſe, & ſupplices Reges gentium erexiſſe aliquoties ſcribens, &c.*] Nimius quidem forſitan in affectatione laudis & in jactatione ſui fuit Conſtantius Aug. non ideo tamen à Marcellino tantopere in gratiam Juliani debuit irrideri: cùm Aurelius Victor, ſcriptor æqualis, de hac ipſa re ſcribens, Juliani Cæſaris ex Alamannis victorias captóſque eorum Reges, *virtuti quidem ejus, fortunæ autem & conſiliis Conſtantii Principis aſſignet*, uti docent verba Victoris ſuprà laudata. Imperatores tum Cæſares ſuos pro Ducibus ſuis, ac pæne etiam pro Apparitoribus habere conſueverant, ſicut ipſemet Marcellinus indicat, de Gallo & Juliano Cæſaribus loquens. Quis autem miretur, Imperatorem aut Regem Ducum ſuorum victorias ſibi vindicare, ipſius auſpiciis atque conſiliis, militum ipſius manibus relatas? Juliano Cæſare in Galliis pugnante cum Germanis, aberat quidem Conſtantius corpore; ſed aderat animo, aderat conſiliis ſuis, ſuis auſpiciis ac initiis, imperio ſuo. Per milites ejus ſtipendio conductos res gerebatur: in ſignis atque vexillis imago ejus præferebatur: idem advecto undique ex provinciis ſuis commeatu paſcebat exercitum: ita ut qui hæc cuncta animadverterit, negare vix poſſit Imperatorem fuiſſe præſentem: *A vobis proficiſcitur, etiam quod per alios adminiſtratur: in omnibus pulcherrimis rebus, etiam quæ aliorum ductu geruntur, Diocletianus facit; tu tribuis effectum:* ut ait Mamertinus in Panegyrico Maximiano Aug. dicto. Marcus Aurelius Antoninus Britannos, inprimis Brigantes, per Lollium Urbicum Legatum vicit, & magna finium parte multavit: & tamen in Panegyrico, quem Eumenius Conſtantio Cæſari dixit, de Britannica iſta Antonini victoria hæc reperio: *Fronto Rom. eloquentiæ alterum decus, cùm belli in Britannia confecti laudem Antonino Principi daret, quamvis ille in ipſo Urbis Palatio reſidens, alteri gerendi ejus mandaſſet auſpicium: veluti longæ navis gubernaculis præſidentem, totius velificationis & curſus gloriam meruiſſe teſtatus eſt.* Quinetiam obſervo, nonnumquam quæ Reges ac Imperatores per legatos ſuos duceſve geſſere, ipſorummet Regum ac Imperatorum *ductu geſta* dici: quaſi ipſi exercitus ſuos duxerint, ipſi bellis ſuis ac prœliis præſentes interfuerint. Certè Q. Curtius initio libri V. de Alexandro Darium victum inſequente, & de ejus abſentis in Græcia Thraciáque victoriis ſic loquitur: *Quæ interim ductu imperioque Alexandri vel in Græcia, vel in Illyriis & Thracia geſta ſunt, ſi quæque ſuis temporibus reddere voluero, interrumpendæ ſunt res Aſiæ, &c.* Auguſtus Cæſar omnia externa bella, excepto Dalmatico atque Cantabrico, per legatos adminiſtravit, ſi Suetonio creditur; ac in primis Alpes feris nationibus celebres abſens perdomuit. Nihilominus tamen Inſcriptionem refert Plinius in lib. III. capite XIX. in qua *ejus ductu auſpiciiſque gentes Alpinæ omnes ſub Imperium populi Rom. eſſe redactæ* dicuntur, ac ſuis quæque nominibus appellantur.] *Valeſ.*

g *Satis multa mentiebatur: ſe ſolum, quum geſtis non adfuiſſet, &c.*] In luto ſycophantæ aut philoſophi hærere hic Ammianum judicat Gruterus, fere cum Valeſianis conveniens, quum nemo unquam Regum aliter ſcripſerit, imo aliter ſcribere debuerit ad homines aulicarum rerum peritos, in diſſertatione prima ad Tacitum, ubi agit de auſpiciis & eorum majeſtate. Quam ut agnoſcimus, ſic totus Latinæ linguæ uſus, cui utique aula Romanorum Principum in multis partibus normam dedit, ſemper diſtinxit inter auſpicia & ductum ipſius Imperatoris, cujus tamen ſic quoque auſpicia aderant. Et longe aliud eſt, ſi aulicus efficaciam auſpiciorum amplificet; aliud moderatio Principis, non quidem ea inficiantis, ſed ex vero temperantis deſiderat, ut & Conſtantii ſermo potuerit verior fuiſſe, nec tam aperto ludibrio affinis. *Gron.*

h *Laureatas litteras.*] Plin. lib. cap. XV. XXX. de lau-

ſatum cum odioſa ſui jactatione ſignificans. Exſtant denique ejus edicta [k] in [l] tabulariis Principis publicis [8] condita............ delata narrandi, [9] extollendique ſemet in [1] cælum. ab Argentorato cùm pugnaretur [m] manſione quadrageſima diſparatus, deſcribens prœlium, aciem ordinaſſe, & ſtetiſſe inter ſigniferos, & Barbaros fugaſſe præcipites, ſibíque oblatum falsò indicat Chnodomarium; (proh rerum indignitas!) ſuper Juliani glorioſis actibus conticeſcens: quos ſepelierat penitus, ni fama res maximas vel obumbrantibus plurimis ſilere neſciret.

8 *Mſ.* condi.... memoria. 9 *Mſ.* extollendóque. 1 τὸ ab *deeſt al.*

---

ro: *Romanis præcipuè lætitiæ victoriarumque nuntia additur litteris, & militum lanceis piliſque.* * Tacit. Hiſtor. 3. p. 551. *Lauream proſperè geſtæ rei ad fratrem miſit.* * Appian. in Mithrid. Λούκουλλος περὶ τῶνδε Ῥωμαίοις ἐπέστελλε τὰ γράμματα δάφνη περιβαλὼν, ὡς ἔθος ἐστὶν ἐπὶ νίκαις. Lamprid. in Alexand. Sever. *Actæ ſunt res feliciter in Mauritania Tingitana per Furium Celſum—atque ex omnibus locis ei tabellæ laureatæ ſunt delatæ*: & alibi apud Livium. *Lindenbr.*

i *Laureatas litteras ad provinc. ſigna mittebat.*] Rectè in Editione Rom. perinde ac in Mſſ. omnibus legitur, *ad provinciarum damna.* Quanto damno provincialibus hæ fuerint litteræ, ſatis docet Salvianus in lib. 5. & titulus totus in Codice Theod. ne quid publicæ lætitiæ nuntii ex deſcriptione, vel ab invitis accipiant. Verba Salviani ſunt hæc: *Veniunt plerumque novi nuntii, novi epiſtularii à ſummis ſublimitatibus miſſi, qui commendantur illuſtribus paucis ad exitia plurimorum: decernuntur his nova munera, novæ indictiones: decernunt potentes, quod ſolvant pauperes: decernit gratia divitum, quod pendat turba miſerorum.* * Quare Chryſoſtomus in comparatione Regis & Monachi ait, Reges ſubditorum damno & vincere & vinci, eorúmque victorias plus ferè ſubjectis graves eſſe, quàm clades, eo quòd plus inde licentiæ accedit militi, plus etiam Imperatori. * Accedit teſtimonium Libanii ex Orat. pro Ariſtophane Corinthio pag. 213. cujus verba facere non poſſum, quin hic adſcribam. καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἐπιδείξει τοῦτον οὐκ ἐπιμελητὴν ὁρίων, οὐκ ἄγγελον ὑπάτων, οὐ νίκης μηνυτὴν, οὐδὲ ἄλλο τῶν τοιούτων ὑπηρετηκότα, ὃ τὰς μὲν πόλεις ἀπώλλυεν, τοὺς δὲ δοκοῦντας διακονεῖν μετὰ ἁμαξῶν χρυσὸν ἀγόντων ἀπέπεμψε. *Neque quiſquam oſtendet hunc aut limitis inſpiciendi, aut Conſulum nuntiandorum, aut indicandæ victoriæ, aut aliorum ſimilium miniſterio functum eſſe: quæ omnia civitatibus quidem perniciem creabant, ipſos verò miniſtros cum curribus auro onuſtis dimittebant.* Loquitur de Ariſtophane, qui fuerat Agens in rebus. * Ad quorum Scholam hæc miniſteria pertinebant. Porrò hæ laureatæ litteræ, ſimul atque acceptæ fuerant in provinciis, ſtatim publicè recitabantur in Theatro, adſtantibus Honoratis, Decurionibus & plebeiis, ídque ſummo cum ſilentio ac reverentia: ut teſtatur Chryſoſtomus Homiliâ xx, in Matthæum: ubi inter cetera quum ait: καὶ τὰ ἐπινίκια ταῦτα ἃ τὰ γράμματα εὐαγγελίζεται, πολλῷ τῶν ἐν τῇ γῇ φρικωδέστερα; manifeſtè ad laureatas litteras alludit, quibus victoriæ Principum nuntiabantur: ídque ex ſequentibus magis etiam apparet, licèt interpres aliter intellexiſſe videatur. * *Valeſ.*

k *In tabulariis Pr. publicis condigne ſcriptis.*] Hunc locum prout in Regio codice legebatur, excudendum curavi, exploſâ conjecturâ P. Caſtelli, quâ nihil abſurdius. [In Mſ. Colbert. legitur *dicta* pro *edicta*, item *extollendóque.*] Quòd ſi conjecturæ locus eſſet, ſic ferè ſcriptum à Marcellino fuiſſe exiſtimarem: *Exſtant denique ejus Principis edicta in tabulariis publicis condita, in quibus ambitiosè delata narrando, extollendóque ſemet in cælum, ab Argentorato, &c.* Idem.

l *Tabulariis publicis.*] In quibus adſervantur acta publica, privilegia, aliaque id genus ſcripta, quorum Reipubl. intereſt. Cicero pro Archia, & de Nat. Deor. *Privata tabularia*, in quibus chartæ privatæ. L. 92. ff. de leg. III. *In fundo tabularium eſt, in quo ſunt & complurium mancipiorum emptiones, ſed & fundorum variorum & contractuum inſtrumenta.* Lindenbr.

m *Manſione* XL. *diſparatur.*] D. Hilarius in Pſalm. CXVIII. *In communibus & terrenis viis legem meminimus eſſe in ſpatiis menſurarum, cùm paſſuum mille intervallo quædam viæ ſigna ſtatuuntur, cùm manſionum requies diſponitur, cùm uſque ad urbem refectioni viantium congrua rurſum manſionum intervalla dimenſa ſunt.* Hocque ſignificatu reperitur ſæpe in Notitia viarum, item apud Hieronym. Jordanem Hiſtoriæque Augg. Scriptores. *Idem.*

Explicit Liber XVI.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XVII.

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XVII. continentur.

CAPUT I. *Julianus C. tranſito Rheno Alamannorum vicos diripit ac incendit: ibi munimentum Trajani reparat, & decimeſtres inducias Barbaris concedit.*

C. II. *Julianus Cæſar* DC. *Francos Germaniam II. vaſtantes obſidet, & ad deditionem fame compellit.*

C. III. *Julianus Cæſar Gallos tributis oppreſſos levare conatur.*

C. IV. *Juſſu Conſtantii Aug. obeliſcus Romæ in Circo Maximo ſubrectus conſtituitur: & de obeliſcis, ac de notis hieroglyphicis.*

C. V. *Conſtantius A. & Sapor Perſarum Rex fruſtra de pace per litteras & legatos agunt.*

C. VI. *Juthungi, gens Alamannica, in Rætiis quas populabantur, à Romanis cæſi fugatíque.*

C. VII. *Nicomedia terræmotu proſtrata: & quot modis terra quatiatur.*

C. VIII. *Julianus C. Salios, gentem Francicam, in deditionem accipit: Chamavorum alios cædit, alios capit, reliquis pacem tribuit.*

C. IX. *Julianus C. tria munimenta ad Moſam, everſa à Barbaris inſtaurat, & à milite famem patiente probris ac minis inceſſitur.*

C. X. *Suomarius & Hortarius Alamannorum Reges, captivis redditis, ab Juliano Cæſare pacem impetrant.*

C. XI. *Julianus Cæſar, poſt res in Gallia bene geſtas, in aula Conſtantii Aug. ab invidis deridetur, ſegniſque & timidus appellatur.*

C. XII. *Conſtantius A. Sarmatas dominos olim, tum exſules, & Quados, Pannoniarum & Mœſiæ vaſtatores, ad obſides dandos & captivos reddendos compellit: atque exſulibus Sarmatis, in libertatem avitaſque ſedes reſtitutis, Regem imponit.*

C. XIII. *Conſtantius Aug. Limigantes Sarmatas ſervos, poſt magnam ipſorum cædem factam, cogit ſedibus ſuis emigrare, ac milites ſuos alloquitur.*

C. XIV. *Romani Legati de pace, re infecta revertuntur ex Perſide, Sapore Armeniam & Meſopotamiam repetente.*

CAPUT I. HAc rerum, quas jam digeſſimus, varietate ita concluſa, Martius juvenis Rheno poſt Argentoratenſem pugnam otioſè fluente ſecurus, ſollicitúſque ne diræ volucres conſumerent corpora peremptorum, ſine diſcretione cunctos humari mandavit: abſolutíſque legatis, quos ante certamen ſuperba quædam portaſſe prædiximus, ad Tres-tabernas revertit. Unde cum captivis omnibus prædam Mediomatricos, ſervandam ad reditum uſque ſuum, duci præcepit: & petiturus ipſe Mogontiacum, ut ponte compacto tranſgreſſus, in ſuis requireret barbaros, cùm nullum reliquiſſet in noſtris, refragante vetabatur exercitu: verùm facundia jucunditatéque ſermonum allectum, in voluntatem traduxerat ſuam. Amor enim poſt documenta flagrantior, ſequi libenter hortatus eſt omnis operæ conturmalem, auctoritate magnificum ducem, plus laboris indicere ſibi quàm militi, ſicut perſpicuè contigit, aſſuetum. [a] Móxque ad locum prædictum eſt ventum, flumine pontibus conſtratis tranſmiſſo, occupavere terras hoſtiles. At barbari præſtricti negotii magnitudine, qui ſe in tranquillo poſitos otio tunc parum inquietari poſſe ſperabant, aliorum exitio quid fortunis ſuis immineret anxiè cogitantes, ſimulata pacis petitione, ut primæ vertiginis impetum declinarent, [1] miſere legatos cum verbis compoſitis, quæ denuntiarent concordem fœderum firmitatem: incertúmque quo conſilio aut inſtituto mutata voluntate, per alios curſu celeri venire compulſos, acerrimum noſtris minati ſunt bellum, ni eorum regionibus exceſſiſſent. Quibus clara fide compertis, Cæſar prima noctis quiete navigiis modicis & velocibus octingentos impoſuit milites: [b] ea re ut vi ingenti [2] ſurſumverſum decurſo egreſſi, quidquid invenire potuerint, ferro violarent & flammis. Quo ita diſpoſito, Solis primo exortu viſis per montium vertices barbaris, ad celſiora ducebatur alacrior miles: nullóque invento, (hoc ſiquidem opinati diſceſſere confeſtim) eminus [3] ingentia fumi volumina viſebantur, indicantia noſtros perruptas populari terras hoſtiles. Quæ res Germanorum perculit animos, atque deſertis inſidiis, quas per arta loca & latebroſa ſtruxerant noſtris, trans Menum nomine fluvium ad opitulandum ſuis neceſſitudinibus avolarunt. Ut enim rebus amat fieri dubiis & turbatis, hinc equitum noſtrorum accurſu, inde navigiis vectorum militum impetu repentino

1 *Al.* miſerunt. 2 *Al.* ſurſum verſus. 3 *Al.* ingentis fumi.

a *Moxque ut ad locum prædictum eſt ventum.*] Scribe ex Editione Rom. & ex Mſ. Regio [ac Colbertino:] *Móxque ad locum prædictum eſt ventum*; ut libro XIV. cap. 10. & libro XVI. cap. 7. Sic in Geſtis purgationis Cæciliani & Felicis pag. 14. & pag. 22. Sed & Marcellinus Comes in Chronico Lucio Conſule, necnon Paullo & Muſciano Coſſ. ita loquitur; ita & Commodianus. *Valeſ.*

b *Eorum viginti ſurſumverſus.*] Cùm hæc ſenſu omni

per-

perterrefacti, evadendi ſubſidium velox locorum invenere prudentes: quorum digreſſu miles liberè gradiens, [c] opulentas pecore villas & frugibus rapiebat nulli parcendo. Extractíſque captivis, domicilia cuncta curatiùs ritu Romano conſtructa, flammis ſubditis exurebat. [4] Emenſáque æſtimatione decimi lapidis, cùm [d] prope ſilvam veniſſet ſqualore tenebrarum horrendam, ſtetit diu cunctando, indicio perfugæ doctus, [e] per ſubterranea quædam occulta foſſáſque multifidas latere plurimos, ubi habile viſum fuerit erupturos. Auſi tamen omnes accedere fidentiſſimè, ilicibus inciſis & fraxinis, roboréque abietum magno ſemitas invenere conſtratas. Ideóque gradientes cautiùs retrò, non niſi per amfractus longos & aſperos ultra progredi poſſe, vix indignationem capientibus animis, advertebant. Et quoniam aëris urente ſævitia, cum diſcriminibus ultimis laborabatur incaſſum, (æquinoctio quippe autumnali exacto, per eos tractus ſuperfuſæ nives opplevere montes ſimul & campos) opus arreptum eſt memorabile. Et dum nullus obſiſteret, [f] munimentum quod in Alamannorum ſolo conditum Trajanus ſuo nomine voluit appellari, dudum violentiùs oppugnatum, tumultuario ſtudio reparatum eſt: locatíſque ibi pro tempore defenſoribus, ex Barbarorum viſceribus alimenta congeſta ſunt. Quæ illi maturata ad ſuam perniciem contemplantes, metúque rei peractæ volucriter congregati, precibus & humilitate ſuprema petiere miſſis oratoribus pacem: quam Cæſar omni conſiliorum via firmata, cauſatus veriſimilia plurima, per decem menſium tribuit [5] intervallum: id nimirum ſollerti colligens mente, quòd caſtra, ſupra quàm optari potuit occupata ſine obſtaculo, tormentis muralibus & apparatu deberent valido communiri. Hac fiducia tres immaniſſimi Reges venerunt, tandem aliquando jam trepidi, ex his qui miſere victis apud Argentoratum auxilia, jurantes conceptis ritu patrio verbis, nihil inquietum acturos, ſed fœdera ad præſtitutum uſque diem, quia id noſtris placuerat, cum munimento ſervaturos intacto, frugéſque portaturos humeris, ſi defuiſſe ſibi docuerint defenſores: quod utrumque metu perfidiam frenante fecerunt. Hoc memorabili bello, comparando quidem Punicis & Teutonicis, ſed [6] diſpendiis rei Romanæ peracto [7] leviſſimis, ut fauſtus Cæſar exſultabat &

4 *Mſ.* emenſique. *al.* emenſiſque. 5 *Mſ.* intervallum .... id. 6 *Al.* diſpendio. 7 *Al.* leviſſimo.

areant, ſic legenda eſſe exiſtimamus: *Ea re ut vi ingenti ſurſumverſum decurſo* (ſupple Rheno) *egreſſi, quidquid invenire potuerint, ferro violarent & flammis.* Valeſ.

c *Opulentas pecore villas & frugibus.*] Tacit. de Germania: *Satis ferax, frugiferarum arborum impatiens, pecorum fecunda, ſed plerumque improcera: ne armentis quidem ſuus honor, aut gloria frontis: numero gaudent, eæque ſolæ & gratiſſimæ opes ſunt.* Vide Cæſ. de Bello Gall. lib. IV. *Lindenbr.*

d *Prope Silvam veniſſet.*] Hercyniam ſilvam videtur eam vocare Zoſimus in lib. 3. & Julianus Aug. apud Suidam in voce χρῆμα. * Hodie *der Speſſard* dicitur, pars quondam ſilvæ Hercyniæ, éſtque in læva Mœni ripa, haud procul à Confluentibus Rheni & Moſellæ, ut ait Cluverius in cap. 7. lib. 3. * *Valeſ.*

e *Per ſubterranea quædam occulta.*] *Subterraneum*, ὑπόγειον: qua ratione etiam *ſubaquaneum.* Utrumque apud Tertull. de Anima, cap. XXVIII. *Mortem ſimulat, ſubterraneo latitat, ſeptenni ſe illic patientiæ damnat.* Cap. XXXII. *Aëri contraria* (animalia) *quæ ſemper ſubterraneum & ſubaquaneum viventia, carent hauſtu ejus.* Lindenbr.

f *Munimentum quod in Alamannorum ſolo conditum Tra-*

felix: credíque obtrectatoribus potuit, ideo fortiter eum ubique feciſſe fingentibus, quòd oppetere dimicandoglorioſè magis optabat, quàm damnatorum ſorte, ſicut ſperabant, ut frater Gallus occidi: ni pari propoſito poſt exceſſum quoque Conſtantii actibus mirandis inclaruiſſet.

Cap. II. Quibus, ut in tali re, compoſitis firmiter, ad ſedes revertens hibernas, ſudorum reliquias reperit tales. Remos Severus Magiſter equitum per Agrippinam petens & Juliacum [g] Francorum validiſſimos cuneos in ſexcentis velitibus, ut poſtea claruit, vacua præſidiis loca vaſtantes offendit: hac opportunitate in ſcelus audaciam erigente, quòd Cæſare in Alamannorum ſeceſſibus occupato, nullóque vetante, expleri ſe poſſe prædarum opimitate ſunt arbitrati. Sed metu jam reverſi exercitus, munimentis duobus, quæ olim exinanita ſunt, occupatis, ſe quoad fieri poterat tuebantur. Hac Julianus rei novitate perculſus, & conjiciens quorſum erumperet, ſi iiſdem tranſiſſet intactis, retento milite circumvallare [8] diſpoſuit. [h] [i] ..... Moſa fluvius præterlambit, & aduſque quartum & quinquageſimum diem, Decembri ſcilicet & Januario menſe, obſidionales tractæ ſunt moræ, deſtinatis barbarorum animis incredibili pertinacia [9] reluctatis. Tunc pertimeſcens ſollertiſſimus Cæſar, ne obſervata nocte illuni, barbari gelu vinctum amnem pervaderent, quotidie à ſole in veſperam flexo aduſque lucis principium, [k] luſoriis navibus diſcurrere flumen ultrò citróque milites ordinavit, ut cruſtis pruinarum diffractis, nullus ad erumpendum quopiam facile [1] perveniret. Hócque commento, inedia, & vigiliis, & deſperatione poſtrema laſſati, ſponte ſe propria dederunt: ſtatímque ad comitatum Auguſti ſunt miſſi. Ad quos eximendos periculo multitudo Francorum egreſſa, cùm captos comperiſſet & aſportatos nihil amplius auſ

8 *Mſ.* oppidum... Moſa. 9 *Mſ.* reluctantis. *al.* relnctatis. 1 *Mſ.* perveniret...... Hocque.

janus ſuo n.] Dubio procul intelligit Coloniam Trajanam, cujus mentio in Itinerario Antonini Aug. & Notitia viarum: -- *Agrippina, Noveſio, Aſciburgio, Veteribus, Colonia Trajana.* Lindenbr.

g *Francorum val. cuneos in ſexcentis velitib.*] Mille dicit Libanius in Orat. funebri his verbis: ἀλλ' ἐν χειμῶνι μέσῳ τοῦτο μὲν Φραγκοὺς χιλίους, οἷς ταυτὸν εἰς ἡδονὴν χιών τε καὶ ἄνθη, κώμας τινὰς πορθήσαντας, ὧν ἐν μέσῳ φρούριον ἔρημον, περιστοιχισάμενος καὶ κατακλείσας εἰς τοῦτο, λιμῷ λαβὼν ἔπεμψε δεδεμένους τῷ μείζονι. Id eſt: *Sed adulta jam hieme Franci numero mille, quibus nives perinde voluptati ſunt ac flores, vaſtatis aliquot vicis, quorum in medio caſtrum erat deſertum, circumſeſſi à Juliano, & in illud caſtrum incluſi ſunt. Eóſque cùm fame ad deditionem coëgiſſet, vinctos ad Auguſtum miſit.* Addit deinde Libanius, Conſtantium hos barbaros Juliani munus ad ſe miſſum videri noluiſſe, eóſque ſuis legionibus miſcuiſſe. *Valeſ.* Legendum puto *Francorum validiſſimos cuneos M. ſexcentis velitibus*, id eſt, mille ſexcentis. Oiſelius. Sed codex Colbertinus aliiqu huic conjecturæ refragantur Hadr. Valeſ.

h *Caſtellum oppidum.*] Vide quæ de hoc Caſtello accu rato ſtudio adnotavit Clariſſimus & inter præcipua vi tutis atque doctrinarum exempla nominandus, Marci Velſerus Duumvir Aug. in explicatione Schedæ itiner riæ antiquæ, pag. 39. *Lindenbr.*

i *Caſtellum opidum quod.*] Tria hæc verba Caſtelli ex ingenio ſupplevit, cùm in Editione Rom. vacuu ſpatium eſſet relictum, perinde ut in Regio codice, Toloſ. * [& Colbertino.] Libanius in loco ſuprà la dato φρούριον ἔρημον appellat. Caſtellum quidem Menap orum memorat Ptolomæus juxta Moſam: hodie *Keſſ* vocant. Sed ita à Marcellino ſcriptum fuiſſe, vix po ſum in animum meum inducere. *Valeſ.* Cur non ſimp citer intelligimus duo munimenta iſta, de quibus dixit etſi videatur abruptius. *Gron.*

k *Luſoriis navibus.*] Ad impediendos barbarorum d curſus habebant Romani in limitibus naves ſpeculat rias, quas *luſorias* vocabant. Ammian. lib. XVIII. *Luſ riæ naves quadraginta.* L. unic. C. Theod. de luſor.

[1] repedavit [2] ad ſua: hiſqué perfectis acturus hiemem revertit Pariſios Cæſar.

Cap. III. Quia igitur plurimæ gentes vi majore collaturæ capita ſperabantur, dubia bellorum conjectans ſobrius rector, magnis curarum molibus ſtringebatur. Dúmque per indutias licèt negotioſas & breves ærumnoſis poſſeſſorum damnis mederi poſſe credebat, tributi ratiocinia diſpenſavit. Cúmque Florentius Præfectus Prætorio cuncta permenſus, ut contendebat, [m] quidquid in capitatione deeſſet, [n] ex conquiſitis ſe ſupplere firmaret, talium gnarus, animam priùs amittere, quàm hoc ſinere fieri memorabat. Norat enim [o] hujuſmodi [p] proviſionum, immo everſionum, ut veriùs dixerim, inſanabilia vulnera, ſæpe ad ultimam egeſtatem provincias contraxiſſe: [q] quæ res, ut docebitur poſtea, penitus evertit Illyricum. Ob quæ Præfecto Prætorio [3] ferri non poſſe clamante, ſe repentè factum infidum, cui Auguſtus ſummam commiſerit rerum; Julianus eum ſedatiùs leniens, ſcrupuloſè computando & verè, docuit non ſufficere ſolùm, verumetiam exuberare capitationis calculum ad commeatuum neceſſarios apparatus. Nihilominus tamen diu poſtea [r] indictionale augmentum oblatum ſibi, nec recitare nec ſubnotare perpeſſus, humi projecit. Litteríſque Auguſti monitus ex relatione Præfecti, non agere ita perplexè, ut videretur parum Florentio credi: reſcripſit gratandum eſſe, ſi provincialis hinc inde vaſtatus, ſaltem ſollemnia præbeat, nedum incrementa, quæ

2 *Al.* ad ſua caſtra. 3 *Al.* ferre.

Danub. Novella Theodoſ. xxxi. Veget. lib. iv. cap. ult. Epiphan. Epiſc. λόγῳ Ἀγκυρ. pag. 513. Ὁ Ἀντίνως ὁ ἐν Ἀντινόῳ κεκηδευμένος, καὶ σὺν λυσορίῳ πλοίῳ κείμενος ὑπὸ Ἀδριανοῦ οὕτως κατετάγη. Flav. Vopiſc. in Vita Bonoſi Imp. *Cùm quodam tempore in Rheno Romanas luſorias Germani incendiſſent, timore ne pœnas daret, ſumſit imperium.* Ea enim vera eſt lectio hujus loci, vett. libb. fide ſuffulta. De hiſce luſoriis optimè P. Pithœus J. C. Adverſar. lib. i. cap. xiv. *Lindenbr.*

1 *Repedare ad ſua.*] Lib. xix. *Velut repedantes ſub modulis.* Lib. xxvi. *Repedare ad Illyricum.* Impp. Honor. & Theod. leg. 11. C. de cohort. *Repedare ad priſtina ſacramenta.* Vid. Pomp. Feſt. & Non. Marcell. in *repedare.* Idem.

m *Quidquid in capitatione deeſſet, ex conquiſitis ſuppleret.*] Quod hîc *conquiſitum*, inf. *indictionale augmentum* dicitur. *Idem.*

n *Ex conquiſitis ſe ſupplere firmaret.*] Tria ſunt genera penſitationum: canonis, oblationis, indictionis, ut notat Aſconius in 3. Verrinam. Et canon quidem ſeu *canonici tituli*, ut in lege 26. Cod. Th. *De annona & tributis*, ſeu *canonicæ præbitiones*, ut in lege 4. *tributa in ipſis ſpeciebus inferri*, Cod. eodem, ſunt ſollemnes & antiquæ præſtationes: unde & *ſollemnia* dicuntur ab Hermogeniano in lege 1. D. de muneribus, & à Marcellino noſtro infra. *Gratandum*, inquit, *eſſe, ſi provincialis hinc inde vaſtatus ſaltem ſollemnia præbeat; nedum incrementa.* Indictio verò eſt quidquid præter canonem indicitur. Plinius in Grat. actione: *Nec novis indictionibus preſſi ad vetera tributa deficiunt.* Sunt & ſuperindicticii tituli, qui præter indictionem provincialibus imponuntur ob neceſſitatem aliquam, putà ob tironum, aut equorum, aut veſtium comparationem. Nam in Codice diverſi tituli ſunt, *de indictione*, & *de ſuperindicto.* Tamen *ſuperindicticii tituli* indictionis nomine comprehendi poſſunt. *Indictionale augmentum*, & *incrementa*, & *conquiſita* Marcellinus appellat hoc in loco: in libro autem 19. *exquiſitorum deteſtanda nomina titulorum*: & in lib. 30. *exitialia proviſorum deteſtanda nomina titulorum.* Denique oblatio eſt propriè auri & argenti, quod largitionibus inferebatur, non arcæ Præfectorum Præt. ut canonici & indictionales tituli *Valeſ.*

o *Hujuſmodi proviſionum.*] Sic *proviſiones Præf. Præt.* dicuntur in lege 169. Cod. Th. de Decur. Et Pollio in Baliſta *proviſionem annonariam* dixit Baliſtæ, qui Præfectus Præt. fuit. Corippus in lib. 3.

-- *gratiſque dari proviſa jubemus.*

id eſt, annonas. *Idem.*

p *Proviſionum inſanabilia vulnera.*] Quæ hîc *proviſiones*, mox pòſt *incrementa* vocantur. Lib. xix. *Exquiſitorum deteſtanda nomina titulorum.* Lib. xxx. *Exitialia proviſorum nomina titulorum, juxta opulentas & tenues enervatus ſuccidere fortunas.* Lindenbr.

q *Quæ res ut docebitur poſtea.*] Inf. lib. xix. cap. xi. *Idem.*

r *Indictionale augmentum oblatum ſibi nec recitare.*]

nulla ſupplicia egenis poſſent hominibus extorquere. Factúmque eſt tunc & deinde unius animi firmitate, ut præter ſolita nemo Gallis quidquam exprimere [4] [s] conaretur [t] ...... iniquè. Inuſitato exemplo id petendo Cæſar impetraverat à Præfecto, ut ſecundæ Belgicæ multiformibus malis oppreſſæ diſpoſitio ſibi committeretur, ea videlicet lege, ut nec Præfectianus, nec Præſidialis Apparitor ad ſolvendum quemquam urgeret. Quo levati ſolatio cuncti, [v] quos in [5] curam ſuſceperat ſuam, nec interpellati, ante præſtitutum tempus debita contulerunt.

Cap. IV. Inter hæc recreandarum exordia Galliarum, adminiſtrante ſecundam adhuc Orfito Præfecturam, obeliſcus Romæ in Circo erectus eſt Maximo. Super quo nunc quia tempeſtivum eſt, [x] pauca diſcurram. Urbem priſcis ſæculis conditam ambitioſa mœnium ſtrue, & portarum centum quondam aditibus celebrem, Hecatompylos Thebas inſtitutores ex facto cognominarunt, cujus vocabulo provincia nunc uſque Thebaïs appellatur. Hanc inter exordia pandentis ſe latè Carthaginis, improviſo excurſu duces oppreſſere Pœnorum: poſteáque reparatam Perſarum [y] Rex ille Cambyſes, quoad vixerat,

4 *Steph.* conaretur iniquè. *mſ.* conaretur .... iniquè. 5 *Mſ.* cura ...... ſeparat.

Hoc ipſum eſt, quod intelligit Julianus Cæſar in Epiſtola 17. ad Oribaſium, ubi de Florentio queritur Præf. Præt. quem *μιαρὸν ἀνδρόγυνον* appellat. Sed operæpretium fuerit verba ipſa apponere: *πολλάκις αὐτοῦ τοὺς ἐπαρχιώτας ἀδικήσαντος ἐσιώπησα παρὰ τὸ πρέπον ἐμαυτῷ, τὰ μὲν οὐκ ἀκούων, τὰ δὲ οὐ προσιέμενος, ἄλλοις δὲ ἀπιστῶν, ἔνια δὲ εἰς τοὺς συνόντας αὐτῷ τρέπων· ὅτι* (lege *ὅτε*) *δέ μοι μεταδοῦναι τῆς τοιαύτης ἠξίωσεν αἰσχύνης, ἀποστείλας τὰ μιαρὰ ὑπομνήματα, τί με πράττειν ἐχρῆν, ἆρα σιωπᾶν ἢ μάχεσθαι.* Id eſt: *Qui cùm provinciales multis injuriis affeciſſet, tacui ſæpe, contra quàm dignitas mea poſtulabat: cùm quædam audirem, alia minime admitterem, nonnulla non crederem, multa in ejus familiares verterem. Sed quando ejuſdem infamiæ me participem facere voluit, miſſis ad me commentariis omni ſcelere & injuria refertis: quid tum mihi faciendum fuit? tacendum, an pugnandum?* Addit deinde quod præteriri hoc in loco non debet: *τί τοίνυν ἐποίησα; πολλῶν παρόντων, οὓς ᾔδειν ἀναγγελοῦντας αὐτῷ, εἶπον· διορθώσει τὰ ὑπομνήματα οὗτος ὁ δεῖνα ἐπεὶ δεινῶς ἀσχημονεῖ,* &c. Id eſt: *Quid igitur feci? Multis præſentibus quos ei relaturos intelligebam; Omnino, inquam, ille commentarios ſuos corriget: prorſus enim immodeſte agit.* Hoc planè eſt, quod hîc ait Marcellinus, Julianum nec recitari indictionale augmentum Florentii ſiviſſe, nec ſubſcribere ei voluiſſe. *Valeſ.*

ſ *Conaretur Camelaſii nomine inique.*] Camelos plurimos fiſcus alebat, quibus commeatus militibus ad bellum euntibus veherentur: ídque & militibus ipſis commodo erat, & provincialibus, qui hoc facto angariarum moleſtia liberabantur: ut docet Procopius in Anecdotis ſub finem. Et Camelaſia quidem inter perſonalia munera cenſebatur. Unde cogi quis poterat, ut Camelarius eſſet, & Camelos ageret, ut docet ICtus in lege 1. D. de muneribus. Inter patrimonii tamen onera eam fuiſſe hic locus Marcellini convincere videtur. Sed ſciendum eſt hæc verba, *Camelaſii nomine*, in Editione Rom. & Mſſ. omnibus deeſſe, & à P. Caſtello per ſummam audaciam inſerta fuiſſe, cùm lacuna eſſet tam in Editione Rom. quàm in Mſſ. Equidem nihil deeſſe exiſtimo, ſi ita ſcribatur: *Ut præter ſolita nemo Gallis quidquam exprimere conaretur. Denique inuſitato exemplo, &c.* Idem.

t *Camelaſii nomine.*] * Arcadius Chariſius libro ſingulari de Munerib. civilibus, in Pandect. Juris. * L. fin. §. 11. ff. de munerib. *Camelaſia quoque ſimiliter perſonale munus eſt: nam ratione habita & alimentorum, & camelorum, certa pecunia camelariis dari debet.* Lindenbr.

v *Quos in curam æs alienum ſeparat ſuam.*] Ita hactenus editum fuerat ex conjectura P. Caſtelli. Sed codex Regius, optimus ille certè, & à docta manu ſcriptus, veram ſcripturam exhibet, *quos in curam ſuſceperat ſuam.* Sic etiam loquitur Symmachus in Ep. 122. libri 9. Codex Valentinus teſte Loiſello ſcriptum habebat ſic: *Quos in curam ...... Julianus ceperat ſuam*; * ſed Toloſanus Regio aſſentitur. * *Valeſ.*

x *Pauca diſcurram.*] *Diſcurrere*, *διαλέγεσθαι*. Sic lib. XXVI. *Diſcurrere per negotiorum celſitudines adſuetæ.* Lib. XXX. *actus diſcurrere per epilogos breves.* Eodem modo *diſcurſus*, in L. 1. C. Theod. de rap. virg. *Redemptique diſcurſus pœna immineat.* Karolus Magn. in Præfatione contra Synod. de ador. imaginib. *In præfata Synodo hebetudinis continentur diſcurſus.* * Marc. Capella lib. 6. *Adſtruendæ præceptionis excurſus*, p. 221. Macrob. Saturn. 7. c. 1. *Primus menſis poſt epulas jam remotis, & diſcurſum variantibus poculis minutioribus.* * Neque alio ſenſu in idiomate Gallicano ac Italo nunc frequentatur. *Lindenbr.*

y *Rex ille Cambyſes.*] Thucyd. lib. III. Trog. Pomp. lib. 1. Strabo lib. XVIII. *Idem.*

alieni cupidus & immanis, Ægypto perrupta aggreſſus eſt, ut opes exinde raperet invidendas, ne deorum quidem donariis parcens. Qui dum inter prædatores turbulentè concurſat, laxitate præpeditus indumentorum concidit pronus: ac ſuomet [z] pugione, quem aptatum femori dextro geſtabat, ſubita vi ruinæ nudato, vulneratus pæne letaliter interiſſet. Longè autem poſtea [a][b] Cornelius Gallus, Octaviano res tenente Romanas, Ægypti Procurator, exhauſit civitatem plurimis interceptis: reverſúſque cùm furtorum arceſſeretur & [6] populatæ provinciæ, metu Nobilitatis acriter indignatæ, cui negotium ſpectandum dederat Imperator, ſtricto incubuit ferro. Is eſt, ſi rectè exiſtimo, Gallus poëta, quem flens quodammodo in poſtrema Bucolicorum parte Virgilius carmine leni decantat. In hac urbe inter labra ingentia, diverſáſque moles figmenta Ægyptiorum numinum exprimentes, [c] obeliſcos vidimus plures, alióſque jacentes & comminutos: quos antiqui Reges bello domitis gentibus, aut proſperitatibus ſummarum rerum elati, montium venis vel apud extremos orbis incolas [7] perſcrutatis exciſos erectóſque, Diis ſuperis in religione dicarunt. Eſt autem obeliſcus aſperrimus lapis, in figuram metæ cujuſdam ſenſim ad proceritatem conſurgens excelſam; útque radium [8] imitetur, gracilescens, paullisper ſpecie quadrata in verticem productus anguſtum, manu levigatus artifici. Formarum autem innumeras [d] notas, hieroglyphicas appellatas, quas

6 *Mſ.* populatæ. 7 *Mſ.* perſcrutantis. 8 *Mſ.* emittitur.

---

z *Pugione quem aptatum femori dextro.*] Acinacem intelligit, qui erat pugioni ſimilis, ut docet Joſephus in lib. xx. Antiquitatum. Acinacem autem Perſæ in dextro latere geſtabant, quemadmodum docet Valerius Flaccus in fine libri 6. Argon. ubi de Mirace Perſa.

Inſignis manicis, inſignis acinace dextro. Adde Herodotum in lib. 7. *Valeſ.*

a *Cornelius Gallius AEgypti procurator.*] Πρῶτος τῆς Αἰγύπτου ἔπαρχος. Strabo lib. XVII. Servius ad Eclog. x. *Gallus ante omnes primus AEgypti Præfectus fuit.* Cauſam mortis ejus Ovidius indicat Triſt. lib. 2.

Non fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo,
Sed linguam nimio non tenuiſſe mero.

Dio lib. LIII. πολλὰ μάταια ἐς τὸν Αὔγουστον ἀπελήρει. *Lindenbr.*

b *Cornelius Gallus exhauſit civitatem.*] Cauſam vaſtationis hujus Thebarum affert Strabo in lib. ult. quòd ſcilicet Thebæi ob tributa ſeditionem concitaverant. De hujus autem obitu ita ſcribit Dio in lib. 53. ob multa & varia quæ in procuratione Ægypti inſolenter geſſerat, à Largo amico eum delatum, Senatus judicio infamiâ notatum eſſe, boníſque multatum, quæ in ærarium Auguſti ſunt redacta: quæ cum Gallus ferre non poſſet, mortem ſibi conſcivit. Gallo in Præfecturam Ægypti ſucceſſit Cajus Petronius; Petronio Ælius Gallus, cui quidem Ælio Gallo familiaris fuit Strabo, ut ipſemet in lib. 2. dicit. Idem in lib. 17. hos duos Gallos manifeſtè diſtinguit. Poſtquam enim de Cornelio Gallo locutus eſt, ſtatim de Petronio, ac mox de Ælio Gallo ſubjicit. Dio etiam in lib. 53. utrumque diſtinxit. Sed apud Dionem, pag. 516. Editionis Leunclavii legitur, Αἴλιος λόγος, ex prava emendatione Xylandri, qui malo exemplo veterem lectionem Αἴλιος γάλλος expunxit, & novam deteriorem ſubſtituit. Atqui etiam apud Zonaram qui Dionem exſcribit, Αἴλιος γάλλος legitur. Hic eſt Ælius Gallus, qui primus Rom. in Arabiam ſigna intulit, teſte Plinio in lib. 6. & Joſepho in lib. 15. & Galeno in lib. 2. de Antidotis: quam illius expeditionem deſcribit Strabo in lib. 16. qui ei comes fuit, & Dio in loco citato. Quem miror tamen ſucceſſorem Cornelio Gallo Ælium Gallum ponere, Ælio verò Petronium, contra quàm Strabo & Joſephus affirmant. Ex his refellitur error Caſauboni, qui in Notis ad Strabonem, & ad Suetonium in Auguſto, hos duos Gallos Præfectos Ægypti pro uno eodémque accepit: quem ſecutus eſt Gerardus Voſſius in lib. 2. de Hiſtoricis Græcis. *Valeſ.* Adſcripſit Pater, p. 187, qui male ſe defendit p. 26 de Poetis Latinis. *Gron.*

c *Obeliſcos vidimus plures alioſque jacentes.*] De iiſdem Strabo lib. XVII. Ἄλλοι δ' εἰσὶ κἀκεῖ (Heliopoli) καὶ ἐν Θήβαις τῇ νῦν Διοσπόλει, οἱ μὲν ἑστῶτες ἀκμὴν πυρίβρωτοι, οἱ δὲ καὶ κείμενοι. *Lindenbr.*

d *Notas hieroglyphicas.*] Lib. XXII. *Exciſis parietibus volucrum ferarumque genera multa ſculpſerunt, & animalium ſpecies innumeras multas, quas hieroglyphicas litte-*

ei undíque videmus inciſas, initialis ſapientiæ vetus inſignivit auctoritas. Volucrum enim ferarúmque, etiam alieni mundi, genera multa ſculpentes, [e] ad ævi quoque ſequentis ætates ut patratorum vulgatiùs [9] perveniret memoria, promiſſa vel ſoluta Regum vota monſtrabant. Non enim, ut nunc litterarum numerus præſtitutus & facilis exprimit quidquid humana mens concipere poteſt; ita priſci quoque ſcriptitarunt Ægyptii: ſed ſingulæ litteræ ſingulis nominibus ſerviebant & verbis; nonnumquam ſignificabant integros ſenſus. Cujus rei ſcientiæ in his interim [1] ſit duobus exemplum. [f] Per vulturem naturæ vocabulum pandunt: quia mares nullos poſſe inter has alites inveniri rationes memorant phyſicæ: [g] pérque ſpeciem apis mella conficientis indicant Regem: moderatori cum jucunditate aculeos quoque innaſci debere his ſignis oſtendentes, & ſimilia plurima. Et quia ſufflantes adulatores ex more Conſtantium, id ſine modo ſtrepebant, quòd cùm [h] Octavianus Auguſtus obeliſcos duos ab Heliopolitana civitate tranſtuliſſet Ægyptia, quorum [i] unus in Circo Maximo, alter in Campo locatus eſt Martio; hunc recèns advectum difficultate magnitudinis territus, nec contrectare auſus eſt, nec movere: diſcant qui i-

9 *Mſ.* pervenire. 1 τὸ ſit *mſ. deeſt.*

ras appellarunt. Tacit. Annal. XI. *Primi per figuras animalium AEgyptii ſenſus mentis effingebant.* Marc. Capella lib. II. *Erantque quidam* (libri) *ſacra nigredine colorati, quorum litteræ animantium credebantur effigies.* Apul. Mileſ. XI. Caſſiod. lib. III. Var. LI. Neque verò animantium tantùm, ſed & alterius generis figuris utebantur. Unde in Hiſtoria ſacra legimus, ſignum crucis inter ἱερατικὰς litteras fuiſſe repertum. Suid in Σταυροί. Socrates lib. V. cap. 17. ἐν τῷ ναῷ τοῦ Σαράπιδος λυομένου καὶ γυμνουμένου εὕρητο γράμματα ἐγκεχαραγμένα τοῖς λίθοις τῶν καλουμένων ἱερογλυφικῶν· ἦσαν δὲ οἱ χαρακτῆρες σταυρῶν ἔχοντες τύπους. * Philo Jud. de Vita Moſeos p. 412. τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν, ἣν ἐν τοῖς λεγομένοις ἱεροῖς γράμμασιν ἐπιδείκνυνται, καὶ διὰ τῆς τῶν ζώων ἀποδοχῆς. * AEgyptiacis hiſce notis habuiſſe AEthiopes alias ſimiles, quas regias vocabant, ex Heliodoro ſcimus lib. IV. Ἐπιλεγόμενος τὴν ταινίαν γράμμασιν Αἰθιοπικοῖς, οὐ δημοτικοῖς, ἀλλὰ βασιλικοῖς ἐστιγμένην, ἃ δὴ τοῖς Αἰγυπτίων ἱερατικοῖς καλουμένοις ὁμοιῶνται. Et in Græcorum templis ſacros quoſdam characteres fuiſſe, Theodoretus ſcribit, Quæſtion. in Geneſ. 50. Ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς ναοῖς ἴδιοί τινες εἰσὶ χαρακτῆρες γραμμάτων, οὓς ἱερατικοὺς προσηγόρευσαν. Harum notarum ſpecimina invenimus in obeliſcis & monumentis antiquis etiam in anulis, qualis fuit ille Theagenes puellæ; apud Heliodor. lib. VIII. Δακτύλιος -- λίθῳ τῇ καλουμένῃ παντάρβῃ τὴν σφενδόνην διάδετος, γράμμασι δὲ ἱεροῖς τισὶν ἀνάγραπτος. De iiſdem extat egregius locus apud Diodor. Sicul. lib. III. pag. 101. Plutarch. de Iſide Clem. Alex. Stromat. lib. V. Aurel. Macrob. Saturnal. lib. I. cap. XXI. Eaſque pleniùs interpretati ſunt ex antiquis Chæremon, Hermateles, Hermapion, & qui vetuſtiſſimus omnium Orus Apollo Niliacus: cujus librum AEgyptiacâ linguâ ſcriptum in ſermonem Græcum tranſtulit Philippus, quem adhuc in manibus habemus. *Lindenbr.*

[e *Ad ævi quoque ſequentis ætates Imperatorum vulgatius perveniente memoria.*] In codice Colbertino lego: *Ad ævi quoque ſeq. ætates imperatorum vulgatiùs pervenire memoria*: ex quo judico hunc locum ita emendari oportere: *Ad ævi quoq. ſeq. ætates ut patratorum vulgatiùs perveniret memoria*; id eſt, ut faciliùs rerum geſtarum notitia ad poſteros perveniret.] *Valeſ.* Sed ipſi apices in Mſ. ſubjiciunt, *uti peractorum.* Gron.

f *Per vulturem naturæ vocabulum.*] Horus Apoll[o] lib. I. cap. II. de vulturum conceptione, Plutarch. Plin AElian. Procop. in Eſaiam, Baſil. Magn. & illum imitatus Theophylactus Symocat. φυσικῶν ἀπορημάτ. cap. [illegible] Tzetzes Variar. Hiſtor. Chil. XII. cap. CCCCXXXIX *Lindenbr.*

g *Per ſpeciem apis.*] Horus Apol. lib. I. cap. LXII Seneca de Clement. lib. I. cap. 19. Plin. lib. XI. cap. 1[7] Mich. Glyc. Annal. tom. I. cujus verba, quoniam Græcè edita non ſunt, deſcribam ut in Mſ. exempl. quo[d] penes me olim fuit, leguntur: Καὶ αἱ μέλισσαι ὑπὸ βασιλ[εῖ] καὶ ταξιάρχῳ τινὶ τῶν ἔργων ἅπτονται, οὐ πρότερον ἐπὶ τοὺς λειμῶνας ἐλθεῖν καταδεχόμεναι, πρὶν ἂν ἴδωσιν τὸν βασιλέα κατάρξαντα τῆς πτήσεως. Οὐ χειροτονητὸς δὲ οὗτος, ἀλλ᾽ ἐκ φύσεως ἔχ[ει] τὸ κατὰ πάντων πρωτεῖον, καὶ μεγέθει διαφέρων, καὶ σχήματι, τῇ τοῦ ἤθους πρᾳότητι. Ἔστι μὲν γὰρ κέντρον τῷ βασιλεῖ, ἀλλ᾽ [οὐ] χρῆται τούτῳ πρὸς ἄμυναν. Νόμοι τινές εἰσιν οὗτοι τῆς φύσεως ἄ[γ]ραφοι, ἀργοὺς εἶναι πρὸς τιμωρίαν τοὺς τῶν μεγίστων δυναστει[ῶν] ἐπιβαίνοντας. *Idem.*

h *Octavianus Aug.*] Strabo lib. XVII. Plin. li[b.] XXXVI. *Idem.*

[i *Quorum unus in Circo Maximo, alter in Campo locatus eſt Martio.*] Divus Auguſtus duos obeliſcos Hel[i]opoli tranſtulit Romam, & alterum in Circo Magno

gnorant, veterem Principem tranſlatis aliquibus hunc intactum ideo præteriſſe, quòd [k] Deo Soli ſpeciali munere dedicatus, fixúſque intra ambitioſi templi delubra, quæ contingi non poterant, tamquam apex omnium eminebat. Verùm Conſtantinus id parvi ducens, avulſam hanc molem ſedibus ſuis, nihílque committere in religionem rectè exiſtimans, ſi ablatum uno templo [l] miraculum Romæ ſacraret, id eſt, in templo mundi totius, jacere diu perpeſſus eſt, dum tranſlationi pararentur utilia. Quo convecto per alveum Nili, projectóque Alexandriæ, navis [m] amplitudinis antehac inuſitatæ ædificata eſt, ſub trecentis remigibus agitanda. Quibus ita proviſis, digreſſóque vitâ Principe memorato, urgens effectus intepuit: tandémque ſerò impoſitus navi, per maria fluentáque Tibridis [n] velut paventis, ne quod pæne ignotus miſerat Nilus, ipſe parum ſub meatus ſui diſcrimine mœnibus alumnis inferret, defertur in vicum Alexandri, tertio lapide ab Urbe ſejunctum: unde [o] [p] chamulcis impoſitus,

alterum in Campo Martio conſtituit, ægrè navibus advectos. Amborum meminit Plinius in libri XXXVI. capite IX. poſterioris etiam in capite X.] *Valeſ.*

k *Deo Soli.*] Strabo lib. XVII. Macrob. Saturn. I. cap. 22. *Lindenbr.*

l *Miraculum Romæ ſacraret.*] Non antiquam Romam, ſed novam quam vocant, nominis videlicet ſui cognominem urbem, hoc miraculo ornatam voluit Conſtantinus. Id nos docet Inſcriptio vetus, quæ uſque ad nunc in ipſo obeliſco legitur, quam totam hîc apponere lubet:

PATRIS OPUS MUNUSQ..... TIBI ROMA DICAVIT
AUGUSTUS...... TIUS ORBE RECEPTO
ET QUOD NULLA TULIT TELLUS NEC VIDERAT AETAS
CONDIDIT UT CLARIS EXA..... ET DONA TRIUMFIS
HOC DECUS ORNATUM GENITOR COGNOMINIS URBIS
ESSE VOLENS CAESA THEBIS DE RUPE REVELLIT.
SED GRAVIOR DIVUM TANGEBAT CURA VEHENDI
QUOD NULLO INGENIO NISUQUE MANUQUE MOVERI
CAUCASEAM MOLEM DISCURRENS FAMA MONEBAT
AT DOMINUS MUNDI CONSTANTIUS OMNIA FRETUS
CEDERE VIRTUTI TERRIS INCEDERE JUSSIT
HAUT PARTEM EXIGUAM MONTIS PONTOQUE TUMENTI
CREDIDIT ET PLACIDO............. CTU
LITUS AD HESPERIUM..... MIRANTE CARINAM
INTEREA ROMAM TA..... RO VASTANTE TYRANNO
AUGUSTI JACUIT DONUM STUDIUMQUE LOCANDI
NON FASTU SPRET.... SED QUOD NON CREDERET ULLUS
TANTAE MOLIS OPUS SUPERAS CONSURGERE IN AURAS
NUNC VELUTI RURSUS RU..... AVULSA METALLIS
EMICUIT PULSATQUE POLOS HAEC GLORIA DUDUM
AUCTORI SERVATA SUO CU.... CAEDE TYRANNI
REDDITUR ATQUE ADITU RO ... VIRTUTE REPERTO
VICTOR OVANS URBIQ...... TROPAEUM
PRINCIPIS ET MUNUS CONDI..... QUE TRIUMFIS. *Idem.*

m *Amplitudinis antehac inuſitatæ.*] Difficile dictu, unde ſic pronunciarit Ammianus, quum & pari numero ſit apud Polybium quinqueremis, & altera quinqueremis Caii habuerit remiges quadringentos; & majores naves cum denſiore remigum numero aliunde novimus. An has ignoravit noſter? *Gron.*

n *Velut paventis, ne quod pæne ignotus.*] Legendum videtur, *ne quòd bene ignotus miſerat Nilus*, *&c.* perinde ac ſi diceret, Tibrim quaſi expaviſſe, ne obeliſcum illum quem feliciter miſerat ſeu devexerat Nilus, ipſe parum feliciter Romam veheret: eadem figurâ quâ Callisthenes in Hiſtoriis dixit, Pamphylium mare Alexandro naviganti ſubmiſiſſe ſe ἐξυπανας῀ηναι, quaſi vectoris ſenſum haberet, ut eſt apud Euſtathium in Iliad. V. In Regio codice legitur, *pene paventis ne*, *&c.* Valeſ.

o *Chamulcis impoſitus.*] Gloſſar. χαμοῦλκος, *traha.* Vide Polluc. lib. VII. * & alibi in eodem Gloſſar. *Sclolia*, χαμοῦλκις. neſcio an non leg. *ſclodia*, χαμοῦλκος. unde German. *Schlode.* * Lindenbr.

p *Chamulcis impoſitus.*] In Gloſſis Latino-Græcis, *ſclodia* χαμουλκὶς, & *ſiludio* χαμούλκιον dicitur. Genus id erat carpenti humilis, ut nomen ipſum demonſtrat, cujuſmodi hodiéque in uſu ſunt. [Petrus Pithœus ad oram Ammiani ſui pro *chamulcis* legit *carrucis*, repugnantibus cunctis codicibus, inprimis Colbertino. Genus eſt apud noſtros vehiculi, quod ab equis per humum trahitur, graviora onera impoſita ferens, vulgò ni fallor, *Camion*, à Chamulco dictum.] *Valeſ.*

tractúſque leniùs, per Oſtienſem portam [q] piſcinámque publicam Circo illatus eſt Maximo. Sola poſt hæc reſtabat erectio, quæ vix aut ne vix quidem ſperabatur poſſe compleri: [2] erectíſque uſque periculum altis trabibus, ut machinarum cerneres nemus, innectuntur vaſti funes & longi, ad ſpeciem multiplicium liciorum cælum denſitate nimia ſubtexentes: quibus colligatus mons ipſe effigiatus ſcriptilibus elementis, paullatímque id per arduum inane protentus, diu penſilis, hominum millibus multis tamquam [r] molendinarias rotantibus metas, cavea [3] locatur in media, eíque ſphæra ſuperponitur [4] ahenea, aureis laminis nitens: quâ confeſtim vi ignis divini contactâ, ideóque ſublata, [ſ] facis imitamentum inſigitur æreum, itidem auro imbracteatum, velut abundanti flamma candentis. [t] Secutæque ætates alios tranſtulerunt: quorum unus in Vaticano, alter [v] in hortis Salluſtii, duo in Auguſti monumento erecti ſunt. Qui autem notarum textus obeliſco inciſus eſt veteri, quem videmus in Circo; [x] Hermapionis librum ſecuti, interpretatum litteris ſubjecimus Græcis.

[y] ΑΡΧΗΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΝΟΤΙΟΥ ΔΙΕΡΜΗΝΕΥΜΕΝΑ ΕΧΕΙ

2 *Mſ.* ideſtiſque. 3 *Mſ.* locatus. 4 *al.* ahena.

---

q *Piſcinamque publicam.*] Quæ in XII. Urbis regione. Pub. Victor. in Deſcriptione region. Urbis. *Lindenbr.*

r *Molendinarias rotantibus metas.*] Paulus J. C. *Meta, inferior pars molæ; catillus, ſuperior.* L. 18. § 5. de inſtr. & inſtrum. * Suid. Μύλη τὸ κάτω τοῦ μύλου. τὸ γὰρ ἄνω, ὄνος λέγεται: citatque in eam rem locum Procopii. Pollux lib. 7. cap. 4. * *Idem.*

ſ *Facis imitamentum in figura æreum.*] Hæc verba *in figura*, videntur eſſe adpoſita ad explicationem vocabuli præcedentis. Quid enim aliud eſt imitamentum quàm figura, ſeu μίμημα? Sic enim uſurpat Tacitus aliquoties, & Agellius in lib. 7. cap. 5. Proinde ea verba delenda eſſe cenſeo; niſi potiùs placet ita ſcribi: *Facis imitamentum inſigitur æreum.* Valeſ.

t *Secutæque ætates alios tranſtulerunt.*] Ejus obeliſci qui in Vaticano eſt, meminit Plin. lib. XXXVI. cap. 11. reliquorum Publ. Victor. in Deſcript. Urbis. *Lindenbr.*

v *In hortis Salluſtii.*] Laudantur hi horti in L. 39. §. 8. ff. de legat. 3. Fl. Vopiſc. in Aureliano, Xiphilin. in Veſpaſiano, Inſcriptionibus vett. quarum unius fragmentum hoc eſt: GENIO COETI HERODIAN. PRAEGUSTATOR. DIVI AUGUSTI IDEM POSTEA VILLICUS IN HORTIS SALUSTIANIS. *Idem.*

x * *Hermapionis librum ſecuti.*] Quem Ammianus Hermapionem, Tertullianus Hermatelem appellat, de Spectac. cap. 8. *Obeliſci enormitas, ut Hermateles adfirmat, Soli proſtituta: ſcriptura ejus unde & cenſus, de Ægypto ſuperſtitio eſt.* * Idem.

y Ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ νοτίου, &c.]

A parte Auſtrali verſus 1. *hæc interpretata habet:*

Hæc ſunt, quæ Regi Rhameſti donavimus: quem Sol amat & Apollo: qui omnem terrarum orbem cum gaudio regit. Potens veritatis amicus, filius Heronis Deo ſatus, conditor orbis terræ, quem Sol ceteris prætulit, ſtrenuus Martis Rex Rhameſtes, cui omnis terra cum vigore & audacia ſubjecta eſt. Rex Rhameſtes Solis filius, in æternum vivens.

Verſus vel ordo II.

Apollo potens, qui eſt revera dominus diadematis, & Ægyptum glorificans poſſidet, qui Solis urbem ſplendidam reddidit, quique condidit reliquum orbem terræ, & valde honorat Deos in Solis civitate (Heliopoli) conſtitutos: quem Sol amat.

Verſus ſive Ordo III.

Apollo potens Solis filius præfulgidus, quem Sol ceteris præfecit, & Mars ſtrenuus muneribus donat; cujus bona in omni tempore permanent: quem Ammon diligit, qui Phœnicis delubrum bonis implevit; cui Dii tempus vitæ dederunt. Apollo potens filius Heronis, Rex orbis terrarum Rhameſtes, qui conſervavit Ægyptum alienigenis devictis: quem Sol amat, cui diuturnum vitæ tempus largiti ſunt Divi: Dominus orbis terræ Rhameſtes æternùm vivens.

Alius verſus vel Ordo II.

Sol Deus, Magnus Dominus cæli, dono tibi vitam non onereſam. Apollo potens dominus diadematis incomparabilis, cui ſtatuas poſuit in hoc Regno, & ornavit Solis urbem, ſimiliter & ipſum Solem Dominum cæli, qui perfecit opus bonum, Solis filius Rex perpetuò vivens.

Verſus ſeu ordo III.

Sol Deus, Dominus cæli Rhameſti Regi tribuo imperium & in omnes poteſtatem: quem Apollo veritatis amans, Dominus temporum, & Vulcanus pater Deorum delegit ac prætulit propter Martem: Rex omni ex parte lætus, Solis filius, & à Sole amatus.

A parte Orientali 1. *verſus vel ordo.*

ΣΤΙΧΟΣ ΠΡΩΤΟΣ ΤΑΔΕ.

z a Ἥλιος b βασιλεῖ Ῥαμέστῃ. δεδώρημαί σοι ἀνὰ πᾶσαν οἰκουμένην μετὰ χαρᾶς βασιλεύειν· ὃν Ἥλιος φιλεῖ καὶ Ἀπόλλων. κρατερὸς φιλαλήθης υἱὸς Ἥρωνος, θεογέννητος κτίστης τῆς οἰκουμένης, ὃν Ἥλιος προέκρινεν, ἄλκιμος Ἄρεως βασιλεὺς Ῥαμέστης. ᾧ πᾶσα ὑποτέτακται ἡ γῆ μετὰ ἀλκῆς καὶ θάρσους. βασιλεὺς Ῥαμέστης Ἡλίου παῖς αἰωνόβιος.

ΣΤΙΧΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ἀπόλλων κρατερὸς, ὁ ἑστὼς ἐπ' ἀληθείας δεσπότης διαδήματος, τὴν Αἴγυπτον δοξάσας κεκτημένος, ἀγλαοποιήσας Ἡλίου πόλιν, καὶ κτίσας τὴν λοιπὴν οἰκουμένην, καὶ πολυτιμήσας τοὺς ἐν Ἡλίου πόλει θεοὺς ἀνιδρυμένους, ὃν Ἥλιος φιλεῖ.

ΤΡΙΤΟΣ ΣΤΙΧΟΣ.

Ἀπόλλων κρατερὸς Ἡλίου παῖς παμφεγγὴς, ὃν Ἥλιος προέκρινεν καὶ Ἄρης ἄλκιμος ἐδωρήσατο. οὗ τὰ ἀγαθὰ ἐν παντὶ διαμένει καιρῷ. ὃν Ἄμμων ἀγαπᾷ, πληρώσας τὸν νεὼν τοῦ φοίνικος ἀγαθῶν. ᾧ οἱ θεοὶ ζωῆς χρόνον ἐδωρήσαντο. Ἀπόλλων κρατερὸς υἱὸς Ἥρωνος βασιλεὺς οἰκουμένης Ῥαμέστης, ὃς ἐφύλαξεν Αἴγυπτον c τοὺς ἀλλοεθνεῖς νικήσας. ὃν Ἥλιος φιλεῖ. ᾧ πολὺν χρόνον ζωῆς ἐδωρήσαντο θεοὶ, δεσπότης οἰκουμένης Ῥαμέστης αἰωνόβιος.

ΑΛΛΟΣ ΣΤΙΧΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ἥλιος θεὸς μέγας δεσπότης οὐρανοῦ. δεδώρημαί σοι βίον ἀπρόσκορον. Ἀπόλλων κρατερὸς

A Solis urbe magnus Deus, incola cæli Apollo potens Heronis filius, quem Sol diligit, quem Dii honorarunt, qui totam terram regit, quem Sol præ ceteris delegit: ſtrenuus propter Martem Rex, quem Ammon diligit, & præfulgidus eligens ſempiternum Regem.

Hæc verſio Hieronymi Brunelli Jeſuitæ exſtat apud Angelum Roccham in deſcriptione Bibliothecæ Vaticanæ. Sed ut idem ait, altera ejus inſcriptionis Græcæ tranſlatio habetur Petro Angelo Bargæo auctore. Hæc omnia interpretatus eſt & Vignerius ad Livium cap. 1450. *Lindenbr.*

z ΤΑΔΕ ΕΣΤΙΝ Α ΒΑΣΙΛΕΙ ΡΑΜΕΣΤΗ.] Græca omnia tam in Editione Rom. quàm in Regio exemplari [& in Colbertino] deerant, primúſque ex codice Hirsfeldenſi ea edidit Gelenius: quem tamen conjecturæ ſuæ ſæpius indulſiſſe non dubito. Mar. Accurſius duas tantùm priores lineas edidit litteris capitalibus mendoſiſſimè ſcriptas, ut ferè Græca in libris Latinis corruptiſſimè ſcribebantur ab antiquariis. Ex eorum tamen veſtigiis hæc elicuimus diſtinctè notata: ἥλιος βασιλεῖ ῥαμέστῃ δεδώρημαί σοι, &c. *Valeſ.*

a ΗΛΙΟΣ.] Hic Sol Vulcani filius, Nili nepos fuit, cujus urbem Ægyptii volunt eſſe eam quæ Heliopolis appellatur, ut ait Cicero in lib. 3. de Nat. Deorum. Idem ſcribit Suidas in ἥλιος. Et in prima Dynaſtia Regum Ægypti quæ eſt Deorum, & Semideorum, ponitur Ἥφαιστος, deinde ἥλιος Ἡφαίστου. Ab hujus Solis regno ad tranſitum Alexandri in Aſiam numerabant Ægyptii annorum 23. millia, teſte Diodoro in lib. 1. Themiſtius in Orat. 13. ſub finem hunc Solem vocat Apollinis avum. Sanè in prima illa Dynaſtia Regum Ægypti apud Manethonem, poſt Solem Reges recenſentur, Ἄρης ἡμίθεος. Ἀπόλλων ἡμίθεος. Ἄμμων ἡμίθεος, & poſtremus Ζεὺς ἡμίθεος. Quorum omnium in hac obeliſci interpretatione diſtinctam mentionem habemus. Quare non aſſentior Ciceroni, qui Apollinem Ægyptium cum Sole confundit. *Idem.*

b ΒΑΣΙΛΕΙ ΡΑΜΕΣΤΗ.] Hic videtur eſſe, qui Rhameſes, ſeu Rhameſſes dicitur ab Euſebio in Chronico, & à Joſepho in 2. lib. contra Apionem, ῥαμέσσης & ῥάμψης. Qui etiam alio nomine Σέσωθις dicebatur, ut docet ibidem Joſephus ex Manethone. Herodotus in lib. 2. Seſoſtrim appellat. Eumdem enim eſſe Seſothim, ſeu Sethoſim Manethonis cum Herodoti Seſoſtri ex utriuſque rebus geſtis inter ſe collatis rectè probavit Scaliger in Notis ad Euſebium numero 530. Eumdem Tacitus in lib. 2. Ann. cum Joſepho Ramſem vocat. *Regem*, inquit, *Ramſem Libya, Æthiopia, Mediſque, ac Perſis, ac Bactriana, & Scythia potitum, &c.* Quæ optimè in Seſoſtrim conveniunt. *Idem.*

c ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ ΕΘΝΟΥΣ ΝΙΚΗΣΑΣ.] Reſtitui τοὺς ἀλ-

κύριος διαδήματος ἀνείκαστος, ὧν ἀνδριάντας ἀνέθηκεν ἐν τῇδε τῇ βασιλείᾳ δεσπότης Αἰγύπτου, καὶ ἐκόσμησεν Ἡλίου πόλιν ὁμοίως καὶ αὐτὸν Ἥλιον δεσπότην οὐρανοῦ, συνετελεύτησεν ἔργον ἀγαθὸν Ἡλίου παῖς βασιλεὺς αἰωνόβιος.

ΤΡΙΤΟΣ ΣΤΙΧΟΣ.

Ἥλιος θεὸς δεσπότης οὐρανοῦ Ραμέστῃ βασιλεῖ δεδώρημαι τὸ κράτος καὶ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν. ὃν Ἀπόλλων φιλαλήθης δεσπότης χρόνων, καὶ Ἥφαιστος ὁ τῶν θεῶν πατὴρ προέκρινεν διὰ τὸν Ἄρεα. βασιλεὺς παγχαρὴς Ἡλίου παῖς, καὶ ὑπὸ Ἡλίου φιλούμενος.

ΑΦΗΛΙΩΤΗΣ ΠΡΩΤΟΣ ΣΤΙΧΟΣ.

Ὁ ἀφ' Ἡλίου πόλεως μέγας θεὸς ἐνουράνιος Ἀπόλλων καρτερὸς, Ἥρωνος υἱὸς, [d] ὃν Ἥλιος ἠγώγησεν, ὃν οἱ θεοὶ ἐτίμησαν, ὁ πάσης γῆς βασιλεύων, ὃν Ἥλιος προέκρινεν, ὁ ἄλκιμος διὰ τὸν Ἄρεα βασιλεὺς, ὃν Ἄμμων φιλεῖ. καὶ ὁ παμφεγγὴς συγκρίνας αἰώνιον βασιλέα. & *reliqua*.

CAP. V. Datiano & Cereali Coſſ. cùm univerſa per Gallias ſtudio cautiore diſponerentur, formidóque præteritorum barbaricos hebetaret excurſus: Rex Perſarum in confiniis agens adhuc gentium extimarum, jámque cum [5] Chionitis & Gelanis, omnium acerrimis bellatoribus, pignore icto ſocietatis, rediturus ad ſua, Tamſaporis ſcripta ſuſcepit, pacem Romanum Principem nuntiantis poſcere precativam. Ideóque non niſi infirmato Imperii robore tentari talia ſuſpicatus, latiùs ſemet extentans, pacis amplectitur nomen, & condiciones propoſuit graves: [e] miſſóque cum muneribus Narſeo quodam legato, litteras ad Conſtantium dedit, nuſquam à genuino faſtu declinans, quarum hunc fuiſſe accepimus ſenſum: *Rex Regum Sapor*, [f] *particeps ſiderum, fra-*

5 *Mſ.* Chionitis & Gelanis.

λοιθνεῖς ex conjectura. *Valeſ.*

d Ὃν Ἥλιος ἠγώγησεν.] An de induſtria ſic ex Mſſ. ediderunt viri docti, & intellexerunt quod ego non intelligo? an ſequuti alter alterum propagaverunt vitium? Opinor autem pro ἠράσησεν. Ἀρηγὲς & ἀρωγὲς. *Gron.*

e *Miſſo cum muneribus Narſeo.*] Ejus legationis meminit Idatius in Faſtis. Datiano & Cereale Coſſ. *Introïerunt Conſtantinop. legati Perſarum die* VII. *Cal. Martias.* De eadem legatione loquitur Themiſtius in Orat. 13. in laudem Conſtantii: ἀλλά γε ἐν Κελτοῖς στρατοπεδεύων Πέρσας εἰρήνης ἐπιθυμεῖν ποιεῖ. καὶ εἶδον ἐγὼ ἔναγχος ἐν τῷ ἄστει τοῦ Ἀντιόχου ἄνδρας ἐκ Σούσων καὶ Ἐκβατάνων ἀπεσταλμένους σὺν κηρυκείῳ, καὶ γράμματα ἀρχαῖα βυσσῷ λευκῇ ἐνειλημμένα· τὰ δὲ γράμματα ἐξελιπάρει τὸν ὕπαρχον σπονδὰς πράττειν Ἀχαιμενίδαις. Id eſt: *Adhuc in ſtativis Galliæ reſidens Perſas ad poſcendam pacem compellit. Et nuper Antiochiæ caduceatores vidi à Suſis & Ecbatanis miſſos cum litteris byſſo candida involutis, quibus petebatur à Præfecto, ut fœdus cum Imp. Perſis impetraret.* Hic Præfectus Præt. erat Muſonianus, ut Marcellinus docet. Hujus legationis principem Narſeum à lenitate morum commendat Petrus Patricius in Excerptis legationum. Addit Zonaras eos legatos Conſtantium Sirmii conveniſſe; quod Marcellinus noſter affirmat. *Valeſ.*

f *Particeps ſiderum, Solis frater.*] Hic Perſarum Regum titulus primùm manavit ab Arſace, qui poſt obitum aſtris, ut Perſæ exiſtimant, ritus ipſorum conſecratione permiſtus eſt omnium primus: exindéque Reges ejus gentis appellari ſe patiuntur Solis fratres & Lunæ, ut ait Marcellinus in lib. 23. His autem magnificis titulis Reges Perſici magnopere delectabantur, ut apud Menandrum Protectorem in lib. 1. Hiſt. litteræ Choſrois ad Juſtinianum hanc habent inſcriptionem: θεῖος, ἀγαθὸς, εἰρηνοπάτριος, ἀρχαῖος Χοσρόης, βασιλεὺς βασιλέων, εὐτυχὴς, εὐσεβὴς, ἀγαθοποιὸς, ᾧτινι οἱ θεοὶ μεγάλην τύχην καὶ μεγάλην βασιλείαν δεδώκασι, γίγας γιγάντων, ὃς ἐκ θεῶν χαρακτηρίζεται, Ἰουστινιανῷ ἀδελφῷ ἡμετέρῳ. Et apud Theophylactum Simocattam in lib. 4. Alter Choſroes Hormiſdæ filius ad Baramum ita ſcribit: Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων, εἰρηνάρχης, τοῖς ἀνθρώποις σωτήριος, ἐν θεοῖς μὲν ἄνθρωπος ἀγαθὸς καὶ αἰώνιος, ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις θεὸς ἐπιφανέστατος, ἡλίῳ συνανατέλλων, καὶ τῇ

ter Solis & Lunæ, [g] *Conſtantio Cæſari fratri meo ſalutem plurimam dico. Gaudeo, tandémque mihi placet ad optimam te viam revertiſſe, & incorruptum æquitatis agnoviſſe ſuffragium, rebus ipſis expertum, pertinax alieni cupiditas quas aliquoties ediderit ſtrages. Quia igitur* [h] *veritatis oratio ſoluta eſſe debet & libera, & celſiores fortunas idem loqui decet atque ſentire; propoſitum meum in pauca conferam, reminiſcens hæc quæ dicturus ſum, me ſæpius replicaſſe. Aduſque Strymona flumen, & Macedonicos fines tenuiſſe majores meos, antiquitates quoque veſtræ teſtantur: hæc me convenit flagitare, (ne ſit arrogans quod affirmo) ſplendore virtutúmque inſignium ſerie vetuſtis Regibus antiſtantem. Sed ubique* [i] *mihi cordi eſt recordatio, cui coalitus ab adoleſcentia prima, nihil umquam pænitendum admiſi. Ideóque* [k] *Armeniam recuperare cum Meſopotamia debeo, avo meo compoſita fraude præreptam. Illud apud nos numquam acceptum fuit, quod adſeritis vos exſultantes, nullo diſcrimine virtutis ac doli, proſperos omnes laudari debere bellorum eventus. Poſtremò ſi morem gerere ſuadenti volueris rectè, contemne partem exiguam ſemper luctificam & cruentam, ut cetera regas ſecurus: prudenter reputans, medelarum quoque artifices* [l] *urere nonnumquam & ſecare, & partes corporum amputare, ut reliquis uti liceat integris:* [m] *hócque beſtias factitare; quæ cùm*

νυκτὶ χαριζόμενος τὰ ὄμματα, &c. Quæ ultima Latinè ſic ſonant: *Cum Sole exoriens, & nocti lumina largiens.* Quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, *frater Solis & Lunæ*. Valeſ.

g *Conſtantio Cæſari fratri meo.*] Inter Reges naturale quoddam conſanguinitatis vinculum intercedit. Unde fratres ſe viciſſim appellare ſolent, æqualitatem quamdam imperii ſignificantes. Sic Achabus Rex Iſraël Benadadum Syriæ Regem fratrem nominat in 3. Regum cap. xx. & in 1. Maccab. cap. x. legitur, *Rex Alexander fratri Jonathæ S.* Et Æthiopum Rex Hydaſpes apud Heliodorum in fine lib. 9. fratrem ſe Perſarum Regis vocat. Et in lib. 1. Perſicorum Procopii Rufinus Silvani filius, legatus ad Cabadem Perſarum Regem, ſic loquitur: ἔπεμψέ με, βασιλεῦ, ὁ σὸς ἀδελφός. Item apud Menandrum Protect. in lib. 1. Choſroes Iuſtinianum fratrem appellat. Denique Conſtantinus Magnus in Epiſtola ad Saporem Perſarum Regem (eum ipſum cujus hîc meminit Marcellinus) eumdem fratrem compellat, ut videre eſt apud Euſebium in lib. 4. de vita Conſt. *Idem.*

h *Veritatis oratio ſoluta eſſe debet & libera*] Forſan ſcripſit Ammian. *abſoluta eſſe debet*: quæ illi frequens locutio, ut jam ad lib. XIV. notavi. *Lindenbr.*

i *Mihi cordi eſt recordatio.*] Scribendum videtur *moderatio*, aut *ratio*, aut quid ſimile. *Valeſ.*

k *Meſopotamiam avo meo comp. fraude præreptam.*] Narſeus Saporis avus à Maximiano Galerio ingenti prœlio victus, Maximiano Auguſto V. & Maximiano Cæſare II. Coſſ. anno Domini 297. ut eſt in Faſtis Idatii, & in Chronico Alexandrino, Meſopotamiam cum quinque regionibus Transtigritanis reddere Romanis coactus eſt, ut uxorem & filias captas reciperet, ſicut narrant Rufus Feſtus, Eutropius, Petrus Patricius in Excerptis legationum, & Zonaras. Hinc intelligendus eſt Aurelius Victor in Diocletiano, ubi narratâ Maximiani victoriâ ſubjungit: *Verùm pars terrarum nobis utilior quæſita: quæ cùm acriùs repoſcuntur, bellum recens ſuſceptum eſt grave admodum periculoſúmque.* Per compoſitam autem fraudem, vel ſtrategema illud Galerii intelligit, de quo in lib. ſuperiore dixi: vel ſanè fraudem aliquam in fœdere à Romanis factam Narſeo. *Idem.*

l *Urere nonnumquam & ſecare.*] Tertull. in Scorpiaco, & ex eo Lucif. Calarit. ad Conſtant. Imp. *Licèt ferro medicus ſecet, cauterio urat, ſinapis incendio ad omnem dolorem ægrum deducat; tamen nec ſecari, inuri, exedi, morderique eſſe inimicum: quippe quod idcirco bonum ſit, quia dolores inutiles auferat per adhibitos ſalutis causâ dolores.* * Tertul. de Pœnit. cap. x. *Miſerum eſt ſecari & cauterie exuri, & pulveris alicujus mordacitate cruciari: tamen quædam per inſuavitatem medentur, & emolumento curationis offenſam ſui excuſant.* Cicero Philipp. 8. p. 633. *In corpore ſi quid ejuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat, id uri ſecarique patimur ut membrum aliquod potiùs, quàm totum corpus intereat: ſic in Reip. corpore, ut totum ſalvum ſit, quicquid eſt peſtiferum, amputetur.* * Jul. Firm. de errore profan. relig. Baſil. Magn. περὶ νηστείας. Cl. Claudian. in Eutrop. lib. II.

- - - *truncantur & artus.*

Ut liceat reliquis ſecurum vivere membris. Lindenbr.

m *Idque & beſtias factitare.*] Caſtorem vult dicere, qui cùm à venatoribus propter teſticulos maximè expetatur, eos ipſe ſibi abſcindit, & venatoribus projicit, ut narrat Scholiaſtes in Nicandri Theriaca, & Cicero in

advertant cur maximopere capiantur, illud propria ſponte amittunt, ut vivere deinde poſſint impavidæ. Id ſanè pronuntio, quòd ſi hæc mea legatio redierit irrita; poſt tempus hiemalis quietis exemptum, viribus totis accinctus, fortuna condicionúmque æquitate ſpem ſucceſſus ſecundi fundante, venire quoad ratio ſiverit feſtinabo. His litteris diu libratis, recto pectore (quod dicitur) conſideratéque reſponſum eſt hoc modo: *Victor terrâ maríque Conſtantius ſemper Auguſtus fratri meo Sapori Regi ſalutem plurimam dico. Soſpitati quidem tuæ gratulor, ut futurus, ſi velis, amicus: cupiditatem verò ſemper indeflexam fuſiúſque vagantem vehementer inſimulo. Meſopotamiam poſcis ut tuam, perindéque Armeniam: & ſuades integro corpori adimere membra quædam, ut ſalus ejus deinceps locetur in ſolido: quod refutandum eſt potiùs, quàm ulla conſenſione firmandum. Accipe igitur veritatem non obtectam præſtigiis, ſed perſpicuam, nulliſque minis inanibus perterrendam. Præfectus Prætorio meus, opinatus aggredi negotium publicæ utilitati conducens, cum duce tuo per quoſdam ignobiles, me inconſulto ſermones conſeruit ſuper pace.* [n] *Non refutamus hanc nec repellimus: adſit modò cum decore & honeſtate, nihil pudori noſtro præreptura vel majeſtati. Eſt enim abſonum & indecens, cùm geſtarum rerum ordine* [o] *explicatæ ſint aures, quas invidiæ nobis multipliciter incluſerunt: cùm deletis tyrannis totus orbis Romanus nobis obtemperat, ea prodere, quæ contracti in Orientales anguſtias diu ſervavimus illibata. Ceſſent autem quæſo formidines, quæ nobis intentantur ex more: cùm ambigi nequeat, non inertiâ nos, ſed modeſtiâ, pugnas interdum excepiſſe potiùs, quàm intuliſſe: & noſtra, quoties laceſſimur, fortiſſimo benevolentiæ ſpiritu defenſare, id experiendo legendóque ſcientes, in prœliis quibuſdam raró rem titubaſſe Romanam,* [p] *in ſumma verò bellorum numquam ad deteriora prolapſam.* Hanc legationem nullo impetrato remiſſam (nec enim effrenatæ Regis cupiditati reſponderi ampliùs quidquam potuit) poſt pauciſſimos dies ſecutus eſt Proſper Comes, & [q] Spectatus [r] Tribunus & Notarius, itémque [ſ] Euſtathius

Scauriana, Juvenalis, *aliíque*. *Valeſ.*

n *Non refutamus hanc.*] Gloſſar. vet. *Refuto, repudio, reſpuo.* Egeſipp. lib. 11. *Ne pro ſe ſacrificarent, qui ſacrificium Cæſaris refutaviſſent.* Solin. cap. 25. *Nundinas ac numum refutant.* Novell. Theod. xxv. *Solidum aureum integri ponderis refutandum.* Quo ſignificatu in Hiſtoria Auguſt. & Legibus Langobardor. aliquoties uſurpatur. Italique in ſuo idiomate retinent, *Refiutare la pace, Refutare pacem.* Lindenbr.

o *Explicatæ ſint aures quas invidiæ.*] Sic Gelenius ingenioſè correxit, cùm in Mſſ. & in Editione Rom. legeretur, *ordines placatæ ſint aures invidiæ.* Elegantiùs tamen, ſi quid ſentio, ſic legeretur: *Eſt enim abſonum & inſipiens, cùm geſtarum rerum ordine explicatæ ſint aures invidiæ, nobis multipliciter incluſæ, &c.* In codice Regio legitur *inſidiens*, & ſuperſcriptum eſt *inſipiens.* Editio Romana habet *inſidens* Valeſ.

p *In ſumma vero bellorum.*] Idem dicit Lucillius in lib. 26.

Ut Romanus populus victus vi & ſuperatus prœliis.
Sæpe eſt multis; bello verò numquam, in quo ſunt omnia.

Et Livius in lib. 8. *Populus Rom. etſi nullo bello, multis tamen prœliis victus.* Idem.

q *Et Spectatus.*] Antiochenus, affinis Libanii, ut docet ipſe Libanius in Ep. 414. & 426. De ejus ad Perſas legatione idem paſſim in Epiſtolis loquitur. Nominatim in Epiſt. 321. ad Ariſtænetum, in qua eloquentiam Spectati prædicat, qui Regis Perſarum petitionem egregiè refutaverit: ἐπανήκων ἡμῖν ὁ Σπεκτάτος ἀπὸ τῆς πρεσβείας,

Muſoniano ſuggerente Philoſophus, ut opifex ſuadendi: Imperatoris ſcripta perferentes & munera, eniſuri apparatum interim Saporis arte quadam ſuſpendere, ut ſupra humanum modum provinciæ munirentur Arctoæ.

Cap. VI. Inter quæ ita ambigua [t v] Juthungi Alamannorum pars, Italicis conterminans tractibus, obliti pacis & fœderum, quæ adepti ſunt obſecrando, Ræetias turbulentè vaſtabant, adeo ut etiam oppidorum tentarent obſidia præter ſolitum. Ad quos repellendos cum valida manu miſſus Barbatio, in locum Silvani peditum promotus Magiſter, ignavus ſed verbis effuſior, alacritate militum vehementer erecta, proſtravit acerrimè multos, ita ut exigua portio, quæ periculi metu ſe dedit in fugam, ægrè dilapſa res ſuas non ſine lacrymis reviſeret & lamentis. Huic pugnæ [x] Nevitta, poſtea Conſul, equeſtris præpoſitus turmæ, & adfuiſſe, & fortiter feciſſe firmatur.

Cap. VII. Iiſdem diebus terræmotus horrendi per Macedoniam, Aſiámque, & Pontum adſiduis pulſibus oppida multa concuſſerunt & montes. Inter monumenta tamen multiformium ærumnarum eminuere Nicomediæ clades,

&c. deinde: ὡς γὰρ ἐχρημάτιζεν ὁ πέρσης καὶ ὁ λόγος ἦν περὶ τῶν διαφορῶν, καὶ πολὺς ἐνέκειτο τοὺς παππώους ἀπαιτῶν ὅρους, καὶ πολλάκις ἐρωτῶν εἰ μὴ καὶ δίκαιον εἰς τοὺς παῖδας τὰ τῶν προγόνων καταβαίνειν, τὰ μὲν παρὰ τῶν ἄλλων ἐνταῦθα παλαίσματα σπικτάτος ἀπαγγελεῖ, &c. *Nam cùm Perſarum Rex legationem audiret, & magnopere contenderet, terminos majorum flagitans, ac idemtidem rogaret num juſtum eſſet bona avorum ad filios pervenire; &c.* Valeſ.

r *Tribunus & Notarius.*] Notariorum tria erant genera: primi & præcipui ſunt Tribuni, & Notarii Principis de quibus Zoſimus in lib. 5. Ἰωάννης τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, οὓς τριβούνους καλοῦσιν, ἄρχων γεγενημένος. Id eſt: *Johannes Primicerius Notariorum.* Hi & Tribuni Notariorum dicuntur, ut in Chronico Marcellini Comitis, Patricio & Hypatio Coſſ. & apud eumdem Zoſimum in lib. 5. de Stilichone: ἔςησεν αὐτοῦ τὴν ἀξίαν ἄχρι τῶν λεγομένων Νοταρίων τριβούνων. Secundi ſunt Tribuni & Notarii Prætoriani. Tertii Domeſtici & Notarii: ut eſt in lege 2. & 3. Cod. Th. de Primicerio & Notariis. Tribuni & Notarii Prætoriani ſunt, qui ex Cornicularìis & Primiſcriniis officii Præfecturæ Præt. ad eum locum pervenerunt, ut docet Caſſiodorus in lib. 6. ep. 3. & in lib. XI. ep. 18. & 20. Eorumdem mentio fit in lege 6. Cod. de Advocatis div. jud. & in lege ult. & pænult. de Palatinis ſacrarum larg. & in Novella 8. Juſtiniani. Hi porro omnes ſub Notariorum Schola continebantur, & acta in Conſiſtorio excipiebant. Unde in lege 2. cit. de Primicerio & Not. ait Imperator: *Primicerios, ſi prout eorum voluntas fuerat, de Conſiſtorio noſtro ſine adminiſtratione deceſſerint, &c.* Et Sidonius in Carmine ult. ubi vide quæ notavit vir numquam ſine laude nominandus Jac. Sirmundus. Erant autem XX. ſupra quingentos Theodoſii temporibus, ut docet Libanius in Orat. adverſus eos, qui moleſtum ipſum appellaverant, quam manuſcriptam penes me habeo. *Idem.*

ſ *Euſtathius Philoſophus.*] Iamblichi diſcipulus, natione Cappadox, de cujus ad Saporem Regem legatione præclara quædam narrat Eunapius in vita Ædeſii. Ad eumdem exſtat epiſtola Magni Baſilii, qui ejuſdem civis fuit: in qua ejus viſendi incredibili deſiderio ſe arſiſſe ſignificat, atque ea cauſa orbem terrarum peragraſſe. Additque, ἢ τῆς ἐπὶ πέρσας βαδίζειν ἔδει καὶ συμπεριϊέναι εἰς ὅ τι μήκιςον τῶν βαρβάρων. ἦλθες γὰρ κἀκεῖσε: quibus verbis legationem ejus Perſicam intelligit. *Idem.*

t *Juthungi Alemannorum pars.*] Suid. Ἰουθοῦγγοι, ὄνομα ἔθνους. Dexipp. in Eclog. Legat. Αὐρηλιανὸς κατὰ κράτος νικήσας τοὺς Ἰουθούγγους Σκύθας. Natio fuit Romanis ſæpe infeſta, & quam iterum ſub Valentiniano rebellaſſe memorat D. Ambroſ. lib. v. Epiſt. XXVII. *In medio Romani Imperii ſinu Juthungi populabantur Rætias, & ideo adverſus Juthungum Hunnus adſcitus eſt.* Lindenbr.

v *Juthungi.*] In libris antiquis variè corruptum erat hoc nomen. Editio Rom. *ut Thiuntugi*; Auguſtana *& Thiutungi*; Baſilienſis *Juthiuntugi*; denique codex Regius habet *Vithiuntugi*. Errorum diverſitas inde orta eſſe videtur, quòd partim *Juthungi*, partim *Vithungi* dicerentur. Unde antiquarius utrumque initium nominis poſuit. Aurelius Victor in Gallieno: *Alamannorum Vithungi Italiam; Francorum gentes direptâ Galliâ Hiſpaniam poſſiderent.* vulgò legitur *Alamannorum vi tunc æque.* Sidonius quoque in Carmine 7. Vithungos vocat, & Auctor Panegyrici Conſtantio dicti. Sed ceteri Juthungos appellant rectiùs: Ambroſius Ep. 27. Idatius in Chronico, Dexippus. In Tabula Peutingerorum cum Marcomannis junguntur & Quadis. * Certè ad Danubium ſedes habuiſſe, docet vetus Auctor apud Suidam in ἰκόνῳ. σκυθῶν ἀπόμοιρα Scytharum pars dicuntur à Dexippo. *Valeſ.*

x *Nevitta.*] Ad quem eſt lex quinta Cod. de pedan. judic. & lex prima ibid. de Conſort. ejuſd. lit. quæ

Bithyniæ urbium matris, cujus ruinarum eventum verè breviterque abſolvam. Primo lucis exortu [y] die nono Kal. Septembrium, concreti nubium globi nigrantium, lætam paullo antè cæli ſpeciem confuderunt: & amandato Solis ſplendore, nec contigua vel appoſita cernebantur: ita oculorum obtutu præſtricto, humo involutus craſſæ caliginis ſqualor inſedit. Dein velut numine ſummo [z] fatales contorquente manubias, ventóſque ab ipſis excitante cardinibus, magnitudo furentium incubuit procellarum, & eliſi litoris fragor: hæcque ſecuti [a] typhones atque preſteres, cùm horrifico tremore terrarum, civitatem & ſuburbana funditus everterunt. Et quoniam acclivitate collium ædes pleræque vehebantur, aliæ ſuper alias concidebant, reclangentibus cunctis ſonitu ruinarum immenſo. Interim clamoribus variis excelſa culmina reſultabant, quæritantium conjugium liberóſque, & ſi quid neceſſitudinis artè conſtringit. Poſt horam denique ſecundam, multò ante tertiam, aër jam ſudus & liquidus latentes retexit funereas ſtrages. Nonnulli enim ſuperruentium ruderum vi nimia conſtipati, ſub ipſis interiere ponderibus. Quidam collo tenus aggeribus obruti, cùm ſupereſſe poſſent ſi qui juviſſent, auxiliorum inopiâ necabantur. Alii lignorum exſtantium acuminibus fixi pendebant. Uno ictu cæſi complures paullo antè homines, tunc promiſcuæ ſtrages cadaverum cernebantur. Quoſdam domorum inclinata faſtigia intrinſecus ferebant intactos, angore & inedia conſumendos. Inter quos [b] [c] Ariſtænetus affectatam recèns diœceſim curans vi-

utraque eſt Juliani, & ipſe Nevita conſul dicitur. *Gron.*

y *Die* IX. *Cal. Septembrium.*] Conſentit Idatius in Faſtis, Datiano & Cereale Coſſ. *Ipſo anno terræmotus factus, ita ut civitas Nicomedenſium funditus verſaretur die* IX. *Cal. Sept. aliæ verò centum* L. *civitates partibus vexatæ ſunt.* Et Aurelius Victor in Marco: *Aſiæque*, ait, *Epheſus ac Bithyniæ Nicomedia conſtratæ terræ motu, æque ac noſtra ætate Nicomedia Cereali Conſule.* Præterea Socrates in lib. 2. cap. 31. Hiſt. Eccl. ait Conſtantium, qui initio quidem juſſerat Concilium Epiſcoporum Nicomediæ fieri, audita clade Nicomediæ, Seleuciam Iſauriæ Concilii ſedem conſtituiſſe: additque: τοῦτο δὲ γέγονε Δατιανοῦ καὶ Κεριαλίου περὶ τὴν ὀγδόην εἰκάδα τοῦ αὐγούστου μηνός: id eſt, IX. Kal. Sept. non V. ut malè vertit Interpres, qui formam loquendi Atticam eſſe non advertit. Exſtat etiamnum Libanii Monodia de hac Nicomediæ ruina: quam Ephrem etiam Diaconus elegiaco carmine planxerat, teſte Gennadio & Marcellino Comite in Chronico. *Valeſ.*

z *Fatales contorquente manubias.*] In libris Etruſcorum lectum eſt fulminum jactus *manubias* dici, & certa eſſe numina poſſidentia fulminum jactus, ut Jovem, Vulcanum, Minervam, &c. teſte Servio in lib. I. Æn. Etruſci tamen etſi credimus Senecæ in lib. 2. Nat. quæſt. fulmina à Jove mitti dicebant, tréſque illi manubias dabant, de quarum differentia vide Feſtum, & Senecam eodem: ita ut alii Dii nonniſi commodatas à Jove manubias haberent. Marcianus Capella in libro 9. de Minerva: *Huic pater tuas aſſereris crediſſe manubias.* Idem.

a *Typhones atque preſteres.*]. Marcian. Heracleot.

- - - πρηστήρων τε καὶ
Βολὰς κεραυνῶν, τούς τε λεγομένους ἐκεῖ
Τυφῶνας.

Heſych. Πρηστὴρ, σφοδρὸς ἄνεμος, ἢ πῦρ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. De typhone vid. Suid. * Gell. lib. 19. cap. 1. *Figuræ quædam nubium metuendæ, quas τυφῶνας vocabant.* De præſtere Lucret. lib. 6. p. 207. *Lindenbr.*

b *Ariſtænetus affectatam recens diœceſim curans, &c.* Malè in vulgatis lib. *Ariſtænetus affectatam regens diœceſim curans vicaria poteſtate, quam Conſtantius ad honorem uxoris Euſebiæ Pietatis cognominarat.* Rectiùs in partem ut edidimus, *affectatam recens diœceſin curans vicaria poteſtate.* Sic poſtea: *Artemius curans vicariam Præfecturam.* Reliqua ſic reſtituenda videntur, *Pietatis cognomine nominarat.* Ad exemplum nempe Pietatis Juliæ (de qua Plin. lib. III. cap. 19.) Conſtantius hanc diœceſin Pietatem vocavit. Et *Diœceſis* hic eo ſignificatu ponitur quo paſſim in utroque Cod. ac in Notitia Imp. *Diœceſ. Ægyptiaca, Africana, Pontica, Thraciar.* Vid. L. 3. C. Theod. de mil. veſte, L. 1. Ne quis Palatin. L. unic. Ut omnes jud. L. 12. de metall. & metal. L. 3. de equor. collat. L. 34. de navicular. L. 97. de Decurionib. *Idem.*

c *Ariſtænetus.*] Nicææ Bithyniæ oriundus, inter præcipuos Libanii amicos: ut docent Libanii plurimæ ad eum epiſtolæ, quibus facundiam illius moréſque ſua-

caria poteſtate, quam Conſtantius ad honorem uxoris Euſebiæ Pietatis cognominaverat, animam hoc caſu cruciatam diutius exhalavit. Alii ſubita ruinæ magnitudine oppreſſi, iiſdem adhuc molibus conteguntur. Colliſis quidam capitibus, vel humeris præſectis aut cruribus, inter vitæ mortíſque confinia, aliorum adjumenta paria perferentium implorantes cum obteſtatione magna deſerebantur. Et ſupereſſe potuit ædium ſacrarum & privatarum, hominúmque pars major, ni palantes abruptè flammarum ardores per quinquaginta dies & noctes, quidquid conſumi poterat exuſſiſſent, Adeſſe tempus exiſtimo pauca dicere, quæ de terræ pulſibus conjecturâ veteres collegerunt. Ad ipſius enim veritatis arcana non modò hæc noſtra vulgaris inſcitia, ſed ne ſempiterna quidem lucubrationibus longis nondum exhauſta phyſicorum jurgia penetrarunt. Unde & in [d] ritualibus & pontificiis obſervatur [e] obtemperantibus ſacerdotiis cautè, [f] ne alio Deo pro alio nominato, cùm quis eorum terram concutiat, ſit in abſtruſo, piacula committantur. Accidunt autem, ut opiniones exiſtimant, inter quas Ariſtoteles æſtuat & laborat, aut [g] in cavernis minutis terrarum, quas Græcè ſyringas appellamus, [h] impulſu crebriore aquis undabundis: aut certè, [i] ut Anaxagoras affirmat, [k] ventorum vi ſubeuntium ima terrarum: qui cùm [l] ſoliditatibus concruſtatis inciderint, eruptiones nullas reperientes, eas partes ſoli convibrant, quas ſubrepſerint humidi. Unde plerumque obſervatur, [m] terra tremente, ventorum apud nos ſpiramina nulla ſentiri, quòd in ul-

viſſimos commendat. Meminit etiam ejus in Orat. de vita ſua pag. 21. his verbis, quæ ut ex Mſ. codice legenda ſunt apponam: ὧν εἰ τὴν Ἀρισταινέτου φαίην ἂν ὑπερτέραν φιλίαν, οὐδένα ἂν νεμεσῆσαί μοι δοκῶ τῶν τεθειμένων δευτέρων. ᾧ μοι καὶ ἡ μήτηρ καὶ εἰ τῷ ἄλλῳ λύπην ἐνεποίουν ἀπιὼν εἰκότως ἂν ἐγκαλοῖ. De ejuſdem Ariſtæneti & Hieroclis obitu in hac Nicomediæ ruina plenæ ſunt Libanii epiſtolæ, nominatim 22. ad Acacium. *Valeſ.*

d *Ritualibus & Pontificiis obtemperantibus Sacerdotiis.*] Ita Mſ. & vulg. Latens tamen vitium facilius eſt agnoſcere, quàm de medela ejus certum quid pronuntiare. Rituales libri iterum laudantur lib. XXIII. quorum argumentum ex Cicerone de Divinat. & Cenſorino de die natali notum eſt. Quibus non abſimiles erant Pontificales libri, quorum Seneca meminit Epiſt. CXVIII. Autor. Orig. gentis Rom. Auguſtin. de Civit. Dei, Servius in Virgil. * Marius Victorinus de Orthographia lib. 1. p. 17. Inſcriptio vetus apud Urſin. de Imaginib. p. 101. LIVIUS THEONA AB EPISTULIS GRAEC. SCRIBA A LIBRIS PONTIFICALIBUS. * *Lindenbr.*

e *Obtemperantibus ſacerdotiis cautum.*] In Editione Romana legitur *cautè.* Codex Regius * & Toloſanus * ſcriptum habent: *Obſervatur obtemperantibus ſacerdotiis cautè.* quod probo. *Valeſ.*

f *Ne alio Deo pro alio nominato.*] Gellius lib. II. cap. 28. *Lindenbr.*

g *In cavernis minutis terrarum, quas ſyringas appellamus.*] Inf. lib. XXII. *Sunt & ſyringes ſubterranei quidam & flexuoſi receſſus.* Vide Suid. in σύριγξ. *Idem.*

h *Impulſu crebriore aquis undabundis.*] Lucret. lib. VI.

Fit quoque, ubi magnas in aqua vaſtaſque lacunas,
Glæba vetuſtate è terra provolvitur ingens
Ut jactetur aquæ fluctu quoque terrra vacillans. Idem.

i *Ut Anaxagoras.*] Qui terræmotum definiebat ὑπονόστησιν ἀέρος εἰς γῆν, teſte Laërtio; ubi vide quæ Aldobrandus notat ex Ariſtotele in libro 2. Meteorolog. & Plutarchum in lib. 3. de Placitis Philoſophorum. *Valeſ.*

k *Ventorum vi ſubeuntium ima terr.*] Lucret. lib. VI.

Præterea ventus cùm per loca ſubcava terræ
Conlectus parte ex una procumbit, & urget
Obnixus magnis ſpeluncas viribus altas:
Incumbit tellus, quo venti prona premit vis. * Lindenbr.

l *Soliditatibus concruſtatis.*] Agathias lib. II. Οἱ τὴν αἰτίαν τοῦδε τοῦ πάθους (tremoris terræ) ἀναθυμιάσεις τινὰς εἶναι λέγοντες ξηράς τε καὶ λιγνυώδεις, καὶ ὑπὸ τὰ γλαφυρὰ τῆς γῆς εἰργομένας, καὶ τῷ μὴ διαπνεῖσθαι ῥαδίως σφοδρότερον ἔνδον περιδινουμένας τὸ ἐπικείμενον ἅπαν σαλεύειν ἕως τῇ βιαίᾳ φορᾷ τοῦ στεγνότητος ἐνδιδούσης ἐς τὸ ἐμφανὲς ἀναχθεῖεν, *Idem.*

m *Terra tremente, ventorum apud nos ſpiramina nulla.*] Mich. Glycas Annal. lib. 1. Γίνεται καὶ σεισμὸς τῶν ὑπογείων ἀνέμων κίνησις. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐπιόντων μεγάλων σεισμῶν, ἄνεμοι τῷ τότε οὐκ εἰσὶν, ὡς ἐγκλειομένων αὐτῶν ὑποκάτω κατὰ τόπον, καὶ μᾶλλον ὑπ' ἄντρων. *Idem.*

timis ejus receſſibus occupantur. [n] Anaximander ait, areſcentem nimia æſtuum ſiccitate, aut poſt madores imbrium, terram rimas pandere grandiores, quas penetrat ſupernus aër violentus & nimius, ac per eas vehementi ſpiritu quaſſatam cieri propriis ſedibus. [o] Qua de cauſa terrores hujuſmodi vaporatis temporibus, aut nimia aquarum cæleſtium ſuperfuſione contingunt. Ideóque [p] Neptunum humentis ſubſtantiæ poteſtatem, Ennoſigæon & Siſichthona Poëtæ veteres & Theologi nuncupaverunt. [q] Fiunt autem [r] terrarum motus modis quatuor. Aut enim braſmatiæ ſunt, qui humum [6] moleſtiùs ſuſcitantes, surſum propellunt immaniſſimas moles: ut in Aſia Delos emerſit, & Hiera, & Anaphe, & [ſ] Rhodus, Ophiuſa & Pelagia prioribus ſæculis dictitata, aureo quondam imbri perfuſa, & [t] Eleuſin in Bœotia, & apud Tyrrhenos [v] Vulcanus, inſulæque plures: [x] aut climatiæ, qui limes ruentes & obliqui urbes, ædificia, montéſque complanant: aut chaſmatiæ, qui grandiori motu patefactis ſubitò voratrinis, terrarum partes abſorbent; ut in Atlantico mari [y] Euro-

6 *Mſ.* moleſtus.

n *Anaximander ait.*] Anaximander Mileſius Phyſicus, cujus magna in hac re ſcientia vel potiùs divinitas fuit: quique Lacedæmoniis prædixit, ut urbem & tecta cuſtodirent: inſtare enim motum terræ. Plin. lib. II. cap. 79. *Lindenbr.*

o *Qua de cauſa terrores hujuſmodi.*] *ſt. tremores hujuſm.* Idem.

p *Neptunum humentis ſubſtantiæ.*] Gellius lib. II. cap. 28. * Macrob. Saturnal. I. cap. 17. *Orpheus tamen in Hymnis quamvis Neptunum cognominaverit* Ἐννοσίγαιον, *etiam Jovem* σεισίχθονα *vocavit.* * Agathias lib. II. Euſtath. in Homeri Iliad. ο. pag. 1013. *Idem.*

q *Fiunt autem terrarum motus, &c.*] Corruptè admodum hic locus in retro Editionibus legebatur: ſed in eo reſtituendo feliciſſimus fuit Hadrian. Junius, cujus emendationes à Mſſ. membranis confirmantur. Eum vide Animadverſ. lib. III. cap. XV. *Idem.*

r *Terrarum motus modis quatuor.*] Heraclides Pontic. Allegor. Homer. τὰ γάρ τοι σεισμῶν διαφέροντα τοῖς παθήμασιν οἱ φυσικοὶ λέγουσιν εἶναι ἴσα, καί τινας ἰδίους χαρακτῆρας ὀνομάτων ἐπιφέρουσιν αὐτοῖς, βρασματίαν τινὰ καὶ κληματίαν προσαγορεύοντες. Ariſtot. de Mundo, & ejus interpres L. Apuleius, L. Seneca Natural. Quæſtion. lib. VI. *Idem.*

ſ *Rhodus, Ophiuſa & Pelagia.*] Ophiuſa olim Rhodos dicta eſt ob multitudinem ſerpentum, ut ſcribit Heraclides de Republica Rhodiorum, Strabo in libro 14. & Plinius in lib. 5. In Heſychii Lexico ſic legendum eſt: Ὀφιοῦσα ἡ Ῥόδος διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὄφεων. vulgò ὄφεως ἡρόδοτος legitur corruptiſſimè. Pelagiam tamen non nominat Plinius, neque Strabo, qui plurima ejus inſulæ nomina afferunt. Ceterùm fabula de aureo imbre, quo perfuſa dicitur Rhodos, ex Homero fluxit, qui in Catalogo ſic ait de Rhodiis:

Καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων.

quam fabulam poſtea latiùs extendit Pindarus in ode 7. Olymp. Claudianus in lib. 3. de Stilichonis laudibus:

Auratos Rhodiis imbres naſcente Minerva
Defluxiſſe ferunt. Valeſ.

t *Eleuſin in Boeotia.*] Falli videtur Marcellinus noſter: neque enim Eleuſis referri debet inter eas urbes quæ terræmotu emerſerunt; ſed potiùs inter illas quæ peſſum abierunt: ut auctor eſt Strabo in lib. 9. Plinius in lib. 2. & Pauſanias in Bœoticis. *Idem.*

v *Vulcania.*] In Editione Rom. legitur *Vulcanus*: neque aliter Auguſtana & Baſilienſis Editio, & codex Regius ſcriptum habent. [Colbertinus, *Volcamus.*] Ea eſt quæ Vulcani inſula dicitur à Julio Obſequente in lib. de Prodigiis. *In Sicilia*, inquit, *Vulcani inſula ſaxoſa, & deſerta, quæ ex ternis crateribus flammas eructabat, magna hominum admiratione nata eſt anno Urbis* 567. Idem ait Oroſius in lib. 4. cap. XX. In Tabula quoque Peutingerorum Inſula Vulcani dicitur. *Idem.* Quum adeo caſti fuerint Valeſii in ſcripra codicum vetuſtorum lectione retinenda, non oportuit hic negligentes eſſe, præſertim quum nequiverint ignorare hodieque appellari *Volcano* aut *Bolcano* aut *Borcano*, hoc barbarico nomine prorſus alludente ad Scripturam veterem & eam firmante, quam & propterea repoſui; quod videre eſt apud Cluverium in Siciliæ lib. II pag. 406 ubi inter collectanea de hac inſula Ammiani noſtri non meminit, quod miror, unde cauſam hodierni nominis tam clare diſcimus. Geographo Ravennati eſt *Vulcana.* Gron.

x *Aut climatiæ.*] Hi terræmotus ἐπικλίνται dicuntur in libro de mundo qui Ariſtoteli tribuitur, & μυκηταὶ qui in Marcellino noſtro mycematiæ: βράσται denique qui braſmatiæ. Ariſtoteles quoque in Republ. Maſſilienſium βράστας nominat, teſte Strabone in lib. 4. Vetus Auctor apud Suidam in σεισμός· πνεῦμα εἰς τὰ κοιλώματα τῆς γῆς ἐγκατειρχθέν· εἶναι δὲ αὐτοῦ τοὺς μὲν βρασματίας, τοὺς δὲ χασματίας. *Valeſ.* Mourſius.

y *Europæo orbe potior inſula.*] Figmentum eſt Platonis in Timæo, qui eam inſulam finxit ſimul, idémque

pæo

pæo orbe ſpatioſior inſula, & in Criſſæo ſinu Helice & Bura, & [z] in Ciminia Italiæ parte oppidum [7] Saccumum ad Erebi profundos hiatus abactæ, æternis tenebris occultantur. Inter hæc tria genera terræ motuum, [a] mycematiæ ſonitu audiuntur [8] minaci, cùm diſſolutis elementa compagibus ultro adſiliunt, vel relabuntur conſidentibus terris. Tunc enim neceſſe eſt velut taurinis reboare mugitibus fragores fremitúſque terrenos. Sed hinc ad exorſa.

Cap. VIII. At Cæſar hiemem apud Pariſios agens, Alamannos prævenire ſtudio maturabat ingenti, nondum in unum coactos, ſed [9] in inſaniam poſt Argentoratum audaces omnes & ſævos: [b] opperiénſque Julium menſem, unde ſumunt Gallicani procinctus exordia, diutiùs angebatur. Nec enim egredi poterat, antequam ex Aquitania, æſtatis remiſſione ſolutis frigoribus & pruinis, veheretur annona. Sed ut eſt difficultatum pæne omnium diligens ratio victrix, multa mente verſans & varia, id tandem reperit ſolum, ut anni maturitate non exſpectata, barbaris occurreret [1] inſperatus, [c] firmatóque conſilio xx. dierum frumentum, ex eo quod erat [d] in ſedibus conſumendum, [e] ad uſus diuturnitatem excoctum, [2] [f] buccellatum ut vulgo appellant, humeris impoſuit libentium militum: hócque ſubſidio fretus, ſecundis ut antè auſpiciis profectus eſt, intra menſem quintum vel ſextum duas expeditiones conſummari poſſe urgentes

7 *Mſ.* Saccumum adhebi profundos hiatus abactæ æter. *al.* Succinenſe profundo hiatu abſorpta æternis. 8 *Mſ.* minacium diſſol. 9 *Al.* ad inſaniam. 1 *Mſ.* inſperatis. 2 *Mſ.* bucellatum.

---

deſtruxit, ut apud Homerum Neptunus murum Achæorum, ne locus arguendi mendacii ſupereſſet, ut ait Strabo in lib. 2. Ceterum ex codice Regio * & Toloſano * emendavi *ſpatioſior*: cui ferè accedit Editio Rom. in qua legitur, *orbes potior inſula*: [in Colbertino,] *orbes patior inſula*. Valeſ.

z *In Ciminia Italiæ parte op. Succinenſe.*] Ciminiæ quidem viæ mentio fit à P. Victore in Deſcriptione urbis Romæ, & in veteri Inſcriptione: CURATORI. VIAE. CIMINAE. Ciminiæ ſilvæ meminit Livius in lib. 9. Plinius in lib. 2. Ciminium lacum memorat Strabo in lib. 9. Virgilius in 7. Et in Tabula itineraria Peutingerorum lacus & mons Ciminus prope Centumcellas ponitur viâ Aureliâ. Oppidum verò Succinenſe quodnam fuerit, alii quærent. In Regio & Flor. codice [ac Colbertino] *Saccumum* dicitur: in Editione Rom. *Saccunium*. Sed Caſtellus *Succunium* correxit; quem ſecuti ſunt Accurſius & Gelenius. *Idem.* Quam ridet, dum alios quæſituros ſcribit, quod tot ſæculis ſubmerſum fuit, ſive illud Saccumum, ſive Saccunium velit? Et quidquid de eo colligi poteſt, habet Cluverius in Italia antiqua lib. 11 pag. 161. *Gron.*

a *Mycematiæ.*] Ἀπὸ τοῦ μυκήματος: qualis mugitus ſub Arcadio Imp. per totos ſeptem dies, maximo cum terræ motu, auditus fuit. Mich. Glyc. Annal. iv. *Lindenbr.*

b * *Opperienſque Julium menſem, unde ſumunt Gallicani procinctus exordia.*] Idipſum Caſſiodorus innuit, Variar. lib. 1. Epiſt. 34. -- *Pro communi utilitate exercitum ad Gallias conſtituimus deſtinare -- Atque ideo per Naudium Sajonem noſtrum admonendum curavimus, ut ad expeditionem in Dei nomine more ſolito, armis, equis, rebuſque omnibus neceſſariis ſufficienter inſtructi,* VIII. *die Kal. Juliarum proximè veniente, modis omnibus, Deo favente, moveatis.* * Idem.

c *Firmatoque conſilio.*] Recte quidem; ſed an non imitatus fuit Trogum, cujus verba retinuiſſe opinor Juſtinum lib. 1 cap. 10. *Formatoque in futura conſilio*? Ut & alii loquuntur. Libro tamen 18 cap. 6 vulgatum iterari ſcias. *Gron.*

d * *In ſedibus conſumendum.*] Sedes, ſive ſedeta quid ſint, ad lib. 14. explicitum. * *Lindenbr.*

e *Ad uſus diuturnitatem excoctum, buccellatum.*] Duplex erat hujus panis commoditas: prima, quòd diutiùs integer ſervabatur: deinde quòd à militibus ipſis faciliùs portaretur: minus quippe ponderis habebat quàm panis vulgaris, quippe qui bis in furnum conjectus fuiſſet, unde & biſcoctus dicitur. Itaque cùm annona militibus dividebatur, ſi buccellatum eis datum erat, quarta parte minus quàm ſoliti erant, milites accipiebant, ut docet Procopius in lib. 1. Vandal. pag. 109. ubi Johannis Præfecti Præt. fraudem memorat. τὸν ἄρτον ᾧ δὴ μέλλουσιν ἐν τοῖς στρατοπέδοις οἱ στρατιῶται σιτίζεσθαι, δὶς μὲν ἐπτάναξες εἰς τὸ πνιγέα εἰσάγεσθαι, &c. Hinc eſt quòd in Gloſſis Fr. Pithœi βουκέλατον explicatur ἄρτος ἐλαφρός. *Valeſ.*

f *Buccellatum, ut vulgo appellant.*] Conſtantinus περὶ θεμάτων Βούκελλος τὸ κρικελλοειδὲς ψωμίον καλεῖται. Eſt verò panis ille, quem vulgò nunc *biſcoctum* vocant: ob uſus

& neceſſarias arbitratus. Quibus paratis, petit primos omnium Francos, eos videlicet quos [g] conſuetudo [h] Salios appellavit, auſos olim in Romano ſolo apud Toxiandriam locum habitacula ſibi figere prælicenter. Cui cum Tungros veniſſet, occurrit legatio prædictorum, opinantium reperiri Imperatorem etiamtum in hibernis, pacem ſub hac lege prætendens, ut quieſcentes eos tamquam in ſuis nec laceſſeret quiſquam, nec vexaret. Hos legatos, negotio plenè digeſto, oppoſitáque condicionum perplexitate, ut in iiſdem tractibus moraturus dum redeunt, muneratos abſolvit. Dictóque citiùs ſecutus profectos, Severo Duce miſſo per ripam, ſubitò cunctos adgreſſus, tamquam fulminis turbo perculſit: jámque precantes potiùs quàm reſiſtentes, in opportunam clementiæ partem effectu victoriæ flexo, [i] dedentes ſe cum opibus liberíſque ſuſcepit. [k] Chamavos itidem auſos ſimilia adortus, eadem celeritate partim cecìdit, partim acriter repugnantes, vivóſque captos compegit in vincula: alios præcipiti fuga trepidantes, ad ſua, ne militem ſpatio longo defatigaret, abire interim permiſit innocuos: quorum legatis paullo poſtea miſſis precatum conſultúmque rebus ſuis, humi proſtratis ſub obtutibus ejus, pacem hoc tribuit pacto, ut ad ſua redirent incolumes.

CAP. IX. Cunctis igitur ex voto currentibus, ſtudio pervigili properans modis omnibus utilitatem fundare provinciarum, munimenta tria recta ſerie ſuperciliis impoſita fluminis Moſæ, ſubverſa dudum obſtinatione barbarica, reparare pro tempore cogitabat: & ilico ſunt inſtaurata, procinctu paulliſper omiſſo. Atque ut [l] conſilium prudens celeritas faceret tutum, ex annona de-

enim diuturnitatem recoquitur, ut ſolet panis nauticus, L. 6. C. Theod. de erogat. milit. an. *Expeditionis tempore buccellatum ac panem, vinum quoque atque acetum, ſed & laridum, carnem berbecinam etiam milites noſtros ita ſolere percipere.* Mauricius in Tacticis: χρὴ ἐν ἡμέρᾳ πολέμου, ἐν ταῖς σέλλαις ἐπιφέρεσθαι ἕκαστον στρατιώτην ὕδωρ καὶ βουκελλάτα. *Lindenbr.*

g *Conſuetudo Salios appellat.*] Zoſim. lib. III. Τὸ Σαλίων ἔθνος, Φράγκων ἀπόμοιρον. Vide quæ ad Legem Salicam notavit Franciſc. Pithœus J. C. vir verè doctus: cujus exactâ diligentiâ factum, ne quid in præſentiarum his addere velimus. *Idem.*

h *Salios auſos olim apud Toxiandriam.*] Toxiandria locus eſt ita dictus à Toxiandris ſeu Toxandris populis, quos in Belgica locat Plinius in lib. 4. cap. 17. non longè à Scaldi fluvio. * Hoſce Toxandros inſulas tenuiſſe Scaldim inter & Moſam fluvios, quæ nunc Selandicæ dicuntur, Cluverius affirmat in libri II. capite 29. * Hoc in loco ſedes fixerant Salii, tunc cùm à Saxonibus patriâ pulſi, Bataviam inſulam, & vicina loca occupaverunt, ut refert Zoſimus in lib. 3. *Valeſ.*

i *Dedentes ſe ſuſcepit.*] De hac Saliorum deditione præter Julianum in Epiſt ad Athenienſes, ſic loquitur Libanius in Orat. funebri: τῷ καιρῷ τὸ σημεῖον αἴροντος εὐθὺς στρατιὰν, καὶ περὶ τὸν ποταμὸν ἀστράψας ἔθνος ὅλον οὕτως ἐξέπληξεν, ὥστ' ἠξίουν μετοικεῖν καὶ μέρος εἶναι τῆς αὐτοῦ βασιλείας. καὶ γῆν ᾔτουν καὶ ἐλάμβανον, καὶ βαρβάροις ἐπὶ βαρβάρους ἐχρῆτο. Id eſt: *Cùm tempus ſignum ſuſtuliſſet, ilico exercitum educit, & circa flumen inſtar fulguris viſus, gentem integram adeo terruit, ut migrare in orbem Rom. peterent. Agros itaque petentibus dedit, & barbaris adverſus barbaros auxiliaribus eſt uſus.* Quæ poſtrema planè confirmant id quod ſcribit Zoſimus, Julianum ſcilicet victis & in deditionem acceptis Saliis & Chamavis, ſelectos ex iis robuſtiores inter auxilia conſcripſiſſe, ejúſque numeri etiam ætate ſua nomen permanſiſſe. Certè in Notitia Imperii tam Orient. quàm Occid. Salii inter Palatina auxilia recenſentur. *Idem.*

k *Chamavos itidem.*] Hi ad oſtia fluminis Rheni ſupra Bataviam ſedes habebant, ut videre eſt in Tabula Peutingerorum. Sed tunc à Saxonibus, quorum ipſi pars erant, trans Rhenum miſſi fuerant, ut Salios ex Batavia expellerent, ſicut narrat Zoſimus in lib. 3. & in Romano limite ſedes ſibi conſtituerant. Hoc enim eſt quod ſignificat Marcellinus noſter his verbis: *Chamavos itidem auſos ſimilia.* Eorum Regulus erat Nebiſgaſtus teſte Eunapio qui hanc rem fuſiùs narrat in Excerptis legationum. *Idem.*

l *Conſilium prudens celeritas faceret tutum.*] Salluſti dictum huc pertinet: *Ubi conſulueris, mature facto opus*

cem dierum & ſeptem, quam in expeditionem pergens vehebat cervicibus miles; portionem ſubtractam in iiſdem condidit caſtris, ſperans ex Chamavorum ſegetibus id ſuppleri poſſe quod ablatum eſt. Longè autem aliter accidit. Frugibus enim nondum etiam maturis, miles expenſis quæ [3] portabat, nuſquam reperiens victus, extrema [4] minitans Julianum compellationibus inceſſebat & probris: Aſianum appellans, Græculum, & fallacem, & ſpecie ſapientiæ ſtolidum. Utque inveniri ſolent quidam inter armatos verborum volubilitate conſpicui, hæc & ſimilia multa ſtrepebant: *Quô trahimur ſpe meliorum abolita, olim quidem dura & perpeſſu aſperrima per nives tolerantes & acumina crudelium pruinarum? ſed nunc, proh nefas! cùm ultimis hoſtium fatis inſtamus, fame, ignaviſſimo mortis genere tabeſcentes. Et ne quis nos turbarum exiſtimet concitores, pro vita loqui ſola teſtamur; non aurum, neque argentum petentes, quæ olim nec contrectare potuimus, nec videre, ita nobis negata velut contra Remp. tot ſuſcepiſſe labores & pericula confutatis.* Et erat ratio juſta querelarum. Inter tot enim rerum probabilium curſus articulóſque neceſſitatum ancipites, ſudoribus Gallicanis miles exhauſtus, [m] nec donativum meruit nec ſtipendium, jam inde ut Julianus illò eſt miſſus: ea re quòd nec ipſi quod daret ſuppetere poterat uſquam, nec Conſtantius erogari more ſolito permittebat. Hócque exinde claruit fraude potiùs quàm tenacitate committi, quòd cùm idem Cæſar, petenti ex uſu gregario cuidam ut barbas detonderet, dediſſet aliquid vile, contumelioſis calumniis appetitus eſt à Gaudentio tunc Notario, ad explorandos ejus actus diu morato per Gallias, quem poſtea ipſe interfici juſſit, ut loco monſtrabitur competenti.

CAP. X. Lenito tandem tumultu non ſine blanditiarum genere vario, contextóque navali ponte Rheno tranſito, terris Alamannorum calcatis, Severus Magiſter equitum bellicoſus ante hæc & induſtrius, repentè commarcuit. Et qui ſæpe univerſos ad fortiter faciendum hortabatur & ſingulos; tunc diſſuaſor pugnandi contemptus videbatur & timidus, mortem fortaſſe metuens adventantem: ut [n] in [5] [o] Tageticis libris legitur, [6] [p] Vejovis [q] fulmine mox tangendos

3 *Mſ.* portabat. 4 *Al.* militans, 5 *Mſ.* Tagetinicis lib. 6 *Mſ.* Vegonicis.

eſt. Ad quod reſpexiſſe videtur Emmanuel Palæologus in Parænet. cap. 30. Καὶ πρὸς μὲν τὰς ἀποράδας χωλῇ βαδίζειν, βεβουλευμένον ᾗ καλῶς, δυσὶ ποσὶ τρέχειν. *Lindenbr.*

m *Miles nec donativum meruit, nec ſtipendium.*] Hæc falſa ſunt, ſi verum eſt quod narrat Sulpicius Severus in principio libri de vita B. Martini, * capite 3. * *Julianus,* inquit, *Cæſar coacto in unum exercitu donativum cœpit erogare militibus apud Vangionum civitatem. Ut eſt conſuetudinis, ſinguli citabantur; donec ad Martinum ventum eſt.* [Marcellinus ipſe in libro 16. tradit, *Agentes in rebus quadam ſollemnitate inductos in Conſiſtorium, ut aurum acciperent.* In libro xx. Julianus jam Aug. de milite Gallicano ſic ad Conſtantium ſcribit: *Cujus iracundiæ nec dignitatum augmenta, nec annuum merentis ſtipendium, id quoque acceſſit.*] Valeſ.

n *In Tagetis Tuſci libris.*] Sic primus ex conjectura correxit P. Caſtellus, cùm in editione Rom. legeretur, *in Tagetinucis libris.* Regius autem & Flor. codex, [ac Colbertinus] * & Toloſ. * ſcriptum habent *Tagetinicis.* Unde non dubito quin veriſſima ſit emendatio noſtra. * Sic Longinianus in Epiſtola ad Auguſtinum *Tagetica præcepta* vocat, quæ cum Orphicis & Triſmegiſticis jungit. [Servius in librum 8. Æneid. *Haruſpicinæ libros* citat, & *ſacra Etruſca, quæ Tages compoſuiſſe dicitur.*] Idem.

adeo hebetari, ut nec tonitrum, nec majores aliquos poſſint audire fragores: & iter ignaviter egerat præter ſolitum, ut ductores viarum præeuntes alacri gradu, ultima minitando terreret, ni omnes conſpirantes in unum ſe loca penitus ignorare firmarent. Qui interdicti metuentes auctoritatem, nuſquam deinde ſunt progreſſi. Inter has tamen moras Alamannorum Rex [7] Suomarius ultro cum ſuis improviſus occurrit, ferox antè ſæviénſque in damna Romana, ſed tum lucrum exiſtimans inſperatum, ſi propria retinere permitteretur. Et quia vultus inceſſúſque ſupplicem indicabat, ſuſceptus, bonóque animo eſſe juſſus & placido, nihil arbitrio ſuo relinquens, pacem genibus curvatis orabat. Et eam cum conceſſione præteritorum ſub hac meruit lege, ut captivos redderet noſtros, & quoties ſit neceſſe militibus alimenta præberet, [r] [ſ] ſuſceptorum vilium more ſecuritates accipiens pro illatis: [8] quas ſi non oſtendiſſet in tempore, ſciret ſe rurſus ea de re fatigandum. Quod ita rectè diſpoſitum, eſt impræpeditè completum. Hortarii nomine petendus erat Regis alterius pagus: & quia nihil videbatur deeſſe præter ductores, Neſticæ Tribuno Scutariorum, & [9] [t] Chariettoni viro fortitudinis miræ, imperaverat Cæſar, ut magnâ quæſitum

7 *Mſ.* Sumoarius. 8 *Mſ.* quas ſi. 9 *Mſ.* Chariettoni.

---

o *Tagetis Tuſci libris.*] Cenſorinus de die natali cap. 11. *In agro Tarquinienſi puer dicitur divinitus exortus nomine Tages, qui diſciplinam cecinerit extiſpicii, quam Lucumones Etruriæ potentes exſcripſerunt.* Cicero de Divinat. lib. 11. Iſidorus Origin. lib. v11. cap. 9. Non ſolùm autem Haruſpicinæ, ſed fulgurum etiam aliarumque rerum abſtruſarum interpretationem hi libri continebant. Servius in Fragment. ad Virgil. lib. x11. *Deorum fulgura in Etruſcis libris deſcripta.* Columella lib. x. Placid. Lactant. in Statii Thebaid. lib. 1v. * Arnobius lib. 2. p. 93. *Libros Acheronticos Etruriæ* laudat Arnob. lib. 2. ſed verior ibi videtur lectio *Arunticis libris*, p. 88. * *Lindenbr.*

p *Vejovis fulmine.*] *Vejovis* Jupiter fulguritor eſt, quem in Gloſſar. vett. *Dijumium*, neſcio quàm rectè, appellatum inveni. *Dijumius*, ζεὺς κεραύνιος. Vejovis imaginem vide in Fulvii Urſini lib. de Familiis Rom. Idolum ejus ut fictum ex Gellio ſcimus lib. v. cap. 12. *Simulacrum Dei Vejovis - - ſagittas tenet, quæ ſunt videlicet paratæ ad nocendum.* * Quapropter eum Deum plerique Apollinem eſſe dixerunt, immolaturque illi ritu humano capra. * Templum habuit Romæ inter arcem & Capitolium: ut Dejovis ædes in regione x. inter Ciceronis domum & Veliam. Pub. Victor. in deſcript. Urbis. * *Dijovis* meminit & Gellius loco ſuprà laudato. * *Idem.*

q *Fulmine mox tangendos adeo hebetari, ut nec tonitrum, nec majores aliquos poſſint audire fragores.*] Id verè dici, ex Plinii quoque verbis elici poteſt, lib 11. cap. 24. in Catholicis fulgurum: *Quati priùs omne & afflari, quàm percuti: nec quemquam tangi, qui prior viderit fulmen, aut tonitrua audierit.* Idem.

r *Suſceptorum vilium more.*] *Suſcepti* ſunt clientes, ſic dicti, quòd à potentioribus in tuitionem ac patrocinium ſuſcipiuntur. Salvianus Maſſil. lib. v. de Gubern. *Ecce quæ ſunt auxilia ac patrocinia majorum: nihil ſuſceptis tribuunt, ſed ſibi.* Vide Servium in v1. AEneid. ad illum verſum - - - *Fraus innexa clienti*, * Scholiaſt. Symmachi Epiſt. 4. lib. 5. Jul. Severianus Rhetor: *Adverſariorum calumnias, factiones, ſolitudinem ſuſcepti, vel cetera ejus infortunia memoramus.* Jordanes de rebus Geticis: *Quaſi ſuſceptorum ſuorum mors ad ſuam injuriam redundaret.* Jurctus Arnobii locum notat. Vid. Pith. ad Fragm. vet. Juriſconſult. pag. 97. * *Idem.*

ſ *Suſceptorum vilium more.*] Gravi errore ſuſceptos hîc intelligi putavit Lindenbrogius, id eſt clientes: cùm Suſceptores intelligantur, qui annonam militarem à provincialibus exactam ſuſceptámque in horrea inferebant, & pro illationis modo ſecuritates, id eſt apochas accipiebant: ut eſt in lege 16. Cod. Theod. de Suſceptoribus. Hi etiam annonam erogabant Actuariis & Optionibus juxta breves ſeu pittacia authentica, quæ Actuarii ſemper parata habebant, in quibus quo die & quantum eſſet erogatum ſcribebatur: nec antequam pittacia hæc accepiſſent Suſceptores, annonam ex horreis proferebant. Hi breves poſtea ad ſacra ſcrinia mittebantur, lege 11. & 14. Cod. Th. de erogatione milit. annonæ. Suſceptorum autem varia genera fuere. Nam præter Suſceptores ſpecierum annonariarum, & Suſceptores canonis, id eſt annonæ populi Romani, & Suſceptores veſtium, & Suſceptores auri & argenti, ſeu Suſceptores aurarii memorantur in Codice, & in Gloſſis veteribus. Denique quot tituli, totidem erant genera Suſceptorum: qui vel ex Curia, vel ex corpore diverſorum officiorum diſcuſſis priùs facultatibus creabantur. *Valeſ.*

t *Chariettoni viro fortitudinis miræ.*] De ejus proceritate ac præclaris facinoribus operæpretium erit Zoſimi

induſtriâ comprehenſúmque offerrent ſibi captivum: & correptus velociter adoleſcens ducitur Alamannus, pacto obtinendæ ſalutis pollicitus itinera ſe monſtraturum. Hoc prægreſſo ſecutus exercitus, celſarum arborum obſiſtente concæde ire protinus vetabatur. Verùm per circuitus longos & flexuoſos ventum eſt tandem ad loca: & irâ quiſque percitus armatorum urebat agros, pecora diripiebat & homines, reſiſtentéſque ſine ulla parcimonia contruncabat. His malis perculſus Rex, [v] cùm multiplices legiones, vicorúmque reliquias cerneret exuſtorum, ultimas fortunarum jacturas adeſſe jam contemplatus, oravit ipſe quoque veniam, facturum ſe imperanda, jurandique exſecratione reſtituere univerſos promiſit: id enim cura agebatur impenſiore: detentiſque plurimis, reddidit paucos. Quo cognito, ad indignationem juſtam Julianus erectus, cùm munerandus veniſſet ex more, quatuor comites ejus, quorum ope & fide maximè nitebatur, non antè abſolvit, dum omnes rediere captivi. Ad colloquium tamen accitus à Cæſare, trementibus oculis adorato, victoriſque ſuperatus adſpectu, condicione difficili premebatur: hac ſcilicet, ut quoniam conſentaneum erat, poſt tot ſecundos eventus civitates quoque reparari vi barbarorum exciſas, [x] carpenta & materias ex opibus ſuis ſuorumque præberet: & hæc pollicitus, imprecatúſque, ſi perfidum quidquam egiſſet, luenda ſibi cruore ſupplicia, ad propria remeare permiſſus eſt. Annonam enim transferre, ita ut Suomarius, ea re compelli non potuit, quòd ad internecionem regione ejus vaſtata nihil inveniri poterat quod daretur. Ita Reges illi tumentes quondam immaniter, rapiniſque diteſcere adſueti noſtrorum, Romanæ potentiæ jugo ſubdidere colla jam domita, & velut inter tributarios nati & educati, obſecundabant imperiis ingravatè. Quibus hoc modo peractis, diſperſo per ſtationes milite conſuetas, ad hiberna regreſſus eſt Cæſar.

Cap. XI. Hæc cùm in comitatu Conſtantii ſubinde noſcerentur, (erat enim neceſſe [1] tamquam Apparitorem Cæſarem ſuper omnibus geſtis ad Augu-

1 *Al.* tanquam Cæſarem.

lib. 3. legere. Sed & Eunapius de eodem ſic ſcribit: Χαριέττων μὲν ὖν καὶ πρὸ τέτε φανερός τις ὢν καὶ ἀνυπόστατος, τῷ τε πλεονάζοντι τῆς δραστηρίας φοβῶν, ἀνεῖχεν ἀπὸ λῃστείας ἅπαντας. Id eſt: *Charietto igitur qui & antea illuſtris & invictus habebatur, & ob ſingularem audaciam terrori erat, omnes barbaros à latrocinando deterruit.* Eunapii verba refert Suidas in ἀνεῖχε. Hic idem Charietto poſtea per utramque Germaniam Comes rei militaris fuit, teſte Marcellino in principio lib. 27. [Charietto iſte natione Francus fuit, unde à Zoſimo natione Barbarus vocatur. Idque vel ex nomine ipſo intelligitur. Francus fuit & *Carietto*, qui anno Chriſti 388. poſt Chariettonem noſtrum ab Alamannis in Germania interfectum 24. Magiſter militiæ Valentiniani Junioris A. in Germania cum exercitu oppoſito Francis diverſabatur, ut ſcribit Sulpicius Alexander. *Cariatto Spatharius Guntchramni* Franc. Regis, pòſt Epiſcopus Genevenſis, à Fredegario memoratur; & *Cariato* quidam in Epiſtola Conſtantii & Dadonis Epiſcoporum ad Deſiderium Cadurcorum Epiſcopum.] *Valeſ.*

v *Multiplices regiones.*] Legendum videtur uno contextu: *Cùm multiplices regionis vicorúmque cerneret reliquias exuſtorum.* Henr. Valeſ. [In codice Regio & Colbertino legitur, *multiplices regiones*: ex quo judico unius litteræ mutatione locum ſic reſtitui oportere: *Cùm multiplices legiones, vicorúmque cerneret reliquias exuſtorum.* id eſt, cùm hinc multas & magnas copias Romanorum jugulo ſuo imminentes, inde vaſtitatem agrorum ſuorum, ac virorum incendia videret. Quid enim eſt *multiplices regionis reliquias*?] Hadr. Valeſ.

x *Carpenta & materias.*] Hujus rei meminit etiam Libanius in Oratione illa funebri: ἀνεῖσθαι τὴν ἐρημίαν ἐκέλευσε πόλεις μὲν ἐγείροντας, σώματα δὲ ἄγοντας· οἱ δὲ ὡμολόγυν τε καὶ ὐκ ἐψεύδοντο· καὶ ἐκομίζετο ξύλα τε καὶ σίδηρον εἰς ἀνά-

ſti referre ſcientiam) omnes qui plùs poterant in palatio, adulandi profeſſores jam docti, rectè conſulta proſperéque completa vertebant in deridiculum : talia ſine modo ſtrepentes inſulſè, *In odium venit cum victoriis ſuis* [y] *capella, non homo:* ut hirſutum Julianum carpentes, appellantéſque loquacem talpam, & purpuratam ſimiam, & litterionem Græcum : & his congruentia plurima atque [2][z] vernaculâ Principi reſonantes, audire hæc taliáque geſtienti, virtutes ejus obruere verbis impudentibus conabantur, ut ſegnem inceſſentes, & timidum, & umbratilem, geſtáque ſecùs verbis comptioribus exornantem: quod non tunc primitus accidit. Namque ut [a] ſolet ampliſſima gloria objecta eſſe ſemper invidiæ, legimus in veteres quoque magnificos Duces vitia crimináque, etiamſi inveniri non poterant, finxiſſe malignitatem, ſpectatiſſimis actibus eorum offenſam. Ut [b] Cimonem Miltiadis filium inſimulatum intemperantiæ, qui prope Eurymedonta Pamphylium flumen Perſarum populum delevit innumerum, coegítque gentem inſolentiâ [3] ſemper elatam, obſecrare ſuppliciter pacem: [c] Æmilianum itidem Scipionem, ut ſomniculoſum æmulorum incuſari malevolentiâ, cujus [4] impetrabili vigilantia, obſtinatæ in perniciem Romæ, [d] duæ ſunt potentiſſimæ urbes exciſæ. Necnon etiam in Pompeium obtrectatores iniqui multa ſcrutantes, cùm nihil unde vituperari deberet inveniretur, duo hæc obſervaverunt ludibrioſa & irrita: quòd genuino quodam more [e] caput digito uno ſcalpebat: quòdque aliquamdiu tegendi ulceris cauſa deformis [f] faſciolâ candidâ crus [5] colligabat: quorum alterum factitare ut diſſolutum, alterum ut novarum rerum cupidum adſerebant: nihil intereſſe oblatrantes argumento ſubfrigido, quam partem corporis redimiret regiæ majeſtatis inſigni: [6] eum virum, quo nec fortior, [g] nec cautior quiſquam patriæ fuit, ut documenta

2 *Mſ.* utinnacula. 3 *Al.* regis elatam. 4 *Al.* impenetrabili. 5 *Mſ.* colligatum. 6 *Al.* in eum virum.

ςατιν οἰκιῶν. Id eſt: *Julianus emere cos pacem juſſit, opida quidem reſtaurantes, corporibus autem operas exhibentes. Quæ illi & polliciti ſunt, & fidem ſervarunt. Ac materiæ ferrúmque ad reſtaurationem ædium convehebantur.* Et in Proſphonetico ad Julianum. *Valeſ.* Mira interpretatio vocum ζώματα δὲ ἄγοντας per *corporibus operas exhibentes*: quum Græca velint *captivos adducentes.* Gron.

y *Capella, non homo.*] Convicium hoc erat in homines deformiores. Sic Julianus ipſe Perſas vocat *Capellas*, Lib. xxv. *En quos Martia iſta pectora viros exiſtimant, deformes illuvie capellas & tætras.* Lindenbr.

z * *Vernacula Principi reſonantes.*] Id eſt ſcurriliter verniliterque dicta. * *Idem.*

a *Solet ampliſſima gloria objecta eſſe ſemper invidiæ.*] Vetus dictum eſt: Τοῖς διὰ τὴν ἀρετὴν πορευομένοις ἕπεται κατ' ἀνάγκην σκιά, τοῖς δὲ διὰ τῆς δόξης βαδίζουσι ἀκολουθεῖ φθόνος. Idem.

b *Cimonem Miltiadis.*] AEmil. Probus & Plutarchus in Cimone. *Idem.*

c *Æmilianum Scipionem ut ſomniculoſum.*] Idem narrat Plutarchus in lib. qui inſcribitur περὶ ἡγεμόνα ἀπαίδευτον, in fine his verbis: καὶ τί δεῖ ταῦτα λέγειν; ὅπου καὶ τὰ σμικρότατα τῶν ἐγκλημάτων περὶ τοὺς ἐπιφανεῖς καὶ τοὺς ἐνδόξους συκοφαντεῖται. Κίμωνος ἦν ὁ οἶνος διαβολὴ, Σκιπίωνος ὁ ὕπνος. [De Cimone ſuprà in codice Colbert. legitur, *inſimulatum ſæpe ante, &*: non ut vulgò, *inſimulatum inceſti.* Quare emendo *inſimulatum intemperantiæ*, id eſt temulentiæ.] *Valeſ.*

d *Duæ potentiſſimæ urbes.*] Numantia & Carthago. Livius, Vell. Paterculus, Val. Maximus. *Lindenbr.*

e *Caput digito uno ſcalpebat.*] Vid. Plutarchum in Cæſare. Epigramma vetus apud Schol. Lucani:

Magnus, quem metuunt homines, digito caput uno
Scalpit, quid dicas hunc ſibi velle? virum. Idem.

f *Faſciola candida crus alligabat.*] Valer. Max. lib. vi. cap. 11. *Candida faſcia crus alligatum habenti Favonius, Non refert, inquit, qua parte corporis ſit diadema. Exigui panni cavillatione regias ejus vires exprobans.* A ſimili re jocus in Metellum natus: ὅτι πολιῷ χεῖρον ἕλκος ἔχων περιόστῳ περιδεδεμένος τὸ μέτωπον. *Idem.*

g *Nec cautior quiſquam patriæ.*] Sic lib. xxix. *Sui cautiores.* Idem.

præclara teſtantur. Dum hæc ita Aguntur, Romæ artemius curans Vacariam, Præfecturam pro [h] Baſſo quoque agebat: qui recens promotus Urbi Præfectus [i] fatali deceſſerat ſorte. Cujus adminiſtratio ſeditiones perpeſſa eſt turbulentas, nec memorabile quidquam habuit, quod narrari ſit dignum.

CAP. XII. Auguſto inter hæc quieſcenti per hiemem apud Sirmium, indicabant nuntii graves & crebri, permiſtos Sarmatas & Quados, vicinitate & ſimilitudine morum armaturæque concordes, Pannonias Mœſiarúmque alteram cuneis incurſare diſperſis. Quibus ad latrocinia magis quàm aperto habilibus Marti, [k] haſtæ ſunt longiores, [l] & [m] loricæ ex cornibus raſis & levigatis, [n] [o] plumarum ſpecie linteis indumentis innexæ: [p] [q] equorúmque plurimi ex uſu caſtrati,

h *Baſſo qui recens promotus.*] Junius Baſſus, Præfectus Urbi, deceſſit Neophytus VIII. Cal. Sept. Euſebio & Hypatio Coſſ. anno Domini 359. ut teſtatur vetus Inſcriptio Romæ in arca ſepulcrali, quam primus in lucem protulit Jac. Sirmundus in Notis ad Ennodium. HIC DEPOSITUS EST JUN. BASSUS V. C. QUI VIXIT ANNIS XLII. MENS. II. IN IPSA PRAEFECTURA URBI NEOFITUS IIT. AD DEUM VIII. CAL. SEPT. EUSEBIO ET HYPATIO. COSS. Atque hic primus è familia Baſſorum, ad Chriſtianam fidem tranſiiſſe videtur, teſte Prudentio contra Symmachum lib. I.

Non Paullinorum, non Baſſorum dubitavit
Prompta fides dare ſe Chriſto. Valeſ.

i *Fatali deceſſerat ſorte.*] Gloſſ. *Fatali ſorte*, ἰδίῳ θανάτῳ. L. 104. C. Theod. de Decurion. *Si quis filiam -- fatali ſorte perdiderit.* L. 6. C. Theod. de cenſu: *Sorte fatali morientibus.* Lindenbr.

k *Haſtæ ſunt longiores.*] Longioribus haſtis ſolitos uti Sarmatas teſtatur etiam Ælianus in Tacticis; ac Cornelius Tacitus in lib. 6. contis ac gladiis & arcu breviore Sarmatas prœliari ſcribit. Ejuſmodi contos eleganter deſcribit Valerius Flaccus in lib. 6. his verſibus:

Sarmaticæ coïere manus, fremitúſque virorum
Semiferi. Riget his molli lorica catena:
Id quoque tegmen equis: & equi porrecta per armos
Et caput, ingentem campis hoſtilibus umbram
Fert abies obnixa genu, vadítque virûm vi,
Vadit equûm, docilis relegi, docilíſque relinqui,
Atque iterum medios non altior ire per hoſtes.

* Adde Silium Italicum in lib. XV. * *Valeſ.*

l *Et loricæ ex cornibus raſis.*] Hanc Sarmatarum armaturam optimè deſcribit Tacitus in lib. I. Hiſt. *Namque*, ait, *mirum dictu ut ſit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipſos: nihil ad pedeſtrem pugnam tam ignavum: ubi per turmas advenere, vix ulla acies obſtiterit. Sed tum humido die & ſoluto gelu neque conti neque gladii quos prælongos utraque manu regunt, uſui: lapſantibus equis & cataphractarum pondere. Id Principibus & nobiliſſimo cuique tegmen, ferreis laminis aut præduro corio conſertum.* Theophraſtus quoque in lib. de animalibus colorem ſimulantibus, ait Sarmatas ex tarandi corio loricas ſibi conſuere. Sed Pauſanias in Atticis refert, eos ob inopiam ferri ex equorum ungulis raſis ac perforatis cataphractas conficere: eas autem ungulas equorum ſeu bonum nervis conſuere. Ejuſmodi loricam ab ſe viſam Athenis ait in Æſculapii templo, quam nuci pineæ adhuc viridi non abſimilem fuiſſe dicit. * Tales certè cernuntur etiamnum in columna Trajani Sarmatarum cataphractæ. * Hæc λωρίκια κεράτινα, ſeu ἐκ κεράτων Leo & Conſtantinus in Tacticis appellant: ubi tamen viri docti κεράτινα & ἐκ κεράτων corrigunt: quibus ne aſſentiar facit Pauſaniæ & Marcellini noſtri auctoritas, & Scholiaſtes Mſ. in Nonium Marcellum, quem hîc citat Lindenbrogius; * & Martialis laudatus à Lipſio in lib. 3. de Militia Rom. cap: 6. * *Idem.*

m *Loricæ ex cornibus raſis.*] Affatim de armatura hac Pauſanias in Atticis, pag. 19. Scholia antiqua in Non. Marcell. *Cataſracta, veſtimentum militis, aut ferri laminâ, aut cornu compoſita, ne ictu penetretur.* * Statius Papin. Thebaid. lib. 3. pag. 110.

Hi teretes galeas, magnorumque ærea ſuta
Thoracum, & tunicas Chalybum ſqualore crepantes
Pectoribus tentare: alii Gortynia lentant
Cornua.

Virgil. *Enſemque clypeumque & rubræ cornua criſtæ.* * Lindenbr.

n *Plumarum in ſpeciem.*] Salluſt. *Equis paria operimenta erant, quæ linteo ferreis laminis in modum plumæ annexuerant.* Servius AEneid. XI. *Idem.*

o *Plumarum ſpecie.*] Pauſanias draconum ſquamis comparat: συμπλεξάμενοι τὰς ὁπλὰς, ἐκκαθάραντές τε καὶ διελόντες ποιοῦσιν ἀπ' αὐτῶν δρακόντων φολίσιν ἐμφερῆ. Sic etiam Virgilius ſquamas loricæ dixit:

Nec duplici ſquama lorica fidelis & auro. & aliquanto clariùs in lib. XI. Æneidos:

quem pellis ahenis
In plumam ſquamis auro conſerta tegebat.

Habebant autem Principes Sarmatarum loricas ex ferreis laminis, ut teſtis eſt Tacitus, & Valerius Flaccus ſuprà citatus:

Riget his molli lorica catena.

Planè intelligit quem Græci ἁλυσιδωτὸν χιτῶνα vocant, ſeu θώρακα. *Valeſ.*

p *Equorum plurimi ex uſu caſtrati.*] Varro de Re Ruſtica lib. II. cap. VII. *Lindenbr.*

q *Equorumque plurimi caſtrati.*] Idem etiam prodit

ne aut feminarum viſu exagitati raptentur, aut in ſubſidiis ferocientes, prodant hinnitu denſiore vectores. Et per ſpatia diſcurrunt ampliſſima ſequentes alios, vel ipſi terga vertentes, inſidendo velocibus equis & morigeris, [r] trahentéſque ſingulos, [ſ] interdum & binos, uti permutatio vires foveat jumentorum, vigórque otio integretur alterno. Æquinoctio itaque temporis verni confecto, Imperator coacta militum valida manu, ductu lætioris fortunæ profectus, cùm ad locum aptiſſimum perveniſſet, flumen Iſtrum exundantem pruinarum jam reſoluta congerie, ſuper navium foros ponte contexto tranſgreſſus, populandis Barbarorum incubuit terris: qui itinere feſtinato præventi, catervâſque bellatoris exercitus jugulis ſuis imminere cernentes, quem nondum per anni tempus colligi poſſe rebantur, nec ſpirare auſi, nec ſtare, ſed vitantes exitium inſperatum, ſemet omnes effuderunt in fugam. Stratiſque plurimis, quorum greſſus vinxerat timor, hi quos exemit celeritas morti, inter latebroſas convalles montium occultati, videbant patriam ferro pereuntem: quam vindicaſſent profecto, ſi vigore quo diſceſſerant, reſtitiſſent. Gerebantur hæc in ea parte Sarmatiæ, quæ ſecundam proſpectat Pannoniam: paríque fortitudine 7 [t] circa Valeriam opes barbaricas, 8 urendo rapiendóque occurrentia, militaris turbo vaſtabat. Cujus cladis immenſitate permoti, poſthabito conſilio latendi, Sarmatæ petendæ ſpecie pacis agmine tripertito agentes ſecuriùs noſtros aggredi cogitarunt: 9 ut nec expedire tela, nec vim vulnerum declinare, nec quod eſt in rebus artiſſimis ultimum, verti poſſent in fugam. Aderant autem ilico Sarmatis periculorum Quadi participes, qui noxarum ſæpe ſocii fuerant indiſcreti: ſed ne eos quidem prompta juvit audacia, in diſcrimina ruentes aperta. Cæſis enim compluribus, pars quæ potuit ſupereſſe, per notos colles

7 *Mſ.* cum Valeriam. 8 *Al.* ferendo. 9 τὸ ut *mſ.* deeſt.

Strabo in lib. 7. ἴδιον δὲ τοῦ Σκυθικοῦ καὶ τοῦ Σαρματικοῦ παντὸς ἔθνους τὸ τοὺς ἵππους ἐκτέμνειν εὐπειθείας χάριν. Id eſt: *Proprium Scythicæ gentis ac Sarmaticæ eſt, equos caſtrare, ut morigeri ſint. Equos enim habent parvos quidem, ſed acres & indociles.* Equi porrò caſtrati morſu quidem & calcibus ferocire deſiſtunt, ceterum nihilo minùs utiles & generoſi ſunt in bello: teſte Xenophonte lib. 7. de Inſtitutione Cyri. Plinius autem in lib. 8. ſcribit, Scythas per bella equabus uti malle, quòd urinam curſu non impedito reddant. *Valeſ.*

r *Trahenteſque ſingulos, interdum & binos, uti permutatio vires foveat jumentorum.*] Hoc genere prœliandi Romanos quoque uſos ex Livio conſtat & Feſto; cujus hæc ſunt verba: *Paribus equis, id eſt, duobus Romani utebantur in prælio, ut ſudante altero tranſirent in ſiccum.* Idem de Danubii circumcolis Ælianus in Tacticis cap. 28. Τάττεται τὸ τοιοῦτον σχῆμα μάλιστα πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον βαρβάρους, οἳ ἀμφίππους ἔχουσιν, ὡς εἰθισμένους μεταβαίνειν ἀπὸ ἄλλων ἵππων εἰς ἄλλους. De Alanis Egeſippus lib. v. cap. 50. *Infudere ſe genti Medorum, & imperatis brevi velocibus equis, & aliis pariter ad dexteram nexis, in quos per vices, cùm foret libitum, deſilirent, totam propemodum regionem percurſavere.* * Val. Flaccus Argonaut. lib 6. p. 145.

--- *Comitumque celer mutator equorum*

Mæſus, & ingentis frenator Sarmata conti. * Lindenbr.

ſ *Interdum & binos.*] Idipſum teſtatur Ælianus in Tacticis, qui eam ob cauſam ἀμφίππους eoſdem dictos eſſe memorat, ídque barbaris omnibus qui Iſtrum accolunt, communeait fuiſſe. Sanè Valerius Flaccus in 6. Mœſis, idipſum tribuit.

Comitúmque celer mutator equorum

Mæſus, & ingentis frenator Sarmata conti.

Sed Sarmatarum eum proprium fuiſſe morem ſatis probat, quòd ludus Sarmaticus pro deſultorio ponitur apud Vopiſcum in Caro. *Valeſ.*

t *Contra Valeriam.*] Id eſt, è regione *Valeriæ*. In Regio tamen & Vaticano codice, [& in Colbertino] legi-

evaſit:

evaſit: quo eventu vires & animos incitante, junctis denſiùs cuneis ad Quadorum regna properabat exercitus: qui ex præterito caſu impendentia formidantes, rogaturi ſuppliciter pacem, fidentes ad Principis venere conſpectum, [v] erga hæc & ſimilia lenioris: dictóque die ſtatuendis condicionibus, [1] Zizais quoque etiamtum Regalis, haud parvi corporis juvenis, ordines Sarmatarum more certaminis inſtruxit ad preces: viſóque Imperatore abjectis armis pectore toto procubuit exanimis ſtratus. Et amiſſo vocis officio præ timore, [2] tum cùm orare deberet, majorem miſericordiam movit, conatus aliquoties, parúmque, impediente ſingultu, permiſſus explicare quæ poſcebat. Recreatus denique tandem, juſsúſque exſurgere, genibus nixus uſu linguæ recuperato, conceſſionem delictorum ſibi tribui ſupplicavit & veniam: eóque ad precandum admiſſa multitudo, cujus ora formido muta claudebat, periculo adhuc præſtantioris ambiguo: ubi ille ſolo juſſus attolli, orandi ſignum exſpectantibus diu monſtravit, omnes clypeis telíſque projectis manus precibus dederunt, plura excogitantes ut vincerent humilitate ſupplicandi Regalem. Duxerat potior cum ceteris Sarmatis etiam [3] Rumonem, & Zinafrum, & Fragiledum [x] Subregulos, plurimóſque Optimates, cum [4] impetrandi ſpe ſimilia petituros. Qui licèt elati gaudio ſalutis indultæ, condicionum ſarcinâ compenſare inimicè facta pollicebantur, ſéque cum facultatibus & liberis & conjugibus terrarúmque ſuarum ambitu, Romanæ potentiæ libenter [5] offerrent: prævaluit tamen æquitati juncta benignitas: juſsique obtinere ſedes impavidi, noſtros reddidere captivos. Duxerúntque obſides poſtulatos, & obedire præceptis deinde promptiſſimè ſpoponderunt. Hortante hoc exemplo clementiæ, advolarunt Regales cum ſuis omnibus Araharius & Uſafer, inter Optimates excellentes, agminum gentilium duces, quorum alter [6] Transjugitanorum [7] Quadorúmque parti, alter quibuſdam Sarmatis præerat, locorum confiniis & feritate junctiſſimis: [y] quorum plebem veritus Imperator, ne ferire fœdera ſimulàns, in arma repentè conſurgeret; diſcreto conſortio, pro Sarmatis obſecrantes juſſit

1 *Steph.* modo Zizais quoque. 2 *Steph.* dum eum. [3] *Mſ.* Rumorem. 4 *Mſ.* impetrandi ſpecie. 5 *Steph.* [o]fferrent. 6 *Mſ.* Transfugitanorum. 7 *τὸ* que *deeſt* [in] *l.*

[...]ir c̄ c, quod eſt *circa*, * quomodo in Toloſano diſtin[c]tè ſcriptum reperi. * In Editione autem Romana excu[ſ]um erat, *eſſe Valeriam*, errore librariorum, qui eam [n]otam minimè intelligebant. Gelenius vulgatæ ſcripturæ auctor eſt. *Valeſ.*

v *Ergo hæc & ſimilia lenituris.*] Eleganter hunc lo[c]um mihi reſtituiſſe videor, mutata tantummodo inter[p]unctione. Nam cùm in Editione Romana & in Regio ac Toloſ. * codice legeretur, *erga hæc ſimilia lenioris*, [n]on dubitavi quin ita legendum eſſet ut edidi. Paullo pòſt etiam emendavi: *Duxerat potior cum ceteris Sarmatis*: ubi vulgo legebatur *armatis*. Idem.

x *Subregulos.*] Subreguli ſunt Reges, qui potentioribus Regibus obnoxii ſunt: quos etiam *Regulos* vocat Marcellinus noſter in lib. 18. *Reges omnes, & Regales, & Regulos ad convivium corrogatos.* Ita Sulpicius Alexander in lib. 4. Hiſt. Marcomerem & Sunnonem Francorum Subregulos vocat, quos etiam Regales ibidem appellat. *Idem.*

y *Quorum plebem arcuit Imp.*] In Editione Romana perinde ut in Regio * ac Toloſano * codice legitur, *quorum pl. acrius Imperator*: [in Colbertino, *acrior us.*] Primus Gelenius vulgatam lectionem excogitavit. Ego verò cùm animadvertiſſem in lib. 26. cap. VI. ubi legitur, *veritus ne hac ex cauſa indemnatus occideretur*, tam Re-

paulliſper abſcedere, dum [8] Araharii & Quadorum negotium ſpectaretur. [z] Qui cùm eorum ritu oblati, ſtantes curvatis corporibus, facinora gravia purgare non poſſent, ultimæ ſortis infortunia metuentes, dederunt obſides imperatos, numquam antea pignora fœderis exhibere compulſi. His ex æquo bonóque compoſitis, Uſafer in preces admiſſus eſt: Arahario pertinaciter obſtrepente, firmantéque, pacem quam ipſe meruit, ei quoque debere proficere, ut participi, licèt inferiori, & obtemperare ſuis imperiis conſueto. Verùm quæſtione diſcuſſa, aliena poteſtate eripi [a] Sarmatæ juſſi, ut ſemper Romanorum clientes, offerre obſides, quietis vincula conſervandæ, gratanter amplexi ſunt. [b] Ingerebat autem ſe poſt hæc maximus numerus catervarum confluentium nationum & Regum, ſuſpendi à jugulis ſuis gladios obſecrantium, poſtquam Araharium impune compererant abſceſſiſſe: & pari modo ipſi quoque adepti pacem quam poſcebant, accitos ex intimis regni Procerum filios, obſidatus ſorte opinione celeriùs obtulerunt; itidémque captivos, ut placuerat, noſtros, quos haud minori gemitu perdidere quàm ſuos. Quibus ordinatis, tranſlata eſt in Sarmatas cura, miſeratione dignos potiùs quàm ſimultate: quibus incredibile quantum proſperitatis hæc attulit cauſa: ut verum illud exiſtimetur, quod opinantur quidam, [c] fatum vinci Principis poteſtate, vel fieri. Potentes [9] olim ac nobiles erant hujus indigenæ regni, ſed conjuratio clandeſtina ſervos armavit in facinus. Atque ut [d] barbaris eſſe omne jus in viribus adſuevit.

8 *Mſ.* Barbarii. 9 *Al.* olim ignobiles.

---

gium exemplar quàm Editionem Rom. ſcriptum habere *bacritus*, hunc locum eodem modo corruptum eſſe ſuſpicatus ſum. *Valeſ.*

z *Qui cum eorum ritu oblati.*] *ἴσ. reorum ritu obl.* Lindenbr.

a *Sarmatæ ut ſemper Rom. clientes*] Id benignè intelligendum eſt: licèt enim in Romanos ſæpe inſurrexerint Sarmatæ, tamen domiti, & in fidem poſtea ſunt recepti. *Valeſ.*

b * *Ingerebat ſe maximus numerus catervarum confluentium nationum & Regum, ſuſpendi à jugulis ſuis gladios obſecrantium; poſtquam Araharium impune compererant abſceſſiſſe.*] Guntherus Ligurinus in libro VIII.

--- pœnamque reatus
Admotos nudis portantes faucibus enſes.

Aliàs, *portant cervicibus enſes.* In Chronico Richerſpergenſi legitur Epiſtola Friderici Imper. ad Eberhardum Salzburgenſem Archiepiſcopum, data anno 1162. his verbis: *In Kalendis Martii hoſtis Imperii Mediolanum ſubmotâ omni ſimulatione fraudis, quâ in prima deditione doloſe nos circumvenit, ſumma neceſſitate famis & inediis coacti, ad curiam noſtram apud Laudam venerunt, & nudos gladios in cervicibus ſuis deferentes, & Majeſtati noſtræ reos ſe eſſe profitentes, perſonas, res, ipſamque civitatem abſque omni tenore & ſine aliqua condicione interpoſita in noſtram poteſtatem cum plena deditione reddidere.* Vvippo de Vita Chunradi Salici Imp. *Romani qui ſeditionem commoverant, ante Imperatorem venientes nudatis pedibus, liberi cum nudis gladiis, ſervi cum torquibus vimineis circa collum quaſi ad ſuſpenſionem præparati, ut Imperator juſſit, ſatisfaciebant.* Galli dicunt *la hart au col.* Simile quid à Gandavenſibus factum, cùm ad Imper. Carolum V. ſupplices accederent, veniamque delictorum peterent. Funiculus è collo, ritus ſupplicantium erat 1. Regum capite XX. Vide Excerpta Legationum ex Petro Patricio. *Lindenbr.* Sed vide præfationem Hadr Valeſii.

c *Fatum vinci Principis pot. vel fieri.*] Eodem ſenſ Claudianus de 4. Honorii Conſulatu dixit:

Largitor honorum
Pronus, & in melius gaudens convertere fata.

Et Procopius in lib. 1. de fabricis Juſtiniani initio: *τὴν βίαν διωμένης πλούτῳ πεποιημένος καταχορεῖς, καὶ τύχην αὐτὸ τὴν ἐπιστάζουσαν βιασάμενος.* Sed omnium elegantiſſim Pacatus in Panegyrico his verbis: *Nullam majorem crederim eſſe Principum felicitatem, quàm feciſſe felicem, & interceſſiſſe impiæ, & dediſſe homini novum fatum.* * In hanc ſententiam multa eleganter diſſerit Dio Chryſoſtomus in oratione XXV. Reges eſſe genios, populorum felicitatis aut infelicitatis auctores, prout eis præfuerint. * *Valeſ.*

d *Barbaris omne jus in viribus.*] Idem de German Pompon. Mela in lib. III. cap. 3. *Jus in viribus habi* Lindenbr.

[e] vicerunt dominos ferocia pares, ſed numero præminentes. Qui confundente metu conſilia, [f] ad Victohalos diſcretos longiùs confugerunt, obſequi defenſoribus, ut in malis, optabile, quàm ſervire ſuis mancipiis arbitrati: quæ deplorantes poſt impetratam veniam recepti in fidem, poſcebant præſidia libera-ti: [1] eóſque iniquitate rei permotus, inſpectante omni exercitu, convocatos allocutus verbis mollioribus Imperator, nulli niſi ſibi Ducibuſque Romanis [2] parere præcepit. Atque ut reſtitutio libertatis haberet dignitatis augmentum, [g] Zizain Regem iiſdem præfecit, conſpicuæ fortunæ tum inſignibus aptum profectò, ut res docuit, & fidelem: nec diſcedere quiſquam poſt hæc [3] glorioſè geſta permiſſus eſt, antequam (ut placuerat) remearent noſtri captivi. His in barbarico geſtis, Bregetionem caſtra commota ſunt: ut etiam ibi belli Quadorum reliquias, circa illos agitantium tractus, lacrymæ vel ſanguis exſtingueret. Quorum Regalis Vitrodorus Viduarii filius Regis, & Agilimundus Subregulus, [h] aliíque Optimates, & judices variis populis præſidentes, viſo exercitu in gremio regni ſolíque genitalis, ſub greſſibus jacuere militum, & adepti veniam juſſa fecerunt: ſobolémque ſuam obſidatus pignore, ut obſequuturi condicionibus impoſitis, tradiderunt: [i] eductíſque mucronibus, quos pro numinibus colunt, juravere ſe permanſuros in fide.

CAP. XIII. His (ut narratum eſt) ſecundo finitis eventu, ad [4] Limi-

1 *Steph.* eoſque. 2 *Mſ.* parcere. 3 *Mſ.* glorioſa. 4 *Steph.* Limitantes.

e *Vicerunt dominos.*] Sarmatæ cùm à Scythis bello appeterentur, ſervis ſuis arma dederant: qui cùm victoriam de Scythis retuliſſent, adverſus dominos arma vertentes, eos ſuis ſedibus deturbarunt. Pulſi domini ad Conſtantinum Aug. confugêre, qui validiores quidem militaribus numeris inſeruit, aliis agros aſſignavit, ut narrat Euſebius in lib. 4. de vita Conſt. cap. 6. & ampliùs trecenta millia hominum miſtæ ætatis & ſexus per Thraciam, Macedoniam, Italiámque diviſit, ut eſt in Excerptis de Geſtis Conſtantini, quæ cum Marcellini noſtri hiſtoriis edidimus. Contigit ea res Optato & Paullino Coſſ. anno Domini 334. teſte Idatio in Faſtis, & Hieronymo in Chronico, qui ſic ait: Anno Domini 334. *Sarmatæ Limigantes dominos ſuos, qui nunc Arcaragantes dicuntur, facta manu in Rom. ſolum expulerunt.* Sarmatæ igitur à ſervis pulſi, partim ad Rom. partim ad Victohalos confugerunt. *Valeſ.*

f *Ad Victobalos.*] Regius codex [& Colbertinus,] * cum Toloſano *, *Victohalos* habent. A Pæanio qui Eutropium Græcè vertit, Βικτόαλοι dicuntur. Atque ita, ubicumque Victobalos legis, emendandum cenſeo. Error natus eſt ex affinitate litterarum *b* & *h*, quæ in Mſſ. codicibus vix diſtinguuntur. Sic Abrabarium vulgatæ Editiones habebant in hoc libro pro Arahario. Ita enim ſemper in codice Regio, & interdum in Editione Romana ſcriptum reperimus. Eodem errore *Eubages* in lib. xv. ſcriptum erat pro *Euhages*. Eutropius quidem *Victophalos* vocat in Trajano, ſed Mſ. Fuldenſis *Victohalos* habet, teſte Sylburgio; Hirsfeldenſis *Victoalos*, teſte Caniſio. *Idem.*

g *Zizaim Regem iiſdem præfecit.*] Non omittenda ſunt verba Aurelii Victoris: *At Julius Conſtantius annos tres atque* xx. *Auguſtum Imperium regens, cum externis motibus, modò civilibus exercetur, ægre ab armis abeſt: queis tyrannide tantorum depulſa, ſuſtentóque interim Perſarum motu, genti Sarmatarum magno decore confidens apud eos Regem dedit.* Hæc Sarmatarum Regis creatio contigit Datiano & Cereale Coſſ. *Idem.*

h *Aliique Optimates & Judices.*] De Quadis loquitur Ammianus, & pro Ducibus *Judices* ponit. Id autem ex eo manat, quod qui aries vel dux gregis Græcis dicitur, à Græcis appellatur κριὸς, ἀπὸ τοῦ κρίνειν: ut ait Artemidorus libri 2 capite 12. Ideoque *Judex* & *Dux* idem. Sic in hoc loco *Optimates & Judices* jungit Ammianus. Sic cap. 6 libro XVIII Urſicinum *Judicem* vocat. Et in libro XXXI cap. 2. *Alani Judices eligunt diuturno bellandi uſu ſpectatos.* Et ſeq. cap. Athanaricus, qui Gothorum Rex erat, *Thervingorum Judex* nuncupatur. Oiſelius. Ergone quia aries dux gregis Græce κριὸς dicitur, ἀπὸ τοῦ κρίνειν, à judicando, ideo Judæi, Alani, Hunni, aliique Barbari, Duces ac nonnunquam Reges etiam ſuos *Judicum* appellatione deſignavere? Hadr. Valeſ.

i *Eductis mucronibus, quos pro numinibus colunt.*] * Hunc ritum etiam inf. tangit, cùm de Alanis ſcri-

gantes Sarmatas Servos ociùs ſigna transferri utilitas publica flagitabat, quos erat admodum nefas, impune multa & nefaria perpetraſſe. Nam velut obliti priorum, tunc [k] erumpentibus Liberis, ipſi quoque tempus aptiſſimum nacti, limitem perrupere Romanum, ad hanc ſolam fraudem dominis ſuis hoſtibúſque concordes. Deliberatum eſt tamen id quoque leniùs vindicari, quàm criminum magnitudo poſcebat, hactenus ultione porrecta, ut ad longinqua tranſlati amitterent copiam noſtra vexandi: quos pericula formidare monebat ſcelerum conſcientia diutiùs commiſſorum. Ideóque in ſe pugnæ molem ſuſpicati vertendam, dolos parabant, & ferrum, & preces. Verùm adſpectu primo exercitus tamquam fulminis ictu perculſi, ultimáque cogitantes, vitam precati, tributum annuum, delectúmque validæ juventutis, & ſervitium ſpoponderunt: abnuere parati, ſi juberentur aliorſum migrare, ut geſtibus indicabant & vultibus, locorum confiſi præſidio, ubi lares poſt exactos [5] dominos fixere ſecuri. Has enim terras [l] Parthiſcus irruens obliquatis meatibus Iſtro miſcetur. Sed dum ſolus licentiùs fluit, ſpatia longa & lata ſenſim præterlabens, & ea coartans prope exitum in anguſtias, accolas ab impetu Romanorum alveo Danubii defendit, à barbaricis verò excurſibus ſuo tutos præſtat obſtaculo: ubi pleráque humidioris ſoli naturâ & incrementis fluminum redundantia, ſtagnoſa & referta ſalicibus, ideóque invia niſi perquam gnaris: & ſuper his inſularem amfractum aditu Parthiſci pæne contiguum amnis potior ambiens, terræ conſortio ſeparavit. Hortante igitur Principe, cum genuino faſtu ad citeriorem venêre fluminis ripam, ut exitus docuit, non juſſa facturi, ſed ne viderentur militis præſentiam formidaſſe: ſtabántque contumaciter, ideóque propinquaſſe monſtrantes, ut jubenda repudiarent. Quæ Imperator accidere poſſe contemplans, in agmina plurima clam diſtributo exercitu, celeritate volu-

5 τὸ inde *deeſt mſ.*

bit lib. XXXI. *Gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem regionum, quas circumeunt, Præſulem verecundiùs colunt.* Sollemne nempe eſt, ut per eum quis juramenti religione ſeſe adſtringat, quem pro Deo obſervat. Sic Mezentius per dextram & telum jurabat, & Scythæ per acinacem. Apul. de Deo Socrat. * Arnob. adverſ. Gentes lib. 2. Aimoinus lib. 4. c. 36. *Hoc pactum ſacramento quidem ſuper arma (ut eis mos erat jurantibus) firmatum.* * Lucianus in Toxare: Μᾶλλον δὲ πρότερον ὀμοῦμαί σοι τὸν ἡμέτερον ὅρκον. ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἐν ἀρχῇ διωμολογησάμην. Οὐ μὰ γὰρ τὸν ἄνεμον καὶ τὴν ἀκινάκην, οὐδὲν πρός σε ψεῦδος ἐρῶ. De Danis M. Adamus cap. XXX. *Cæſari miſerunt gladium videlicet capulo tenus aureum & alia multa, pacem firmam ritu gentis per arma juraverunt.* Sed optimè Ammiani locum Menander illuſtrat in Eclogis Legation. pag. 106. Δείσαντες οἱ ἐν Σιγγιδόνι, τοὺς ὅρκους γοῦν αὐτὸν (Chaganum) ὀμνύναι προὐκαλοῦντο, καὶ ὡς παραυτίκα, τούς τε Ἀβαρικοὺς ὤμνυεν ὅρκους, ΞΙΦΟΣ ΣΠΑΣΑΜΕΝΟΣ, καὶ ἐπαρασάμενος ἑαυτῷ τε καὶ τῷ Ἀβάρων ἔθνει παντοίως, εἰ κατὰ Ῥωμαίων τι μηχανώμενος γεφυροῦν βουλεύοιτο τὸν Σάον, ὑπὸ ξίφους μὲν αὐτός τε καὶ τὸ Ἀβάρων ἅπαν ἀναλωθείη φῦλον. * *Lindenbr.* Locus, quem citat Lindebrogius, eſt libri XXXI cap. 2 citaturque in pari cauſa ab Jſ. Voſſio ad Pompon. Melam II, 1, ubi pro *circumeunt*, ex Vaticano libro produxit *circumcircant*, ut de eo non debuerit adeo jactare Hadrianus Valeſius in præfatione, qua enumerat ſua κατορθώματα. *Gron.*

k *Erumpentibus liberis.*] Ita vocat Sarmatas liberos (ut paullo pòſt, *liberi terras occupaverunt è regione ſibi oppoſitas*) ad diſcrimen Sarmatarum Limigantium, qui ſervilis erant conditionis. Lib. 29. *Sarmatas liberos ad diſcretionem ſervorum rebellium appellatos:* quorúmque in dominos facinus paullo antè narravit ſuprà lib. XVII. & inf. lib. XIX. Sic liberorum Scytharum meminit Herodotus lib. IV. *Idem.*

l *Parthiſcus irruens amnis.*] Plinius Parthiſſum amnem nominat in lib. 4. capite 12. *Campos & plana tenent Jazyges; Sarmatæ montes & ſaltus: pulſi ab his Daci ad Parthiſſum amnem.* * Aliàs *Pathiſſum amnem*; ut in

cri migrantes [6] intra ſuorum acies clauſit. Stánſque in aggere celſiore cum paucis, & ſtipatorum præſidio tectus, eos ne ferocirent leniùs admonebat. Sed fluctuantes ambiguitate mentium, in diverſa rapiebantur, & furori miſtâ verſutiâ tentabant cum precibus prœlium: vicinúmque ſibi [7] in noſtros parantes excurſum, projecere conſultò longiùs ſcuta, ut ad ea recuperanda ſenſim progreſſi, ſine ullo fraudis indicio ſpatia furarentur. Jámque vergente in veſperum die, cùm moras rumpere lux moneret excedens, erectis vexillis, in eos igneo miles impetu ferebatur: qui [8] conferti, aciéque denſiore contracta, adverſus ipſum Principem ſtantem (ut dictum eſt) altiùs, omnem impetum contulerant, eum oculis [9] inceſſentes & vocibus truculentis. Cujus furoris amentiam exercitûs ira ferre non potuit, eóſque Imperatori, ut dictum eſt, acriter imminentes, deſinente in anguſtum fronte, quem habitum [m] caput porci ſimplicitas militaris appellat, impetu disjecit ardenti: & dextrâ pedites catervas peditum obtruncabant; equites lævâ equitum ſe turmis agilibus infuderunt. Cohors Prætoria ex adverſo Auguſtum cautiùs ſtipans, reſiſtentium pectora, móxque terga fugientium [1] incidebat: & cadentes inſuperabili contumacia barbari, non tam mortem [2] dolere, quàm noſtrorum lætitiam horrendo ſtridore monſtrabant: & jacentes abſque mortuis plurimi ſucciſis poplitibus, ideóque adempto fugiendi ſubſidio; alii dextris amputatis; nonnulli ferro quidem intacti, ſed [3] ſuperruentium colliſi ponderibus, cruciatus alto ſilentio perferebant. Nec eorum quiſquam inter diverſa ſupplicia veniam petiit, aut ferrum projecit, aut exoravit celerem mortem: ſed arma jugiter retinentes, licèt adflicti, minus criminis æſtimabant, alienis [4] viribus potiùs quàm conſcientiæ ſuæ judicio vinci: muſſantéſque audiebantur interdum, fortunæ non meriti fuiſſe quod evenit. Ita in ſemihoræ curriculo diſcrimine prœliorum emenſo, tot procubuere ſubitò barbari, ut pugnam fuiſſe ſola victoria declararet. Vixdum populis hoſtilibus ſtratis, gregatim peremptorum neceſſitudines ducebantur humilibus extractæ tuguriis, ætatis ſexúſque promiſcui: & faſtu vitæ prioris abolito, ad infimitatem obſequiorum venêre ſervilium: & exiguo temporis intervallo decurſo, cæſorum aggeres, & captivorum agmina cernebantur. Incitante itaque fervore certaminum fructúque vincendi, conſurrectum eſt in perniciem eorum, qui deſeruere prœlia, vel in tuguriis latitantes occultabantur. Hos

6 *Steph.* intra vallum. 7 *Al.* in nocturnos. 8 *Steph.* converſi. 9 *Al.* inceſſentibus. 1 *Al.* cædebat. 2 *Steph.* dolere. 3 *Steph.* ſupervenientium. 4 *τὸ* potiùs *deeſt al.*

Editione Pariſienſi Nic. Beraldi, quæ anno M.D.XVI. prodiit, impreſſum reperitur. Ptolemæus in libro III. Τιβίσκον appellat, & Jazygas vagos inter Danubium & Tibiſcum ac montes Sarmaticos ponit, perinde ac Plinius. Sed in Ptolemæo legendum eſt Παρτίσκος. Unde & Πάρτισκον opidum à fluvio præfluente dictum. Hungari flumen hoc vocant *Tiſſa.*, teſte Cluverio libri 3. capite 31. * Eſt & Artiſcus amnis apud Herodotum in 4. quem per Odryſas fluere dicit: ſed alius eſt à Parthiſco, cùm Parthiſcus ſit ultra Danubium. *Valeſ.*

m *Caput porci ſimplicitas militaris.*] Veget. de Re Milit. lib. III. cap. 19. Agathias lib. II. & ex eo Suid. *Lindenbr.*

cùm ad loca veniſſet avidus barbarici ſanguinis miles, disjectis culmis levibus obtruncabat: nec quemquam [n] caſa vel trabibus compacta firmiſſimis periculo mortis extraxit. Denique cùm inflammarentur omnia, nullúſque latere jam poſſet, cunctis vitæ præſidiis circumciſis, aut obſtinatè igni peribat abſumptus, aut incendium vitans [5] egreſſúſque, uno ſupplicio declinato, ferro ſternebatur hoſtili. Fugientes tamen aliqui tela incendiorúmque magnitudinem, amnis vicini ſe commiſere gurgitibus, peritiâ nandi ripas ulteriores occupare poſſe ſperantes: quorum plerique ſubmerſi necati ſunt, alii jaculis periere confixi: adeo ut abunde cruore diffuſo meatus fluminis ſpumaret immenſi: ita per elementum utrumque Sarmatas vincentium ira virtúſque delevit. Placuerat igitur poſt hunc rerum ordinem cunctis adimi ſpem omnem vitæque ſolatium: & poſt lares incenſos raptáſque familias, navigia juſſa ſunt colligi, ad indagandos quos à noſtrorum acie ulterior diſcreverat ripa. Statímque ne alacritas intepeſceret pugnatorum, impoſiti lintribus per abdita ducti velites expediti, occuparunt latibula Sarmatarum: quos repentinus fefellit adſpectus, gentiles lembos & nota remigia conſpicantes. Ubi verò procul micantibus telis, quod verebantur, propinquare ſenſerunt, [6] [o] ad ſuffugia locorum paluſtrium ſe contulerunt: eóſque ſecutus infeſtiùs miles, cæſis plurimis ibi victoriam reperit, ubi nec cautè poſſe conſiſtere, nec audere aliquid credebatur. Poſt abſumptos pæne diffuſóſque Amicenſes, petiti ſunt ſine mora [p] Picenſes, ita ex regionibus appellati conterminis: quos tutiores fecere ſociorum ærumnæ, rumorum adſiduitate compertæ. Ad quos opprimendos (erat enim arduum ſequi per diverſa conſperſos, imprudentia viarum arcente) Taifalorum auxilium, & Liberorum adæquè Sarmatarum adſumptum eſt. Cúmque auxiliorum agmina locorum ratio ſepararet, tractus contiguos Mœſiæ ſibi miles elegit; Taifali proxima ſuis ſedibus obtinebant; Liberi terras occupaverant è regione ſibi oppoſitas. [7] Limigantes territi [8] recentibus ſubactorum exemplis [9] & proſtratorum, diu hæſitabant ambiguis mentibus, utrum oppeterent an rogarent, cùm utriuſque rei ſuppeterent documenta non levia. Vicit tamen ad ultimum cœtu Seniorum urgente, dedendi ſe conſilium: variæque palmæ victoriarum acceſſit eorum quoque ſupplicatio, qui armis libertatem invaſerant: & reliqui eorum

5 *Steph.* egreſſuſque. 6 *Al.* ſuffragia. 7 *Mſ.* Limitantes. 8 *τὸ* recentibus *mſ. deeſt.* 9 *Mſ.* & ſubacrum proſtratorum.

---

n *Caſa vel trabibus compacta firmiſſimis.*] Morem hunc etiamnunc Sarmatæ aliique Aquilonares & Alpini populi ſervant. Trabibus enim aliis ſuper alias locatis domus & caſas conſtruunt: uti non omnes quidem, ſic multas tamen. Neque aliter priſcos illos Germanos, majores noſtros, factitaſſe veroſimile eſt. De quorum ædificiis ſic ſcribit Herodianus lib. VII. *Λίθοι μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ἢ πλίνθοι ὀπτῶν σπάνις, ὗλαι δ' εὔδενδροι· ὅθεν ξύλων οὔσης ἐκτενείας, συμπηγνύντες αὐτὰ καὶ ἁρμόζοντες, σκηνοποιοῦνται).* In Germanorum tamen ſolo domicilia non pauca ritu Romano elegantiùs fuiſſe conſtructa, ex Ammian. lib. XVII. videre licet. *Lindenbr.*

o *Ad ſuffugia locorum.*] Vulg. *Sufragia locor.* malè. Paullo pòſt: *Adegit ſuffugia petere latebrarum paluſtrium.* Lib. XXI. *Per impedita ſuffugia velocitas exemerat pedum.* Ita *refugia*, ὑποδύσεις. Rufinus de Bell. Jud. lib. III. cap. 9. *Machinas & refugia incendunt.* Idem.

p *Picenſes.*] Apud Ptolemæum Πικήνσιοι in Mœſia ſu-

cum precibus, ut ſuperatos & imbelles dominos aſpernati, fortioribus viſis inclinavere cervices. Accepta itaque publica fide, & deſerto montium propugnaculo, ad caſtra Romana convolavit eorum pars major, diffuſa per ſpatia ampla camporum, cum parentibus, & natis, atque conjugibus, opúmque vilitate, quam eis celeritatis ratio [1] furari permiſit. Et qui animas amittere potiùs, quàm cogi ſolum vertere putabantur, dum licentem amentiam libertatem exiſtimarent, parere imperiis, & ſedes alias ſuſcipere ſunt adſenſi tranquillas & fidas: ut nec bellis vexari, nec mutari ſeditionibus poſſint. Iiſdémque ex ſententia, ut credebatur, acceptis, quievere paulliſper, pòſt feritate nativa in [2] exitiale ſcelus erecti, ut congruo docebitur textu. Hoc rerum proſpero currente ſucceſſu, tutela Illyrico competens gemina eſt ratione firmata: cujus negotii duplicem magnitudinem Imperator adgreſſus, utramque [3] perfecit. Exſules populos, licèt mobilitate [4] ſuſpectos, acturos tamen paullo verecundiùs, tandem reductos in avitis ſedibus collocavit. Iiſdémque ad gratiæ cumulum, non ignobilem quempiam Regem, ſed quem ipſi antea ſibi præfecere, Regalem impoſuit, bonis animi corporíſque præſtantem. Tali textu rectè factorum, Conſtantius jam metuente ſublimior, [q] militaríque conſenſu ſecundo [r] Sarmaticus appellatus ex vocabulo ſubactorum, jámque diſceſſurus, convocatis cohortibus, & centuriis, & manipulis omnibus, tribunal inſiſtens, ſigníſque ambîtus & aquilis, & agmine multiplicium poteſtatum, his exercitum allocutus eſt, ore omnium favorabilis, ut ſolebat: *Hortatur recordatio rerum glorioſè geſtarum, omni jucunditate viris fortibus gratior, admodum verecundè replicare, quæ divinitus delata ſorte vincendi, & ante prœlia, & in ipſo correximus fervore pugnarum, Romanæ rei fidiſſimi defenſores. Quid enim tam pulcrum, támque poſteritatis memoriæ juſta ratione mandandum, quàm ut miles ſtrenuè factis, ductor prudenter conſultis exſultet? Perſultabat Illyricum furor hoſtilis, abſentiam noſtram inanitate tumenti deſpiciens, dum Italos tueremur & Gallos: variíſque diſcurſibus vaſtabat extima limitum: nunc [5] cavatis roboribus, aliquoties peragrans pedibus flumina, non congreſſibus, nec armis fretus aut viribus, ſed latrociniis aſſuetus occultis, aſtu & ludificandi varietate jam inde ab inſtituta*

1 *Mſ.* futurari. 2 *Mſ.* exitiale. 3 *Steph.* perfecit infidis. Exules. 4 *Mſ.* ſupra res. 5 Steph. *nauticis roboribus.*

---

periore ponuntur, à Sarmaticis fortè Picenſibus profecti. *Valeſ.*

q *Militarique conſenſu ſecundo Sarmaticus.*] De veritate hujus loci dubium nullum eſſet, ni ipſe Conſtantius aliud innuere videretur, in militari, quæ mox ſequitur, allocutione, dum ait: *Poſtremò ego quoque hoſtilis vocabuli ſpolium præ me fero, Secundi Sarmatici cognomentum, quod vos unum idemque ſentientes mihi, ne ſit arrogans dicere, meritò tribuiſtis.* Ut ſanè hîc quoque legendum ſit, *militarique conſenſu Secundus Sarmaticus appellatus.* Qui tamen an rectè Secundus Sarmaticus dicatur, ipſe viderit. Nam ob victorias contra Sarmatas & ante Conſtantium M. Antoninus Philoſophus, & Aur. Antoninus Baſſianus Impp. aliique Sarmatici quoque dicti fuere, ut ex Hiſtoriæ Augg. Scriptoribus, & Nummis veteribus conſtat. *Lindenbr.*

r *Sarmaticus appellatus ex vocabulo ſubactorum.*] Ex vocabulis gentium ſubactarum victores nomina ſibi indi-

gente [6] noſtris quoque majoribus formidatus: quæ longiùs diſparati, qua ferri poterant tulimus, leviores jacturas efficaciâ ducum vetari poſſe ſperantes. Ubi verò per licentiam ſcandens in majus, ad funeſtas provinciarum clades erepſit & crebras: communitis aditibus Ræticis, tutelâque pervigili Galliarum ſecuritate fundata, terrore nullo relicto poſt terga, venimus in [7] Pannonias, ut placuit [8] numini ſempiterno, labentia firmaturi: cunctiſque paratis, ut noſtis, vere adulto egreſſi, arripuimus negotiorum maximas moles: primùm ne ſtruendo textis compagibus ponti telorum officeret multitudo: quo opera levi perfecto, viſis terris hoſtilibus & calcatis, obſtinatis ad mortem animis conatos reſiſtere Sarmatas abſque noſtrorum diſpendio ſtravimus: parique petulantia ruentes in agmina nobilium legionum Quados, Sarmatis adjumenta ferentes, attrivimus. qui poſt ærumnoſa diſpendia inter diſcurſus & repugnandi minaces anhelitus, quid noſtra valeat virtus experti, manus ad dimicandum paratas, armorum abjecto munimine, pone terga vinxerunt: reſtaréque ſolam ſalutem contemplantes in precibus, affuſi ſunt veſtigiis Auguſti clementis, cujus prœlia ſæpe compererant exitus habuiſſe felices. His ſequeſtratis, Limigantes quoque fortitudine ſuperavimus pari: interfectiſque pluribus, alios periculi declinatio adegit ſuffugia petere latebrarum paluſtrium. Hiſque ſecundo finitis eventu, lenitatis tempus aderat tempeſtivæ. Limigantes ad loca migrare compulimus longè diſcreta, ne in perniciem noſtrorum ſe commovere poſſent ulteriùs: & pepercimus plurimis; & [s] Zizain præfecimus Liberis, dicatum nobis futurum & fidum, [t] [v] plus æſtimantes creare, quàm auferre barbaris Regem: hoc decore augente ſollemnitatem, quòd iiſdem quoque rector tributus, antehac electus eſt & acceptus. Quadruplex igitur præmium, quod unus procinctus abſolvit, nos quæſivimus & reſp. primò ultione parta de graſſatoribus noxiis; deinde quòd vobis abunde [x] ſufficient ex hoſtibus captivi. His enim virtutem oportet eſſe contentam, quæ ſudore quæſivit & dexteris. [9] Nobis amplæ facultates, opúmque ſunt magni theſauri: in-

6 Steph. *noſtriſque.* 7 Al. *Pannoniam.* 8 Mſ. *nomini.* 9 Al. *Nobis amplas.*

---

diſſe, nemo non novit. Hinc enim Africanus ab Afris, Germanicus à Germanis, Francicus à Francis, alii ab aliis populis appellati. * Themiſtius Euphrada Orat. 10. pag. 246. de pace ad Valentem Imp. *ἀναμιμνήσκομαι δὲ ὅτι τῶν παλαιῶν αὐτοκρατόρων· ὁ μὲν τις ἀχαϊκὸς ἐπεκλήθη, ὅτι τὴν ἑλλάδα ἀνάστατον ἐποίησε· μακεδονικὸς δέ τις ἕτερος, ὅτι τὴν μακεδονίαν ἔρημον καὶ ἀοίκητον.* * Hinc Vararanes Saporis filius Perſa (nam & apud Perſas hic mos obſervatus) Cermaſaà dictus fuit, ab ejus nominis gente devicta. Agathias lib. IV. pag. 311. *Οὐαραράνης ὁ παῖς, ὃς δὴ καὶ κερμασαὰ ὠνομάζετο· τῶν δὲ τοιούτων ἐπικλήσεων ἡ αἰτία ἤδη μοι εἴρηται· καὶ γὰρ κέρμα ἔθνους τυχὸν ἢ χώρας ὑπῆρχεν ἐπωνυμία· ταύτης δὲ τῷ πατρὶ τοῦ οὐαραράνου δεδουλωμένης, εἰκότως ὁ παῖς τὴν ἐπωνυμίαν ἐκτήσατο, καθάπερ πρότερον καὶ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ μὲν Ἀφρικανὸς τυχὸν, ὁ δὲ Γερμανικὸς, ὁ ἐξ ἄλλου τοῦ γένους νενικημένου ἐπεκλήθη.* *Lindenbr.*

ſ [*Zizain præfecimus Liberis.*] In codice Colbertino *Zigam* dictum reperio, & cap. XII. ſuprà *Zigaim Regem*: ſicut *Rumorem* Subregulum Sarmatam: quem *Rumonem* aliàs cap. cod.] *Hadr. Valeſ.*

t *Plus æſtimantes creare, quàm afferre barbaris Regem.*] Artes hæ ſunt quibus paullatim animi devicti emolliuntur, ut deperditæ libertatis jacturam faciliùs ferre diſcant. *Lindenbr.*

v *Plus æſtimantes creare quam afferre.*] Legendum videtur *quàm auferre*, * vel *abſerre.* * Valeſ.

x *Sufficient ex hoſtibus captivi.*] Placet ſcriptura Regii

tegra

tegra omnium patrimonia noſtri labores & fortitudo ſervarint. hoc enim boni Principis menti, hoc [1] *ſucceſſibus congruit proſperis. Poſtremò ego quoque hoſtilis vocabuli ſpolium præ me fero,* [y] *ſecundi Sarmatici cognomentum, quod vos unum idemque ſentientes, mihi (ne ſit arrogans dicere) meritò tribuiſtis.*

Poſt hunc dicendi finem, concio omnis alacrior ſolito, aucta ſpe potiorum & lucris, vocibus feſtis in laudes Imperatoris aſſurgens, [z] Deúmque [a] ex uſu teſtata, non poſſe Conſtantium vinci, tentoria repetit læta. Et reductus Imperator ad regiam, otióque bidui recreatus, [b] Sirmium cum pompa triumphali regreſſus eſt, & militares numeri deſtinatas remearunt ſedes.

Cap. XIV. Hiſce iiſdem diebus [c] Proſper, & Spectatus, atque Euſtathius legati ad Perſas ut ſuprà docuimus miſſi, Cteſiphonta reverſum Regem adiere, litteras proferentes Imperatoris & munera: poſcebántque rebus integris pacem, & mandatorum memores nuſquam ab utilitate Romanæ rei majeſtatéque diſcedebant, amicitiæ fœdus ſub hac lege firmari debere aſſeverantes, ne ſuper turbando Armeniæ vel Meſopotámiæ ſtatu quidquam moveretur. Diu igitur ibi morati, cùm obſtinatiſſimum Regem, niſi harum regionum domi-

1 Steph. *ſenſibus.*

exemplaris, in quo legitur, *vobis abundè ſufficiet ex hoſtibus captis.* Nam Conſtantius hoc ſecundum hujus expeditionis præmium eſſe dicit, quòd militibus Romanis ex Sarmatarum captivis mancipia abunde ſufficient. Magnas enim opes ex pauperum hominum præda ſperari non debuiſſe, & ſibi ſupereſſe theſauros ait, quibus milites ſuos locupletet. Ceterum captivi tunc inter milites dividebantur, quos milites deinde mercatoribus divendebant. Dio in fine lib. 51. καὶ οἱ αἰχμάλωτοι τοῖς στρατιώταις διεδόθησαν: & Themiſtius in Orat. 17. & Tarquinius apud Dionyſium Halic. in lib. 4. *Valeſ.*

y *Secundi Sarmatici cognomentum.*] Mallem *ſecundò Sarmatici.* Sic ſuprà Marcellinus dixerat: *Militarique conſenſu ſecundò Sarmaticus appellatus ex vocabulo ſubactorum.* hoc eſt, δὶς σαρματικός. Sic enim in Edicto Maximiani Galerii apud Euſebium in lib. 8. Hiſt. αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Γαλέριος Μαξιμιανὸς δὶς Καρπῶν μέγιστος, ἑξάκις Ἀρμενίων μέγιστος, &c. Id eſt: *Secundò Carpicus Maximus, ſextò Armeniacus Maximus.* Conſtantius igitur victoriam de Sarmatis jam antea retulerat; ſed quando, incertum eſt. *Idem.*

z *Demumque ex uſu teſtata.*] In Regio [& in Colbertino] exemplari legitur *dmque.* Scribendum igitur eſt: *Deúmque ex uſu teſtata, non poſſe Conſtantium vinci.* Quod confirmatur ex lib. 24. initio: *Impetrabilem Principem ſuperari non poſſe, Deum uſitato clamore teſtati.* Et ex lib. 26. *Teſtati more militiæ Jovem, invictum Procopium fore.* Hujuſmodi autem erat exclamandi formula: *Tu ſcis, Jupiter, Conſtantius vinci non poteſt.* Ita apud Lampridium in Diadumeno, milites acclamaſſe dicuntur: *Tu ſcis, Jupiter: Macrinus vinci non poteſt. Tu ſcis, Jupiter: Antoninus vinci non poteſt.* Quibus in locis, *Tu ſcis,* idem valet ac *Teſtis es*; ut apud præcipuum Poëtarum non ſemel legitur, ἴστω Ζεύς: & ἴστω νῦν τόδε γαῖα, apud Apollonium in lib 2. Argon. denique apud Pollucem in ſacramento epheborum Athenienſium, quod relatum eſt in ejus lib. 8. ἴστορες θεοὶ ἄγραυλοι, Ἐνυάλιος, Ἄρης, Ζεύς, Θαλλώ, Αὐξώ, Ἡγεμόνη. Id eſt: *Teſtes ſunto Dii agrauli, ſeu agreſtes, Enyalius, Mars, Jupiter, Thallo, Auxo, Hegemone.* Sunt autem Auxo quidem & Hegemone Charitum apud Athenienſes nomina: Thallo autem Horarum unius, ut docet Pauſanias in Arcadicis & in Bœoticis: τιμῶσι γὰρ ἐκ παλαιοῦ καὶ Ἀθηναῖοι Χάριτας Αὐξὼ καὶ Ἡγεμόνην· τὸ γὰρ τῆς Καρποῦς ἐστὶν οὐ Χάριτος, ἀλλ' ὥρας ὄνομα· τῇ δὲ ἑτέρᾳ τῶν ὡρῶν νέμουσιν ὁμοῦ τῇ Πανδρόσῳ τιμὰς Ἀθηναῖοι, Θαλλὼ τὴν θεὸν ὀνομάζοντες. Apud Hyginum quoque in fabula 183. Horarum nomina hæc ſunt, Auxo, Eunomie, Pheruſa, Caria, Odice, (lege Carpo, Dice) Euporie, Irene, Ortheſie, Thallo. * Clemens in Protreptico: Αὐξώ τε καὶ Θαλλὼ αἱ Ἀττικαί. * Et hæc ad explicationem loci obſcuriſſimi obiter ſint dicta. *Idem.*

a *Ex uſu teſtata non poſſe Conſtantium vinci.*] Ad ſollennes adclamationes hæc verba pertinent; qualis conſimilis planè etiam illa eſt apud Lamprid. in Vita Diadumeni: *Jupiter O. M. Macrino & Antonino vitam. Tu ſcis Jupiter! Macrinus vinci non poteſt. Tu ſcis Jupiter! Macrinus vinci non poteſt.* Lindenbr.

b *Sirmium cum pompa triumphali.*] Hunc Conſtantii triumphum memorat ſimul ac deridet Julianus in Ep. ad Athen. p. 513. *Valeſ.*

c *Iiſdem diebus Proſper, & Spectatus.*] Spectatus ex legatione Perſica redierat ante ruinam Nicomediæ, ut

nio ſibi adjudicato, obdureſcentem ad ſuſcipiendam cernerent pacem, negotio redierunt infecto. Poſt quod, idipſum condicionum robore pari impetraturi, [d] Lucillianus miſſus eſt Comes, & Procopius tunc Notarius, qui poſtea nodo quodam violentæ neceſſitatis adſtrictus; ad res conſurrexit novas.

patet ex Epiſtola 321. quam Libanius de Spectati reditu ſcribit ad Ariſtænetum, qui eo terræ motu interiit: quam quidem Epiſtolam ſupra retulimus. Itaque hæc ante cladem Nicomediæ locari debuerant. Eâdem incuriâ paullo ſuprà dicta ſunt, quæ de Baſſi Præfectura poſuit: quem ex allata Inſcriptione conſtat ſequenti anno, hoc eſt, Euſebio & Hypatio Coſſ. deceſſiſſe. *Valeſ.*

d *Lucillianus.*] Is videtur eſſe, cui ſummam belli contra Perſas gerendi mandatam eſſe à Conſtantio ſcribit Zoſimus in lib. 2. cùm is Gallum Cæſarem in Orientem mitteret: & quem in lib. 3. ſcribit, Niſibin à Sapore obſeſſam defendiſſe. *Idem.*

Explicit Liber XVII.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XVIII.

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XVIII. continentur.

CAPUT I. *Julianus Cæſar Gallorum commodis conſulit, & ubique ab omnibus jus ſervandum curat.*

C. II. *Julianus C. caſtellorum ad Rhenum quæ receperat, mœnia reparat: Rhenum tranſit, & hoſtili Alamanniæ parte vaſtata; v. Alamannorum Reges ad pacem petendam & captivos reddendos compellit.*

C. III. *Barbationi Magiſtro peditum & uxori ejus cur capita abſciſſa ſint juſſu Conſtantii Aug.*

C. IV. *Rex Perſarum Sapor Romanos totis viribus aggredi parat.*

C. V. *Antoninus Protector cum ſuis omnibus ad Saporem transfugit: eúmque in bellum Romanum ſponte jam motum impellit.*

C. VI. *Urſicinus Magiſter militum ex Oriente evocatus, cùm jam veniſſet in Thraciam, remittitur in Meſopotamiam: quò reverſus, per Marcellinum Saporis adventum explorat.*

C. VII. *Sapor cum Chionitarum & Albanorum Regibus Meſopotamiam intrat. Romani ſuos ipſi agros incendunt, agreſtes in opida com-*

pellunt, ac citeriorem ripam Euphratis caſtellis, præſidiiſque communiunt.

C. VIII. *Septingenti equites Illyriciani necopinantes à Perſis conjiciuntur in fugam. Evadunt hinc Urſicinus, inde Marcellinus.*

C. IX. *Deſcriptio Amidæ, & quot tum ibi legiones ac turmæ in præſidio fuerint.*

C. X. *Sapor duo caſtella Romana in fidem recipit.*

CAPUT I. HÆc per orbis varias partes uno eodémque anno ſunt geſta. At in Galliis cùm in meliore ſtatu res [1] eſſent, & Euſebium atque Hypatium fratres ſublimarent vocabula Conſulum, Julianus contextis ſucceſſibus clarus, apud hiberna, ſequeſtratis interim ſollicitudinibus bellicis, haud minore cura provinciarum fortunis multa conducentia diſponebat: diligenter obſervans [a] ne quem tributorum ſarcina prægravaret, néve potentia [2] præſumeret aliena, aut ii verſarentur in medio, quorum patrimonia publicæ clades augebant, vel judicum quiſquam ab æquitate deviaret impune. Idque ea re levi labore correxit, quòd ipſe [b] jurgia dirimens, ubi cauſarum cogebat magnitudo vel perſonarum, erat [c] indeclinabilis juſtorum injuſtorúmque diſtinctor. Et licèt multa ſint ejus laudanda in hujuſmodi controverſiis, unum tamen ſufficiet poni, ad cujus ſimilitudinem acta vel dicta ſunt. Numerium Narbonenſis paullo antè rectorem accuſatum ut furem, inuſitato cenſorio [3] vigore [d] pro tribunali palàm admiſſis volentibus audiebat: qui cum [4] infitiatione defenderet objecta, nec poſſet in quoquam confutari; Delphidius orator acerrimus vehementer eum inpugnans, documentorum inopia percitus exclamavit: *Ecquis, florentiſſime Cæſar, nocens eſſe poterit uſquam, ſi negare [5] ſufficerit?* Contra quem Julianus prudenter motus ex tempore, [e] *Ecquis*, ait,

1 *Al.* eſſet. 2 *Al.* præmeret. 3 *Mſ.* vigore. 4 *Steph.* inſita ratione. 5 Al. *ſuffecerit* circa.

---

a *Ne quem.*] Forte *ne quam* ſcilicet provinciam. *Gron.*

b *Ipſe jurgia dirimens.*] Hoc erat inſtitutum Cæſaris Juliani: de quo Mamertinus in gratiarum actione ſic dicit: *AEſtates omnes in caſtris, hiemes in tribunalibus degit.* Et Libanius in Orat. funebri. *Valeſ.*

c *Indeclinabilis juſt. injuſt. diſtinctor.*] Hîc Marcellinus noſter apertè græciſſat. Indeclinabilem enim poſuit pro eo quod Græci dicunt ἀκλινῆ: quo ſenſu Nicolaus Damaſcenus de vita ſua, p. 422. Editionis noſtræ dixit de ſeipſo: πρός γε μὴν τὸ δικάζειν οὕτως ἀκλινὴς καὶ ἀδωροδόκητος. * Vox erat illius ævi, quâ utitur etiam Rufinus in libri VI. Hiſt. Eccleſ capite 7. de Narciſſo loquens. *Cùm eſſet* (inquit) *conſtantis animi, & juſti rectique indeclinabiliter tenax.* * Idem.

d *Pro tribunali palam admiſſis volentib. audiebat.*] Id eſt, levato velo, ut loquuntur Impp. in lege ult. Cod. Th. de naufragis. Velum enim pro foribus Secretarii poſitum erat, quod ſi reductum erat, ſeu levatum, omnes ad audiendum admitti poſſe ſignificabat: ſin erat adductum, neminem præter conſilium admitti fas erat. Adducebatur autem ferè in criminalibus cauſis, ubi de capite hominis agebatur, quò Judex attentiùs ac maturiùs cum conſilio deliberaret, ut docet Baſilius in Ep. 79. ad Euſtathium Sebaſt. εἰ γὰρ οἱ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχοντες, ὅταν τινὰ τῶν κακούργων θανάτῳ καταδικάζειν μέλλωσιν, ἐφέλκονται τὰ παραπετάσματα; καλοῦσι δὲ τοὺς ἐμπειροτάτους πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν προκειμένων σκέψιν καὶ πολὺν ἐγχολάζουσι χρόνον, &c. quem locum imitatus eſſe videtur Clemens lib. 2. Conſt. Apoſt. cap. 52. * Idem teſtatur Chryſoſtomus Homiliâ 43. in Matthæum: ὥσπερ οἱ δικασταὶ ὑπὸ παραπετάσματος καθεζόμενοι κρίνουσιν. Contrà in publicis judiciis velum levari ſolebat: ut idem docet Homiliâ 57. in Matthæum: καθάπερ γὰρ τοῖς δικασταῖς ὅτ' ἂν δημοσίᾳ κρίνωσι, τὰ παραπετάσματα συνελκύσαντες οἱ παρεστῶτες, πᾶσιν αὐτοὺς δεικνύουσιν. * *Idem.*

e *Et quis, ait, innocens eſſe poterit.*] Hoc egregium Juliani Cæſaris reſponſum refertur etiam à Zonara in

innocens eſſe poterit, ſi accuſaſſe ſufficiet? Et hæc quidem & hujuſmodi multa civilia.

CAP. II. Egreſſurus autem ad procinctum urgentem, cùm Alamannorum pagos aliquos eſſe reputaret hoſtiles, & auſuros immania, ni ipſi quoque ad ceterorum ſternerentur exempla: hærebat anxius qua vi, qua celeritate, cùm primùm ratio copiam tribuiſſet, rumore præcurſo terras eorum invaderet repentinus. Sedítque tandem multa & varia cogitanti, id tentare, quod utile probavit eventus. Hariobaudem vacantem Tribunum fidei fortitudiniſque notæ, nullo conſcio, legationis ſpecie ad Hortarium miſerat Regem jam pacatum, ut exinde facilè ad collimitia progreſſus eorum, in quos erant arma protinus commovenda, ſcitari poſſit quid molirentur, ſermonis barbarici perquam gnarus. Quo fidenter ad hæc patranda digreſſo, ipſe anni tempore opportuno, ad expeditionem undique milite convocato profectus, id inter potiſſima maturè duxit implendum, ut ante prœliorum fervorem civitates multo antè exciſas introiret, receptáſque communiret: horrea quinetiam exſtrueret pro incenſis, ubi condi poſſet [f g] annona, à Britannis ſueta transferri. Et utrumque perfectum & ſpe omnium citiùs. Nam & horrea veloci opere ſurrexerunt, alimentorúmque in iiſdem ſatias condita: & civitates occupatæ ſunt ſeptem; [h i] Caſtra Herculis, [6] Quadriburgium, Triceſimæ, Noveſium, Bonna, Antunnacum, & Bingio: ubi læto quodam eventu etiam Florentius Præfectus apparuit ſubitò, partem militum ducens, & commeatuum perferens

6 *Mſ.* Quadriburgi unius Noveſio. *Steph.* Quadri Stricenſium Noveſ.

Annalibus: cujus verba, quia ſunt Marcellini verbis ſimillima, hîc apponenda duxi: *ποτὲ γοῦν δικάζων τινὶ κεκλοφέναι κατηγορουμένῳ καὶ τὴν κλοπὴν ἀρνουμένῳ, ἐπεὶ ὁ κατήγορος, τίς, ἔφη, βασιλεῦ ἐπ' ἐγκλήματι δίκην ὑπόσχῃ, εἰ ἐξ ἀρνήσεως ὠφέλοιντο οἱ αἰτιώμενοι; ἐκεῖνος ἀνθυπεκρίνατο· καὶ τίς ἔσται ἀναίτιος, εἰ ἐλέγχων ἄνευ πιστεύοιντο οἱ κατήγοροι.* * Eadem leguntur apud Johannem Antiochenum in Excerptis nondum editis *περὶ ἀρχαιολογίας*: ubi Νουμεριανὸς dicitur is, quem Marcellinus noſter Numerium vocat. * *Valeſ.*

f *Annona à Britannis ſueta transferri.*] Zoſimus lib. III. Ὀκτακόσια κατασκευάσας πλοῖα (Julianus Imp.) *μείζονα λέμβων· ταῦτά τε εἰς τὴν Βρεττανίαν ἐκπέμψας κομίζεσθαι σῖτον ἐποίει· καὶ τοῦτον τοῖς ποταμίοις πλοίοις ἀνάγεσθαι διὰ τοῦ Ῥήνου παρασκευάζων· τοῦτό τε ποιῶν συνεχέστερον, διὰ τὸ βραχὺν εἶναι τὸν πλοῦν, ἤρκεσε τοῖς ἀποδοθεῖσι ταῖς οἰκείαις πόλεσιν εἰς τὸ καὶ τροφῇ χρήσασθαι, καὶ σπεῖραι τὴν γῆν, καὶ ἄχρις ἀμητοῦ τὰ ἐπιτήδεια ἔχειν.* Jam olim ergo hac laude celebris Britannia, quòd & annona in proprios uſus ſufficiente abundet, & frumentarium auxilium populis etiam longiſſimè diſſitis ſuppeditet. *Lindenbr.*

g *Annona à Britannis ſueta tranſferri.*] Hanc Britannicæ annonæ tranſvectionem Julianus multo quàm antea faciliorem reddidit. Nam cùm ferè omnes onerariæ naves ad annonam hanc tranſvehendam comparatæ, metu barbarorum mare infeſtantium ſubductæ computruiſſent, paucæque admodum navigarent, quibus in portu exoneratis, inde annona vehiculis tranſportabatur: quod quidem maximo damno ac ſumptui Gallis erat: Julianus plures quàm antea naves fabricavit, útque annona lembis per flumen Rhenum ex Britannia inſula ſubveheretur, prout olim fieri ſolitum erat, ſollicitè providit, ut narrat Libanius in Orat. funebri ad hunc annum, & Zoſimus in lib. 3. & ipſe Julianus ſatis ambitioſè in Epiſt. ad Athenienſes. De Britannicæ annonæ tranſvectione loquitur etiam Eunapius in legationibus. *χαμάζων γὰρ μὴ βουλομένων ἀδύνατον ἦν τὴν ἐκ τῆς βρεττανικῆς νήσου σιτοπομπίαν εἰς τὰ ῥωμαϊκὰ φρούρια διαπέμπεσθαι.* * Vide Cluverium in libri 2. de Germania capite 26. *Valeſ.*

h *Caſtra Herculis, Quadriburgum, Triceſimæ.*] Edidimus locum, ut vulgo legitur, licèt de vitio valde ſuſpectum: neque à Mſ. auxilii quidquam, in quo ſic ſcriptum: --*Caſtra Herculis, Quadriburgi unius Triceſimæ.* Editio Steph. *Quadriburgum Stricenſium.* Emendare conati ſunt viri docti; quorum tamen diligentiam potiùs, quàm ſucceſſum laudo. Et hactenus veroſimilia dixiſſe videtur Petr. Divæus Antiquitat. Belgicar. cap. XIX. *Lindenbr.*

i *Caſtra Herculis.*] Urbem hanc intelligit Libanius in

copiam ſufficientem uſibus longis. Poſt hæc 7 impetrata, reſtabat adigente neceſſitatum articulo, receptarum urbium mœnia reparari, nullo etiam tum interturbante: ídque claris indiciis apparet, ea tempeſtate utilitati publicæ metu barbaros obediſſe, [k] rectoris amore Romanos. Reges ex pacto ſuperioris anni ædificiis habilia multa ſuis 8 miſere carpentis: & [l] auxiliarii milites ſemper munia ſpernentes hujuſmodi, ad obſequendi ſedulitatem Juliani blanditiis 9 deflexi, [m n] quinquagenarias longioréſque materias vexere cervicibus ingravatè, & fabricandi miniſteriis opem maximam contulerunt. Quæ dum diligenti maturantur effectu, Hariobaudes exploratis omnibus rediit, docuitque comperta. Poſt cujus adventum incitatis viribus omnes venere Mogontiacum: ubi Florentio & Lupicino, Severi ſucceſſore, deſtinatè certantibus per pontem illic conſtitutum tranſiri debere; renitebatur firmiſſimè Cæſar, aſſerens pacatorum terras non debere calcari, ne, ut ſæpe contigit per incivilitatem militis occurrentia vaſtantis, abruptè fœdera frangerentur. Alamanni tamen omnes, quos petebat exercitus, confine periculum cogitantes, Suomarium Regem amicum nobis ex pactione præterita monuerunt minaciter, ut à tranſitu Romanos arceret. Ejus enim pagi Rheni ripis ulterioribus adhærebant. Quo teſtante 1 reſiſtere ſolum non poſſe: in unum coacta 2 barbarica multitudo venit prope Mogontiacum, 3 prohibitura viribus magnis exercitum, ne tranſmitteret flumen. Gemina itaque ratione viſum eſt habile quod ſuaſerat Cæſar, [o] ne

7 *Al.* imperata. 8 *Al.* miſere. 9 *Mſ.* defluxi. 1. τὸ reſiſtere *al. deeſt.* 2 *Mſ.* barbara. 3 *Mſ.* prohibitus.

Orat. cit. his verbis: ἀλλὰ κατέβαινε μὲν ἐπ' αὐτὴν ὠκεανόν. πόλιν δὲ Ἡρακλείαν Ἡρακλέους ἔργον ἀνέστη, τὰ πλοῖα δὲ εἰς τὸν Ῥῆνον ἀνῆγε. Ejuſdam mentio fit in Tabula Itineraria Peuting. *Carvone* 13. *caſtra Herculis* 8. *Noviomago* 10. Hanc etiam intelligere videtur Stephanus Byzantius, cùm ſcribit, Ἡράκλεια τρίτη Κελτικῆς. *Valeſ.*

k *Non rectoris amore. Romanis*, &c.] Sic primus hunc locum Gelenius emendavit, audacter ſatis. Nam in Mſſ. deeſt negativa particula, & *Romanos* legitur, non *Romanis*. Equidem initio quid ſibi vellet hæc Mſſ. lectio, videre non poteram. Adeo ſæpe veritas in oculos noſtros incurrit, nec advertitur tamen. Tandem verò animadverti elegantem in ſcripta lectione ſenſum eſſe: *Idque claris indiciis apparet, utilitati publicæ metu barbaros obediſſe, rectoris amore Romanos.* Eſt igitur antitheſis Barbarorum & Romanorum. Barbaros metu, Romanos amore Cæſaris paruiſſe dicit: quod ſequentia manifeſtè evincunt. Subjicit enim, *Reges ex pacto, &c.* quod refertur ad Barbaros: deinde *& auxiliarii milites, &c.* quod ad Romanos referendum eſt. *Idem.*

l *Et auxiliarii milites.*] Plerique, ut ait Vegetius in lib. 2. in auxiliis feſtinant militiæ ſacramenta percipere, ubi & minor ſudor & maturiora ſunt præmia: vitantes laborem in legionibus militandi, ubi graviora arma, plura munera, ſeverior diſciplina. Ex quo patet Romanos complures in auxiliis militaſſe. Auxilia tamen initio de alienigenis dicebantur, ut docet Varro in lib. 4. de lingua Latina. *Auxilia*, inquit, *appellantur ab auctu, cùm acceſſerint qui adjumento eſſent alienigenæ.* Et ita quoque Feſtus Pompeius. At Suidas αὐξίλια derivat ἀπὸ τῆς ὀξύτητος τῆς βοηθείας. Sic enim apud eum in v. ψιλὸς vetus ſcriptor loquitur: αὐξίλια δὲ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ τοιαῦτα τέλη προσαγορεύουσι, τὸ τῆς βοηθείας ὀξὺ καὶ εὐκίνητον περὶ τὰς χρείας οὕτω προσαγορεύοντες. *Idem.*

m *Quinquagenarias longioreſque materias.*] *Quinquagenarias materias* dixit, id eſt, trabes & arbores valde magnas, ut *centenarias roſas* Tertull. de Corona militis cap. 14. & *centenarios nummos* Lampridius in Alex. Severo. *Pecunias majorinas vel centenionales.* L. 1. C. Theod. Si qui pecun. conflav. *Lindenbr.*

n *Quinquagenarias longioreſque materias.*] Id eſt, trabes quinquaginta pedum longitudine. Sic Vitruvius in lib. 8. cap. 7. Fiſtulas quinquagenarias dicit, quarum ſcilicet lamna quinquaginta digitos lata eſſet. Aliter Plinius quinquagenarium thoracem, & quinquagenaria ac centenaria pondera dicit in lib. 7. cap. xx. Tertullianus de Pallio promulſidem quinquagenariam; Lampridius in Elagabalo, vaſa centenaria: id eſt quinquaginta pondo, centum pondo. *Valeſ.* Hæc apprime conveniunt, quæ cum ſolidiore fundamento elaboravit pater libro 1. Pecuniæ vet. cap. 3. *Gron.*

o *Ne pacatorum terræ corrumperentur.*] Idem refertur à Libanio in Oratione funebri: ὁ δὲ ἐχάρη τὴν τῶν ἀσπόν-

pacatorum terræ corrumperentur, néve renitente pugnaciſſima [4] plebe, pons cum multorum diſcrimine jungeretur, iri [p] in locum ad compaginandum pontem aptiſſimum. Quod hoſtes ſollertiſſimè contemplati, per contrarias ripas leniter incedentes, ubi noſtros figere tentoria procul cernebant, ipſi quoque noctes agebant exſomnes, cuſtodientes pervigili ſtudio ne tranſitus tentaretur. Verùm cùm noſtri locum adventarent proviſum, vallo foſſáque quievere circumdati: & adſcito Lupicino in conſilium, Cæſar certis imperavit Tribunis, ut trecentenos pararent cum ſudibus milites expeditos, quid agi, quóve iri deberet penitus ignorantes. [q] Et collecti nocte provecta, impoſitíque omnes, quos luſoriæ naves quadraginta, quæ tunc aderant ſolæ, ceperunt, decurrere jubentur per flumen adeo taciti, ut etiam remi ſuſpenderentur, ne barbaros ſonitus excitaret undarum: atque mentis agilitate & corporum, [r] dum hoſtes noſtrorum ignes obſervant, adverſas perrumpere [5] limitis ripas. Dum hæc celerantur, Hortarius Rex nobis antea fœderatus, non novaturus quædam, ſed amicus finitimis quoque ſuis, Reges omnes, & Regales, & Regulos ad convivium corrogatos retinuit; [ſ] epulis aduſque vigiliam tertiam gentili more extentis: quos diſcedentes inde, caſu noſtri ex improviſo adorti, nec interficere, nec corripere ullo [6] genere potuerunt; tenebrarum equorúmque adjumento, quò dubius impetus truſit abreptos: lixas verò vel ſervos qui eos pedibus ſequebantur, niſi quos exemit diſcrimine temporis obſcuritas, occiderunt. Cognito denique Romanorum tranſitu, qui tunc pérque expeditiones præteritas ibi levamen ſumere laborum opinabantur, ubi hoſtem contingeret inveniri: perculſi Reges eorúmque populi, qui pontem, ne strueretur, ſtudio ſervabant intento, metu exhorreſcentes diffuſè vertuntur in pedes: & indomito furore ſedato, neceſſitudines opéſque ſuas transferre longiùs feſtina-

4 *Mſ.* plebe. 5 *Mſ.* milites. 6 *Al.* modo.

δων παρεξιὼν, ὅπως μὴ δι' αὐτῶν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἰὼν, ἀνάγκῃ τι βλάψειεν. Progrediebatur itaque fœderatorum agros præteriens, ne per eos in hoſtem tranſiens, quidquam neceſſariò vaſtaret. Valeſ.

p *In locum ad comp. pontem.*] Ante hæc verba videtur quidpiam deeſſe in hunc ferè modum: *Iri igitur placuit in locum, &c.* Vel ſanè ſcribendum eſt *iri in locum.* & ita nihil deerit. Atque hanc emendationem confirmat Libanius in Orat. cit. *ὡς γὰρ βαδίζων καὶ περισκοπῶν τὴν ἀντιπέρας ὄχθην, κατεῖδεν ἐπιτήδειον τόπον, οἷον καταληφθέντα παρέχειν ἀσφάλειαν τοῖς κατειληφόσι, πλοῖά τινα καὶ μοῖραν τῆς δυνάμεως μικρὰν ἀφανεῖς ἐν κοίλῳ τινὶ τῆς οἰκείας ὄχθης χωρίῳ καταλιπὼν, αὐτός τε ἐπορεύετο, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἠνάγκαζεν ἴσην πορείαν χωρεῖν. Nam cùm progrediens & adverſam ripam circumſpiciens, locum vidiſſet opportunum, qui occupatus ſecuritatem præſtare poſſet: navigia aliquot & militum exiguam manum in valle quadam Romanæ ripæ proxima occultavit: & ipſe incedens, hoſtes quoque ſimul incedere coëgit.* Idem.

q *Et collecti nocte provecta.*] Libanius poſt ea quæ proximè citavi, ſubjicit: *ἑσπέρας δὲ στρατοπεδευσάμενος τοῖς καταλειφθεῖσιν ἐκείνοις σημαίνει διαπλεύσασι κρατῆσαι τοῦ χωρίου. καὶ οἱ μὲν πλεύσαντες ἐκράτουν· οἱ δὲ ἀναστρέψαντες ἐζεύγνυον, ἐρρωμένοι τε ἐξ οἰκείων καὶ τελευτῶντες εἰς τὸ κατειλημμένον. Sub veſperam autem caſtra metatus, militibus iis quos occultaverat, ſignum dedit, ut trajecto flumine locum occuparent. Atque illi quidem imperata facientes locum occupant. Julianus verò cum ſuis reverſus eò unde diſceſſerat, pontem junxit à Romana ripa ad locum qui erat occupatus.* Hæc Libanii verba clariùs quàm Marcellini noſtri narratio, ſtrategema illud Juliani explicant. *Idem.*

r *Dum hoſtes noſtrorum ignes obſervant.*] Sæpe hoc ſtratagemate viri bellatores uſi, ut jam olim ad Hiſtoriam Longobardicam notavi; multaque ejus exempla apud Polyænum alioſque Scriptores paſſim occurrunt. *Lindenbr.*

ſ *Epulis aduſque vigiliam tertiam more gentili extentis.*] Hoc eſt, quod Tacit. de Germanis ſcribit: *Diem noctem*

bant. Statímque difficultate omni depulſa, ponte conſtrato, ſollicitarum gentium opinione præventa, viſus in barbarico miles, per Hortarii regna tranſibat intacta. Ubi verò terras infeſtorum etiam tum tetigit Regum, urens omnia rapiénſque per medium rebellium ſolum graſſabatur intrepidus. Poſtque ſæpimenta fragilium penatium inflammata, & obtruncatam hominum multitudinem, viſóſque cadentes multos, alióſque ſupplicantes, cùm ventum fuiſſet [t] ad regionem cui Capellatii vel Palas nomen eſt, [v] ubi terminales lapides [7] Alamannorum & [8] Burgundiorum confinia diſtinguebant, caſtra ſunt poſita: eapropter ut [9] Macrianus & Hariobaudus germani fratres & Reges, ſuſciperentur impavidi; qui propinquare ſibi perniciem ſentientes, venerant pacem anxiis animis precaturi. Poſt quos ſtatim Rex quoque Vadomarius venit, cujus erat domicilium contra Rauracos: ſcriptíſque Conſtantii Principis, quibus commendatus eſt artiùs, allegatis, [x] leniter [1] ſuſceptus eſt, ut decebat, olim ab Auguſto in clientelam rei Romanæ ſuſceptus. Et Macrianus quidem cum fratre inter aquilas admiſſus & ſigna, ſtupebat armorum viriúmque varium decus, viſa tunc primitus, próque ſuis orabat. Vadomarius verò noſtris coalitus, utpote vicinus limiti, mirabatur quidem apparatum ambitioſi procinctus, ſed vidiſſe ſe talia [2] ſæpe ab adoleſcentia meminerat prima. Libratis denique diu conſiliis, concordi aſſenſione cunctorum, Macriano quidem & Hariobaudo pax eſt attributa: Vadomario verò, qui ſuam locaturus ſecuritatem in tuto, & legationis nomine precator venerat pro [3] Urio, & Urſicino, & Veſtralpo Regibus, pacem itidem obſecrans, interim reſponderi non poterat, ne, ut ſunt fluxioris fidei barbari, poſt abitum recreati noſtrorum, parum acquieſcerent per alios impetratis. Sed cùm ipſi quoque miſſis legatis poſt meſſes incenſas & habitacula, captóſque plures & interfectos, ita ſupplicarent, tamquam ipſi hæc deliquiſſent in noſtros; pacem condicionum ſimilitudine meruerunt. Inter quas id feſtinatum eſt maximè, ut captivos reſtituerent omnes, quos rapuerant excurſibus crebris.

Cap. III. Hæc dum in Galliis [y] cæleſtis corrigit cura, in comitatu Auguſti

7 *Mſ.* Romanorum. 8 *Al.* Burgundorum. 9 *Mſ.* Macrinus. 1 *Mſ.* ſuſceptus eſt dicebat olim. 2 τὸ ab *mſ. deeſt.* 3 *& Steph.* Vario.

que continuare potando nulli probrum. Vid. Eclogas Legat. * *Lindenbr.*]

t *Ad regionem cui Capellatii vel Palas nomen.*] * Ditmarus lib. 6. cap. 68. *Palas à Treverenſibus contra Regem firmatur.* * Ab hiſce nominibus Principem Palatinum appellationem ſumſiſſe, multi hactenus falſò ſibi perſuaſerunt, quorum errores eruditè corrigit Vir Cl. Marq. Freherus Origin. Palatin. cap. 2. *Idem.*

v *Ubi terminales lapides.*] Gloſſar. Ὅρια̃ος λίθος, *terminalis lapis.* Ὁρόθεσιον, *terminus, limes, terminatio.* ὅρος ἐπὶ χώρας, *terminus, finis limitum, hoc terminatum.* Dionyſ. Halicarn. lib. 11. pag. 133. λίθος ἐπὶ τοῖς ὅροις. Sic lib. xxx. *plagæ terminales*, id eſt, terminis & limitibus regiones confines. * Tertull. de Jejuniis cap. xi. *Palos terminales figere.* * Idem.

x *Leniter ſuſceptus eſt ut decebat.*] Duas ultimas voces addidi quæ in Editionibus deerant. In Regio quidem codice [& Colbert.] * ac Toloſ. * perinde ut in Editione Rom. legitur: *Suſceptus eſt: ducebat, &c.* In Florentino Mſ. ſcriptum erat *dicebat.* [Poteſt legi etiam, *ut conducebat.*] Valeſ.

y *Cæleſtis corrigit cura.*] Eodem ſenſu *cæleſte oraculum*, L. 10. C. de aſſeſſor. L. 5. C. de juriſd. omn. jud. *cæleſtes litteræ*, L. 3. C. Theod. ad L. Corn. de falſo:

turbo novarum exoritur rerum, à primordiis levibus ad luctus & lamenta progreſſus, In domo Barbationis pedeſtris militiæ tunc rectoris, [z] examen apes fecere perſpicuum. Supérque [4] hoc ei prodigiorum gnaros ſollicitè conſulenti, diſcrimen magnum portendi reſponſum eſt, conjectura videlicet tali; quòd hæ volucres poſt compoſitas ſedes opéſque congeſtas, [a] fumo pelluntur & turbulento ſonitu cymbalorum. Huic uxor erat Aſſyria nomine, nec taciturna, nec prudens: quæ eo ad expeditionem profecto & multiplici metu ſuſpenſo, ob ea quæ meminerat ſibi prædicta, [5] perculſa vanitate [6] muliebri, [b] ancillâ adſcitâ notarum peritâ, quam è patrimonio Silvani poſſederat, ad maritum ſcripſit intempeſtivè, velut flens [7] obteſtánſque ne poſt obitum Conſtantii propinquantem in imperium ipſe ut ſperabat admiſſus, deſpectâ ſe anteponeret Euſebiæ matrimonium tunc Reginæ, decore corporis inter multas feminas excellentis. Quibus litteris occultè quantum fieri potuit miſſis, ancilla quæ domina dictante perſcripſerat, reverſis omnibus è procinctu, exemplum ferens ad [8] Arbetionem noctis prima quiete confugit, avidéque ſuſcepta, chartulam prodidit. Hócque indicio ille confiſus, ut erat ad criminandum aptiſſimus, Principi detulit: atque ex uſu nec morâ ullâ negotio tributa nec quiete; Barbatio epiſtolam ſuſcepiſſe confeſſus, & mulier ſcripſiſſe documento convicta non levi, cervicibus interiere præciſis. Híſce punitis, quæſtiones longè ſerpebant, vexatíque multi nocentes ſunt, & innocentes. Inter quos etiam Valentinus [c] ex Primicerio Protectorum Tribunus, ùt conſcius inter complu-

4 τὸ ei *deeſt al.* 5 *Al.* præculſa. 6 *Al.* mulieri 7 τὸ que *mſ. deeſt.* 8 *Mſ.* Barbetionem.

cæleſtis indulgentia; L. 4. de calc. coctor. *cæleſtia ſtatuta*, L. 3. de ſtud. liberal. *cæleſte præceptum*, Geſta purgat. Cæciliani & Felic. pag. 27. *Lindenbr.*

z. *Examen apes fecere perſpicuum: ſuperque hoc prodigiorum gnaros conſulenti, &c.*] Plinii verbis hæc interpretanda ſunt, lib. XI. cap. XVII. *Apes oſtenta faciunt privata & publica, uva dependente in domibus templiſve, ſæpe expiata magnis eventibus. Sedere in ore infantis Platonis, tunc etiam ſuavitatem illam prædulcis eloquii portendentes. Sedere in caſtris Druſi Imp. cùm proſperrime pugnatum apud Arbalonem eſt, haudquaquam perpetua Haruſpicum conjectura, qui dirum id oſtentum exiſtimant ſemper.* * Quid *uva* hoc loco, & Juvenalis oſtendit, & Varro de Re Ruſtica lib. 3. c. de Apibus. * Juvenal. Satyr. 3.

Sollicitus, tamquam lapides effuderit imber,
Examenque apium longa conſederit uva
Culmine delubri.

Unde cùm Caſſini examen apium ingens in foro conſediſſet, aliudque in templum AEſculapii convolaſſet, inter prodigia relatum fuit. Livius lib. XXVII. Dio lib. XLVII. Vid. Cicer. de Haruſpic. Reſponſ. Virgil. lib. VII. Val. Max. lib. I. cap. 6. *Idem.*

a *Fumo pelluntur & turbulento ſonitu cymb.*] De fumo certum eſt; & hodie in eximendis favis adhibetur. * Pallad. de Re Ruſt. lib. 5. c. 8. * Scholiaſt. Apollon. Rhod lib. II. n. 7. ad illum verſ. --- λιγνυόεντι --- καπνῷ τυφόμεναι: ἐπιπλέον τῷ λιγνυώδει καὶ σποδώδει καπνῷ καπνιζόμεναι ὑποχωροῦσι (αἱ μέλισσαι) τῶν σίμβλων. De ſonitu etiam conſtat: ſed turbulentus ille ſit oportet, unde *inimica & echo eſt reſultanti ſono, quòd pavidas alterno pulſat ictu* Plin. lib. II. cap. 19. Aliquin gaudent plauſu atque tinnitu æris, eoque convocantur, ut idem ait lib. eod. cap. 20. Varro de Re Ruſtica lib. III. cap. 16. Virgil. Georg. IV. * Virgil. AEneid. 12.

Incluſas ut cùm latebroſo in pumice paſtor
Veſtigavit apes, fumoque implevit amaro:
Illæ intus trepidæ rerum, per cerea caſtra
Diſcurrunt. *

Claudian. Panegyr. VI. Conſul. Honorii:

--- *Cybeleia quaſſans*
Hyblæus procul æra ſenex, revocare fugaces
Tinnitu conatur apes, quæ ſponte relictis
Deſcivere favis. Idem.

b *Ancilla adſcita notarum perita.*] Vid. Notas in Val. Probum & reliquos rei notariæ Scriptores. *Idem.*

c *Ex Primicerio Protectorum Tribunus.*] Primicerius Protectorum is eſt, qui Princeps eſt in Schola Protectorum: cujus mentio fit in lege 9. Cod. Theod. de Do-

res

res alios tortus aliquoties ſupervixit, penitus quid erat geſtum ignorans. Ideóque ad injuriæ periculíque compenſationem, Ducis in Illyrico meruit poteſtatem. Erat autem idem Barbatio ſubagreſtis arrogantíſque propoſiti, ea re multis exoſus, quòd & dum Domeſticos Protectores ſub Gallo regeret Cæſare, proditor erat & perfidus: & poſt ejus exceſſum nobilioris militiæ [9] faſtu elatus, in Julianum itidem Cæſarem paria confingebat, crebróque deteſtantibus bonis ſub Auguſti patulis auribus multa garriebat & ſæva. Ignorans profectò [1] vetus Ariſtotelis ſapiens dictum, qui [d] Calliſthenem ſectatorem & propinquum ſuum ad Regem Alexandrum mittens, ei ſæpe mandabat, [e] ut [f] quam rariſſimè & jucundè apud hominem loqueretur, [g h] vitæ poteſtatem & necis in acie linguæ portantem. Ne ſit hoc mirum, homines profutura diſcernere nonnumquam & [2] nocentia, quorum mentes cognatas cæleſtibus arbitramur, animalia ratione carentia ſalutem ſuam interdum alto tueri ſilentio ſolent: ut exemplum eſt hoc perquàm notum. [i] Linquentes Orientem [3] anſeres ob calorem, plagámque petentes occiduam, cùm montem penetrare cœperint Taurum aquilis abundantem; timentes fortiſſimas volucres, roſtra lapillis occludunt, ne eis eliciat vel neceſſitas extrema clangorem: iiſdémque collibus agiliore volatu tranſcurſis projiciunt calculos, atque ita ſecuriùs pergunt.

Cap. IV. Dum apud Sirmium hæc diligentiâ quæruntur impenſâ, Ori-

9 *Al.* ſtatu. 1 *Al.* notum. 2 *Al.* decentia. 3 *Al.* grues.

---

meſt. & Prot. Sic etiam inter Protectores Domeſticos erat quidam Primicerius, ut legitur in eodem titulo. Marcellinus noſter in lib. 25. *Jovianus eligitur Imperator, Domeſticorum ordinis primus.* Poſt Primicerium erat Secundicerius, & decem primi ejuſdem Scholæ: quorum mentio fit in utroque codice. Ceterum ex Primicerio Protectorum ad Tribunatum perveniri mos erat. Unde hîc legimus Valentinum ex Primicerio Protectorum factum Tribunum. Id teſtatur Marcellinus in lib 30. de Gratiano: *Poſt dignitatem Protectoris atque Tribuni, Comes præfuit rei Caſtrenſi per Africam.* Et Imp. in lege XI. Cod. eodem: *Primicerius*, inquit, *poſt acceptum Tribunatum inter eos dignitate potiatur, qui ducatum agere meruerunt.* Denique in Excerptis de geſtis Conſtantini ſic legitur: *Conſtantius D. Claudii opt. Principis nepos ex fratre, Protector primum, exin Tribunus, poſtea Præſes Dalmatiarum fuit.* Ex quibus intelligendus eſt locus Marcellini noſtri in lib. 16. *Provectis ex conſortio noſtro ad regendos milites natu majoribus, adoleſcentes eum ſequi jubemur.* Valeſ.

d *Calliſthenem ſectatorem & propinquum ſuum.*] Ex Hero Ariſtotelis conſobrina natum. Plutarchus in Alexand. *Lindenbr.*

e *Ut quàm rariſſimè & jucundè apud hominem loqueretur.*] * Val. Maxim. lib. 7. c. 2. *Ariſtoteles Calliſthenem auditorem ſuum ad Alexandrum dimittens, monuit ut cum eo aut rariſſimè aut quam jucundiſſimè loqueretur.* * Amicè ſic quidem Ariſtoteles Calliſthenem ſuum (cujus ἄκαιρόν τε παῤῥησίαν, καὶ ὑπέρογκον ἀβελτηρίαν norat) monuit, licèt fruſtra. Nam & gravitas viri, & prompta in loquendo libertas, inviſa primò Regi, noviſſimè mortis quoque Calliſtheni cauſa fuit. Arrianus ἀναβάς lib. IV. Curtius lib. VIII. *Idem.*

f *Ut quamrariſſime & jucunde.*] Valerius Max. in lib. 7. cap. 2. *Ariſtoteles*, ait, *Calliſthenem auditorem ſuum ad Alexandrum mittens monuit, ut cum eo aut quàm rariſſime, aut quàm jucundiſſime loqueretur: quò aut ſilentio tutior, aut ſermone eſſet acceptior.* Ex quo fonte Marcellinum noſtrum hauſiſſe perſpicuum eſt. * Græci multo elegantiùs hoc apophthegma efferunt hoc modo: τοῖς τυράννοις ἐντυγχάνειν δεῖ ὡς ἥκιστα ἢ ὡς ἥδιστα: quod dictum Xenophani tribuit Laërtius, & Suidas in ἥκιστα. * *Valeſ.*

g *Vitæ poteſtatem & necis in acie linguæ portantem.*] Lib. XXIX. *Inſtitutum hominis, mortem in acie linguæ portantis ad partem peſſimam depravantes.* Lindenbr.

h * *Apud hominem, vitæ poteſtatem & necis in acie linguæ portantem*] Eleganter in libro Proverbiorum: ἐν χειρὶ γλώσσης ζωὴ καὶ θάνατος. *In acie linguæ*, id eſt, in acumine linguæ, in ora vel in extremo linguæ. Sic in libro XXIX. de Valente Aug. *Inſtitutum hominis, mortem in acie linguæ portantis.* * Valeſ.

i *Linquentes Orientem anſeres*] Scripti cod. hæc lectio eſt; veriſſima ſanè. Non enim grues, ut hactenus hîc editum fuit, ſed anſeres roſtra lapillis occludunt, cùm Taurum montem prætervolant. Plutarchus in libro de

entis fortuna periculorum terribiles tubas inflabat. Rex enim Perſidis ferarum gentium quas placarat adjumentis accinctus, augendíque regni cupiditate ſupra homines flagrans, arma viréſque parabat & commeatus, [k] conſilia tartareis manibus miſcens, & [4] [l] præſtigiatores omnes conſulens de futuris: híſque ſatis collectis, pervadere cuncta [m] prima verni temperie cogitabat. Et cùm hæc primò rumores, dein nuntii certi perferrent, omnéſque ſuſpenſos adventantium calamitatum complicaret magna formido, [5] [n] [o] Comitatenſis fabrica eamdem incudem (ut dicitur) diu noctúque tundendo ad ſpadonum arbitrium, Imperatori [6] ſuſpicaci ac timido intendebat Urſicinum, velut vultus Gorgonei torvitatem: hæc ſæpe taliáque replicans, quòd interempto Silvano, quaſi pænuriâ meliorum ad tuendas partes Eoas denuo miſſus, altiùs anhelabat. Hac autem aſſentandi nimia fœditate mercari complures nitebantur Euſebii favorem, cubiculi tunc Præpoſiti, [p] apud quem (ſi verè dici debeat) multa Conſtantius potuit, antedicti Magiſtri equitum ſalutem acriter impugnantis, ra-

4 *Mſ.* præſtionis. 5 *Al.* Comitenſis. 6 *Al.* ſuſpicanti.

---

de garrulit. & utra animalia prudent. AElianus de Animal. lib. v. cap. 29. Phile cap. 14. *περὶ χηνός.*

Λίθον δὲ τὸ στόμαθ᾽ ἵνα μὴ κλάγξῃ στέγων,
Ὅταν παρέλθῃ Ταῦρον, ἀμείβει πάγον.
Τοὺς αἰετοὺς γὰρ φασὶ τοὺς χηνοσκόπους
Ἐκεῖσε δεινῶς ἐλλοχᾶν περὶ ψύχος. Lindenbr.

k *Conſilia tart. manibus miſcens.*] Idem teſtatur vetus Epigramma inter Catalecta veterum Poëtarum:

Fata per humanas ſolitus prænoſcere fibras
Impius infanda relligione Sapor:
Pectoris ingenui ſalientia viſcera flammis
Impoſuit: magico carmine rupit humum.
Auſus ab Elyſiis Pompeium ducere campis, &c.

Quæ ad Saporem noſtrum pertinere perſuaſum equidem habeo. In his verſibus notandus eſt ritus Perſicæ religionis, viſcera comburere, quem & Strabo, & Catullus commemorarunt. *Valeſ.*

l *Præſtigiatores conſulens.*] In Editione Rom perinde ut in Mſ. Flor. legitur *præſtionis*; [in Colbertino, *& præſtionis omnes conſulens:*] Caſtellus & Accurſius *præſcitionis* edere maluerunt. Sic Marcellinus in lib. 29. *Litato conceptis carminibus numine præſcitionum auctore.* In Regio autem exemplari ſcriptum reperi, *præſtigiones conſulens*, antepænultimâ tamen ſyllabâ duobus punctis ſubnotatâ. * In Toloſ ſcriptum eſt *præſtigionis.* * Idem. Ex tot documentis abſurdum eſt dubitare, quin auctor ſcripſerit *præſciones.* Præſcius & præſcio tunc dixerunt, ut in multis ſimiliter. *Gron.*

m * *Prima verni temperie.*] Sic ſæpe loquitur Eginhardus in Annalibus. Vernum pro vere ætas illa dicebat, ut Petrus Chryſologus in principio Sermonis 12. & 40. Hiſt. Miſcella in libro 6. *ineunte verno*, ſupple tempore. * [Ita & *hibernum* pro hieme dixerunt: Plinius & Juvenalis ſæpe *matutino* dicunt pro mane.] *Valeſ.* Miror, ſi Henricus hæc poſtrema adiecit, non deleviſſe voces priores, in quibus illam ætatem ſic dicere ſtatuebat. Sed nec Plinius aut Juvenalis ſunt primi, qui ſic loquuntur. *Gron.*

n *Comitatenſis fabrica.*] Ita Mſ. at vulg. *Comitenſis fabr.* malè. Vid. Notit. Imperii. *Lindenbr.*

o *Comitatenſis fabrica.*] Metaphora eſt, ut ex ſequentibus patet. Intelligit enim delatores aulicos, qui in Comitatu Conſtantii potiorem locum obtinebant. Fruſtra igitur Lindenbrogius nos ad Notitiam Imperii rejecerat, quaſi hîc de Fabricenſibus ageretur. [Hoſce aulicos, calumniarum in Comitatu fabricatores perpetuos, vocat infrà Marcellinus *Palatinam cohortem.*] Valeſ.

p *Apud quem multa Conſtantius potuit.*] Urbanè & figuratè id dictum eſſe nemo non videt. Nimiam enim Euſebii eunuchi potentiam hoc ſcommate perſtringit Marcellinus. Simile eſt, quod memini legere apud Plutarchum, in tractatu *εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον*, Attalum Eumenis fratrem, egregium alioquin Regem, diuturnæ pacis deſidiâ adeo infractum eſſe atque mollitum, ut Philopœmeni cuidam (cujus etiam meminit Pauſanias in Achaïcis) regendum ſe ac circumducendum traderet. Quamobrem, ait, Romani ſubinde rogabant eos qui ex Aſia venerant, num Attalus apud Philopœmenem gratiâ valeret: *εἴ τι δύναται παρὰ τῷ φιλοποίμενι βασιλεύς.* Porrò de hac immoderata eunuchorum potentia ſub Conſtantio Libanius, in Apologia adverſus doctrinæ ſuæ obtrectatores, ſic loquitur: *ἠγάπα δὲ καὶ περὶ αὑτὸν εἶχε, καὶ συμβούλους καὶ διδασκάλους ἐποιεῖτο ὀλέθρους τινὰς εὐνούχους, οἷς ἀρεστὴ ἦν ἡ τῆς βασιλείας ἔργων, αὐτὸς δὲ τοὔνομα παρεῖχε· καὶ ἡ μὲν ἐσθὴς ἐκείνου, ἡ δὲ ἐξουσία τούτων.* *Amabat porrò, & circa ſe habebat, conſiliorúmque participes & magiſtros ſumebat peſſimos eunuchos, quibus imperii ſummam tradiderat, ipſe nomine ſolo contentus. Ac veſtis quidem Imp. pe-*

tione bifaria: quòd omnium ſolus nec opis ejus egebat ut ceteri, & [q] domo ſua non cederet Antiochiæ, quam moleſtiſſimè flagitabat. Qui ut coluber copiâ virus exuberans, natorum multitudinem etiamtum ægrè ſerpentium excitans ad nocendum, [r] emittebat cubicularios jam adultos: ut inter miniſteria vitæ ſecretioris, gracilitate vocis ſemper puerilis & blandæ, apud Principis aures nimiùm patulas exiſtimationem viri fortis invidia gravi pulſarent: & brevi juſſa fecerunt. Horum & ſimilium tædio juvat veterem laudare Domitianum, qui licèt patris fratríſque diſſimilis memoriam nominis ſui inexpiabili deteſtatione perfudit; tamen [ſ] receptiſſima inclaruit lege, quâ minaciter interdixerat, ne intra terminos juriſdictionis Romanæ caſtraret quiſquam puerum: quod ni contigiſſet, [t] quis eorum ferret examina, quorum [7] paucitas difficilè toleratur? Actum eſt tamen cautiùs, ne ut fingebat, rurſus accitus idem Urſicinus metu cuncta turbaret, ſed cùm [8] fors copiam detuliſſet, raperetur ad mortem. Hæc opperientibus illis, & ancipiti cogitatione diſtrictis, nobis apud Samoſatam, Commageni quondam regni clariſſimam ſedem, parumper morantibus, repentè novi motus rumoribus denſis audiuntur [v] & [9] conſertis; quos docebit orationis progrediens [1] textus.

7 *Mſ.* paritas. 8 *Al.* ſors. 9 *Al.* concretis. 1 *Mſ.* exitus.

---

nes eum, vis penes illos erat. Idem queritur Libanius paſſim: & Athanaſius in Epiſtola ad Solitarios, pag. 834. & Mamertinus in gratiarum actione ad Julianum. Sed de Euſebio ſpecialiter id dicit Libanius in Orat. funebri, pag. 298. *ὁ δ' ἄνευ τοῦ τὸν Κωνστάντιον δεδουλῶσθαι δοῦλος αὐτὸς ὤν.* * Quum eunuchos dico, Cubicularios Imp. dico. * *Valeſ.*

q *Domo ſua non cederet Antiochiæ.*] Cùm tunc temporis Imperatores ob Parthici belli adſiduitatem Antiochiæ diutiùs reſidere ſoliti eſſent, Urbis amœnitate capti; hinc factum eſt, ut omnes pæne Imperatoribus proximi domos in ea civitate ſplendidiſſimas haberent. Neque quiſquam paullo beatior erat, qui Antiochiæ non ædificaret domum, aut emeret, ut teſtis eſt Libanius in Antiochico, pag. 371. *ἀλλ' οἵ γε τῶν περὶ τὸν βασιλέα γεγόνασιν ἑταιρείας, πανταχόθεν κάλλη λίθων ἀθροίσαντες, ἐγκατέμιξαν οἰκοδομημάτων κάλλη τῷ ἄστει.* Ex quibus intelligimus, cur eam Urſicini domum Euſebius tantopere concupiſceret. *Idem.*

r *Emittebat cubicularios.*] Has Euſebii artes commemorat etiam S. Athanaſius in Epiſt. ad Solitarios: *κινεῖ καὶ τοὺς ἑτέρους σπάδοντας· πολλοὶ δὲ, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον εἰσὶν εὐνοῦχοι παρὰ Κωνσταντίῳ, καὶ πάντα δύνανται παρ' αὐτῷ. Movet etiam alios ſpadones. Multi autem, vel ut veriùs dicam, nulli alii circa Conſtantium ſunt quàm eunuchi, qui omnia apud illum poſſunt.* Idem.

ſ *Receptiſſima inclaruit lege.*] Non tam amore virilitatis, quàm odio fratris Titi Veſpaſiani, cui ſpadones in deliciis, hanc legem à Domitiano promulgatam Xiphilinus ſcribit. Quo tamen nomine eximiam laudem meruit, cetera peſſimus Princeps. Statius Papin. Silvar. lib. III. carm. 4.

> --- *Nunc frangere ſexum,*
> *Atque hominem mutilare nefas, gaviſaque ſolos*
> *Quos genuit, natura videt.*

Idem Silvar. lib. IV. Martial. lib. VI. Epigram. 2. Sueton. in Domitian. cap. 7. Philoſtratus in Vita Apollonii, & ex eo Photius in Bibliotheca pag. 539. *Δομετιανόν φησι τὸν βασιλέα νομοθετῆσαι, εὐνούχους τε μὴ ποιεῖν, καὶ ἀμπέλους μὴ φυτεύειν.* * Hinc factum ne quis medicorum aliquem caſtraret abſque Præſidis permiſſu. Juſtinus Martyr p. 55. v. 43. Itaque quod bono publico à Domitiano ſancitum, alii mox pòſt Impp. Conſtitutionibus ſuis pleniùs confirmarunt. Nerva putà apud Xiphilinum, D. Hadrianus apud Ulpian. L. 4 §. 2. L. 5. ff. ad L. Cornel. de Sicar. D. Pius apud Modeſtin. L. 11. ff. eod. Conſtantinus L. 1. C. de Eunuch. Juſtinianus Novell. 142. Leo Sophus Novel. 60. * Zonaras in Canones Apoſtolor. 24. 21. 22. 23. * *Lindenbr.*

t [*Quis eorum ferret examina, quorum paucitas difficile toleratur?*] In Codice Colbertino lego, *quorum paritas diff. tol.* Legendum omnino eſt: *Quorum parvitas difficile toleratur?* Parvitas, id eſt paucitas, raritas. Nam Latini nonnumquam *parvos* & *exiguos* pro paucis; item Græci *μικροὺς* pro *ὀλίγους* dixere. Gregorio Turonico Epiſcopo Mſ. in libri VIII. capite XXX. *parvi contumaces* ſunt ac vocantur pauci contumaces; & in lib. 4. cap. 30. contrà *magni viri ex Arvernis* ſunt multi viri. Apud Julianum Toletanum in Wamba: *Parviſſimi evaſimus gladium: ſed pro parvis veniam deprecamur.* Vide quæ notavi in Carmen Adalberonis pag. 312.] *Valeſ.*

v *Et conſertis.*] In Regio codice * & Toloſano, * [ac Colbertino,] & in Editione Rom. legitur *concertis.*

CAP. V. Antoninus quidam ex mercatore opulento Rationarius Apparitor Meſopotamiæ Ducis, tunc Protector, exercitatus & prudens, pérque omnes illas notiſſimus terras, aviditate quorumdam nexus ingentibus damnis, cùm jurgando contra potentes ſe magis magíſque injuſtitiâ frangi contemplaretur, ad [2] deferendam potioribus gratiam, qui ſpectabant negotium, inclinatis: ne contra acumina calcitraret, flexit ſe in blanditias molliores: [x] confeſſuſque debitum, per colludia in nomen fiſci tranſlatum, jámque auſurus immania, rimabatur tectiùs Reipublicæ membra totius: & utriuſque linguæ litteras ſciens, circa ratiocinia verſabatur, [y] qui vel quarum virium milites ubi agant, vel procinctûs tempore quos [3] tuerentur deſcribens: itidem armorum & commeatuum copiæ, aliáque uſui bello futura an abunde ſuppetant, indefeſſa ſcitatione percontans. Et cùm totius Orientis didiciſſet interna, virorum ſtipendiíque parte maxima per Illyricum diſtributa, ubi diſtinebatur ex negotiis ſeriis Imperator: adlapſuro jam præſtituto die ſolvendæ pecuniæ, quam per ſyngrapham debere ſe confiteri vi metúque compulſus eſt, cùm omnibus ſe proſpiceret undique periculis opprimendum, Largitionum Comite ad alterius gratiam infeſtiùs perurgente; fugam ad Perſas cum conjuge, [4] liberis, & omni vinculo caritatum ingenti molimine conabatur. Atque ut lateret ſtationarios milites, fundum in Hiaſpide, qui locus Tigridis fluentis adluitur, pretio non magno mercatur. Hócque commento cùm nullus cauſam veniendi ad extremas Romani limitis partes, jam poſſeſſorem cum plurimis auderet exigere, per familiares fidos peritóſque nandi occultis ſæpe colloquiis [5] cum Tamſapore habitis, qui tractus omnes adverſos Ducis poteſtate tunc tuebatur, & antea cognitus, miſſo à Perſicis caſtris auxilio virorum pernicium, lembis impoſitus, cum omni [6] penatum dulcedine nocte concubia transfretat, [7] re contraria,

2 *Al.* differendam. 3 *Steph.* intuerentur. 4 *Al.* liberiſque. 5 *Mſ.* cum tam ſapore. 6 *Al.* pœnarum. 7 *Mſ.* Rex contrar.

Unde ſuſpicor ita Marcellinum ſcripſiſſe: *Rumoribus denſis audiuntur & certis.* Sic enim loqui ſolet, exempli gratiâ hoc capite paulo ante *primo rumores, dein nuntii certi.* Valeſ.

x *Confeſſuſque debitum, per colludia in nomen fiſci tranſl.*] Hunc locum ſic intelligo. Cùm Antoninus urgenti creditori debere ſe confeſſus eſſet metu judicis, qui in creditoris gratiam erat propenſior: debitum illud in nomen fiſci tranſlatum eſt, & Largitionum Comiti cognitio attributa, qui fiſcalia debita per Palatinos exigebat. Eamdem fraudem refert Symmachus in lib. v. ep. 61 *Piget dicere, quibus technis Apparitio Itali graſſetur ærarii: fertur ſub publici debiti ſpecie privatorum nominum falſa recitari. Invalidos quippe ſtatim vincit impreſſio: validiores autem cùm munimenta pro ſe juris adſciverint, criminoſis verborum interpretationibus implicantur, ut ad damni patientiam ſeſe invidiæ timore ſubmittant.* Creditor itaque jus ſuum & actionem fiſco donaverat per conludium, ea fortaſſe condicione, ut Judex dimidiam debiti partem acciperet: quod vetitum eſt reſcripto Gordiani in lege 2. Cod. ne fiſcus vel reſp. *Cùm allegas partem rerum vel actionum dimidiam fiſco, quò magis ejus viribus protegaris, velle te donare; hujuſmodi litium donationem admitti temporum meorum diſciplina non patitur.* * & lege x. Codicis Theodoſiani de Palatinis. Hujuſmodi fraudes damnat Theodericus Rex in Edicto ſuo capite 122. Hinc explicare ſoleo locum Gregorii in Carmine adverſus divites pag 238. * *Valeſ.*

y *Qui vel quarum virium milites.*] Utile ſtudium & laudandum, ſi quis pro Republica utatur. Neque enim ſuas vires rectè quis æſtimare poteſt, niſi qui alienas cognitas habet: ut exemplo ſcire datur Pori, qui neminem ſe fortiorem cenſebat, antequam Alexandri virtutem expertus eſſet. Curtius lib. VIII. *Lindenbr.*

ſpecie [z] [a] Zopyri illius ſimilis Babylonii proditoris. Rebus per Meſopotamiam in hunc ſtatum deductis, Palatina cohors [b] palinodiam in exitium concinens noſtrum, invenit tandem anſam nocendi fortiſſimo viro, auctore & incitatore cœtu ſpadonum: qui feri & [8] acidi ſemper, carentéſque neceſſitudinibus ceteris, divitias ſolas ut filiolas jucundiſſimas amplectuntur. Stetítque ſententia, ut Sabinianus [c] vietus quidam ſenex & bene nummatus, ſed imbellis & ignavus, & ab impetranda magiſterii dignitate per obſcuritatem adhuc longè diſcretus, præficiendus Eois partibus mitteretur: Urſicinus verò curaturus pedeſtrem militiam, & ſucceſſurus Barbationi, ad Comitatum reverteretur, quò præſens rerum novarum avidus concitor, ut jactabant, à gravibus inimicis & metuendis inceſſeretur. Dum hæc [d] in caſtris Conſtantii [e] quaſi per luſtra aguntur & ſcenam, & [f] diribitores venumdatæ ſubitò poteſtatis pretium per potiores diffunditant domos, Antoninus ad Regis hiberna perductus aventer ſuſcipitur: & [g] apicis nobilitatus auctoritate, (quo honore participantur menſæ regales, & meritorum apud Perſas ad ſuadendum ferendáſque ſententias in concionibus

8 *Mſ. & Steph.* acidi.

z *Zopyri illius ſimilis Babylonii.*] Herodotus in fine lib. III. Ariſtides Orat. κατὰ τῶν ἐξορχουμένων, Polyænus lib. 7. p. 494. Juſtinus Hiſtor. lib. I. Sex. Jul. Frontinus Stratag. lib. III. cap. 3. Greg. Nazianz. contra Julian. *Lindenbr.*

a *Zopyri illius ſimilis.*] Meliùs Demarati ſimilem dixiſſet. Certè Libanius in Oratione Conſulari ad Julianum, hunc Antoninum Demarati nomine appellat: ὁ δὲ κακῶς ἀπολέμενος Δημάρατος ὁ τὰ παρ' ἡμῖν ἐπαινῶν πρὸς ἐκεῖνον ἀγαθὰ, καὶ τοῦ χειμῶνος φάσκων αὐτῷ παραδώσειν ὥσπερ ἐν κύρτῳ τὰς πόλεις, &c. Nota hiſtoria Demarati Spartani, qui ad Perſarum Regem transfugit, ex Herodoto. *Valeſ.*

b *Palinodiam.*] Pro veteri cantione poſuit, non pro contraria, ut ſumi ſolet. *Idem.*

c *Vietus quidam ſenex.*] Terentius in Eunucho actu 4. ſcena 4.

Hic eſt vetus, vietus, veternoſus ſenex, Colore muſtelino. Idem.

d *In caſtris Conſtantii.*] Id eſt, in Comitatu: quo etiam ſenſu in lib. 14. dictum eſt: *Paullus cruore perfuſus, reverſùſque ad Principis caſtra.* & in lib. 26. cap. 7. *E civitate occulte digreſſi, Imperatoris caſtra petivere itineribus feſtinatis.* Græci quoque Comitatum Principis, vocare ſolent ϛρατόπεδον, ut Athanaſius in Ep. ad Solitarios, Syneſius, & Julianus in Epiſtolis, aliíque paſſim Ejus autem appellationis ratio eſt non obſcura, eo quòd Impp. ſemper circa ſe numeros militum Præſentales cum Scholis habebant. *Idem.*

e *Quaſi per luſtra aguntur & ſcenam.*] Cur quaſi per ſcenam hæc acta dicantur, ſatis intelligere videor. Nam Sabiniano prorſus quaſi ſcenicæ perſonæ inſignia Magiſterii delata ſunt, & Urſicinus iiſdem exutus. Simili figura Joſephus in lib. 4. de bello Judaïco, de Phania quodam homine viliſſimo, cui ſummum ſacerdotium mandaverant Judæi, dicit: ἐπὶ γοῦν τῆς χώρας αὐτὸν ἄκοντα σύραντες, ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς ἀλλοτρίῳ κατεκόσμουν προσωπείῳ. Luſtra autem pro ganeis fortè ſumit. *Idem.*

f *Diribitores.*] Diribitores ſunt qui populo ad ferenda ſuffragia tabulas diribebant, & ſuffragiorum puncta numerabant, ut indicat Varro in lib. 3. de re ruſtica, cap. 4. *Axius mihi, dum diribentur, inquit, ſuffragia, vis potiùs ut villæ publicæ utamur umbrâ, quàm privati candidati tabella dimidiata ædificemus nobis?* Quem Varronis locum ſanè illuſtrem acumen Joſ. Scaligeri non intellexit. Eſt autem hic ejus loci ſenſus. Vis, ut villæ publicæ (ea erat in campo Martio ubi comitia habebantur) umbrâ utamur potiùs, quàm tabellâ dimidiatâ, in qua candidati nomen erat inſcriptum, ad ſolem oppoſitâ umbram nobis ædificemus? Sciendum eſt Varroni ac ceteris qui ad comitia venerant, datam eſſe tabellam ex more, in qua omnium candidatorum nomina erant inſcripta. Cùm igitur eam tabellam conſcidiſſent Axius & Varro, & dimidiatam quidem, in qua ſcriptum erat candidati ejus cui favebant nomen, in ciſtam conjeciſſent, reliqua tabellæ parte umbram ſibi facere poterant. Sed ut ad diribitores noſtros redeamus, ſolebant candidati eorum gratiam emercari, ut docet Auſonius in Gratiarum actione: *Vocatis claſſibus non intremui, nihil cum ſequeſtre depoſui, cum diribitore nil pepigi.* Quamquam & Auſonius, & Marcellinus noſter hoc in loco diribitores vocaſſe videntur, quos diviſores potiùs dicere debuerant cum Marco & Quinto Cicerone. Ii erant qui pecuniâ inter tribules diviſâ ſuffragia emebant candidatis. *Idem.*

g *Apicis nobilitatus auctoritate.*] Cap. 8. de eodem hoc Antonino: *Sublata tiara, quam capite ſummo ferebat honoris inſigne.* Lindenbr.

ora panduntur) [h] non contis, nec [9] rymulco, (ut aiunt) [i] id eſt non flexiloquis ambagibus vel obſcuris, ſed velificatione plena in Remp. ferebatur: eumdémque incitans Regem, [k] ut quondam [l] Maharbal lentitudinis increpans Hannibalem, poſſe eum vincere, ſed victoria uti neſcire, adſiduè prædicabat. [1] Educatus enim in medio, ut rerum omnium gnarus, auditorum nactus [2] vigiles ſenſus, & aurium delenimenta captantes, nec laudantium, ſed [m] ſecundùm Homericos Phæacas cum ſilentio admirantium, jam inde quadrageſimi anni memoriam replicabat: poſt bellorum adſiduos caſus, & maximè [n] apud Hileiam & Singaram, ubi acerrima illa nocturna concertatione pugnatum eſt, noſtrorum copiis ingenti ſtrage confoſſis, quaſi dirimente quodam medio feciali, Perſas nondum Edeſſam nec pontes Euphratis tetigiſſe victores: quos armipotentiâ fretos ſucceſſibúſque magnificis, ita dilataſſe [3] decuerat rem, eo maximè tempore, quo diuturnis bellorum civilium motibus ſanguis utrimque Romani roboris fundebatur. His ac talibus ſubinde [o] inter epulas ſobrius perfuga, ubi de apparatu bellorum & ſeriis rebus apud eos [p] Graiorum more vete-

9 *Mſ.* ramulo. 1 *Al.* Eductus. 2 *Mſ.* vigiliis ejus ſenſus. 3 *Mſ.* decueratarent.

h *Non contis, nec remulco.*] Contus eſt pertica longa, quâ nautæ ad promovenda ac regenda navigia utuntur, ut apud Virgilium in 6. Philo in legatione ad Caium, ὕλῃ χρώμενοι, πηδαλίοις, οἴαξι, κοντοῖς. Unde in lege 29. ad legem Aquiliam ubi dicitur: *Parum refert, utrum ſervaculum ad navem ducendo, an tua manu damnum dederis*; in Baſilicis habetur, ὥσπερ ἢ χειρὶ ἢ κοντῷ ζημιώσας, ut teſtatur Cujacius in lib. 5. Obſerv. Servaculum igitur eſt contus. Remulco autem agi dicitur navis, cùm ſcaphæ ducitur fune: quod & promulco agi dicebant veteres, teſte Feſto. Græci ῥυμουλκεῖν dicunt, ut videre eſt apud Suidam in v. ῥῦμα Quare errant Feſtus & Iſidorus, qui remulcum derivant à remo: cùm Græcæ originis id vocabulum ſit. In Codice Regio & Vat. & Fauch. ſcribitur *ramulco*, [in Colbertino *ramulo.*] Unde ſuſpicor à Marcellino ſcriptum fuiſſe *rymulco.* Sic Grambates pro Grymbate, & Rhandacus pro Rhyndaco in iiſdem Mſſ. legebatur. [Petrus Pithœus in veteri codice, Valentino ut puto, *ramulo* quoque legi ait, addítque *remula* verbo uti Cæſarem in libris 2. & 3. de bello civili, & Hirtium in Alexandrino, Soſipatrúmque in libro 1. ex Hygino proferre hæc verba: *Uti ſolent itineris minuendi cauſâ remulco, quem Græci* πάκτωνα *dicunt, navem traducere.* Vide Feſtum & Nonium in *remulcare.*] Valeſ.

i *Id eſt, non flex. ambagib. & obſcuris.*] Hæc omnia unâ delenda ſunt liturâ: ſunt enim procul dubio ſcholia, ad explicationem præcedentis metaphoræ adnotata. *Idem.*

k *Ut Maharbal.*] Sumpſit id ex T. Livii lib. 22. *Idem.*

l *Maharbal lentitudinis increpans Hannibalem.*] * Livius lib xxii. *Non omnia nimirum eidem Dii dederunt. Vincere ſcis Hannibal, victoriâ uti neſcis.* Itaque in laude Valentis Imp. ponit Themiſtius, quòd νικᾶν καὶ νίκῃ χρῆσθαι ſciret. Orat. 6. p. 70. in 4o. * Luc. Florus lib. ii. cap. 6. *Lindenbr.*

m *Secundùm Homericos Phæacas.*] Odyſſ. θ. *Idem.*

n *Apud Hileiam & Singaram, ubi nocturna.*] Eleiam vocare videtur Rufus Feſtus in Breviario: ſic enim dicit: *Nocturna verò Eleienſi prope Singaram pugna, ubi præſens Conſtantius adfuit, &c.* Quamquam in Mſ. Regio optimæ notæ quem vidi, deerat vox *Eleienſi.* Hujus nocturni prœlii hiſtoriam deſcribit Libanius in Orat. quæ βασιλικὸς inſcribitur, & Julianus in Orat. 1. ad Conſtantium: quorum uterque filium Saporis Regis Perſarum eo in prœlio occubuiſſe teſtatur. Meminit & Marcellinus in fine libri. Adeo autem ambiguus ejus pugnæ eventus fuit, ut tam Perſæ quàm Romani ſe pro victoribus ferrent: quod declarat præter citatos Auctores Eutropius ac Rufus Feſtus. Contigit ea pugna anno Domini 348. Philippo & Salia Coſſ. ut ponit Idatius in Faſtis. Hieronymus in Chronico, anno inſequente id retulit. Sed refellere videtur utrumque Julianus in Orat. 1. cit. Poſtquam enim Singarenam illam pugnam eſt exſecutus, ad Magnentianum bellum ſic tranſilit. ἦν μὲν γὰρ ὁ χειμὼν ἐπ' ἐξόδοις ἤδη, ἕκτον που μάλιστα μετὰ τὸν πόλεμον ἔτος οὗ πρόσθεν ἐμνήσθην. Sed ſine dubio legendum eſt τρίτον. *Valeſ.* De quo tamen vide Harduinum ad orationem I. Themiſtii. *Gron.*

o *Inter epulas ſobrius perfuga, ubi de apparatu bellorum.*] De hoc Perſarum ritu Herodotus lib. 1. Μεθυσκόμενοι εἰώθασι βουλεύεσθαι τὰ σπουδαιότατα τῶν πραγμάτων. Τὸ δ' ἂν ἅδῃ σφι βουλευομένοισι, τοῦτο τῇ ὑστεραίῃ νήφουσι προτιθεῖ ὁ στέγαρχος, ἐν τοῦ ἂν ἐόντες βουλεύωνται· καὶ ἢν μὲν ἅδῃ καὶ νήφουσι, χρέωνται αὐτῷ· ἢν δὲ μὴ ἅδῃ, μετιεῖσι· τὰ δ' ἂν νήφοντες προβουλεύσωνται, μεθυσκόμενοι ἐπιδιαγινώσκουσι. Quem locum laudant Athenæus lib. 4. & Scholiaſt. Ariſtoph. in Equitib. ad illum verſum, Οὕτω γὰρ εὗρες ἄντι πραγματικώτερον. Vid. Strabon lib. xv. pag 505. *Lindenbr.*

p *Graiorum more veterum.*] Plutarch. Sympoſ. lib vii. Athen. lib. iv. cap. v. Idemque mos apud Germa-

rum conſultatur, Regem incendebat ardentem, ut exacta hieme ſtatim arma, fretus fortunæ ſuæ magnitudine, concitaret: ipſe quoque in multis ac neceſſariis operam ſuam fidenter promittens.

Cap. VI. Sub iiſdem ferè diebus Sabinianus adepta repentina poteſtate ſufflatus, & Ciliciæ fines ingreſſus, deceſſori ſuo Principis litteras dedit hortantis, ut ad Comitatum dignitate afficiendus ſuperiore citiùs properaret: eo neceſſitatum articulo, quo etiamſi apud Thulen moraretur Urſicinus, acciri eum magnitudo rerum ratione probabili flagitabat; utpote diſciplinæ veteris, & longo uſu bellandi artis Perſicæ ſcientiſſimum. Quo rumore provinciis percitis, ordines civitatum & populi, decretis & acclamationibus denſis, injecta manu detinebant penes ſe publicum defenſorem, memores quòd relictus ad ſui tutelam cum inerti & umbratili milite, nihil amiſerat per decennium: ſimul metuentes ſaluti, quòd tempore dubio, remoto illo, adveniſſe hominem compererant inertiſſimum. Credimus, neque enim dubium eſt, per aërios tramites famam præpetem volitare, cujus indicio hæc geſta pandente, [4] conſiliorum apud Perſas ſumma proponebatur: & multis ultrò citróque deliberatis placuit, Antonino ſuadente, ut Urſicino procul amoto, deſpectóque novello Duce, poſthabitis civitatum pernicioſis obſidiis, perrumperetur Euphrates, retúrque prorſus: ut occupari poſſint provinciæ, fama celeritate præventa, omnibus antè bellis q (niſi temporibus Gallieni) intactæ, pacéque longiſſima locupletes: cujus rei, proſperante Deo, ductorem commodiſſimum fore ſpondebat. Laudato firmatóque concordi omnium voluntate conſilio, converſiſque univerſis ad ea quæ erant citiùs congerenda, commeatus, milites, arma, ceteráque inſtrumenta, quæ poſcebat procinctus adventans, perpetua hieme parabantur. Nos interea paulliſper cis Taurum morati, ex imperio ad partes Italiæ [5] feſtinantes, prope flumen venimus Hebrum, ex Odryſarum montibus decurrentem: ibique Principis ſcripta ſuſcepimus, jubentia omni cauſatione poſthabita reverti Meſopotamiam ſine apparitione, nullam expeditionem curaturi periculoſam, ad alium omni poteſtate tranſlata. Quod ideo per moleſtos formatores imperii ſtruebatur, ut ſi Perſæ fruſtra habiti rediſſent ad ſua, Ducis novi virtuti facinus aſſignaretur egregium: ſi fortuna [7] ſequior ingruiſſet, Urſicinus reus proditor Reipublicæ [8] deferretur. Agitati igitur ſine rationibus, diu cunctati, reverſique, faſtidii plenum Sabinianum invenimus, hominem mediocris ſtaturæ, & parvi anguſtique animi, vix ſine turpi metu ſuf-

4 *Al.* conciliorum. 5 *Al.* venientes feſtinantes. 6 *Mſ.* cautione. 7 *Mſ.* æquior. 8 *Mſ.* differretur.

os olim obtinuit. Tacitus de Moribus Germ. *De reconciliandis invicem inimicis, & jungendis affinitatibus, & adſciſcendis Principibus, de pace denique ac bello plerumque in conviviis conſultant: tamquam nullo magis tempore aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat.* Lindenbr.

q *Niſi temporibus Gallieni intactæ.*] Ruf. Feſtus hiſtoriam narrat: *Sub Gallieno Meſopotamiam invaſerant, & jam Syriam ſibi Perſæ cœperant vindicare, niſi quod tur-*

ficientem ad levem convivii, nedum [9] prœlii ſtrepitum perferendum. Tamen quoniam ſpeculatores apparatus omnes apud hoſtes fervere conſtanti adſeveratione perfugis concinentibus affirmabant, oſcitante homunculo Niſibin properè venimus utilia paraturi, [1] ne diſſimulantes obſidium Perſæ [r] civitati ſupervenirent incautæ. Dúmque intra muros maturanda perurgerentur, fumus micantéſque ignes adſiduè à Tigride per caſtra Maurorum, & Siſara, & conlimitia reliqua aduſque civitatem [2] continui perlucebant ſolito crebriores, erupiſſe hoſtium vaſtatorias manus ſuperato flumine permonſtrantes. Quâ causâ ne occuparentur itinera, celeri curſu prægreſſi, cùm ad ſecundum lapidem veniſſemus, liberali forma [ſ] puerum torquatum, ut conjectabamus, octennem, in aggeris medio vidimus ejulantem, ingenui cujuſdam filium, ut aiebat: quem mater dum imminentium hoſtium terrore percita fugeret, impeditior trepidando reliquerat ſolum. Hunc dum imperatu Ducis miſerati commotique, impoſitum equo præ me ferens ad civitatem reduco, circumvallato murorum ambitu prædatores latiùs vagabantur. Et quia me obſidionales ærumnæ terrebant intra ſemiclauſam poſticam expoſito puero, noſtrorum agmen agilitate volucr repetebam exanimis: nec multum fuit quin caperer. Nam cùm Abdigidun quemdam Tribunum fugientem cum calone ala ſequeretur hoſtilis, lapſóqu per fugam domino ſervum deprehenſum, cùm ego rapido ictu tranſirem, in terrogaſſent, quiſnam [3] provectus ſit judex, audiſſéntque Urſicinum paull antè urbem ingreſſum, montem Izalam [4] petere: occiſo indice, in unur quæſiti complures nos irrequietis curſibus ſectabantur. Quos cùm jumenti ag litate prægreſſus, [t] apud [5] Amudim munimentum infirmum diſperſis per pa bulum equis recubantes noſtros ſecuriùs inveniſſem, porrecto [6] extentiùs bra

9 *Mſ.* prœlio. 1 *Mſ.* ni diſſimulantes. 2 *τὸ* continui *mſ. deeſt.* 3 *Mſ.* profectus. 4 *Mſ.* petere indicem in unum. 5 *Mſ.* Amudim. *al.* Amudum. 6 *Al.* extenſiùs.

pe dictu eſt, Odenatus Decurio Palmyrenus, collecta Syrorum agreſtium manu, acriter reſtitiſſet. Is fuſis aliquotiens Perſis non modò noſtrum limitem defendit, ſed etiam ad Cteſiphontem Romani ultor Imperii, quod mirum dictu eſt, penetravit. Lindenbr.

* r *Civitati ſupervenirent incautæ.*] Verbum rei militaris eſt *ſupervenire*, & *ſuperventus*, quo Vegetius ſæpe utitur: Petrus etiam Chryſologus non inelegans ſcriptor, in Sermone 12. *Nec in procinctu fidei conſtitutos prævenire poterit inimica ſubverſio: neque cautos, vigilantes, ſobrios diabolus perturbare ſuis ſuperventionibus prævalebit.* Et in Sermone 24. *In caſtris miles ſupervenientes nocturnos impetus cauta pernoctatione propellit.* * Valeſ.

ſ *Puerum torquatum.*] Qui torquem geſtabat. Apud barbaros enim & Syros torques ſignum erat ingenuitatis, ut olim apud Romanos bulla. * Chryſoſtomus in præfatione in Epiſtolam ad Philippenſes hanc bullam puerorum Rom. vocat κόσμον χρυσοῦν, τῆς εὐγενείας δεῖγμα necnon μανιάκην, id eſt torquem, & toto pueritiæ tempore geſtatam eſſe ſcribit, quouſque primos pubertatis annos attigiſſent. Idem in Homilia, quomodo educandi ſint à parentibus liberi, pag. 24. ejus meminit. * Idem

t *Apud Amidam.*] Editio Rom. habet *Amudum* quam ſecuti ſunt Accurſius ac Gelenius. Amida quidem civitas hic locum habere non poteſt, cùm de munimento eóque infirmo Marcellinus ſe loqui teſtetur. Codex Regius, Flor. [ac Colbert.] ſcriptum habent *Amudim:* quæ procul dubio vera ſcriptura eſt. Sic enim Procopius in lib. 2. Perſic. pag. 85. appellat. Ubi Georgius Beliſarii Aſſeſſor legatum Regis Perſarum, cum magna multitudine Daras ingredi cupientem monet, ut ceteros quidem in loco Amudi relinquat, ipſe cum paucis Daras ingrediatur. χρῆν γὰρ τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας ἐν χωρίῳ Ἀμμώδιος καταλιπεῖν. Aberat hic locus ab opido Daras xx ſtadiis, ac Perſarum ditionis erat ætate Procopii, teſte ipſo Procopio in lib. 1. Perſ. ubi Ἀμμώδιος χωρίον bis ſcribitur malè. In 2. autem libro περὶ κτισμάτων, exaratum eſt Ἀμμώδιος χωρίον. At Theophylactus Simocatta in l

chic

chio, & [v] ſummitatibus ſagi contortis elatiùs, adeſſe hoſtes ſigno ſolito demonſtrabam: iiſdémque junctus impetu communi ferebar, equo jam fatiſcente. Terrebat autem nos plenilunium noctis, & planities ſupina camporum, nulla, ſi occupaſſet artior caſus, latibula præbere ſufficiens; ubi nec arbores, nec frutecta, nec quidquam præter herbas humiles viſebatur. Excogitatum eſt ergo, ut ardente ſuperpoſita lampade & circumligata ne rueret, jumentum ſolum quod eam vehebat, ſolutum ſine rectore lævorſum ire permitteretur, cùm nos ad montanos exceſſus dextrâ poſitos [7] tenderemus: ut prælucere ſebalem facem Duci leniùs gradienti Perſæ credentes, eum tenerent potiſſimùm curſum: quod niſi fuiſſet prævilum, circumventi & capti ſub ditionem veniſſemus hoſtilem. Hoc extracti periculo, cùm ad nemoroſum quemdam locum vineis arbuſtiſque pomiferis conſitum, [x] Mejacarire nomine veniſſemus, cui fontes dedere vocabulum gelidi, lapſis accolis omnibus, ſolum in remoto ſeceſſu latentem invenimus militem: qui oblatus Duci, & locutus varia præ timore, ideóque ſuſpectus, adigente metu qui intentabatur, pandit rerum integram fidem: docétque quòd apud Pariſios natus in Galliis, & equeſtri militans turma, vindictam quondam commiſſi facinoris timens, ad Perſas abierat profugus; exindéque morum probitate ſpectata ſortita conjuge, liberíſque ſuſceptis, ſpeculatorem ſe miſſum ad noſtra, ſæpe veros nuntios reportaſſe. At nunc ſe [8] à Tamſapore & Nohodare Optimatibus miſſum, qui catervas ductaverant prædatorum, ad eos redire quæ didicerat perlaturum. Poſt hæc, adjectis quæ agi in parte diverſa norat, occiditur. Proinde curarum creſcente ſollicitudine, inde paſſibus citis Amidam pro temporis copia venimus, civitatem poſtea ſecutis cladibus inclytam. Quo reverſis exploratoribus noſtris, [y] in vaginæ internis notarum figuris membranam reperimus ſcriptam, à Procopio ad nos perferri [9] mandatam, quem legatum ad Perſas antea miſſum cum Comite Lucilliano prædixi: hæc conſultò obſcuriùs indicantem, ne captis bajulis, ſenſúque intellecto ſcriptorum, excitaretur materia funeſtiſſima: *A-*

7 *Mſ.* extenderemus. 8 *Mſ.* à tam ſapore. 9 *Mſ.* mandata tamquam.

---

5. Hiſt. cap. 8. τὸ Ἀμμώδιον vocat, & XIV. dumtaxat ſtadiis abeſſe ab urbe Daras affirmat. *Valeſ.*

v *Summitatibus ſagi contortis elatiùs.*] Id ſollemne ſignum ait fuiſſe Marcellinus, cùm hoſtem appropinquare ſuis ſignificare vellent. Eodem quoque modo apud Procopium in lib. 3. Goth. pag. 278. ἔς τε τὰς ἐπάλξεις ἀνέβαινον ἅπαντες, καὶ τὰ ἱμάτια σείοντες τοῖς ἐν ταῖς ναυσὶ σημαίνειν ἐβούλοντο μὴ πρόσω ἰέναι. *Omnes in murorum propugnacula adſcendentes, motis veſtibus ſignificabant vectoribus, ne ulteriùs progrederentur.* Et apud Marcellinum noſtrum in lib. 25. cap. 6. *Efficacis audaciæ ſignum elatis manibus contortiſque ſagulis oſtendebant.* Idem.

x *Mejacarire nomine.*] Eodem itinere Cardarigan Dux Perſarum apud Theophylactum Simocattam in lib. 1. cap. 13. per caſtrum Mejacarire Izalam montem petit: διὰ τῶν ὀχυρωμάτων τοῦ Μαιακαριρί. Majocariri dicitur in Notitia Imperii Rom. & ſub diſpoſitione Ducis Meſopotamiæ collocatur. Addit Marcellinus, *cui fontes dedere vocabulum gelidi*: quod veriſſimum eſt. *Maia* enim ſeu *Maio* aquam ſignificat; *carire* frigidum linguâ Syrorum: unde & Emmaus dicta. Hegeſippus in lib. 4. *Ammaunta*, inquit, *repetit, quæ de aquis calidis vocabulum ſumpſit: quòd aquarum vapor Syro ſermone Ammaus appellari fertur.* Idem.

y *In vaginæ internis figuris notarum membranam reperimus ſcriptam.*] Jul. Frontinus Stratag. lib. III. cap. 13. de emittendo vel recipiendo nuntio: *Nonnulli inte-*

mandatis procul Graiorum legatis, forſitan & necandis, [z] *Rex longævus non contentus Helleſponto, junctis Granici &* [1] *Ryndaci pontibus, Aſiam cum numeroſis populis pervaſurus adveniet, ſuopte ingenio irritabilis & aſperrimus, auctore & incenſore Hadriani quondam Romani Principis ſucceſſore: actum & conclamatum eſt, ni caverit Græcia.* Qui textus ſignificabat Perſarum Regem, tranſitis fluminibus Anzaba & Tigride, Antonino hortante dominium Orientis affectare totius. His ob perplexitatem nimiam ægerrimè lectis, conſilium ſuſcipitur prudens. Erat eo tempore [a] Satrapa Corduenæ, quæ obtemperabat poteſtati Perſarum, Jovinianus nomine appellatus, in ſolo Romano adoleſcens, nobiſcum occultè ſentiens: eâ gratiâ quòd obſidatus ſorte in Syriis detentus, & dulcedine liberalium ſtudiorum illectus, remeare ad noſtra ardenti deſiderio geſtiebat. Ad hunc miſſus ego cum Centurione quodam fidiſſimo, exploratiùs noſcendi gratiâ quæ gerebantur, per avios montes anguſtiáſque præcipites veni. Viſúſque & agnitus, comitérque ſuſceptus, cauſam præſentiæ meæ uni illi confeſſus, adjuncto taciturno aliquo locorum perito, mittor ad præcelſas rupes exinde longè diſtantes: unde niſi oculorum deficeret acies, ad quinquageſimum uſque lapidem quodvis etiam minutiſſimum apparebat. Ibi morati integrum biduum, cùm Sol tertius affulſiſſet, cernebamus terrarum omnes ambitus ſubjectos, quos horizontas appellamus, agminibus oppletos innumeris, & antegreſſum Regem veſtis claritudine rutilantem. [b] Quem juxta lævus incedebat [2] Grumbates Chionitarum Rex, ætate quidem media, rugoſiſque membris, ſed mente quadam grandifica, multíſque victo-

1 Mſ. *Bandaci.* 2 *Mſ.* Grynbates Chionitarum Rex nobis quidem ætate.

riora vaginarum inſcripſerunt. Vid. quæ notat Porta Neapol. de furtivis litterarum notis, lib. 11. cap. 21. * Vide AEneam de Re Milit. quem Caſaub. cum Polybio edidit p. 81. * *Lindenbr.*

z *Rex longævus.*] Sic etiam in fine libri 27. Sapor longævus dicitur. Agathias in lib. 4. ſcribit, Saporem ſimul atque in lucem editus eſt, Regem eſſe coronatum, & ad LXX. annum vitam ſimul cum imperio perduxiſſe: eumdem anno imperii ſui XXIV. ex fœdere cum Romanis inito Niſibin accepiſſe: quod ſi ita eſt, regnare ſimul ac vivere cœpit Sapor Acindyno & Proculo Coſſ. anno Domini 340. & hoc anno qui erat Euſebio & Hypatio Coſſ. annum dumtaxat XX. attigerat. Quomodo igitur longævus dicitur hîc à Marcellino? Annon hæc ſatis evincunt, in Agathiæ codicibus numeros eſſe corruptos? Accedit, quòd in Singarena pugna (de qua ſupra dixi) Saporis filius qui in ſpem imperii alebatur, occiſus eſt, ut Libanius Julianúſque prodiderunt. Quo argumento conficitur, Saporem triginta ut minimùm annis ante eam pugnam regnare cœpiſſe. Libanius in Orat. quæ *βασιλικὸς* inſcribitur, Saporem 40. ante Conſtantini M. obitum annis regnum tenuiſſe ſignificat, his verbis. *ἀκούων δὲ τοὺς προγόνους ἑαυτοῦ Δαρεῖον καὶ Ξέρξην ἔτεσι δέκα τὴν κατὰ τῶν Ἑλλήνων μετρῆσαι παρασκευὴν, αὐτὸς εἰς τέτταρας ἐπὶ δεκάδας ἐκτεῖναι τὸν χρόνον ἠξίωσε.* Scaliger in lib. 3. Iſagogic. Canonum Saporem anno Chriſti 309. regnum iniiſſe ſcribit. At Theophanes anno XIX Diocletiani initia regni Saporis ponit, qui erat annus Chriſti 303. Sed ex Agathiæ rationibus initium Saporis in annum 312. cadere debet. *Valeſ.*

a *Satrapa Corduenæ.*] Hæc regio cum aliis IV. Tranſtigritanis poſtea Perſis dedita dicitur à Joviano Aug. in lib. 24. Quare partem ejus Romanis, partem Perſis paruiſſe tunc oportet; cùm Marcellinus in Corduenam miſſus eſt. Neſcio autem quo caſu factum eſt, ut in Editione noſtra *Gorduenæ* excuderetur. Neque enim ita correxeram. Eſt quidem Corduene, ut exiſtimo, eadem quæ Gorduene dicitur à Plinio, & à Ptolemæo, & Appiano in Mithridatico. Strabo & Stephanus *γορδυαίαν* vocant, à Gordye Triptolemi filio nominatam. Sed apud Strabonem in lib. 1. initio *γορτυναίων ὄρη* ſcribitur corruptè. Hi ſunt montes, quorum hic meminit Marcellinus. *Idem.*

b *Quem juxta lævus incedebat.*] Apud Perſas honoratior locus exiſtimatur medius, in quo Rex conſiſtere

riarum inſignibus nobilis: dextrâ Rex Albanorum, pari loco atque honore ſublimis: poſt Duces varii auctoritate & poteſtatibus eminentes: quos ordinum omnium multitudo ſequebatur, ex vicinarum gentium roboribus lecta, ad tolerandam rerum aſperitatem diuturnis caſibus erudita. Quouſque nobis [c] Doriſcum Thraciæ oppidum, & agminatim intra conſæpta exercitus recenſitos Græcia fabuloſa narrabis? cùm nos cauti, vel ut veriùs dixerim, timidi nihil exaggeremus, præter ea quæ fidei teſtimonia neque dubia, neque incerta monſtrarunt.

CAP. VII. Poſtquam Reges Nineve Adiabenæ ingenti civitate tranſmiſſa, in medio pontis Anzabæ hoſtiis cæſis extíſque proſperantibus tranſiere lætiſſimi, conjectantes nos reſiduam plebem omnem ægrè penetrare poſt triduum poſſe, citiùs exinde ad Satrapen reverſi quievimus, hoſpitalibus officiis recreati. Unde per loca itidem deſerta & ſola, magno neceſſitatis ducente ſolatio, celeriùs quàm potuit ſperari reverſi, confirmavimus animos hæſitantium, unum è navalibus pontem tranſiſſe Reges abſque ulla circuitione perdoctos. Extemplo igitur equites citi [3] mittuntur ad Caſſianum Meſopotamiæ Ducem, rectorémque provinciæ tunc Euphronium, compulſuri agreſtes cum familiis & pecoribus univerſis ad tutiora [4] tranſire, & agiliter deſeri Carras oppidum, invalidis circumdatum muris: ſuper his campos omnes incendi, ne pabulorum ſuppeteret copia. Et imperatis ſine mora completis, injecto igne, furentis elementi vis maxima frumenta omnia, cùm jam ſtipula flaventi turgerent, herbáſque pubentes ita contorruit, ut aduſque Euphratem ab ipſis marginibus Tigridis nihil viride cerneretur. Tunc exuſtæ ſunt feræ complures, maximéque leones per ea loca ſævientes immaniter, conſumi vel cæcari ſueti paullatim hoc modo. [d] Inter harundineta Meſopotamiæ fluminum & fruteta leones vagantur innumeri, clementiâ hiemis ibi molliſſimæ ſemper innocui. At ubi Solis radiis exarſerit tempus, in regionibus æſtu ambuſtis, vapore ſideris & magnitudine culicum agitantur, quorum examinibus per eas terras referta ſunt omnia. Et quoniam oculos quaſi humida & lucentia membra eædem appetunt volucres, palpebrarum libramentis mordicus inſidentes, iidem leones cruciati diutius, aut fluminibus merſi ſorbentur, ad quæ remedii cauſâ confugiunt, aut amiſſis oculis, quos unguibus crebrò lacerantes effodiunt, immaniùs [5] efferaſcunt.

3 *Mſ.* mittuntur tunc ad. 4 *Mſ. & Steph.* tranſire compelli & agiliter. 5 *Mſ.* efferaſcunt.

ſolet, teſte Plutarcho in lib. I. Sympoſ. cap. 3. poſt hunc honoratior habebatur ſiniſter; tertius dexter; poſt hunc rurſus ſiniſter, ac deinde dexter; ac ſic deinceps, ut docet Xenophon in lib. 8. de Inſtitutione Cyri. *Valeſ.*

c *Doriſcum Thraciæ oppid.*] Ubi Xerxes exercitum luſtravit. Herodot. lib. VII. ἐξηριθμήθησαν δὲ τόνδε τὸν τρόπον. συνηγάγοντο ἐς ἕνα χῶρον μυριάδα ἀνθρώπων, καὶ συνάξαντες ταύτην ὡς μάλιστα εἶχον, περιέγραψαν ἔξωθεν κύκλον. Περιγράψαντες δὲ, καὶ ἀπέντες τοὺς μυρίους αἱμασιὴν περιέβαλον κατὰ τὸν κύκλον ὕψος ἀνήκουσαν ἀνδρὶ ἐς τὸν ὀμφαλόν. Atque id eſt, quod Ammian. dicit, *agminatim intra conſæpta exercitus recenſitos.* Lindenbr.

d *Inter harundineta Meſopotamiæ.*] Agatharchides apud Photium Biblioth. pag. 734. Ἔχουσι δὲ οὗτοι (ῥιζοφάγοι)

raſcunt: quod ni fieret, univerſus Oriens hujuſmodi beſtiis abundaret. Dum campi cremantur, (ut dictum eſt) Tribuni cum Protectoribus miſſi, citeriores ripas Euphratis caſtellis, & præacutis ſudibus, omníque præſidiorum genere communibant, tormenta, quà non erat voraginoſum, locis opportunis aptantes. Dum hæc celerantur, Sabinianus [e] inter rapienda momenta periculorum communium lectiſſimus moderator belli internecivi, [f g] per Edeſſena ſepulcra, quaſi fundata cum mortuis pace nihil formidans, more vitæ remiſſioris fluxiùs agens, [h i] militari pyrricha ſonantibus modulis pro hiſtrionicis geſtibus in ſilentio ſummo delectabatur, ominoſo ſanè & incepto & in loco. Cùm hæc & hujuſmodi factu dictúque triſtia [k] futuros prænuntiant motus, vitare optimum quemque debere ſæculi progreſſione diſcamus. Interea Reges [l] Niſibi [6] proſtratione vili tranſmiſſa, incendiis arida nutrimentorum varietate creſcentibus, fugitantes inopiam pabuli, ſub montium pedibus per valles gramineas incedebant. Cúmque Bebaſen villam veniſſent, unde [m] ad [7] Conſtantinam

6 *Mſ.* proſtratione. 7 *Mſ.* Conſtantinam.

χωκὸν ἄφυκτον, τοὺς ἐν τοῖς ἕλεσι λέοντας ἐπιτιθεμένους αὐτοῖς. ὑπὸ δὲ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ κυνὸς γίνεταί τι κωνώπων πλῆθος ἄπλετον, τηλικαύτην ἔχον δύναμιν, ὥστε τὸν λαὸν εἰς τὰς λιμνώδεις ὑγρασίας ἀπελθόντα ἐκεῖ μένειν ἀφανῆ· ὑφ' ὧν καὶ οἱ λέοντες ἐκτοπίζονται· οὐχ οὕτως ὑπὸ τοῦ δηγμοῦ δηλούμενοι καθάπερ ὄντος ἐπαχθοῦς, ὡς τὸν ἀπὸ τῆς φωνῆς ἦχον ἀλλόφυλον ἀδυνατοῦντες φέρειν. *Lindenbr.*

e *Inter rapienda momenta peric.*] Id eſt, momenta periculorum quæ rapi debent. Sic Lucanus lib. x. de Cæſare:

Inſiluit Cæſar, ſemper feliciter uſus
Præcipiti curſu bellorum, & tempore rapto.

& Marcellinus noſter in lib. 25. ad calcem. *Valeſ.*

f *Per Edeſſena ſepulcra.*] Lib. XIX. *Sabinianum etiam tum ſepulcris hærentem.* Mens Auctoris utrobique obſcura. Solebant priſci Chriſtiani, ingruente belli tumultu ante Martyrum ſepulcra ſe proſternere, ibique ob mala averruncanda preces ſuas allegare. Joh. Chryſoſtom. in Orat. de divit. *Βασιλεὺς ῥίπτει τὸ διάδημα, καὶ παραμένει τῷ τάφῳ τοῦ μάρτυρος δυσωπῶν καὶ δεόμενος τοῦ δοθῆναι αὐτῷ λύσιν τῶν δεινῶν, καὶ νίκην κατ' ἐχθρῶν.* An idem hunc Sabinianum feciſſe dicendum, non liquet. *Lindenbr.*

g *Per Edeſſena ſepulcra.*] Olim ſepulcra extra urbes erant, ut notum eſt. Unde Artemidorus in lib. 1. cap 58. Si quis, ait, ſe in urbem curru vectum introire ſomniaverit, fauſtum eſſe ſomnium ægro & athletæ: hic enim victor erit ſacro certamine: ille convaleſcet. Ex urbe autem exire, infauſtum utriſque ſomnium eſt: æger enim ad tumulum efferetur. * Chryſoſtomus Homiliâ 74. in Matthæum: *οὐδεὶς τάφος ἐν πόλει κατασκευάζεται*: ac legibus id interdictum eſſe ſubjungit, ne ullum in urbe ſepulcrum exſtrueretur. * Sciendum quoque eſt exercitationes olim militares extra pomœrium fieri conſueviſſe: ut teſtatur Libanius in *πρεσβευτικῷ* ad calcem. Zoſimus in lib. 4. de Valentiniano Juniore: *τῷ βασιλεῖ τοίνυν ἐν Βιέννῃ τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ καὶ περὶ τὸ ταύτης τεῖχος ἅμα τισὶ τῶν στρατιωτῶν παιδιαῖς ἐνασχολουμένῳ.* Denique Ennodius in Panegyrico ad Theodericum: *Urbis omne pomœrium ſimulacro congreſſionis atteritur.* Sabinianus igitur extra Edeſſam milites exercebat in campo quodam, in quo cadavera humari ſolebant. *Valeſ.*

h * *Sabinianus militari Pyrrichio ſonantibus modulis delectabatur.*] Sic in lib. 16. de Juliano Cæſare: *Cùm artem modulatiùs incedendi per Pyrricham continentibus diſceret fiſtulis.* Marius Victorinus de Metris lib. II. de anapæſtico metro pag. 102. *Embaterion dicitur,* (*ἐμβατήριον*) *quod eſt proprium carmen Lacedæmoniorum. Id in præliis ad incentivum virium per tibias canunt: incedentes ad pedem ante ipſum pugnæ initium.* * Lindenbr.

i *Militari pyrrichio.*] Primus ſic edidit Sig. Gelenius, cùm in anterioribus Editionibus, perinde ac in codice Regio & Editione Rom. legeretur, *militari pyrricho,* [in Colbertino *Pyrico.*] Equidem *militari pyrricha* ſcribi mallem. Ait enim Marcellinus Sabinianum in buſtis Edeſſenis non quidem exercuiſſe milites, ſed militari pyrricha impendio eſſe delectatum vice ſaltationis hiſtrionicæ. Nam cùm pantomimorum ſaltationibus utpote flagrante bello careret, militaris pyrrichæ geſtibus deſiderium ſuum ſolabatur. *Valeſ.*

k *Futuros prænuntiant motus.*] Hæc gloſſemata eſſe videntur, & abeſſe poſſunt abſque ullo ſenſus incommodo. *Idem.*

l *Niſibi pro ſtatione vili tranſmiſſa.*] Zonaras auctor ſatis diligens prodit Niſibin à Sapore tunc obſeſſam fuiſſe, ſed Saporem omiſſa ſtatim obſidione cùm nihil proficeret, alia oppida tentaviſſe fruſtra, tandémque Amidam cepiſſe. Quæ cùm ita ſint, placet ſcriptura, quam in Regio & Flor. exemplari * & in Toloſ * [ac Colbertino] reperimus, & quæ in Editione Rom. Aug. & Baſilienſi ſervatur: *Niſibi proſtratione vili tranſmiſſa.* Sic in fine lib. 28. *Leptitanóque agro & Oeenſi internecivа populatione tranſcurſi.* Idem.

m *Ad Conſtantiam uſque opidum.*] Longè præferen-

uſque oppidum, quod centeſimo lapide diſparatur, areſcunt omnia ſiti perpetua, niſi quòd in puteis aqua reperitur exilis; quid agerent diu cunctati, jámque ſuorum [8] duritiæ fiducia tranſituri, exploratore fido docente, cognoſcunt Euphratem nivibus tabefactis inflatum, latè fuſis gurgitibus evagari: ideóque vado nequaquam poſſe tranſiri. Convertuntur ergo ad ea, quæ amplectenda fortuita daret occaſio, ſpe concepta præter opinionem excluſi: ac propoſito pro abrupto rerum præſentium ſtatu urgenti conſilio, Antoninus dicere quid ſentiat juſſus orditur, flecti iter ſuadens in dexterum latus, ut per longiorem circuitum, [9] omnium rerum uſu regionum feracium, & conſideratione ea qua rectus pergeret hoſtis adhuc intactarum, caſtra duo præſidiaria Barzala & Laudias peterentur ſeſe ductante: ubi tenuis fluvius prope originem & anguſtus, nullíſque adhuc aquis advenis adoleſcens, facilè penetrari poterit ut vadoſus. His auditis, laudatóque ſuaſore, & juſſo ducere quà norat, agmina cuncta ab inſtituto itinere converſa prævium ſequebantur.

CAP. VIII. Quo certis ſpeculationibus cognito, nos diſpoſuimus properare Samoſata, ut ſuperato exinde flumine, pontiúmque apud Zeugma & Caperſana juncturis abſciſſis, hoſtiles impetus, ſi juviſſet fors ulla, repelleremus. Sed contigit atrox & ſilentio omni dedecus obruendum. Namque [n] duarum turmarum equites circiter ſeptingenti, ad ſubſidium Meſopotamiæ recèns ex Illyrico miſſi, enerves & timidi, [o] præſidium per eos traductus agentes, nocturnáſque paventes inſidias, [p] ab aggeribus publicis veſperi, quando cuſtodiri magis omnes tramites conveniret, longiùs diſcedebant. Hócque obſervato, eos vino oppreſſos & ſomno, viginti millia ferè Perſarum, Tamſapore & Nohodare ductantibus, nullo proſpiciente tranſgreſſa, poſt tumulos celſos vicinos Amidæ occultabantur armata. Móxque (ut dictum eſt) cùm abituri Samoſatam luce etiamtum dubia pergeremus, ab alta quadam ſpecula radian-

8 *Mſ.* duritia. 9 *Mſ.* omnem rerum uſu regionem inferacium.

—

da eſt ſcriptura codicis Florentini, in quo legitur *Conſtantinam*, [ut & in codice Colbertino.] Eſt enim Conſtantina opidum Meſopotamiæ in Oſdroene ſitum haud procul ab Euphrate, ſupra Carras, ut teſtis eſt Procopius in lib. 2. Perſic. ubi Choſrois ex Antiochia reditum in Perſidem deſcribit. Stephanus Byzantius ſcribit, huic opido priùs Nicephorii nomen fuiſſe. Νικηφόριον· ὕτως φασὶν ἐκαλεῖτο κωνςαντίνα ἡ περὶ ἔδεσαν πόλις. Quamquam in Suidæ Lexico κωνςάντῖα legitur. Et apud Hieroclem in Itinerario, ἐπαρχία ὀσροηνῆς· ἔδεσα· κωνςάντῖα. In Excerptis quoque Procopii apud Photium Conſtantia dicitur. Sed in Editionibus Procopii perpetuò Conſtantina tam in Perſicis quàm in lib. 2. περὶ κτισμ. nominatur. Præterea in Notitia Imperii Rom. ſub Duce Meſopotamiæ Conſtantia ponitur, & apud Menandrum Protect. in lib. 2. & 8. Hiſtoriæ. Poſtremò Evagrius in lib. 1. Hiſt. Eccl. Sophronium memorat Κωνςαντινιαίων Epiſcopum, qui in Indice Epiſcoporum qui Chalcedon. Synodo ſubſcripſerunt, *Conſtantinop. Epiſcopus* dicitur provinciæ Oſdroenes: corruptè, cùm *Conſtantinenſis* ſcribi debeat. Ex hujus opidi nomine Conſtantinenſis pugna dicitur à Rufo Feſto. *Valeſ.*

* n *Duarum turmarum equites ſeptingenti.*] Lipſius in l. 2. de Militia c. 7. heic impropriè ſumi *turmam* aſſerit, ac fortè *ſeptuaginta* corrigendum eſſe: niſi abuſivè *turmas* pro alis poſuit. Sic *Velites* ab Ammiano abuſivè dici pro levi armatura idem Lipſius notat in lib. 3. capite 1. Vide tamen in libris 16. & 21. & 24. Marcellinum, hoc eſt in cap. XII pag. 158 & cap. XI & cap. III. *Idem.*

o *Præſidium per eos traductus agentes.*] *i.e.* *per eos tractus.* Lindenbr.

p *Ab aggeribus publicis.*] Gloſſar. *Agger, ſtrata, via publica.* Servius AEneid. V. & ex eo Iſidor. Origin. XV,

tium armorum ſplendore præſtricti, hoſtéſque adeſſe excitatiùs clamitantes, ſigno dato quod ad prœlium ſolet hortari, reſtitimus conglobati: nec fugam capeſſere, cùm eſſent jam in contuitu qui ſectarentur, nec congredi cum hoſte, equitatu & numero prævalente, metu indubitatæ mortis cautum exiſtimantes. Denique ex ultima neceſſitate manibus jam conſerendis, cùm quid agi oporteat cunctaremur, occiduntur quidam noſtrorum temere procurſantes: & urgente utraque parte, Antoninus ambitiosè prægrediens agmina, ab Urſicino agnitus, & objurgatorio ſono vocis increpitus, proditórque & nefarius appellatus, [q] [r] ſublatâ [ſ] tiara, [t] quam capiti ſummò ferebat honoris inſigne, deſiluit equo: curvatíſque membris, humum vultu pæne contingens, ſalutavit patronum appellans & dominum, [v] manus [1] poſt terga connectens, quod apud Aſſyrios ſupplicis indicat formam: &, *Ignoſce mihi*, inquit, [x] *ampliſſi-*

1 *Mſ.* poſt terga.

Agger eſt media ſtratæ eminentia, coaggeratis lapidibus ſtrata. L. 2. C. Theod. Ne quis in Palatin. *Remotæ ab aggere publico civitates.* L. 4. de itin. mun. *Studia cunctorum ad reparationem publici aggeris conducibili devotione volumus feſtinare.* Sulpic. Severus lib. III. de Vita Mart. *Per aggerem publicum plena militantibus viris fiſcalis rheda veniebat.* Acta Mſſ. Martyrii Cantii & Cantiani: *Ubi quis vehiculis apparatu diſpoſito per aggerem publicum egreditur, illic non fuga dicenda eſt, ſed profectus.* Beda in Martyrolog. IV. Eid. Octob. *Exſtat per totum aggerem publicum loquentibus tumulis ſepultura Sanctorum.* Eodem modo *itinerarius agger.* Ammian. lib. XIX. * *Militaris agger*, Tit. Cod. de milit. aggere non rump. * *Lindenbr.*

q *Sublatâ tiarâ.*] Salutationis hunc ritum Euſtath. in Dionyſ. notat. Λέγεται (inquit) καὶ σύμβολον εἶναι ἀσπασμοῦ παρὰ Πέρσαις τὸ ἀφελέσθαι τὴν τιάραν τῆς κεφαλῆς. Cl. Claudian. Paneg. in IV. Conſul. Honorii:

Perſarum proceres cum plebe ſedentem
Hac quondam videre domo, poſitaque tiara
Submiſere genu.

Vide Briſſon. de Reg. Perſar. lib. II. *Idem.*

r *Sublata tiara.*] Sic Perſæ ſalutare conſueverant, ut docet Heliodorus in lib. 7. *Valeſ.*

ſ *Tiara quam capiti ſummo ferebat.*] Apicem ſuprà vocavit Marcellinus. *Apicis*, inquit, *nobilitatus auctoritate, quo honore participantur menſæ regales, &c.* Id erat ornamentum ex auro & margaritis contextum, quo Perſarum magnates Regis permiſſu capita redimibant. Etenim apud Perſas nec anulo aureo, nec cingulo, nec fibula, nec alio ejuſmodi ornatu cuiquam uti licet, niſi cui Rex conceſſerit, ut præter Xenophontem lib. 8. Cyrip. tradit Procopius in lib. I. Perſ. qui κόσμον τῆς κεφαλῆς apicem hunc appellat, eámque maximam eſſe dignitatem ait apud Perſas. Idem in lib. 4. Goth. de Iſdiguna legato Perſarum: εἵποντο δὲ αὐτῷ καὶ δύο τῶν ἐν Πέρσαις λογιμωτάτων, οἳ δὴ καὶ διαδήματα ἐπὶ τῶν κεφαλῶν χρυσᾶ ἐφόρουν. Id eſt: *Sequebantur autem eum duo apud Perſas clariſſimi, qui diademata aurea capite geſtabant.* Idem.

t *Quam capiti ſummo ferebat honoris inſigne.*] ſc. *quam capiti ſummum fereb. hon. inſig.* Summus enim honor ille apud Perſas, quo qui nobilitatus, menſæ regali adhibebatur, conſiliorumque particeps fiebat, uti id Ammiani aliorumque Scriptorum auctoritate docet Barnab. Briſſon. de Reg. Perſar. lib. II. *Lindenbr.*

v *Manus poſt tergum connectens, quod apud Aſſyrios ſupplicis indicat formam.*] Supplicum hic mos non Aſſyriorum tantùm eſt, ſed multarum quoque gentium aliarum: quo etiam Judæi Petronium acceſſerunt deprecaturi, ne ſtatua in templo collocaretur. Philo Jud. legation. ad Gaium pag. 721. Ἐπεὶ δὲ ὁ Πετρώνιος ἐξ ἀπόπτου κατεφάνη, πᾶσαι αἱ τάξεις καθάπερ κελευσθεῖσαι προσέπιπτον εἰς ἔδαφος, ὀλολυγήν τινα μεθ' ἱκετηριῶν ἀφεῖσαι· παρακελευσαμένου δὲ ἀνίστασθαι καὶ προσελθεῖν ἐγγυτέρω, μόλις ἀνέστησαν, καὶ καταχεάμενοι πολλὴν κόνιν, καὶ ῥεόμενοι δάκρυσι, τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας εἰς τοὐπίσω περιαγαγόντες τρόπον ἐξηγκωνισμένων προσῄεσαν. Et apud Scythas uſitatum fuit, εἰς τοὐπίσω περιάγειν τὰς χεῖρας ἐν ταῖς ἱκετηρίαις. Lucianus in Toxare, Suid. in ἐπὶ βύρσης ἐκαθέζετο, Apoſtolius Byzant. in Proverb. Quem morem a captivorum habitu originem duxiſſe certum eſt, qui manibus poſt tergum ligatis abducuntur. Itaque hoſtibus ſe dedentes, quò miſerabiliores videantur, hoc quoque geſtu veniam precari ſolent. Sic legati quos Decebalus ad Trajanum miſerat: ἔρριψαν καὶ τὰ ὅπλα, καὶ τὰς χεῖρας ὀπίσθεν δήσαντες ἐν αἰχμαλώτων τάξει ἐδέοντο τοῦ Τραϊανοῦ εἰς λόγους ἐλθεῖν Δεκεβάλου. Pet. Patricius in Fragmentis legation. Sic Quadi *manus ad dimicandum aptatas armorum abjecto munimine pone terga vinxerunt: reſtareque ſolam ſalutem contemplantes in precibus, affuſi ſunt veſtigiis Auguſti.* Ammian. lib. XVII. Quod & ipſum ut faciat, Denatum Sapor jubet, ni majoribus pœnis affici velit Καὶ νῦν εἰ βούλει ἐλαφροτέρας κολάσεως τυχεῖν, ὀπίσω τὰς χεῖρας δήσας προσπεσεῖτω. P. Patr. in Frag legat. *Idem.*

x *Ampliſſime Comes.*] Magiſtri militum, qualis erat Urſicinus, Comites etiam dicebantur. Sic in lege 2. & 13. Cod. Theod. de re militari, & lege 18. de erog. milit. annonæ. Ita apud Marcellinum in lib. 29. Theodoſius Magiſter militum: *Comes*, ait, *Valentiniani ſum orbis terrarum domini.* & Ambroſius in Ep. ad Eugenium

me Comes, neceſſitate non voluntate ad hæc quæ novi ſceleſta prolapſo: egêre me præcipitem flagitatores, ut noſti: quorum avaritiæ ne tua quidem excelſa illa fortuna, propugnans miſeriis meis, potuit refragari. Simul hæc dicens, è medio proſpectu abſceſſit, non averſus, ſed dum evaneſceret verecundè retrogradiens, & pectus oſtentans. Quæ dum in curriculo ſemihoræ aguntur, Poſtſignani noſtri, qui tenebant editiora collis, exclamant aliam cataphractorum multitudinem equitum ponè viſam, celeritate quammaxima propinquare. Atque ut in rebus ſolet afflictis, ambigentes cuinam deberet aut poſſet occurri, trudente pondere plebis immenſæ, paſſim quà cuique proximum videbatur, diffundimur univerſi. Dúmque ſe quiſque expedire diſcrimine magno conatur, ſparſim disjecti [y] hoſti concurſatori miſcemur. Itaque ſpreta jam vivendi cupiditate fortiter decernentes, ad ripas pellimur Tigridis altè exciſas. Unde quidam præcipites pulſi, implicantibus armis hæſerunt, ubi vadoſus eſt amnis: alii [2] lacunarum hauſti vertigine vorabantur: nonnulli cum hoſte congreſſi, vario eventu certabant: quidam cuneorum denſitate perterriti, petebant proximos Tauri montis exceſſus. Inter quos Dux ipſe agnitus, pugnatorúmque mole circumdatus, cum Aiadalthe Tribuno, calonéque uno, equi celeritate ereptus abſceſſit. Mihi dum avius ab itinere comitum quid agerem circumſpicio, Verennianus Domeſticus Protector occurrit, femur ſagittâ confixus: quam dum avellere obteſtante collega conarer; cinctus undique antecedentibus Perſis, civitatem petebam anhelo curſu rependo, ex eo latere quo inceſſebamur, in arduo ſitam, unóque adſcenſu perangusto meabilem, quem ſciſſis collibus [z] molinæ ad calles artandas ædificatæ, denſiùs conſtringebant. Hîc miſti cum Perſis, eodem ictu procurrentibus ad ſuperiora nobiſcum, aduſque ortum alterius ſolis immobiles ſtetimus, ita conferti, ut cæſorum cadavera multitudine fulta reperire ruendi ſpatium nuſquam poſſent: utque miles ante me quidam diſcriminato capite, quod in æquas partes ictus gladii ſiderat validiſſimus, in ſtipitis modum undique coartatus hæreret. Et licèt multiplicia tela, per tormentorum omnia genera volarent è propugnaculis, hoc tamen periculo murorum nos propinquitas eximebat: tandémque per poſticam ingreſſus, refertam inveni confluente ex finitimis virili & muliebri ſexu. Nam & caſu iis ipſis diebus, in ſuburbanis peregrina commercia circumacto anno ſolita celebrari, multitudo convenarum augebat agreſtium. Interea ſonitu vario cuncta miſcentur, partim amiſſos gementibus, aliis cum exitio ſauciis, multis cari-

2 *Mſ.* lacunarium.

ug. *Aderat*, inquit, *ampliſſimus honore magiſterii militaris Bauto Comes.* Et in veteri Inſcriptione Stilicho dicitur *Comes & Magiſter utriuſque militiæ.* Valeſ.

y *Hoſti concurſatori miſcemur.*] *Statarium militem concurſatori* opponit Livius in pagina 331. * *Idem.*

z *Molinæ.*] Sic molas & piſtrina ſequior Latinitas vocavit. In veteribus Gloſſis *molinæ* ὑδραλεζίαι, & *molinarius* ὑδραλέτης, & ὑδρομύλη, *aquæ molina* explicantur. P. Victor in regione XIV. urbis Romæ ponit. *Dianæ molinas.* [Gregorius Turonicus in libri III. Hiſtoriæ ca-

tates diverſas, quas præ anguſtiis videre non poterant, invocantibus.

CAP. IX. Hanc civitatem olim perquam brevem, Cæſar etiamtum Conſtantius, ut accolæ ſuffugium poſſint habere tutiſſimum, eo tempore quo Antoninupolim oppidum aliud ſtruxit, turribus circumdedit amplis & mœnibus: locatoque ibi conditorio muralium tormentorum, fecit hoſtibus formidatam, ſuóque nomine voluit appellari. Et à latere quidem auſtrali, [a] geniculato Tigridis meatu ſubluitur propiùs emergentis: quà Euri opponitur flatibus, Meſopotamiæ plana deſpectat: unde Aquiloni obnoxia eſt, [b] Nymphæo amni vicina, verticibus Taurinis umbratur, gentes Tranſtigritanas dirimentibus & Armeniam: ſpiranti Zephyro contraverſa [c] Gumathenam contingit, regionem uberem & cultu juxtà fecundam: in qua vicus eſt Abarne nomine, ſoſpitalium aquarum lavacris calentibus notus. In ipſo autem Amidæ meditullio ſub arce fons dives [3] exundat, potabilis quidem, ſed vaporatis æſtibus nonnumquam fætens. Cujus oppidi præſidio erat ſemper [d] quinta Parthica legio deſtinata, cum indigenarum turma non contemnenda. Sed tunc ingruentem Perſarum multitudinem ſex legiones raptim percurſis itineribus antegreſſæ, muris adſtitere firmiſſimis; Magnentiaci & Decentiaci, quos poſt conſummatos civiles procinctus, [e] ut fallaces & turbidos ad Orientem venire compulit Imperator, ubi nihil præter bella timetur externa: & [4] [f] Triceſimani [g] Decimaníque

3 *Al.* exudat. 4 *Mſ.* Tricenſimani.

pite XIX. de Divione ſic ſcribit: *Ante portam fluvius molinas mira velocitate divertit.* Marius Aventicenſis Epiſcopus in Chronico: *Pontem Genavacum, molinas, & homines per vim dejecit.*] Exſtátque id vocabulum in lib. 8. Legum Wiſigoth. quam etiamnum vocem Gallica lingua retinet. Porrò hic locus ſic legendus videtur: *Quem ſciſſis collibus molinæ ad calles artandas ædificatæ denſiùs conſtringebant.* In Editione Auguſt. legitur, *quem ſciſſis cautibus, &c.* Valeſ.

a *Geniculato Tigridis meatu.*] Id eſt, inflexo in modum geniculi. Procopius tamen in lib. I. Perſ. ait Tigrim ortum ex Armeniæ monte abſque ullo flexu rectà Amidam ferri, & ad Septemtrionalem ejus partem perlapſum, in Aſſyriam pergere: quæ cum Marcellini Hiſtoria pugnant. *Idem.*

b *Nymphæo amni.*] Nymphæus amnis eſt in Sophanene ſeu Sophene Martyropoli proximus: trecentis autem ſtadiis diſtans ab Amida, ut teſtis eſt Procopius in lib. I. Perſicorum. Proinde quomodo vicina Nymphæo fluvio dici poſſit Amida, equidem non video. Et Procopius quidem Nymphium ſemper hunc fluvium appellat, perinde ut Theophylactus Simocatta, & Piſides Diaconus in rebus geſtis Heraclii, his verſibus qui leguntur apud Suidam:

Καὶ τὸν μέγιστον ἐκπεράσας Νυμφίον.
Ὅστις Τίγρητος ταῖς ῥοαῖς ἐπιῤῥέων
Ἀποστερεῖται τοῦ καλεῖσθαι Νυμφίος. *Idem.*

c * *Gumathenam contingit, regionem uberem*] Scribe *Comagenam.* * Lindenbr.

d *Quinta Parthica legio*] Parthicæ legiones ſex laudantur; quarum primæ & ſecundæ meminit Ammian lib. XX. Spartianus in Caracalla: *Præfectus legionis ſecundæ Parthicæ.* Vetus Inſcript. LEG. II. PARTHICAE SEVERIANAE. Item Romæ in via Ardeatina: LEG. III PARTHIC. P. F. Columna vetus nomina legionum continens: I. PARTHIC. II. PARTHIC. III. PARTHIC. * Et in aliis vett. Inſcriptionibus laudantur *Clibanarii Parthi Primanorum, Parthi Secundanorum, Parthi Tertianorum, Parthi Quartanorum.* * Quarta Parthica Berœæ præſidio deſtinata erat, ut Quinta Parthica Amidæ. Theophylactus Simocat. Hiſtoriarum lib. II. pag. 99. & ex eo Photius in Biblioth. pag. 41 φασὶ τοῦ καταλόγου γεγονέναι τῶν Κουαρτοπαρθῶν· οὕτω τὴν προσηγορίαν ἐπιφερομένων τῶν ἐν Βεῤῥοίᾳ τῇ πόλει Συρίας τὰς διατριβὰς ποιουμένων. Sexta Parthica, ſub diſpoſitione viri Illuſtris Magiſtri militum per Orientem, in Notitia Imperii laudatur. *Idem.*

e *Ut fallaces & turb. ad Orientem venire.*] Milites erant à Magnentio conſcripti, atque ex ſuo ac fratris nomine Magnentiaci ac Decentiaci nuncupati: quos confecto bello Conſtantius ad Orientem tranſtulit prudenti conſilio, ne ſeditiones ampliùs concitarent. Sic etiam Vitellius Othonianos milites in Britannias ablegavit, ut ſcribit Tacitus in libro 4. Hiſt. *Valeſ.*

f *Tricenſimani Decimanique fortenſes.*] Tricenſimani dicebantur, qui in legione XXX. Ulpia militabant, cujus meminit vetus Inſcriptio: *Eraniſta leg.* XXX. *Ulpiæ.*

For-

Fortenſes, & Superventores atque Præventores cum Æliano jam Comite, quos tirones tum etiam novellos, hortante memorato adhuc Protectore erupiſſe à Singara, Perſáſque fuſos in ſomnum retulimus trucidaſſe complures. Aderat Comitum quoque ſagittariorum pars major, equeſtres videlicet turmæ ita cognominatæ, ubi merent omnes ingenui barbari, armorum viriúmque firmitudine inter alios eminentes.

CAP. X. Hæc dum primi impetus turbo conatibus agitat inſperatis, Rex cum populo ſuo gentibúſque quas ductabat, à Bebaſe loco itinere flexo dextrorſus, ut monuerat Antoninus, per Horren & [5] Mejácarire & [h] Charcha, ut tranſiturus Amidam, cùm prope caſtella Romana veniſſet, quorum unum Reman, alterum Buſan appellatur, perfugarum indicio [6] didicit, multorum opes illuc tranſlatas ſervari, ut in munimentis præcelſis & fidis: additúmque eſt, ibi cum ſupellectili pretioſa inveniri feminam pulchram cum filia parvula, Craugaſii Niſibeni cujuſdam uxorem, in municipali ordine genere, famâ, potentiáque circumſpecti. Aviditate itaque rapiendi aliena feſtinans, petit impetu fidenti caſtella: unde ſubita animi conſternatione defenſores armorum varietate præſtricti, ſe cunctoſque prodidere qui ad præſidia confugerunt, & digredi juſſi, confeſtim claves obtulere portarum: patefactíſque aditibus, quidquid ibi congeſtum erat eruitur: & productæ ſunt attonitæ [7] metu mulieres, & infantes matribus implicati, graves ærumnas inter initia tenerioris ætatis experti. Cúmque Rex, percontando cujuſnam conjunx eſſet, Craugaſii comperiſſet, vim in ſe metuentem propè venire permiſit intrepidam, & viſam opertámque [i] abſque labra ipſa atro velamine, certiore jam ſpe mariti recipiendi, & pudoris inviolati manſuri, benigniùs confirmavit. Audiens enim conjugem miro ejus amore flagrare, hoc præmio Niſibenam ſe proditionem mercari

5 *Mſ.* Mejacariren. 6 *Al.* dicitur. 7 *Al.* ſonitu.

Decimani verò Fortenſes, milites ſunt legionis x. Fortenſis, quæ in vetuſtis Inſcriptionibus legio x. Fretenſis dicitur, & in Notitia Imperii ſub Duce Palæſtinæ. Vetus Inſcriptio: *A. Atinio. Trib. mil. leg.* x. *Fretenſ.* Ii poſtea Fortenſes dicti, corrupto per uſum vulgi vocabulo, ut videre eſt in Notitia Imperii Romani, & fortaſſe ob fortitudinis gloriam. Sic enim Vopiſcus in Probi vita de iiſdem loquitur: *Qui Aurelianus Probo Decimanos fortiſſimos exercitûs ſui, & cum quibus ipſe ingentia geſſerat, tradidit.* [Cæſar in lib. 1. de bello Gallico, *legioni decimæ propter virtutem ſe maximè confidiſſe* ſcribit.] *Valeſ.*

g *Decimanique Fortenſes.*] In Notitia Imperii ſub diſpoſitione viri Illuſtris Magiſtri militum Præſentalis, Fortenſes collocantur, qui * & alibi in eodem libro laudantur. Eorum etiam meminit Imp. Marcus in Epiſtola ad Senat. Rom. apud Juſtinum Martyrem in Apologia pro Chriſtianis 2. p. 79. καταλαμβανόμενος ᾗ ἤμην ἐν μεγέθει πλήθους ἀμίκτου καὶ στρατευμάτων λεγεῶνος πρίμας δεκάτης, Γεμιναφρεντησία μίγμα κατηριθμημένον. * Sed FRETENSES vera videtur lectio, ſi priſcis monumentis fides: præſertim Columnæ antiquæ Capitolinæ, in qua ordine multarum legionum nomina recenſentur: NOMINA LEG. II. AUG. II. ADJUT. IIII. SCYTH. VI. VICT. IV. FLAV. XVI. FLAV. XX. VICTR. VII. CLAUD. VI. FERRA. VIII. AUG. I. ITALIC. X. FRETE. Lapis prope Capuam: L. MAGIO. M. F. FAL. VETERANO LEG. X. FRETENSIS M. . . . . O. L. PATRONO ET SIBI. *Lindenbr.*

h *Charcha.*] Theophylactus Simocatta in lib. 5. χαρχᾶς vocat urbem Meſopotamiæ ſupra Niſibin, omni fructuum genere & incolarum frequentia abundantem. In Notitia Imperii Charta dicitur ſub Duce Meſopotamiæ. *Valeſ.*

i *Abſque labra ipſa.*] Mirum ut ferre talia potuerint Valeſii: & præcipue cur Hadrianus in præfationis ea parte, ubi tangit aliqua ſingularia, quæ Latinam linguam Marcellini ſpectant; non de hac etiam locutione

poſſe arbitrabatur. Inventas tamen alias quoque [k] virgines Chriſtiano ritu cultui divino ſacratas, cuſtodiri intactas, & religioni ſervire ſolito more, nullo vetante præcepit: lenitudinem profectò in tempore ſimulans: ut omnes quos antehac [8] diritate crudelitatéque terrebat, ſponte ſua metu remoto venirent, exemplis recentibus docti, humanitate eum & moribus jam placidis magnitudinem temperaſſe fortunæ.

8 *Al.* diritate terrebat.

prorſus non toleranda retulerit. Adſentior patri, qui editioni Lindenbrogianæ adſcripſit, *aduſque labra*, quæ & leniſſima mutatio, & commodiſſima ſententia; ut ptincipio libri ſeq. *aduſque finem diei*, ac ſæpius. *Gron.*

k *Virgines Chriſtiano ritu cultui div. ſacratas.*] Adeo etiam Gentiles reverebantur hoc præcipuum Chriſtiani nominis decus: quod etiam teſtatur Athanaſius in Apologia ad Conſtantium: ταύτας δὲ Ἕλληνες ὁρῶντες, ὡς ναὸν οὔσας τοῦ Θεοῦ θαυμάζουσι· παρ' οὐδενὶ γὰρ ἀληθῶς τὸ σεμνὸν τοῦτο καὶ οὐράνιον ἐπάγγελμα κατορθοῦται ἢ παρὰ μόνοις ἡμῖν τοῖς χριστιανοῖς. *Has cùm vident Gentiles, non ſecus ac templum Dei ſuſpiciunt. Etenim nullibi gentium grave illud ac cæleſte præceptum niſi apud nos Chriſtianos ſeriò exercetur.* Similia apud Origenem contra Celſum, & apud Baſilium legas & Chryſoſtomum, aliósque ſanctiſſimos Patres. Quamobrem meritò reprehendendi ſunt Novatores noſtri, qui ejus graviſſimi propoſiti ne veſtigium quidem ullum apud ſe exſtare voluerunt. *Valeſ.* Apage hanc, ut nihil aliud dicam, intempeſtivam reprehenſionem, & vanitatis oſtentationem! Quid enim? an hic patet gentiles reveritos hoc præcipuum (ſic vocat; ſed ſpero ipſi Henrico adfuiſſe magis præcipua) Chr. n. decus? An non ipſe Ammianus fatetur ita eum præcepiſſe per ſimulationem, & ut cauſam ſuam faceret favorabilem? longe abeſt, ut in iſtis Valeſiani; veteratoribus id probarit, nedum reveritus ſit. Sed ſic & in partibus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ rapit omnem occaſionem tangendi ulceris; & ipſe τὸν πάνυ mire imbecillum Pariſiis in ſermone vario cognovi. *Gron.*

Explicit Liber XVIII.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XIX.

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XIX. continentur.

CAPUT I. *Sapor, dum Amidenſes ad deditionem hortatur, à præſidiariis ſagittis & tragulis petitur. Idem dum tentat Grumbates Rex, filius ejus interficitur.*

C. II. *Amida circumſidetur, & intra biduum bis oppugnatur à Perſis.*

C. III. *Urſicinus noctu obſidentibus ſupervenire fruſtra conatur, Sabiniano Magiſtro militum repugnante.*

C. IV. *Peſtilentia Amidæ orta, intra decimum diem exiguo imbre ſedatur. Et de cauſſis ac generibus peſtilentiæ.*

C. V. *Amida hinc circum muros, inde per ſubterraneos fornices duce transfuga oppugnatur.*

C. VI. *Gallicanarum legionum eruptio, Perſis exitiabilis.*

C. VII. *Turres & alia opera urbis muris admoventur; incenduntur à Romanis.*

C. VIII. *Amida per celſos aggeres muris proximos tentatur à Perſis ac invaditur. Marcellinus poſt captam urbem nocte evadit, ac fugâ Antiochiam petit.*

C. IX. *Amidæ ex Ducibus Rom. alii ſupplicio affecti, alii vincti. Craugaſius Niſibenus deſiderio uxoris captivæ transfugit ad Perſas.*

C. X. *Plebs Romana inopiam frumenti metuens, ſeditiones movet.*

C. XI. *Limigantes Sarmatæ, dum ſimulata petitione pacis deceptum Imperatorem invadunt, maxima ſuorum ſtrage reprimuntur.*

C. XII. *Læſæ majeſtatis multi arceſſiti atque damnati.*

C. XIII. *Lauricius Comes Iſaurorum latrocinia compeſcit.*

Caput I. HOc miſeræ noſtrorum captivitatis eventu Rex lætus, ſucceſſúſque opperiens ſimiles, egreſſus exinde paullatímque incedens, Amidam die tertio venit. Cúmque primùm aurora [1] fulgeret, univerſa quæ videri poterant armis ſtellantibus coruſcabant, ac ferreus equitatus campos opplevit & colles. Inſidens autem equo, ante alios celſior ipſe præibat agminibus cunctis, [a] aureum capitis arietini figmentum interſtinctum lapillis pro diademate geſtans, multiplici vertice dignitatum & gentium diverſarum comitatu ſublimis. Satíſque eum conſtabat colloquio tenus defenſores mœnium tentaturum, alioſum Antonini conſilio feſtinantem. Verùm cæleſte numen, ut Romanæ rei totius ærumnas intra unius regionis concluderet ambitum, adegerat in immenſum ſe extollentem, credentémque quòd viſo ſtatim obſeſſi omnes metu exanimati, ſupplices venirent in preces. Portis obequitabat, comitante cohorte regali: qui dum ſe propè confidentiùs inſerit, ut etiam vultus ejus poſſit apertè cognoſci, ſagittis miſſilibúſque ceteris ob decora pe-

1 *Al.* ſurgeret.

a *Aureum capitis arietini figmentum interſtinctum lapillis pro diademate geſtans.*] Dubio procul hunc habitum Perſæ ab AEgypti Regibus ſumſere, quibus in more poſitum antiquitus fuit, leonis, draconíſve, aut alterius effigiem animalis pro diademate capiti imponere. Diodor. Sicul. Biblioth. lib. 1. pag. 39. Ἐν ἔθει εἶναι τοῖς κατ' Αἴγυπτον δυνάσταις περιτίθεσθαι περὶ τὴν κεφαλὴν λεόντων, καὶ ταύρων, καὶ δρακόντων προτομὰς, σημεῖα τῆς ἀρχῆς· καὶ ποτὲ μὲν δένδρα, ποτὲ δὲ πῦρ, ἔστι δ' ὅτε καὶ θυμιαμάτων εὐωδῶν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς οὐκ ὀλίγα, καὶ διὰ τούτων ἅμα μὲν ἑαυτοὺς εἰς εὐπρέπειαν κοσμεῖν, ἅμα δὲ τοὺς ἄλλους εἰς κατάπληξιν ἄγειν καὶ δεισιδαίμονα διάθεσιν. * Atque inde eſt, quod in nummis antiquis Lyſimachi, Antigoni, Demetrii Reg. arietina cornua diademati adfixa videmus. Quem morem viri militares poſtea imitati ſunt, & galeis ſuis cornua quoque addidere. Livius lib. VII. de Philippo Perſei fratre: *Expeditione ea, qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pugnavit, in arborem illatus impetu equi ad eminentem ramum cornu alterum galeæ perfregit.* Plutarchus de Pyrrho: ἐγνώσθη τῷ τε λόφῳ διαπρέποντι, καὶ τοῖς τραγικοῖς κέρασι.

titus inſignia, corruiſſet, ni pulvere jaculantium adimente conſpectum, parte indumenti tragulæ ictu diſciſſa, editurus poſtea ſtrages innumeras evaſiſſet. Hinc quaſi in ſacrilegos violati ſæviens templi, temeratúmque tot Regum & gentium dominum prædicans, eruendæ urbis apparatu niſibus magnis inſtabat: & orantibus potiſſimis Ducibus, ne profuſus in iram à glorioſis deſciſceret cœptis, leni Summatum petitione placatus, poſtridie quoque ſuper deditione moneri decreverat defenſores. Ideóque cùm prima lux adveniſſet, Rex Chionitarum [b] Grumbates fidenter [2] eam operam navaturus tendebat ad mœnia, [3] cum manu promptiſſima ſtipatorum: quem ubi venientem jam telo fortè contiguum contemplator peritiſſimus advertiſſet, contortâ balliſtâ filium ejus primæ pubis adoleſcentem lateri paterno hærentem, [c] thorace cum pectore perforato profudit; proceritate & decore corporis æqualibus anteſtantem. Cujus occaſu in fugam dilapſi populares ejus omnes, móxque ne raperetur ratione juſta regreſſi, numeroſas gentes ad arma clamoribus diſſonis concitarunt: quarum concurſu ritu grandinis hinc inde convolantibus telis, atrox committitur pugna. Et poſt interneciva certamina aduſque finem diei protenta, cùm jam noctis eſſet initium, per acervos cæſorum & ſcaturigines ſanguinis ægrè defenſum caligine tenebrarum extrahitur corpus; ut [d] apud Trojam quondam ſuper comite Theſſali Ducis exanimi acies Marte acerrimo conflixerunt. Quo funere regiâ mæſtâ, & Optimatibus univerſis cum parente ſubita clade perculſis, indicto juſtitio juvenis nobilitate commendabilis & dilectus, ritu nationis propriæ lugebatur. Itaque ut armari ſolebat elatus, in amplo quodam ſuggeſtu locatur & celſo: circáque eum lectuli decem ſternuntur, figmenta vehentes hominum mortuorum, ita curatè pollincta, ut imagines eſſent corporibus ſimiles jam ſepultis: ac per dierum ſpatium ſeptem, viri quidem omnes per contubernia & manipulos epulis indulgebant ſaltando, & cantando triſtia quædam genera neniarum, regium juvenem lamentantes. Feminæ verò miſerabili planctu, in primævo flore ſucciſam ſpem gentis ſolitis fletibus conclamabant; ut [e] lacrymare cultrices [4] Veneris ſæpe ſpectantur in ſollemnibus Adonidis ſacris, quod ſimulacrum aliquod eſſe frugum adultarum religiones myſticæ docent.

2 τὸ eam *mſ. deeſt.* 3 *Mſ.* cum eo manus. 4 *Al.* Venereæ.

Vid. Diod. Sicul. lib. 5. cap. 30. p. 292. in 8. Paſchal. de coronis pag. ultima lib. ultimi. *Galeæ urſinis pellibus ad terrorem tectæ*, Veget. pag. 37. * Ut veroſimile ſit ab hac etiam origine eſſe, quòd in quorumdam nobilium gentiliciis inſignibus cornua in caſſidibus vel ſola, vel leone, elephanto, alióve quo παρασήμῳ addito, pingantur. *Lindenbr.*

[b *Grumbates Rex Chionitarum.*] In codice Colbertino nunc *Grymbates Cionitarum Rex* dicitur, nunc *Rex Chionitarum Grambates.*] Valeſ.

c *Thorace perforato perfodit.*] Editio Romana habet *præfudit*, codémque modo Vatican. [& Colbert.] & Fauchetii codex. At in exemplari Regio, & Auguſtana Editione legitur *profudit*: quod equidem prætulerim. *Idem.*

d *Apud Trojam quondam ſuper Comite Theſſali.*] Homerus copioſè tota Iliade ρ. *Lindenbr.*

e *Lacrymare cultrices Veneris ſæpe ſpectantur in ſollemnibus Adonidis ſacris.*] Vid. inf. lib. XXII. *Idem.*

Cap. II. Poſt incenſum corpus, oſſáque [f] in argenteam urnam conjecta, quæ ad gentem humo mandanda portari ſtatuerat pater; agitatâ ſummâ conſiliorum placuerat, buſto urbis ſubverſæ expiare perempti juvenis manes: nec enim Grumbates [5] inultâ unici pignoris umbrâ ire ultra patiebatur. Biduóque ad otium dato, ac miſſis abunde qui pacis modo patentes agros pingues cultóſque vaſtarent, quinquies ordine multiplicato ſcutorum cingitur civitas: ac tertiæ principio lucis coruſci globi turmarum impleverunt cuncta, quæ proſpectus humanus potuit undique contueri: & ſorte loca diviſa clementi gradu incedentes ordines occuparunt. Perſæ omnes murorum ambitus obſidebant. Pars quæ Orientem ſpectabat, Chionitis evenit, quà funeſtus nobis ceciderat adoleſcens. [6] [g] Vertæ meridiano lateri ſunt deſtinati: tractum ſervabant Septemtrionis Albani: Occidentali portæ oppoſiti ſunt Segeſtani, acerrimi omnium bellatores: cum quibus elata in arduum ſpecie elephantorum agmina, rugoſis horrenda corporibus, leniter incedebant armatis onuſta, ultra omnem diritatem tætri ſpectaculi formidanda, ut retulimus ſæpe. Cernentes populos tam immenſos, ad orbis Romani incendium diu quæſitos, in noſtrum converſos exitium; ſalutis rata deſperatione glorioſos vitæ exitus deinde curabamus, jámque omnibus nobis optatos. A Sole itaque orto uſque diei ultimum acies immobiles ſtabant ut fixæ, nullo variato veſtigio, nec ſonitu, vel equorum audito hinnitu: eadémque figurâ digreſſi quâ venerant, cibo recreati & ſomno, cùm ſupereſſet exiguum noctis, æneatorum clangore ductante, urbem ut mox caſuram terribili corona cinxerunt. [7] Víxque ubi Grumbates [h] haſtam infectam ſanguine ritu patrio noſtríque more conjecerat fecialis, armis exercitus concrepans involat in muros: confeſtímque lacrymabilis belli turbo crudeſcit, rapido [8] turmarum proceſſu in procinctum alacritate omni tendentium, & contrà acri intentáque occurſatione noſtrorum. Proinde diffractis capitibus multos hoſtium ſcorpionum jactu moles ſaxeæ colliſerunt: alii trajecti ſagittis, pars confixi tragulis humum corporibus [9] obſtruebant; vulnerati alii ſocios fuga præcipiti repetebant. Nec minores in civitate luctus aut mortes, ſagittarum creberrima nube auras ſpiſſa multitudine obumbrante, tormentorúmque ma-

5 *Mſ.* invita. 6 *Mſ.* Cujus. 7 *Al.* Vixque ibi. 8 *Mſ.* turemarium proceſſu. 9 *Al.* obſternebant.

---

f *In argenteam urnam contecta.*] Scribendum videtur *Te conjecta.* Ceterùm hic ſepulturæ ritus ad Chionitarum morem referendus, non autem ad Perſarum, ut facit Gruterus in Notis ad hunc locum. Etenim Perſæ hunc quidem temporis cadavera non cremabant, ſed nuda & inſepulta projiciebant extra opida, eóſque beatiſſimos putabant quorum cadavera à beſtiis aut volucribus quamprimùm eſſent laniata; ut ſcribit Agathias in lib. 2. Hinc eſt, quòd fœdere illo quod inter Juſtinianum Aug. & Choſroem ictum fuit, cautum eſt, ut Chriſtianis in Perſide poſitis liceret mortuos humo condere, eíſque more Rom. juſta facere; ut refert Menander in lib. 1. Hiſt. denique Procopius in lib. 1. Perſic. legibus Perſarum nefas eſſe dicit, cadavera humo condere. *Valeſ.*

[g *Vertæ meridiano lateri ſunt deſtinati.*] Ita ſcriptum omnes Editiones Ammiani præferunt: at in codice Colbertino legitur: *Cujus mer. lateri ſunt deſtinati*, fortè pro *Cuni*, vel *Chuni*, ita ut Hunni deſignentur ab Ammiano Marcellino, quos Perſis confines fuiſſe Hiſtorici docent.] *Hadr. Valeſ.*

h *Haſtam infectam ſanguine ritu patrio, noſtrique more*

chinis, quæ [1] direptâ Singarâ poſſederant Perſæ, vulnera inferentibus plura. Namque viribus collectis propugnatores, omiſſa viciſſim certamina repetentes, in maximo defendendi ardore ſaucii pernicioſè cadebant, aut laniati, volvendo ſtantes proximè ſubvertebant, aut certè ſpicula membris infixa viventes adhuc vellendi peritos quæritabant. Ita ſtrages ſtragibus implicatas, & ad extremum uſque [2] dici productas, ne veſpertinæ quidem hebetaverant tenebræ: ea re quòd obſtinatione utrimque magna decernebatur. Agitatis itaque ſub onere armorum vigiliis, reſultabant altrinſecus exortis clamoribus colles: noſtris virtutes Conſtantii Cæſaris extollentibus, ut domini rerum & mundi: Perſis Saporem [i] [3] & Saanſaan appellantibus & [4] Pyroſen, [5] quod Rex Regibus imperans, & bellorum victor interpretatur. Ac priuſquam lux occiperet, ſigno per lituos dato, ad [6] fervorem ſimilium prœliorum excitæ undique inæſtimabiles copiæ in modum alituum ferebantur: unde longè ac latè proſpici poterat, campis & convallibus nihil præter arma micantia ferarum gentium demonſtrantibus. Móxque clamore ſublato, [k] cunctis temerè prorumpentibus, telorum vis ingens volabat è muris: útque opinari dabatur, nulla fruſtra mittebantur, inter hominum cadentia denſitatem. Tot enim nos circumſtantibus malis, non obtinendæ cauſâ ſalutis, ut dixi, ſed fortiter moriend ſtudio flagrabamus: & à diei principio aduſque lucem obſcuram neutrubi prœ-

1 *Al.* direpta in Singara. 2 *Steph.* diem. 3 *Mſ.* Seanſzan. 4 *Mſ.* Piroſen. 5 *Al.* Regibus. 6 *Mſ.* fortiorem.

---

conjecerat fecialis.] De Feciale, ejuſque in agrum hoſtilem haſtæ jaculatione, ex Livio, Dionyſ. Halicarn. A. Gellio * lib. 6. c. 4. Servio AEneid. lib. 9. Iſidor. Orig. lib. 8. c. XI. * ſatis conſtat. * Ovidius Faſtor. VI.

Hinc ſolet haſta manu belli prænuntia mitti:
In Regem & gentes cùm placet arma capi. *

Illud tantùm nunc monendum, mutatum hunc morem poſteriore ſæculo, & pro haſta gallum objectum. Tzetzes Hiſt. Chiliad. V. cap. XV.

Τὸ πρότερον τὸ γένος μὲν Ῥωμαίων τῶν Λατίνων
Οὐχὶ συνῆπτε πόλεμον ἀκηρυκτὶ πρὸς ἔθνος,
Ἀλλὰ τῇ χώρᾳ πρότερον ἔθνους τοῦ πολεμίου
Δόρυ σημεῖον ἔρριπτεν, ἔχθρας ἀρχὴν σημαῖνον.
Ἔπειτα δὲ κατήρχετο πολέμου πρὸς τὸ ἔθνος
Τοῦτο φησὶ Διόδωρος, πᾶς τε λατῖνα γράφων.
Καὶ τοῦτο μὲν ἦν παλαιὸν τὸ ἔθος τοῦ πολέμου,
Νῦν δὲ ὡς δοκεῖ μοι, πέπαυται· ἀλέκτορα δὲ μόνον
Ῥίπτουσιν, οἵπερ μέλλουσι πόλεμον συγκροτῆσαι. *Lindenbr.*

i *Achæmenem appellantibus & Artaxerxem.*] Eleganter hunc locum reſtituimus, quem P. Caſtelli audacia corruperat. Nam cùm in Editione Rom. legeretur, *Saan Saan app. & Piroſe*, hæc portenta quædam eſſe nominum ratus * Caſtellus * ita correxit ut hactenus editum eſt. Ego verò cùm in codice Regio & Vaticano Editionis Rom. ſcripturam deprehendiſſem, [in Colbert. *Saa Saan app. & Piroſen*;] non ſum veritus eam poſtlimini reſtituere. Eſt autem Saanſaan linguâ Perſicâ Rex Regum, ut teſtatur Marcellinus. Saa enim Perſicè Regen ſignificat. Unde Vararanem Regem Perſarum cognomi natum eſſe Seganſaa, ſeu σιγανσαὰν, ut in veteri ſched reperi, tradit Agathias in lib. 4. quòd ejus pater Segeſtanos (quorum etiam hîc meminit Marcellinus) bell viciſſet: δύναται γὰρ τοῦτο τῇ ἑλλήνων φωνῇ σεγεσταιῶν βασιλεύ Idem de altero Vararane ſcribit, qui Cermaſaa eſt cog nominatus: quem P. Teixera in relatione de Regibu Perſarum lib. 2. cap. 27. Baharon Kermonxa indigitat quod eſt Carmaniæ Rex. Jam quod ſpectat ad Piroſi nomen, quo bellorum victorem ſignificari ait Marcell nus; ejus origo difficilior eſt indagatu. Niſi placet i derivari à Perſico vocabulo *Phiras*, quod victorem ſigni ficat, ut ex Vocabulario Perſico docuit me vir Cl. do ctiſſimúſque I. Gauminus. Fuítque hoc nomine quidan Perſarum Rex, pater Cavadis, avus magni illius Choſ rois, qui Juſtiniani ac Juſtini Tiberiíque temporibu imperavit. Ab hoc Piroſe dicti videntur milites Piroſitæ ut à Choſdroe Choſdroitæ, quorum mentio fit in Hiſt Miſc. lib. 18. In Regio * Toloſanóque * codice ſcriptum reperi *Pyroſen.* Sed Vaticanus & Flor. *Piroſen* habent. Valentinus, teſte Loiſello: *Picorſen.* Fauchetianus *Pyorſen.* Valeſ.

k *Cunctis temere prorumpentibus.*] Codex Regiu ſcriptum habet, *cunctis de more pr.* * Toloſanus, * [Colbertinus,] & Editio Romana *demere.* * Idem.

lio inclinato, ferociùs quàm conſultiùs pugnabatur. [l] Exſurgebant enim ruentium ferientiúmque clamores, ut præ alacritate conſiſtere ſine vulnere quiſquam vix poſſit. Tandémque nox finem cædibus fecit, & ſatias ærumnarum indutias partibus dederat longiores. Ubi enim quieſcendi nobis tempus eſt datum, exiguas quæ [7] ſupererant vires continuus cum inſomnia labor abſumpſit, ſanguine & pallente exſpirantium facie perterrente, [8] quibus ne ſuprema quidem humandi ſolatia tribui ſinebant anguſtiæ ſpatiorum, intra civitatis ambitum non nimiùm amplæ legionibus ſeptem, & promiſcua advenarum civiúmque ſexus utriuſque plebe, & militibus aliis paucis aduſque numerum milium xx. concitis incluſis. Medebatur ergo ſuis quiſque vulneribus pro poſſibilitate vel curantium copia: cùm quidam graviter ſaucii cruore exhauſto ſpiritus reluctantes efflarent: alii confoſſi mucronibus [m] proſtrati, animis in ventum ſolutis projiciebantur exſtincti: aliquorum foratis undique membris mederi periti vetabant, ne offenſionibus caſſis animæ vexarentur adflictæ: nonnulli [9] vellendis ſagittis in ancipiti curatione graviora morte ſupplicia perferebant.

CAP. III. Dum apud Amidam hac partium deſtinatione pugnatur, Urſicinus mærens quòd ex alterius pendebat arbitrio, auctoritatis tunc in regendo milite [1] potioris Sabinianum, etiamtum ſepulcris hærentem crebrò monebat, ut compoſitis velitaribus cunctis, per imos pedes montium occultis itineribus properarent: quò levium armorum auxilio, ſi qua fors juviſſet, ſtationibus interceptis, nocturnas hoſtium adgrederentur excubias, quæ ingenti circuitu vallaverant muros, aut laceſſitionibus crebris occuparent obſidioni fortiter adhærentes. Quibus Sabinianus renitebatur ut noxiis, palam quidem litteras imperiales prætendens, intacto ubique milite, quidquid geri potuiſſet, impleri debere apertè jubentes: clam verò corde altiſſimo retinens, ſæpe in Comitatu ſibi mandatum, [n] ut anſam omnem adipiſcendæ laudis deceſſori ſuo ardenti ſtudio gloriæ circumcideret, etiam ex Rep. proceſſuram. Adeo vel cum exitio provinciarum feſtinabatur, ne bellicoſus homo memorabilis alicujus facinoris auctor nuntiaretur aut ſocius. Ideóque his attonitus malis, exploratores ad nos ſæpe mittendo, (licèt ob cuſtodias artas nullus facilè oppidum poterat introire) & utilia agitando complura nihil proficiens, viſebatur ut leo magni-

7 *Steph.* ſupererant. 8 *Mſ.* de quibus. 9 *Steph.* ulſis. 1 *Mſ.* potioris.

l *Exſurgebant enim.*] In codice Regio [& Colbertino] legitur: *Exurebant enim terrentiúmque clamores.* In Editione Rom. etiam legitur, *terrentiúmque clamores,* ut deeſſe quidpiam facilè appareat. Placet autem: *Exurebant enim ruentium ferientiúmque clamores.* Sic in cap. v. *clamoris ululabilis incendio.* Valeſ. Fortaſſe nihil deeſt, ut vetus ſcriptura innuit, aliquas literas quæ repeti deberent, negligenter intercidiſſe. *Exurebant verberantium terrentiúmque clamores.* Gron.

m *Proſtrati animis in ventum, &c.*] Hujus loci vulnus texit potiùs quàm ſanavit P. Caſtellus. Sic enim in Editione Rom. erat excuſum: *Proſtrati curam animis in ventum ſolutis projiciebantur extincti.* Neque aliter Valentinus codex habuit quem Loiſellus inſpexerat, [& Colbertinus.] In codice Regio ita ſcriptum inveni, *proſtrati cum jam animis, &c.* [Fortè legendum *proſtrati coram.*] Valeſ.

[n *Ut anſam omnem adipiſcendæ laudis deceſſori ſuo circumcideret.*] In Colbertino codice lego *amplam omnem.*

tudine corporis & torvitate terribilis, incluſos intra retia catulos periculo ereptum ire non audens, [2] unguibus ademptis & dentibus.

CAP. IV. Sed in civitate, ubi ſparſorum per vias cadaverum multitudo humandi officia ſuperaret, peſtilentia tot malis acceſſit, verminantium corporum lue tabifica, vaporatis æſtibus, varióque plebis languore nutrita: quæ genera morborum unde oriri ſolent, breviter explicabo. [o] Nimietatem frigoris, aut caloris, vel humoris, vel ſiccitatis, peſtilentias gignere philoſophi & illuſtres medici tradiderunt. Unde accolentes loca paluſtria vel [3] humecta, tuſſes & oculares caſus, & ſimilia perferunt: contrà confines caloribus, [4] tepore febrium areſcunt. Sed quanto ignis materies ceteris [5] eſt efficacior; tanto ad perimendum celerior ſiccitas. Hinc cùm decennali bello Græcia deſudaret, ne peregrinus pœnas diſſociati regalis matrimonii lucraretur: hujuſmodi [6] graſſante pernicie, [p] telis Apollinis periere complures, [q] qui Sol æſtimatur. Atque [r] ut Thucydides exponit, clades illa quæ in Peloponneſiaci belli principiis Athenienſes acerbo genere morbi vexavit, [7] abuſque ferventi Æthiopiæ plaga paullatim proſerpens, Atticam occupavit. Aliis placet, auras, ut ſolent, aquáſque vitiatas fætore cadaverum vel ſimilibus, ſalubritatis violare maximam partem: vel certè aëris permutationem ſubitam ægritudines parere leviores. Adfirmant etiam aliqui, terrarum halitu denſiore craſſatum aëra, emittendi corporis ſpiraminibus reſiſtentem, necare nonnullos: quâ causâ animalia præter homines cetera jugiter prona [ſ] Homero auctore, & experimentis deinceps multis, cùm talis inceſſerit labes, antè novimus interire. Et prima ſpecies lui [t] Pandemus appellatur, quæ efficit in aridioribus locis agentes caloribus crebris interpellari: [v] ſecunda Epidemus, quæ tempore ingruens [8] acies hebeta-

2 *Mſ.* ſanguinibus adeptis. 3 *Mſ.* humectatus ſeſe oculares. *al.* humecta, tuſſes joculares. 4 *Al.* tempore febrium areſc. *Mſ.* tepore ſebrium areſcentes. 5 τὸ eſt *mſ. deeſt.* 6 *Al.* graſſata. 7 τὸ ſerventi *mſ. & Steph. deeſt.* 8 *Mſ.* acies habet lum.

Et ubicumque *anſæ* apud Ammianum fit mentio, in codice iſto *amplam* ſcribi obſervo: quod ſemel notâſſe ſufficiat.] *Hadr. Valeſ.*

o *Nimietatem frigoris aut caloris.*] Oribaſ. ad Eunap. lib. III. Ὁ περιέχων ἡμᾶς ἀὴρ, συνεχῶς ἡμῶν τρέπει τὰς κράσεις, ἤτοι θερμότερος ἀμέτρως, ἢ ψυχρότερος, ἢ ξηρότερος, ἢ ὑγρότερος γινόμενος. Vid. Heraclid. Pontic. in Allegor. *Lindenbr.*

p *Telis Apollinis periere.*] Nimietatem caloris homines & animalia reliqua cùm pati nequeant; ſagittis Apollinis, qui Sol putatur, id eſt calore radiorum ſolarium pereunt. Euſtathius in Homer. Rapſod. α. Stat. Papinius in extremo Thebaïd. I. * Servius in lib. AEneid. 3. ad illum verſum, *Corrupto cæli tractu: Hic eſt ordo peſtilentiæ, ut Lucretius docet, primò aëris corruptio, pòſt aquarum & terrarum, mox omnium animalium.* * Idem.

q *Qui Sol æſtimatur.*] Heraclid. Pontic. in Allegor. pag. 96. * Vid. Aleandrum in Tabulam Heliacam pag. 15. *Tela Apollinis in eadem tabula apparent.* Vid. Aleandr. ibidem pag. 58. * *Idem.*

r *Ut Thucydides exponit, clades illa quæ in Peloponneſiaci.*] Thucyd. lib. II. Plutarch. περὶ τῶν βραδέως τιμωρουμένων. *Idem.*

ſ *Homero auctore, & experimentis deinceps.*] Homeri locus exſtat Iliad. α. Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς. Quem etiam laudant, & uberiùs hæc explicant Plutarchus Sympoſ. lib. IV. Probl. I. Heraclides Ponticus Allegor. pag. 106. Macrobius Saturnal. VII. cap. 5. *Idem.*

t *Pandemus appellatur.*] Oribaſ. ad Eunapium lib. III cap. I. Πανδήμους καὶ κοινὰς νόσους τὰς πολλοῖς ἅμα συμπιπτούσας ὀνομάζουσιν, ὧν ὥσπερ ἡ γένεσις, οὕτω δὲ ἡ αἰτία κοινή. *Idem.*

v *Secunda epidemus.*] Galen. in lib. I. Hippocrat. de Morb. vulgar. Ἔνια μὲν τῶν νοσημάτων κοινῇ πολλοὺς καταλαμβάνει, ἃ δὴ λέγεται κοινά. ἔνια δ' ἕκαστον ἴδια, τὰ σποραδικὰ προσαγορευόμενα. Τῶν δὲ κοινῶν τὰ μὲν ἔνδημά τέ εἰσι, τὰ δὲ ἐπι-

lum

luminum, & concitat periculoſos humores: tertia Lœmodes, quæ itidem temporaria eſt, ſed volucri velocitate letabilis. Hac exitiali peſte quaſſati, paucis intemperanti æſtu comſumptis, quos multitudo angebat: tandem nocte quæ diem conſequuta eſt decimum, exiguis imbribus disjecto concreto ſpiritu & craſſato, ſoſpitas retenta eſt corporum firma.

CAP. V. Verùm inter hæc, inquies Perſa [9] vimineis civitatem pluteis circumdabat, & erigi aggeres cœpti: turréſque fabricabantur frontibus ferratis excelſæ, quarum faſtigiis balliſtæ locatæ ſunt [1] ſingulæ, ut à propugnaculis propellerent defenſores: levia tamen per funditores & ſagittarios prœlia ne puncto quidem [2] brevi ceſſabant. Erant nobiſcum duæ legiones Magnentiacæ, recèns è Galliis ductæ, ut prædiximus, virorum fortium & pernicium, ad [3] planarios conflictus aptorum: ad eas verò belli artes quibus ſtringebamur, non modò inhabiles, ſed contrà nimii turbatores: qui cùm neque [4] in machinis, neque in operum conſtructione juvarent aliquem, [5] ſtolidiùs erumpentes dimicantéſque fidentiſſimè, minuto numero revertebant; tantum proficientes, quantum in publico (ut aiunt) incendio aqua unius hominis manu adgeſta. Poſtremò obſeratis portis, precantibúſque Tribunis egredi nequeuntes, frendebant ut beſtiæ. Verùm ſecutis diebus efficacia eorum eminuit, ut docebimus. In ſummoto loco partis meridianæ murorum, quæ deſpectat fluvium Tigrim, turris fuit in ſublimitatem exſurgens, ſub qua hiabant rupes abſciſſæ, ut deſpici ſine vertigine horrenda non poſſent: unde [6] [x] cavatis fornicibus ſubterraneis per radices montis [y] ſcalæ aduſque civitatis ducebant planitiem, quò ex amnis alveo haurirentur aquæ furtim, ut in omnibus per eas regiones munimentis quæ contingunt flumina vidimus, [7] fabrè politæ. Per has tenebras ob dirupta neglectas, oppidano transfuga quodam ductante, qui ad diverſam partem deſciverat, LXX. ſagittarii Perſæ ex agmine regio, arte fiduciáque præſtantes, ſilentio ſummoti loci defenſi, ſubitò ſinguli [8] noctis medio ad contignationem turris tertiam adſcenderunt: ibíque occultati, manè ſago punicei coloris elato, quod erat ſubeundæ indicium pugnæ, cùm ex omni parte circumveniri urbem ſuis copiis inundantibus advertiſſent, exinanitis projectíſque

9 *Mſ.* vineis. 1 *Mſ.* ſingulæ. 2 τὸ brevi *deeſt al.* 3 *Mſ.* palmarios. 4 τὸ in *mſ. deeſt.* 5 *Mſ.* ſtudiis. 6 *Mſ.* vacati. 7 *Mſ.* fabrè. 8 *Al.* nocte media.

...νημά τι καὶ ἐπιδήμια, διὰ τὴν δ' ἢ ἐκ συλλαβῶν, ὡς εἴρηται, ...ρατόμενα καὶ λεγόμενα. Τούτων δὲ τὰ χαλεπώτατα λοιμώδη καλεῖται, τὴν αἰτίαν ἐκ τῆς περὶ τὸν ἀέρα καταστάσεως ἔχοντα, καὶ αὐτὰ καθάπερ ὅλον τὸ γένος τῶν ἐπιδημίων νοσημάτων. Lindenbr.

x *Cavatis fornicibus ſubterraneis.*] Græci *σύριγγας* appellabant ejuſmodi meatus, per quos ad hauriendam aquam furtim deſcendere obſeſſi ſolebant. Sic Strabo in lib. 12. de Amaſia. ἐπεὶ δὲ, inquit, ὑδρεῖα ἐντὸς ἀναφέρεται *συρίγγων τετμημένων δυοῖν, τῆς μὲν ἐπὶ τὸν ποταμόν*, &c. Euſtathius in Il. τ. *συριγγέμβολον* dici ait, διὰ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὕδωρ πορίζονται οἱ πολιορκούμενοι. *per quod plerumque obſeſſi aquam petere ſolent*: idque corruptè τυρέμβολον ſua ætate dictum eſſe teſtatur in Il. 7. Ejuſmodi fornices fuiſſe Hieroſolymis prodit Dio in lib. 66. & Tacitus Hiſt. lib. 5. Gregorius Turon. de urbe Convenis loquens in lib. 7. *Fons*, ait, *magnus ad radicem montis erumpens, circumdatus turre tutiſſima: ad quem per cuniculum deſcendentes ex urbe, latenter aquas hauriunt.* Valeſ.

y *Scalæ.*] Id eſt, via cavatis gradibus in modum ſcalarum exciſa: κλίμακας eodem ſenſu dixit Polybius in

ante pedes pharetris, [9] clamoris ululabilis incendio tela ſummâ peritiâ diſpergebant. Móxque acies omnes [1] denſæ petebant multo infeſtiùs quàm antea civitatem. [2] Inter incertos nos & ancipites quibus occurri deberet, inſtantibus ſuprà, an multitudini tranſſcenſu ſcalarum jam propugnacula ipſa prenſanti, dividitur opera: & tranſlatæ leviores quinque balliſtæ contra turrim locantur; quæ ociùs lignea tela fundentes nonnumquam binos forabant: è quibus pars graviter vulnerati ruebant: alii machinarum metu ſtridentium præcipites acti, laniatis corporibus interibant. Quibus hac celeritate confectis, relatíſque ad loca ſueta tormentis, paullo ſecuriùs [3] mœnia omnium concurſu defendebantur. Et quoniam augebat curas militum ſceleſtum facinus perfugæ, quaſi decurrentes in planum, ita jaculantes diverſa miſſilia lacertis fortibus incumbebant, ut [4] Vertæ in meridiem degentes, vulnerum acri repulſa disjecti, lacrymantes complurium mortes tentoria repeterent metu.

CAP. VI. Adſpiravit auram quamdam ſalutis fortuna, innoxio die cum hoſtili clade emenſo: cujus reliquo tempore ad quietem reficiendis corporibus dato, poſteræ lucis initio ex arce innumeram cernimus plebem, quæ Ziata capto caſtello ad hoſticum ducebatur: ad quem locum ut capaciſſimum & munitum (ſpatio quippe decem ſtadiorum ambitur) promiſcua confugerat multitudo. Nam etiam alia munimenta iiſdem diebus [5] rapta ſunt & incenſa, unde hominum milia extracta complura [6] ſerviturí ſequebantur: inter quos multi ſenectâ infirmi, & mulieres jam grandævæ, cùm ex variis deficerent cauſis, itineris longinquitate offenſæ, abjecta vivendi cupiditate, ſuris vel ſuffraginibus relinquebantur exſectis. Has miſerabiles turmas Galli milites contuentes, rationabili quidem ſed [7] intempeſtivo motu, conſerendæ cum hoſtibus manus copiam ſibi dari poſcebant, mortem Tribunis vetantibus primiſque ordinibus minitantes, ſi deinceps prohiberent. Utque [z] tentatæ in caveis beſtiæ, tætro pedore acerbiùs efferatæ, evadendi ſpe repagulis verſabilibus illiduntur: ita gladiis portas cædebant, quas ſuprà diximus obſeratas: admodum anxii ne urbe exciſa ipſi quoque ſine ullo ſpecioſo facinore deleantur, aut exutâ periculis, nihil egiſſe operæpretium pro magnanimitate Gallica memorentur: licèt antea ſæpe egreſſi, ſtructoréſque aggerum [8] confoſſis quibuſdam impedire conati, paria pertulerunt. Inopes nos conſilii, & quid opponi deberet ſævientibus ambigentes, id potiſſimum, ægrè iiſdem adſentientibus, tandem elegimus, ut quoniam ultra ferri non poterant, paullisper morati cuſtodias aggredi

9 *Al.* clamoſis ululatibus. 1 *Mſ.* tenſæ tepebant. 2 τὸ inter *mſ. deeſt.* 3 *Mſ.* mœnia omnia. 4 *Mſ.* vergentem merid. 5 *Mſ.* rapta. 6 *Mſ.* ſerviturí. 7 *Mſ.* intemperativo. 8 *Mſ. & Steph.* confuſis.

lib. 5. ubi Seleuciam ad Orontem deſcribit, & Strabo in libro 17. de Heptaſtadio loquens. *Valeſ.*

[z *Utque dentatæ in caveis beſtiæ.*] Sic vulgati Marcellini libri. Loquitur autem Marcellinus de feris, quæ ad ſpectacula publica & amphitheatralia caveis incluſa ſervabantur, quales erant tigres, urſi, leones, & elephanti, magnitudine utique ſua & viribus, quàm den-

permitterentur hoſtiles, quæ non procul erant à conjectu locatæ telorum, ut eis perruptis pergerent prorſus. Apparebat enim eos, ſi impetraſſent, ſtrages maximas edituros. Quæ dum parantur, per varia certaminum genera defenſabantur acriter muri, laboribus & vigiliis, & tormentis ad [9] emittenda undique ſaxa teláque diſpoſitis. Duo tamen aggeres celſi, Perſarum peditum manu erecti, & expugnatio civitatis ſtruebatur operibus lentis: contra quos noſtrorum impenſiore curâ moles excitabantur altiſſimæ, faſtigio adverſæ celſitudinis æquatæ, propugnatorum vel nimia pondera duraturæ. Inter hæc [a] Galli morarum impatientes, ſecuribus gladiiſque ſuccincti, patefactâ ſunt egreſſi poſticâ, [b] obſervata nocte ſqualida & interluni; orantes cæleſte præſidium, ut propitium adeſſet & libens. Atque ipſum ſpiritum reprimentes, cùm propè veniſſent, conferti valido curſu, quibuſdam ſtationariis interfectis, exteriores caſtrorum vigiles, ut in nullo tali metu ſopitos obtruncantes, ſupervenire [1] ipſi regiæ, [c] ſi proſperior juviſſet eventus, occultè meditabantur. Verum [d] audito licet levi [2] tendentium ſonitu, gemitúque cæſorum, diſcuſſo ſomno, excitatis multis, & ad arma pro ſe quoque clamitante, ſteterunt milites veſtigiis fixis, progredi ultrà non auſi: neque enim cautum deinde, expergefactis quos

9 *Al.* mittenda. 1 *Mſ.* ipſi regiæ. 2 *Mſ.* revertem p. dentium.

---

tibus multo notabiliores, ita ut à canibus, fælibus, muribus, aliiſque minutis animalibus *dentatarum beſtiarum* appellatione diſtingui non poſſint. Petrus Pithœus ad marginem Ammiani ſui notavit pro *dentatæ* in Mſſ. legi *tentatæ*. In codice Colbertino recentiore quidem, ſed optimo, diſertè ſcriptum inveni, *tentatæ*. Quæ haud dubiè vera eſt lectio. *Tentatæ in caveis beſtiæ*, id eſt tentæ, detentæ. Sic *terras ſæpe vaſtitatas* Ammianus ipſe in libro XVI. dixit pro *vaſtatas*: *denſitatas acies* paullo infrà prò *denſatas*, ex codice Colbert.] *Valeſ.*

a *Galli morarum impatientes, ſecuribus gladiiſque ſuccincti.*] Frequens hujus armaturæ apud Gallos uſus, quam etiam Agathias notat lib. II. pag. 36. τὰ ὅπλα ὥσπερ ἑκάστῳ φίλον, παρεσκευάζοντο, ὡδὶ μὲν γὰρ πελέκεις ἐθήγοντο πολλοὶ, ὡδὶ δὲ τὰ ἐπιχώρια δόρατα οἱ ἀγῶνες. Procopius Gothicorum libro II. de Francis irruptionem in Italiam facientibus: ξίφος τε καὶ ἀσπίδα φέρων ἕκαστος, καὶ πέλεκυν ἕνα. οὗ δὴ ὁ μὲν σίδηρος ἁδρός τε καὶ ὀξὺς ἑκατέρωθι ἐς τὰ μάλιστα ἦν, ἡ λαβὴ δὲ τοῦ ξίφους βραχεῖα ἐς ἄγαν. Τοῦτον δὴ τὸν πέλεκυν ῥίπτοντες ἀεὶ ἐκ σημείου ἑνὸς, εἰώθασιν ἐν τῇ πρώτῃ ὁρμῇ τάς τε ἀσπίδας διαῤῥηγνύναι τῶν πολεμίων, καὶ αὐτοὺς κτείνειν. Sidon. Apollinar. Sigiſmeris Regii juvenis pompam deſcribens, ſic de ſociorum ejus ornatu addit, lib. IV. Epiſt. 20. *Eo quo comebantur ornatu, muniebantur, lanceis uncatis, ſecuribuſque miſſilibus dextræ refertæ, clypeis lævam partem adumbrantibus.* Lindenbr.

b *Obſervata nocte ſqualida & interluni.*] Haud veroſimile eſt bellicis artibus exercitatos, lunares noctes inſidiis captaſſe. Ea de re cui vim dictionis Marcell. non ſatis percepere, reſcribere conati ſunt; -- *nocte ſqualida & illuni.* Cui lectioni ſtabiliendæ facere viſus eſt locus conſimilis lib. 17. *Pertimeſcens ſollertiſſimus Cæſar, ne obſervata nocte illuni, barbari gelu vinctum amnem pervaderent.* Sed non temere quid mutandum. *Interlunis* enim *nox* eſt, quam alii *noctem ſilentis Lunæ* vocant; cùm ſcilicet Luna, ut dicitur, in coitu eſt, nec lucem ullam ſpargit. Unde & *interlunium* Plinio lib. XVI. cap. 39. Gloſſar. *Interlunium*, ἀπόκρυσις σελήνης. Vide Sotion. apud Caſſ. Baſſ. de Agricult. lib. 1. cap. 13. *Idem.*

c *Si proſperior illuxiſſet eventus.*] Ita correxit Sig. Gelenius, cùm ex Caſtelli conjectura antè legeretur, *ſi proſperior iſſet eventus.* In Editione Rom. perinde atque in codice Regio, [& Colbertino] * ac Toloſ. * legitur, *ſi proſperioribus iſſet eventus*: unde conjicio ita à Marcellino ſcriptum fuiſſe, *ſi proſperior juviſſet eventus.* Valeſ. Etiam prope ad Mſſtos accederet, *ſi proſperior id ſiviſſet eventus.* Gron.

d *Audito ruentium ſonitu.*] Et hæc ſcriptura Gelenium habet auctorem. Nam in Editione Rom. excuſum erat: *Audito licet reve . . . dentium ſonitu.* Ex quo P. Caſtellus hanc lectionem effinxerat, *audito lixarum ruentium ſonitu*: quod meritò improbatum eſt à Gelenio. Etenim inter cæſos non lixæ tantùm, ſed Optimates erant ac Satrapæ, ut ſubjicit Marcellinus. * In Toloſano codice legitur: *Audito licet ruentium ſonitu.* * In exemplari Regio ſcriptum eſt: *Audito licet revertentium ſonitu*: & ad oram emendatum eſt *ruentium.* In Mſ. Flor. [& Colbertino] legitur: *Audito licet revetempdentium ſon.* Quamobrem non ineptè conjecerit quiſpiam ita eſſe ſcribendum: *Audito licet levi tendentium* (ſupple Gallorum) *ſonitu, gemitúque cæſorum.* Etſi enim Galli quantum fieri poterat

petebant [3] inſidiæ, in apertum properare diſcrimen, [e] cùm jam undique frendentium catervæ Perſarum in prœlia venirent accenſæ. Contrà Galli corporum robore audaciáque quoad poterant inconcuſſi, gladiis ſecantes [4] adverſos, parte ſuorum ſtrata, vel ſagittarum undique volantium crebritate confixa, cùm unum in locum totam periculi molem converſam, & currentium hoſtium agmina advertiſſent, nullo terga vertente evadere feſtinabant: & velut repedantes ſub modulis, ſenſim extra vallum protruſi, cùm manipulos confertiùs invadentes ſuſtinere non poſſent, tubarum perciti clangore caſtrenſium, diſcedebant. Et reſultantibus è civitate lituis multis, portæ panduntur recepturæ noſtros, ſi pervenire illuc uſque valuiſſent: tormentorúmque machinæ ſtridebant ſine jaculatione ulla telorum, ut ſtationibus præſidentes, poſt interemptos ſocios ponè agerentur ignari, [f] urbis oppoſiti mœnibus [5] nudatis ut viri fortes ſuſciperentur innoxii. Hácque arte Galli portam prope confinia lucis introiere minuto numero, quidam pernicioſè, pars leviter vulnerati, quadringentis ea nocte deſideratis: qui [g] non Rhœſum, nec cubitantes pro muris Iliacis Thracas, ſed Perſarum Regem armatorum centum millibus circumſæptum, ni obſtitiſſet violentior caſus, in ipſis tentoriis obtruncarant. [h] Horum Campiductoribus ut fortium factorum anteſignanis, poſt civitatis excidium, [i] armatas ſtatuas apud Edeſſam in regione celebri locari juſſerat Imperator, quæ ad præſens ſervantur intactæ. Retectis ſequenti luce funeribus, cùm inter cæſorum cadavera Optimates invenirentur & Satrapæ, [6] clamoreſque diſſoni fortunam aliam alibi cum lacrymis indicabant, luctus ubique & indignatio Regum audiebatur,

3 *Steph.* inſidiis. 4 *Mſ.* adverſas partes. 5 *Mſ.* nudarent nuperia viri 6 *Mſ.* clamoreſque diſſoni.

---

occultè ac tacitè properabant, fieri tamen non poterat quin armis ſuis ſonitum ederent. *Valeſ.* Cujus conjecturam ut longe propius accedentem ad Mſſ. codices repoſui in contextum ejecta Gele: Geleniana, ita impudente, ut integram vocem *licet* ne quidem attendat. Poſſis tamen literis quæ in Regio & Florentino ſparſæ ſunt, ordinatius collectis, commodiſſimum credere *Audito licet brevi* (i.e. parvo) *ferientium ſonitu.* Gron.

e *Cùm jam undique.*] Ante hæc verba punctum in Mſſ. & Editionibus omnibus, Romana ſcilicet, Aug. & Baſilienſi notatum eſt, eáque interpunctio mihi quidem magis arridet. *Valeſ.*

f *Urbis oppoſiti mœnibus.*] Legendum arbitror *appoſiti*: ſed ſequentia longè corruptiora ſunt. In Regio codice ſic leguntur ſcripta: *Urbis opp. manib. nudaret ni porta viri fortes ſuſciperentur innoxii.* In Editione verò Romana ſic excuſum eſt: *Nudarent nupta viri fortes, &c.* Mſ. Florentinus, teſte Lindenbrogio, ſcriptum habet: *Nudarent nuperia viri f. &c.* [Codex Colbertinus: *Nudarent nuperta viri fortes, &c.*] * Toloſanus: *Nudarentur importa viri, &c.* * Idem. Primum conatum iſtum in mutando verbo *oppoſiti* valde juvenilem eſſe docebunt exempla, quæ collegit pater in notis ad Livium XXIII, 29. Media quum ſint perquam corrupta, poſtrema videntur innuere in Mſſ. *nudarent; unde ita viri fortes ſuſciperentur innoxii*, vel, ut pater, *nudarent opera viri.* Gron.

g *Non Rœſum, nec cubitantes.*] Homer. Iliad κ. *Lindenbr.*

h *Horum Campiductoribus.*] De Campidoctoribus & Armorum doctoribus abunde diximus ſuprà. Ceterùm dubitari poteſt, ſintne iidem Campiductores cum Campidoctoribus. Diverſum enim eorum munus fuiſſe reperio. Quippe Campiductores, quod & ipſius nominis origo demonſtrat, agmen præibant. Unde Chryſoſtomus in Ep. ad Innocentium Papam: καμπιδύκτορας, inquit, ἀντὶ διακόνων προηγουμένους ἔχοντες. Et in Mauricii Tacticis Campiductores explorare loca & itinera complanare jubentur. Iidem etiam Campigeni videntur dicti. Vegetius in lib. 2. *Campigeni*, ait, *hoc eſt anteſignani, ideo ſic nominati, quòd eorum opera atque virtute exercitii vis creſcit in campo*: quæ cum Marcellini verbis optimè conveniunt. Sic enim ait Marcellinus: *Horum Campiductoribus ut fortium factorum anteſignanis, &c.* Si quis tamen Campiductores nihil à Campidoctoribus differre contenderit, equidem non vehementer repugnabo. *Valeſ.*

i *Armatas ſtatuas.*] Ita Veſtritio Spurinnæ triumphalis ſtatua ob res ſtrenuè geſtas collocata fuit: *Plin.*

arbitrantium per ſtationes muris objectas irrupiſſe Romanos: indutiíſque ob hoc tridui datis adſenſu communi, nos quoque ſpatium ad reſpirandum accepimus.

Cap. VII. Perculſæ deinde novitate rei efferatæque gentes, omiſſa omni cunctatione, operibus, quoniam vis minimè procedebat, decernere jam cenſebant: & concito extremo belli ardore, omnes oppetere glorioſè jam properabant, aut ruina urbis animis litaſſe cæſorum. Jámque apparatu cunctorum alacritate perfecto, exſiliente lucifero, operum variæ ſpecies cum turribus ferratis admovebantur: quorum in verticibus celſis aptatæ balliſtæ propugnatores agitantes humiliùs disjectabant. Et albeſcente jam die, ferrea munimenta membrorum cælum omne ſubtexunt: denſitatæque acies non inordinatim ut antea, ſed tubarum ſonitu leni ductante, nullis procurſantibus incedebant, machinarum operti tegminibus, cratéſque vimineas prætendentes. Cúmque propinquantes ad conjectum venere telorum, oppoſitis ſcutis Perſæ pedites ſagittas tormentis excuſſas è muris ægriùs evitantes, laxarunt aciem, nullo pæne jaculi genere in vanum cadente: etiam cataphracti hebetati & cedentes animos auxere noſtrorum. Tamen quia hoſtiles balliſtæ ferratis impoſitæ turribus, in humiliora ex ſupernis valentes, ut loco diſpari, ita eventu diſſimili noſtra multo cruore fœdabant: ingruente jam veſpera cùm requieſcerent partes, noctis ſpatium majus conſumptum eſt, ut excogitari poſſit, quid exitio ita atroci objectaretur. Et tandem multa verſantibus nobis ſedit conſilium, quod tutius celeritas fecit, quatuor iiſdem balliſtis ſcorpiones opponi: qui dum tranſlati è regione cautè, quod artis eſt difficillimæ, collocantur, lux nobis advenit mæſtiſſima, Perſarum manipulos formidatos oſtentans, adjectis elephantorum agminibus, quorum ſtridore immanitatéque corporum nihil humanæ mentes terribilius cernunt. Cúmque omni ex latere armorum & operum belluarúmque molibus urgeremur, per ſcorpionum ferreas fundas è propugnaculis ſubinde rotundi lapides acti, diſſolutis turrium coagmentis, balliſtas earúmque tortores ita fudere præcipites, ut quidam citra vulnerum noxas, alii obtriti magnitudine ponderum interirent: elephantis vi magna propulſis, quos flammis conjectis undique circumnexos, jam corporibus tactis, gradientéſque retrorſus, 7 [k] retinere magiſtri non poterant: póſtque exuſtis operibus, nulla quies certaminibus data. Rex enim ipſe Perſarum, qui numquam adeſſe certaminibus cogitur, his turbinum infortuniis percitus, novo & numquam antè cognito more, prœliatoris militis ritu proſiluit in confertos:

7 *Mſ.* recere.

lib. 11. Epiſt. 7. *Lindenbr.*

k *Retinere magiſtri non poterant.*] In Mſ. Flor. *recere* ſcriptum eſſe teſtatur Lindenbrogius: unde quis ſuſpicari poſſit legendum eſſe *regere*, quod etiam ad oram Regii exemplaris adſcriptum invenimus: * & ita habet codex Toloſanus: * [at Colbertinus, *retere mag. non po-*

& quia conſpectior tegentium multitudine procul ſpeculantibus viſebatur, petitus crebritate telorum, multis ſtipatoribus ſtratis abſceſſit, alternans regibiles acies: & ad extremum diei nec [8] mortium truci viſu nec vulnerum territus, tandem tempus exiguum tribui quieti permiſit.

CAP. VIII. Verùm nocte prœlia dirimente, ſomno per breve otium capto, [9] innoteſcente jam luce ad potiunda ſperata, ira & dolore exundans, nec fas ullum præ oculis habiturus, gentes in nos excitabat. Cùmque crematis operibus, ut [1] docuimus, pugna per aggeres celſos muris proximos tentaretur, [l] ex aggeſtis erectis intrinſecus, quantum facere nitíque poterant, noſtri æquis viribus per ardua reſiſtebant. Et diu cruentum prœlium ſtetit, nec metu mortis quiſquam ex aliqua parte à ſtudio propugnandi removebatur: eóque producta contentione, cùm ſors partium eventu regeretur indeclinabili, diu laborata moles illa noſtrorum, velut terræ quodam tremore [2] quaſſata procubuit: & tamquam [m] itinerario aggere vel ſuperpoſito ponte complanatum ſpatium, quod inter murum congeſtámque forinſecus ſtruem hiabat, patefecit hoſtibus tranſitum, nullis obicibus impeditum; & pars pleraque militum dejectorum oppreſſa vel debilitata [3] ceſſabat. Concurſum eſt tamen undique ad propulſationem periculi tam abrupti: & feſtinandi ſtudio aliis [4] irretientibus alios, audacia hoſtium ipſo ſucceſſu creſcebat. Actis igitur Regis imperio prœliatoribus univerſis, ſtrictóque comminus ferro, cùm ſanguis utrubique immenſis cædibus funderetur, [5] [m] oppletæ ſunt corporibus foſſæ, latiórque via [6] ideo pandebatur: & concurſu copiarum ardenti jam civitate oppleta cùm omnis defendendi vel fugiendi ſpes eſſet abſciſa, pecorum ritu armati & imbelles ſine ſexus diſcrimine trucidabantur. Itaque veſpera tenebrante, cùm adhuc licèt iniqua reluctante fortuna, multitudo noſtrorum manu conſerta diſtringeretur; in abſtruſa quadam parte oppidi cum duobus aliis latens obſcura

8 *Mſ.* mortium truci viſio nec vuln. 9 *Mſ.* umoteſcente. 1 *Al.* docueram. 2 *Mſ.* quaſina. 3 *Al.* caſſabat. 4 *Al.* irretientibus. 5 *Mſ.* appellatæ. 6 *Al.* inde.

---

tuerunt, & correctum eadem manu *retinere.*] Valeſ. *Regere & ipſos magiſtros* etiam *Rectores* dicit Livius XXVII, 49. *Gron.*

l *Ex aggeſtis erectis intrinſecus.*] Suidas: Ἔγιστα (ſive ἄγιστα) πολεμικὸν μηχάνημα ἐκ λίθων καὶ ξύλων καὶ χοῦ ἐγειρόμενον. Ammian. lib. XX. *Sublimes aggeſtus, qui jam conſummati muris altiùs imminebant.* Eodem libr. *Prunas unius aggeſti inſeruere juncturis.* Procopius, cùm haſce machinas deſcriberet, vocem quoque retinuit, Perſicor. lib. II. pag. 83. Προκαλύμματα ἐκ τραχειῶν τειχῶν, ἃ δὴ καλοῦσι κιλίκια, πάχους τε καὶ μήκους διαρκῶς ἔχοντα, ἀρτήσαντες ἐκ ξύλων μακρῶν ὄπισθεν ἀεὶ τῶν τὴν ἄγεσταν ἐργαζομένων ἐτίθεντο· οὕτω γὰρ τὸ ποιούμενον τῇ Λατίνων φωνῇ ἐκάλουν Ῥωμαῖοι. Quem locum Suidas exſcripſit. Dicuntur etiam *ſuggeſtus.* Ammian. lib. XXIV. *Ardui ſuggeſtus erigebantur.* Lindenbr.

m *Itinerario aggere vel ſup. ponte.*] Utrumque jungit etiam Tacitus in lib. I. Annal. *Præmiſſo Cæcina ut occulta ſaltuum ſcrutaretur, pontéſque & aggeres humido paludum & fallacibus campis imponeret.* Idem in lib. 4. *Proxima* inquit, *æſtuaria aggeribus & pontibus traducendo graviori agmini firmat.* Similiter & Livius in lib. 26. & 30. Porrò utrumque fuit inter munera militaria, ut patet ex Herodiano in lib. 4. πᾶν ὡς στρατιώτης ἐποίει, εἴτε ὀρύξαι τι ὀρύττειν ἔδει, σκάπτων πρῶτος, εἴτε ῥεῖθρον γεφυρῶσαι ἢ βάθος χῶσαι. Id eſt: *Omnia perinde ac gregarius miles factitabat: ſive foſſam fodere, ſive rivo pontem imponere, ſive aggerem ſtruere opus erat, primus operi manum admovens.* Valeſ.

m *Oppletæ ſunt corporibus foſſæ.*] Sic fecit Valeſius, quum ex Florentino citaret Lindenbrogius *appellatæ*,

præſidio noctis, poſticâ per quam nihil ſervabatur evado, & ſqualentum pe-ritia locorum, comitúmque adjutus celeritate, ad decimum lapidem tandem perveni. In qua ſtatione leniùs recreati, cùm ire protinus pergeremus, & ncedendi nimietate jam ſuperarer ut inſuetus ingenuus: offendi [7] dirum adſpe-ctum, ſed fatigato mihi laſſitudine gravi levamen impendio tempeſtivum. Fu-gaci equo nudo & infreni calonum quidam ſedens, ne labi poſſit, ex more ha-benam qua ductabatur, ſiniſtra manu artiùs illigavit: móxque decuſſus, vin-culi nodum abrumpere nequiens, per avia ſaltúſque membratim diſcerptus, umentum exhauſtum curſu, pondere cadaveris [8] detinebat: cujus [n] dorſualis omprehenſi ſervitio uſus in tempore, cum iiſdem ſociis ad fontes ſulfureos a-quarum ſuapte natura calentium ægrè perveni. Et quia per æſtum arida ſiti reptantes aquam diu quæritando, [o] profundum bene vidimus puteum, & eque deſcendendi præ altitudine, nec reſtium aderat copia, neceſſitate do-cente poſtrema, [p] indumenta lintea quibus tegebamur, in oblongos diſcidimus annulos: unde explicato fune ingenti, [q] centonem quem ſub galea unus fere-bat è noſtris, ultimæ aptavimus ſummitati: qui per funem conjectus aquáſque hauriens ad peniculi modum, facilè [r] ſitim quâ hauriebamur exſtinxit. Unde

7 *Al.* dirum aſpectu 8 *Mſ.* detinebatur. 9 *Mſ.* re-putantes.

ex prioribus editis *repletæ* quod & ipſe videtur in ſuis veniſſe. Sed inde pater meus colligebat *oppilatæ*, lon-ge elegantius & verius. *Gron.*

n *Dorſualis comprehenſi ſervitio.*] Gloſſ. Νωτιφόρος, dorſualis. Sic *aſellus dorſuarius*. Varr. de Re Ruſtic. lib. 1. cap. 6. *Lindenbr.*

o *Profundum bene vidimus puteum.*] Certum eſt ſic mmian. ſcripſiſſe, non *profundum pæne*, ut in retro E-tionibus. Sic lib. XXII. -- *Eadem accipere bene conſue-s.* -- *Longo exinde intervallo bene eſt inſula.* Lib. XXX. *oliis bene redierant onuſti.* Quomodo etiam Tribonia-us *actiones bene multas* dixit, Inſtitut. lib. 4. Tit. 6. §. 2. * Arnob. lib. 6. p. 101. *Arietem nobilem bene gran-bus cum teſticulis deligit.* Et iterum apud eumdem p. 01. Atque ita decies apud Hirtium de Bello Hiſpan. * *dem.*

p *Indumenta lintea quibus tegebamur.*] Hæc ad tuni-s lineas referre ſoleo, de quibus eleganter Hierony-us in Epiſt. ad Fabiolam de veſtitu ſacerdotali. *Solent*, quit, *militantes habere lineas, quas camiſias vocant, ſic tas membris & adſtrictas corporibus, ut expediti ſint vel curſum, vel ad prœlium, dirigere jacula, tenere cly-um, enſem librare, & quocumque neceſſitas traxerit.* dem in Epitaphio Nepotiani. *Referret*, inquit, *alius, od in palatii militia ſub chlamyde & candenti lino corpus us cilicio tritum ſit.* Nonnus quoque in lib. 37. Dionyſ. iiſdem militum lineis loquitur his verſibus:

Καὶ λινέῳ κόσμησε δέμας χιονώδεϊ πέπλῳ,
Οἷον ἔσω θώρηκος ἀεὶ φορέουσι μαχηταί.

ſteriores Græci ὑποκάμισα dixerunt, teſte Euſtathio in Iliad. χ. ubi contendit χιτῶνα ſimpliciter non eſſe tu-nicam interulam. Libanius in Orat. ad Curiam Antio-chenſem contra Severum pag. 621. δεύτερον χιτῶνα λινοῦν appellat. *Valeſ.*

q *Centonem quem ſub galea.*] Pileum intelligo quem ſub galea milites interdum geſtare ſolent, ne ferri aſpe-ritate caput oblædatur. In Suidæ Lexico πῖλος κέντουκλον. Quam ad rem uſui fuit apud veteres Ἀχίλλειος σπόγγος; A-chillea ſpongia, ita ab Achille inventore dicta, ne ferreæ caſſidis rigor cervicem offenderet. ὑποκείμενος ἁπαλῶς ταῖς περικεφαλαίαις, καθ' εὕρεσιν ἴσως Ἀχιλλέως, ἵνα μὴ σιδηρέος τρίβῃ τὴν κεφαλήν, ut ait Euſtathius in Il. IX. Spon-giæ autem dicebantur hujuſmodi centones, quòd eſſent ex lana coacta, molles ſpongiarum inſtar. Unde & ſpongiam vocarunt Romani, teſte Livio, munimen-tum pectoris eamdem ob cauſam. Sed ut ad centonem noſtrum redeamus, Græci πῖλον eum appellabant. Ho-merus de Ulyxis caſſide in Iliade κ. πῖλος δ' ἐνὶ μέσσῃ ἀρήρει: ubi notat Euſtathius omnibus galeis ſecundùm anti-quos commune eſſe, ut pileum ſeu centonem intus ha-beant: recentiores verò, quaſi novum ac proprium quiddam in Homerico verſu intelligeretur, pictoribus perſuaſiſſe ut pileum Ulyxi adderent: quod primus fe-ciſſe dicitur Apollodorus ὁ σκιαγράφος. Quamquam Pli-nius in lib. 35. primùm è pictoribus Nicomachum Ulyxi pileum dediſſe ſcribit. Erat autem hic pileus prorſus ſi-milis ei quam vernaculo ſermone calottam dicimus, ut in Ulyxis imaginibus viſitur etiamnum. Idque teſtatur D. Hieronymus in Ep. ad Fabiolam. *Quartum*, ait, *ge-nus eſt veſtimenti, rotundum pileolum, quale pictum in U-lyxeo conſpicimus, quaſi ſphæra ſit diviſa, & pars una ponatur in capite.* Idem.

r *Sitim qua hauriebamur.*] Mallem *urebamur*, ut

citi ferebamur ad flumen Euphraten, ulteriorem ripam petituri per navem quam transfretandi cauſâ jumenta & homines, in eo tractu diuturna conſuetu-do locârat. Ecce autem Romanum agmen cum equeſtribus ſignis disjectum e minus cernimus, quod [1] perſequebatur multitudo Perſarum, incertum und impetu tam repentino terga viantum aggreſſa. Quo exemplo [ſ] terrigenas illo non ſinibus terræ emerſos, ſed [2] exuberanti pernicitate credimus natos: qu quoniam inopini per varia viſebantur, [t] Sparti vocitati, humo exſiluiſſe, [3] [v] ve tuſtate ut cetera fabuloſiùs extollente, ſunt exiſtimati. [4] Hoc conciti, cùr omne jam eſſet in celeritate ſalutis præſidium, per dumeta & ſilvas montes pe timus celſiores: exindéque Melitinam minoris Armeniæ oppidum venimus ubi repertum Ducem comitati jam profecturum, Antiochiam reviſimus.

CAP. IX. [x] Interea Sapor & Perſæ, quia tendere jam introrſus autumn præcipiti [5] hædorúmque improbo ſidere exorto prohibebantur, captivos ager tes & prædas, remeare cogitabant ad ſua. Inter hæc tamen funera direptioné que civitatis exciſæ, Æliano Comite & Tribunis, quorum efficaciâ diu de fenſa ſunt mœnia, ſtragéſque multiplicatæ Perſarum, patibulis ſceleſtè ſuff xis, Jacobus & Cæſius Numerarii Apparitionis Magiſtri equitum, aliiqu Protectores poſt terga vinctis manibus ducebantur: Tranſtigritanis, qui ſoll citâ quærebantur induſtriâ, nullo infimi ſummíque diſcrimine, ad unum o mnibus contruncatis. Uxor verò Craugaſii, quæ retinens pudorem inviola tum ut matrona nobilis colebatur, mærebat velut orbem alium ſine marito v ſura, quamquam ſperabat documentis præſentibus altiora. In rem itaque co ſulens ſuam, & accidentia longè antè proſpiciens, anxietate bifaria ſtringeb tur, viduitatem deteſtans & nuptias. Ideo familiarem ſuum perquàm fidun regionúmque Meſopotamiæ gnarum, [6] [y] per Izalam montem inter caſtella pr:

1 *Mſ.* proſequebatur. 2 *Mſ.* exſuperanti. 3 *Mſ.* vetuſtate matere. 4 τὸ malo *MſS deeſt.* 5 τὸ improbo *deeſt al.* 6 *Mſ.* perizalam.

---

conjecit etiam Gruterus. *Valeſ.* Et forſan ſupervacuæ literæ clamant legendum, *qua ita urebamur.* Gron.

ſ *Terrigenas illos non ſinibus terræ emerſos.*] Utitur eodem hoc exemplo in ſimili re Eunapius in Fragmentis legation. Fabula autem narratur ab Apollodoro Bibliothecæ lib. III. Palæphato fab. VI. Ovidio Metam. III. fab. 3. Hygino fab. CLXXVIII. Placid. Lactant. in Stat. Theb. lib. I. Tzetze Hiſtor. Chiliad. X. cap. CCCXXXII. *Lindenbr.*

t *Sparti vocitati.*] Apollod. Biblioth. lib. III. *Κάδμος κτείνει τὸν δράκοντα, καὶ τῆς Ἀθηνᾶς ὑποθεμένης τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ σπείρει. τούτων δὲ σπαρέντων ἀνέτειλαν ἐκ γῆς ἄνδρες ἔνοπλοι, οὓς ἐκάλεσαν Σπαρτούς. Idem.*

v *Vetuſtate ut cetera fabuloſiùs extollente.*] Fabulam adtribuunt Phœnicibus: unde *φοινικικὸν τὸ ψεῦδος, ἀπὸ τοῦ κατὰ δράκοντα καὶ τοὺς Σπαρτοὺς, καὶ τὸν Κάδμον ψευδῶς λεγομένων.* Magn. Etymolog. *Idem.*

x *Interea Sapor & Perſæ.*] Sic primus reſtituit Ge nius, cùm in Editione Rom. aliiſque eam ſecutis Edi onibus legeretur: *Jam Imperator & Perſæ.* Codex R gius ſcriptum habet: *Jamperacta re Perſæ.* Valeſ.

y *Per Zagrum montem.*] Hæc ſcriptura tolerari n poteſt, cùm Zagrus mons ſit in Media, teſte Ptolemæ Strabo eum locat in Chalonitide, & Mediam à Babyl nia eo monte dirimi ſcribit: cui accedit Polybius in l 5. Meritò igitur ſcripturam Editionis Rom. reſtitu mus, quæ Regii codicis & Valentini, * Toloſani * Florent. auctoritate firmatur. Eſt autem Izala mons Meſopotamia non procul à Niſibi, ut teſtis eſt Marc linus in lib. 18. his verbis: *Audiſſentque Urſicinum pau antè urbem ingreſſum, montem Izalam petere.* Porrò Iz læ monti alter adnexus eſt Aizumas nomine, inſtar j gi ſeu verticis, è quo duo veluti pedes procurrunt: quibus deinde Izalas ſurgit, paullatímque progredic in altum, & exinde rurſus paullatim in declive delaber uſque ad Tigrim porrigitur: atque ad Caucaſum uſq

ſidiar

ſidiaria [7] duo, [z] Maride & Lorne, introiturum Niſibin occultè dimiſit, mandatis arcaníſque vitæ ſecretioris maritum exorans, ut auditis quæ contigerint, veniret ſecum beatè victurus. Quibus contentus expeditus viator, per ſaltuoſos tramites & frutecta Niſibin paſſibus citis ingreſſus, cauſatúſque ſe dominâ nuſquam viſâ, & forſitan interemptâ, datâ evadendi copiâ caſtris hoſtilibus abſceſſiſſe, & ideo ut vilis neglectus, docet Craugaſium geſta: móxque accepta fide, quòd ſi tutò licuerit, ſequetur conjugem libens, evaſit exoptatum mulieri nuntium ferens: quæ hoc cognito, [8] per Tamſaporem Ducem ſupplicaverat Regi, ut ſi daretur facultas, antequam Romanis excederet finibus, in poteſtatem ſuam juberet propitius maritum adſciſci. Præter ſpem itaque omnium digreſſo advena repentino, qui [a] poſtliminio reverſus, ſtatim ſine ullius evanuit conſcientia, perculſus [9] ſuſpicione Dux Caſſianus, præſidentéſque ibi proceres alii; minitantes ultima Craugaſium inceſſebant, non ſine ejus voluntate vel veniſſe, vel abiſſe hominem clamitantes. [1] Qui proditionis metuens crimen, impendióque ſollicitus, ne tranſitione perfugæ uxor ejus ſupereſſe doceretur, & tractari piiſſimè; per ſimulationem matrimonium alterius ſplendidæ virginis adfectavit. Et velut paraturus neceſſaria convivio nuptiali, egreſſus ad villam octavo lapide ab urbe diſtantem, [2] concito equo ad Perſarum vaſtatorium globum, quem didicerat adventare, confugit: ſuſceptúſque aventer, qui eſſet ex iis cognitus quæ loquebatur, [3] Tamſapori poſt diem traditur quintum: pérque eum Regi [4] oblatus, opibus & neceſſitudine omni re-

7 *Mſ.* Duomaride. 8 *Mſ.* per tam ſaporem. 9 *Mſ.* ernitione. 1 *Al.* Qui verò prod. 2 *Mſ.* concito equo. 3 *Mſ.* tam ſapori. 4 *Al.* ablatis.

ertingeret, niſi brevi diſcidio utrumque montem naura disjunxiſſet. Arzamon autem fluvius ad pedes Izaæ præterfluit. Mons ipſe vino atque omnium fructuum genere abundat, & incolarum multitudine frequentatur, ut prodit Theophylactus Simocatta in lib. 2. nitio. *Valeſ.*

z *Caſtella duo, Maride & Lorne.*] Procopius in lib. . de ædificiis Juſtiniani, σμάρδις τε καὶ λώρνης nominat caella ſita in itinere, quod eſt Daras inter & Amidam. Theophylactus in lib. 2. τὸ μάρδις vocat, ídque caſtellum in diœceſi Amidenſis Epiſcopi fuiſſe ſcribit. Idem n lib. 3. & 5. μάρδες appellat, & ab urbe Daras paraſangis tribus abeſſe memorat. μάρδις etiam vocatur à Menandro Protectore in lib. 8. * In veteri Notitia provinciarum Patriarchæ Antiocheni, in provincia Meſopotamia ſuperiore, ſub metropoli Amyda recenſetur *caſtrum Mardes*, *caſtrum Lornes.* * Idem.

a *Poſtliminio reverſus.*] Notum eſt ſervum qui in hoſtium poteſtatem pervenit, ſi ad ſuos poſtea redierit, reverti in ejus poteſtatem cujus antea fuerat, ídque jure poſtliminii, ut ſcribit Ælius Gallus. Sed quando in eum locum de poſtliminiis incidimus, pauca de veteri Jure adnotare placet. Sciendum igitur eſt, apud veteres poſtliminium in eo locum habuiſſe, qui in aliam civitatem liberam, aut fœderatam ſeſe dicaverat, ſi in ſuam civitatem poſtea redire vellet; ut eleganter diſputat Cicero pro Balbo. Dicatio autem illa de Romanis tantùm civibus intelligenda eſt, qui duarum ſimul civitatum cives eſſe non poterant; ut ibidem docet Tullius. Verumtamen Ciceroni non aſſentitur Proculus in lege 7. D. de capt. & poſtlim. *Non dubito*, inquit, *quin fœderati & liberi nobis externi ſint: non tamen inter nos atque eos poſtliminium eſſe. Etenim quid inter nos atque eos poſtliminio opus eſt, cùm & illi apud nos libertatem, & dominium rerum ſuarum æquè atque apud ſe retineant, & eadem nobis apud eos contingant?* Sed Proculo reſponderi facilè poteſt, retinere quidem integrum jus libertatis, amitti tamen civitatem, ſi verbi gratiâ civis Rom. eſſe deſinit. Is poſtea ſi Romam rediiſſet, jure poſtliminii civitatem recuperabat, ut præter Ciceronem docet Ælius Gallus in lib. 1. ſignif. quæ ad jus pertinent: *Cum populis liberis, & cum fœderatis, & cum regibus poſtliminium nobis eſt ita, uti cum hoſtibus.* Quæ verba refert Feſtus in v. *Poſtliminium.* Sed fatendum eſt, ſaltem poſt Edictum Caracallæ quo omnibus in orbe Rom. agentibus civitas data, hoc jure poſtliminii opus non fuiſſe. *Idem.*

cuperata cum conjuge, [b] quam paucos poſt menſes amiſit, erat ſecundi loci poſt Antoninum, ut ait Poëta præclarus, longo proximus intervallo. Ille enim ingenio & uſu rerum diuturno firmatus, conſiliis validis ſufficiebat in cuncta quæ conabatur: hic natura ſimplicior, nominis tamen itidem pervulgati. Et hæc quidem haud diu poſtea contigerunt. Rex verò licèt [c] ſecuritatem referens vultu, exſultánſque ſpecie tenus urbis excidio videbatur; profundo tamen [5] animi graviter æſtuabat, reputans in obſidionalibus malis ſæpe luctuoſas ſe pertuliſſe jacturas, multóque ampliores ſeipſum populos perdidiſſe, quàm è noſtris ceperat vivos, vel certè per diverſas fuderat pugnas: ut apud Niſibin aliquoties evenit, & [6] Singaram: paríque modo cùm ſeptuaginta tréſque dies Amidam multitudine circumſediſſet armorum, XXX. millia perdidit bellatorum; quæ paullo poſtea per Diſcenen Tribunum & Notarium numerata ſunt hac diſcretione faciliùs, quòd noſtrorum cadavera mox cæſorum fatiſcunt & defluunt, adeo ut nullius mortui facies poſt quatriduum agnoſcatur: interfectorum verò Perſarum inareſcunt in modum ſtipitum corpora, ut nec liquentibus membris, nec ſanie perfuſa madeſcant: quod vita parcior facit, & ubi naſcuntur, exuſtæ caloribus terræ.

CAP. X. Dum hæc per varios turbines in Orientis extimo feſtinantur, difficultatem adventantis inopiæ frumentorum Urbs verebatur æterna: víque minaciſſimæ plebis, famem ultimum malorum omnium exſpectantis, ſubinde Tertullus vexabatur ea tempeſtate Præfectus, irrationabiliter planè: nec enim per eum ſteterat, quo minùs tempore congruo alimenta navibus veherentur: quas maris caſus aſperiores ſolitis, ventorúmque procellæ reflantium, delatas in proximos ſinus, [d] introire portum Auguſti diſcriminum magnitudine perterrebant. Quocirca idem [e] ſæpe Præfectus ſeditionibus agitatus, ac plebe jam ſævitante immaniùs, quam [7] urebat impendens exitium, ab omni ſpe tuendæ ſalutis excluſus, ut æſtimabat, [8] tumultuanti acriter populo, ſed accidentia conſiderare ſueto, prudenter objecit parvulos filios: & lacrimans, *En*, inquit, *cives veſtri (procul omen Dii cæleſtes avertant!) eadem perlaturi vobiſcum, ni fortuna adfulſerit lætior. Si itaque his abolitis, nihil triſte accidere poſſe exiſtimatis, præſtò in poteſtate* [9] *ſunt veſtra.* Qua miſeratione vul-

5 *Al.* animo. 6 *Mſ.* Signaram. 7 *Mſ. & Steph.* urebat. 8 *Al.* tumultuante. 9 Al. *ſum.*

b *Quam paucos per menſes amiſerat.*] Editio Rom. eámque conſecutæ omnes excuſum habent, *paucos poſt menſes*: nec ſecus codex Regius, [Colbert.] * ac Toloſanus *: quare conjecturâ adductus ſic purgandum hunc locum exiſtimavi: *Quam paucos poſt menſes amiſit, erat, &c.* plano ſenſu & aperto. *Valeſ.*

c *Securitatem referens vultu.*] Legendum eſſe videtur *præferens.* Idem.

d *Introire portum Auguſti.*] Antoninus Aug. in Itinerario maritimo mentionem portus hujus facit, & modò *Portum Auguſti*, modò *Portum Urbis* vocat. AEthicus: *Tiberis inſulam facit inter Portum Urbis & Oſtiam.* Vide Cod. Theod. L. 1. de Saccar. port. L. 2 de can. frum. L. ult. de Navicul. Symmach lib. III. Epiſt. 58. Caſſiodor. Variar. lib. IX. Epiſt. 9. * *Lindenbr*

e *Sæpe Præfectus ſeditionibus agitatus.*] Frequente Romæ ſeditiones ex annonæ pænuria naſcebantur. Se

gus, ad clementiam ſuapte natura proclive, lenitum conticuit, æquanimiter venturam opperiens ſortem. Móxque divini arbitrio numinis, quod auxit ab incunabulis Romam, perpetuámque fore reſpondit, [f] dum Tertullus, [g] apud Oſtia in æde ſacrificat Caſtorum, tranquillitas mare mollivit: mutatóque in auſtrum placidum vento, veliſicatione plena portum naves ingreſſæ, frumentis horrea referſerunt.

Cap. XI. Inter hæc ita [1] ambigua Conſtantium, Sirmii etiamtum hiberna quietè curantem, permovebant nuntii metuendi & graves, indicantes id quod tunc magnopere formidabat, [2] Limigantes Sarmatas, quos expuliſſe paternis avitíſque ſedibus dominos ſuos antè monſtravimus, paullatim poſthabitis locis, quæ eis anno præterito utiliter ſunt deſtinata, ne, ut ſunt verſabiles, [h] aliquid [3] molirentur inimicum, regiones confines limitibus occupaſſe: vagaríque licentiùs genuino more, ni pellerentur, omnia turbaturos. Quæ ſuperbiùs incitanda propediem Imperator dilato negotio credens, coacta undique multitudine militis ad bella promptiſſimi, necdum [4] adulto vere ad procinctum egreſſus eſt, gemina conſideratione alacrior: quòd expletus prædarum opimitate exercitus æſtate nuper emenſa, [5] ſimilium ſpe fidenter in effectus animabitur proſperos: quodque [i] Anatolio regente tunc per Illyricum Præfecturam, neceſſaria cuncta vel ante tempus coacta ſine ullius diſpendiis adfluebant. Nec enim diſpoſitionibus umquam alterius Præfecturæ (ut inter omnes conſtat) ad præſens Arctoæ provinciæ bonis omnibus floruerunt, correctione tituban-

1 *Al.* ambiguum. 2 *Mſ.* Limitantes. 3 *Mſ.* molirentur incum reg. *al.* molirentur regiones. 4 *Mſ.* ādulto queat proc. 5 *Mſ.* ſimilium ſpem *al.* ſimili in ſpe

neca in lib. de Brevitate vitæ, ad Paullinum Præfectum annonæ. *Cogita præterea*, inquit, *quantum ſollicitudinis ſit, ad tantam te molem objicere. Cum ventre humano tibi negotium eſt: nec rationem patitur, nec æquitate mitigatur, nec ulla prece flectitur populus eſuriens.* Nec ſolùm in Præfectos & miniſtros annonæ, ſed in ipſos etiam Principes populus Rom. eſuriens ſæviebat, ferrúmque & ſaxa & ignes minabatur: ut ſubjungit Seneca de Caligula. * *Valeſ.*

f *Dum Tertullus apud Oſtia in æde ſacrificabat Caſtorum.*] *Ir. apud Oſtiam in æde.* Et accommodatè ad locum hunc AEthicus: *Tiberis inſulam facit inter Portum Urbis & Oſtiam civitatem: ubi Pop. Rom. cum Urbis Præfecto vel Conſule, Caſtorum celebrandorum cauſâ egreditur ſollemnitate jucunda.* Lindenbr.

g *Apud Oſtia in æde ſacrificat Caſtorum.*] Oſtiam urbem intelligit, quam in neutro *Oſtia* vocat, ſecutus nominis originem, & Græcos auctores qui ita appellant. Ceterùm de hoc ſollemni Caſtorum ſacro præter Æthicum, quem hîc citat Lindenbrogius, loquitur vetus Epigramma:

Litoribus noſtris quoniam certamina lætum
Exhibuiſſe juvat, Caſtor venerandéque Pollux:
Munere pro tanto faciem certaminis hujus,
Magna Jovis proles veſtra pro ſede locavi
Urbanis Tatius gaudens me faſcibus auctum.

* Manſit hic Caſtorum cultus Romæ diutiſſimè: ut patet ex epiſtola Gelaſii Papæ ad Andromachum Senatorem. Porrò hæc ſollemnitas Majuma vocabatur: quam deſcribit Suidas in voce Μαϊουμᾶ. * *Valeſ.*

h *Aliquid molirentur inimicum.*] In Editione Rom. legitur, *aliquid molirentur in eum*, ineptè, ut apparet. Codex Regius ſcriptum habet, *molirentur in con.* [Codex Colbert. *in cum:*] quo ferè modo in Mſ. quoque Florent. ſcriptum eſſe teſtatus eſt Lindenbrogius. Fortè ſcripſerat Marcellinus, *aliquid molirentur incommodum*; ut loquitur in principio lib. xxi. *Comperit Alamannos à pago Vadomarii exorſos, unde nihil poſt ictum fœdus ſperabatur incommodum.* Idem. Fortaſſe tamen *novum.* Gron.

i *Anatolio regente tunc per Illyr. Præfecturam.*] Anatolius Syrus Beryto oriundus, cùm ſcientiam Juris civilis in patria didiciſſet, Romam profectus, admiſſúſque in palatium, per omnes honorum gradus ad Præfecturæ culmen adſcendit. Vir etiam inimicorum judicio admirabilis, ut ſcribit Eunapius in Proæreſio, quem jucundum erit legere. Erat autem ſacrificiis & Græcanicæ religioni inprimis addictus, teſte ibidem Eunapio.

tium benivola & ſollerti, [k] vehiculariæ rei jacturis ingentibus, quæ clauſere domos innumeras, & [l] cenſuali profeſſione ſpecioſa fiducia [m] relevatæ: indemnéſque deinde & innoxii earum incolæ partium, querelarum ſopitis materiis viverent, ni poſtea exquiſitorum deteſtanda nomina titulorum, [n] per offerentes ſuſcipientéſque criminosè in majus exaggerata, [o] his [6] propugnare ſibi nitentibus poteſtates, illis attenuatis omnium opibus ſe fore ſperantibus tutos,

6 *Mſ.* propugnari.

Unde ferè adducor, ut credam eum ipſum eſſe quem Photius in Bibliotheca Vindanium Anatolium appellat Berytium, qui de re ruſtica ſcripſit, cultu ethnicum, ut Photius teſtatur. In Excerptis Geoponic. Vindamonius Anatolius Berytius nominatur: quod unius viri nomen eſt, non trium, ut Cornarius interpres exiſtimavit. Ejus porrò induſtriam, vigilantiam, integritatem, magnitudinem animi, & eloquentiam magnopere commendat Libanius in Epiſt. xv. Qui cùm Præfecturæ codicillis donatus, jámque in Illyricum profecturus Imperatori valediceret, hæc inter cetera dixiſſe fertur. Poſthac Imperator, neminem nocentem dignitas à ſupplicio liberabit: ſed quiſquis leges violarit, ſive judex, ſive militaris, non abibit impune, ut narrat Libanius in Ep. 451. Fuerat primò Conſularis Galatiæ, teſte Libanio in Epiſt. 572. deinde Vicarius Africæ lege 18. Cod. Th. de appellat. & lege 28. de Decurionibus: quæ leges conjungi inter ſe debent. Poſtea Præfectus Præt. fuit Limenio & Catullino Coſſ. ut eſt in eodem tit. Cod. Th. de Decurionibus. * Vide Excerpta Himerii Sophiſtæ ex encomio in Anatolium Præfectum. * *Valeſ.*

k *Vehiculariæ rei jacturis relevatæ.*] Idem quoque teſtatur Aurelius Victor in Trajano his verbis: *Simul noſcendis ocius quæ è Republ. gerebantur, admota media publici curſus: quod quidem munus ſatis utile, in peſtem orbis Rom. vertit poſteriorum avaritia: niſi quòd his annis ſuffectæ vires Illyrico ſunt Præfecto medente Anatolio.* Idem.

l *Et cenſuali profeſſione.*] Cenſualis profeſſio duo continebat, modum agrorum, & numerum capitum, tam liberorum quàm ſervilium. Modus agrorum jugatio, numerus capitum capitatio dicitur in Codice utroque ſæpiſſime. Hinc jugatio & capitatio interdum jungi ſolent, ut in lege 9. Cod. de agricolis & cenſitis: terrenæ, & animales functiones in lege 23. de cenſib. & cenſit. quæ ſunt ſynonyma. Terrenæ enim functiones jugationem ſignificant; animales capitationem. Adde legem unicam in Cod. de colonis Thracenſibus. Utrumque etiam jungit Auctor Panegyrici Conſtantino dicti Flavienſium nomine. *Habemus enim*, inquit, *& hominum numerum qui delati ſunt, & agrorum modum.* Idem.

m *Cenſuali profeſſione relevatæ.*] Quoties ſeu privati, ſeu civitates fundos ſuos nimio cenſu gravatos eſſe conqueſti erant, adeo ut agri ſteriles & inculti modum adſcripti cenſus ferre non poſſent; mittebatur à Principe peræquator ſeu inſpector, qui an juſtæ eſſent querimoniæ diligenter inſpiceret: qui prout retulerat ad Principem, cenſum Princeps relevabat. Hanc relevationem intellexit Spartianus in Nigro. *Palæſtinis*, ait, *rogantibus ut eorum cenſitio levaretur, reſpondit: Vos terras veſtras levari cenſitione vultis; ego verò etiam aerem veſtrum cenſere vellem.* Et auctor Panegyrici Flavienſium ad Conſtantinum: *Relevaturus cenſum definiſti numerum.* & paullo pòſt: *Septem millia capitum remiſiſti, quartam ampliùs partem noſtrorum cenſuum.* Sane Euſebius in lib. 4. de vita Conſtantini cap. 2. quartam partem cenſuum poſſeſſoribus ab eo quotannis donatam eſſe teſtatur. Ad hanc etiam relevationem referre ſoleo locum Eunapii in Proæreſio ſub finem: ἐμέτρει μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς τὴν γῆν τοῖς ἔθνεσιν εἰς τὸ φόρον. * Theodoritus in Epiſtola 43. & 47. κουφισμὸν vocat, & κουφισθῆναι relevari. Et hæc de relevatione paſſim loquuntur Impp. in Cod. tit de Cenſitoribus peræquat. & Priſcus Rhetor in Excerptis legationum: συνεισφέρειν πάντας ἠνάγκασε δασμὸν εἰσπραττομένους καὶ τοὺς κατὰ χρόνον τινὰ τὴν βαρυτάτην κουφισθέντας τῆς γῆς ἀποτίμησιν εἴτε δικαστῶν κρίσει εἴτε βασιλέων φιλοτιμίαις: *Omnes conferre cogebantur, etiam ii qui olim graviſſimo cenſu agrorum relevati fuerant ſive judicum ſententiâ, ſive liberalitate Principum.* Euſebius in lib. 4. de vita Conſtantini cap. 3. ἐπεὶ δὲ ἕτεροι τὰς τῶν πρότερον κρατούντων τῆς γῆς καταμετρήσεις καταμεμφόμενοι, βεβαρῆσθαι αὐτῶν τὴν χώραν κατῃτιῶντο, πάλιν κἀνταῦθα ἄνδρας ἐξισωτὰς κατέπεμπε τὸ ἀζήμιον τοῖς δεηθεῖσι παρέξοντας. Id eſt: *Cùm verò nonnulli deſcriptiones agrorum à ſuperioribus Principibus facta reprehenderent, & poſſeſſiones ſuas prægravatas eſſe quererentur, his rurſus peræquatores miſit, qui à ſupplicantibus damnum omne removerent.* Vide Caſſiodorum in formula, qua cenſus relevatur ei, qui unam caſulam poſſidet prægravatam in lib. 7. *Idem.*

n. *Per offerentes ſuſcipienteſque.*] Offerentes ſunt poſſeſſores, qui tributa inferunt, qui frequentiùs Collatores dicuntur in Codice. Sic Offerentes dicuntur in lege 7. & 8. Cod. Th. de Tironibus, & apud Caſſiodorum in Epiſt. 7. lib x. Gloſſæ veteres, *oblator* συντελεστής. Suſcipientes verò ſunt, qui vulgò Suſceptores nominantur, de quibus abunde notavi in ſuperioribus libris. Hi à Græcis ὑποδέκται dicuntur. Athanaſius in Epiſtola ad Solitarios, Georgium ὑποδέκτην τοῦ ταμειακοῦ appellat. Gloſſæ χρυσυποδέκτης, *ſuſceptor aurarius.* * Chryſoſtomus in oratione 2. de Lazaro: καθάπερ γὰρ ὑποδέκτης τις βασιλικὰ δεξάμενος χρήματα, &c. *Idem.*

o *His propagari ſibi nitentibus poteſtates.*] Nollem Sig. Gelenium hujus depravatæ ſcripturæ auctorem fuiſſe. Quomodo enim ferri poteſt de Suſceptoribus viliſſimis poteſtates dici, quæ nonniſi de ſummis Magiſtratibus dici ſolent? Ego verò cùm in Editione Rom. & Mſſ.

aduſque proſcriptiones miſerorúmque ſuſpendia pervenerunt. Rem igitur emendaturus urgentem, profectus cum inſtrumentis ambitioſis Imperator, ut dictum eſt, [p] Valeriam venit partem quondam Pannoniæ, ſed ad honorem Valeriæ Diocletiani filiæ & inſtitutam & ita cognominatam: ſub pellibúſque exercitu diffuſo per Hiſtri fluminis margines, barbaros obſervabat, ante adventum ſuum amicitiæ velamento [7] Pannonias furtim vaſtandas invadere hiemis duriſſimo cogitantes, [q] cùm necdum ſolutæ vernis caloribus nives amnem undique pervium faciunt, noſtríque pruinis ſubdivales moras difficilè tolerabant. Confeſtim itaque miſſis ad Limigantes duobus Tribunis cum interpretibus ſingulis, explorabat modeſtiùs percunctando, quam ob rem relictis laribus, poſt pacem & fœdera petentibus adtributis, ita palarentur varii, limitéſque contra interdicta pulſarent. Qui vana quædam cauſantes & irrita, pavore adigente mentiri, Principem exorabant in veniam, obſecrantes ut ſimultate abolita, tranſmiſſo flumine ad eum venire permitterentur, docturi quæ ſuſtinerent incommoda: paratíque intra ſpatia orbis Romani, ſi id placuerit, terras ſuſcipere longè diſcretas, ut diuturno otio involuti, & [r] [ſ] quietem colentes tamquam ſalutarem Deam, tributariorum onera ſubirent & nomen. His poſt reditum Tribunorum compertis, Imperator exſultans, ut negotio quod rebatur inexplicabile, ſine ullo pulvere conſummando, cunctos admiſit, [8] aviditate

7 *Mſ.* Pannonias furtim vaſtandas. 8 *Mſ.* aviditate.

omnibus legi ſcirem *his propugnari*, unius apicis mutatione locum integritati ſuæ reſtitui. Senſus autem hic eſt: dum provinciales enituntur, ut judices provincialium ſibi propugnent, ſeque ab Suſceptorum avaritia tueantur, contráque Suſceptores properant Collatorum opes evertere, ac ſe ita demum tutos fore ſperant: judicibus fortè cum Suſceptore colludentibus miſeros poſſeſſores ad inopiam redactos, partim proſcriptos eſſe, partim ſuſpendio vitam finiiſſe. Intelligit autem Valentiniani & ſequentium Principum tempora, quibus Illyrici tributorum onere funditus oppreſſi ſunt, ut ipſe dicit in lib. 30. Ceterùm ad pleniorem hujus loci notitiam ſciendum eſt, moris tunc fuiſſe, ut provinciales ſeſe in potentiorum ac militarium, maximè Ducum patrocinia conferrent, ut ſibi adverſus Suſceptores auxilio eſſent. Ac ſæpe Suſceptores ipſi qui ad ſuſcipiendos publicos titulos venerant, malè multati è vicis revertebantur, ut queritur Libanius in Orat. περὶ προστασιῶν. *Valeſ.*

p *Valeriam venit partem quondam Pannoniæ, ſed ad honorem Valeriæ Diocletiani filiæ & inſtitutam & ita cognominatam.*] GAL. VALERIA AUG. ut eſt in priſcis nummis, Diocletiano patre nata, Gal. Val. Maximianum maritum habuit, qui (ut eſt apud Aur. Victorem in Cæſarib.) *vulnere peſtilenti conſumptus eſt, cùm agrum ſatis Reip. commodantem, cæſis immanibus ſilvis, atque emiſſo in Danubium lacu Pelſone* (*Peiſone* legendum monuit me V. Cl. Marcus Velſerus Duumvir Aug.) *apud Pannonios feciſſet. Cujus gratiâ provinciam uxoris nomine Valeriam appellavit.* Valeriam provinciam inter Danubium & Dravum Rufi Breviarium ponit, & ex eo Jordanes in lib. de Succeſſ. Reg. qui duas Valerias facit; putà mediterraneam unam, alteramque ripenſem. Unde Notitia Imperii Ducis Valeriæ ripenſis meminit, & præſidia quæ ſub eo, deſcribit. *Lindenbr.*

q *Cum necdum ſolutæ nives amnem pervium fac.*] Hic mos Barbaris, qui trans Danubium agebant. * Ovidius in libro 3. Triſtium elegiâ 10. id de Getis dicit. * Florus in fine lib. 4. *Daci*, inquit, *quoties concretus gelu Danubius junxerat ripas, decurrere ſolebant, & vicina populari.* Et Plinius in Grat. actione: *An audeant*, inquit, *qui ſciant te adſediſſe ferociſſimis populis eo ipſo tempore, quod amiciſſimum illis, difficillimum nobis, cùm Danubius ripas gelu jungit, duratúſque glacie ingentia tergo bella tranſportat.* Et ut ad Conſtantii tempora veniamus, idem ſcribit Libanius in βασιλικῷ· τὰς προτέρας, inquit, καταδρομὰς, πρὸς ἃς ἀντιβλέπειν μὲν οὐκ ἐξῆν, μιᾶς δ' εὐχῆς τυγχάνουσιν ἐγίγνετο σώζεσθαι· αὕτη δ' ἦν μὴ παγῆναι βέβαιον ἐν Ἴστρῳ κρύσταλλον, ὥστε καὶ ἐπελθεῖν παρέχειν. *Priores excurſiones Scytharum, adverſus quas ne oculos quidem attollere licebat: ſed unicum ſupererat votum, cujus compotes ſalvi eſſemus: ne ſcilicet Danubius ſolida glacie conſtringeretur, adeo ut tranſitum barbaris daret.* Valeſ.

r * *Quietem Deam.*] De Quiete Dea vid. Auguſtinum l. 4. de Civ. Dei cap. 16. * *Lindenbr.*

ſ *Quietem colentes tamquam ſalut. Deam.*] * Elegan-

plus habendi incenſus: quam adulatorum cohors augebat, id ſine modo ſtrepentium, quòd externis ſopitis, & ubique pace compoſita, proletarios lucrabitur plures, & tirocinia cogere poterit validiſſima: [t] aurum quippe gratanter provinciales corporibus dabunt, [v] quæ ſpes rem Romanam aliquoties adgravavit. Proinde vallo [x] prope Acimincum locato, celſóque aggere in ſpeciem tribunalis erecto, naves vehentes quoſdam legionarios expeditos, alveum fluminis proximum ripis obſervare ſunt juſſæ, cum [y] Innocentio quodam Agrimenſore hujus auctore conſilii: ut ſi barbaros tumultuare ſenſiſſent, aliorſum intentos poſt terga pervaderent improviſi. Quæ Limigantes licèt properari ſentirent, [z] nihil tamen præter preces fingentes ſtabant incurvi; longè alia quàm quæ geſtu præferebant & verbis, altis mentibus perpenſantes. Viſóque Imperatore ex alto ſuggeſtu jam ſermonem [9] parante leniſſimum, meditantéque alloqui velut morigeros jam futuros: quidam ex illis furore percitus truci, calceo ſuo in tribunal contorto, *marha*, *marha*, quod eſt apud eos ſignum bellicum, exclamavit: eúmque ſecuta incondita multitudo, vexillo elato repentè barbarico, ululans ferum in ipſum Principem ferebatur. Qui cùm ex alto deſpiciens plena omnia diſcurrentis turbæ [a] cum [1] millibus vidiſſet, retectíſque gladiis & verutis jam propinquam perniciem: externis miſtus & ſuis, ignotúſque dux eſſet an miles, quia neque cunctandi aderat tempus neque ceſſandi

9 *Mſ.* parare. 1 *Al.* miſſilibus.

ter Græci dicunt θύειν ἡσυχίᾳ, ut loquitur Philoſtratus in libro 1. de vitis Sophiſtarum, de Æſchine, qui fugiens Athenis, Rhodum ſe recepit, ibíque reliquum vitæ tranſegit, θύων ἡσυχίᾳ καὶ μούσαις. * Eâdem figurâ Chion in Epiſtola ad Clearchum Heracleotarum Tyrannum, πραεῖαν θεὸν vocat ἡσυχίαν· ἡ πραεῖα, inquit, ἐπιστάιη θεὸς ἡσυχία καὶ ταῦτα λέγῃ, &c. *Valeſ.*

t *Aurum gratanter prov. corporibus dabunt.*] Senſus eſt provinciales libentiùs aurum quàm tirones daturos eſſe. Sic corpora pro tironibus ſumuntur in lege 2. 7. & 14. Cod. Theod. de tironibus, & in lege 1. de filiis milit. Eodem ſenſu σώματα Græci interdum pro tironibus uſurpant, ut Procopius in lib. 4. Goth. de Narſete: χρήματα οὖν καὶ σώματα καὶ ὅπλα ἐπαξίως πρὸς τοῦ βασιλέως κεκόμισται τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς. *Gratanter* igitur hîc poſitum eſt pro *gratantiùs*, poſitivus pro comparativo: quæ locutio familiaris eſt Marcellino. Sic in lib. 17. *Obſequi defenſoribus ut in malis, optabile, quàm ſervire ſuis mancipiis arbitrati.* Et in lib. 28. *Suſpicatus parum quàm oportuerat miſſum.* Et alibi tum in Auctore noſtro, tum apud Tacitum alióſque. *Idem.*

v *Quæ ſpes rem Rom. aliquoties aggravavit.*] Ea certè avaritia Valentem ac ſimul Remp. Rom. pæne perdidit, ut docet Marcellinus in lib. 31. & Socrates in lib. 4. Hiſt. Eccleſ. cap. 28. Præclarè Vegetius in lib. 1. cap. 7. *Quantum*, ait, *uſu experimentiſque cognovimus, hinc tot ubique ab hoſtibus illatæ ſunt clades; dum longa pax militem negligentiùs incuriosiúſque legit.* Idem.

x *Prope Acumincum.*] In exemplari Regio [& Colbert.] * ac Toloſ. * & Editione Auguſtana *Acimincum* ſcribitur, neque aliter in Notitia Imperii Rom. ſub Duce Pannoniæ ſecundæ. Sed à Ptolemæo Ἀκίμιγκον dicitur opidum inferioris Pannoniæ. *Idem.*

y *Innocentio quodam Agrimenſore.*] Johannes Sichardus in prologo quem Editioni Codicis Theod. præfixit eum ipſum eſſe exiſtimat, qui de Notis Juris ſcripturum librum reliquit. Sanè librum Innocentii de Notis litterarum, unà cum ceteris Agrimenſoriæ rei ſcriptoribus in Bibliothecis exſtare dudum accepi: cúmque non ſemel in ſcriptis ſuis adducit Cl. Salmaſius. Memoratur etiam ab Eunapio in Chryſanthii vita Innocentius quidam Juriſconſultus, avus Chryſanthii, ὃς νομοθετικὴν εἶχε δύναμιν παρὰ τῶν τότε βασιλέων ἐπιτετραμμένος: qui an idem ſit cum Agrimenſore noſtro, alii viderint. *Idem.*

z *Nil tamen præceps fingentes.*] Ita primus excudit Gelenius. Nam in Editione Rom. legitur, *nil tamen præter fingentes.* In codice autem Regio, [& Colbert.] * ac Toloſ. * *Nil tamen preces fingentes.* Fortaſſe junctis utriuſque codicis lectionibus ſcribendum eſt: *Nil tamen præter preces fingentes, &c.* Idem.

a *Cum militibus vidiſſet.*] Et hanc lectionem primus Gelenius excogitavit. In Rom. certè Editione legebatur, *cum milibus vid. retectiſque gladiis & ver. jam propinqua pernicie.* Accurſius autem ſic edi juſſit, ex conjectura, ut arbitror: *Cum miſſilibus vidiſſet, retectiſque gladiis & verutis, jam propinqua pernicie &c.* Optime

:quo veloci impoſitus, curſu effuſo evaſit. Stipatores tamen pauci, dum [b] i- gnis more inundantes conabantur [2] arcere, aut vulnerati interierunt, aut pon- leribus ſuperruentium ſolis adflicti: ſelláque regalis cum aureo pulvinari nullo vetante direpta eſt. Mox autem audito quòd ad ultimum pæne tractus exitium, n abrupto ſtaret adhuc Imperator, antiquiſſimum omnium exercitus ratus :um juvare, (nondum enim exemptum periculis æſtimavit) ſalutis faſtu ſi- lentior, licèt ob procurſionem ſubitam ſemitectus, ſonorum & Martium fren- lens, barbarorum mori obſtinatorum catervis ſemet immerſit. Et quia virtute ledecus purgatura ardens copia noſtrorum erupit, iras in hoſtem perfidum pa- ans, obvia quæque obtruncabat ſine parcimonia, vivos conculcans & ſemi- eces ac peremptos: & antequam exſatiaret cædibus barbaricis manus, acervi onſtipati ſunt mortuorum. Urgebantur enim rebelles, aliis trucidatis, aliis errore disjectis: quorum pars ſpem vitæ caſſis precibus uſurpando, multipli- atis ictibus cædebantur: póſtque deletos omnes [3] [c] in receptum canentibus lituis, oſtri quoque licèt rari videbantur exanimes, quos impetus conculcaverat ve- emens, aut furori reſiſtentes hoſtili, lateráque nudantes intecta, ordo fatalis bſumpſit. Mors tamen eminuit inter alios Cellæ Scutariorum Tribuni, qui ıter confligendi exordia [4] primus omnium in medios Sarmatarum globos ſe nmiſit. Poſt quæ tam [5] ſæva, digeſtis [6] [d] pro ſecuritate limitum quæ rationes ıonebant urgentes, Conſtantius Sirmium redit, ferens de hoſte fallaci vindi- cam: & maturatis quæ neceſſitates temporis poſcebant inſtantes, egreſſus xinde Conſtantinopolim petit: ut Orienti jam proximus, cladibus apud A- ııdam mederetur acceptis, & redintegrato ſupplementis exercitu, impetus Legis Perſarum pari virium robore cohiberet: quem conſtabat (ni cæleſtis ra- io, impenſiórque repelleret cura multorum) Meſopotamiâ relictâ poſt ter- ga, per extenta ſpatia ſigna moturum.

Cap. XII. Inter has tamen ſollicitudines, velut ex recepto quodam anti- quitus more, ad vicem bellorum civilium inflabant litui quædam colorata læſæ

2 *Al.* arcere interierunt ponderibus. 3 τὸ in *deeſt al.* 4 *Al.* primum. 5 *Al.* ſæve. 6 *Al.* pro ſecuritate, quæ limitum.

ꝫo quidem judicio In Regio codice exaratum eſt, *cum* *illibus*: [in Colbert. *cum milibus vidiſſet, retectiſque* *ſudiis & verutis jam propinquam perniciem*: bene omni- o.] * In Toloſano, *cum militibus*. Valeſ. Videtur ſcripſiſſe *plena omnia diſcurrentis turbæ tumultibus*. Gron.

b *Ignis more inundantes.*] Elegans locutio, ut in Coſſar. *Undantia flammis*, βρύασοντα. * Tertull. de Ju- dicio Domini cap. x. p. 1089.

Tunc avidus rapido eſt incluſus tartarus igne
Atque procelloſis flamma intus fluctuat undis.

Anaſtaſius Bibliothecar. in Vitis PP. p. 218. *Habitatio* -- *flamma ignis exundante combuſta*. Aliud exemplum notat Scaliger ad Auſon. * *Lindenbr.*

c *In receptum canentibus lituis.*] Vulg. τὸ *in* deeſt, ſed nos fidem Mſ. codicis ſequuti ſumus, quam Am- mian. ipſius adſtruit. Sic enim lib. xx. *In receptum canen- tibus ſignis*. Lib. xxi. *Datoque ſigno in receptum*. Græcis eſt ἐπὶ τὴν ἀναχώρησιν; cui contrarium ἐς μάχην. Procopius Gothicor. lib. 2. pag. 245. οἱ ταῖς σάλπιγξιν τὸ παλαιὸν ἐν τῷ ῥωμαίων στρατῷ χρώμενοι, νόμους τινὰς ἠπίσταντο δύο, ὧν ἅτερος μὲν ἐγκελευομένῳ τε ἐπιπλεῖστον ἐῴκει, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐς μάχην ὁρμῶντι, ὁ δὲ ἄλλος ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀνεκάλει τοὺς μαχομένους. *Idem.*

d *Pro ſecuritate militum.*] Mallem ſcribi *limitum*. Va- leſ.

crimina majeſtatis: quorum exſecutor & adminiſter [c] ſæpe [7] dicendus ille Notarius miſſus eſt Paulus: qui peritus artium cruentarum, ut laniſta [f] ex commerciis libitinæ vel ludi, ipſe quoque ex eculeo vel carnifice quæſtum fructúmque captabat. Ut enim erat obſtinatum fixúmque ejus propoſitum ad lædendum; ita nec furtis abſtinuit, innocentibus exitiales cauſas [8] adſtringens, dum in calamitoſis ſtipendiis verſaretur. Materiam autem in infinitum quæſtionibus extendendis dedit occaſio vilis & [9] parva. Oppidum eſt Abydum in Thebaïdis parte ſitum extrema: hìc [g h] Beſæ Dei localiter appellati oraculum quondam futura pandebat, priſcis circumjacentium regionum cærimoniis ſolitum coli. Et quoniam quidam præſentes, pars per alios [i] deſideriorum indice miſſâ ſcripturâ, [k] ſupplicationibus expreſsè conceptis conſulta numinum ſcitabantur chartulæ ſeu membranæ continentes quæ petebantur, poſt data quoque reſpon

7 *Mſ.* dictaneus. 8 *Mſ.* adſtringens. 9 *Mſ.* pura.

c *Sæpe dicendus ille Notarius.*] In Regio codice perinde ut in Flor. ſcriptum reperi *ſæpe dictaneus*, [in Codice Colbert. *ſæpe dictanens*,] * in Toloſano *ſæpe dictus*, * in Editione Rom. *ſæpe dictanes.* [Legendum omnino eſt, *ſæpe dictandus*, id eſt ſæpe dicendus, ſæpe à nobis memorandus. Quippe verbis frequentativis gaudet Ammianus, ac frequenter uti conſuevit: ſicut ſuprà *terras ſæpe vaſtitatas* in libro 16. *denſitatas acies* in hoc libro, alia alibi uſurpavit.] Ceterùm hujus peſtiferi Pauli meminit Julianus in Epiſt. ad Athen. & Libanius in Orat. pro Ariſtophane, & in Orat. funebri, pag. 298. *Valeſ.*

f *Ex commerciis libitinæ vel ludi.*] Libitinæ nomine intelligo funebres ludos: quippe in funeribus Optimatum gladiatores dare moris olim fuit: eos gladiatores Cicero buſtuarios appellat. De iiſdem Hieronymus ad Sabinianum Diaconum. *Hoc*, ait, *plango, quòd te ipſe non plangis, quòd te non ſentis mortuum, quòd quaſi gladiator paratus libitinæ, in proprium funus ornaris.* Ludi verò nomine familiam gladiatoriam intelligi notum eſt: quamquam ludi vocabulo poſſunt etiam intelligi ſpectacula gladiatorum, quæ à Magiſtratibus exhibebantur populo Romano. *Idem.* Immo quid notius, quam ludum eſſe ipſum ædificium & locum, in quo incluſi gladiatores inſtruebantur & docebantur ab laniſta, ut ſecutorum in ludo Cæſaris Capuæ fuiſſe quinque millia ait Cicero VII ad Attic. epiſt. 14. Et ſæpe apud Suetonium. *Gron.*

g *Beſæ Dei localiter appellati.*] Accuratè hunc locum interpretatur Petrus Pithœus J. C. Adverſarior. lib. 1. cap. 2. *Localiter* autem dixit, ut Tertull. de Pall. cap. 2. *Rurſus orbis alius idem mutat, & nunc localiter habitus.* * Idem de Spectac. cap. 20. *Specialiter vel localiter.* * Caſſiodor. Var. 1. Epiſt. 35. *Localiter certis ſolet deſævire temporibus.* Ita lego, *non deſervire*, ut perperam in vulgatis libris habetur. *Lindenbr.*

h *Beſæ Dei.*] Fruſtra nos Lindenbrogius ad P. Pithœi Adverſaria rejicit. Is enim vir alioquin doctiſſimus atque inter præcipua Galliæ ornamenta cenſendus, parum feliciter in hoc Marcellini loco explicando verſatu eſt. Quare ad hujus loci illuſtrationem nihil ex eo affer poteſt. Sed Caſaubonus in Notis ad Hiſtoriam Aug ſtam exiſtimare ſe dicit, Beſam Deum fuiſſe apud Æg ptios, à quo urbs appellata ſit Beſa, quæ poſtea Beſa tinoiis dicta eſt, Helladii patria, ex duobus numinib Beſa & Antinoo compoſita dictione. Cujus doctiſſi viri conjecturæ eò libentiùs accedo, quòd obſerva multa ſimilia vocabula præſertim propria, ex binoru nominibus Deorum ab Ægyptiis compingi ſolita. S Serapammon & Heraclammon apud Vopiſcum; He mammon in Hiſtoria Euſebii; * Apammon, & He manubis apud Gregorium in Carminibus de vita ſu * Phœbammon & Nilammon in Syneſii, & Iſidori F luſiotæ Epiſtolis; Hermapion apud Marcellinum n ſtrum, Horapollon, & alia alibi memorantur. Ad verum eſt, quod ait Lucianus in Dialogo pro imagi bus, Ægyptios, tametſi ſint omnium hominum re gioſiſſimi, tamen Deorum nomina ſibi imponere, ita plerique apud eos nomen è cælo tractum habeant. Porrò Beſam nomen Ægyptium eſſe, teſtatur Dion ſius Alexandrinus apud Euſebium in Hiſtoriæ Eccl libri VI. capite XLI. ὁ ἀνδρειότατος ὁπλομάχος τοῦ θεοῦ [illegible] σᾶς. & Pauli Ægyptii Sophiſtæ pater, *Beſarion*, ſeu p tiùs *Beſapion* dictus eſt, teſte Suida. * *Valeſ.*

i *Deſideriorum indice miſſa ſcriptura.*] De Heliopolit ni Dei oraculo idem tradit Macrobius in lib. 1. Satur cap. 23. *Conſulunt hunc Deum & abſentes miſſis diploma bus conſignatis: reſcribítque ordine ad ea quæ conſultatio abdita continentur.* Ad eum morem referenda ſunt L banii verba in πρεσβευτικῷ ſub finem: ἔχω σοῦ γράμματα παρὰ τῷ θεῷ κείμενα. *Idem.*

k *Supplicationibus expreſſe conceptis.*] Erant apud v teres illos ſupplicationum ſollemnes formulæ, qu migrare religioſum habebatur. Ideóque mos erat, quid verborum præteriretur, de ſcripto præire aliquei rurſúſque alium cuſtodem dari qui attenderet, ut Plinius in lib. 28. cap. 2. Juvenalis Sat. 6.

--- *ſtetit ante aram, nec turpe putavit*

ſau

ſa interdum remanebant in fano. Ex his aliqua ad Imperatorem malignè ſunt miſſa, qui ut erat anguſti pectoris, obſurdeſcens in aliis etiam nimiùm ſeriis, in hoc titulo [l] imâ, quod aiunt, auriculâ mollior, & ſuſpicax, & [1] minutus, acri felle concaluit: ſtatímque ad Orientem ociùs ire monuit Paulum, poteſtate delata, ut inſtar Ducis rerum experientiâ clari, ad arbitrium ſuum [m] audiri efficeret cauſas. Datúmque eſt negotium Modeſto etiamtum per Orientem Comiti, apto ad hæc & ſimilia. [n] Hermogenes enim Ponticus ea tempeſtate Præfectus Prætorio, ut lenioris ingenii ſpernebatur. Perrexit ut præceptum eſt Paulus, funeſti [2] furoris & anhelitus plenus: datáque calumniæ indulgentiâ, plurimi ducebantur ab orbe propè terrarum, juxtà nobiles & obſcuri: quorum aliquos vinculorum adflixerant nexus, alios clauſtra pœnalia conſumpſerunt. Et electa eſt ſpectatrix ſuppliciorum feralium civitas [3] in Palæſtina Scythopolis, gemina ratione viſa magis omnibus opportuna, quòd ſecretior, & inter Antiochiam Alexandriámque media, unde multi plerumque ad crimina trahebantur. Ductus eſt itaque inter primos Simplicius [o] Philippi filius ex Præfecto & Conſule, reus hac gratiâ poſtulatus, quòd ſuper adipiſcendo interrogaſſe dicebatur Imperio: pérque elogium Principis torqueri præceptus, qui in his caſibus nec peccatum aliquando pietati dederat nec erratum, fato quodam ar-

1 *Al.* munitus. 2 *Mſ.* muroris. 3 τὸ in *deeſt al.*

Pro cithara velare caput, dictataque verba
Protulit ut mos eſt.

Hi cuſtodes à Tertulliano in Apologetico Monitores dicuntur. *Illuc*, ait, *ſuſpicientes Chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubeſcimus, denique ſine monitore, quia de pectore oramus.* Ubi Tertullianus habitum orantium Chriſtianorum opponit Gentilium mori. Gentiles enim ferè complicitis manibus & capite velato, & adhibito cuſtode ſeu monitore orabant. *Valeſ.*

l *Ima quod aiunt auricula mollior.*] Cicero lib. 2. ad Quint. fratrem: -- *Auricula infima ſcito molliorem.* Catull. Epigram. xxv.

--- mollior cuniculi capillo,
Vel anſeris medulla, vel imula oricilla. Lindenbr.

m *Audiri efficeret cauſas.*] Audiri efficeret, ait, non autem audiret. Nam cauſarum cognitio Modeſto Comiti mandata erat. Paulus autem Notarius ad urgendum judicium dumtaxat erat miſſus, ut Modeſtum in accuſatos læſæ majeſtatis acriùs incitaret. Neque dubito, quin Paulus Notarius honoris causâ Modeſto judicanti adſederit cum aliis Honoratis. Interdum etiam Notarii à Principe miſſi, pro tribunali cognoſcebant. Sic in Collatione Carthaginenſi judex ſedebat Marcellinus V. Cl. Tribunus & Notarius: & Sozomenus in lib. 4. cap. IX. Notarium à Conſtantio miſſum Alexandriam, multos civium ſupplicio affeciſſe dicit: *βασιλικός τις ταχυγράφος ἐκ τοῦ τάγματος τῶν καλουμένων νοταρίων ἀποσταλεὶς τιμωρῆσαι πολλοὺς Ἀλεξανδρέων ἐβασάνισε.* Denique apud Sulpicium in lib. 3. de vita Martini, Tribuni (non militares, ſed Notarii, ut opinor) ſumma poteſtate præditi, & cum jure gladii ad Hiſpanias delegantur à Maximo. Ceterùm nomina eorum, qui præſentes adſtiterant, cùm cauſa judicaretur, adnotabantur in actis, ut patet ex Collatione Carth. & ex lege 5. Cod. Theod. de fide teſtium. *Valeſ.*

n *Hermogenes enim Pont. Præf. Præt.*] Hic Muſoniano ſeu Strategio ſucceſſerat, ut ait Libanius in Orat. de vita ſua, ubi eum à lenitate morum commendat, perindeac Marcellinus hoc in loco. *Idem.*

o *Philippi ex Præfecto & Conſule.*] Conſul fuit cum Sallia anno Domini 348. eodémque anno Præfectus Prætorio Paulum ex Conſtantinop. ſede, quam Romani Pontificis litteris munitus receperat, expulit juſſu Conſtantii, impiúmque Macedonium reſtituit, ut ex Athanaſii Apologia ad Conſtantium, & ex Actis Pauli Conſtant. aliíſque diſcimus. * Oriundus fuit Theſſalonica urbe Macedoniæ, ut ait Sozomenus in libri 3. capite 8. Idem teſtatur vetus Inſcriptio Neapolitana, quam refert Gruterus pag. 1908. * Idem Athanaſius in Epiſt. ad Solitarios eumdem Philippum nondum vertente anno, quo Paulum crudeliter occiderat, Præfecturâ boníſque ſpoliatum ac relegatum miſerè periiſſe teſtatur: quod equidem demiror. Nam Zoſimus in lib. 2. ubi Magnentianum bellum commemorat, ejuſdem meminit paullo ante Murſenſe prœlium. *Κωνστάντιος ἐκπέμπει Φίλιππον ἐν μεγίστοις ἀξιώμασιν ἄνδρα καὶ φρονήσει προέχοντα.* *Idem.*

cente, p corpore immaculato 4q latâ fugâ damnatus eſt. Dein r Parnaſius ex Præfecto Ægypti, homo ſimplicium morum, eò deductus periculi ut pronuntiaretur capitis reus, itidem pulſus eſt in exſilium: ſæpe auditus multo antehac retuliſſe, quòd cùm Patras Achaïcum oppidum, ubi genitus habuit larem, impetrandæ causâ cujuſdam relinqueret poteſtatis, per quietem deducentia ſe habitus tragici figmenta viderat multa. ſ Andronicus pòſt à ſtudiis liberalibus & claritudine carminum notus, in judicium introductus, cùm ſecura mente nullis ſuſpicionibus urgeretur, purgando ſemper & fidentiùs abſolutus eſt. t Demetrius itidem Chytras cognomento Philoſophus, grandævus quidam, & corpore durus & animo, ſacrificaſſe aliquoties confutatus infitiari non potuit, adſerens propitiandi causâ numinis hæc à prima adoleſcentia factitaſſe, non tentandi ſublimiora ſcrutatis: nec enim quemquam id noverat adfectare. Diu itaque adhærens eculeo, cùm fiducia gravi fundatus, nequaquam varians, eadem oraret intrepidus, Alexandriam, unde oriebatur, innoxius abire permiſſus eſt. Et hos quidem alióſque paucos æqua ſors veritatis adjutrix, periculis exemit abruptis. Criminibus verò ſerpentibus latiùs per implicatos nexus ſine fine diſtentos, quidam corporibus laniatis exſtinguebantur: alii pœnis ulterioribus damnati ſunt, bonis ereptis, Paulo ſuccentore fa-

4 *Mſ.* τὸ fuga *deeſt al.*

p *Corpore immaculato lata fuga damnatus.*] Inſeruimus vocem ex Mſ. nam in vulg. τὸ *lata* deeſt. Explicando loco faciunt Marciani J. C. verba ex L. 5. ff. de interd. & releg. *Exſilium triplex eſt, aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, ut omnium locorum interdictio, præter certum locum, aut inſulæ vinculum, id eſt, relegatio in inſulam.* Lindenbr.

q *Lata fuga.*] Exſilii triplex genus eſſe ait Marcianus in lege 5. D. de interdictis & releg. aut certorum locorum interdictionem, putà cùm alicui interdicitur ne Ægyptum adeat: aut latam fugam, ut omnia loca interdicantur præter certum locum; verbi gratiâ cùm quis extra territorium civitatis ſuæ digredi prohibetur: aut denique inſulæ vinculum. Lata fuga igitur eſt latum exſilium, collatione facta ad inſulare vinculum. Id genus exſilii intellexiſſe videtur Libanius in Orat. pro Ariſtophane: μόνος δὲ οὗτος ἐκολάζετο περιγεγραπτοῖς ὅροις, ὧν ἐκτὸς οὐκ ἦν κινεῖσθαι. *Hic autem ſolus punitus eſt circumſcriptus finibus, extra quos egredi non licebat.* Valeſ.

r *Parnaſius ex Præfecto Ægypti.*] Hujus meminit Libanius in Epiſt. 352. & in Oratione luculenta pro Ariſtophane Corinthio. ἐπεθύμησε, ait, δυστυχῶς τῆς Αἰγυπτίων ἀρχῆς Παρνάσιος, &c. ubi multa de toto hoc negotio Parnaſii habes, quo involutus & ambuſtus fuit Ariſtophanes. Eidem Parnaſio ob reditum ab exſilio gratulatur in Epiſtola 718. quæ ſic incipit: καὶ ἡνίκα τοῖς πολλοῖς Ἀβυδηνοῖς ἐκείνοις περιπεπτώκεις, ἤλγουν, καὶ νῦν εἰλημμένου σε τῆς Κορίνθου καὶ τῶν πατρῴων ἀγαθῶν χαίρω. Id eſt: *Et cùm in multos illos Abydenos incidiſti, dolebam: & nunc Corinthum, & paterna te bona recuperaſſe gaudeo.* Ubi in Abydenorum nomine jocus eſt elegans: nam Abydeni Græco proverbio calumniatores dicebantur, & negotium illud quo vexatus fuerat Parnaſius, ex Abydo initium ſumpſerat, ut Marcellinus hîc docet. In illis autem verbis: καὶ τῶν πατρῴων ἀγαθῶν videtur ad Patras alludere, quæ fuit Parnaſii patria. *Idem.*

ſ *Andronicus claritudine carminum notus.*] Hujus meminit Libanius in Epiſtola ad Themiſtium 69. Ἀνδρόνικος ὁ ποιητὴς οὕτω διέθηκε περὶ αὐτὸν τὰς μέχρι Αἰθιόπων πόλεις, &c. Ejuſdem meminit in Orat. de vita ſua, pag. 50. Photius in Bibliotheca, poſt excerpta ex Helladio, ait in eodem volumine fuiſſe opera Andronici Decurionis Hermopolitani ad Phœbammonem Comitem Cynopolitanum: cúmque fabulas & diverſi generis poëmata ſcripſiſſe: qui an diverſus ſit ab hoc noſtro, alii viderint. * De hoc intelligendus eſt Themiſtius in Oratione adverſus eos, qui Sophiſtam ſuum malè interpretantur. καὶ εἰ μέν τις εἶπε τί ἐστι ξυντιθέναι τραγῳδίαν καὶ ἔπη καὶ διθυράμβους, ὥσπερ ἔναγχος ἐπιδημήσας Αἰγύπτιος νεανίσκος. ἀλλ' ἀμαθής γε εἶναι ὁμολογεῖ τὴν ὑψηλοτέραν σοφίαν. *Idem.*

t *Demetrius Chytras cognom. Philoſoph.*] Hic eſt, ni fallor, Philoſophus Cynicus, qui Chytron dicitur à Juliano in Orat. ad Heraclium, quomodo Cynicè ſit philoſophandum, ubi Cynicos omnes recenſet, qui ad Conſtantii Aug. Comitatum ſe contulerant: ἀνῆλθεν ὁ Ἀσκληπιάδης, εἶτα ὁ Σερηνιανὸς, εἶτα ὁ Χύτρων, εἶτα οὐκ οἶδα παιδάριόν τι ξανθὸν καὶ εὐμήκης, εἶτα σύ. Quid enim hæc Marcellini verba, *& corpore durus & animo*, annon apertè

bularum crudelium, [v] quaſi [x] è pomptuaria cella fallaciarum [5] & nocendi ſpecies [y] ſuggerente complures, cujus ex nutu (propè dixerim) pendebat incedentium omnium ſalus. Nam [z] [a] ſi qui remedia quartanæ, vel doloris alterius collo geſtaret, [b] ſive per monumentum tranſiſſe veſpere malivolorum argueretur indiciis, ut veneficus, ſepulcrorúmque horrores & errantium ibidem animarum ludibria colligens vana, pronuntiatus reus capitis interibat. Et prorſus ita res

5 *Mſ.* & nocendi ſpecies egerentque. *al.* extulit nocendi ſpecie exitque complures.

Cynicum denotant? χύτρων autem & Chytras (ſic enim ſcribendum eſt) planè idem eſt. Obſervavi tamen hujuſmodi ſcurrilia cognomenta ferè per ας efferri ſolere. Sic ſuprà Euſebius Pittacas, & alter Euſebius Mattiocopas commemorati ſunt. Et Dioſcorides Φακᾶς cognominatus eſt, teſte Suida: Ammonius Philoſophus Σακκᾶς: Conſtantius Magnus Τραχηλᾶς, teſte Cedreno; in Victoris Epitome *Trachala*: Johannes quidam Juſtiniani temporibus Φαγᾶς, Procopio teſte, iiſdémque temporibus alter Johannes Δακνᾶς eſt dictus, ut refert Agathias in lib. 4. *Valeſ.*

v *Quaſi è prompt. cella.*] Eleganter Regius codex * & Toloſanus * ſcriptum habent, *quaſi è prompt. cella.* Sic Plautus in Amphitryone Actu 1. *Quaſi è promptuaria cella depromar ad flagrum.* In Editione Rom. excuſum eſt, *quaſce prompt. cella.* Idem.

x *E promptuaria cella.*] Gloſſar. *Penuria cella & promptuarium*, ταμεῖον. Plaut. Amphitr. *Velut è promptuaria cella depromar ad flagrum.* Lindenbr.

y *Egitque complures.*] In Regio & Flor. codice, [Colbert.] * ac Toloſano * & in Editione Rom. legitur, *egerentque complures.* Unde nulla propemodum mutatione locum à Caſtello mirificè corruptum priſtino nitori reſtitui hoc modo: *Paulo ſuccentore fabularum crudelium quaſi è prompt. cella fallaciarum & nocendi ſpecies ſuggerente complures.* quam ſcripturam veram hujus loci eſſe vel ſonus ipſe demonſtrat. Poſſet etiam legi *gerente.* Porrò ſuccentor fabularum is eſt, qui ὑποβολεὺς Græco vocabulo dicitur, qui actoribus modos ac numeros ſuggerebat, ut docet Plutarchus in tractatu qui πολιτικὰ παραγγέλματα inſcribitur: *μιμεῖσθαι τοὺς ὑποκριτὰς τοῦ ὑποβολέως ἀκούοντας καὶ μὴ παρεκβαίνοντας τοὺς ῥυθμούς.* Et Dio in fine libri 61. de Nerone qui citharœdico habitu prodibat in ſcenam. *καὶ αὐτῷ*, inquit, *ὁ Βοῦῤῥος καὶ ὁ Σενέκας καθάπερ τινὲς διδάσκαλοι ὑποβάλλοντές τι παρειστήκεσαν.* Nec aliunde ſumptâ metaphorâ S. Athanaſius dixit in Orat. . contra Arianos ſub finem: *ὑποκρίνονται μὲν οὗτοι ἅπερ ἂν αὐτοῖς ὑποβληθῇ*: & ſic intelligo quod in titulo Comœdiarum Terentii toties legitur, *Modos dedit Flaccus.* Valeſ.

z *Si quis remedia quartanæ.*] Tale erat vetus illud ABRACADABRA, quod hemitritæo depellendo ſalutiferum putabant: de quo Q. Ser. Sammon. Et Marcell. Empir. cap. XV. remedium valde certum & utile faucium doloribus ait, ſi in charta, quæ in Phœniceo involuta lino colligatur, colloque ſuſpenditur, hi verſus ſcribantur:

> Εἶδον τρίμερῆ χρύσεον Τοάναδον,
> Καὶ ταρταροῦχον Τυζάναδον,
> Σῶσον με σεμνὲ νερτέρων ὑπέρτατε.

* Tertull. adverſus Gnoſt. *de ſcorpii venenis*: -- *In remediis naturalia plurimùm, aliquid & magia circumligat, medicina cum ferro & poculo occurrit*, c. 1. * O præclaræ artis ingens ludibrium! Sed ſuperſtitioſi illi φυσικὰ περίαπτα hæc vocant, iiſque arcanam quandam ſecretioris potentiæ vim ineſſe aiunt, quæ ab occultis tribuit miracula verbis: magno profectò errore. * Non enim (ut præclarè Tatianus inquit,) *ὁ μεμηνὼς σκυτίδων ἐξαρτήμασι θεραπεύεται.* * Itaque exſtirpando errori etiam artium ſecretarum curioſiſſimos magnam diligentiam adhibuiſſe ſcimus. Spartian. in Caracalla: *Damnati ſunt & qui remedia quartanis tertianiſque collo annexa geſtarent.* Sancti ſanè Patres in primogenia Eccleſia ſummo ſtudio anniſi ſunt, qui malum hoc prohiberent. * Chryſoſtomus ad Antiochenos Orat. 21. *Quid verò diceret aliquis de his, qui carminibus & ligaturis utuntur, & de circumligantibus aurea Alexandri Macedonis numiſmata capiti vel pedibus?* * Exſtat ea de re Synodi VI. in Trullo can. LXI. ad quem Balſamonis hæc verba ſunt: φυλακτήριοι, *hoc eſt remediorum ſeu amuletorum præbitores dicuntur, qui fraude dæmonis eis qui à ſe decipiuntur, vincula quædam ex ſericis filis contexta, quæ &* τύγια *dicuntur, præbent, quæ aliquando quidem intus habent ſcripturas, aliquando verò falſa quædam alia, quæcunque inciderint. Dicunt autem hæc juvare, ſi ex collis eorum, qui illa accipiunt, perpetuò pendeant, ad omne malum vitandum.* Et quid aliud, τὸ πρῶτον τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου, vel Pythagoræ τὸ τρίπλευν τρίγωνον collo appendere, quàm vetitis artibus levamen dolorum inde exſpectare? adeo nec noſtro quoque ſæculo tam peſtilens ſuperſtitio inviſa! *Lindenbr.*

a *Si qui remedia quartanæ.*] Huc referenda eſt lex 6. Cod. Theod. de Maleficis & Mathem. data ad Taurum Præf. Præt. Euſebio & Hypatio Coſſ. Sic enim emendanda ſubſcriptio. *Valeſ.*

b *Sive per monumentum tranſiſſe.*] Ad magiam rite perficiendam * vel membrorum medelam, * etiam mortuorum * aut ora, ut Apuleius Mileſ. 2. ait, paſſim demorſicabantur, aut * oſſa jam carioſa conquirebantur. Porphyrius de Abſtinentia ab eſu animal. lib. II. pag. 33. *Τῶν ἀτάφων -- σώμασιν, οἷς καὶ οἱ γόητες καταχρῶνται πρὸς αὐτῶν ὑπηρεσίαν, βιαζόμενοι τῇ τοῦ σώματος, ἢ μέρους τοῦ σώματος κατοχῇ.* Apuleius * Mileſ. lib. 2. p. 108. *Oppidò formido cæcas & inevitabiles latebras magicæ diſciplinæ. Nam ne mortuorum quidem ſepulcra tuta dicuntur: ſed & buſtis & rogis reliquiæ quædam & cadaverum præ-*

agebatur, quaſi Clarum, Dodonæas arbores, & [c] effata Delphorum olim ſollemnia, in Imperatoris exitium ſollicitaverint multi. Unde blanditiarum tætra commenta palatina cohors exquiſitè confingens, immunem eum fore malorum communium adſerebat, [d] fatum ejus vigens ſemper & præſens in abolendis adverſa conantibus eluxiſſe, vocibus magnis exclamans. Et inquiſitum in hæc negotia fortiùs, nemo qui quidem rectè ſapiat reprehendit. Nec enim abnuimus ſalutem legitimi Principis, propugnatoris bonorum & defenſoris, unde ſalus quæritur aliis, conſociato ſtudio muniri debere cunctorum: cujus redimendæ causâ validiùs, ubi majeſtas pulſata defenditur, à quæſtionibus vel cruentis [e] nullam [f] Corneliæ leges exemere fortunam. Sed exſultare mæſtis caſibus effrenatè non decet, ne videantur licentiâ regi ſubjecti, non poteſtate. Imitandus ſit Tullius, cùm parcere vel lædere potuiſſet, ut ipſe adfirmat, ignoſcendi quærens cauſas, non puniendi occaſiones: quod judicis lenti & conſiderati eſt proprium. Tunc apud Daphnen, amœnum illud & ambitioſum Antiochiæ ſuburbanum, viſu relatúque horrendum natum eſt monſtrum, [g] infans ore gemino, cum dentibus binis & barba, quatuórque oculis, & breviſſimis duabus auriculis: qui partus ita diſtortus præmonebat Rempublicam in ſtatum verti deformem. Naſcuntur hujuſcemodi ſæpe portenta, indicantia rerum variarum eventus: quæ quoniam [h] non expiantur, ut apud veteres, publicè inaudita prætereunt & incognita.

CAP. XIII. His temporibus Iſauri dïu quïeti, poſt geſta quæ ſuperio

ſegmina ad exitiabiles viventium fortunnas petatu. * Idem Mileſ. III. *Apparatu ſolito inſtruxit feralem officinam, omne genus aromatis, & ignorabiliter laminis litteratis, & infelicium manium durantibus calvis defletorum, ſepultorum etiam cadaverum expoſitis multis admodum membris.* * Tatianus adverſus Græcos p. 203. Τῶν ῥιζῶν αἱ ποικιλίαι, νευρῶν τε καὶ ὀστέων περιλήψεις, οὐκ αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς δραστικαί τινές εἰσι, στοιχείωσις δὲ ἐστι τῆς τῶν δαιμόνων μοχθηρίας. * Unde gravis hæc querela Johan. Chryſoſtomi Hom. 38. in Matthæum Εἰς τοῦτο ἔρχονται μαγγανείας, ὡς μηδὲ τὰ ὀστᾶ τῶν κατοιχομένων κινεῖν ὀκνεῖν. *Lindenbr.*

c *Effata Delphorum.*] Oracula Delphica: quo ſignificatu libro XXVIII. *Parentis effata, quid augurales alites vel cantus monerent oſcinum adprime callentis.* * Varro de Ling. Latin. lib. 5. *Effata dicuntur, quòd augures finem auſpiciorum cæleſtium extra urbem agris ſunt effati.* * Vid. Hadriani Junii Animadverſ. lib. III. cap. 10. *Idem.*

d *Fatum ejus ingens.*] In codice Regio, [& Colbertino,] * ac Toloſ. * ſcribitur *vigens.* Valeſ.

e *Nullam Corneliæ leges exemere fortunam.*] Exſtat nunc ea de re Conſtitutio Valentiniani, Valentis, & Gratiani, L. 1. C. Theod. & L. 4. C. Juſtin. ad L. Jul. Majeſtat. nam Corneliæ Legis, in qua de majeſtatis crimine pleniùs actum, uti hoc loco Ammianus & Cicero, C. Cornelium hac lege accuſatum defendens, arguunt, verba periere. *Lindenbr.*

f *Corneliæ leges.*] Legem Corneliam majeſtatis memorat Cicero in Piſonem. Sed poſtquam Julius Cæſ leges Cornelias emendavit ac ſupplevit, lex Julia majeſtatis exinde ſemper dicta eſt, ut patet ex Jure Civ. Atque hinc eſt, quòd Suetonius in Nerone legem Juliam vocat, quæ eſt Cornelia de ſicariis & venefic. Nam Locuſtæ excuſanti minus veneni Britannico datu ad occultandam cædis invidiam, reſpondet Nero: *Sa. inquit, legem Juliam timeo.* * Ceterùm quod ait Marcellinus, in crimine majeſtatis nullam haberi dignitat rationem, ſic effertur Græcè in Homilia XIII. Chryſoſtomi ad populum Antiochenſem: ἔνθα γὰρ ἂν ᾖ καθοσίωσις, ἀξίωμα οὐδὲν ἀρκεῖ. *Valeſ.*

g *Infans ore gemino.*] Sic tempore Apollonii Tya apud Syracuſas infans capite trigemino natus, trib. Impp. Galbæ, Vitellio, Othoni tragicum exitum portendit. Philoſtrat. lib. V. cap. 5. Et Mauricio Imp. trill omen, in proaſtio Urbis C P. puer natus quadrupe alius biceps. Additque Theophyl. Simocat. qui hiſtoria narrat, lib. VI. λέγουσι οἱ τὰς ἱστορίας μετ' ἐπιμελείας συγγράψαντες, μὴ εἶναι εἰς ἀγαθὸν τῶν τοιῶν πόλεσιν ἐπιφάνειαν. Atque id ipſum eſt, quod Ammianus ait: *Partus ita diſtortus præmonebat Rempub. in ſtatum verti debere deforme.* Vid. Jul. Obſequent. & Cedren. in Theodoſ. *Lindenbr.*

h *Non expiantur ut apud veteres.*] D. Hieronym. Epiſt. 63. *Legamus veteres hiſtorias, & maxime Græc.*

continet textus, tentatúmque Seleuciæ civitatis obſidium, paullatim reviviſcentes (ut ſolent verno tepore foveis exſilire ſerpentes) ſaltibus degreſſi ſcrupuloſis & inviis, confertíque in cuneos denſos, per furta & latrocinia finitimos [6] adflictabant; prætenturas militum ut montani fallentes, pérque rupes & dumeta ex uſu facilè diſcurrentes. Ad quos vi vel ratione ſedandos [i] Lauricius, adjecta Comitis dignitate, miſſus eſt rector; homo civilis prudentiæ: qui minis potiùs quàm acerbitate pleraque correxit, adeo ut eo diu provinciam obtinente, nihil accideret, quod animadverſione dignum æſtimaretur.

6 *Al.* adflictab. & eò prætent.

& Latinas, & inveniemus luſtralibus hoſtiis, ſecundùm errorem, portentoſas ſoboles tam in hominibus, quàm in armentis ac pecudibus expiatas. Ejus rei plura exempla apud T. Livium & alios leguntur. *Lindenbr.*

i. *Lauricius, adjecta Comitis dignitate.*] Hujus Lauricii Comitis per Iſauriam meminere Scriptores Hiſtoriæ Eccl. eúmque unà cum Leona (quem Marcellinus in lib. xx. Quæſtorem nominat) interfuiſſe ex more narrant Synodo quæ Seleuciæ in Iſauria habita eſt hoc ipſo anno, Euſebio & Hypatio Coſſ. Apud Socratem in lib. 2. λαυρίκιος ὁ τῶν κατὰ τὴν Ἰσαυρίαν στρατιωτῶν ἡγούμενος dicitur. *Valeſ.*

Explicit Liber XIX.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XX.

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XX. continentur.

CAPUT I. *Lupicinus Magiſter armorum adverſus Scotorum & Pictorum incurſiones in Britannias cum exercitu mittitur.*

C. II. *Urſicinus Magiſter peditum Præſentalis, calumniis appetitus diſcingitur.*

C. III. *Defectus Solis: & de duobus Solibus; ac de cauſſis defectuum Solis & Lunæ; déque variis Lunæ mutationibus ac figuris.*

C. IV. *Julianus Cæſar à militibus Gallicanis, quos Conſtantius ipſi detrahi, & in Orientem adverſus Perſas transferri juſſerat, Luteciæ Pariſiorum ubi hiemabat, per vim Auguſtus appellatur.*

C. V. *Julianus Aug. concionem habet ad milites.*

C. VI. *Singara à Sapore oppugnata, & capta: opidani cum equitibus auxiliaribus & duabus legionibus præſidiariis in Perſidem abducti: opidum exciſum.*

C. VII. *Bezabden opidum, à tribus legionibus defenſum, Sapor expugnat; ac reparatum præſidio commeatúque inſtruit: idem Virtam munimentum fruſtra adoritur.*

C. VIII. *Julianus Aug. per litteras Conſtantium A. de re Luteciæ geſta certiorem facit.*

C. IX. *Conſtantius A. Julianum Cæſaris nomine contentum eſſe jubet, legionibus Gallicanis uno animo conſtanter repugnantibus.*

C. X. *Julianus Aug. Francos cognomine Attuarios trans Rhenum inopinantes aggreſſus, poſt plurimos partim captos, partim occiſos, ceteris pacem petentibus dedit.*

C. XI. *Conſtantius Aug. Bezabden omnibus copiis oppugnat, ac re infecta diſcedit: & de arcu cæleſti.*

CAPUT I. HÆc per Illyricum, pérque Orientem rerum ſeries fuit. Conſulatu verò Conſtantii decies, térque Juliani, [a] in Britanniis cùm Scotorum Pictorúmque gentium ferarum excurſus, rupta quiete condicta, loca limitibus [b] vicina [1] vaſtarent, & implicaret formido provincias præteritarum cladium congerie feſſas: hiemem agens apud Pariſios Cæſar, diſtractúſque in ſollicitudines varias, verebatur ire ſubſidio transmarinis: (ut retulimus ante [c] feciſſe [2] Conſtantem) ne rectore vacuas relinqueret Gallias Alamannis ad ſævitiam etiamtum incitatis & bella. [3] [d] Ire igitur ad hæc ratione vel vi componenda Lupicinum placuit, ea tempeſtate Magiſtrum armorum, bellicoſum ſanè, & caſtrenſis rei peritum, ſed ſupercilia erigentem ut cornua, & de tragico, quod aiunt, cothurno ſtrepentem: ſuper quo diu ambigebatur, avarus eſſet potiùs, an crudelis. Moto ergo velitari auxilio, Ærulis ſcilicet

1 *Mſ.* vaſtarent. 2 *Mſ.* Conſtantem. 3 *Mſ.* Ire igitur ad hæc retione vel compon.

a *In Britanniis cum Scotorum Pictorumque gentium ferarum.*] Claudian. de Bello Gothico:

Venit & extremis legio prætenta Britannis,
Quæ Scoto dat frena truci, ferroque notatas
Perlegit exſangues Picto moriente figuras. Lindenbr.

b *Vicina vaſtarentur.*] Cùm in Mſſ. omnibus atque in Editione Romana legatur *vaſtarent*, ſic totum locum ſcribendum eſſe cenſeo: *Cùm Scotorum, Pictorúmque gent. fer. excurſus rupta quiete condicta, loca lim. vicina vaſtarent.* Valeſ.

c *Feciſſe Conſtantem.*] Conſtans Aug. in Britanniam inſulam trajecit: ut barbaros coërceret qui inſulam infeſtabant; quam expeditionem Marcellinus noſter in geſtis Conſtantis non prætermiſerat: quinetiam occaſione ſumpta, ut ſolet, tractum Britanniæ deſcripſerat, ut ipſemet teſtatur in lib. 27. Ea autem Conſtantis expeditio contigit poſt victoriam de Francis, teſte Libanio in Orat. quæ βασιλικὸς inſcribitur. Hæc porrò victoria de Francis refertur ab Idatio & Socrate Conſulatu Conſtantii III. & Conſtantis II. qui annus erat Domini 342. Proinde in ſequentem annum cadit expeditio Britannica. Quod etiam ex ſubſcriptione legis 5. Cod. Theod. de extraordin. acutè notavit Jac. Gothofredus in Notis ad Expoſitionem totius mundi. *Idem.*

d *Mittere igitur ad hæc loca ad rationes componendas.*] Hæc eſt P. Caſtelli conjectura: nam in Editione Rom. excuſum erat hoc modo: *Ire igitur ad hæc ratione vel*

& Batavis, [e] numeríſque [4] Mœſiacorum duobus, adulta hieme [f] Dux antedictus Bononiam venit: quæſitíſque navigiis, & omni impoſito milite, obſervato flatu ſecundo ventorum, [g] ad Rutupias ſitas ex adverſo defertur, petítque [5] Lundinium: ut exinde ſuſcepto pro rei qualitate conſilio, feſtinaret ociùs ad procinctum.

CAP. II. Quæ cùm ita geruntur, poſt Amidæ oppugnationem Urſicinum ad commilitium Principis ut peditum Magiſtrum reverſum, (ſucceſſiſſe enim eum Barbationi prædiximus) obtrectatores excipiunt: primò diſſeminantes mordaces ſuſurros: dein propalam ficta crimina ſubnectentes. Quibus Imperator adſenſus, ex opinione pleraque [6] æſtimans & inſidiantibus patens, Arbetionem & Florentium Officiorum Magiſtrum quæſitores dederat, ſpectaturos quas ob res oppidum ſit exciſum. Quibus apertas probabiléſque refutantibus cauſas, veritíſque ne offenderetur Euſebius Cubiculi tunc Præpoſitus, ſi documenta ſuſcepiſſent perſpicuè demonſtrantia, Sabiniani pertinaci ignavia hæc accidiſſe quæ contigerunt: à veritate detorti, inania quædam, longéque à negotio diſtantia ſcrutabantur. Qua iniquitate percitus qui [7] audiebatur: *Etſi*

4 *Al.* Mœſicorum pluribus. 5 *Al.* Lundinum. 6 *f.* æſtimaſſet. 7 *Al.* audiebat.

ponenda, &c. prout etiam in Regio ac Flor. codicibus ſcriptum reperi. Unde proclive erat veram ſcripturam deprehendere. Sic enim in fine libri ſuperioris locutus eſt Auctor noſter: *Ad quos vi vel ratione ſedandos Luricius miſſus eſt Rector.* Valeſ.

[e *Numeríſque Mœſiacorum duobus.*] Numeros Ammianus Marcellinus modò pro legionibus, modò pro cohortibus tantùm aut auxiliis ſumit. Nomine autem hoc non tantùm Marcellinus & Notitia Imperii Rom. atque eorum temporum Scriptores, ſed etiam veteres Auctores utuntur. Hirtius in libro VIII. de bello Gallico: *Cn.* inquit, *Pompeius legionem primam, quam ad Cæſarem miſerat confectam ex delectu provinciæ, Cæſari eam tamquam ex ſuo numero dedit. Cæſar tamen Pompeio legionem remiſit, & ex ſuo numero Quintamdecimam, quam in Gallia citeriore habuerat, ex SC. jubet tradi. Ex ſuo numero dare*, aut *tradere legionem*, idem eſt, atque ex copiis ſibi Senatuſconſulto attributis, vel ex ſuo exercitu, quem SC. obtineat. In libro I. de bello civili: *Omnes Domitium circumſiſtunt & cuſtodiunt, legatóſque ex ſuo numero ad Cæſarem mittunt.* Sermo eſt de cohortibus XXX. quæ Corfinium ſub Domitio tenebant. *Ex ſuo numero*, id eſt, ex ſuo corpore, & nomine totius præſidii. Suetonius in Auguſto capite XVII. ſcribit, eum *turbatum nuntiis de ſeditione militum, quos ex omni numero confectâ victoriâ Brundiſium præmiſerat, repetiſſe Italiam. Ex omni numero*, id eſt, ex omnibus legionibus. Et in libro VIII. ſex militum millia, ſeu *bina è III. legionibus Mœſiacis millia, numeros* appellat. *Et tum quidem, ait, compreſſa res eſt, revocatis ad officium numeris parumper.* Cedrenus tradit Marcianum qui poſtea imperavit, tum gregarium militem, è Græcia ad bellum Perſicum cum ſuo numero profectum eſſe στρατιώτης λιτὸς ὢν πρὸ τούτου Μαρκιανὸς κατὰ τοῦ ἰδίου νουμέρου ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος κατὰ Περσῶν ἀπήει: *cum ſuo numero*, id eſt, cum ſua legione. Mœſiacos porrò in duos minimùm numeros diviſos fuiſſe, indicant ſuprà laudata Marcellini verba. Nuper repertus eſt in urbe Mettis lapis, cùm munitionum fundamenta jacerentur, ita inſcriptus. D. M. APOLLINARI EX ORDINE MESIACORUM HOC MONUMENTUM COMMILITONES POSUERE. *Meſiacorum* heic mendoſè ſcriptum pro *Mœſiacorum*: ut mihi affirmavit vir clariſſ. atque doctiſſimus humaniſſimúſque, à quo ipſam Inſcriptionem accepi, Aimericus Bigotius Rotomagenſis, inter amicos meos haud poſtremo loco numerandus. Ex ea Inſcriptione judicari poteſt, Mœſiacos tum Mediomatricis ſeu Mettis urbi claræ præſediſſe: quos ſolùm intra Gallias tum militaſſe docet Marcellinus. Sed poſtea ſub Valentiniano ejúſque ac Theodoſii filiis Mettis in præſidio fuit legio *prima Flavia*, quæ principatu Conſtantii, ſive ætate Ammiani Marcellini noſtri, unà cum legione prima Parthica Singaræ in Meſopotamia præſederat: ſicuti in Notitia Galliarum obſervavi, Notitiam Imperii Rom. ſecutus. In lapide quem laudavi, Apollinaris *ex ordine Mœſiacorum* fuiſſe dicitur, id eſt, ex corpore Mœſiacorum, ex numero, vel ex legione Mœſiacorum. Mentio autem *Deorum Manium* indicat apertè, hominem à Chriſtiana religione alienum, & vano Deorum cultui addictum fuiſſe.] *Idem.*

f *Dux antedictus Bononiam venit.*] Tabula Itineraria vetus: *Geſſoriaco, quod nunc Bononia.* * Annal. de Geſtis Caroli Magni p. 180. *Bononiam Gallicam, civitatem maritimam.* * Galli *Bologne* vocant. Vid. Explicat. Fragmentorum Tabulæ antiquæ Marc. Velſeri pag. 37. *Lindenbr.*

g *Ad Rutupias ſitas ex adverſo.*] Angloſaxonibus ho-

me, inquit, *deſpicit Imperator, negotii eſt tamen magnitudo, ut nonniſi judicio Principis noſci poſſit & vindicari: ſciat tamen velut quodam præſagio, quòd dum mæret ſuper his, quæ apud Amidam geſta emendatâ didicit fide, dúmque ad ſpadonum arbitrium trahitur,* [8] *defruſtandæ Meſopotamiæ proximo vere ne ipſe quidem cum exercitus robore omni opitulari poterit præſens.* Relatis adjectíſque cùm interpretatione maligna compluribus, iratus ultra modum Conſtantius, nec diſcuſſo negotio, nec patefieri quæ ſcientiam ejus latebant permiſſis, adpetitum calumniis, depoſitâ militiâ digredi juſſit ad otium. Agilone ad ejus locum [9][h] immodico ſaltu promoto, ex Gentilium Scutariorum Tribuno.

CAP. III. Eodem tempore per Eoos tractus cælum ſubtextum caligin[e] cernebatur obſcura, & à primo auroræ exortu aduſque meridiem intermica[bant] bant jugiter ſtellæ: híſque terroribus accedebat, quòd cùm lux cæleſtis ope[...] riretur, è mundi conſpectu penitus luce abrepta, defeciſſe diutiùs Solem p[a]vidæ mentes hominum æſtimabant: primò attenuatum in Lunæ corniculant[is] effigiem, deinde [i] in ſpeciem auctum [1] ſemenſtrem, poſteáque in integrum re[ſ]titutum. Quod aliàs non evenit ita perſpicuè, niſi [k] cùm poſt inæquales cur[ſ]ſus [l] intermenſtruum Lunæ ad idem revocatur initium certis temporum inte[r]vallis: id eſt, cùm in domicilio ejuſdem ſigni tota reperitur Luna ſub Sole l[i]niamentis objecta rectiſſimis, [m] atque in his paulliſper conſiſtit minutis, qu[æ] geometrica ratio partium [2][n] partes appellat. Ac licèt utriuſque ſideris conve[r]ſiones & motus, ut ſcrutarores cauſarum intelligibilium adverterant, in[...]

8 Al. *defenſandæ*. 9 *Steph.* moderandum à ſe. 1 *Mſ.* ſemeſtrem. 2 *Mſ.* partium partes app.

dic *Rich-borovv* dicitur. Vid. Guilel. Cambdeni Britanniam, & quæ notat M. Velſerus ad Fragm. Tabulæ antiquæ, pag. 19. *Lindenbr.*

h *Immodico ſaltu promoto.*] Lib. XXII. *Ab egeſtate infima ad ſaltum ſublati divitiarum ingentium.* Lib. XXVI. *Promotus repentino ſaltu Patricius.* L. 8. C. de advoc. diverſ. jud. *Permutationum ſaltibus ſuperiore gradu captato.* Sic in Jure Canonico *per ſaltum promoveri*, c. 1. diſt. 52. & cap. unic. de Cler. per ſaltum prom. *Idem.*

i *In ſpeciem auctum ſemenſtrem.*] Semenſtrem pro ſemimenſtrua poſuit: quam ſpeciem Græci *διχόμηνον* vocant. Sic in Gloſſis veteribus, *ſemenſtre*, *ἡμιμήνιον*: *ſemenſtris*, *ἡμιμηνιαῖος*. Vetus Poëta Aſtronomicōn in Catalectis Scaligeri:

Jam cur ſemenſtri non ſemper palleat orbe,
Inflexi præſtant obliquo tramite curſus.

* Poſtremò vetus Scholiaſtes Juvenalis in ſatiram 7. *Semeſtris*, inquit, *Luna dicitur, quum menſis medium permenſa eſt ſpatium.* Sed & Apuleius in libro 1. Metamorphoſeos non procul ab initio: *Earúmque media ſemeſtris Luna flammeos ſpirabat ignes.* * Valeſ.

k *Cùm ad inæquales curſus intermenſtruum Lunæ a[d i]dem revocatur.*] Inf. *Niſi tempore intermenſtrui defic[ere] viſam nuſquam Lunam.* Cleomedes: ἐπὶ ἐν μόνῃ τῇ [...] σελήνῃ συμβαίνειν δυνατόν. Lib. II. cap. 6. περὶ τ̃ σελ[ήνης] ἐκλείψεως. Q. Curt. lib. IV. pag. 71. *Scirent temporum [or]bes implere deſtinatas vices, Lunamque deficere, c[um] aut terram ſubiret, aut Sole premeretur.* Vid. Gemin[i] cap. περὶ ἐκλείψεως τ̃ σελήνης. Plin. lib. 2. cap. 10. *L[in]denbr.*

l *Intermenſtruum Lunæ.*] Intermenſtruum pro ple[ni]lunio uſurpat Marcellinus infrà, cùm ait nonniſi te[m]pore intermenſtrui deficere viſam uſquam Lunam. S[ed] in loco quem præ manibus habemus, ineptum eſt de p[le]nilunio intelligere. Itaque pæne adducor ut credam Marcellinum ipſum ſcripſiſſe: *Cùm iter menſtruum Lu[næ] ad idem revocatur initium.* Valeſ.

m *Atque in his paulliſper conſiſtit minutis.*] Quod L[a]tinis *minutum*, id Græcis eſt τὸ λεπτόν. Pappus Alexan[drinus] ἡ ᾿ μοῖρα (ἔχει) λεπτὰ ξ. Auguſtin. de Civit. Dei cap. lib. 2. *Non ad minuta incomprehenſibilia, ſed ad tempor[um] ſpatia pertinet, quæ obſervari notarique poſſunt.* L[in]denbr.

n *Partes appellat.*] Mſ. *partium partes appellat.* Pl[in.] lib. II. cap. 10. *ſcripula partium* dixit. *Idem.*

nu

num eumdémque finem lunari curſu impleto, perenni diſtinctione conveniunt: tamen Sol non ſemper his diebus obducitur, ſed cùm Luna è regione, velut libramento quodam, igneo orbi & adſpectui noſtro opponitur media. Ad ſummam tum Sol occultatur ſplendore ſuppreſſo, cùm ipſe & lunaris globus aſtrorum omnium infimus, parili comitatu obtinentes circulos proprios, ſalváque ratione altitudinis interjectæ junctim locati, ut ſcienter & decore [o] Ptolemæus exponit, ad dimenſiones venerint, quos ἀναβιβάζοντας & καταβιβάζοντας [p] ἐκλειπτικοὺς συνδέσμους, coagmenta videlicet defectiva Græco [3] dictitant ſermone. Et ſi contigua iiſdem juncturis præſtrinxerint ſpatia, dilutior erit defectus. Si verò articulis ipſis inhæſerint, qui coactiùs adſcenſus vinciunt & deſcenſus, [4] offunditur denſioribus tenebris cælum, ut craſſato aëre ne proxima quidem & adpoſita cernere queamus. [q] Sol autem geminus ita videri exiſtimatur, ſi erecta celſiùs ſolito nubes, æternorúmque ignium propinquitate collucens, orbis alterius claritudinem tamquam è ſpeculo puriore formaverit. Nunc veniamus ad Lunam. Apertum & evidentem ita demum ſuſtinet Luna defectum, cùm pleno lumine [5] rotundata Solíque contraria, ab ejus orbe centum octoginta partibus, id eſt ſigno ſeptimo, diſparatur. Et quamquam hoc per omne plenilunium ſemper eveniat, non ſemper deficit tamen. Sed quoniam circa terrenam mobilitatem locata, & á cælo totius pulcritudinis extima, nonnumquam ferienti ſe [6] ſubſerit luci, objectu metæ noctis in conum [7] deſinentis anguſtum latet parumper umbrata: túmque nigrantibus involvitur globis, ſi Sol ſphæræ inferioris curvamine circumfuſus, mole obſiſtente terrena, radiis eam ſuis illuſtrare non poſſit: quam numquam habere proprium lumen opiniones variæ collegerunt. Et cùm ad idem ſignum æquis partibus Soli concurrerit, obſcuratur (ut dictum eſt) penitus hebetato candore; [r] σύνοδος Græcè [8] [ſ] μήνης dicitur. Naſci autem putatur, cùm parva declinatione velut è perpendiculo ſuperjectum gerit Solem. Exortus verò ejus adhuc graciliſcens primitus mortalitati videtur, cùm ad ſecundum relicto Sole migraverit ſignum. [9] Progreſſa itaque porrectiùs,

3 *Mſ.* dictitata ſerm. 4 *Mſ.* offenditur. 5 *Al.* rotunda. 6 *Mſ.* ſubſerit lanici. 7 *Mſ.* deſidentis. 8 *Al.* menc Græcè ſynodus. naſci autem. 9 *Mſ.* progreſſus.

o *Ptolemæus exponit.*] τῆς μαθηματικῆς συντάξεως lib. VI. *Lindenbr.*

p ΕΚΛΕΙΠΤΙΚΟΥΣ ΣΥΝΔΕΣΜΟΥΣ.] Cleomedes in lib. 2. etiam συναφὰς dici adnotat: ὥστε οὕτως ἔχων ὁ διαμέσου τῶν δύο σημεῖα τέμνει ἀναγκαίως, ὃς ἡλιακὸς καὶ ἐκλειπτικὸς καλεῖται· ταύτας οὖν τὰς τομὰς οἱ μὲν συναφὰς, οἱ δὲ συνδέσμους καλοῦσιν. Hinc Sol apud Nonnum in lib. 38. Dionyſ. monens Phaëthontem ſic loquitur:

Ἄκρα δὲ συνδέσμοιο φυλάσσεο, μὴ σχέδον ἕρπων
Ἅρμασιν ἡμετέροις ζοφοειδέα κῶνον ἑλίξας
Φέγγος ὅλον κλέψειεν ὀπιπεύων σέο δίφρου.

Adde Chalcidium in Timæum Platonis. *Valeſ.*

q *Sol autem geminus.*] Exempla adducit Plin. lib. II. cap. 31. *Albæ duo Soles viſi.* Livius lib. 17. pag. 323. *Lindenbr.*

r Μήνης *Græcè* σύνοδος *dicitur.*] Ita membranæ antiquæ. Codex Flor. *univae Græc.* vulgati libri, *mene Græce ſynod.* Eſt autem τῆς μήνης σύνοδος, quæ σεληνιακὴ σύνοδος Gemino pag. 152. *Idem.*

ſ ΜΗΝΗΣ *Græce* ΣΥΝΟΔΟΣ.] Luna à Græcis olim dicebatur μήνη. Varro in lib. 5. de lingua Lat. *Sic menſis*, ait, *à Lunæ motu dictus, dum ab Sole profecta rurſus redit ad eum Luna, quòd Græce olim dicta μήνη: unde illorum μῆνες, ab eo noſtri.* & D. Ambroſius in Ep. 83. denique Theon in Arati Prognoſtica: μήνη etiam à Græcis vocata eſt Luna, ut ſcribit Cleomedes in lib. 2. ubi qua-

jámque abundè nitens cornutæ habitu, μηνοειδὴς eſt appellata. Cùm autem Sole longò cœperit interſtitio ſubmoveri, & [t] ad quintum pervenerit ſignum, radiis ejus ad ſe converſis, majus concipit lumen, & [v] fit Græco ſermone [1] [x] διχόμηνος, quæ forma ſemiorbem oſtendit, procedens deinde jam [2] [y] disjunctiſſimè, quintóque ſigno arrepto, [z] figuram monſtrat [a] ἀμφικύρτου, utrimque prominentibus gibbis. E regione verò cùm normaliter ſteterit contrà, lumine pleno fulgebit, domicilium ſeptimi retinens ſigni: & in eodem tum etiam agens, paullulúmque progreſſa minuitur, quem habitum [b] [c] vocamus [3] ἀπόκρουσιν; atque eaſdem formas repetit ſeneſcendo: [4] traditúrque doctrina multiplici con-

1 *Al* διχότομος. 2 *Mſ.* disjunctiſſimo quintoque ſigno. 3 *Mſ.* ACTOKPICIN. *Steph.* ἀπόκρεισιν. 4 *Mſ.* graditurque.

tuor τῆς μηνὸς ſignificationes affert. Prima eſt Lunæ, tunc cùm corniculata eſt: ἡ σελήνη, ὅταν ἡ σιγμοειδὴς τῷ χήματι, μὴν καλεῖται. Ceterùm Editio Rom. excuſum habet hoc in loco, *unine Græce ſynodos.* Codex autem Regius, *quæ Græcè ſynodos dicitur*: [Colbertinus, *unicæ ſynodos dicitur*;] * Toloſan. ſimpliciter, *Græcè ſynodos dicitur.* Valeſ. Cur igitur in editis hic ordo non ſervatur? *Gronov.*

t *Ad quintum pervenerit ſignum.*] Scribendum eſt *ad quartum*: ut ex ſequentibus patebit. Nam Luna cùm LXXXX. partibus, quos vulgò gradus vocant, à Sole receſſerit; tum διχότομον χῆμα exhibet: quam dividuam ſeu dimidiam Lunam vocant Apuleius & Marcianus Capella. *Valeſ.*

v *Fit Græco ſermone* διχόμηνος] Agnoſcunt hanc lectionem retro Editiones, licèt in quibuſdam libb. διχότομος ſcriptum ſit, in Mſ. *dichomenis*: utramque vocem retinuit Achilles Statius in Arati Phœnom. cap περὶ σελήνης, pag. 92. Ανατέλλει δὲ (*Luna*) οὐχ ὅλον τὸ φῶς ἔχουσα περιφερὲς, ἀλλὰ μηνοειδὴς, μέχει δὲ τῆς ἡμίσειας αὐξηθεῖσα γίνεται διχότομος. Εὰν δὲ τὸ δίμοιρον πεφωτισθῇ, καλεῖται ἀμφίκυρτος· πληρωθεῖσα δὲ γίνεται πλησισέληνος, πανσέληνος, καὶ διχόμηνος. Πεντεκαιδεκαταία γὰρ ἐστὶ πληρωθεῖσα, ὅ ἐστιν ἥμισυ μηνὸς, διχαζομένων τῶν λ. ἡμερῶν· καὶ πάλιν αὖ ἀπὸ τῆς πανσελήνου ἄρχεται μειοῦσθαι, καὶ γίνεται πρῶτον ἀμφίκυρτος, εἶτα μηνοειδής. Cleomedes κυκλικῆς θεωρίας lib. II. ex eo Hero Alexandr. Eratoſthenes, Theon Alexandr. in Arati Phœnom. ad illum verſum, Οὐχ ἑόρας, ὀλίγη μὲν ὅταν κεράεσσι σελήνη. Papp. Alexandr. εἰσαγωγ. τῶν ἀποτελεσμ. pag. 27. Macrob. in Somn. Scipion. lib. 1. Marcian. Capella. *Lindenbr.*

x ΔΙΧΟΜΗΝΟΣ.] In Regio & Flor. * Toloſ. Vatic. * [ac Colbertino] exemplaribus, & in Editione Rom. legitur *dichomenis*, quod idem eſt. διχόμηνος autem pro διχοτόμῳ hic ponitur: ut apud Alexandrum Aphrod. in lib. 1. problem. de Luna: ἐν μὲν γὰρ τῷ διχομήνῳ χήματι ὑγρὰ καὶ θερμὴ πως ἐστὶν, ἐν δὲ τῷ πανσελήνῳ θερμὴ καὶ ξηρὰ πως· ἐν δὲ τῇ ἀποκρούσει ξηρὰ καὶ ψυχρά· ὅτι δὲ αὐτὸς ὑγρὰ καὶ ψυχρά. Ubi manifeſtè διχόμηνον poſuit pro διχοτόμῳ. Similiter Nonnus in lib. 4. Dionyſ.

Ἀμφιφαὴς, διχόμηνος, ὅλω σέλας ἐγγὺς ἐοῦσα.

Alias διχόμηνος, & frequentiùs, pro plenilunio ſumitur, ut apud Geminum & Achillem Tatium in Arat Phænomena. Et Scholiaſtes Apollonii διχομήνῳ ait, idem eſt ac πανσέληνος. Unde Gelenius cùm mendum h… eſſe putaret, διχότομος correxerat: ſed falſus eſt, … dixi. *Valeſ.*

y *Disjunctiſſimoque ſigno arrepto.*] Sic primus edidi… Caſtellus, ineptè: quem miror tamen comitem errori habuiſſe Sig. Gelenium. Sed Accurſius edere maluit prout in Mſ. codice ſuo repererat, *disjunctiſſimo quintoque ſigno.* Neque aliter habet Editio Rom. & codex R… gius ac Flor. * Toloſ. Vatic. * [ac Colbert.] Proin… non dubitavi, quin ita ſcribendum eſſet leviſſima mu… tatione; *Procedens deinde jam disjunctiſſimè, quintóq. ſigno, &c.* Idem.

z *Figuram monſtrat ἀμφικύρτου.*] Pappus Alexand. Ἀμφίκυρτος δὲ ἐστὶν, ὅταν εἰς τὸ ἑπόμενον μέρος τοῦ ἡλίου ἀπόδια μοίρας ἐχ. ἐπὶ τετραγώνου πλευρᾶς καθεστῶσα. *Lindenbr.*

a ΑΜΦΙΚΥΡΤΟΥ.] Cleomedes in lib. 2. ſcribit an… quos tres tantùm Lunæ formas atque habitus agnoviſſ… τὸ μηνοειδὲς, τὸ διχότομον, τὸ πεπληρωμένον. id eſt, corn… culatam Lunam, dimidiam, ac plenam: recentio… verò quartum addidiſſe τὸ ἀμφίκυρτον χῆμα, quam pr… tumidam Lunam vocat Apuleius de Deo Socratis: qu… major quidem eſt dimidiâ, minor autem plenâ, quod e… inventum à Philippo Medmæo Aſtrologo, exiſtimo. … enim Plutarchus in libro, quo docet non poſſe jucu… dè duci vitam ex Epicuri ſecta. Εὐκλείδην γράφοντα διοπτικὰ, καὶ Φίλιππον ἀποδεικνύντα περὶ τοῦ χήματος τῆς σελήνης. Seleuco tamen id tribuit Clemens lib 6. *Valeſ.*

b *Vocamus* Πανσέληνον] Mſ. *vocamus* ACTOKI… CIN. Stephani Editio ἀποκρεισιν: unde conjicere poſſ… mus ἀπόκρουσιν in quibuſdam exemplaribus ſcriptum fu… ſſe. Pappus Alexand. Ἀπόκρουσις ἐστὶν, ὅταν ἡ σελήνη παραλλάξῃ τὴν κατὰ διάμετρον ἡλιακὴν μοῖραν. *Lindenbr.*

c *Vocamus* ΑΠΟΚΡΟΥΣΙΝ.] Cùm in Mſ. Vatic. [Co… bertino,] Fl. & Falch. exſtare intellexiſſem ἀστόκρισιν… in Regio autem reperiſſem αὐτόκρισιν: non dubitavi qu… legendum eſſet ἀπόκρουσιν: maximè cùm in Editione Ba… lienſi ἀπόκρουσιν legeretur. Eſt autem ἀπόκρουσις ille Lu… habitus, quem Medici barbaro vocabulo declilunii… vocant: ut in Alexandri Aphrod. loco quem proxi… citavi, & apud Clementem Alex. in lib. 6. Stromat. Gloſſis *interlunium* vertitur ἀπόκρουσις σελήνης. * Hinc…

gruente, nonniſi tempore intermenſtrui deficere viſam uſquam Lunam. Quòd autem Solem nunc in æthere, nunc [d] in mundo inferiore [5] curſare prædiximus; ſciendum eſt ſiderea corpora, quantum ad univerſitatem pertinet, nec occidere, nec oriri: ſed ita videri noſtris obtutibus conſtitutis in [e] terra, ſpiritus cujuſdam interni motu ſuſpenſa, rerúmque magnitudini inſtar exigui [6] ſubdita puncti, nunc cælo infixas ſuſpicere ſtellas, quarum ordo eſt ſempiternus, aliquoties humana viſione languente diſcedere ſuis ſedibus arbitrari. Verùm ad inſtituta jam revertamur.

CAP. IV. Properantem Conſtantium Orienti ferre ſuppetias, turbando propediem excurſibus Perſicis, ut perfugæ concinentes exploratoribus indicabant; [f] urebant Juliani virtutes, quas per ora gentium diverſarum fama celebrior effundebat, magnorum ejus laborum factorúmque vehens adoreas celſas, poſt Alamanniæ quædam Regna proſtrata, receptáque oppida Gallicana antè direpta à barbaris & exciſa, quos tributarios ipſe fecit & vectigales. Ob hæc & ſimilia percitus, [g] metuénſque ne augerentur in majus, [h] ſtimulante (ut ferebatur) Præfecto Florentio, Decentium Tribunum & Notarium miſit, [7] auxiliares milites exinde protinus abſtracturum Ærulos & Batavos, cumque Petulantibus Celtas, & lectos ex numeris aliis trecentenos, hac ſpecie juſſos accelerare, ut adeſſe poſſint armis primo vere movendis in Parthos. Et ſuper auxiliariis quidem & trecentenis cogendis ociùs proficiſci, Lupicinus conventus eſt ſolus, tranſiſſe ad Britannias nondum compertus: de Scutariis autem & Gentilibus excerpere quemque promptiſſimum, & ipſe perducere [8] [i] Sintula jubetur;

5 *Mſ.* curſari. 6 *Mſ.* ſubditam. 7 *Mſ.* auxiliares milites exinde. 8 *Mſ.* Singula.

ἐργστικὴ σελήνη dicitur a Proclo in Heſiodi dies paginâ 170. uum minuitur. * *Valeſ.*

d *In mundo interiore.*] Mallem *inferiore.* Idem.

e *Terra ſpiritus cujuſdam interni motu ſuſpenſa.*] Plerique veterum terram ſuſtineri ab aëre crediderunt. Sed x his alii ab aëre externo quaſi comprimi, & in ſtatione ua contineri eam aiebant, quod egregiè explicat vetus ſagoge in Arati Phænomena. Anaximenes quidem qui erram planam eſſe dicebat, eam ab aëre vehi affirmabat, eſte Plutarcho in lib. 3. cap. 15. de placitis Philoſoph. Alii verò ab aëre interno & quaſi congenito portari teram aiebant, teſte Seneca in lib. 6. Nat. quæſt. cap. 16. n qua opinione videtur fuiſſe Marcellinus noſter. Vide & Macrobium lib. 1. Saturn. cap. 21. ut Lucanum Claudianúmque prætercam. *Idem.*

f *Urebant Juliani virtutes.*] Vrere propriè de invidia dicitur. Sic Horatius:

Urit enim fulgore ſuo, qui prægravat artes
Infra ſe poſitas.

Livius in lib. 40. *Quin tu*, inquit, *omiſsâ iſtâ nocturnâ fabulâ ad id quod doles, quod invidiâ urit, prævertere?* * Petrus quoque Chryſologus in Sermone 48. *Inter ſuos poſſe, morſus eſt: aduſtio eſt, inter cives eminere: Proximos proximorum urit gloria. Propinqui, propinquo ſi honorem debeant, computant ſervitutem.* Et in Sermone 12. 28. & 122. Et generaliter quidquid pulcritudine excellit, urit oculos, ut apud Terentium in Eunucho, & eumdem Horatium in Odis: *Urit me Glyceræ nitor, &c.* Idem.

g *Metuenſque ne augeretur in majus.*] Invidia igitur & metu (quæ vitia Principibus familiaria ſunt) adductus Conſtantius Julianum Cæſarem deprimere conſtituerat. Ac de invidia quidem teſtatur Mamertinus in Panegyrico ad Julianum, & Libanius in Orat. Conſulari his verbis: ἀλλὰ γὰρ οἷς τοὺς πολεμίους ἐξέκοπτες, τοῖς διὰ σὲ νικῶντα ἠνίας. οὕτω δύσμαχόν τι νόσημα φθόνος. Idem in Orat. funebri pag. 282. & Zoſimus in lib. 3. *Idem.*

h *Stimulante (ut ferebatur) Florentio.*] Ita certè prodit Julianus ipſe in Epiſt. ad Athen. *Idem.*

i *Sintula jubetur.*] *Singula* dicitur tum in Editione Rom. tum in Mſ. Regio, [Colbertino] ac Florentino. In Epiſtola Juliani ad Athen. Γιντόνιος. τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν ἀδιακρίτως τὸ μαχιμώτατον ἀπαγαγεῖν τῆς γαλατίας ἐκέλευσεν, ἐπιτάξας τοῦτο τὸ ἔργον Λουπικίνῳ τε καὶ Γιντονίῳ. *Idem.*

Cæſaris ſtabuli tunc Tribunus. Conticuit, hiſque acquieverat Julianus, potioris arbitrio cuncta concedens. Illud tamen nec diſſimulare potuit, nec ſilere: ut illi nullas paterentur moleſtias, qui relictis laribus Transrhenanis, ſub hoc venerant pacto, ne ducerentur ad partes unquam Tranſalpinas: verendum eſſe affirmans, nè voluntarii barbari militares, ſæpe ſub ejuſmodi legibus adſueti tranſire ad noſtra, hoc cognito deinceps arcerentur. Sed loquebatur incaſſum. Tribunus enim parvi querelas Cæſaris ducens, Auguſti juſſis obtemperabat: & lecta expeditiore manu, vigore corporúmque levitate præſtanti, cum hiſdem profectus eſt, ſpe potiorum erectus. Et quia ſollicitus Cæſar, quid de reſiduis mitti præceptis agi deberet, perque varias curas animum verſans, attentè negotium tractari oportere cenſebat; cùm hinc barbara feritas, inde juſſorum urgeret auctoritas, maximèque abſentiâ Magiſtri equitum [9] augente dubietatem, redire ad ſe Præfectum hortatus eſt, olim Viennam ſpecie annonæ parandæ digreſſum, ut ſe militari eximeret turba. Perpendebat enim ad relationem ſuam, quam olim putabatur miſiſſe, abſtrahendos á Galliarum defenſione pugnaces numeros, barbaríſque jam formidatos. Qui cùm ſuſcepiſſet Cæſaris litteras monentis petentíſque ut venire accelerarct, rempublicam conſiliis juvaturus; obſtinatiſſimè detrectabat: ea ratione pavore mente confuſa, quòd aperta ſcripta ſignificabant, ab Imperatore nuſquam dijungi debere Præfectum in ardore terribilium rerum. Adjectúmque eſt, quòd [k] ſi procurare diſſimularet, ipſe [1] propria ſponte projiceret inſignia principatus: glorioſum eſſe exiſtimans [l] juſſa morte oppetere, quàm ei provinciarum [m] interitum aſſignari. Sed vicit Præfecti propoſitum pertinax, his quæ rationabiliter poſcebantur parêre contentione maxima reluctantis. Inter has tamen moras abſentis Lupicini, motúſque militares timentis Præfecti, Julianus conſiliorum adminiculo deſtitutus, ancipitique ſententia fluctuans, id optimum factu [2] exiſtimavit: [n] via ſolemni cunctos è ſtationibus egreſſos, in quibùs hiemabant, maturare diſpoſuit. Hócque comperto, apud Petulantium ſigna [o] famoſum quidam libellum humi projecit oc-

9 *Mſ.* fugente. 1 *Steph.* propria ſronte. 2 *Mſ.* exiſtimavit.

k *Si procurare diſſimulaſſet.*] In Regio codice ſupraſcriptum eſt eadem manu *procurrere*, quam equidem conjecturam valde probo. *Valeſ.*

l *Juſſa morte oppetere.*] Cùm ſcilicet ad juſſum & alterius arbitrium anima ponitur, id eſt, morte biothanata, ut ait Firmic. lib. III. cap. 6. * Tacitus Annal. 16. pag. 390. *Accepto juſſæ mortis nuntio ſemet interfecit.* Idem Annal. 15. *Juſſam pœnam ſubiit.* Seneca Natural. Quæſt. lib. 2. cap. 59. *Quid intereſt, utrum ad mortem juſſi eamus, an ultronei?* * Contrarium eſt, *ſua morte defungi*, apud Sueton. in Cæſare. Firmicus lib. III. cap. 18. *Longævus, in ſenectute felix, & qui ſua morte moriatur.* Lindenbr.

m *Interitum ſibi aſſignari.*] Sic primus edidit Gelenius, cùm in Editione Rom. legeretur, *quam & provinciarum interitum aſſignari*: prout etiam in exemplari Regio [& Colbertino] * ac Toloſ. * ſcriptum reperi. Ego verò non dubito quin legendum ſit, *quàm ei provinciarum interitum aſſignari.* Valeſ.

n *Via ſollemni.*] In exemplari Regio [& Colbertino] * ac Toloſano. * & in Editione Rom. legitur, *vita ſollemni.* Unde Gelenius ex conjectura, ut arbitror, emendavit, *via ſollemni*, id eſt, militari ſeu publica: quod equidem non damno. Conjiciebam tamen aliquando, gravius hic vulnus latere, ac fortaſſe ita ſcribendum eſſe, *teſſerâ datâ ſollemni.* Sic in lib. 14. ſub initium: *Rectores militum teſſerâ datâ ſollemni armatos omnes celeri eduxere procurſu.* Idem.

o *Famoſum quidam libellum.*] Zoſimus lib. III. pag

cultè, inter alia multa etiam id continentem: *Nos quidem ad orbis terrarum extrema ut noxii pellimur &* [3] *damnati:* [p] *caritates verò noſtræ Alamannis denuo ſervient, quas captivitate prima poſt internecivas liberavimus pugnas.* Quo textu ad Comitatum perlato lectóque, Julianus contemplans rationabiles querelas, cum familiis eos ad Orientem proficiſci præcepit, [q] [r] clavularis curſus facultate permiſſa: & cùm ambigeretur diutius quâ pergerent viâ, placuit Notario ſuggerente Decentio, [ſ] per Pariſios homines tranſire, ubi morabatur adhuc Cæſar nuſquam motus. Et ita factum eſt. Iiſdemquè adventantibus in ſuburbanis [t] Princeps occurrit ex more, laudans quos agnoſcebat, factorúmque fortium ſingulos monens, animabat lenibus verbis, ut ad Auguſtum alacri gradu pergerent, ubi poteſtas eſt amplè patens & larga, præmia laborum adepturi digniſſima. Utque honoratiùs procul abituros tractaret, ad convivium Proceribus corrogatis, petere jure ſi quid in promptu eſſet edixit. Qui liberaliter ita ſuſcepti, dolore duplici ſuſpenſi diſceſſerunt & mæſti, quòd eos fortuna quædam inclemens & moderato rectore & terris genitalibus diſpararet. Hócque angore impliciti, in ſtativa ſolita [4] receſſerunt. Nocte verò cœptante in

3 Steph. *& imbelles.* 4 *Mſ.* ceſſarunt.

710. ἀνώνυμα γραμμάτια τῶν ϛρατιωτῶν ἐν μέσῳ κατὰ τὸ πλῆθος διαῤῥίψαντες, &c. *Lindenbr.*

p *Caritates verò noſtræ.*] Libanius in Orat. funebri p. 284. ait uxores ex quibus milites liberos ſuſceperant, pueros & infantes mammis applicitos militibus oſtendiſſe, orantes & obteſtantes, ne ſeipſas, ne liberos prodere vellent. Ex quibus patet, militibus tunc temporis licuiſſe uxores habere: quod confirmat etiam lex 6. & . Cod. Theod. de tironibus. *Valeſ.*

q *Clavularis curſus facultate.*] Clabularis curſus, ὁ διὰ τῶν ὀχημάτων δρόμος. Mentio ejus in multis Conſtitutionibus Cod. Theod. & L. 22. C. Juſtin. de curſu publico. *Clabulæ* vox apud Varronem exſtat de Re Ruſtica lib. 1. cap. 40. & Non. Marcel. in voce *Taleis.* Lindenbr.

r *Clavularis curſus.*] Clabularis (ſic enim ſemper in Codice ſcribitur) curſus militibus concedebatur, quoties ex aliis in alia loca celeriter transferri eos oporteret, ut eſt in lege 22. Cod. de curſu publico. Et Marcellinus noſter in lib. 21. de Conſtantio: *Ut vehiculis*, ait, *publicis impoſitum paullatim præmitteret militem.* Denique Sulpicius in Dialogi 2. de virtutibus beati Martini capite v. *Interim*, inquit, *per aggerem publicum plena militantibus viris fiſcalis reda veniebat.* Ceterùm clabulare à veredo, biroto, & reda diſtinguit Imperator in lege 2. Cod. Theod. de Curioſis. *Ne redam*, inquit, *uſurpet, qui birotum, vel veredum poſtulare vel clabulare permiſſum eſt.* Reſtat igitur, ut clabularis curſus idem ſit qui angarialis: quod confirmare videtur lex 5. Cod. tit. Angariæ autem erant capaciſſima vehicula ac ſolidiſſima, utpote quibus mille & quingenta pondo imponerentur, cùm redæ mille dumtaxat imponi deberent, ut eſt in lege 30. Cod. Theod. de curſu publico. Ægrorum autem militum dumtaxat cauſâ hic clabularis curſus permittebatur, ut opinor: & id innuit lex XI. Cod. eodem. * De clabulari curſu locus eſt inſignis in Excerptis Johannis Philadelphenſis Lydi, de menſibus & feſtis Romanorum. Κλαβουλάριος (inquit) ὀχηματικὸς δρόμος. κλάβον γὰρ τὴν οἴακα καλοῦσιν. * [Clabularem vel clavularem curſum diverſum eſſe à curſu publico notat P. Pithœus ad oram Ammiani ſui: & curſus quidem publici Ammianum meminiſſe in libris XX. ac XXI.] *Valeſ.*

ſ *Placuit per Pariſios homines tranſire.*] Contra conſilium & monita Juliani, qui id maximè diſſuaſerat, veritus ne, id quod accidit, milites viſo Cæſare res novas agitarent: ut ſcribit Libanius in Orat. funebri, & Julianus ipſe in Epiſt. ad Athenienſes. *Idem.*

t *Princeps occurrit ex more.*] Sic exiſtimavi locum hunc interpungi debere, quod Julianus in dicta Epiſtola confirmat. ἦλθε τὰ τάγματα· ὑπήντησα κατὰ τὸ νενομισμένον αὐτοῖς. Id eſt: *Adveniunt militares ordines. Ego eis obviàm ex more proceſſi.* Ipſi quinetiam Auguſti legionibus obviàm procedere honoris ſolebant cauſâ. Oroſius in lib. ult. de Arcadio. *Et dum Imp. Arcadius ſecundùm conſuetudinem ad portas occurrit exercitui remeanti, &c.* Zoſimus etiam in lib. 5. eamdem narrans hiſtoriam: ὑπαντῆσαι τοῖς ϛρατιώταις εἰσιέναι μέλλουσιν παρεκάλεσε τὸν βασιλέα Γαΐνης· ταύτης γὰρ τῆς τιμῆς ἠξιῶσθαι τοὺς ϛρατιώτας ἔλεγε συνήθεις εἶναι. *Gainas Imperatorem militibus occurrere monuit: hunc enim militibus honorem haberi conſuevisse.* Omitto Claudiani verſus ex lib. 2. in Rufinum. Nec longè abhorret ab hac conſuetudine, quod refert Theophyl. Simocatta in lib. 3. initio, morem antiquum fuiſſe, ut Magiſter militum ad regendas legiones miſſus à Princi-

apertum erupere diſſidium: incitatíſque animis, ut quemque inſperata res ad-flictabat, ad tela convertuntur & manus: fremitúque ingenti [v] omnes petivere Palatium, & ſpatiis ejus ambitis, ne ad evadendi copiam quiſquam perveniret, Auguſtum Julianum horrendis clamoribus concrepabant, eum ad ſe prodire [5] deſtinatiùs adigentes: exſpectaréque coacti dum lux promicaret, tandem progredi compulerunt. Quo viſo, iterata magnitudine [6] ſonus Auguſtum appellavere conſenſione firmiſſima. Et ille mente fundata univerſis reſiſtebat & ſingulis, [x] nunc indignari ſemet oſtendens, nunc manus tendens, oránſque &

5 *Al.* feſtinatiùs. 6 *Al.* ſoni.

pe, occurrentibus ſibi honoris cauſâ militibus equo deſcenderet, & inter armatos medius incedens, univerſos comiter ſalutaret: quem morem cùm ſprevíſſet Priſcus, meritò in offenſionem militum venit. *Valeſ.*

[v *Omnes petivere Palatium.*] Ejus Palatii apud Pariſios infrà ſic meminit Marcellinus. *Milites occupavere volucriter Regiam.* Ib. *Aliquis Palatii Decurio*, &c. Et infrà: *Nocte in unum collecti Palatium obſedere.* Julianus in litteris ad Conſtantium Aug. *Nocte in unum collecti Palatium obſedere, Julianum Aug. vocibus magnis appellantes & crebris.* Amplum autem fuiſſe hoc Palatium indicat hiſce verbis: *Omnes petiverant Palatium, & ſpatiis ejus ambitis, ne ad evadendi copiam quiſquam perveniret*, &c. In capite v. Diſceptationis de Baſilicis obſervavi, in hocce Palatio Pariſiaco Julianum biennio, Valentinianum quoque majorem 2. annis hiemem egiſſe, quam Regiam noſtri *domum Thermarum, & Palatium Thermarum* appellaverint. Jam tum ergo clara erat urbs Lutecia, & omnibus ad capiendum alendumque Comitatum Imperatorium rebus neceſſariis inſtructiſſima, cùm & Palatium ſpatioſum extra inſulam ſuam, & ampla ſuburbana, ac campum magnæ multitudinis capacem, in quo milites exercebantur, jam haberet. *Suburbana* Luteciæ, id eſt domos extra inſulam & ultra pontes poſitas præſertim ad meridiem verſus memorat Marcellinus in libro xx. *Placuit per Pariſios homines* (i. milites) *tranſire: eiſdemque adventantibus, in ſuburbanis Princeps occurrit ex more.* Campi apud Pariſios ibidem meminit Marcellinus: *Edicto ut futura luce cuncti convenirent in Campo; progreſſus Princeps* (Julianus) *ambitioſius ſolito tribunal adſcendit.* Eo in Campo Julianus & à militibus Gallicanis congregatis Auguſtus per vim eſt appellatus, & concionem ad milites habuit, ac paullo poſt repetitis acclamationibus militum ac populi in Imperio eſt confirmatus. *Ingreſſus Pariſios Leonas, poſtridie Principi progreſſo in Campum cum multitudine armata pariter & plebeia, quam de induſtria convocarat, & Tribunali ut emineret altiùs ſuperſtanti, ſcripta jubetur offerre.* Et in libro xxi. *Cùm apud Pariſios adhuc Cæſar Julianus, quatiens ſcutum variis motibus exerceretur in Campo: territis ut omine diro præſentibus cunctis, &c.* id eſt, militibus, qui & ipſi ibidem exercebantur. Exercitationes autem iſtæ militares in Campo extra urbes fieri conſueverant: ut appareat Campum, in quo Julianus cum militibus ſuis apud Luteciam exercebatur, extra urbem fuiſſe: quod & ipſum campi nomen indicat. Quare & Suetonius haſce exercitationes quæ in Campo Martio Romæ fieri ſolebant, *exercitationes campeſtres* appellat in Octavio Auguſto capite 83. *Exercitationes*, inquit, *campeſtres equorum & armorum ſtatim poſt bella civilia omiſit.* Locus erat vii. ab urbe Conſtantinopoli millibus diſtans, *Hebdomon* vel *Septimum* ob id dictus, Baſilicâ S. Johannis Baptiſtæ, & *Campo* ubi milites exercebantur, ac *tribunali* inſignis, in quo Auguſti nuncupabantur. De eo Campo Hebdomi, qui ſemper extra urbem fuit, auctor Hiſtoriæ Miſcellæ in libro xvii. ſic ſcribit: *Tum Phocas Macrobium Scribonium juſſit ſagittari apud Septimum, pendentem in lancea in qua tirones exercebantur, quaſi conſcium inſidiarúm ſuarum.* Armorum doctores, quorum operâ & virtute milites exercebantur in Campo, à loco exercitii nomen habuere, & *Campidoctores* atque *Campigeni* ſunt appellati. *Hadr. Valeſius.*

x *Nunc indignari ſemet oſtentans.*] Hoc in loco triumphat Libanius, tum in Orat. funebri citata, tum in προσφωνητικῷ ad Julianum: ὡς καλὸν μὲν σοι τὸ διωσθῆναι τὴν δέησιν, κάλλιον δὲ ἐκείνων τὸ κατισχύειν τὴν λῆψιν. Vide Julianum in Ep. ad Athen. Ex quibus apparet vi ac militum ſeditione coactum Julianum diadema ſumpſiſſe: idque etiam confirmat Eutropius in lib. ult. & ex Chriſtianis Socrates atque Sozomenus. Quæ cùm ita ſint, immeritò S. Gregorius in στηλιτευτ. 1. objicit Juliano: καὶ τὸ μὲν πρῶτον αὐτῷ τῆς αὐθαδείας καὶ ἀπονοίας ἑαυτὸν ἀναδῆσαι καὶ τῇ μεγάλῃ προσηγορίᾳ κοσμῆσαι, ἣν οὐχ ἅρπαγμα τύχης, ἀλλ' ἀρετῆς ἆθλον, ἢ χρόνου, ἢ ψήφου βασιλέως χαρίζεται, ἢ τῆς συγκλήτου βουλῆς ὡς τὸ παλαιὸν κρίσις. Id eſt: *Ac primum temeritatis ejus ac veſaniæ illud fuit, quòd ipſe ſibi diadema impoſuit, ac Auguſtum nomen aſſumpſit: quod non fortuitò rapi, ſed in præmium virtutis aut temporis lapſu, aut Principis lectione, aut Senatus, ut olim, judicio dari conſueverat.* Ecquid verò ampliùs in Tyrannum dixiſſet? Nam ἀπόνοια propriè de iis dicitur, qui Imperium per vim occupant. Tertullianus in lib. 1. ad Nationes, cap. 17. veſaniæ crimen appellat, & Marcellinus Comes in Chronico, ubi de Gildone. Aurelius Victor in Severo dementiam appellat: *Cùm omnes præcipuéque poſteri ſ. habent, illa ingenia niſi publico latrocinio ac per dementiam opprimi non potuiſſe.* Item in Conſtantio ubi de Silvano loquitur. Quò etiam pertinent verba illa Ciceronis in Catilinaria. *Qui autem ex numero civium dementia aliqua depravati hoſtes patriæ ſemel eſſe cœperunt:* & ſimiliter i

obſecrans, ne poſt multas feliciſſimáſque victorias agatur aliquid indecorum; néve intempeſtiva temeritas & prolapſio diſcordiarum materias excitaret. Hæcque adjiciebat, tandem ſedatos leniter allocutus: *Ceſſet ira, quæſo, paulliſper: abſque diſſenſione, vel rerum appetitu novarum impetrabitur facilè, quod poſtulatis: quoniam vos dulcedo patriæ retinet, & inſueta peregrináque metuitis loca, redite jam nunc ad ſedes, nihil viſuri, quia diſplicet, Tranſalpinum. Hócque apud Auguſtum capacem rationis & prudentiſſimum ego competenti ſatisfactione purgabo.* Conclamabatur poſt hæc ex omni parte nihilominùs, uno paríque ardore nitentibus univerſis: maximóque contentionis fragore, probro & conviciis miſto, Cæſar aſſentire coactus eſt. [y] [z] Impoſitúſque ſcuto pedeſtri, & ſublatiús eminens, [7] [a] nullo ſilente Auguſtus renuntiatus, jubebatur diadema proferre: negánſque umquam habuiſſe, uxoris colli vel capitis poſcebatur. Eóque adfirmante, primis auſpiciis non congruere aptari muliebri mundo, equi [8] phalera quærebatur, uti coronatus ſpeciem ſaltem obſcuram ſuperioris prætenderet poteſtatis. Sed cùm id quoque turpe eſſe aſſeveraret: Maurus nomine quidam, poſtea Comes [b] qui rem malè geſſit [9] apud Succorum anguſtias, Petulantium tunc Haſtatus, [c] abſtractum ſibi [d] [e] [f] torquem, quo ut

7 *Mſ.* pullo ſilente *Io.* nullo ſilente. 8 *Mſ.* phaleræ. 9 *Al.* apud Succorum anguſtias ſpeculantium, tunc Haſtatus.

...hilipp. 4. ac 5. Denique Livius in lib. 4. de Sp. Mælio. *Valeſ.*

y *Impoſituſque ſcuto pedeſtri.*] Ritus hujus ſollennia ...m olim ad Hiſtoriam Longobard. notata: itaque in præſentiarum Zoſimi tantùm verba hìc adſcribere lubet, ...em eandem narrantis lib. 3. *Σὺν οὐδενὶ κόσμῳ κατάγουσι τὸν ...ίσαρα, καὶ ἐπί τινος ἀσπίδος μετέωρον ἄραντες, ἀνεῖπόν τε Σεβαστὸν αὐτοκράτορα, καὶ ἐπέθεσαν σὺν βίᾳ τὸ διάδημα τῇ κεφαλῇ.* * Vid. Aimoinum, qui optimè de hoc ritu libro 1. capite LXI. Vid. Conſtant. Imp. de Adminiſt. Imperii cap. 38. p. 120. * *Lindenbr.*

z *Impoſitúſque ſcuto pedeſtri.*] Libanius in προσφωνητικῷ ...e hoc ſcuto: *ὦ μακαρίας ἀσπίδος, ἣ τότε τῆς ἀναρρήσεως ἐδέξα-νόμον, πρεπωδεστέρας σοι παντὸς εἰωθότος βήματος.* O *feli...x ſcutum, in quo ſollemnis inaugurationis mos peractus eſt, ...mni tibi tribunali convenientius!* Valeſ.

a *Nullo ſilente.*] Sic Accurſius emendavit non malè, ...que ita conjecit P. Pithœus in lib. 2. Adverſ. Sed cùm ...ſſ. Regius & Flor. [ac Colbertinus] Editióque Rom. ...æferant *pullo ſilente*, erit fortaſſe, qui eam ſcripturam ...ebitur: ut Marcellinus his verbis deſignet horam diei, ...â Julianus ab exercitu coronatus eſt. Id autem conti...iſſe *ὥρᾳ τῆς τρίτης*, ait Julianus in Ep. ad Athen. Igitur ...*ullo ſilente* hora eſt qua ſilent galli, quos pullos antiqui ...vocabant. Sic apud Evangeliſtam in Mſ. Bibliothecæ Re...gie legitur, *tertio pullo ter me negabis.* * Sic in Mſ. exemplari Evangelii ſecundùm Matthæum titulus capitis ...2. ita concipitur: *Petro dicit, quòd tertio pullo abnegaturus eum eſſet.* Et in Actibus Mſſ. Johannis Evangeliſtæ capite 9. de vocatione S. Apoſtoli. *Et à primo pullorum cantu agens myſteria Dei, omnem populum uſque ad horam diei tertiam allocutus eſt.* * Idem.

b *Qui rem male geſſit apud Succorum anguſtias, Petulantium tunc haſtatus.*] Meminiſſe pudet erroris, qui olim hunc locum fœdarat. Sed bene, quòd tandem meliùs habere cœpit. Et quidem *Petulantium* crebra hìc mentio; & in Notitia Imp. habentur *Petulantes juniores*, *Petulanteſque ſeniores*, quorum ea tempeſtate confidentia creverat ultra modum, ut inquit Ammian. lib. XXII. Ex hoc ergo numero Maurus quoque fuit ſignifer, homo venalis ferociæ & ad cuncta mobilis, ut de eodem iterum (cùm rem apud Succorum anguſtias malè geſſiſſet) Ammian. loquitur lib. XXXI. *Lindenbr.*

c *Abſtractum ſibi torquem.*] Idem tradit Libanius in Orat. funebri, & Julianus in Ep. citata. Sed omnium optimè Zonaras, cujus verba planè cum Marcellini verbis conſentiunt. *ζητουμένου δὲ τοῦ διαδήματος ἵν᾽ αὐτίκα τούτῳ ταινιωθείη, ἐκεῖνος μὲν ἔχειν ἐξώμνυτο· τινῶν δὲ κόσμον αἰτούντων γυναικεῖόν τινα, ἵν᾽ ἐκ τούτου σχεδιασθείη διάδημα, παρῃτήσατο τοῦτο Ἰουλιανὸς ὡς ἀπαίσιον οἰωνόν· ἐπεὶ δὲ χρυσεόν τις τῶν ταξιαρχῶν ἐφόρει στρεπτὸν λίθους ἔχοντα χρυσοδέτους, τοῦτον λαβόντες τῇ ἐκείνου προσήρμοσαν κεφαλῇ.* Id eſt: *Cùm autem diadema quæreretur, quo confeſtim coronari poſſet, ipſe quidem jurabat ſibi nullum eſſe: ſed cùm illi ornamentum aliquod muliebre poſcerent, ex quo tumultuarium diadema componeretur; Julianus id tamquam omen infauſtum recuſavit. Cùm igitur quidam ordines ducens, torquem aureum haberet, in quo lapilli erant auro vincti, eum capiti ipſius circumdederunt.* Valeſ.

d *Torquem, quo ut Draconarius utebatur.*] Modeſti-

Draconarius utebatur, capiti Juliani impoſuit confidenter: qui truſus ad neceſſitatem extremam, jámque periculum præſens vitare non poſſe advertens, ſi reniti perſeveraſſet, quinos omnibus aureos, argentique ſingula pondo promiſit. Híſque geſtis haud minore quàm antea cura conſtrictus, futuráque celeri providens corde, nec diadema geſtavit, nec procedere auſus eſt uſquam, nec agere ſeria quæ nimis urgebant. Sed cùm ad latebras ſeceſſiſſet occultas accidentium varietate perterritus Julianus; g aliquis Palatii Decurio, qui ordo eſt dignitatis, pleniore gradu ſigna Petulantium ingreſſus atque Celtarum, facinus indignum turbulentè exclamat, pridie Auguſtum eorum arbitrio declaratum h clàm interemptum. Hocque comperto, milites quos ignota pari ſollicitudine movebant & nota, pars criſpantes miſſilia, alii minitantes nudatis gladiis, diverſo vagòque (ut in repentino ſolet) excurſu occupavere volucriter regiam ſtrepitúque immani excubitores perculſi, & Tribuni, & Domeſticorum Come Excubitor nomine, veritíque i verſabilis perfidiam militis, evanuere metu mor

i *Al.* verſabilem.

nus lib. de vocab. rei mil. *Signiferi qui ſigna portant, quos nunc Draconarios vocant. Dracones enim per ſingulas cohortes à Draconariis feruntur ad prælium.* De torque ibidem quoque Modeſtinus addit: *Torquarii duplares, torquarii ſimplares, quibus torques aureus ſolidæ virtutis præmium fuit.* Ita Maximus Imp. cùm adhuc vulgaris eſſet, ob robur corporis quod in lucta militari oſtendit, torque aureo donatus fuit, ut Jordanes ex Symmacho refert. * Sic Hypatium, cùm contra Juſtinianum Imp. conjuraſſet, torque aureo pro diademate redimitum loca Imperatoris occupaſſe ſcribit Jordanes de Regnor. Succeſſ. p. 63. * *Lindenbr.*

e *Torquem quo ut Draconarius utebatur, capiti Juliani impoſuit.*] Socrat. Hiſtor. Eccleſ. lib. III. cap. I. ὡς δὲ στέφανος βασιλικὸς οὐ παρῆν, εἷς τῶν δορυφόρων ὃν εἶχε περιτραχήλιον ἑαυτοῦ στρεπτὸν λαβὼν περιτέθεικε. Caſſiodorus Hiſtor. Tripart. lib. VI. cap. I. *Quumque corona deeſſet Imperialis, unus ſigniferorum torquem quem habebat in collo, ſumens Juliani capiti circumpoſuit.* Idem.

f * *Torquem, quo ut Draconarius utebatur.*] Cl. Salmaſius jampridem per litteras admonuit me, mendum heic ſubeſſe. Draconarios enim longè differre ab Haſtatis. Nam Haſtatus erat unus ex quinque Ordinariis: quorum primus dicebatur Centurio primi Pili: ſecundus dicebatur primus Princeps: tertius primus Haſtatus: quartus ſecundus Haſtatus; quintus Triarius prior, ut docet Vegetius in libro II. Quæ nomina ex vetere militia remanſerant, abolita jam legionis in Haſtatos, Principes ac Triarios diviſione. At Draconarius erat, qui draconem portabat. Quocirca cenſet vir doctiſſimus, ſcribendum heic eſſe: *quo ut Ordinarius utebatur.* Sanè Zonaras Maurum hunc ταξίαρχον vocat, id eſt Ordinarium. Sed forſitan melius ſit ac verius, nihil mutare. Potuit enim Maurus, Haſtatus cùm eſſet, draconem gerere, vel privilegio ac conceſſione Ducis, v ex more. Nam ut Primipilus aquilæ præerat, interdúr que eam portabat, teſte Lipſio libri 2. de Militia capi 8. ſic etiam Haſtatum draconi præfuiſſe credi pote Ceterùm non placet Lipſii ſententia, qui in libro 2. Mil. capite I. Haſtatos ait ab Ammiano dici, qui haſ ſtabilibus, non autem velitaribus pugnent, & qui Gloſſis κοντοφόροι dicantur. * *Valeſ.*

g *Aliquis Palatii Decurio.*] Decuriones Palatii v Clariſſimi dicebantur ætate Symmachi, ut legitur in A ctario Epiſtolarum ejuſdem. Præerant autem, ut vi tur, Silentiariis. Nam in Codice Juſtin. titulus pecu ris eſt de Silentiariis & Decurionibus eorum: ac ſ cum Silentiariis junguntur, ut in lege 5. Cod. Theo de diverſis officiis, & lege 4. de glæbali onere, in q ſacri Conſiſtorii Decuriones vocantur. Eorumd mentio fit in lege un. Cod. Theod. qui à præbitione ronum. Julianus in Epiſt. ad Athen. hanc rem comn morans, Decurionem hunc Palatii deſignat: τὶς τῶν ὁ τεταγμένων τῇ προόδῳ τῆς ἐμῆς γαμετῆς. Id eſt: *Qui pro dentis in publicum uxoris meæ anteambulonibus & offi præpoſitus erat.* Decanum deſcribere voluiſſe exiſtim Nam Decani cum faſcibus Imperatori præibant, ut po ca dicam. Sanè Decanus & Decurio parum inter ſe di runt. * In Statuto Vigilii Papæ de tribus Capitulis, Tl odorus quidam memoratur, *Vir Magnificus Decurio l latii.* Idem in Collatione I. Synodi V. CP. *Vir Spe bilis Silentiarius* dicitur. *Idem.*

h *Clam interemptum.*] Libanius in Orat. funebri vera conſpirationem in caput Juliani initam eſſe teſtat corrupto ejus Cubiculario à Conſtantii fautoribus: conſpiratione brevi pateſacta, ne Cubicularium quid ipſum pœnas dediſſe. Julianus in Epiſt. ad Athen. a à Conſtantianis diviſam clam eſſe pecuniam inter m tes, eo conſilio ut aut diſcidium inter eos excitare aut in Julianum ipſum impetum facerent. *Idem.*

I

tis ſubitæ diſpalati. Viſo tamen otio ſummo, quieti ſtetere paulliſper armati: & interrogati quæ cauſa eſſet inconſulti motus & repentini, diu tacendo hæſitantes ſuper ſalute Principis, non antea diſceſſerunt, quàm acciti in Conſiſtorium fulgentem eum auguſto habitu conſpexiſſent.

Cap. V. His tamen auditis, etiam illi quos antegreſſos retulimus [2] ducente Sintula, cum eo jam ſecuri Pariſios [3] revertuntur: edictóque ut futura luce cuncti [i] convenirent in Campo, progreſſus Princeps ambitioſius ſolito tribunal adſcendit, [k] ſignis aquilíſque circumdatus & vexillis, [l] ſæptúſque tutiùs armatarum cohortium globis. Cúmque interquieviſſet paullulum, dum altè contemplatur præſentium vultus, alacres omnes viſos & lætos, quaſi lituis verbis (ut intelligi poſſit) ſimplicibus incendebat. *Res ardua poſcit & flagitat, propugnatores mei reíque publicæ fortes & fidi, qui mecum pro ſtatu provinciarum vitam ſæpius objeciſtis, quoniam Cæſarem veſtrum firmo judicio ad poteſtatum omnium* [4] *columen ſuſtuliſtis, perſtringere pauca ſummatim, ut remedia permutatæ rei rata colligantur & cauta. Vixdum adoleſcens ſpecie tenus purpuratus, (ut noſtis) veſtræ tutelæ nutu cæleſti commiſſus, numquam à propoſito rectè vivendi dejectus ſum: vobiſcum in omni labore perſpicuus, cùm diſperſâ gentium confidentiâ, poſt civitatum excidia, peremptáque innumera hominum millia, pauca quæ ſemi-integra ſunt relicta, cladis immenſitas perſultaret. Et retexere ſuperfluum puto, quoties hieme cruda, rigentíque cælo, quo tempore terræ ac maria opere Martio vacant, indomitos antea cum jactura virium ſuarum repulimus Alamannos. Id ſanè nec prætermitti eſt æquum nec taceri, quòd cùm prope Argentoratum illuxiſſet ille beatiſſimus dies, vehens quodammodo Galliis perpetuam libertatem, inter confertiſſima tela me diſcurrente, vos vigore uſuſque diuturnitate fundati, velut incitatos torrentes, hoſtes abruptius inundantes, ſuperaſtis ferro proſtratos, vel fluminis profundo ſubmerſos, paucis relictis noſtrorum, quorum exſequias honeſtavimus*

2 *Mſ.* ducente Sintula. 3 *Mſ.* revertorentur. 4 Mſ. *columen.*

i *Convenirent in campo.*] Militaris ſermo, ut inf. *Principi progreſſo in campum cum multitudine armata.* Lib. XXVII. *Progreſſus in campum, tribunal adſcendit.* Veget. de Re mil. lib. II. cap. 22. *Ad decurſionem campi exeunt milites.* Lib. III. cap. 4 *Campi curſionem (ut ipſi vocant) inſpectionemque armorum aſſidue faciant.* * Tertull. ad Martyres cap. 3. *Etiam in pace labore & incommodis bellum pati jam ediſcunt:* (milites) *in armis deambulando, campum decurrendo, foſſam moliendo.* * Lindenbr.

k *Signis aquiliſque circumdatus & vexillis.*] Hæc ferè ſemper occurrunt in his libris, quoties Imp. milites ad concionem claſſico convocatos alloquitur. Ineſt autem in iis mos antiquus obiter notandus: quem unicè declarat Georgius Cedrenus. Scribit enim vexilla à Latinis dici vela quadrangula ex auro & purpura contexta. Ea longis ſuſpenſa contis geſtantes, circa Imperatoris latus incedunt, eúmque ſic protegunt: ταῦτα ἐξαρτῶντες ἐπὶ μακρῶν δοράτων κύκλῳ παραπορευόμενοι τὸν βασιλέα κατασκέπουσιν αὐτούς. Exemplum eſt apud Tacitum in lib. I. Hiſt. *Tantúſque*, ait, *ardor, ut non contenti agmine & corporibus, in ſuggeſtu, in quo paullo antea Galbæ ſtatua fuerat, medium inter ſigna Othonem vexillis circumdarent.* Et in lib. 2. *Laudantes gratantéſque circumdatum aquilis ſigníſque in tribunal ferunt.* Valeſ.

l *Sæptuſque totis.*] In Mſ. Regio, [& Colbert.] & in Editione Rom. legitur *ſeptíſque totius:* unde effeci, *ſæptúſque tutiùs.* Idem.

celebri potiùs laude, quàm luctu. Poſt quæ opinor tanta & talia nec poſteritatem tacituram de veſtris in Rempublicam meritis [5] *in gentibus cunctis: ſi plenè,* [6] *quem altiore faſtigio majeſtatis ornaſtis, virtute gravitatéque, ſi quid adverſum ingruerit, defendatis. Ut autem rerum integer ordo ſervetur, præmiáque virorum fortium maneant incorrupta;* [m] *nec honores ambitio præripiat clandeſtina, id ſub reverenda conſilii veſtri facie ſtatuo, ut* NEQUE CIVILIS QUISQUAM JUDEX, NEC MILITIAE RECTOR, ALIO QUODAM [n] PRAETER MERITA SUFFRAGANTE, AD POTIOREM VENIAT GRADUM, NON SINE DETRIMENTO PUDORIS EO, QUI PRO QUOLIBET PETERE TENTAVERIT, DISCESSURO. Hac fiducia ſpei majoris animatus inferior [o] miles, dignitatum jam diu expers & præmiorum, haſtis feriendo clypeos ſonitu aſſurgens ingenti, uno propemodum ore dictis favebat & cœptis: Statímque ne turbandæ diſpoſitioni conſultæ tempus ſaltem breve concederetur, [p] pro Actuariis [7] obſecravere Petulantes & Celtæ, recturi quas placuiſſet provincias mitterentur: quo non impetrato abiere nec offenſi, nec triſtes. Nocte tamen quæ declarationis Auguſtæ præceſſerat diem, junctioribus proximis retulerat Imperator, [q] per

5 Mſ. τὸ *in* deeſt. 6 Hæc mſ. deſunt. 7 *Mſ.* obſervare.

m *Nec honores ambitio præripiat clandeſtina.*] Non abſimilia Impp. Arcadii & Honorii ad Stiliconem verba: *Honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad unumquemque convenit devenire.* Julianus Imp. ad Agentes in rebus, l. 4. C. Theodoſ. de Curioſis: *Ceſſet omnis ambitio atque ſuffragium in ſchola veſtra.* Lindenbr.

n *Præter merita.*] Beata nempe illa Reſpublica, in qua non fraudi vel ambitioni, ſed meritis decus conceditur virtutis! ut præclarè Stiliconem laudans Cl. Claudianus cecinit lib. II.

--- non obruta virtus
Paupertate latet: lectos ex omnibus oris
Evehis: & meritum, numquam cunabula quæris:
Et qualis, non unde ſatus.

Fuitque hoc dictum Nervæ Imp. Τὴν ἀρετὴν, ἀλλ᾽ οὐ τὴν πατρίδα ἐξετάζειν δεῖ. Xiphil pag. 339. *Idem.*

o *Miles dignitatum jamdiu expers & præmiorum.*] Lego *exſpes.* Oiſelius. Repugnantibus codicibus & ſine cauſa. Senſus enim conſtat. Hadr. Valeſ.

p *Pro Actuariis.*] Actuarii numerorum militarium ratiocinia tractabant, ut dicitur in lege 16. Cod. Theod. de erogatione militaris annonæ. Marcellinus in lib. 25. ad calcem: *Ex Actuario*, ait, *ratiociniis ſcrutandis incubuit.* Hi annonam à Suſceptoribus accipiebant, iiſque authentica pittacia dabant, in quibus continebatur quantum à Suſceptoribus accepiſſent. Ipſi deinde annonam militibus erogabant, ut patet ex Cod. Theod. de erogatione milit. annonæ, & in titulo de Num. Actuariis. De his Aurelius Victor in Victorini geſtis: *Tantum Actuariorum in exercitu factiones vigent: genus hominum præſertim hac tempeſtate nequam, venale, callidum, ſeditioſum, habendi cupidum, atque ad patrandas fraudes velandáſque quaſi ab natura factum, annonæ dominans, eoque utilia* (leg. vilia) *curantibus & fortunis aratorum infeſtum.* Hos Conſtantinus lege lata conditionales eſſ juſſit, ut & annonarios Suſceptores: eóſque abſqu cingulo utilitati publicæ inſervire, poſt exactum inte grè officium dignitatibus afficiendos, lege 3. Cod. The od. de Num. Actuariis. Erant autem ſub diſpoſition Præfecti Præt. ut leges de eorum officio latæ teſtantur ad quem cura militaris annonæ ſpectabat, ut ſuprà dix *Valeſ.*

q *Per quietem aliquem viſum, ut formari Genius publ cus ſolet.*] Eamdem rem iterum tangit lib. XXV. *Vid ſqualidius, ut confeſſus eſt proximis, ſpeciem illam Gen publici, quam cùm ad Auguſtum ſurgeret culmen, conſp xit in Galliis.* Putabant nempe paganæ ſuperſtitionis cu tores, ut animæ naſcentibus attributæ ſunt, ſic popt lis urbibuſque Genios ſuos impertitos. Symmachus i relat. ad Valentin. pro veteri Deorum cultu: *Varios cu ſtodes urbibus mens divina diſtribuit. Ut animæ naſcent bus, ita populis fatales Genii dividuntur.* * Tertull. (Idololat. cap. 22. *Deos ſuos vel coloniæ Genium propiti imprecetur.* * Quam opininnem ſtrenuè impugnat Au Prudentius, cujus hæc verba ſunt:

Romam dico viros, quos mentem credimus Urbis,
Non Genium, cujus fruſtra ſimulatur imago.
Quamquam cur Genium Romæ mihi fingitis unum?
Quum portis, domibus, thermis, ſtabulis ſoleatis
Adſignare ſuos Genios, perque omnia membra
Urbis, perque locos Geniorum millia multa
Fingere, ne propria vacet angulus ullus ab umbra.

* Arnob. lib. I. *Civitatumque Genios.* * Hinc Ger Pop. Rom. templum laudat Dio Cocceius libb. 47. & 5 Sextus Rufus & Pub. Victor, ſacellum Genii Sangi regione Urbis VII. ſive Via Lata ponunt, ut & ed

quietem aliquem viſum, ut formari Genius publicus ſolet, hæc objurgando dixiſſe: [r] *Olim, Juliane, veſtibulum ædium tuarum obſervo latenter, augere tuam geſtiens dignitatem; & aliquoties tamquam repudiatus abſceſſi:* [8] *ſed ſi ne nunc quidem recipior, ſententiâ concordante multorum, ibo demiſſus & mæſtus. Id tamen retineto* [9] *imo corde, quòd tecum non diutiùs habitabo.*

CAP. VI. Hæc dum per Gallias agerentur intentè, truculentus Rex ille Perſarum, incentivo Antonini adventu Craugaſii duplicato, ardore obtinendæ Meſopotamiæ flagrans, dum ageret cum exercitu procul Conſtantius, armis multiplicatis & viribus tranſmiſſo ſollemniter Tigride, oppugnandam adoritur Singaram milite uſuique congruis omnibus, ut æſtimavere qui regionibus præerant, abunde munitam. Cujus propugnatores viſo hoſte longiſſimè, clauſis ociùs portis, ingentibus animis [ſ] per turres diſcurrebant & minas, ſaxa tormentáque bellica congerentes, cunctiſque præſtructis ſtabant omnes armati, multitudinem parati propellere, ſi mœnia ſubire tentaſſet. Adventans itaque Rex, cùm per Optimates ſuos propiùs admiſſos, pacatiore colloquio flectere defenſores ad ſuum non potuiſſet arbitrium, quieti diem integrum dedit: & matutinæ lucis exordio, ſigno per flammeum erecto vexillum, circumvaditur civitas à quibuſdam vehentibus ſcalas, aliis componentibus machinas, pleriſque objectu vinearum pluteorúmque rectis, iter ad fundamenta parietum quærentibus ſubvertenda. Contra hæc oppidani ſuperſtantes propugnaculis celſis, lapidibus eminus telorúmque genere omni ad interiora ferociùs ſe proripientes arcebant. Et pugnabatur eventu ancipiti diebus aliquot, hinc inde multis amiſſis & vulneratis: poſtremò fervente certaminum mole, & propinquante jam veſpera, inter machinas plures admotus aries robuſtiſſimus orbiculatam turrim feriebat ictibus denſis, [t] unde reſeratam urbem obſidio ſuperiore docuimus. Ad quam converſa plebe dimicabatur artiſſimè: facéſque cum tædis ardentibus & mal-

8 Mſ. deſunt. 9 Mſ. *in imo corde.*

culam Genii liberorum & Genii Larum in Alta Semita. Qui Genii quâ formâ effigiari * ſoliti, infrà notat Ammian. lib. xxv. ubi hanc ipſam rem narrat: nimirum velato capite cum cornucopia. Idque in nummis vett. Impp. Conſtantini, Maximiani, & aliorum apparet, cum hac inſcriptione, GENIUS PUBLICUS, apud Piſonem, Choul, & qui porrò hac de re ſcripſerunt. * *Lindenbr.*

r *Olim, Juliane.*] Eadem ferè leguntur apud Suetonium in Galba. *Sumpta*, ait, *virili toga, ſomniavit Fortunam dicentem, ſtare ſe ante fores deſeſſam, & niſi ociùs reciperetur, cuicumque obviæ prædæ futuram.* Quæ Dio Cocceianus Græcè ſic dicit: τήν τε γὰρ τύχην ἔδοξεν αὐτῷ λέγειν, ὅτι χρόνον ἤδη συχνὸν αὐτῷ παραμένοι, καὶ ὅτι οὐδεὶς αὐτὴν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ εἰσδέχοιτο· καὶ δὴ ἐὰν ἐπὶ πλεῖον ἀρχθῇ, πρὸς ἕτερόν τινα μεταστήσεται. *Valeſ.*

ſ *Per turres diſcurrebant & minas.*] Lib. XXIV. *Excellebant minæ murorum* -- *Celſarum turrium minas. Circumfuſi per turres ac mœnium minas.* Lib. XXIX. *Celſarum turrium minas expediit.* Feſtus Avienus in Orat. marit. -- *Montium minæ cælo inferuntur.* * Tertull. adverſ. Marcionem lib. IV. p. 1071. *Excelſas turres, & mœnia ſæva malorum, Surgenteſque minas.* * Virgil. AEneid. 4. -- *Minæque murorum ingentes.* Ubi Servius, *minas eſſe*, ait, *eminentias murorum, quas pinnas dicunt.* Ideo Rufinus modò *pinnas*, modò *minas* vocat, quas Joſephus ἐπάλξεις, Belli Judaïci lib. III. cap. 7. *Murum die noctuque operando ad XX. cubitorum altitudinem erexerunt: crebris etiam turribus in eo constructis, miniſque validiſſimis aptatis.* Id Joſephus dixit: δι' ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς τὸ τεῖχος ἤγειραν εἰς εἴκοσι πήχεις τὸ ὕψος, καὶ συχνοὺς μὲν πύργους ἐνῳκοδόμησαν αὐτῷ καρτεράς τε ἐπάλξεις. Lib. eodem cap. 8. *Per murorum pinnas.* Joſephus περὶ τὰς ἐπάλξεις, * cap. 9. ibidem. * *Lindenbr.*

t *Unde reſeratam urbem obſidio ſuperiore.*] Tunc cùm Singara quam Perſæ trajecto Tigri occupaverant ac mu-

colis ad exurendum imminens malum undique convolabant, [1] nec ſagittarum crebritate, nec [2] glandis hinc inde ceſſante. Vicit tamen omne prohibendi commentum acumen arietis, coagmenta fodiens lapidum recèns ſtructorum, [v] madoréque etiamtum infirmium. Dúmque adhuc ferro certatur & ignibus, turri collapſa cùm patuiſſet iter in urbem, nudato propugnatoribus loco, quos periculi disjecerat magnitudo, Perſarum agmina undique ululabili clamore ſublato, nullo cohibente cuncta oppidi membra complebant: cæſiſque promiſcè pauciſſimis, reſidui omnes [3] mandatu Saporis vivi comprehenſi, ad regiones Perſidis ultimas ſunt aſportati. Tuebantur autem hanc civitatem legiones duæ, prima Flavia, primáque Parthica, & indigenæ plures, cum auxilio equitum ilico ob repentinum malum incluſorum: qui omnes, ut dixi, vinctis manibus ducebantur, nullo juvante noſtrorum. Niſibin enim ſub pellibus agens pars major exercitus cuſtodiebat, intervallo perquàm longo diſcretam: alioquin [x] numquam labenti Singaræ vel temporibus priſcis quiſquam ferre auxilium potuit, aquarum pænuriâ cunctis circùm arentibus locis. Et licèt ad præſciſcendos adverſos ſubitóſque motus, id munimentum opportunè locavit antiquitas, diſpendio tamen fuit rei Romanæ, cum defenſorum jactura aliquoties interceptum.

CAP. VII. Exciſo itaque oppido, Rex Niſibin prudenti conſilio vitans; [y] memor nimirum quæ ſæpius ibi pertulerat, dextrum latus itineribus petit ob-

1 *Steph.* non ſagittarum. 2 *Al.* glande. 3 *Mſ.* mandatu.

---

nierant, á militibus Romanis capta & expugnata eſt, ut narrat Libanius in βασιλικῷ, & Julianus in Orat. 1. ad Conſtantium, Philippo & Sallia Coſſ. ut ſuprà adnotavi. *Valeſ.*

v *Madoreque etiamtum infirmium.*] Sic loquitur etiam in lib. 30. *Infirmati perículoſo madore.* Quam locutionem hauſiſſe videtur ex Salluſtio, qui in lib. 4. Hiſt. *Quaſi par*, inquit, *in opido feſtinatio, & ingens terror erat, ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur.* Ceterùm τὸ *infirmium* reſtituimus ex fide codicis Regii [ac Colbert.] & Baſilienſis Editionis. Ac ne quis barbariſmum putet, ſciat Fl. Caprum in lib. de Orthographia affirmare, utrumque dici, tam *infirmus* quàm *infirmis*. Eâdem licentiâ Marcellinus noſter in lib. xv. cap. 9. dixit: *Geryonis & Tauriſci ſævium tyrannorum.* Sic enim ſcriptum eſt in exemplari Regio, & in Editione Rom. Et in lib. 29. cap. 5. *Suppliciorum ſævium repertorem*, ut habent codex Valentinus & Regius. *Idem.*

x *Numquam labenti Singaræ.*] At Theophylactus Simocatta ob eam maximè cauſam inexpugnabilem eſſe Singaram dicit, quòd omnis in circuitu regio arida ac ſiticuloſa ſit. Et hic quidem τὸ Σίγγαρων φρούριον appellat familiari ipſi terminatione: Julianus in Orat. 1. τὰ Σίγγαρα. Apud Athanaſium in Epiſt. ad Solitarios perperam excuſum eſt, εἰς τὰ Σίγγαρα τῆς Μεσοποταμίας. Sita eſt autem Singara ad fluvium Tigrim, ut Ptolemæus dicit, & in Tabula Peutingerorum notatur: quadraginta millibus diſtans à civitate Niſibi. Proinde aut fallitur Uranius apud Stephanum, qui Singara urbem eſſe ait Arabiæ juxta Edeſſam, hoc eſt, in vicinia Euphratis: aut de altera ejuſdem nominis urbe loquitur, de qua etiam Plinius in lib. 4. *Idem.* Hoc quum vir doctiſſimus ante tot jam annos obſervaverit; quid poteſt fingi ineptius Joh. Harduino in nummis, ut vocat, illuſtratis ſcribente pag. 455, quum ex Plinio & Stephano probaſſet eſſe urbem Arabiæ? *Ibi Singarenſis pugna Conſtantii Imp. adverſus Choſroen Perſarum regem, de qua nos egimus in Notis ad Themiſtium orat.* 1. Gron.

y *Memor nimirum quæ ſæpius ibi pertulerat.*] Ter omnino eſt à Perſis obſeſſa Niſibis, ſed majore ſui detrimento, dum obſedit, hoſtis affectus eſt, ut ait Rufus Feſtus. Prima quidem Niſibis obſidio contigit anno Domini 337. Feliciano & Titiano Coſſ. ipſo anno quo Conſtantinus Magnus exceſſit, ut ait auctor Chronici Alexandrini: Σαπώρης ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἐπῆλθε τῇ Μεσοποταμίᾳ πορθήσας τὴν Νίσιβιν καὶ παρακαθίσας αὐτὴν ἡμέρας ξγ'. καὶ μὴ κατισχύσας αὐτῆς ἀνεχώρησε. Hieronymus in Chronico hanc obſidionem ponit anno Domini 338. *Sapor*, inquit, *Meſopotamiâ vaſtatâ duobus ferme menſibus Niſibin obſidet.* Sed priorem Chronici Alexandr. ſententiam ſequi malo. Etenim Libanius in βασιλικῷ Perſas ait poſt obitum Con

iquis : Bezabden, quam Phœnicam quoque inſtitutores veteres appellarunt, ʼi vel promiſſorum dulcedine illectis defenſoribus retenturus, munimentum mpendio validum, in colle mediocriter edito poſitum, vergénſque in margiies Tigridis, atque ubi loca ſuſpecta ſunt & humilia, duplici muro vallatum: d cujus tutelam tres legiones ſunt deputatæ, ſecunda Flavia, ſecundáque Arnenjaca, & Parthica itidem ſecunda, cum [z] ſagittariis pluribus Zabdicenis, n quorum ſolo tunc nobis obtemperantium hoc eſt municipium poſitum. Prino igitur impetu cum agmine cataphractorum fulgentium Rex ipſe ſublimior eteris, caſtrorum ambitum circumcurſans, prope labra ipſa foſſarum venit auentiùs: petitúſque balliſtarum ictibus certis & ſagittarum, denſitate [4] operus armorum in modum teſtudinis contextorum, abſceſſit innoxius. Irâ tamen um ſequeſtratâ, caduceatoribus miſſis ex more, clauſos blandiús hortabatur, t vitæ ſpeíque conſulturi obſidium deditione ſolverent opportuna, reſeratiſque ortis egreſſi, ſupplices victori gentium ſemet offerrent. Quibus adire propiùs uſis defenſores mœnium ideo pepercerunt, quòd cohærenter ſibi junctos duerant [5] hiſdem notos ingenuos, Singaræ captos: eorum enim miſeratione teum nemo contorſit, nec ſuper pace reſpondit. Deinde datis indutiis diei totius : noctis, ante alterius lucis initium Perſarum populus omnis adortus avidè valım, acritérque minans ac fremens, ubi ad ipſa mœnia confidenter acceſſit, [6] imicabat vi magna reſiſtentibus oppidanis. [7] Quare ſauciabantur plerique arthorum, quòd pars ſcalas vehentes, alii opponentes vimineas crates, veluti æci pergebant introrſus, nec noſtris innocui. Sagittarum enim nimbi crebriùs olitantes, ſtantes confertiùs perforabant: partibúſque poſt Solis occaſum æuâ jacturâ digreſſis, appetente poſtridie luce ardentiùs multo quàm antea pu-

4 *Mſ.* opertus. 5 *Mſ.* iſte in notos. 6 *Mſ.* dicabat vi. 7 *Mſ.* Et quæ re. *ir.* Ex qua re. *ut alibi* ea re.

ſntini ripam Tigris ſuperare auſos non eſſe. Secunda atem obſidio Niſibis accidit anno Domini 350. Sergio & Nigriniano Coſſ. ut legitur in Chronico Alexandrir, & apud Cedrenum rectè. Etenim Julianus in Orat. 1 & 2. in quibus eam obſidionem elegantiſſimè deſcrib, Perſas ait tempus obſervantes, quo Conſtantius averſus Tyrannos in Occidentem erat profectus, manis cum copiis in Meſopotamiam irrupiſſe, & Niſibin catuor propè menſium ſpatio obſediſſe: ſic enim dicit i Orat. 2. *ταύτην δ' τὴν πόλιν στρατὸς πολὺς πλήθει παρθυαίων ὸ ἰνδοῖς περιέχεν, ὁπηνίκα ἐπὶ τ' τυράννων βαδίζειν πρόκειτο.* Iem confirmat Themiſtius in fine Orat. 14. Denique Zonaras qui in geſtis Conſtanrini filiorum commemonndis ſolito diligentior fuit. Ex quo & ex Volageſi Niſeni Epiſcopi qui Jacobo ſucceſſerat, Epiſtola, tota ejus obſidionis hiſtoria petenda eſt. Ejus Epiſtolæ partn refert auctor Chronici Alexandrini. Ex his apparet ſi Hieronymum, qui in anno Domini 348. ſcribit: *Rurſus Sapor tribus menſibus obſidet Niſibin.* Nam hæc trimeſtris obſidio biennio pòſt contigit, ut dixi. Volageſus centum dies duraſſe ſcribit. Tertia demum obſidio fuit anno Domini 359. Euſebio & Hypario Coſſ. cujus meminit Ammianus noſter in lib. 18. cap. 7. & Zonaras, ut ad eum locum adnotavi: ac poſtremò Zoſimus in lib. 3. Sed hic tertiam hanc obſidionem paucorum dierum cum ſecunda illa confudit, ut rectè notavit vir eruditiſſimus D. Petavius in Juliani Orat. 1. *Valeſ.*

z *Sagittariis pluribus Zabdicenis.*] Horum mentio fit in Notitia Imperii ſub Duce Meſopotamiæ: *Cohors quartadecima Valeria Zabdenorum Majocariri.* Hos Romano tunc Imperio paruiſſe ait Marcellinus: ſed paullo pòſt cum aliis regionibus Tranſtigritanis dedita eſt à Joviano Zabdicena, ut Marcellinus, Zoſimus, Petrúſque Patricius affirmant. In ea regione erat opidum Bezabde teſte Marcellino: quod vocabulum Zabdicenorum Syro ſermone ſignificare videtur, ſeu potiùs domum Zabdæ, ut Scaliger ad Euſebii Chronicum adnotavit. Eamdem & Phœnicam Græco vocabulo Macedones appellarunt ab urbe Epiri Phœnica. *Idem.*

gnabatur, hinc inde concinentibus tubis: nec minores ſtrages utrobique viſa
ſunt, ambobus obſtinatiſſimè colluctatis. Verùm ſecuto die otio communi ad
ſenſu poſt ærumnas multiplices attributo, cùm magnus terror circumſiſtere
muros, Perſæque paria formidarent: Chriſtianæ legis Antiſtes exire ſe velle ge
ſtibus oſtendebat & nutu; acceptáque fide quòd redire permitteretur incolumis
aduſque tentoria Regis acceſſit. Ubi datâ copiâ dicendi quæ vellet, ſuadeba
placido ſermone diſcedere Perſas ad ſua, poſt communes partis utriuſque lu
ctus formidari etiam majores affirmans, forſitan adventuros. Sed perſtabat in
caſſum hæc multáque ſimilia diſſerendo, efferata veſania Regis obſtante,
non ante caſtrorum excidium digredi pertinaciter adjurantis. Perſtrinxit tame
ſuſpicio vana quædam Epiſcopum, ut opinor, licèt aſſeveratione vulgata mul
torum, quòd clandeſtino colloquio Saporem docuerat, quæ mœnium appete
ret membra ut fragilia intrinſecus & invalida. Hócque exinde veriſimile viſu
eſt, quòd poſtea intuta loca cariéque nutantia cum exſultatione magna, vel
regentibus penetralium callidis, contemplabiliter machinæ feriebant hoſtile
Et quamquam anguſti calles difficiliorem aditum dabant ad muros, aptatiq
arietes ægrè promovebantur, manualium ſaxorum ſagittarúmque metu arcer
te: nec balliſtæ tamen ceſſavere nec ſcorpiones, illæ tela torquentes, hi lapid
crebros, qualíque ſimul ardentes pice & bitumine illiri: quorum adſiduita
per proclive labentium [9] machinæ hærebant velut altis radicibus fixæ, eáſq
malleoli & faces jactæ deſtinatiùs exurebant. Sed cùm hæc ita eſſent, cad
réntque altrinſecus multi, ardebant magis oppugnatores naturali ſitu & ingen
opere munitum oppidum ante brumale ſidus exſcindere, rabiem Regis non a
tè ſedari [1] poſſe credentes. Quocirca nec multa cruoris effuſio, nec confi
mortiferis vulneribus plurimi ceteros ab audacia parili revocabant. Sed diu cu
exitio decernentes poſtremo, periculis objectavere ſemet abruptis: & agitant
arietes, denſo ſaxorum molarium pondere fomentíſque ignium variis, ire pr
tinus vetabantur. Verùm unus aries reſiduis celſior, humectis taurinis opert
exuviis, ideóque minùs caſus flammeos pertimeſcens aut tela, antegreſſus
mnes repſit niſibus magnis ad murum: vaſtóque acumine coagmenta lapidu
fodiens, turrim laxatam evertit. Quâ ſonitu lapsâ ingenti, ſuperſtantes quoq
repentinâ ruinâ dejecti, diffractíque vel obruti, mortibus interiere diverſis
inſperatis: inventóque tutiore adſcenſu armata irruit multitudo. Trepidis d
inde ſuperatorum auribus ululantium undique Perſarum intonante fragore, a
tius prœlium intra muros exarſit, hoſtium noſtrorúmque catervis certantib
comminus, cùm confertis inter ſe corporibus, hinc indéque ſtricto mucro
nulli occurrentium parceretur. Magna denique mole ancipiti diu exitio rer

8 *Deſunt mſ.* 9 *Mſ.* machinarum. 1 τὸ poſſe *deeſt al.*

entes obſeſſi, poſtremò plebis immenſæ ponderibus effuſè disjecti ſunt. Et poſt æc iratorum hoſtium gladii quidquid inveniri poterat concidebant: abreptique ſinibus matrum parvuli, ipſæ quoque matres trucidabantur, nullo quid aeret reſpectante. Inter ea tam funeſta, gens rapiendi cupidior, onuſta ſpoliom genere omni, captivorúmque examen maximum ducens, tentoria repetit exſultans. Rex tamen gaudio inſolenti elatus, diúque deſiderio capiendæ hœnicæ flagrans, munimenti perquàm tempeſtivi, non antè diſceſſit quàm befactata murorum parte reparata firmiſſimè, alimentíſque affatim conditis, rmatos ibi locaret inſignes origine, bellíque artibus claros. Verebatur enim, uod accidit, ne amiſſionem caſtrorum ingentium ferentes ægrè Romani, ad dem obſidenda viribus magnis accingerentur. Latiùs ſe proinde jactans, aditáque ſpe quidquid aggredi poſſet adipiſcendi, interceptis caſtellis aliis viliobus [a] Virtam adoriri diſpoſuit, munimentum valde vetuſtum, ut ædificam à Macedone credatur Alexandro, in extremo quidem Meſopotamiæ ſim; ſed muris vèlut ſinuoſis circumdatum & cornutis, inſtructionéque varia acceſſum. Quod cùm omni tentaret arte, nunc [2] promiſſis defenſores alliciens, nc pœnas cruciabiles minitans, aliquoties ſtruere aggeres parans, obſidionaſque [3] admovens machinas, multis acceptis vulneribus, quàm illatis, oiſſo vano incepto tandem abſceſſit.

Cap. VIII. Hæc eo anno inter Tigrim geſta ſunt & Euphraten. Quæ m frequentibus nuntiis didiciſſet Conſtantius, metuens expeditiones Parthis, hiemem apud Conſtantinopolim agens, impenſiore cura limitem inſtruet cum omni apparatu bellorum. Arma quoque & tirocinia cogens, legionéſe augens juventutis validæ ſupplementis, quarum ſtatariæ pugnæ per Orienles ſæpius emicuere procinctus: [b] auxilia ſuper his Scytharum poſcebat merde vel gratiâ, ut adulto vere profectus [4] è Thraciis, loca ſuſpecta protinus ccuparet. Inter quæ Julianus apud Pariſios hibernis locatis, ſumma cœptorm quorſum evaderet pertimeſcens, erat anxius, nuſquam aſſenſurum Conntium factis multa volvendo conſiderans, apud quem ſordebat ut infimus &

2 *Mſ.* promiſſis. 3 *Al.* movens. 4 *Mſ.* & braratus.

a *Virtam adoriri diſpoſuit.*] Βίρθα dici videtur à Ptolæo opidum in Meſopotamia juxta Tigrim. *Valeſ.*

b *Auxilia ſuper his Scytharum.*] Id inter præcipuas Cnſtantii laudes numerat Libanius in Orat. quæ βαſιλικὸς inſcripta eſt, quòd Scythas infenſiſſimos antea pop. Rm. non ſolùm pacaverit, ſed etiam, quod numquam aea contigerat, adverſus Perſas auxiliares habuerit, παι ἐξῆλθε στρατόπεδον Σκυθικὸν, τῇ μὲν ῥωμαίων χειρὶ συμβαλούμενον, τῇ δὲ δυνάμει περσῶν ἀντιταξόμενον, &c. Poſt Conſtantium ceteri Impp. Scytharum auxiliis adverſus Perſauſi ſunt: ut Julianus, teſte Marcellino in lib. 23. princo: & poſtea Valens, ut eſt in lib. 30. *Henr. Valeſ.* [Primus autem Gothorum auxiliis contra Perſas uſus eſt Galerius Maximianus Cæſar; & poſtea in bello Liciniano Conſtantinus Maximus Aug. cui & Gothi XL. ſuorum millia adverſus varias gentes obtulerunt: uti ſcribit Jordanes in Geticis. Contrà tamen in Excerptis quæ frater meus edidit, dicitur Licinius Aug. apud Chryſopolim cum Conſtantino pugnans, auxiliares ſecum Gothos habuiſſe: *Deinde apud Chryſopolim Licinius maximè auxiliantibus Gothis, quos Aliquaca Regalis deduxerat: quum Conſtantini pars vincens* XXV. *millia armatorum fudit partis adverſæ, ceteris fugientibus.* Ob id Conſtantinus poſt oppreſſum Licinium Gothis bellum intulit, victíſque obſides imperavit, ac cum eis pacem, mox & fœdus iniit.] *Hadr. Valeſ.*

contemptus. Circumſpectis itaque trepidis rerum novarum exordiis, legatı ad eum mittere ſtatuit geſta docturos, eíſque concinentes litteras dedit, qui actum ſit, quídve fieri oporteat deinceps, monens apertiùs & demonſtran Quamquam eum hæc dudum comperiſſe opinabatur relatu Decentii olim reve ſi, & Cubiculariorum recens de Galliis [5] prægreſſorum qui ad Cæſarem a qua portavere ſollemnia. Et quamquam non repugnanter, tamen nec arroga tibus verbis quidquam ſcripſit, [c] ne videretur, ſubitò [6] reclinaſſe. Erat a tem litterarum ſenſus hujuſmodi: *Ego quidem propoſiti mei fidem non min moribus quàm fœderum pacto, quoad fuit, unum ſemper atque idem ſentie conſervavi, ut effectu multiplici claruit evidenter. Jámque inde ut me cre tum Cæſarem pugnarum horrendis fragoribus objeciſti, poteſtate delata conte tus, currentium ex voto proſperitatum nuntiis crebris, ut apparitor fidus ı. as aures implevi, nihil uſquam periculis meis aſſignans: cùm documentis ac duis conſtet, diffuſis permiſtíſque paſſim Germanis, in laboribus me ſemper ſum omnium primum, [7] in laborum refectione poſtremum. Sed bonâ veniâ t dixerim, ſi quid novatum eſt nunc, ut exiſtimas: in multis bellis & aſperis tatem ſine fructu conterens miles, olim [8] deliberatum implevit, fremen, ſecundíque impatiens loci rectorem, cùm nullas ſibi vices à Cæſare diuturni doris & victoriarum frequentium rependi poſſe contemplaretur. Cujus iraci diæ, nec dignitatum augmenta nec annuum merentis ſtipendium, id quoque i pinum acceſſit: quòd ad partes orbis Eoi poſtremas venire juſſi, homines aſſu i glacialibus terris, ſeparandíque liberis & conjugibus, egentes trahebant & nudi. Unde ſolito ſæviùs efferati, nocte in unum collecti Palatium obſede, Auguſtum Julianum vocibus magnis appellantes & crebris. Cohorrui, fate, & ſeceſſi: amandatúſque dum potui, [9] [d] ſalutem ſimulatione quæritabam & tebris. Cúmque nullæ darentur induti æ, libero pectoris muro, ut ita dixer, ſæptus, progreſſus ante conſpectum omnium ſteti, molliri poſſe tumultum auc ritate ratus, vel ſermonibus blandis.* [1] *Exarſere mirum in modum, conſ e*

5 *Mſ.* prægreſſorum. 6 *Mſ.* redundaſſe. 7 Mſ. *in laborum refectione.* 8 Mſ. *deliberatum.* 9 Mſ. *ſalutemus latione.* 1 Mſ. *quoa.*

c *Ne videretur ſubito declinaſſe.*] Sic placuit P. Caſtello, cùm in Editione Rom. legeretur *reclinaſſe*: quod equidem prætulerim, metaphorâ ſumptâ ab equis immorigeris qui ſe reclinant, ut ſeſſorem excutiant: *ἀποτινάζειν* & *ἀναχαιτίζειν* Græci dicunt. In Mſ. Flor. & Valent. [ac Colbert.] legitur *redundaſſe*. In Regio codice *repugnaſſe*, ex conjectura, ut opinor: quam tamen minimè probo, cùm ſuperiore linea id verbum poſitum ſit. Et in prima ſententia acquieſco, quam confirmat alter locus ex lib. 14. ubi Gallus dicit: *Montius nos tu rebelles, & majeſtati recalcitrantes Auguſtæ per hæc quæ* pit incuſat. & in lib. 22 cap. 11. *Henr. Valeſ.* An volu ſtæ in Mſſtis varietates *renuntiaſſe*? ut *renunciare* e vel *foro*? Gron.

d *Salutem muſſatione quæritabam.*] Hæc emenda i Gelenio profecta eſt. In Editione Rom. excuſum eſt *lutemus latione*, perinde ac in Mſ. Flor. [& Colbertı] Unde Caſtellus ineptiſſimè correxerat: *Salutem cum bulo quæritabam, & latebris* quæ *ταυτολογία* ferri non teſt. Aut igitur ex codice Regio ſcribendum eſt, *ſal ſimulatione quær. &c.* aut emendationi Gelenii acc ſcendum. *Valeſius.* Ex tot Mſſ. quibus accedit editio mana, videtur nullo negotio & bono ſenſu fieri *ſal velatione quær. & latebris.* Simulatio utique nulla hic Gron.

rovecti , ut cum precibus vincere pertinaciam conabar , inſtanter mortem ontiguis aſſultibus intentarent. Victus denique [c] *mecúmque ipſe conteſtans , uòd alter confoſſo me forſitan libens declarabitur Princeps , aſſenſus ſum , im lenire ſperans armatam. Geſtorum hic textus eſt , quem mente quæſo accipito placida. Nec actum quidquam ſecus exiſtimes , vel ſuſurrantes pernicioſa aligno admittas , ad compendia ſua excitare ſeceſſiones Principum adſuetos: ed adulatione vitiorum* [2] *altrice depulſa ,* [f] *excellentiſſimam virtutum omnium adverte juſtitiam : & condicionum æquitatem quam propono , bona fide ſcipito , cum animo diſputans , hæc ſtatui Romano prodeſſe , nobíſque , qui caitate ſanguinis , & fortunæ ſuperioris culmine ſociamur. Ignoſce enim : quæ um ratione poſcuntur , non tam fieri cupio , quàm à te utilia probari & recta , vidè tua præcepta deinde quoque ſuſcepturus. Quæ neceſſe ſit fieri , in comendium redigam breve.* [g] [h] *Equos præbebo* [3] *curules Hiſpanos , & miſcenos Gentilibus atque Scutariis adoleſcentes* [i] *Letos quoſdam , cis Rhenum ditam barbarorum progeniem , vel certè ex dediticiis , qui ad noſtra deſcicunt. Et hæc aduſque exitum vitæ me ſpondeo non modò grato animo , verùm upido quoque facturum. Præfectos Prætorio , æquitate & meritis notos , tua obis dabit clementia : reſiduos ordinarios judices , militiæque moderatores romovendos arbitrio meo concedi eſt conſentaneum , itidémque ſtipatores. tultum eſt enim , cùm antè caveri poſſit ne fiat ,* [4] *eos ad latus Imperatoris dſciſci , quorum mores ignorantur & voluntates. Hoc ſanè ſine ulla dubitaone firmaverim : tirones ad peregrina & longinqua Galli mittere , diuturna rturbatione caſibúſque vexati graviſſimis , nec ſponte ſua poterunt nec coai , nè conſumptâ penitus juventute ut affliguntur præterita recordantes , ita deſperatione pereant impendentium. Nec Parthicis gentibus opponenda au-*

2 Mſ. *alacri cæde pulſa.* 3 Mſ. *curules Sparnos.* Mſ. *eos latus.* ἴσ. *eos ad latus Imp.*

---

c *Mecumque ipſe conteſtans.*] Ad oram codicis Regii iptum eſt *conjectans* eadem manu. *Valeſ.*

f *Excellentiſſimam virtutum omnium juſtitiam*] Jamchus ad Anatolium : Ἐπ' αὐτὸ δὴ τὸ τῶν ὅλων ἀρετῶν τέλος, τὴν συναγωγὴν αὐτῶν συμπασῶν, ἐν ᾗ δὴ πᾶσαι ἔνεισι συλλήβδην ἢ πάλαι λέγον γένοιτο ἄν τις, εἰς τὴν δικαιοσύνην ἀγόμενος, ud Stobæum Serm. L1. pag. 187. * Polus apud Stoum : δοκεῖ μοι τὴν ἀνδρῶν τὰν δικαιοσύναν ματέρα τε καὶ τιθήναν τῶν ἄλλων ἀρετῶν προσειπεῖν. Chalcidius in Platon. p. 9. *Optima ſymphonia eſt in moribus noſtris juſtitia , virum omnium principalis , per quam ceteræ quoque virtuſuum munus atque opus exſequuntur.* Vid. Cicer. 2. de ficiis. Theognis : Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή ἐστιν. ndenbr.

g *Equos præbebo curules Hiſpanos*] Equorum Hiſpani guinis mentio in L. unic. C. Theod . de equis curulib. Chronicon Sangallenſe de Carolo M. lib. 2. *Imperator Regi Perſarum direxit nuntios , qui deferrent equos & mulos Hiſpanos .* * Idem.

h *Equos præbebo curules Hiſpanos* , &c.] Eadem tradit Zonaras his verbis : ἐπαγγελλόμενος δὲ καὶ τοὺς ἁμιλλητηρίους ἵππους ἐξ ἱσπανίας ὡς ἔθος, καὶ τοὺς ἐπιλέκτους ἄνδρας ἐκ γαλατῶν ἐτησίως στέλλειν αὐτῷ. Addítque Julianum Cæſaris, non Auguſti nomen litteris inſcripſiſſe, ne inſcriptione ſtatim offenſus Conſtantius eas averſaretur : quod confirmat etiam Julianus in Ep. ad Athen. *Valeſ.*

i * *Lectos quoſdam*] Confirmat hanc ſcripturam Zonaras verbis ſuprà allatis , ἐπιλέκτους ἐκ Γαλατῶν. Sed cùm in Mſſ. codicibus , Regio , [Colbertino ,] ac Toloſ. ſcriptum invenerim , *aduleſcentes Letos quoſdam* , aliàs *Lætos* : non dubito , quin hæc ſcriptura verior ſit. Sunt autem Leti , ut ad librum 16. notavi , ſemibarbari quidam qui Gallias habitabant ; vel (ut Ammianus noſter ſubjungit) *cis Rhenum edita barbarorum progenies.* * Idem.

k *Deſperatione pereunt.*] In Mſſ. Regio [& Colbertino ,] & in Editione Rom. Auguſt. & Baſil. legitur

xilia hinc acciri conveniet, cùm adhuc nec barbarici ſint impetus interclufi, & (ſi dici quod verum eſt pateris) hæ provinciæ malis jactatæ continuis, exter nis indigeant adjumentis & fortibus. Hæc hortando, ut æſtimo, ſalutarite ſcripſi, poſcens & rogans. Scio enim, ſcio, ne quid ſublatius dicam cùm im perio congruens, quas rerum acerbitates jam conclamatas & perditas, con cordia viciſſim ſibi cedentium Principum meliorem revocavit in ſtatum: cùi appareat majorum exemplo noſtrorum; moderatores hæc & ſimilia cogitante: fortunatè beatéque vivendi reperire quodammodo viam, & ultimo tempori p ſteritatíque jucundam ſui memoriam commendare. His litteris junctas [l] ſecreti res alias Conſtantio offerendas clanculo miſit, objurgatorias & mordaces: qu rum ſeriem nec ſcrutari licuit, nec ſi licuiſſet, proferre decebat in publicum. A id munus implendum electi viri ſunt graves, Pentadius Officiorum Magiſter, Eutherius Cubiculi tunc Præpoſitus, poſt oblatas litteras relaturi nullo ſuppreſ quæ viderunt, & ſuper ordine futurorum fidenter acturi. Auxerat inter ha cœptorum invidiam Florentii fuga Præfecti: qui velut præſagiens concitand motus ob militem, ut ſermone tenus jactabatur, accitum, conſultò diſceſſer Viennam, alimentariæ rei gratiâ divelli cauſatus à Cæſare quem ſæpe tract tum aſperiùs formidabat. Dein cùm comperiſſet eum ad Auguſtum culm evectum, exigua ac propè nulla vivendi ſpe verſus in metum, ut longè disju ctus, malis ſe quæ ſuſpicabatur exemit: & neceſſitudine omni relicta digreſſ venit ad Conſtantium itineribus lentis: útque ſe nulli obnoxium culpæ monſtr ret, Julianum ut perduellem multis criminibus appetebat. Cujus poſt abitu bene Julianus cogitans & prudenter, ſciríque volens quòd præſenti quoq peperciſſet; caritates ejus cum re familiari intacta, publici curſus uſu permiſſ ad Orientem redire tutiùs imperavit.

CAP. IX. Nec minore ſtudio ſecuti legati, hæc ſecum ferentes quæ pr diximus, intentíque ad viandum, cum venirent ad judices celſiores, obliq tenebantur: moráſque per Italiam & Illyricum perpeſſi diuturnas & graves tandem [5] transfretati per Boſporum, itineribúſque lentis progreſſi, [m] apu

5 *Mſ.* transfretati per Boſphorum.

pereant: & paullo antè *affliguntur* ſcriptum habet codex Regius [& Colbertinus] cum Editione Romana. Quocirca ſic ſcribendum eſſe conjecerim: *Ne conſumpta penitus juventute, ut affliguntur præterita recordantes, ita deſperatione pereant impendentium.* * Sic. in cap. IV. libro XXV. * *Valeſ.*

l *Secretiores alias Conſtantio offerendas.*] Has mordaces litteras non eo tempore, ſed poſtea miſſas à Juliano ſcribit Zonaras, tunc cùm Leonas qui legatus ad Julianum fuerat, re infecta ad Conſtantium rediit. *ἀπογνοὺς μὲν τι διωνήσεσθαί τι τῶν αὐτῷ προστεταγμένων ἀνύσαι, ὑπέστρεψε μετὰ γραμμάτων τοῦ τυραννήσαντος ἀναιδῶς ἐνυβριζόντων τὸν αὐτοκράτορα ὡς πλεῖστα ἐξαμαρτόντα κατὰ τοῦ γένους αὐτοῦ, καὶ ἀπειλοῦντος αὐ γενέσθαι τιμωρὸν τῶν ἀδίκως παθόντων. Leonas igitur deſper ſe quidquam eorum quæ ſibi mandata erant perficere po reverſus eſt cum Juliani litteris, quibus impudenter I objurgabat, utpote qui in propinquos ſuos multa deliqui & minabatur ſe eorum injurias ulturum.* Idem.

m *Apud Cæſaream Cappadociæ etiamtum degente invenere Conſtantium, Mazacam antehac nominata* Stephan. *περὶ πόλεων. Μάζακα πόλις Καππαδοκίας, ἡ νῦν Κ σάρεια.* Atque id quidem in confeſſo eſt, Mazacam Ca ream poſtea dictam: ſed à quonam ſic dicta ſit, in variant antiqui. Conſtantinus Porphyrogen. omn civitates Cæſareas, à Julio Cæſare cognominatas pu deque hac Mazaca ita ſcribit *Καισάρεια μητρόπολις ἡ*

Cæſaream Cappadociæ etiamtum degentem invenere Conſtantium, Mazacam antehac nominatam, opportunam urbem & celebrem, ſub Argæi montis pedibus ſitam. Qui intromiſſi, data poteſtate offerunt ſcripta: iiſque recitatis, ultra modum ſolitæ indignationis excanduit Imperator, [6] [n] limibúſque oculis os adúſque metum contuens mortis, egredi juſſit, nihil poſt hæc percontatus vel audire perpeſſus. Perculſus tamen ardenter cunctatione ſtringebatur ambigua, utrum in Perſas, an contra Julianum moveri juberet acies quibus fidebat: æſitánſque diu perpenſis conſiliis, flexus eſt quorumdam ſententiâ [7] utilium uaſorum, & iter Orientem verſus edixit. Statim tamen & legatos abſolvit, & Leonam Quæſtorem ſuum in Gallias cum litteris datis ad Julianum pergere eleri ſtatuit gradu, nihil novatorum ſe aſſerens ſuſcepiſſe, ſed eum (ſi ſaluti uæ proximorúmque conſulit) tumenti flatu depoſito, [p] intra Cæſaris ſe poeſtatem continere præcipiens. Utque id facile formido intentatorum efficeet, velut magnis viribus fretus, [q] in locum Florentii Præfectum Prætorio Nebridium, tum Quæſtorem ejuſdem Cæſaris promoverat, & Felicem No-

6 *Al.* limiſque oculis. 7 *Mſ.* utilium ſuaſorum.

γάλης καίσαρος Ἰουλίου ὠνομασμένη, ἥτις πρότερον ἐκαλεῖτο Μάζακα, ἀπὸ Μοσὸχ τοῦ τῶν Καππαδόκων ἀρχηγόνου. At Rufus eſtus in Breviar. non à Julio, ſed ab Auguſto Cæſ. ita ocatam adſerit: *Semper inter auxilia noſtra fuere Cappaces, & ita majeſtatem coluere Romanam, ut in honorem ugusti Cæſaris Mazaca civitas Cappadociæ maxima, Cærea cognominaretur.* Ab utriſque diſſentit Sozom. & laudio adtribuit, quod illi à Julio vel Auguſto Cæſ. ctum adſerunt; Hiſtor. Eccleſ. lib. v. cap. 4. περὶ δὲ τὸν τὸν χρόνον καὶ τὴν πρὸς τῷ Ἀργείῳ Καισάρειαν μεγάλην, καὶ εὐδαίμονα, καὶ μητρόπολιν οὖσαν τοῦ Καππαδοκῶν κλίματος, ἐκ τοῦ καλόγου τῶν πόλεων ἐξήλειψεν ὁ βασιλεὺς, καὶ τῆς ἐπωνυμίας τοῦ Καίσαρος ἀφείλετο, ἣν πάλαι ἔτυχεν ἐπὶ Κλαυδίου καίσαρος, Μάζακα τὸ ῶτον ὀνομαζομένη. Sic enim locus hic legi debet: nam vultam lectionem Μάζα κατὰ τὸ πρωτ. corruptam eſſe cerm eſt. Et rectè apud Caſſiodor habetur Hiſtor. Trirt. lib. vi. cap. 4. *Ea quoque tempeſtate Cæſaream Capdociæ maximam ac feliciſſimam civitatem ita vocari probuit, eique appellationem antiquam Cæſaris abrogavit, am à Claudio Cæſare promeruerat: nam priùs Mazaca cebatur.* Lindenbr.

n *Limibuſque oculis*] Ita Mſ. Flor. & Cod. V. Cl. P. thœi, quem vid. Adverſar. lib. 1. cap. 2. *Idem.*

o *Leonam Quæſtorem ſuum,*] Is eſt, qui Seleucenſi ynodo interfuit, ut ſuprà dixi. Ejus dignitatem ſic eſcribit Socrates in lib. 2 συμπαρῆν δὲ αὐτοῖς εἰς τῶν ἐν τοῖς βαλικοῖς ἐκφανῶν ὄνομα Λεωνᾶς. Sozomenus autem in lib. 4. υνηλύθει δὲ αὐτοῖς καὶ Λεωνᾶς ὁ ἐν ἀξιώμασι λαμπροῖς ἐν τοῖς βαλείοις στρατευόμενος. Sed neuter Quæſturæ honorem fas expreſſit. Unus Zoſimus in lib 5. ſic Quæſturam eregiè circumſcribit: Σαλούιος ὁ τὰ βασιλεῖ δοκοῦντα τεταγμένος ὑπαγορεύειν, ὃν Κοιαίστωρα καλεῖν οἱ ἀπὸ Κωνσταντίνου δεδιδαγμένοι. Id eſt: *Salvius, cujus officium erat juſſa Principis ctare: quem inde à temporibus Conſtantini Quæſtorem appellari mos eſt.* Ex quibus conjicere eſt, eam dignitatem à Conſtantino primùm inſtitutam fuiſſe. Idem officium ſic deſcribit Rutilius in lib. 1.

Hujus facundæ commiſſa palatia lingua:
Primævus meruit Principis ore loqui.

Quippe Quæſtor leges dictabat, ut eſt in Notitia Imperii, & apud Caſſiodorum in formula Quæſturæ. Dicebantur autem hi Quæſtores ſacri Palatii, ad differentiam Quæſtorum, qui erant in Senatu Rom. de quibus agit Ulpianus in tit. de officio Quæſtoris. Iſti de quibus poſteriore loco dixi, magiſtratus erant populi Rom. Et ex iis quidam Candidati Principis dicebantur, ut ait Ulpianus: qui ſcilicet commendati erant à Principe, ſine repulſa & ambitu deſignandi, quemadmodum loquitur Tacitus in lib. 1. Ann. Eodémque ſenſu Prætores Candidati, & Tribuni Candidati dicebantur. Ut in veteri Inſcriptione Græca: ΤΑΜΙΑΝ ΚΑΝΔΙΔΑΤΟΝ. ΔΗΜΑΡΧΟΝ ΚΑΝΔΙΔΑΤΟΝ. & in hac Latina: *C. Cærelio, &c. Quæſtori. Candidato. Imp. Cæſaris M. Aurelii Antonini. Trib. pl. Candidato.* Et in altera *Prætor. Kandidatus. Quæſtor. Kand.* Ex quibus intelligendus eſt Spartiani locus in Severo: *Prætor deſignatus à Marco eſt, non in Candida, ſed in competitorum grege.* Id eſt, non inter Candidatos Principis. Verùm, ut dixi, ab his diſtinguendus eſt Quæſtor ſacri Palatii. *Valeſ.*

p *Intra Cæſaris ſe poteſtatem continere.*] Idem ſcribit Victoris Epitome: *Hinc à militibus Gallicanis Auguſtus pronuntiatur. Hunc Conſtantius urgere legationibus, ut in ſtatum noménque priſtinum redeat. Julianus mandatis mollioribus refert, ſe ſub nomine celſi Imperii multo officioſius pariturum.* Idem.

q *In locum Florentii.*] Quod etiam refertur à Zonara his verbis: τῷ μέντοι Κοιαίστωρι ἐπέτρεψε καὶ τοὺς τὰς ἀρχὰς ἐκεῖσε ἀνύοντας παραλῦσαι τῆς ἐξουσίας, καὶ αὐτὸν τῶν πραιτωρίων ἔπαρχον, ἑτέρους τε ἐς ταύτας ἐγκαταστῆσαι οὓς ἐκεῖνος εἰς ἑκάστην ὠνόμασεν. *Quæſtori mandavit, ut eos qui promoti ad magiſtratus erant*

tarium, Officiorum Magiſtrum, & quoſdam alios. Gumoharium enim ſuccef ſorem Lupicini, antequàm ſciretur hujuſmodi quidquam, Magiſtrum pro vexit armorum. Ingreſſus itaque Pariſios Leonas, ſuſceptus ut honoratus & prudens; poſtridie Principi progreſſo in Campum cum multitudine armata pa riter & plebeia, quam de induſtria convocarat, & tribunali ut emineret altiù ſuperſtanti, ſcripta jubetur offerre. Replicatóque volumine edicti quod miſſun eſt, & legi ab exordio cœpto, cùm ventum fuiſſet ad locum id continentem quòd geſta omnia Conſtantius improbans, Cæſaris poteſtatem ſufficere Julia no cenſebat, [8] exclamabatur undique vocum terribilium ſonu: *Auguſte Juli ane, ut provincialis, & miles, & Reip. decrevit auctoritas; recreatæ qui dem, ſed adhuc metuentis redivivos barbarorum excurſus.* Quibus auditi Leonas, cum Juliani litteris hæc eadem [9] indicantibus revertit incolumis: ſo lúſque admiſſus eſt ad Præfecturam Nebridius: id enim Cæſar quoque ſcri bens, ex ſententia ſua fore apertè prædixit. Magiſtrum enim Officiorum jam pridem ipſe Anatolium ordinavit, [r] libellis antea reſpondentem, & quoſdai alios, ut ſibi utile videbatur & tutum. Et quoniam, cùm hæc ita procede rent, timebatur Lupicinus, licèt abſens, agénſque etiamtum apud Britar nos, homo ſuperbæ mentis & turgidæ; erátque ſuſpicio, quòd ſi hæc trar mare didiciſſet, novarum rerum materias excitaret: Notarius Bononiam mitt tur, obſervaturus ſollicitè ne quiſquam fretum Oceani tranſire permitteretu Quo vetito, reverſus Lupicinus antequam horum quidquam ſciret, [1] [ſ] null cierc potuit turbas.

CAP. X. Julianus tamen jam celſiore fortunâ militíſque fiduciâ lætior, i intepeſceret, néve ut remiſſus argueretur & deſes, legatis ad Conſtantiu miſſis, in limitem Germaniæ ſecundæ eſt egreſſus: omníque apparatu, quei

8 *Mſ.* exclamabatur undique vocum terribilium ſonum.
9 *Mſ.* innotantibus. 1 *Mſ.* nullus.

in Galliis, poteſtate diſcingeret, & in his Præfectum ipſum Præt. alios verò quos ipſe nominaverat, in eorum locum ſubrogaret. Valeſ.

r *Libellis antea reſpondentem.*] Id eſt, Magiſtrum Libellorum. Quatuor enim erant Scrinia ſacra: ſingulis præerant Magiſtri. Poſt Magiſtros erant Proximi, qui & Priores dicebantur: iíque in unoquoque Scrinio plures fuere, ut patet ex lege x. Cod. Th. de Proximis. Proximos ſequebantur Melloproximi, deinde Exceptores, lege 16. Cod. cit. Ex his patet Proximos Scriniorum à Magiſtris diſtingui. Quare non aſſentior doctiſſimo viro qui in Notis ad Hiſtoriam Aug. Proximos Scriniorum ait dici Magiſtros. Atqui diverſi ſunt in Codice tituli de Magiſtris Scriniorum, & de Proximis. Et in lege unica Cod. Th. qui à præbitione tironum. Proximi Scriniorum Scriniorum Magiſtris longo intervallo ſeparantur. Dei de Proximi Vicariis exæquabantur, ut eſt in tit. de Pr ximis. * Hinc in actione 1. Concilii Chalcedonenſis *M mas vir Spectabilis* dicitur *Comes & Proximus ſacri ſc nii Libellorum, & ſacrarum Cognitionum*: & ſimilit Caſtorius quidam. At Magiſtri præferebantur Vicar lege un. de Magiſtris Scrin. Denique ad Proximatu quidem ordine militiæ perveniebatur, ut docet lex 6. 17. Cod. cit. Magiſterium verò à Principe conferebatu Sic in lib. 29. Feſtus quidam ex Advocato Conſular Syriæ, ex Conſulari Magiſter Memoriæ, deinde Pr conſul Aſiæ fuiſſe dicitur. *Idem.*

ſ *Nullas ciere potuit turbas.*] Callidè excuſat factu Juliani, qui Lupicinum ex Britannia reverſum cor prehendi juſſit, & in libera cuſtodia habuit, cum aliqu aliis: quod Conſtantius objiciebat Juliano, ut refert J lianus in Epiſt. ad Athen. *Idem.*

flagitabat inſtans negotium, [2] communitus, [t v] Tricenſimæ oppido propinquabat. [x] Rheno [3] exinde tranſmiſſo [y] regionem ſubitò pervaſit Francorum, [z] quos Attuarios vocant, inquietorum hominum, licentiùs etiamtum percurſantium extima Galliarum. Quos adortus ſubitò nihil metuentes hoſtile, [4] nimiúmque ſecuros, quòd ſcrupoſa viarum difficultate arcente, nullum ad ſuos pagos introiſſe meminerant Principem, ſuperavit negotio levi; captíſque plurimis & occiſis, orantibus aliis qui ſuperfuere, pacem ex arbitrio dedit, hoc prodeſſe poſſeſſoribus finitimis arbitratus. Unde reverſus pari celeritate per flumen, præſidiáque limitis explorans diligenter & corrigens, aduſque Rauracos venit: locíſque recuperatis, quæ olim barbari intercepta retinebant ut propria, iiſdémque pleniore cura firmatis, per Beſantionem Viennam hiematurus abſceſſit.

Cap. XI. Hic per Gallias erat ordo geſtorum. Quæ dum ita proſperè ſuccedunt & cautè, Conſtantius accitum Arſacen Armeniæ Regem, ſummáque liberalitate ſuſceptum præmonebat & hortabatur, ut nobis amicus eſſe perſeveraret & fidus. Audiebat enim ſæpius eum tentatum à Rege Perſarum fallaciis, & minis, & dolis, ut Romanorum ſocietate poſthabita, ſuis rationibus [5] ſtringeretur. Qui crebrò adjurans animam priùs poſſe amittere quàm ſententiam, muneratus cum comitibus quos duxerat, rediit ad Regnum, [6] nihil auſus te-

2 *Mſ.* communitus Obtricenſimæ oppido. 3 *Al.* deinde. 4 *Al.* nimium ſec. 5 *Mſ.* ſtringeretur. 6 *Mſ.* athelauſus temeratore.

---

t *Obtricenſi Moſæ oppido*] Idem hic nodus, qui lib. VIII. ubi de Triceſima agitur. Locus autem in Mſ. ſic legitur: -- *commonitus Obtricenſimæ oppido propinquabat.* Viderint alii. *Lindenbr.*

v *Obtricenſi Moſæ oppido.*] Sic primus edidit Gelenius, cùm in Editione Rom. legeretur *Obtricenſimæ*, prout etiam habet Editio Auguſtana, & codex Regius, Flor. & Valentinus [ac Colbertinus.] At Caſtellus audacter emendaverat *Taſandro*, quod opidi nomen alicubi legerat. Ego verò non dubito quin legendum ſit *Tricenſimæ opido*: cujus meminit in lib. 18. *Caſtra Herculis, Quadriburgium, Tricenſimæ, Noveſium, Bonna.* Henr. Valeſius. [Ego in Notitia Galliarum pagina 150. docui obſervavíque, Coloniam Trajanam, Caſtra Ulpia, & Triceſimam tria unius ejuſdémque loci nomina eſſe: quem locum Marcellinus infrà, in libro 18. *Triceſimam* vel *Tricenſimam*, in libro XX. *Obtricenſimam opidum* dixit ab hibernis legionis Triceſimæ Ulpiæ Victricis. Tu Notitiam conſule in Colonia Trajana.] *Hadrianus Valeſ.*

x *Rheno exinde tranſito.*] Ter, cùm adhuc Cæſar eſſet, Rhenum trajecit Julianus, ut ipſe dicit in Ep. ad Athen. primùm poſt Argentoratenſem pugnam, ut memorat Marcellinus initio lib. 17. anno D. 357. deinde anno 358. & 359. teſte Marcellino noſtro. Hæc autem quarta trajectio tunc contigit, cùm jam Auguſtus eſſet anno D. 360. Conſtantio X. & Juliano III. Coſſ. De hac autem ſua in Germaniam expeditione loquitur Julianus in Ep. ad Maximum Philoſophum, eámque trimeſtrem fuiſſe teſtatur. Meminit etiam Libanius in Orat. funebri: ἐλθὼν δ' ἐπὶ τὸν Ῥῆνον, καὶ δείξας τοῖς βαρβάροις τὴν κεφαλὴν, καὶ δευτέροις ὅρκοις τὰς ὁμολογίας ἐνδήσας ἔτρεχεν ἐπὶ τὸν ἀκούσιον ἀγῶνα. *Cùm veniſſet ad Rhenum, oſtenſo barbaris vultu, ac iteratis ſacramentis firmato fœdere, ad civile bellum ſe invitus accinxit.* Quinta demum ac poſtrema trajectio accidit Tauro & Florentio Coſſ. ut eſt in lib. 21. *Idem.*

y *Regionem ſubitò pervaſit Francorum, quos Atthuarios vocant*] Variant in nominis hujus editione exemplaria priſca. Lazius. *Advarios*; alii *Antuarios*, vel *Anſivarios*, aut *Anſuarios* ſe reperiſſe teſtantur. Quæ mutatio etiam in aliis libris invenitur: ut in Charta diviſionis inter Karulum & H Ludovicum: *Ad Bajuvariam totam Toringiam, Ribuarias, Atoarias.* Alia ejuſdem diviſionis charta: -- *Batua, Hattuarias.* * Ado in Chronicis A.C. 717. p. 197. *Saxones terram Matuariorum devaſtaverunt.* Dubio procul legendum, *terram Atuariorum.* * Sed & Lotharius Imp. in donatione Ansfrido Palatino facta, *Atthuariam pagum*, laudat: eaque ſcriptura proximiùs ad eam, quam in Ammiano reperimus, accedit. Donationis ipſa verba publicavit V. Cl. Marq. Freherus in Originib. Palatin. pag. 31. 38. *Lindenbr.*

z *Quos Attuarios vocant.*] Horum mentio fit in Geſtis Francorum Epitomatis, cap 19. de Danis: *Theodorici pagum Attuarios, vel alios devaſtantes.* [De Attuariis vide Notitiam Galliarum.] *Valeſ.*

merare poſtea promiſſorum, obligatus gratiarum multiplici nexu Conſtantio: inter quas illud potiùs excellebat, quod [a] Olympiada Ablabii filiam Præfecti quondam Prætorio, ei copulaverat conjugem, ſponſam fratris ſui Conſtantis. Quo dimiſſo à Cappadocia, ipſe per Melitinam minoris Armeniæ opidum, & Lacotena, & Samoſata, tranſito Euphrate Ædeſſam venit: ubíque dum agmina undique convenientium militum, & rei cibariæ abundantes copias opperitur, diu moratus; poſt æquinoctium egreditur autumnale, Amidam petens. Cujus cùm prope veniſſet mœnia, favillis oppleta colluſtrans, flebat cum gemitu, reputans quales miſeranda civitas pertulerat clades. Ibi tunc fortè Urſulus præſens [b] qui ærarium tuebatur, dolore percitus exclamavit: *En quibus animis urbes à milite defenduntur, cui ut abundare ſtipendium poſſit, Imperii opes jam fatiſcunt!* Quod dictum ita amarum militaris multitudo poſtea apud Chalcedona recordata, ad ejus exitium conſurrexit. Exinde cuneis confertis incedens, cùm Bezabden adventaret, fixis tentoriis, vallo foſſarúmque altitudine circumſæptis, obequitans caſtrorum ambitum longiùs, docebatur relatione multorum, inſtaurata eſſe firmiùs loca, quæ antehac incuria corruperat vetuſtatis. Et ne quid omitteret, quod ante fervorem certaminum erat neceſſario præſtruendum; viris prudentibus miſſis, condicione poſita dupla, cogebat mœnium defenſores redire ad ſuos, alienis ſine cruore conceſſis, aut in ditionem venire Romanam dignitatibus augendos & præmiis. [c] Ad quæ cùm illi deſtinatione nativa retinerentur ut clarè nati, periculíſque & laboribus indurati, cuncta obſidioni congrua parabantur. Denſis itaque ordinibus cum tubarum incitamentis latera opidi cuncta adortus alacris miles, legionibus in teſtudines varias conglobatis, paullatim tutò progrediens ſubruere mœnia conabatur: &

a *Olympiada ei copulaverat conjugem, ſponſam fratris.*] Id quidem Conſtantio inter cetera crimina objicit Athanaſius in Ep. ad Solitarios, p. 856. οὕτω γὰρ καὶ εἰς ἀδελφὸν ἀσεβεῖν τετόλμηκε· καὶ προσποιεῖται μὲν οἰκοδομεῖν αὐτοῦ μνημεῖον, τὴν δὲ μνηστὴν αὐτοῦ τὴν Ὀλυμπιάδα βαρβάροις ἐξέδωκεν, ἣν ἐκεῖνος ἄχρι τελευτῆς ἐφύλαττε, καὶ ὡς ἰδίαν ἀνέτρεφεν ἑαυτῷ γυναῖκα. *Adeo enim etiam in fratrem impius eſſe ſuſtinuit, ac ſepulcrum quidem ei ſe ædificare præ ſe fert: ſponſam autem ipſius Olympiadem barbaris dedit; quam ille quoad vixit cuſtodiebat, nec ſecus ac propriam conjugem educabat.* Valeſ.

b *Qui ærarium tuebatur.*] Duo fuere tunc temporis æraria: alterum privatum, alterum publicum; quæ utriuſque ærarii nomine frequenter in Codice deſignantur. Privatum ærarium, id eſt, quod frequentiùs res privata dicitur. Sic apud Symmachum in Epiſt. 43. lib. 4. Cui præerat Comes rei privatæ. Publicum autem ærarium erat illud, quod ſacræ Largitiones vulgò dicebatur. Et hoc eſt, quod nunc intelligit Marcellinus. Urſulus enim, de quo hic ſermo eſt, Comes erat Largitionum ſacrarum: ut videre eſt in lib. 22. ad quem ſpectabat ſtipendia militibus erogare, ut docet Vopiſcus in Probo: *Annonam e provincialibus daret nullus; ſtipendia de Largitionibus nulla erogarentur.* Et Mamertinus in Gratiarum actione. *Nam cùm me*, ait, *ærarium publicum curare voluiſti, idque eo tempore quo milites anteactis temporibus ludibrio habiti præſens ſtipendium flagitarent, quoquo modo videbar honorem onere penſare,* Denique Agathias in lib. 3. de Rufino quodam Comite Largitionum: παρῆν δὲ αὐτοῖς οὐ στρατηγὸς ἢ ταξίαρχος, ταμίας δὲ μόνον τῶν βασιλέως χρημάτων, οὐ μὴν τῶν ἐκ τῆς δασμοφορίας ἐρανιζομένων, (ἄλλῳ γὰρ ἐπιτέτραπται ταῦτα) ἀλλὰ τῶν ἔσω ἐκ τῶν βασιλείων θησαυρῶν ἐκπεμπομένων, ὡς τοὺς ἀριστεύοντας ἐν ταῖς μάχαις τὰ προσήκοντα κομίζεσθαι γέρα. *Aderat autem ille neque ut Magiſter militum, neque ut Tribunus: ſed ut diſpenſator ærarii regii, non quidem ejus pecuniæ quæ ex re tributaria colligitur; (hæc enim alteri commiſſa eſt,* nempe Præf. Præt.) *ſed illius quæ ex Principis theſauris advecta erat, ob id ut qui in præliis fortiter feciſſent, munerarentur.* Idem.

c *Atque cùm illi.*] Hunc locum ſic legendum eſſe exiſtimo: *Ad quæ cùm illi obſtinatione nativa reniterentur, ut clare nati, periculíſque & laboribus indurati, cuncta obſidioni congrua parabantur.* Simili locutione in lib. 16. dixit: *Caſſiano Comite ſtipendiis & diſcriminibus indurato diverſis.* Idem.

quia telorum omne genus in ſubeuntes effundebatur, nexu clypeorum ſoluto diſceſſum eſt, in receſſum canentibus ſignis. [d] Laxatis deinde ad diem unum [7] indutiis, tertia luce curioſiùs [8] tecti, elatis paſſim clamoribus adſcenſus undique tentabant. Et licet [e] defenſores obtentis ciliciis, ne conſpicerentur ab hoſtibus, latebant intrinſecus; tamen quoties flagitabat neceſſitas, lacertos fortiter exſertantes, lapidibus ſubjectos inceſſebant & telis. Et vimineæ crates cùm procederent confidenter, eſſéntque parietibus contiguæ, dolia deſuper cadebant, molæ & columnarum fragmenta: quorum ponderibus nimiis obruebantur oppugnatores, hiatúque violento disjectis operimentis, cum periculis ultimis evadebant. Decimo itaque poſtquam [9] pugnari die cœptum eſt, cùm [1] ſpes noſtrorum interiora cuncta mærore compleret, transferri placuerat molem arietis magni, quam Perſæ quondam Antiochiâ pulſibus ejus excisâ elatam reliquerant apud Carras: quæ ſubitò viſa, aptatáque faberrimè, clauſorum hebetaverat mentes, adusque deditionis remedia pæne prolapſas, ni reſumptis viribus opponenda machinæ huic præparaſſent. Nec temeritas poſt hæc ceſſaverat, nec conſilium. Namque dum inſtrueretur aries vetuſtus, & diſſolutus ut facile veheretur, [2] [g] omni arte, omníque virium niſu, & [3] oppugnatorum vi & firmitudine ſumma defenſabatur: tormenta nihilominùs & lapidum crebritas atque fundarum ex utraque parte plurimos conſumebant: & aggerum moles incrementis celeribus conſurgebant: acriórque indies adoleſcebat obſidio, multis noſtrorum idcirco cadentibus, quòd decernentes ſub Imperatoris conſpectu, ſpe præmiorum, ut poſſent facilè qui eſſent agnoſci, nudantes galeis capita ſagittariorum hoſtilium peritiâ fundebantur. Proin dies & noctes intentæ vigiliis, cautiores ſtantes utrobique faciebant. Et Perſæ aggerum altitudine jam in ſublime porrectâ, machinæque ingentis horrore perculſi, quam minores quoque ſequebantur, omnes exurere vi maxima nitebantur: &

7 *Mſ.* indomis. 8 *Mſ.* tecto 9 *Mſ.* pugnari. 1 *Mſ.* e noſtrorum interior. 2 *Mſ.* omni argenteo. *iC.* omni argumento. *ut in Actis Euphemiæ.* Trahentes armentis lapides. 3 *Mſ.* oppugnatorum veni & fortud.

d *Laxatis d. ad diem unum animis.*] Sic primus edidit Caſtellus, cùm in Editione Rom. legeretur, *ad diem unum indomis*, prout etiam codex Regius ſcriptum habet [& Colbert.] ac Florentinus. Videndum tamen ne potiùs ita ſcripſerit Marcellinus: *Laxatis deinde ad diem unum indutiis.* Valeſ.

e *Defenſores obtentis ciliciis*] Simili arte Joſephus obſidione Jotapatæ, dum muri urbis altiùs extollunr, ſuos incolumes præſtitit: uti id narratur de bello Judaïco lib. III. cap. 7. *Lindenbr.*

f *Cùm ſpes noſtrorum inferior.*] Hæc ſcriptura à Gelenio profecta eſt. Nam in anterioribus Editionibus, Romana ſcilicet aliíſque eam ſecutis legebatur *interior*; quemadmodum etiam in Mſ. Flor. & Regio, [in Colbert. *Cùm ſpe noſtrorum interior.*] Mihi non dubium eſt quin ſcribendum ſit: *Cùm ſpes noſtrorum interiora cuncta mærore compleret.* Quam emendationem poſtea in exemplari Regio ſupraſcriptam, * in Toloſ. autem contextu exaratam * reperi. Confirmatur autem ex ſimili loco capitis V. hoc libro. *Valeſ.*

g *Omni arte.*] Et hæc ſcriptura auctorem habet Gelenium. Caſtellus enim & Accurſius Editiones Rom. ſcripturam retinuerant, quæ eſt hujuſmodi *Omni argenteo*, perinde ac in Mſ. etiam Flor. [& Colbertino] ſcriptum eſt. In codice Regio * & Toloſano * exaratum diſtinctè reperi, *omni argumento*; quemadmodum conjecerat Lindenbrogius. Eſt autem *argumentum* idem quod argutia, & induſtria ſeu μηχανὴ: ab eadémque origine *Ars* dicta eſt. Sic apud Virgilium in lib. 7 argumentum ingens pro opere eximio ponitur. *Idem.*

adſiduè [h] malleolos atque incendiaria tela torquentes, laborabant incaſſum: ea re quod [i] [k] humectis ſcortis & centonibus erant opertæ materiæ plures, aliæ [l] [m] unctæ alumine diligenter, ut ignis in eas laberetur innoxius. Verùm has admoventes fortitudine magna Romani, licèt difficile defenſabant, tamen cupiditate potiundi oppidi ne prompta quidem pericula contemnebant. Et contrà propugnatores, cùm jam diſcuſſurus turrim oppoſitam [n] aries maximus adventaret, prominentem ejus ferream frontem, quæ revera formam [4] effingit arietis, arte ſubtili [o] illaqueatam altrinſecus laciniis retinuere longiſſimis, ne retrogradiens reſumeret vires, néve ferire muros aſſultibus denſis contemplabiliter poſſet, fundentes quoque ferventiſſimam picem: & diu promotæ machinæ ſtabant, muralia ſaxa perferentes & tela. Jámque aggeribus cumulatiùs excitatis, defenſores, ni vigilaſſent, exitium adfore jam ſperantes, in audaciam ruêre præcipitem: & repentino decurſu portis effuſi, primóſque adorti noſtrorum, faces ſitelláſque ferreas onuſtas ignibus in arietes magnis viribus jaciebant. Verùm poſt ambiguam prœlii virtutem, plurimi nihil impetrato intra mœnia repelluntur: móxque ex aggeribus quos erexerant Romani, iidem Perſæ propugnaculis inſiſtentes, ſagittis inceſſebantur & fundis, telíſque igniferis: quæ per tegumenta turrium volitantia, paratis qui reſtinguerent, plerumque irrita labebantur. Cúmque pauciores utrobique fierent bellatores, & Perſæ truderentur ad ultima, ni potior ratio ſuccurriſſet, impenſiore opera procurſus tentabatur ex caſtris: & eruptione ſubita multitudinis facta, inter armatos qui portabant ignes [5] amplioribus ordinatis, jaciebantur corbes in materias ferrea plenæ flammarum, & ſarmenta, aliáque ad ignes concipiendos aptiſſima. Et quia conſpectum abſtulerant fumi nigerrimæ nubes, claſſico excitante in pugnam, legiones procinctæ celeri gradu venerunt: & ſubcreſcente paullatim ar-

4 *Mſ.* efficit. 5 *Mſ.* amplioribus ordinati jaciebantur.

h *Malleolos & incendiaria tela*] Vid. Veget. lib. IV. cap. 18. *Lindenbr.*

i *Humectis ſcortis & centonibus erant opertæ*] Adhibebant interdum cruda boum coria, vel ut Græci dicunt, βύρσας νεοδάρας βοῶν, ut ignis humore langueſceret. Ammian. *Aries humectis taurinis opertus exuviis.* Joſeph de bello Judaïco lib. III. cap. 13. Veget. lib. 4. cap. 15. * Vitruvius lib. 10. cap. ult. Vid. AElian. & in eum Caſaub. cap. 33. pag. 97. * *Idem.* AEneam voluit ſcribere, aut Galli manum ejus prave adſequuti ſunt. *Gronov.*

k *Humectis ſcortis*] *iC.* *hum. ſcorteis.* * Varro de Ling. Lat. lib. 6. cap. 78. *Antiqui dicebant ſcortum, ſed etiam nunc dicimus ſcortea ea, quæ ex corio & pellibus ſunt facta.* Et ſanè *humectis ſcorteis* Ammian. ſcripſiſſe reor. ut lib. 24. *Operimentis ſcorteis equorum omni multitudine defenſa.* * Gloſſar. *Scortea*, δερματοχιτών. Dionyſ. Halicarn. lib. VII. pag. 477. Μαλλωτοὶ χιτῶνας ἐς ἴνιν χοςταίας κακῶς. Corrig. ζκορταίας κτλ. * Neque enim placet viri doctiſſimi denominatio, qui ἀπὸ τοῦ χόρτου deduxit. Tertull. adverſus Marcion. cap. XI. *Exinde in ſcorteis veſtibus, ſed ante ſine ſcrupulo nudus.* Vid. Feſt. * & Caſaub. de Satyr. lib. 1. c. 4. p. 141. * *Lindenbr.*

l *Unctæ alumine diligenter*] Gell. lib. XV. cap. 5. * Lupus Servatus in Vita S. Wigberti cap. 21. *Videres lignorum ſimplicem materiam, nec prorſus alumine oblitam, a moliri à ſe ignis potentiam.* Liber hic editus eſt cum Hincmaro. * *Idem.*

m *Unctæ alumine, ut ignis in eas laberetur.*] Vide A. gellium in lib. 16. initio, ubi idem aluminis miráculum refert ex Annalibus Quadrigarii. *Valeſ.*

n *Aries maximus*] Arietis tam frequens apud veteres deſcriptio, ut de eo iterum hic quid velle dicere, is verò operam eſſet ludere. Videndi Tactici & rei militaris Auctores. *Lindenbr.*

o *Illaqueatam altrinſecus laciniis retinuere*] Vid. Veget. lib. IV. cap. XXIII. & quæ ab ejus Scholiaſte adducuntur. *Idem.*

lore bellandi, cùm ventum fuiſſet ad manus, repentè machinæ omnes effuſis gnibus urebantur, præter majorem: quam direptis reſtibus, quibus è muro actis implicabatur, virorum fortium acrior niſus ægrè ſemiuſtam extraxit. At ıbi nocturnæ tenebræ finem prœliis attulerunt, non in longum [6] militi quies data: cibo enim exiguo refectus & ſomno, rectorum monitu excitus, munitiones à muro longè demovit, dimicare ſuccinctiùs parans per ſublimes aggeſtus, qui jam conſummati muris altiùs imminebant. Utque facilè defenſores mœnibus pellerentur, in ipſis aggerum ſummitatibus binæ ſunt locatæ balliſtæ, quarum metu ne proſpicere quidem poſſe hoſtium quiſquam crederetur. His ſatis proviſis, prope ipſum crepuſculum triplex acies noſtrorum inſtructa, coniſque galearum minaciùs nutans, ſcalas vehentibus multis impetum [7] conabantur in muros. Jam reſultantibus armis & tubis, uno paríque ardore hinc [8] inde pugnabatur audaci conflictu: [p] latiúſque ſeſe pandentes Romani, cùm Perſas occultari viderent pavore impoſitorum aggeribus tormentorum, pulſabant turrim ariete: & cum ligonibus & dolabris & vectibus [9] ſcalíſque propinquabant, utrimque convolante miſſilium crebritate. Afflictabant tamen multo vehementiùs Perſas ictus varii balliſtarum, [q] tamquam per tranſennam à clivis ſtructilibus decurrentes. Unde fortunas ſuas ſitas in extremo jam cogitantes, deſtinatam ruebant in mortem: & partiti munera dimicandi inter neceſſitatis articulos, relictis qui mœnia tuerentur, reſerata latenter poſtica, ſtrictis gladiis valida manus erupit, ponè ſequentibus aliis qui flammas occultè portabant. Dúmque Romani nunc inſtant cedentibus, nunc ultro inceſſentes excipiunt: qui vehebant foculos repentes incurvi, prunas unius aggeſti inſeruere juncturis, ramis arborum diverſarum, & junco, & manipulis conſtructi cannarum: qui conceptis incendiorum aridis nutrimentis jam cremabantur, militibus cum intactis tormentis exinde periculoſè digreſſis. [r] Ut verò certaminibus finem veſpera dedit incedens, partéſque diſceſſerunt ad otium breve, Imperator in varia ſe conſilia diducens & verſans, cùm excidio Phœnicæ diutiùs imminere neceſſariæ rationes urgerent, quod munimentum velut inſolubile clauſtrum ho-

6 *Mſ.* militi qui eſtate. *ίσ.* militi quies eſt data. 7 *Mſ.* conabantur. 8 *Al.* inde. 9 *Mſ.* ſcalæque propinq *Mſ.* τὸ incedens *deeſt al.*

---

p *Latiuſque ſeſe pandente.*] Supple *certamine.* Sed hec ſcriptura meo quidem judicio ferri non poteſt. Itaque emendo: *Latiuſque ſeſe pandentes Romani, &c.* Quod cum ſequentibus verbis optimè convenit. Atque ita loquitur Marcellinus in fine libri 27. *Latiùs ſeſe pandens exercitus, &c. Valeſ.*

q *Tamquam per tranſennam.*] Tranſenna funis eſt extenſus, ut eſt apud Servium & Iſidorum, qui ſcilicet olim extendi ſolebat in curriculis, ut dato ſigno & demiſſo fune, ex æquis ſpatiis curſores exſilirent. Gloſſæ veteres, *βρόχος ἐν ἀμπηνέμαις τεταμένος*, *tranſenna.* Sic Marcellinus noſter in lib. 25. *Tamquam*, inquit, *e tranſenna ſimul emiſſi, ſpe citiùs ripas occupavere contrarias.* Idem.

r [*Ut verò certaminibus finem veſpera dedit incedens.*] *Veſpera incedens* quid ſit, haud facilè dixerim, aut quis ita locutus ſit. In codice Colbertino legitur: *Ut vero certaminibus finem veſpere dedit incendens.* Legendum itaque puto: *Ut verò certaminibus finem veſpera ded.t. intendens*, id eſt, veſpera intenta, plena, provecta.] *Hadr. Valeſ.* Atqui eſt imitatio Virgiliana ex fine Eclogæ VII. *Et invito proceſſit veſper Olympo.* Et Hadrianus nunc pronunciat contra fratrem ad lib. XXXI, XI, ubi ex Tacito citatus locus omnino hunc locum tuetur. *Gron.*

ſtium excurſibus erat objectum, & ſerum repelleret tempus: certaturus leviter ibi ſtatuit immorari, alimentis deſtituendos forſitan cedere exiſtimans Perſas quod ſecus atque rebatur evenit. Cùm enim remiſſiùs pugnaretur, humente cælo undantes nubes cum tenebris advenere minacibus: adſiduíſque imbribus ita immaduerat ſolum, ut luti glutinoſa mollities per eas regiones pinguiſſim cæſpitis omnia perturbaret: & ſuper his jugi fragore tonitrua fulguráque mente hominum pavidas perterrebant. Accedebant [s] arcûs cæleſtis conſpectus adſi dui: quæ ſpecies unde ita figurari ſit ſolita, [t] expoſitio brevis oſtendet. Hali tus terræ calidiores & humoris ſpiramina conglobata in nubes, exindéque dis jecta in aſpergines parvas, ac radiorum fuſione [v] ſplendida facta, ſupinantu volubiliter contra ipſum igneum orbem, Irímque conformant, ideo ſpatioſ curvamine ſinuoſam, quòd in noſtro panditur mundo, quem ſphæræ dimidia parti rationes phyſicæ ſuperponunt. Cujus ſpecies quantum mortalis oculu contuetur, prima lutea viſitur, ſecunda flaveſcens vel fulva, punicea tertia quarta purpurea, poſtrema cæruleo concreta & viridi. Hac autem mixta pul critudine temperatur ideo, ut terrenæ exiſtimant mentes, quòd prima ejus par dilutior cernitur, aëri concolor circumfuſo: ſequens fulva, id eſt paullo exci tatior quàm lutea: [2] punicea tertia, quòd Solis obnoxia claritudini, pro
x receptatione ſpiritus fulgores ejus [4] puriſſimi è regione deflorat: quarta ide
5 purpurat, qùod intermicante aſperginum denſitate per quas moritur, [y] radic

2 *Mſ.* picea. 3 *Mſ.* pro reticatione. 4 *Mſ.* puriſſimi. 5 *Steph.* purpurea.

ſ *Arcus cæleſtis conſpectus aſſidui, quæ ſpecies unde ita figurari*] * Lucretius lib. VI.

Hinc ubi Sol radiis tempeſtatem inter opacam
Adverſa fulſit nimborum aſpergine contra;
Tum color in nigris exſiſtit nubibus arqui.

Apul. de Mundo: *Irim vulgo arcum eſſe aiunt, quomodo imago Solis vel Lunæ humidam & cavam nubem denſámque adinſtar ſpeculi colorat, & medietatem orbis ſui ſecat.* De hac re pleniùs mathematici tràctatores. *Lindenbr.*

t *Expoſitio de rebus oſtendet.*] Ita primus hunc locum reſtituit Gelenius, quem Caſtellus mirum ac prodigioſum in modum antè corruperat. Sed emendationem Gelenii equidem probare non poſſum. Nam quis umquam ſic locutus eſt? *Expoſitio de rebus oſtendet.* In codice Regio & Editione Rom. totus hic locus ſic legitur: *Unde itaque igurari & ſolita expoſita durebis oſtendet:* niſi quòd in Editione Rom. excuſum eſt *durabis*: * In Toloſ. *dura vis*: * [In Colbertino: *Unde itaque ignari & ſolita expoſita dura bis oſtendet.*] Ex cujus licèt inquinatiſſimæ ſcripturæ veſtigiis hunc veriſſimam loci hujus emendationem ſum odoratus: *Quæ ſpecies unde ita figurari ſit ſolita, expoſitio brevis oſtendet.* Valeſ.

v *Splendida facta.*] Codex Regius [& Colbert.] Editióque Rom. ſcriptum habent *ſplendidè facta.* Un ſuſpicor Marcellinum uno verbo ſcripſiſſe *ſplendefact* * Sic *nitefacta* apud Juvencum l. 1. Hiſt. Euangelicæ, *candificare* apud Auguſtinum in Pſalm. 67. *Idem.*

x *Receptatione ſpiritus.*] Sic primus edidit Geleni Nam Caſtellus ediderat *pro receptatione ſpiritus*: cùm Editione Rom. ſic legeretur: *Pro recitatione ſpiritus fulg res ejus puriſſimi e regione deflorat.* In Mſ. Flor. *pro retic tione* legi monuit Lindenbrogius, [ut legitur in Co bert.] Ego verò in codice Regio * & Toloſano * ſcr ptum reperi, *pro reciprocatione ſpiritus.* Idem.

y *Radiorum ſplendorem conſpuens.*] Hujus ſcriptur auctor eſt Gelenius. Caſtellus enim & Accurſius Rom næ Editionis ſcripturam retinuerant, quæ omniu ſcriptorum exemplarium conſenſu firmatur. Ea aute eſt, *radiorum ſplendor conſpiciens, &c.* Unde ſic ſcribe dum eſſe conjicio: *Quòd intermicante aſperginum denſit te, per quas hauritur radiorum ſplendor, conſpicientibus ſtendit adſpectum flammeo propiorem.* Ceterùm de color bus Iridis eorúmque cauſis videndus eſt Ariſt. in lib. Meteor. cap. 3. Eſt etiam elegans arcûs cæleſtis deſcript in Ep. 44. Magni Baſilii ad Gregorium Nyſſenum. *Vale us.* Quanto lenius colligitur ex tot clariſſimis veræ ſcr pturæ indiciis? *quod intermicante aſperginum denſitate, p quas moritur radiorum ſplendor, conſpiciens oſtendit adſp ctum flammeo propiorem.* Nullus dubito, quin auctor i ſcripſerit. Unde ſic edere ſuſtinui. *Gron.*

rum [6] ſplendor, conſpiciens offendit adſpectum flammeo propiorem: qui color quanto magis diffunditur, concedit in cæruleum & virentem. Arbitrantur alii tunc Iridis formam rebus apparere mundanis, cùm altiùs delatæ nubi craſſæ radii Solis infuſi lucem injecerint liquidam: quæ non reperiens exitum, in ſe conglobata nimio ſplendeſcit adtritu: & proximos quidem albo colores à Sole ſublimiore decerpit: ſubvirides verò à nubis ſimilitudine ſuperjectæ: ut in mari ſolet uſu venire, ubi candidæ ſunt undæ quæ litoribus illiduntur, interiores ſine ulla concretione cæruleæ. Et quoniam indicium eſt permutationis auræ, (ut diximus) à [7] ſudo aëre nubium concitans globos, aut contrà ex concreto [8] immutans in ſerenam lætitiam cælum; ideo [z] apud Poëtas legimus [9] ſæpe, Irim de cælo mitti, [a] cùm præſentium rerum verti neceſſe ſit ſtatus. Suppetunt aliæ multæ opiniones & variæ, quas dinumerare nunc eſt ſupervacuum, narratione redire unde digreſſa eſt feſtinante. His ac talibus Imperator inter ſpem metúmque jactabatur, ingraveſcente hiemis magnitudine, [1] ſuſpectíſque per avios tractus inſidiis: inter quæ [2] etiam tumultum exaſperati militis verebatur. Super his [b] urebat ejus anxiam mentem, quod [c] velut patefactâ januâ divitis domus, irritus propoſiti reverteretur. Quas ob res omiſſo vano incepto, hiematurus Antiochiæ redit in Syriam [d] ærumnoſam, perpeſſus & ulcerum ſed

6 *Mſ.* ſplendor conſpiciens. 7 *Al.* ſudore aëre. 8 *Mſ.* mutans. 9 *In mſ. ita hic locus legitur:* Legimus nimirum de cælo hinc verti neceſſe mitti cum præſ. 1 *Mſ.* ſuper eos quæ per avictio ſtractus. 2 *Mſ.* etiam .... cum exaſp.

---

z *Apud Poëtas legimus ſæpe, Irim de cælo mitti, cùm præſentium rerum ſit ſtatus mutatio*] Hinc eſt, quod Iris ἄγγελος θεῶν vocatur. Plato in Cratylo. Euſtath. in Homer. Iliad. 3. pag. 296. τὴν Ἶριν ὁ μὲν μῦθος δαίμονα χρυσόπτερον βούλεται εἶναι, εἴρουσαν, ὃ ἐστὶν ἀγγέλλουσαν τὰ τῶν θεῶν. * Val. Flaccus Argonaut. lib. 4. pag. 91.

Velocem roſeis demittit nubibus Irim:
Ut Phrygas Alcides, & Trojæ differat arma:
Nunc, ait, eripiat diræ Titania volucri.
Diva volat, defertque viro celebranda parentis
Imperia.

Idem lib. 7. p. 172.

---Volucrem tunc aſpicit Irim,
Feſtinamque jubet monitis parêre Diônes,
Et juvenem AEſonium prædicto ſiſterè lucro.

Lucianus περὶ θυσιῶν pag. 73. ἡ Ἶρις καὶ ὁ Ἑρμῆς ὄντες ὑπηρέται καὶ ἀγγελιαφόροι τοῦ Διός. * Vid. Virgil. AEneid. IX. & ibid Servium. *Lindenbr.*

a *Cum pr. rerum ſit ſtatus mutatio.*] Hic locus ex Auguſtana Editione egregiè eſt reſtitutus, quem Gelenius fœdè pro arbitrio corruperat. In Editione Rom. & Mſ. Flor. [ac Colbert.] * & Toloſ. * verba tranſpoſita erant hoc modo: *Legimus ſæpe nimirum * de cælo * hinc verti neceſſe mitti cùm præſentium rerum ſit ſtatus. Suppetunt, &c.* Sed Accurſius, ſive ex Mſ. ſuo codice, ſive ex conjectura eam luxationem reſtituit, laudem certè non mediocrem meretur. In exemplari Regio ſcriptum inveni: *Legimus ſæpe nimirum de cælo mitti, cùm verti neceſſe ſit præſentium rerum ſtatus.* Valeſ.

b *Urebat ejus anxiam mentem*] Comparat tacite Conſtantium Tiberio, illumque ſic deſcribit verbis, quæ Suetonius de hoc edidit cap. 66. *Urebant inſuper anxiam mentem varia undique convitia.* Male paulo ante Gallica editio *revertetur.* Gron.

c *Velut patefacta janua divitis domus.*] Metaphora eſt à plebeiis hominibus, qui poſtquam judicis domum vix exorato oſtiario ingreſſi ſunt, haud impetrato quod acturi venerant revertuntur: vel certè tranſlatio eſt ab effractoribus, qui noctu expugnatâ divitis cujuſpiam domo, concurſu tamen familiæ fruſtrati repelluntur. Ita Conſtantius poſt maximos apparatus trajecto Euphrate, re infecta, nec expugnata Bezabde redire cogebatur. *Valeſ.*

d *AErumnoſam perpeſſus æſtatem.*] Hanc ſcripturam excogitavit Caſtellus, temere & abſque judicio, ut ſolet. Quippe Conſtantius poſt æquinoctium autumnale Euphratem trajecerat, ut Bezabdem obſeſſum iret, teſte Marcellino pag. 278. ſuprà. Autumnum igitur, non æſtatem corrigere debuerat: ſed longè aliter Editio Rom. [& Colbert. codex.] *Erumnoſam perpeſſus etulerint, ſed atrocia, diuque deflenda.* Atque ita planè Regius codex, niſi quòd *eculerint* habet. [Fortè ſcribendum eſt: *AErumnoſa perpeſſus, ut retulimus, & atrocia diuque deflenda.*] Valeſius. Aut fallor, aut hoc eſt Ammiano dare novum Caſtellum. Hoc enim digna eſt illa conjectura, non ingenio Valeſiano, ſive illam Henrici dicere debeamus, a quo adnotatam in ejus exemplari Hadrianus in-

& atrocia, diúque deflenda. Evenerat enim hoc, quaſi [e] fatali conſtellatione ita regente diverſos eventus, ut ipſum Conſtantium dimicantem cum Perſis fortuna ſemper ſequeretur afflictior: unde vincere ſaltem per Duces optabat: quod aliquoties meminimus contigiſſe.

cluſam uncis evulgando auxit fraterna commentaria, ſive ipſius Hadriani, qui ſuſtinuit tam aliena & arceſſita inſerere contextui, quem curavit. An quia τὸ *tul* occurrit in ſcripta lectione, inde reliqua ſic violente tractanda fuerunt? Vel unus hic locus merebatur novam editionem hujus auctoris, quem ſic molliſſime fingens reſtitui, *Redit in Syriam ærumnoſam, perpeſſus & ulcerum ſed atrocia diuque deflenda.* Omnino eam fides Mſtorum poſtulat, ut *ærumnoſam* referamus ad *Syriam*, ut *ærumnoſum ſalum* dixit Tullius. In reliquis nihil præter Mſſtos. Hinc reddidi Ammiano ſuum. *Gron.*

e *Fatali conſtellatione ita regente diverſos eventus*] Ita vocat vim illam, quam dicimus fati, quæ ſtellarum agitatione perficitur. Aldhelm. lib de Virginit. *Fato & geneſi gubernantur futura, juxta Mathematicorum conſtellationem.* * Tertull. de Idololatr. cap. 9. *Homines non putant Deum requirendum, præſumentes ſtellarum nos immutabili arbitrio regi.* * Ea de re plura Firmic. Mathem lib. 1. cap. 3. *Lindenbr.*

Explicit Liber XX.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XXI.

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XXI. continentur.

Caput I. *Julianus Aug. Viennæ quinquennalia celebrat: quomodo Conſtantium A. brevi moriturum prænoverit: & de variis artibus futura prænoſcendi.*

C. II. *Julianus A. Viennæ Chriſtianum ſe ſimulat illiciendæ multitudinis causâ: & die feſto in Eccleſia inter Chriſtianos Deum precatur.*

C. III. *Vadomarius Rex Alamannorum, rupto fœdere, per emiſſarios limites vaſtat, & Libinonem Comitem cum paucis interficit.*

C. IV. *Julianus A. interceptis Vadomarii litteris ad Conſtantium A. eum in convivio comprehendendum curavit: & Alamannis aliis occiſis, aliis in deditionem acceptis, ceteris pacem petentibus dedit.*

C. V. *Julianus A. milites ſuos alloquitur, & in verba ſua univerſos*

adigit, Conſtantio A. bellum illaturus.

C. VI. *Conſtantius A. Fauſtinam ducit uxorem: auget ſupplementis exercitum: Armeniæ & Hiberiæ Reges donis ſibi conciliat.*

C. VII. *Conſtantius Aug. Antiochiæ tum agens, per Gaudentium Notarium Africam in poteſtate ſua retinet; ac Euphrate tranſito Edeſſam ſe exercitúmque confert.*

C. VIII. *Julianus A. poſt ordinatas res Galliarum, ripam Danubii petit, & partem militum per Italiam pérque Rætias præmittit.*

C. IX. *Taurus & Florentius Conſules, ac præfecti Prætorio, hic per Illyricum, ille per Italiam, fugiunt appropinquante Juliano. A. Lucillianus Magiſter equitum, qui reſiſtere Juliano parabat, opprimitur.*

C. X. *Julianus A. Sirmium, caput Illyrici Occidui, unâ cum præſidio in fidem recipit; Succos occupat, & ad Senatum ſcribit contra Conſtantium.*

C. XI. *Duæ legiones Conſtantianæ, quæ apud Sirmium ad Julianum A. tranſierant, ab eo miſſæ in Gallias, Aquileiam occupant conſentientibus opidanis, ac Juliani militi portas claudunt.*

C. XII. *Aquileia favens Conſtantii A. partibus, oppugnatur: quæ poſtea comperto ejus obitu, Juliano ſe dedidit.*

C. XIII. *Sapor domum reducit copias, inhibentibus bellum auſpiciis: Conſtantius A. in Julianum arma moturus, Hierapoli milites alloquitur.*

C. XIV. *Præſagia mortis Conſtantii A.*

C. XV. *Moritur Conſtantius A. apud Mopſucrenas Ciliciæ.*

C. XVI. *Conſtantii A. virtutes, & vitia.*

CAPUT I. INTERCLUSO hac bellorum difficili ſorte Conſtantio trans flumen Euphratem, [a] Julianus agens apud Viennam, fornandis in futura conſiliis dies impendebat & noctes, quantum opes patiebanur anguſtæ, altiùs ſemet attollens: ſempérque ambigens, utrùm Conſtantium nodis omnibus alliceret in concordiam, an terroris incutiendi gratiâ laceſſeret rior. Quæ ſollicitè reputans, utrumque formidabat, & amicum cruentum, c in ærumnis civilibus ſæpe victorem: maximéque Galli fratris exemplum nentem ejus anxiam ſuſpendebat, quem inertia miſtæque perjuriis fraudes rodidere quorundam. Erigebat tamen aliquoties animum ad multa & urgen-

a *Julianus agens apud Viennam*] Huc pertinent quæ Juliano ſcribit Gregor. Nazianzen. Orat. I. gemini ilm criminis accuſans; & quòd Auguſti appellationem alo more uſurpavit, & quòd Conſtantium armis infeſtis ultro impetiit. ἐπ' αὐτὸν ἐκστρατεύει, καὶ τὰ δύσεως ἀπανίσας, προφασίζει μὲν ὡς ἀπολογησόμενος ὑπὲρ τοῦ διαδήματος, ὅτι γὰρ ἔδοξε κρύπτειν ἑαυτοῦ τὴν ἀπόνοιαν, τὸ δ' ἀληθὲς, ὡς μεταστήσων εἰς ἑαυτὸν ἅπαν τὸ κράτος. Lindenbr.

tia, [b] tutiſſimum ratus inimicum ſe ex confeſſo monſtrare ei, cujus ex præteritis motus conjectabat ut prudens, ne [c] per amicitias fictas inſidiis falleretur occultis. Parvi igitur habitis, quæ per Leonam Conſtantius ſcripſerat, nullóque arbitrio ejus promotorum ſuſcepto præter Nebridium, quinquennalia Auguſtus jam edidit: & ambitioſo [d] diademate utebatur lapidum fulgore diſtincto cùm inter exordia principatus aſſumpti vili corona [1] circumdatus erat, [ef] Xyſtarchæ ſimilis purpurato. Inter quæ [gh] Helenæ conjugis defunctæ ſuprema miſerat Romam, in ſuburbano viæ Nomentanæ condenda, ubi uxor quoqu

1 *Mſ* circumdatus erat.

b *Tutiſſimum ratus inimicum ſe monſtrare.*] Hujus conſilii ſui rationem explicat ipſe Julianus in Ep. ad Julianum avunculum. *Primùm*, inquit, *Dii ita juſſerant, ut ei bellum inferrem, ſalutem quidem polliciti, ſi parerem; cunctanti vero perniciem. Deinde ita exiſtimabam, ſi me ei hoſtem oſtenderem, forte ut ei incuterem metum, atque eo facto ad æquiores condiciones res eſſe venturas: quòd ſi prælio res decerneretur, Fortunæ ac* Diis *immortalibus eventu permiſſo, quæcumque ii decreviſſent, exſpectare.* Valeſ.

c *Per amicitias fictas inſidiis falleretur occultis*] Itaque Antigonus Rex hoc à Diis immortalibus precabatur, à fictis & ſimulatis amicis uti ſe præſervarent. Οὗτος θύων τοῖς Θεοῖς, ηὔχετο φυλάττειν αὐτὸν ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναι φίλων. Πυνθανομένου δέ τινος, διὰ ποίαν αἰτίαν τοιαύτην εὐχὴν ποιεῖται, ἔφη ὅτι τοὺς ἐχθροὺς γινώσκων φυλάσσομαι. Stobæus Serm. ccxiii. * Vide omnino elegantes Palladæ verſus Antholog. lib. 1. Tit. 75. εἰς Κόλακας. Οὐκ οὕτω βλάπτει. Adde interpretationem Alardi pag. R. 6. b. & Lucilii εἰς Δούλους. * Lindenbr.

d *Diademate lapidum fulgore diſtincto.*] Libanius in Orat. Conſulari de Juliani levatione loquens: προςτιθεῖσα θαλαττίαν χλαμύδος βαφῇ λιθοκόλλητον ταινίαν φέρουσάν τι καὶ αὐτὴν καρποῦ θαλαττίου. *Adjicimus marinæ paludamenti tincturæ diadema lapillis ornatum, in quo ineſt etiam neſcio quid fœtus marini*: quibus verbis margaritas intelligit. Idem in Orat. funebri ταινίαν χρυσῆν nominat. Primus autem ex Impp. Romanis Aurelianus diadema capiti innexuit, ut legitur in Victoris Epitome. Mamertinus in Panegyrico ad Maximianum Aug. *Trabeæ*, inquit, *veſtræ triumphales, & faſces Conſ. & ſellæ curules, & hæc obſequiorum ſtipatio, & fulgor, & illa lux divinum verticem claro orbe complectens, veſtrorum ſunt ornamenta meritorum* Cedrenus tamen hujus conſuetudinis auctorem facit Conſtantinum Magnum. φασὶ δὲ αὐτὸν πρῶτον τῶν βασιλέων πάντων διαδήματι χρήσασθαι καὶ μαργαρίταις καὶ ἄλλοις λίθοις πολυτελέσιν κοσμηθῆναι. Quæ verba ex Victoris Epitome verſa videntur, in qua ſic legitur de Conſtantino: *Habitum regium gemmis, & caput exornans perpetuo diademate.* Sed ne Victorem pugnantia loqui dicamus: Aurelianum quidem primum ex Rom. Principibus diadema capiti innexuiſſe ſentiendum eſt: ſed non perpetuò uſum fuiſſe, verùm in feſtis dumtaxat ac ſollemnioribus diebus, perinde ac Reges hodie ſolent. Conſtantinus verò primus perpetuum diadema geſtavit: idque exinde inter inſignia Auguſti Imperii haberi cœptum eſt, nec Cæſaribus er conceſſum, ut ex ſuperiore Libanii loco & Marcelli noſtri perſpici poteſt. In diademate autem Principu Chriſtianorum ſignum Crucis erat depictum, ut teſt tur D. Hieronymus in Ep. ad Lætam de inſtitutione f liæ: *Regum purpuras & ardentes diadematum gemmas p tibuli ſalutaris pictura condecorat.* Ceterum Conſtantin ob religionem potiùs quàm ambitionis causâ videt diadema perpetuò geſtaſſe. Clavus enim Dominicæ Cr cis illud connectebat, ut narrat D. Ambroſius in Or. de exceſſu Theodoſii. *Valeſ.*

e *Xyſtarchæ ſimilis*] Tertull. ad Martyr. cap. 3. E num agonem ſubituræ eſtis, in quo Agonothetes Deus viv eſt: Xyſtarches Spiritus ſanctus.* Heſich. Ξυστὸς, τόπος ἐν ᾧ οἱ ἀθληταὶ γυμνάζονται. Inde Ξυστάρχης ὁ ἐπιστάτης τῆς ἀθλητικῆς γυμνασίας: quos purpuratos præſediſſe hic Ammiani loc indicat. Vid. quæ notat Ampliſſ. Petrus Faber, Semeſ lib. 1. cap. 22. *Lindenbr.*

f *Xyſtarchæ ſimilis purpurato.*] Xyſtarchæ ſunt, c frequentiori vocabulo Gymnaſiarchæ dicuntur, ut Heſychio & Suida notum eſt: quos purpuratos ſui præter Marcellinum, docet Lucianus in Anacharſi: ο οὐδὲ ὁ ἄρχων οὗτος διίστησιν αὐτοὺς καὶ λύει τὴν μάχην. τεκμαίρομαι τῇ πορφυρίδι τῶν ἀρχόντων τινὰ τοῦτον εἶναι. Hos etiam coro tos fuiſſe hic Marcellini locus videtur evincere, quod libi legere non memini. Agonothetas quidem coronat fuiſſe conſtat & purpuratos, ex Suetonio in Domiti cap. 4. & Libanio in Orat. de vocationibus ad epulum O lympiorum: ubi πορφυρίδα τὸν στέφανον ἔχοντος idem valet atq ἀγωνοθετοῦντος. Eodem refero verba hæc Dionis in l 60. de Nerone: ἐν δὲ τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι πορφυρίδα καὶ στέφανον χ σοῦν ἐλάμβανεν. Valeſ.

g *Helenæ conjugis defunctæ ſuprema*] *Suprema* ſunt λείψανα. * Arnob. lib. 6. p. 189. *in Didymæo Mileſio C ochum dicit habuiſſe ſuprema Leandrius.* * Solin. c xv *Suprema non contentus proſequi ſumptu funeris, crine tonſus eſt.* Ammian. inf. pag. 215. *Supremis cum gem conclamatis.* Lib. xxii. *Collectis ſupremis ædes illis exſtr erentur.* * Lib 25. p. 329. *Suprema & cineres.* Lib. 3 p. 463. *Poſt conclamata Imperatoris ſuprema.* Solin p. 1 *Priſcorum molem teſtantur etiam Oreſtis ſuprema, cujus o Olympiade quinquageſima & octava Tegeæ inventa.* Ar mian. lib. 25. p. 440. *Cum Juliani ſupremis Procopius m titur.* Lindenbr.

h *Helenæ conjugis defunctæ.*] Quam alii in puerpe doloribus interiiſſe in palatio Juliani, alii expulſam è p

Galli, quondam ſoror ejus, [i] ſepulta eſt Conſtantina. [k] Accidebat autem, incendebátque ejus cupiditatem pacatis jam Galliis inceſſere ultro Conſtantium: conjiciens eum per vaticinandi præſagia multa (quæ callebat) & ſomnia, è vita protinus exceſſurum. Et quoniam erudito & ſtudioſo cognitionum omnium Principi malivoli [l] prænoſcendi futura pravas artes aſſignant, advertendum eſt breviter, unde ſapienti viro hoc quoque accidere poterit doctrinæ genus haud leve. Elementorum omnium ſpiritus, utpote perennium corporum [2] præſentiendi motu ſemper & ubique vigens, ex his quæ per diſciplinas varias affectamus, participat nobiſcum munera divinandi: & ſubſtantiales poteſtates ritu diverſo placatæ, velut [m] ex perpetuis fontium venis [3] vaticina mortalitati ſuppeditant verba, quibus [n] numen præeſſe dicitur Themidis: quam ex eo, quòd fixa fatali lege decreta præſcire [4] facit in poſterum, quæ τεθειμένα ſermo Græcus appellat, ita cognominatam, in cubili ſolióque Jovis vigoris vivifici Theologi veteres collocarunt. Auguria & auſpicia non volucrum arbitrio futura [5] neſcientium colliguntur: (nec enim hoc vel inſipiens quiſquam [6] dicet) ſed volatus avium dirigit Deus, ut roſtrum ſonans, aut prætervolans pinna turbido meatu vel leni futura præmonſtret. Amat enim benignitas numinis, ſeu quòd merentur homines, ſeu quòd tangitur eorum affectione, his quoque artibus prodere quæ impendent. Extis item pecudum attenti fatidicis, [7] in ſpecies converti ſuetis innumeras, accidentia ſciunt. Cujus diſciplinæ [o] Tages nomine quidam monſtrator eſt; ut fabulantur, in Etruriæ partibus emerſiſſe

2 *Al.* præſentienti. 3 *Mſ.* vaticinia. 4 *Mſ.* facit. 5 *Mſ.* naſcentium. 6 *Mſ.* dicet. 7 *Mſ.* in ſpes.

tio ſcripſere, ut ait Zonaras: ἐν τούτοις καὶ ἡ αὐτοῦ γυνὴ τελευτᾷ, ὡς μὲν τινές φασι, τίκτουσα παρ᾽ αὐτῷ· ὡς δέ τινες, ἤδη ἐκβε-βημῦν. Fuerunt & quidam, qui veneno à Juliano necatam eſſe dicerent, ut docet Libanius in Oratione Mſ. adverſus Polyclem. Deceſſit autem poſtquam Julianus ab exercitu creatus erat Auguſtus, teſte Juliano in Ep. ad Athen. In nummis antiquis Fl. Julia. Helena. Aug. dicitur, ſi Goltzio fides. *Valeſ.*

i *Sepulta eſt Conſtantina.*] In Regio codice *Conſtantia* ſcribitur non hîc ſolum, ſed etiam in lib. 14. & ita plerique Scriptores eam nominant, Zoſimus in lib. 2, Petrus Patricius in Excerptis legationum, Zonaras, Auctor Chronici Alexandrini, denique Nicephorus Calliſtus. Sed *Conſtantina* ſcribi debet. Sic enim in veteribus nummis inſculptum eſſe teſtatur Goltzius, Fl. Jul. Constantina. Aug. Et ita eam appellat Victoris Epitome, [& Codex Colbertinus.] In Excerptis de geſtis Conſtantini Conſtantiana dicitur manifeſto duplicis ſcripturæ veſtigio. Hæc porrò adhuc virgunculá ædem in ſuburbano viæ Nomentanæ conſtruxerat S. Hagnæ ſacratam, in qua poſtea ſepulta eſt. Hinc porta Nomentana hodie S. Hagnes appellatur: ædes autem ipſa ab auctoris nomine Sanctæ Conſtantiæ dicitur, corrupto, ut fieri ſolet, vocabulo. Nam Conſtantinam dici debere teſtatur vetus Acroſtichis quæ in eo templo etiamnum viſitur, & à doctis viris publicata eſt. *Idem.*

k *Accidebat autem.*] In Editione Rom. legitur *Accidat*: in Regio codice *Accendit.* Henr. Valeſ. [in Colbertino *Accidat.*] Hadr. Valeſ. Hi codices forſan indicant excibat autem, ut in fine hujus libri, *Supremis cum gemitu conclamatis, excitiſque lamentis & luctu* cap. 13. Et ſic alibi *Turbinibus excitis occurramus.* Gron.

l *Prænoſcendi futura*] Notat id ipſum in Juliano Greg. Nazianz. Κατὰ πρόγνωσιν ἐπὶ τὴν ἐκστρατείαν ἀρθείς. Lindenbr.

m *Ex perpetuis fontium venis*] Caſtalii fontis fatidicas venas intelligit, oraculo Apollinis claras. Niceph. in Syneſ. *Idem.* Quum ſic priſcæ editiones, atque etiam Gallica Henrici; nec notetur ulla varietas, unde Hadrianis iſtam auctoritatem, ut ederet *ſortium*? Gronov.

n *Numen præeſſe dicitur Themidis*] Copioſè hunc locum interpretatur vir eruditiſſ. Steph. Pighius in lib. cui Themis Dea titulus, pag. 72. *Lindenbr.*

o *Tages nomine quidam monſtrator, ut fabulantur, in Etruriæ partibus emerſiſſe ſubitò viſus*] Marcian. Capell. lib. VI. *Etruria regio tam indigetis Æneæ fœdere, quàm remediorum origine, atque ipſius Tagetis exaratione celebrata.* Vid. Livius, Gellius, Cenſorin. de die Natal. *Idem.*

ſubitò viſus è terra. Aperiunt tunc quoque ventura, cum [8] æſtuant hominum corda, [p] ſed loquuntur divina. Sol enim (ut aiunt Phyſici) mens mundi, noſtras mentes ex ſeſe velut ſcintillas diffunditans, cùm eas incenderit vehementiùs, futuri conſcias reddit. Unde Sibyllæ crebrò ſe dicunt ardere, torrente vi magna flammarum. Multa ſignificant ſuper his crepitus vocum, & occurrentia ſigna, tonitrua quinetiam & fulgura & fulmina, itidémque ſiderum ſulci. [q] Somniorum autem rata fides & indubitabilis foret, ni ratiocinantes conjecturâ fallerentur. Interdúmque, ut Ariſtoteles affirmat, tum fixa ſunt & ſtabilia, cùm animantis altiùs quieſcentis ocularis [9] pupilla neutrobi inclinata, rectiſſimè cernit. Et quia vanities aliquoties plebeia ſtrepit, hæc imperitè muſſando, ſi eſſet præſentiendi notitia quædam, cur ille ſe caſurum in bello, ve alius hoc ſe paſſurum ignoravit, aut illud? Sufficiet dici, quòd & grammaticus locutus interdum eſt barbarè, & abſurdè cecinit muſicus, & ignoravit remedium medicus: & non ideo nec grammatica, nec muſica, nec medicina ſubſiſtit. Unde præclarè hoc quoque, ut alia, [r] Tullius, *Signa oſtenduntur*, ait *à Diis rerum futurarum. In his ſi quis erraverit, non Deorum natura, ſe hominum conjectura peccavit.* Ne igitur extra calcem, quod dicitur, ſerm decurrens lecturo faſtidium ferat, ad explicanda proſpecta revertamur.

CAP. II. [ſ] Cùm apud Pariſios adhuc Cæſar Julianus, [t] quatiens ſcutur

8 *Mſ.* æſtivant. 9 *Mſ.* popiala.

---

p *Sed loquuntur divina.*] Ideſt, Dii ore eorum loquuntur. Sic apud Græcos τὸ θεῖον pro Deo ſumitur: & apud Marcellinum in fine libri 22. *Sed ſi intelligendi divini aditionem multiplicem, &c.* Ita Arnobius in lib. 6. initio: *Ipſum caput ac dominum ſummum, ipſum Regem, cui debent nobiſcum divina quòd eſſe ſe ſentiunt.* Omitto Caſſiodorum lib. XI. Ep. X. * Malim tamen heic legere, *& loquuntur divina.* Sic dæmones *pronuntiare divina* dicuntur apud Auguſt. lib. X. de Civitate cap. XXVI. & XXVII.* *Valeſ.*

q *Somniorum autem rata fides*] De ſomniorum certitudine Ariſtotel. περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς, & in eum Themiſtius. Hippocrat. περὶ ἐνυπνίων, Syneſ. περὶ ἐνυπνίων, & in eum Niceph. Artemidor. & Achmes, ex quorum libris plenior hujus rei notitia percipienda. *Lindenbr.*

r *Tullius.*] Locus eſt in lib. 2. de Natura Deorum. [Idem Cicero in libro 1. de Divinatione ſic ſcribit: *Malè conjecta maléque interpretata, falſa ſunt non rerum vitio, ſed interpretum inſcientiâ.*] Valeſ.

ſ *Cùm apud Pariſios adhuc Cæſar Julianus quatiens ſcutum variis motibus exerceretur in campo*] Sunt qui κορυβαντίας ludum hic intelligunt; ego ad exercitationem militarem potiùs referendum puto, de qua Veget. lib. II. cap. 14. *Lindenbr.*

t *Quatiens ſcutum.*] Inter exercitationes militares fuit olim ſcuti concuſſio atque rotatio. Sic enim Vegetius in lib. 2. cap. 14. *Qui*, inquit, *dimicare gladio, & ſcutum rotare doctiſſimè noverit, qui omnem artem didicer armaturæ.* Et in lib. 4. cap. 1. *Norit jactare ſcutum, & o liquis ictibus venientia tela deflectere.* Et Sidonius in P negyrico ad Majorianum Aug.

clypeúmque rotare
Ludus, & intortas præcedere ſaltibus haſtas. & Luc nus in Panegyr. ad Piſonem,
Arma tuis etiam ſi fortè rotare lacertis, &c.

Veteres Latini id *ventilare* dicebant: unde in Gloſſis l gitur, γυμνάσαι, *exercere*, *ventilare*: & *ventilator*, ὁπ πατής. Eámque ventilationem intellexit Propertius in l 4. de Tarpeia:

Vidit arenoſis Tatium proludere campis,
Pictáque per flavas arma levare jubas.

& Manilius in lib. 5.

Aut ſolo vectatus equo nunc arma movebit.

Quem quidem verſum rectè Firmicus de militaribus a maturis accepit, & immeritò ab Scaligero reprehenditu Etenim inter armaturæ ſeu pyrrichæ partes non poſtr ma fuit hæc ventilatio, ut egregiè docet Claudianus Conſulatu VI. Honorii. De hoc etiam more intellige dus eſt Hegeſippi locus in lib. 5. cap. 37. *Namque is*, i quit, *ſucceſſu lætus certaminis dum tripudiat atque exſi tat, concuſſóque clypeo ſimul ac gladio proludit.* Hæc cu ita ſint, non aſſentior Turnebo, qui in libro 27. Adver hunc Ammiani noſtri locum de trocho intellexit. *He Valeſ.* Hæc Turnebi concuſſio non decuit Henricum V leſium, quum eam diu civis ejus jam præcepiſſet Paſſer tius ad Propertium 3, 14, qui & Mercurialem illic cit.

vari

variis motibus exerceretur in Campo, [v] axiculis, queis orbis erat compaginatus, in vanum excuſſis, [x] anſa remanſerat ſola: quam retinens valida manu ſtringebat. Territíſque ut omine diro præſentibus cunctis, *Nemo*, inquit, *vereatur: habeo firmiter quod tenebam.* Item cùm apud Viennam poſtea quieſceret ſobrius, [1] [y] horrore medio noctis imago quædam viſa ſplendidior, hos ei verſus heroos modò non vigilanti apertè dixit, eadem ſæpius replicando: quibus fretus nihil aſperum ſibi ſupereſſe exiſtimabat.

[2] [z] *Ζεὺς ὅταν εἰς πλατὺ τέρμα μόλῃ κλυτοῦ ὑδροχόοιο,*

1 *Al.* hora media. 2 *Mſ.* ZEYC OTAN EICI TIAΔΤΤΓΕΡCΙΑ ϥΙΟΑΝΚΙΤΟΥ ΤΔΡΟΧΟΟΙΟ ΠΑΡΕΕΝΙΚΝC-ΛΕΚΟΝΟC ΓΟΙΡΝC ΒΕΗΝΕΠΙΠΕ Λ ΠΤΝΕΙΚΟC ΤΗ ΒΑCΔΕΥCΚΟCΤΑΝΤΙ ΟCΑCΙΔΟCΕ ΗCΤΕ ΡΑυΑ ΦΙΟΔΝ ΒΙΟΤΟΥ ΕΤΥΓΕΡΟΝ ΚΑΙ ΕΙΙωΔΥΝΟΝ ΕʒΕΙ.

Nimis igitur tarda & captata. *Gronov.*

[De ea jactatione ſcuti, populo etiam exhiberi ſolita in ſpectaculis, elegans eſt epigramma XXXIX. libri IX. apud Martialem; ubi Agathinus dicitur ita parmam rotaſſe ac ventilaſſe, ut numquam caderet, ſed ſemper alia parte corporis exciperetur, & vel pedi, vel tergo, vel etiam ungui inſideret.] *Hadrianus Valeſ.*

v *Axiculis quibus orbis erat compaginatus.*] Orbem pro ſcuto poſuit, non pro trocho, ut putabat Turnebus. Sic Valerius Flaccus in lib. 1. Arg.

clari decus adjicit orbis,
Quem genitor geſtavit Abas.

Et Claudianus de bello Gildonico:

clypeíque recanduit orbis.

Denique Ennodius in Epiphanii Vita: *Licèt pectus meum lorica non deſerat, & adſidue manum orbis æratus includat.* Axiculi autem heic ſunt tabulæ, ut ait Lipſius lib. 3. de Mil. cap. 2. Sic in libro 16. Marcellinus aſſeres & axiculos pontis junctim commemorat * *Valeſ.*

x *Anſa remanſerat ſola.*] In Editione Rom. hîc & uſque pro *anſa* ſcriptum reperi *ampla*: neque aliter in codice Regio [& in Colbertino] * & Toloſ. * Quid, quòd & apud Servium in 7. AEneidos eodem modo corruptum hoc nomen eſt? Ad hòc enim hemiſtichium,

& picti ſcuta Labici.

Caucus, inquit, *Minois filius venit ad Italiam, & cùm ſibi imperium poſceret, nec acciperet, eò quòd nil præſtabat, ſicut pater ejus præſtiterat, zonam eis tranſmittendo cùm antehac diſcincti eſſent: oſtendit ſcutum, à quo & ipſe Labicus dictus eſt, & ex eo populi, ἀπὸ λαβῆς, quam Latine amplam vocamus.* Lege *anſam.* * Idem eſt error apud Rufinum in libri X. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ capite 12. *Sed Euſebius qui apud Nicomediam erat, amplam temporis nactus occaſionem.* In Mſſ. codicibus poſtrema vox deeſt. Scribo itaque, *anſam temporis nactus.* * [Tamen initio libri XXI. Ammiani Marcellini codex Colbertinus ſic præfert: *Cùm apud Pariſios adhuc Cæſar Julianus quatiens ſcutum, variis motibus exerceretur in Campo: axiculis quîs orbis erat compaginatus, in vanum excuſſis, ampla remanſerat ſola: quam retinens valida manu ſtringebat.* Ubi vulgati libri mendosè exhibent, *anſa remanſerat ſola.* Præterea in fine libri ejuſdem XXI. ita in codice Colbertino ſcriptum lego: *Si affectatæ dominationis amplam quamdam falſam reperiſſet, aut levem*: pro quo vulgò editi libri obtrudunt, *dominationis anſam quamdam.* In libro item XIX. *amplam laudis* pro *anſam.* Denique quotieſcumque apud Marcellinum editi librì *anſam* nobis ingerunt temeritate Criticorum intruſam; codex Colbertinus optimæ notæ *amplam* diſertè religioſéque ſervat: ut jam ſuprà notavi. Nec dubito codices veteres, Regium, Vaticanum, Valentinum, Toloſanum, Florentinum, ac reliquos, ea in re ſemper cum Colbertino conſentire: Quare nullam apud Rufinum & Servium ſuprà laudatos mendam ſubeſſe, ac nihil in nomine *amplæ* apud utrumque mutandum & corrigendum eſſe exiſtimo: perſuaſiſſimúmque habeo, Latinos eorum temporum ſcriptores *amplam* pro anſa dixiſſe; *amplam* ſeu λαβὴν *ſcuti, amplam temporis, amplam laudis, amplam dominationis*: id eſt anſam, & facilem atque commodam arripiendi Imperii occaſionem. Inde haſtile venabuli, haſtile hellebardæ, *hampe* noſtri vulgò appellitant, *la hampe d'un épieu, la hampe d'une hallebarde*: haud dubié ab *ampla* deducto vocabulo. Quidam pro *hampe* corruptè proferunt & ſcribunt *hante*, & ejus nominis varias origines fruſtra comminiſcuntur. *Hadr. Valeſ.*] Caſtellus hunc nodum cùm ſolvere non poſſet, ſic edidit, *ochana remanſerant ſola*: audacter quidem, non tamen contra mentem Auctoris Etenim *anſa* idem eſt quod Græcè ὄχανον, teſte Heſychio & Scholiaſte Ariſtophanis ac Sophoclis in Ajace. Carum id inventum fuiſſe, docet Herodotus in lib. 1. & auctor Etymologici Magni in v. κανόνες. Unde Anacreon καρικόεργος ὀχάνου dixit alicubi, teſte Euſtathio in Iliad. θῆτα. Dicebantur & πόρπακες ejuſmodi anſæ ſcutorum. erántque χιαστοὶ, ut ait Euſtathius in Iliad. 2. & 12. id eſt, decuſſatæ in formam X litteræ: quamquam aliter quoque formabantur, quemadmodum apparet in veteri pictura Thoracomachi poſt Notitiam Imperii Rom. Hujus anſæ ope ſcutum in orbem movebatur, quod & Scholiaſtes Ariſtoph in Equitibus declarat: περιφερὴς γὰρ οὖσα ἡ ἀσπὶς ἐκινεῖτο κυκλικῶς διὰ τοῦ πόρπακος. Idem.

y *Horrore medio noctis*] Bene ita in Mſ. & perperam in vulg. *hora media noctis.* Lib XXVI. *Medio noctis horrore incautum adortus occidit.* Lib. XXVIII. *Anepſiam per horrorem tenebrarum audire diſpoſuit.* Sulpic. Sever. in Vita D. Mart. lib. III. *In illo noctis horrore jacere ante aliena limina.* Id paullo antè dixerat, *profundæ noctis ſilentio.* Lindenbr.

z Ζευς ὅταν ἐς πλατὺ] Citant eoſdem hoſce verſus Zoſimus & Zonaras. *Idem.*

Παρθενικῆς δὲ Κρόνος μοίρῃ βαίνῃ ἐπὶ πέμπτῃ
Εἰκοστῇ, βασιλεὺς Κωνστάντιος Ἀσίδος αἴης
Τέρμα φίλου βιότου στυγερὸν καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

Agebat itaque nihil interim de ſtatu rerum præſentium mutans, ſed animo tranquillo & quieto incidentia cuncta diſponens, paullatímque ſeſe corroborans, ut dignitatis augmento virium quoque congruerent incrementa. Utque omnes, nullo impediente, ad ſui favorem illiceret, [a] adhærere cultui Chriſtiano fingebat, [b] à quo jam pridem occultè deſciverat, arcanorum participibus paucis; haruſpicinæ auguriíſque intentus, & ceteris quæ Deorum ſemper fecere cultores. Et ut hæc interim celarentur, feriarum die, quem celebrantes menſe Januario [c] Chriſtiani [3] Epiphania dictitant, progreſſus in eorum eccleſiam ſollemniter numine orato diſceſſit.

CAP. III. Dum hæc ita aguntur, propinquante jam vere, nuntio perculſus inopino, ad triſtitiam verſus eſt & mœrorem. Didicit enim Alamannos à pago Vadomarii exorſos, unde nihil poſt ictum fœdus ſperabatur incommodum, vaſtare [d] confines Rætiis tractus: nihílque ſinere intentatum manus prædatorias fuſiùs diſcurrentes. Quod ne diſſimulatum redivivas bellorum materias excitaret; Libinonem quemdam Comitem cum Celtis & Petulantibus miſit hiemantibus ſecum, negotium, ut poſcebat ratio, correcturum. Qui cùm maturè [e] prope oppidum Sanctionem veniſſet, longè viſus à barbaris, qui jam certamina meditantes ſeſe per valles abdiderant: hortatúſque milites licèt numero impares, cupidine tamen pugnandi vehementiùs irritatos, aggreditur incon

3 *Al.* Epiphaniam.

---

a *Adhærere cultui Chriſtiano fingebat, à quo jam pridem occulte deſciverat*] Gregor. Nazianz. Orat. 1. in Julian. ὁ μὲν πολὺ τῆς ἀσεβείας κατέκρυπτεν, ὑπὸ τοῦ καιροῦ δὲ τοῦ τότε κρατοῦντος παιδαγωγίας. οὔπω γὰρ τὸ φανερῶς ἀσεβεῖν ἦν ἀσφαλές. ἔδει δ' ἔτι καὶ παραγυμνοῦντα τὸ τῆς γνώμης ἀπόρρητον τοῖς ἐχυροῖς τὴν ἀσέβειαν ἢ τὴν ζωήν, ἵν τι τοῖς περὶ τὸν ἀδελφὸν λέγοις πλέον ἢ καλῶς εἶχεν, ὑπὲρ Ἑλλήνων διατεινόμενος. Lindenbr.

b *A quo jampridem occulte deſciverat.*] In Aſia ſcilicet, inductus à Maximo, Priſco, & aliis AEdeſii diſcipulis, ut narrat Eunapius in vita Maximi, & Libanius in προσφωνητικῷ. Unde Nazianzenus Gregorius in ſtelitcut. 1. Aſiam Juliano im ietatis, & magicarum artium ſcholam fuiſſe dicit. *Valeſ.*

c *Die quem Chriſt. Epiphania dictitant.*] Idem narrat Zonaras: ἤδη δὲ τὴν ἐν Χριστῷ ἐξομωμοσμένος πίστιν, ηὐλαβεῖτο διὰ τοῦτο τοὺς στρατιώτας, εἰδὼς σχεδὸν ξύμπαντας Χριστιανοὺς ὄντας. διὸ συσκιάζων τὴν ἑαυτοῦ κακίαν, ἕκαστον ἐκέλευε θρησκεύειν ὡς βούλοιτο. αὐτὸς δὲ τῆς γενεθλίου τοῦ σωτῆρος ἡμέρας ἐνστάσης εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναόν, καὶ προσκυνήσας, ἵν' ὁμόδοξος τοῖς στρατιώταις δοκῇ, ἀπῆλθε. *Cùm verò jampridem Chriſtianam ejuraſſet fidem, verebatur ob id milites: quos prope univerſos Chriſtianos eſſe norat. Quare malitiam ſuam occultans, unumquemque pro arbitrio cultum ſequi quem vellet præcepit. Ipſe natali Domini Eccleſiam ingreſſus, adorato numine diſceſſit, quò ejuſdem cum militibus cultûs eſſe videretur.* Ubi notandum eſt, Natalem Domini dici, quem Marcellinus Epiphania dixerat; quæ non ſunt inter ſe pugnantia. Nam Orientales diutiſſimè crediderunt Chriſtum 8. Idus Jan. & natum & baptizatum eſſe, & utramque ſollemnitatem non bifariam ut in Occidente, ſed uno eodémque die celebrabant, qui Epiphania dicebatur. Vide Caſſianum Collatione x. cap. 2. *Idem.*

d * *Confines Rætiis tractus.*] Memini Velſerum lib. Rerum Auguſtanarum emendare. *Rætiarum tract.* Cui accedit Cluverius in libro 3. German. capite 4. *Idem.*

e *Prope opidum Sanctionem.*] In Regio codice rep. *Sancionem*, cujus alibi, quod ſciam, mentio exſtat nulla. Ac videndum, ne ſcribendum ſit *Beſantionem*, ut ſup. in lib. 20. * Sed tamen viri docti Sanctionem aiunt opidum *Seekingen* in dextra ripa Rheni ex adverſo Rauraci agri ſitum: quibus aſſentitur Cluverius in libro capite 4. maximè cùm ex Amminiano conſtet, Vadomarii Regnum fuiſſe contra Rauracos, & Romanos apud Auguſtam Rauracorum tranſire ſolitos Rhenum. * *Hs*

ſultè Germanos, intérque dimicandi exordia ipſe concidit omnium primus: cujus interitu erectâ barbarorum fiduciâ, Romaníſque ad Ducis vindictam accenſis, certamen committitur obſtinatum, & urgente magnitudinis mole disjecti ſunt noſtri, occiſis paucis & vulneratis. Cum hoc Vadomario; & Gundomado ejus fratre itidem Rege, Conſtantius (ut jam relatum eſt) firmaverat pacem. Poſt quæ mortuo Gundomado, hunc ſibi fore exiſtimans fidum, ſecretorumque taciturnum [f] exſecutorem & [4] efficacem, mandabat (ſi famæ ſolius admittenda eſt fides) [g] ſcribebátque ut tamquam [5] rupto concordiæ pacto, ſubinde collimitia ſibi vicina vexaret: quò Julianus id metuens, nuſquam à tutela diſcederet Galliarum. Quibus (ut dignum eſt credere) obtemperans Vadomarius, hæc & ſimilia perpetrabat: ad perſtringendum fallendúmque miris modis ab ætatis primitiis callens, ut poſtea quoque Ducatum per Phœnicen regens oſtendit. Sed re ipſa convictus abſtinuit. Capto enim à ſtationariis militibus Notario, quem miſerat ad Conſtantium, ſcrutatóque ſi quid portaret, epiſtola ejus reperta eſt, in qua præter alia multa id quoque ſcripſerat: *Cæſar tuus diſciplinam non habet.* Julianum autem adſiduè per litteras Dominum & Auguſtum appellabat, & Deum.

Cap. IV. Hæc ut erant perículoſa & dubia, Julianus in exitiale malum eruptura conſiderans, in unum omni cogitatione intenta, eum incautum rapere feſtinabat, ut ſecuritatem ſuam provinciarúmque locaret in tuto: & iniit conſilium tale. [h] Philagrium Notarium, Orientis poſtea Comitem, ad eas miſerat partes, cujus prudentiæ fidebat olim ſibi comperti: eíque inter multa, quæ pro captu inſtantium rerum erat acturus, ſignatam quoque [i] chartulam tradi-

4 *Mſ.* effacitatem. 5 *Mſ.* rupto ſanè concord.

f *Per Fecialem mandaverat.*] Sic Caſtellus emendavit, cùm in Editione Rom. reperiſſet ita ſcriptum, *effacitatem mandabat*, prout etiam in Mſ. Regio legitur ac Flor. & Valentino, [ac Colbertino.] Unde jampridem conjeceram ſic ſcribendum eſſe: *Hunc ſibi fore exiſtimans fidum, ſecretorúmque taciturnum exſecutorem & efficacem, mandabat, &c.* Atque ita ad oram Regii codicis eadem manu adnotatum eſſe poſtea comperi. Quid, quòd & Loiſellus ad marginem ſui libri ita emendaverat? * Sic Ammianus in libro XXVIII. *exſecutorem rei fidum & efficacem.* * *Valeſ.*

g *Scribebatque.*] Id quidem affirmat Libanius in Orat. funebri, pag. 286. πάλιν ἐπὶ ταυτὸ πάλαισμα Κωνςάντιος ἐχῖτο καλῶν γράμμασι τὰς βαρβάρους ἢ πρότερον, καὶ χάριν αὐτῶν καταδουλοῦσθαι τὴν ῥωμαίων, ἔπειθεν ἐπορκεῖν ἐκ πολλῶν ἕνα. *Rurſus ad eandem palæſtricam artem Conſtantius ſe convertit, barbaros per litteras evocans ut priùs; (Magnentiano ſcilicet bello) & gratiam hanc ab iis poſcens, ut Rom. provincias in ſervitutem redigerent, uni e multis perſuaſit ut ejeraret.* Ipſas etiam Conſtantii litteras, quibus barbaros adverſus ipſum concitaverat, à ſe interceptas eſſe, ait Julianus in Ep. ad Athen. quas cùm adverſus Conſtantium proficiſceretur, ſingulis civitatibus & militibus legendas dabat, teſte Libanio in Oratione funebri, & Socrate in lib. 3. *Idem.*

h *Philagrium Orientis poſtea Comitem.*] Comes fuit Orientis imperante Theodoſio, Antonio & Syagrio Coſſ. anno Domini 382. ut apparet ex lege 41. Cod. Th. de curſu publico: quod confirmat etiam Libanius in Orat. de vita ſua pag. 64. ubi de pænuria annonæ loquitur, quæ fuit Antiochiæ Theodoſii temporibus: Φιλάγριος δὲ ἀνὴρ ἐνδοξότατος ἐπὶ τὴν μείζω θρόνον ἥκων, &c. Id eſt: *Philagrius vir Cl. ſuperiori poteſtate præditus*: quibus verbis Comitivam Orientis deſignat, ut notavi ad librum 14. Ejuſdem Philagrii meminit Libanius in Reſponſione ad cujuſdam pædagogi maledicta pag. 638 Oriundus autem erat ex minore Armenia, ut didici ex Epiſt. 102. Libanii ad Philagrium. *Idem.*

i *Chartulam tradidit, mandavitque ne aperiret vel recitaret, niſi Vadomario viſo cis Rhenum*] Simile mandatum naviculariis olim à Demetrio datum fuit, cùm in Europam tenderet. Polyænus Stratag. lib. 4. aliudque exemplum in Imilcone habemus apud eumdem lib. 5. *Lindenbr.*

dit, mandavitque ne aperiret vel recitaret, niſi Vadomario viſo cis Rhenum. Perrexit Philagrius, ut præceptum eſt: eóque præſente, & negotiis adſtricto diverſis, tranſgreſſus Vadomarius flumen, ut nihil in profunda metuens pace, nihílque ſecus geſtorum ſimulans ſcire, viſo præpoſito militum ibi degentium, pauca locutus ex more, ultro ſemet, ut ſuſpicionis nihil relinqueret abiturus, ad convivium ejus venire promiſit, ad quod erat etiam Philagrius invitatus. Qui ſtatim ingreſſus, Rege conſpecto, Imperatoris recordatus eſt verba, cauſatúſque rem ſeriam & urgentem, ad diverſorium rediit: ſcriptíſque lectis doctus quid agi conveniret, confeſtim reverſus diſcubuit inter ceteros. Finitíſque epulis [k] Vadomarium fortiter apprehenſum, rectori militum artè cuſtodiendum apud ſigna commiſit, textu lecto juſſorum, comitibus ejus ad ſua redire compulſis, ſuper quibus nihil fuerat imperatum. Exhibitus tamen idem Rex ad Principis caſtra, jámque ſpe veniæ omni præcluſa, cum interceptum Notarium, & quæ ſcripſerat ad Conſtantium comperiſſet iam publicata, ne convicio quidem tenus compellatus, miſſus eſt ad Hiſpanias. Id enim ſtudio curabatur ingenti, ne Juliano diſcedente à Galliis, immaniſſimus homo provinciarum ſtatum ægrè compoſitum licentiùs conturbaret. Hoc caſu elatior Julianus, Regis opinione citiùs intercepti, quem profecturus ad longinqua formidabat, nihil remittentibus curis barbaros adoriri diſpoſuit, quos peremiſſe Libinonem Comitem in congreſſu cum militibus docuimus paucis. Et ne rumor adventus ſui eos ad remotiora traduceret, [l] ſuperato Rheno noctis alto ſilentio, cum auxiliorum expeditiſſimis globis, nihil metuentes hujuſmodi circumvenit: excitatóſque hoſtilium fragore armorum, dum gladios circumſpectant & tela, celeriter involavit: & quoſdam occidit, orantes alios prædámque offerentes dediticios cepit: reliquis qui remanſere pacem precantibus dedit, quietem pollicitis firmam.

CAP. V. Quæ dum mentibus aguntur erectis, conjectans quantas inteſtinæ cladis excitaverat moles, nihílque tam convenire conatibus ſubitis quàm celeritatem, ſagaci prævidens mente, profeſſa palam defectione ſe tutiorem fore exiſtimavit: incertúſque de militum fide, placata ritu ſecretiore Bellona, claſſico ad concionem exercitu convocato, ſaxeo ſuggeſtu inſiſtens, jámque ut apparebat fidentior, hæc clariùs ſolito diſſerebat. *Jamdudum tacita deli-*

k *Vadomarium fortiter apprehenſum.*] Hunc intellexit Libanius in Orat. funebri pag. 266. ὁ δ᾽ ὁμοῦ μὲν ἐλῄστευεν, ὁμοῦ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀγροῖς οὓς εἰλήφει, μισθὸν ἐτρύφα, καὶ ὡς ἀνεπαχθής τις συνεδείπνει τοῖς ἐνθένδε στρατηγοῖς. καὶ δὴ μετὰ λῦσαι τὰς σπονδὰς ὑπομείναντα πίνοντα εἶχε. *Hic autem ſimul latrocinabatur, ſimul in agris quos mercedis loco acceperat, genio indulgebat: ac velut ſimplex aliquis & minime malus, cum noſtris ducibus cenabat. Hunc igitur qui fœdus violare ſuſtinuerat, potantem comprehendi juſſit Julianus.* Idem narrat Libanius in προσφωνητικῷ pag. 180. ubi quod dicit, Vadomarium captum noxiorum more ſulcatis lateribus eſſe vexatum auctoritate Marcellini refellitur. *Valeſ.*

l *Superato Rheno.*] Hujus poſtremæ Juliani expeditionis adverſus Alamannos & Vadomarii pagos meminit & Libanius in Oratione illa funebri. quam veriùs hiſtoriam rerum Juliani dixeris, pag. 286. Adeo ubique hiſtoriæ quàm orationi ſeu πολιτικῷ λόγῳ ſimilior eſt. *Idem.*

beratione vos æſtimo, magni [6] commilitones, geſtorum excitos amplitudine, hoc opperiri conſilium, ut eventus qui ſperantur, perpendi poſſint & præcaveri. [m] Plus enim audire quàm loqui militem decet, actibus [7] coalitum glorioſis: nec [8] alia ſpectatæ æquitatis ſentire rectorem, quàm [9] ea quæ laudari dignè [1] potuerunt & probari. Ut igitur quæ propoſui [n] abjectis abſolvam, advertite oro benivolè, quæ ſermone brevi percurram. Arbitrio Dei cæleſtis vobis inter ipſa juventæ rudimenta permiſtus, irruptiones Alamannorum adſiduas & Francorum, populandíque jugem licentiam fregi: & vigore communi Romanis agminibus quoties libet Rhenum pervium feci: contra rumorum fremitus, gentiúmque validarum violentos excurſus ſtando immobilis, virtutis veſtræ nimirum firmamento confiſus. Et hæc, laborum quos exhauſimus Galliæ ſpectatrices, poſt funera multa jacturaſque recreatæ diuturnas & graves, poſteritati per ætatum examina commendabunt. At nunc cum auctoritate veſtri judicii, rerúmque neceſſitate compulſus, ad Auguſtum elatus ſum culmen, Deo vobíſque fautoribus, ſi fortuna cœptis adfuerit, altiùs affecto majora: id præ me ferens, quòd exercitui, cujus æquitas armorúmque inclaruit magnitudo, [2] domi moderatus viſus ſum & [3] tranquillus, & in crebritate bellorum contra conſpiratas gentium copias conſideratus & cautus. Ut igitur adverſa præveniamus mentium ſocietate junctiſſima, ſequimini viam conſilii mei ſalutarem, ut puto, cùm integritas rerum intentioni noſtræ voluntatique reſpondeat: & dum majoribus vacant præſidiis regiones Illyricæ, impræpedito curſu tendentes, Daciarum interim fines extimos occupemus, exinde quid agi oporteat bonis ſucceſſibus inſtruendi. [o] At vos [4] ex more fidentium Ducum, juramento quæſo concordiam ſpondete manſuram & fidem, operam mihi [5] navaturo ſedulam & ſolitam, ne quid agatur inconſultum & ſegne; & producturo, ſi quis exegerit, incorruptam conſcientiam meam, quòd nihil voluntate præter ea quæ in commune conducunt, aggrediar aut tentabo. Illud ſanè obteſtor & rogo, obſervate ne impetu gliſcentis ardoris in privatorum damna quiſquam veſtrûm exſiliat: id cogitans, [p] quòd

6 Mſ. *commilitones geſtorum exercitos amp.* 7 Mſ. *coalitum ..... glorioſis.* 8 Vulg. *alium.* 9 Al. *eum qui laud.* 1 Vulg. *potuerit.* 2 Mſ. τὸ & deeſt. 3 Mſ. *tranquilla & in creb.* 4 Mſ. *ut quos ex more fid.* ἴσ. *Voſque ex more fid.* 5 Mſ. *minabantur.*

m *Plus enim audire quàm loqui militem decet*] Plautina imitatio ex Epid. Scen. 1.

Scire ſatius eſt, quàm loqui
Servum hominem: ea ſapientia eſt.

Et in Mil. glor. p. 388. *Plus oportet ſcire ſervum, quàm loqui.* Curtius lib. 7. *Servo eſſe utilius parêre dicto, quàm ferre conſilium.* Idem Plaut. in Milite glorioſ. Scen. *Sa- obiit -- hominem ſervum domitos habere oportet oculos & manus orationemque.* * Veget. lib. II. cap. 14. talem Centurionem eligendum dicit, *qui ſit vigilans, ſobrius, agilis, magis ad facienda quæ ei imperantur, quàm ad loquendum paratus.* Lindenbr.

n *Abjectis abſolvam.*] Legendum videtur *abjectiùs*, id eſt *ſimpliciùs.* Valeſ.

o *Utque eſt mos fidentium Ducum.*] Sic primus edidit Gelenius, cùm & Editiones & Mſſ. codices omnes ſcriptum haberent: *Ut quos ex more fid.* Unde Lindenbrogius conjecerat, *vóſque ex more, &c.* Sed conjectura noſtra à veſtigiis priſcæ ſcripturæ minùs recedit. *Idem.*

p *Quod ita nos illuſtrarunt*] Elegantior exſiſtet ſententia, ſi particulam negativam addideris hoc modo: *Quòd haud ita nos illuſtr. &c.* * In Mſ. Toloſano legitur,

haud ita nos illuſtrarunt hoſtium innumeræ ſtrages, ut indemnitas provincia rum & ſalus, exemplis virtutum pervulgatæ. Hoc ſermone Imperatoris vic alicujus oraculi comprobato, mota eſt incitatiùs omnis concio: & rerum cu pida novandarum, 6 unanimanti conſenſu voces horrendas immani ſcutorun fragore miſcebat, magnum elatúmque Ducem, & ut experta eſt, fortuna tum 7 domatorem gentium appellans & Regum. q Juſsíque univerſi in ejus no men jurare ſollemniter, gladiis cervicibus ſuis admotis ſub exſecrationibus di ris, verbis juravere conceptis, omnes pro eo caſus quoad vitam profuderint ſi id neceſſitas exegerit, perlaturos: quæ ſecuti rectores, omneſque Principi 8 proximi fidem ſimili religione firmarunt. Solus omnium licet propoſito ſtab li, audacter tamen r Præfectus repugnavit Nebridius, jurisjurandi nexu cor tra Conſtantium nequaquam ſe conſtringi poſſe commemorans, cujus be neficiis obligatus erat crebris & multis. Quibus auditis cùm ſtantes propi milites acriter inflammati eum appeterent trucidandum; ad genua ſua prol pſum ſ Imperator paludamento protexit: indéque reverſus in regiam cùm ar tegreſſum eum vidiſſet, ſupplicémque jacentem orare, ut levandi causâ tim ris ei porrigeret dexteram: *Ecquid*, ait, *præcipuum amicis ſervabitur, ſi manum tetigeris meam? Sed hinc quo libet abi ſecurus.* Hocque audito, il innoxius ad larem ſuum receſſit in Tuſciam. His Julianus ut poſcebat neg tii magnitudo præſtructus, t expertus quid in rebus tumultuoſis anteverſio v leat & prægreſſus, per teſſeram edicto itinere in Pannonias, caſtris promo

6 *Al.* unanimi. 7 *Mſ.* dominatorem. 8 *Mſ.* proximis

quod ita non illuſtrarunt. * Valeſ.

q *Juſſique univerſi in ejus nomen jurare ſollemniter*] Sacramenti militaris formula erat, OMNES SE PRO IMP. CASUS QUOAD VITAM PROFUDERINT PERLATUROS. * Ammian. lib. 21. * Huc reſpexit Arrianus lib. 1. cap. 14. *Θεῷ ἰδεῖν καὶ ὑμᾶς ὀμνύειν ὅρκον, οἷον οἱ στρατιῶται τῷ Καίσαρι. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τὴν μισθοφορίαν λαμβάνοντες ὀμνύουσι*, ΠΑΝΤΩΝ ΠΡΟΤΙΜΗΣΕΙΝ ΤΗΝ ΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΩΤΗΡΙΑΝ. * Lucanus Pharſ. lib. 1. pag. 24.

Perque tuos juro quocumque ex hoſte triumphos
Pectore, &c. *

Theodoſius & Valentianus Impp Novella Conſtit XIV. *Juratur in militiæ ſacramenta, ut neceſſitates publicæ procurentur.* Hieronymus Epiſt. 79. ad Heliodorum: *In ſacramenti verba juraſti, pro nomine ejus non te patri parciturum eſſe.* Ita apud Curtium, lib. VII. *Annon propemodum in tua verba tui omnes te præeunte juravimus*, EOSDEM NOS INIMICOS AMICOSQUE HABITUROS ESSE, QUOS TU HABERES. Aliud exemplum apud Stobæum habetur Serm XLI. nam quæ apud Livium exſtant, Gellium, Vegetium, jam ab aliis notata ſunt. * Vid. Briſſon. de Formul. lib. 4. p. 339. in 4° Tert. de Cor. milit. cap. XI. *Ejerare patrem & m trem.* * Lindenbr.

r *Præfectus repugnavit Nebridius.*] Id ipſum ſic n rat Libanius in Oratione funebri pag. 287. *τοῦ δὲ ὅρκου πάντων χωροῦντος, Νεβρίδιός τις ἀνήρ, μᾶλλον δὲ ἀνδρόγυνος ὕπαρχος ὤν, παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου τοῦτο λαβών, ἐπετίμα γιγνομένοις καὶ τὸν ὅρκον ἐμέμφετο καὶ ἔφυγε.* &c. *Hoc ſacrame per omnes ordine currente, Nebridius quidam vir ſeu pot. ſemivir, Præfectus Prætorii, quem honorem à Conſtan Aug. acceperat, arguebat ea quæ fierent, & ſacramenti vituperabat aſpernabatúrque, barbaros vocans eos qui raverant. Valeſ.*

ſ *Imp. paludamento protexit.*] Quod etiam teſtatur l banius hoc ſubjungens: *πᾶσαν ὀργὴν ἐφ' ἑαυτὸν ἑλκυσάμενος, καὶ ... καὶ δικαίως ἂν κατακοπείς, ὑπὸ τὴν τοῦ πρώτου πλήξαντος εἰκότως, ὥσπερ νεφέλῃ καλυφθείς, διεσώζετο. Cùm igitur omnium iram in ſe concitaſſet, ac meritus eſſet ut manus ei amputaretur, ſub illius qui primus eum percutere debuerat, man. quaſi nube tectus, ſervatus eſt.* Quæ verba Libanii, ut vulgatis Editionibus verſa ſunt, nemo eſt qui intellig Et hoc non ſolùm in hoc loco, ſed omnibus propem dùm in lineis. Quo fit, ut libentiùs hîc ea adducam *Idem.*

t *Expertus quid in rebus tumultuoſis anteverſio valeat prægreſſus*] Sup. *Nil tam convenire conatibus ſubiti quàm celeritatem ſagaci prævidens mente.* Lib. XXII. (

x ſignis, temere ſe fortunæ commiſit ambiguæ.

Cap. VI. Replicare nunc convenit tempore, & narrare ſummatim, quæ (dum aguntur in Galliis antedicta) Conſtantius hiemans Antiochiæ, domi nilitiæque perfecit. Inter complures alios honore conſpicuos, adoraturi Imperatorum peregrè venientem ordinantur etiam ex Tribunis inſignibus. Cùm gitur à Meſopotamia reverſus Conſtantius hoc exciperetur officio, Amphiochius quidam ex Tribuno Paphlago, quem dudum ſub Conſtante militanem [v] diſcordiarum ſeviſſe cauſas [x] inter priores fratres, ſuſpiciones contiuæ veritati pulſabant, auſus paullo petulantiùs ſtare, ut ipſe quoque ad parie obſequium [9] admittendus, agnitus eſt & prohibitus: ſtrepentibúſque mulis, & intueri lucem ulteriùs non debere clamantibus ut perduellem & obſtinaum, Conſtantius circa hæc lenior ſolito: *Deſinite*, ait, *urgere hominem ut xiſtimo ſontem, ſed nondum apertè convictum: & mementote, quòd ſi quid dmiſit hujuſmodi, ſub obtutibus meis conſcientiæ ipſius ſententiâ punietur, uam latere non poterit.* & ita diſceſſum eſt. Poſtridie ludis Circenſibus idem x adverſo Imperatoris, ubi conſueverat, ſpectans, repentino clamore ſublao, cùm certamen opinatum emitteretur, diſtractis cancellis quibus unà cum pluribus incumbebat, cunctis cum eo in vanum excuſſis, læſíſque leviter pauis, interna compage diſrupta efflaſſe ſpiritum repertus eſt ſolus: unde Conantius futurorum quoque præſcius exſultabat. Eodem tempore Fauſtinam omine ſortitus eſt conjugem, [y] amiſſâ jampridem Euſebiâ, cujus fratres e-

9 *Mſ.* mittendus.

---

ritatem negotiis ſuis aliquoties profuiſſe expertus. Demohenes: Δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' αὐτοὺς ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων. Stob. Serm. 56. pag. 571. Ammianus lib. 26. *Res novæ petulanter reptæ celeritate muniri ſolent interdum.* Salluſt. in Catii. *Maximum bonum in celeritate.* * Et bene Oroſius .VII. cap. 40. *Tyrannidem nemo niſi celeriter maturam ſecreto invadit, & publice armat: cujus ſumma eſt, ſumpto diademate & purpura, videri antequàm ſciri.* * indenbr.

v *Diſcordiarum ſeviſſe cauſas inter priores fratres.*] oſt Conſtantini obitum diviſo inter filios ejus Imperio onſtantinus natu maximus Gallias & Hiſpanias * ac itannias * eſt ſortitus. Qui poſtea iniquam hanc diſionem eſſe conqueſtus, miſſis ad Conſtantem legatis tiit, ut aut parte aliqua Imperii ſibi cederet, Africâ licet aut Italiâ, vel ſanè ut diviſio nova inſtitueretur. ſe etiam cum maximo comitatu Italiam petiit, de ea re m fratre coram acturus. Sed Conſtans peſſimorum ominum conſilio qui ipſum ad bellum incitabant, milires copias adverſus Conſtantinum miſit, à quibus onſtantinus interceptus & cæſus eſt, ut narrant Zoras, & Cedrenus, & Victoris Epitome. De iiſdem mavolis diſcidii inter fratres auctoribus loquitur Auctor incertus Monodiæ in Conſtantini junioris obitum, quam edidit Fed. Morellus: qui quidem Auctor acerbè in illos invehitur. *Valeſ.*

x [*Inter priores fratres.*] *Priores fratres* propriè dicuntur & ſunt majores fratres, vel ſeniores fratres. At eo ſenſu Conſtantinus & Conſtans Auguſti non fuere nec vocari potuere ſimul ambo Conſtantii Aug. *priores fratres*, ſed unus tantùm Conſtantinus: nam Conſtans junior erat Conſtantio, & omnium Conſtantii Maximi filiorum natu minimus. *Priores fratres* fortè quis crediderit à Marcellino dici ambos iſtos Imperatores, quòd multo ante Conſtantium A. fratrem ſuum perierint, quaſi priùs mortuos. Ego in codice Colbert. lego, *inter prioris fratres*: quam ſcripturam probo, & vulgatæ longè præfero: ita ut *prioris* nomine deſignet Marcellinus Conſtantium A. quem *priorem* & *ſeniorem ac* Πρεσβύτερον & *μείζονα* dictum reperio, quoties de ipſo ac Juliano junctim fit mentio, quem iidem juniorem vocant.] *Hadr. Valeſ.* Fruſtra ambigit, fruſtra captat ſcripturam *prioris*, nec conveniens eſt explicatio. *Priores* ſunt qui fuerant, ut ex Cicerone jam notarunt *priore æſtate*, *prioribus comitiis*, tranſactis, quæ fuerant. *Gronov.*

y *Amiſſa jampridem Euſebia.*] Hæc cùm virum haberet tum naturâ, tum etiam morbis languidiorem & ſegniorem in venerem, uteri doloribus correpta, quos Græci μητρομανίαν vocant, paullatim contabuit, ut nar-

rant Euſebius & Hypatius Conſulares, corporis morúmque pulcritudine pluribus antiſtante, & in culmine tam celſo humanâ: cujus favore juſtiſſimo exemptum periculis, declaratúmque Cæſarem retulimus Julianum. Habita eſt iiſdem diebus etiam Florentii ratio, [1] è Galliis novitatis metu digreſſi, & Anatolio recens mortuo Præfecto Prætorio per Illyricum, ad ejus mittitur locum: cúmque Tauro itidem Præfecto Prætorio per Italiam, ampliſſimi ſuſcepit inſignia magiſtratus. Parabantur nihilominùs externorum atque civilium inſtrumenta bellorum, & augebatur turmarum equeſtrium numerus, paríque ſtudio ſupplementa legionibus ſcripta ſunt, indictis per provincias tirociniis omniſque ordo & profeſſio vexabatur, [z a] veſtem armáque exhibens & tormenta, aurum quinetiam & argentum; multiplicíſque rei cibariæ copias, & diverſa genera jumentorum. Et quia Perſarum Rege ob difficultatem hiberni temporis [2] ægrè contruſo, reſerata cæli temperie validior impetus timebatur ad Tranſtigritanos Reges & Satrapas legati cum muneribus miſſi ſunt amplis monituri cunctos & hortaturi noſtra ſentire, & nihil fallax tentare vel fraudulentum. Ante omnia tamen Arſaces & Meribanes, Armeniæ & Hiberiæ Reges cultu ambitioſo indumentorum emercabantur & multiformibus donis, damni negotiis Romanis illaturi, ſi rebus tum etiam dubiis deſciviſſent ad Perſas. Inter tot urgentia Hermogene defuncto, [b] ad Præfecturam promovetur [c] Helpidius

1 *Mſ.* è Galliis. 2 *Mſ.* è græco contruſore rata. *Steph.* ægre conſtructa re cibaria.

rant Zonaras ac Cedrenus. Sed D. Chryſoſtomus Homiliâ 15. in Philippenſes peſſis quibuſdam medicatis, quos ei mulier quædam ad conceptus juvandos dederat, interiiſſe teſtatur: *καὶ τὴν γυναῖκα εἶδεν ὑπὸ πεσσῶν διαφθαρεῖσαν. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔτικτε, γυνή τις ἀθλία (ἀθλία γὰρ καὶ ταλαίπωρος, ἣ τὸ τοῦ Θεοῦ δῶρον ἐκ τῆς οἰκείας παρέξειν σοφίας) πεσσοὺς δοῦσα διέφθειρε τὴν βασιλίδα, καὶ συναπέθανε καὶ αὐτή.* *Quinetiam uxorem ſuam vidit peſſis necatam. Nam cùm parere non poſſet, mulier quædam infelix (infelicem enim & miſeram appello, quæ Dei maximum munus induſtriâ ſuâ præſtituram ſe ſperavit) datis peſſis & illi & ſibi ſimul mortem attulit.* Duxerat autem Euſebiam Conſtantius profligata Magnentii tyrannide; ut docet Julianus in Orat. 3. ad Euſebiam. Aurelia Euſebia dicitur in Nummis teſte Goltzio. *Valeſ.*

z *Veſtem armaque exhibens*] Non annonam tantùm & arma milites de publico capiebant, ſed veſtes quoque. Ut ſanè mirer fuiſſe, qui id ſub hiſce noſtris Imperatoribus & Vegetii ævo in uſu fuiſſe negent, cùm tamen extent Valentiniani, Valentis, Gratiani, aliorumque Impp. Leges in Cod. Theodoſ & Juſtin. Tit. de militari veſte, quæ ſatis ſuperque id adſerunt, ne quis ſcrupulus ſubeſſe poſſit Veget. lib. 11. cap 19. *Incongruum videbatur Imperatoris militem, qui veſte & annona publica paſcebatur, utilitatibus vacare privatis.* Lindenbr.

a *Veſtem armaque exhibens.*] Veſtem de publico tunc milites accepiſſe, rectè notavit Lindenbrogius, ex Vegetio & Codice Theodoſii: quibus addi poteſt locus hic Juliani ex Orat. 2. ad Conſtantium: *τὸ δὲ ἐν τοῖς ἀγροῖς γεωργῶν φῦλον ἀρετῆς οὐ μετέχοντας τροφὴν ἀποτίνουσι τοῖς φύλαξι ἐπικούροις σφῶν μισθὸν καὶ ἐσθῆτα τὴν ἀναγκαίαν* & lex. 23. Cod. Theod. de curſu publico. Sed & Reip. Rom. temporibus veſtem interdum militibus ex ærario datam fuiſſe, docet Polybius in lib. 6. * & Cicero in Verrem de Prætura Siciliенſi initio. * *Valeſ.*

b *Ad Præfecturam promovetur Helpidius.*] Fuit hic Chriſtiano cultui deditus; quare non mirandum, ſi eum Marcellinus noſter acerbiùs perſtrinxit. Cui uxor Ariſtænete fuit, mulier ob pietatem eximiam celebranda, quæ S S. Antonium & Hilarionem magnopere coluit, ut docet Hieronymus in Hilarionis vita: *Ariſtænete*, inquit, *Helpidii qui poſtea Præfectus Præt. fuit, uxor, valde nobil. inter ſuos, ſed inter Chriſtianos nobilior, revertens cum marito & tribus liberis à Beato Antonio, &c* * Eamdem matronam laudat Libanius in Epiſtola 44 libri 4 quæ eſt ad Helpidium: *ἔγνων τὴν ἀρίστην Ἀρισταινέτην, καὶ γὰρ ἠγάσθην τῆς γυναικὸς ἰδὼν τὴν θυγατέρα, καὶ μακαρίζω ἡγησάμενος ὑμᾶς τὸν γήμαντα*, &c. Extat Epiſtola Libanii ad eumdem Helpidium, quæ eſt libri 5. Epiſtola 10. in qua ob juſtitiam & fortitudinem eam magnopere laudat. * Eundem Helpidium proſcripſit Libanius in Orat. adverſus Polyclem. Ejus mentio fit lege 4 & ſeq. Cod. Theod. de erog. mil. annonæ. & in lege xi. de curſu publico, Tauro & Florentio Coſſ. *Idem.*

c *Helpidius.*] Hoc nomen paſſim in Latinis Auctoribus adſpiratur, cùm tamen Græci ſpiritu leni pronunt

pidius

ɔidius, ortus in Paphlagonia, adſpectu vilis & linguâ, ſed ſimplicioris ingenii, ncruentus & mitis: adeo ut cùm ei coram innocentem quemdam torquere Conſtantius præcepiſſet, æquo animo abrogari ſibi poteſtatem oraret, hæcque potioribus aliis ex ſententia Principis agenda permitti.

CAP. VII. Rigore itaque inſtantium negotiorum anceps Conſtantius quid capeſſeret ambigebat, diu multúmque anxius, utrùm Julianum peteret & longinqua, [d] an Parthos repelleret jam tranſituros, ut minabantur, Euphraten: hærénſque, tandem cum Ducibus communicato ſæpe conſilio in id flexus eſt, ut finito propriore bello vel certè mollito, nullo poſt terga relicto quem formidaret, Illyriis percurſis & Italiâ, ut rebatur, Julianum inter exordia ipſa cœptorum [e] tamquam [3] venaticiam prædam caperet: hoc enim ad leniendum ſuorum metum ſubinde prædicabat. Tamen ne intepeſceret, aut omiſiſſe belli videretur aliud latus, adventus ſui terrorem ubique diſpergens, veritúſque ne Africa abſente eo perrumperetur, ad omnes caſus principibus opportuna, velut finibus Orientis egreſſus per mare Notarium miſit Gaudentium, quem exploratorem actuum Juliani per Gallias aliquamdiu fuiſſe præſtrinximus. Hunc enim obſequio celeri cuncta conſideratione gemina efficere poſſe ſperabat, quòd adverſam partem metueret offenſam, & properabat nactus hanc opportunitatem commendari Conſtantio, quem credebat proculdubio fore victorem: nemo enim omnium tunc ab hac conſtanti ſententia diſcrepabat. Qui cùm eo veniſſet, mandatorum Principis memor, per litteras [f] Cretione Comite quid ageretur edocto, reliquiſque rectoribus, lecto undique milite fortiore, tranſlatiſque ab utraque Mauritania diſcurſatoribus expeditis, [g] Aquitaniæ [4] & Italiæ [h] objecta litora

3 *Al.* venaticam. 4 *Mſ.* Haliae.

ent. Sic etiam in veteri Inſcriptione legitur: *pro. ſalute. a. &. Helpidis. ſuæ.* Olim Græci in hujuſmodi πνευματισμοῖς magnopere variarunt. Nam ut ab eadem voce non ſcedam, ἐλπὶς alii ſpiritu leni, alii aſpero pronunciaunt: ut patet ex eo quòd ἀφελπισμένος ἀφηλπισμένος muldicebant, teſte veteri Gloſſario. Plura exempla ſuppetat Euſtathius in lib. 1. Odyſſ. ubi Atticos adſpiratione electatos eſſe refert ex AElio Dionyſio. Sed obſervavi atinos Græca nomina ferè adſpirare ſolere, ut cùm erodotum & Herophilen & Herodicum ſcribunt, cùm rodotus & Erophile & Erodicus emendatè ſcribi deant. Erodotum quidem paſſim in Græcis Editionibus dſpirari hodie videas: ſed id mendum eſſe non dubito. *Valeſ.*

d [*An Parthos repelleret jam tranſituros.*] Parthos eic pro Perſis, quibus tum Parthi parebant, poſuit mmianus Marcellinus, ut & in libr. xxv. & alibi, ubi erſæ & Parthi promiſcuè ponuntur. Sic Priſcus Rhetor erſarum & Parthorum nomina promiſcuè ſumit, uti Excerptis legationum reperio. Menander Protector idem ratione *Perſas* & *Medos* pro eiſdem ponit.] *Idem.*

e *Tamquam venaticiam prædam caperet.*] Hæc ſcripti codicis eſt lectio. Sicque lib. xxix. *Ad obſervandam venaticiam prædam Spartanum canem retinere diſpoſitus.* Lib. xxx. *Quaſi venaticiam prædam modò non porrectis brachiis exſpectabant.* Lib. xxxi. *Tamquam venaticias prædas ſi calcaſſent, editiora confeſtim ſine certamine ullo rapturi.* Ita enim hîc quoque Mſ. exempl. Ut *venaticius canis* apud Rufin. Antiq. Judaïc lib. iv. cap. 6. *Si quis pro coitu canis aut venatici aut cuſtodis gregum mercedem acceperit, &c.* Lindenbr.

f *Cretione Comite.*] Cujus iterum meminit in lib. 26. Exſtat etiam lex 4. Cod. Theod. de re militari ad Cretionem Comitem V. Cl. Intellige autem Africæ Comitem, qui Comes militaris rei per Africam conſtitutus dicitur in lege 3. Cod. Theod. de erog. mil. annonæ. *Valeſ.*

g *Aquitaniæ & Galliæ.*] Sic placuit Caſtello, cùm Editio Rom. præferret, *Aquitaniæ & Haliæ*, quemadmodum codex Regius & Florentinus [& Colbertinus.] Ego verò *Italiæ* legere malim, quod & propius abeſt à veterum exemplarium ſcriptura, & ſequentibus verbis planè confirmatur. *Idem.*

h [*Aquitaniæ & Italiæ objecta litora tuebatur.*] Heic planè erravit Marcellinus. Nam conſtat Africam Italiæ

tuebatur artiſſimè. Neque id conſilium fefellit Conſtantium. Eo enim ſuperſtit nullus adverſorum illas tetigit terras, licèt oram Sicilienſem à Lilybæo protentam & Pachyno, multitudo ſervabat armata, ſi patuiſſet facultas, ociùs tranſitura. His pro rerum ratione, ut ſibi prodeſſe exiſtimabat Conſtantius, aliiſque minutis & levioribus ordinatis, Ducum nuntiis docebatur & litteris, Perſarum copias in unum coactas Rege [5] turgido præeunte, jam prope margine tendere Tigridis, incertum quonam erumpere cogitantes. Quibus percitus, u propiùs agens futuros poſſit antevenire conatus, quamprimùm hibernis egreſſus, accito undique equitatu peditúmque robore quo fidebat, per Capeſſanar Euphrate navali ponte tranſcurſo, Edeſſam petit uberem commeatibus & munitam: ibi parumper opperiens, dum exploratores aut perſugæ motum caſtrorum hoſtilium indicarent.

CAP. VIII. Diſcedens inter hæc Julianus à Rauracis, peractis quæ docuimus dudum, Salluſtium Præfectum promotum remiſit in Gallias, Germaniano juſſo vicem tueri Nebridii: itidemque Nevittæ magiſterium commiſ armorum, [6] Gumoarium proditorem antiquum timens, quem cùm Scutaric [7] ageret, latenter prodidiſſe [i] Vetranionem ſuum Principem audiebat; & Jovio Quæſturam, cujus in actibus Magnentii meminimus; & [k] Mamertin Largitiones curandas: & Dagalaiphum præfecit Domeſticis, alióſque [8] plure ex arbitrio ſuo militibus regendis appoſuit, quorum merita norat & fiden Profecturus itaque per [l] Marcianas ſilvas, viáſque junctas Hiſtri fluminis r pis, inter ſubita vehementer incertus id verebatur, ne contemptus ut comitar tibus paucis, multitudinem offenderet repugnantem. Quod ne fieret, conſili ſollerti prævidit: & agminibus diſtributis, per itinera Italiæ nota quoſdar properaturos cum Jovino miſit & Jovio; alios per mediterranea [9] Rætiaru Magiſtro equitum Nevittæ commiſſos, quò diffuſi per varia opinionem num

5 τὸ turgido *in mſ. deeſt.* 6 *Mſ* Gumaorium. 7 *Mſ:* ageret lætantem. 8 τὸ plures. *al. deeſt.* 9 *Mſ.* Rhetiorum.

& provinciæ Narbonenſis litoribus obtendi; Aquitaniæ nuſquam obtendi. Africa Italiæ, Galliæ Narbonenſi, hoc eſt Provinciæ & Septimaniæ vel Gothiæ, ac parti Hiſpaniæ contrariis litoribus oppoſita eſt; at Aquitaniæ minimè eſt adverſa, interjacente ora Hiſpaniæ ad Oceanum.] *Had. Valeſ.* Quis credat ſic in eis partibus erraviſſe Ammianum, niſi unus ille, qui ſic ſtatuit? At ſi nihil aliud, potuit is ipſe ex libro XIV cap. 10 diſcere, notam fuiſſe Aquitaniam auctori: potuit ex fine capitis XIV colligere, quam in Ammiano confuſæ ſint literæ q & c. & id nunc quoque factum ſtatuere, juſtius certe, quam ſic vituperare doctiſſimum ſcriptorem. Scripſiſſe enim videtur *Accitania*, vel, ut alii, *Acitania*, de qua vide Orteliana. In editione Romana eſt *Equitaniæ*. *Gron.*

i *Veteranionem ſuum Principem.*] *io. ſummum Principem.* Lindenbr.

k *Mamertino Largitiones curandas.*] Id ipſemet teſt tur Mamertinus in Gratiarum actione his verbis. *Na cùm me ærarium publicum curare voluiſti.* Et alio loc *Mihi certe tertia unius anni ubertas eſt Conſulatus. Prim theſaurorum omnium mandata cuſtodia & diſpenſatio la giendi: ſecundum locum tenet in honorum meorum fructib Præfectura: additus his proventuum meorum tertius, Co ſulatus.* Dicebatur autem Claudius Mamertinus, ut ip teſtis eſt in eadem elegantiſſima Oratione. *Valeſ.*

l *Martianas ſilvas.*] * Mentio hujus ſilvæ apud Her Contract. anno CIↃ.XXX. * & in veteri Tab. Itinera in Deſcriptione Alamanniæ, è cujus confinio ponunt Julio magus, Petovio, Rauraci. * Hermannus Co tractus anno 1030. *In Alemannia cùm Ernuſt dudum D ejuſque complices parvis viribus contra Imperatorem a tantes, prædis circa ſilvam Martianam populares infeſt rent; à Manegoldo Comite ex Augienſi militia obſervat & XVI. Kal. Septemb. conſerto prælio victi ſunt.* * Lindenbr.

i præberent immenſi, formidinéque cuncta complerent. Id enim & [m] Alexanler Magnus & deinde alii plures, negotio ita poſcente, periti fecere ductores. Mandabat tamen egreſſis, ut tamquam hoſte protinus occurſuro ociùs gradeentur, ſtationéſque nocturnas agerent & vigilias, [1] ne improviſo invaderenur excurſu.

CAP. IX. Quibus ita ut videbatur aptè diſpoſitis, more quo tractus peruperat ſæpe barbaricos, contextis ſucceſſibus fidens, porrectiùs ire pergebat. Cúmque ad locum veniſſet unde navigari poſſe didicit flumen, lembis adſcenis, quos opportunè fors dederat plurimos, per alveum (quantum fieri potuit) erebatur occultè: ideo latens, quód toleranter & fortiter nullius cibi indigens nundioris, ſed paucis contentus & vilibus, oppida forinſecus [2] tranſibat & aſtra: imitatus [3] egregium illud Cyri veteris dictum, qui cùm delatus ad hopitem, interrogaretur ab eo quid ad convivium parari deberet, panem reſponerat ſolum: ſperare enim aiebat prope [4] rivum ſe cenaturum. Fama verò, uæ mille (ut aiunt) linguis [n] rerum miſerè exaggerat fidem, per Illyrios mnes celebrior fundebatur, Julianum ſtrata per Gallias multitudine Regum gentium, numeroſo exercitu & ſucceſſibus tumidum variis adventare. Quo umore perculſus Præfectus Prætorio Taurus, ut hoſtem vitans exterum maturè diſceſſit: vectúſque mutatione celeri curſus publici, tranſitis Alpibus Juliis, odem ictu Florentium itidem Præfectum ſecum abduxit. Levibus tamen iniciis ſuper Juliani motu Lucillianus percitus Comes, qui per illas regiones m curabat ea tempeſtate caſtrenſem, agénſque apud Sirmium, milites conregans quos ex ſtationibus propriis acciri celeritatis ratio permittebat, venturo reſiſtere cogitabat. Sed ille ut fax vel incenſus malleolus volucriter ad deſtinata feſtinans, [o] cùm veniſſet Bononiam, à Sirmio milliario nono diſparatam decimo, ſeneſcente Luna, ideóque obſcurante noctis maximam partem, è avi exſiluit improviſus: ſtatímque [5] Dagalaiphum miſit cum expeditis ad Lucillianum vocandum, trahendúmque ſi reniteretur. Qui tum etiam quieſcens, ùm ſtrepitu [6] excitatus turbulento vidiſſet ignotorum hominum ſe circulo cirumſæptum, concepto negotio, & Imperatorii nominis [7] metu præſtrictus, ræceptis paruit invitiſſimus: ſecutúſque alienum arbitrium Magiſter equitum, paullo antè ſuperbus & ferox, jumentóque impoſitus repentino, Principi ut captivus offertur ignobilis, oppreſſam terrore vix colligens mentem. erum cum primitus viſus, adorandæ purpuræ datam ſibi copiam advertiſſet,

1 *Mſ:* nemo proviſo ſuo.... minuaderentur: 2 *Mſ.* unſlibat & catremitatus 3 *Steph.* Græcum 4 τὸ ſe *eſt al.* 5 *Mſ.* Dagalaiſum. 6 *Mſ.* excitatus. 7 *Mſ.* motu.

m *Alexand. Magnus & deinde alii plures*] Velut Leodas, de quo Polyæn. lib. 1. pag. 74. *Lindenbr.*

n *Rerum miſere exaggerat fidem.*] Scribendum puto; *rerum mire exagg. fidem. Valeſ.*

o *Cúm veniſſet Bononiam, à Sirmio milliario nono diſparatam & decimo*] Bononiam hanc *Bonmunſter* hodie vocari Simlerus putat. Vid. Itinerarium Antonini Imp. *Lindenbr.*

recreatus tandem ſuique ſecutus: *Incautè*, inquit, *Imperator & temerè cum paucis alienis partibus te commiſiſti.* Cui amarum Julianus ſubridens, *Hæc verba prudentia ſerva*, inquit, *Conſtantio: majeſtatis enim inſigne non ut conſiliario tibi, ſed ut deſinas pavere porrexi.*

CAP. X. Nihil deinde amoto Lucilliano differendum, nec agendum ſegne ratus, ut erat in rebus trepidis audax & confidentior, civitatem, ut præſumebat, dediticiam petens, citis paſſibus incedebat: eúmque ſuburbanis propinquantem amplis nimiúmque protentis, militaris & omnis generis turba cum lumine multo & floribus, [8] votíſque fauſtis, Auguſtum appellans & Dominum, duxit in regiam. Ubi eventu lætus & omine, firmata ſpe venturorum quòd ad exemplum urbium matris & populoſæ & celebris, per alias quoque civitates ut ſidus ſalutare ſuſciperetur, edito poſtridie curuli certamine cum gaudio plebis, ubi lux excanduit tertia, morarum impatiens percurſis aggeribus publicis, [p] Succos (nemine auſo reſiſtere) præſidiis occupavit: iiſdémque tuendis Nevittam præfecit ut ſidum: cujus loci ſitum [q] ex nunc conveniente oſtendam. Conſertæ celſorum montium ſummitates Æmi & Rhodopes [r] quorum alter ab ipſis Hiſtri marginibus, alter ab Axii fluminis citeriori parte conſurgit, [ſ] in anguſtias tumidoſis collibus [9] deſinentes, Illyrios interſcindunt & Thracas, hinc vicinæ mediterraneis Dacis & Serdicæ, inde Thracias deſpectantes & Philippopolim, civitates amplas & nobiles: & [1] (tamquam Naturâ in ditionem Romanam redigendas nationes circumſitas prænoſcente) ita figuratæ conſultò, inter artos colles quondam hiantes obſcuriùs, ad magnitudinem ſplendorémque poſtea rebus elatis patefactæ ſunt & carpentis: aditibúſque aliquoties clauſis magnorum Ducum populorúmque repulere conatus. Et pars quæ Illyricum ſpectat molliùs edita, velut incauta ſubinde ſuperatur. Latus verò è regione oppoſitum Thraciis, prona humilitate deruptum, hínc que & inde fragoſis tramitibus impeditum, difficile ſcanditur etiam nullo v

8 *Mſ.* portiſque. 9. *Mſ.* deſinenter. 1 τὸ natura *in mſ. deeſt.*

p *Succos.*] Infrà *Succorum anguſtias*, & *clauſtra & confinia* appellat. Meminit & alibi frequenter Marcellinus: apud alios verò Scriptores nullam Succorum mentionem adhuc reperi: niſi quòd apud Socratem in lib. 2 Hiſt. Eccl. cap. 22. corruptum id nomen eſt: * ut & in Epiſtola 2. Concilii Aquileienſis, à Jac. Sirmundo edita. * Cùm enim dixiſſet, Epiſcopos tum eos qui Serdicæ, tum qui Philippopoli convenerant, peracto ſeorſum Concilio, rebúſque prout utriſque viſum erat conſtituris, in ſuas quemque Eccleſias receſſiſſe; ſubdit, exinde Orientalem Eccleſiam ab Occidentali diſciſſam; terminum autem & confinium utriuſque Eccleſiæ fuiſſe Succorum anguſtias: καὶ ἦν ὅρος τῆς κοινωνίας αὐτοῖς τὸ λεγόμενον σουκεῖς, ὅπερ ἐστὶν ἰλλυριῶν καὶ θρακῶν. Lege meo periculo οἱ σοῦκεις niſi malis σοῦκις. Quod confirmatur ſequentibus Socr. verbis. Subdit enim, cum montem Illyrios à Thracibus diſtinguere: quod non poteſt alteri convenire quam Succis. *Valeſ.*

q *Exnunc conveniet*] Ita Mſ. & dictum *Exnunc*, Græcum illud ἐξ τὸ νῦν. Sic *extunc* apud Val. Max. lib cap. 5. *Extunc AEanti ut Deo immolarunt.* Lindenbr.

r *Quorum alter ab ipſis Hiſtri marginibus.*] AEmus ſcilicet, ut docet Marcellinus in lib. 27. & Strabo. *Va*

ſ * *In anguſtias tum. coll. deſinentes.*] Hinc explicandi ſunt Ouidii verſus in libro VI. Metam.

Threiciam Rhodopen habet angulus unus & AEmum,
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam.

Revera enim quemdam quaſi angulum eo loci faciunt Aemus ac Rhodope, & ſe mutuò oſculari ut ita dicam lentur: ídque (ut apparet) locum fabulæ dedit. Ap Nicephorum in libri 9. capite 13. legitur σούκκις non m

tante. [t] Sub hac altitudine aggerum utrobique ſpatioſa camporum planities jacet, ſuperior aduſque Julias Alpes extenta, inferior ita reſupina & panda, ut nullis habitetur obſtaculis aduſque Fretum & Propontidem. His ut in re tali támque urgenti compoſitis, Magiſtro equitum illic relicto, Imperator [v] revertitur Næſſum copioſum oppidum, [x] quò [2] imprædepeditè cuncta diſponeret ſuis utilitatibus profutura. Ubi [y] Victorem apud Sirmium viſum ſcriptorem Hiſtoricum, exindéque venire præceptum, Pannoniæ ſecundæ Conſularem præfecit, & honoravit æneâ ſtatuâ, virum [z] ſobrietatis gratiâ [3] æmulandum, multo pòſt Urbi Præfectum. Jámque altiùs ſe extollens, & numquam credens ad concordiam provocare poſſe Conſtantium, orationem acrem & invectivam, probra quædam in eum explanantem & vitia, ſcripſerat ad Senatum. Quæ cùm Tertullo adminiſtrante adhuc Præfecturam recitarentur in Curia, eminuit Nobilitatis cum ſpecioſa fiducia benignitas grata. Exclamatum eſt enim, in unum cunctorum ſententia congruente, [a] AUCTORI TUO REVERENTIAM ROGAMUS. Tunc & memoriam Conſtantini, ut novato-

2 *Mſ.* præpeditè. 3 *Mſ.* mutilandum.

to meliùs quàm apud Socratem, ex quo id Nicephorus exſcripſit. Unus Philoſtorgius in libro III. recte nominat Σύκεις Ἄλπεις: ſed Nicephorus & heic quoque Συσάκεις prætulit. Haſce anguſtias deſignavit Themiſtius in Oratione 13. ad Theodoſium Aug. paginâ 469. ἐκ ἀπέςησεν ὑμῶ, ὁ Θρᾳκῶν ὄρη καὶ Ἰλλυριῶν δυσπόρευτα καὶ ὁμοιπόρῳ. * Valeſ.

t *Sub hac altitudine agg. utrobique ſpat. planities.*] Id egregiè deſcribit Lucianus in Dialogo qui δραπέται inſcribitur: (ſi tamen Luciani eſt, quod non credo) δύο μὲν ὄρη μέγιςα καὶ κάλλιςα ὀρῶν ἀπάντων. Αἷμός ἐςι τὸ μεῖζον· ἡ καταντικρὺ δὲ ῥοδόπη· πεδίον δὲ ὑποπεπταμένον πάμφορον ἀπὸ τῶν προπόδων κατέρων εὐθὺς ἀρξάμενον· Deinde Philippopolim urbem iis vicinam fuiſſe dicit: quod veriſſimum eſt. Erant enim Succorum anguſtiæ Philippolim inter & Serdicam: quod etiam apertè deſignatum eſt in Tabula itineraria Peutingerorum. *Idem.*

v *Revertitur Næſſum copioſum opidum.*] Naiſum urbem intelligit, ut patet ex Zoſimi narratione in lib. 3. Sed Marcellinus eam urbem ſemper Næſſum appellat. Verùm ceteri omnes tam Græci quàm Latini Naïſum ſeu Naïſſum: opidum Daciæ Mediterraneæ, ut eſt in Itinerario Burdegalenſi, Conſtantini Magni ortu nobilitatum. Sic enim ſcribit Stephanus Byzantius: Ναϊσσὸς πόλις Θρᾴκης, (leg. Δακίας) κτίσμα καὶ πατρὶς Κωνςαντίνυ τοῦ βασιλέως. Idem tradit Conſtantinus Porphyrog. in lib. 2. περὶ θεμάτων: & Firmicus in lib. 1. Matheſeos ſub initium de Conſtantino Magno loquens. *Apud Naïſſum*, inquit, *genitus, à primo ætatis gradu gubernacula Imperii retinens, &c.* Sic enim in duobus Mſſ. codicibus legi, dudum viri docti monuerunt: cùm vulgò excuſum ſit *apud Tarſum.* Denique in Excerptis de geſtis Conſtantini idem diſtinctè traditur his verbis: *Conſtantinus natus Helena matre viliſſima in opido Naïſo atque eductus; quod opidum poſteà magnificè ornavit.* Accedit, quod Cedrenus περὶ τὴν τῆς Δακίας πόλιν Conſtantinum natum eſſe memorat. *Idem.*

x *Quo inde expedite cuncta diſponeret*] Sic Gelenius emendavit, cum ſuperiores Editiones ſcriptum haberent, *quo inde præpedite*: neque aliter codex Reg [Colbertin.] & Florentinus. Unde conjicere eſt, ſcribendum potiùs eſſe in hunc modùm, *quò imprædepedite cuncta diſponeret.* Idem.

y *Victorem apud Sirmium viſum Scriptorem hiſtoricum*] Indubiè is eſt Victor hic, cujus exſtat hiſtoria Vitarum Augg. quíque tenui atque indocto patre rure ortus, propter egregiás virtutes ad ampliſſimos honores promotus fuit, quos ex veteri hac Inſcriptione agnoſcere licet, quam ipſe beneficiorum memor Imp. Theodoſio curaverat poni...... IERUM PRINCIPUM CLEMENTIAM... NCTITUDINEM MUNIFICENTIAM SUPERGRESSO. D. N. FL. THEODOSIO PIO VICTORI SEMPER AUGUSTO SEX. AUR. VICTOR. V. C URBI PRAEF. JUDEX SACRARUM COGNITIONUM. D. N. M. Q. E. *Lindenbr.*

z *Sobrietatis gratia multilaudum.*] Monſtrum hoc nominis ex officina P. Caſtelli prodiit. Nam in Editione Rom. legebatur *ſobrietatis gratie mutilandum.* Atque ita in codice Regio ſcriptum eſt ac Flor. niſi quòd in Regio [& Colbert.] * ac Toloſ. * *gratiæ* legitur. Proinde commodiùs ſic videtur legi poſſe, *ſobrietatis gratiâ æmulandum.* Valeſ.

a *Auctori tuo reverentiam rogamus.*] Subaudi *præſtes.* Julianum enim Senatores hac acclamatione admonebant, ut parciùs ageret ac modeſtiùs, & Imp. Conſtantio, à quo Cæſaris dignitate auctus fuerat, honorem debitum exhiberet. Id enim ſignificat ea vox, *Auctori tuo.* Sic in lib. 16. *Apparitorémque fidum auctori ſuo quoad vi-*

ris turbatoríſque priſcarum legum & moris antiquitus recepti, vexavit, eum apertè incuſans, quòd [b] barbaros omnium primus aduſque faſces auxerat & trabeas Conſulares: inſulsè nimirum & leviter: qui cùm vitare deberet id quod infeſtiùs objurgavit, brevi poſtea [4] [c] [d] Mamertino in Conſulatu junxit Nevittam, nec ſplendore, nec uſu, nec gloria horum [5] ſimilem, quibus Magiſtratum ampliſſimum detulerat Conſtantinus: contra [e] inconſummatum & ſubagreſtem, & quod minùs erat ferendum, celſa in poteſtate crudelem.

Cap. XI. Hæc & talia cogitanti, ſollicitóque ſuper maximis rebus & ſeriis, nuntius metuendus intimatur & inſperatus, auſa indicans quorumdam immania, impeditura curſus ejus ardentes, ni vigilanter hæc quoque antequam adoleſcerent hebetaſſet: quæ breviter exponentur. Duas legiones Conſtantiacas, additâ unâ ſagittariorum cohorte, quas invenerat apud Sirmium, ut ſuſpectæ adhuc fidei per ſpeciem neceſſitatum urgentium miſit in Gallias: quæ pigriùs motæ, ſpatiáque itinerum longa & Germanos hoſtes truces & adſiduos formidantes, novare quædam moliebantur, auctore & incitatore Nigrino, equitum turmæ Tribuno, in Meſopotamia genito: réque digeſtâ per ſecreta colloquia, & alto roboratâ ſilentio, cùm Aquileiam perveniſſent, urbem ſitu & opibus muríſque circumdatam validis, [f] eam hoſtiliter repentè clauſere, ju-

4 *Mſ.* Mamertinum in Conſulatu inuxit nec vittam nec ſplend. *Steph.* Mamertino Conſulatum injunxit nec vita ſpend. 5 *In mſ.* τὸ cujuſquam *deeſt. Steph.* cujuſquam ſimili.

---

xerit fore, obligata cervice ſua ſpondebat: & Auſonius in Macrino:

Sumptum pro Principe ferrum
Vertit in auctorem cæde Macrinus iners.

Porrò in his acclamationibus Senatûs ſollemne verbum erat, *Rogamus.* Sic apud Lampridium in Commodo: *Honores innocentium reſtituas rogamus.* Valeſius. Locum hunc tetigit Iſa. Caſaubonus ad Spartianum, ubi Trajanus ſic dicitur auctor Hadriani. *Gron.*

b *Barbaros omnium primus*, &c.] Idem in eo reprehendit Aurelius Victor his verbis: *Cunctáque divino ritui paria viderentur, ni parum dignis ad publica aditum conceſſiſſet.* Quippe Conſtantinus ſuperato Maxentio multos etiam barbaros, qui fortem ſibi operam in bello navaverant, præmii vice allegit in Curiam, quemadmodum teſtatur Nazarius in Panegyrico ad Conſtantinum. Et Euſebius in lib. 4. de vita Conſtantini cap. 7. loquens de barbarorum legatis qui munera ei obtulerant, ait Conſtantinum nobiliſſimos eorum Romanis honoribus ornaviſſe. ἐτίμα δὲ καὶ ῥωμαϊκοῖς ἀξιώμασι τοὺς ἐν αὐτοῖς διαπρεπεῖς, ὡς ἤδη πλείους τὴν ἐνταῦθα στέργειν διατριβὴν, ἐπανόδου τῆς εἰς τὰ οἰκεῖα λήθην πεποιημένους. Valeſ.

c *Mamertinum ad Conſulatum evexit, nec vita, nec ſplendore*] Liberabo hac nota Mamertinum, eamque jubente Mſ. Cod. auctoritate in collegam illius transſcribam. Vero enim verius puto ſi legatur. *Mamertinum ad Conſulatum evexit & Nevitam, nec ſplendore, nec uſu &c.* Cujus emendationis aperta indicia in Cod. Florent. ſic enim ibi: *Mamertinum in Conſulatum inuxit nec vittam.* Ipſe Ammian. inf. cap. 13. *Mamertinum Præfectum Prætorio per Illyricum deſignavit Conſulem, & Nevitam.* Conſulumque horum nomina libri Faſtorum agnoſcunt. *Lindenbr.*

d [*Mamertino in Conſulatu junxit Nevittam.*] E ſuperiori accuſatione Conſtantini, *barbaros* ad Conſulatus promoventis, & ex Marcelliniana reprehenſione Juliani, ceu id ipſum facientis quod in Conſtantino damnabat; intelligitur Nevittam hunc quem Julianus Conſulem fecit, ſimiliter *barbarum* fuiſſe. Fuit autem Nevitta natione Gothus: qualis fuit & *Fravitta* vel *Fravita* Φραβίθης Nicephoro dictus in libro XIII. qui anno XXXIX poſt Nevittam, cum Vincentio Conſulatum, in Orientis partibus geſſit Arcadii principatu, & ab eo Imperatore propter bellum adverſus Gainam popularem ſuum fortiter fideliterque geſtum Conſul creatus eſt.] *Valeſ.*

e *Inconſummatum & ſubagreſtem*] Lib. XXXI. *Inconſummatus & rudis.* Lindenbr.

f *Hoſtiliter repente clauſere.*] Id ipſum intelligit Nazianzenus Gregorius in Invectiva priore in Julianum ubi ipſum quaſi furore quodam occæcatum in perniciem ante oculos poſitam properaſſe dicit. τεκμήριον δέ. καὶ γὰρ ἔτι προϊὼν καὶ ἀγνοούμενος ὡς ἐνόμιζεν, ὑπὸ τῆς τοῦ γενναιοτάτου βασιλέως στρατιᾶς περιλαμβάνεται προϋποτιμησάσης καὶ τὴν φυγὴν εἰς δίκην γέγονεν· καὶ γὰρ ἤδη τὸ κράτος ἔχοντι τὸ κρατῆσαι ταύτης ἡ μικροῦ ἔργον ἐγένετο. *Cujus rei argumentum illud eſt, quòd cùm ipſe progrederetur occulte & latens, ut putabat, ab exercitu lectiſſimi Imperatoris circumventus eſt, qui ei etiam fugam*

vante indigena plebe tumultus horrorem, [g] cui Conſtantii nomen erat tum etiam [6] amicum. Et obſeratis aditibus, turribùſque armatis & propugnaculis, futuræ concertationi præparabant utilia, interim ſoluti & liberi: hócque facinore ita audaci, ad favendum Conſtantii partibus ut ſuperſtitis, Italicos incolas excitabant.

Cap. XII. Quibus Julianus acceptis, agens tunc apud Næſſum, nihil à tergo timens adverſum, legénſque & audiens hanc civitatem circumſeſſam quidem aliquoties, numquam tamen exciſam aut deditam, impenſiore ſtudio ſibi ſociare, vel fraude, vel diverſis adulationum generibus, antequam majus oriretur aliquid, properabat. Ideóque Jovinum Magiſtrum equitum venientem per Alpes, Noricóſque ingreſſum, ad id quod exarſerat quoquo modo corrigendum redire citiùs [7] imperavit. Et ne quid deeſſet, milites omnes [h] qui Comitatum ſequebantur aut ſigna, retineri juſſit per idem oppidum tranſeuntes, pro viribus laturos auxilium. Híſque diſpoſitis, ipſe haud diu poſtea cognita morte Conſtantii, diſcurſis Thraciis, Conſtantinopolim introiit: ac ſæpe doctus [i] lentius fore id obſidium quàm verendum, Immone cum Comitibus aliis ad hoc deſtinato, removit exinde [8] Jovinum, alia quæ potiores flagitabant neceſſitates acturum. [k] Ordine itaque ſcutorum gemino Aquileiâ circumſæptâ, concinentibus ſententiis Ducum, conveniens viſum eſt ad deditionem allicere defenſores minacium blandorúmque varietate ſermonum: & multis ultro citróque dictitatis, in immenſum obſtinatione gliſcente, ex colloquio re infecta diſceditur. Et quia nihil præter pugnam jam ſpectabatur, curatis utrobique cibis

6 *Mſ.* initium. 7 *Steph.* imperabat. 8 *Al.* Jovium.

tercluſerat, ut poſtea apparuit. Nam cùm Imperium ſine ntroverſia jam obtineret, eos ſuperare vix potuit. Valeſ.

g *Erat tum etiam amicum.*] In Mſſ. Regio & Flor. & Colbertino,] atque in Editione Rom. legitur, *erat m etiam initium.* Primus Gelenius vulgatam lectionem cogitavit, quam tamen veram eſſe non puto: ſed falius eſt quid falſum ſit videre, quàm divinare quid veum ſit. Videtur tamen tranſpoſitio vocabulorum hunc cum corrupiſſe; quæ ſic fortaſſe reſtituenda eſt: *Juante indigena plebe tumultus initium, cui Conſtantii noen erat tum etiam honori.* [Tamen cùm apud Curtium libro v. *initia* pro auſpiciis & ductu Principis ſumanr, videtur ſervanda codicum Mſſ. & ſequenda ſcriura: *Cui Conſtantii nomen erat tum etiam initium*, id eſt ſpicatum erat, favorabile ac venerabile erat.] *Idem.*

h *Qui Comitatum ſequebantur aut ſigna.*] Hujus loci plex mihi occurrit explicatio. Prima, ut per eos qui omitatum ſequuntur, intelligantur ſcholæ, de quibus prà affatim dixi. * Sic in lege 38. Codicis Theodoſ. Decurionibus. Per eos autem qui ſequuntur ſigna, giones intelligantur & auxilia, quæ ſunt ſub Magiſtris litum. Secunda explicandi via eſt, ut qui Comitatum ſequuntur, milites ſint omnes qui Magiſtro militum Præſentali obſecundant: poſteriores verò ſint ii, qui ſub ceteris Magiſtris per provincias ſunt conſtituti. Sed prior explicatio magis arridet. *Idem.*

i *Certius fore id obſidium.*] In Editione Rom. & codice Reg. [ac Colbertino] legitur *centius.* Unde proclive erat emendare; *lentius fore id obſidium quàm verendum.* Nam & ipſa litterarum affinitas id confirmat. & ſententia ipſa planè ita poſtulat. Valeat ergo conjectura illa Caſtelli. *Idem.*

k *Ordine ſcutorum gemino.*] Duabus partibus obſeſſam eſſe ſignificat Aquileiam: ſic enim loqui ſolet, ut in principio libri xix. de obſidione Amidæ: *Quinquies ordine multiplicato ſcutorum cingitur civitas.* Etenim ab Oriente quidem tendebant Chionitæ, ad Meridiem Vertæ, Albani à Septemtrione, ad Occaſum Segeſtani: Perſæ verò ipſi omnes murorum ambitus circumſidebant ut ibidem teſtatur Marcellinus. Idem infrà in hoc libro, *obſidione gemina Bezabden aggreſſurus*, * & in libro 24. cap. iv. * Alii dicerent duplici acie, vel gemino agmine, ut Hegeſippus in lib. 3. cap. 9. & lib. 5. cap. 14. & Scholiaſtes Thucydidis ad hæc ex lib. 1. ἐπολιόρκει τρισὶ τείχεσι τὴν πόλιν, notat, τουτέστι τρισὶ τάγμασι. IV *caſtris* Florus lib. 2. cap. 18. *Idem.*

ſomnóque corporibus, aurora jam ſurgente, concrepante ſonitu buccinorum,
partes accenſæ in clades mutuas, [9] ferocientes magis quàm conſultiùs, elati
clamoribus ferebantur. Pluteos igitur præferentes oppugnatores, cratéſqu
denſiùs textas; ſenſim incedentes & cautè, murorum ima ſuffodere ferramen
torum multitudine conabantur: [1] factas plerique [2] vehentes ad menſuram mœ
nium ſcalas, jamque parietibus pæne contigui, pars lapidibus volutis in pro
num conliſi, pars confixi ſtridentibus jaculis, retróque gradientes averterun
ſecum omnes alios, metu ſimilium à propoſito pugnandi retortos. Hoc prim
congreſſu erecti in audaciam clauſi, aſſumptâ fiduciâ meliorum parvi duceban
reſtantia: mentibúſque fundatis, & compoſitis [l] per opportuna tormentis, in
defeſſo labore vigilias & cetera ſubſidia ſecuritatis implebant. Contrà munito
res licèt pavore diſcriminum anxii, pudore tamen ne ſecordes viderentur & ſe
gnes ubi parum vis procedebat Marte aperto tentata, ad inſtrumenta obſidiona
lium artium tranſtulerunt. Et quia nec arietibus admovendis [3] nec ad intentar
das machinas, vel ut poſſint forari cuniculi, inveniebatur [4] uſquam habilis lo
cus, diſparatione brevi [m] civitatem [5] [n] Natiſone amni præterlabente, con
mentum excogitatum eſt cum veteribus admirandum. Conſtructas veloci ſtu
dio ligneas turres, propugnaculis hoſtium celſiores, impoſuere trigeminis na
vibus [6] valde ſibi connexis: quibus inſiſtentes armati, uno paríque ardore pro
hibitores diſpellere collatis ex propinquo viribus nitebantur: ſubtérque exped
ti velites à turrium cavernis egreſſi, injectis ponticulis quos antè compagin
rant, tranſgredi feſtinarunt indiviſo negotio: ut dum viciſſim miſſilibus ſe p
tunt & ſaxis [o] utrimqueſecus altè locati, hi qui tranſiere per pontes, nullo i
terpellante ædificii parte convulſa, aditus in [7] penetralia reſerarent. Iteru
ſumma cœpti prudentis alioſum evaſit. Cùm enim adventarent jam turres, co
tortis malleolis madentibus pice, arundine quinetiam, ſarmentis ac vario f

9 *Mſ. & Steph.* ferocientes. 1 *Mſ.* natas. 2 *Mſ.* ementes. 3 *Al.* nec intendendis machinis. 4 *Steph.* quid habile. 5 *Mſ.* Teſioni. 6 *Mſ.* valde. 7 *Mſ.* penetralia........reſerarent.

---

l *Opportuna torrentis.*] Hunc locum ſic legendum ac diſtinguendum eſſe exiſtimavi: *Mentibúſque fundatis, & compoſitis per opportuna tormentis, &c.* Quæ emendatio confirmatur ex ſimili quodam loco in lib. 18. ad finem: *Tormenta, quà non erat voraginoſum, locis opportunis aptantes.* Et in lib. xx. *Aliis tormenta componentibus.* Denique in lib. ult. *Tormenta per locos aptata ſunt habiles. Valeſ.*

m *Civitatem Natiſone amni præterlabente*] Nihil hîc mutandum: nam quod in Mſ. habetur *Teſioni amni*, id non eſt nauci. Strabo lib. v. Ἀκυληΐα ---- κτίσμα μὲν ἐστι Ῥωμαίων ἐπιτειχισθὲν τοῖς ὑπερκειμένοις βαρβάροις. ἀνάπλεῖται δ' ὁλκάσι κατὰ τὸν Νατίσωνα ποταμὸν ἐπὶ πλείους ἑξήκοντα ςαδ. * In Chronico Reicherſp. corruptè legitur, *Namſa fluvius*, pro *Natiſo fl.* p. 57. Jordanes in Gothicis p. 1: *Natiſſa amnis.* * Lindenbr.

n [*Natiſone amni præterlabente.*] In vett. codicibus Mſſ. pro *Natiſone* ſcriptum eſſe *Teſioni* nota P. Pithœus, vir doctiſſimus, ad oram Ammiani l Ego in codice Colbertino legi etiam *Teſioni: Civitat Teſioni amni præterlabente.* Plinius tamen non *Teſion* ſed Natiſonem cum priſcis vocat hunc fluvium, qu *cum Turro præfluere Aquileiam Coloniam* XII. *m. paſſ mari ſitam* ſcribit. *Natiſſam amnem* nuncupat Jordanes de rebus Geticis, ab ortu muros Aquileiæ labentem.] *Valeſ.*

o [*Utrimqueſecus*] Utrimqueſecus uno verbo legendum & ſcribendum eſt, ut dicitur intrinſecus, extrinſecus, forinſecus, in libro XXI. altrinſecus in libro XXII. & XXVIII.] *Idem.*

mi:

nite flammarum inceſſebantur. Quæ quoniam incendio celeri, ponderibúſque trepidè ſuperſtantium inclinatæ prociderunt in flumen, armatorum aliqui per earum faſtigia interibant, eminus confixi tormentis. Inter quæ deſtituti pedites poſt [p] navalium ſociorum occaſum, obtriti ſunt ſaxis immanibus, præter paucos, quos morti [8] ſcilicet per impedita ſuffugia velocitas exemerat pedum. Ad ultimum certamine [9] protracto in veſperam, datóque ſigno [1] in receptum ex more, ambo digreſſi diei reſiduum animis egere diſparibus. [q] Munitorum enim mærores, funera lugentium propria, prohibitores ſpe jam ſuperandi firmabant, licèt ipſi quoque paucos gemebant [3] amiſſos. Properabatur tamen nihilominùs: & quantum recreandis viribus quiete & cibo ſatis fuit, tributo per noctis integræ ſpatium, reparatur lucis exordio prœlium incitamento tubarum. Et quidam elatis ſuper capita ſcutis, ut pugnaturi leviùs, alii vehentes humeris ut antea ſcalas, ferventíque impetu procurrentes, pectora multiformium telorum ictibus exponebant. Alii [4] [r] ferratas portarum obices effringendas adorti, ultro ignibus petebantur, vel ſaxis muralibus oppetebant. Quidam foſſas fidentiùs tranſire conati [ſ] repentinis eorum adſultibus, qui erumpebant clanculo per poſticas, [5] ruebant incautè, aut ſaucii diſcedebant. Recurſus enim ad mœnia tutior, vallúmque antemuranum, cæſpitibus fultum, inſidiantes ab omni diſcrimine defendebat. Et quamquam prohibitores [6] [t] duritiâ bel-

8 *Al.* licet. 9 *Al.* producto. 1 *Al.* receptui. 2 *Mſ.* ammab. 3 *Mſ.* amicos. 4 *Mſ.* ferratas portarum obices effringendas. 5 *Mſ.* ruebant. 6 *Mſ.* turicitia.

p *Navalium ſociorum.*] Milites intelligit, qui turribus ſupra naves impoſitis inſiſtebant. At non ſic veteres Latini. Hi enim navales ſocios dicebant, quos nunc remiges vocamus; ut patet ex Livii Hiſtoria. Quo ſenſu Florus in lib. 4. cap. 8. de Sex. Pompeio dicit: O *quàm diverſus à patre! Ille Cilicas exſtinxerat: hic ſecum piratas navales agitabat.* Valeſ.

q *Munitorum enim mærores.*] Munitores vocat oppugnatores. Qua voce utitur Livius in lib. 5. de Camillo Veios obſidente: *In partes ſex munitorum numerum diviſit*: ubi pro cuniculariis ſumuntur. *Idem.*

r *Ferratas portarum obices.*] Sic loquitur Tacitus in lib. 3. Hiſt. de Cremona, & in lib. 13. Annalium: *nudati propugnatoribus muri, obices portarum ſubverſi.* Olim enim urbium portæ ferro tegebantur, ne ſubjecto igne ab hoſtibus exurerentur; ut docet Vegetius in capite 4. lib. 4. & Zoſimus in lib. 2. de Magnentio loquens Murſam oppugnante. Procopius in lib. 3. Goth. τάς τε πύλας τεκτηνάμενος καὶ σιδήρῳ περιβαλὼν, &c. Denique Appianus in lib. 4. civilis belli de Xantho Lyciæ opido. Omitto AEneam in Poliorcet. cap. 18. & Claudianum in bello Getico, qui ſic canit:

Ferratæque Getis ultro ſe pandere portæ.

Χαλκόδετα ἔμβολα vocat Euripides in Phœniſſis, quæ explicat Scholiaſtes: Ἄλλως ἔμβολά φασι τὰς κλεῖθρας, τὰ νῶν καλύμματα πύλης. Deinde eorum fabricam ſic deſcribit: θύραν κατασκευάσαντες ἴσην κατά γε μῆκος καὶ πλάτος τῇ θύρᾳ τοῦ τείχους, ἔξωθεν αὐτῆς χαλκοπέταλα καθηλοῦσιν, ὡς ὁλόχαλκον τὴν θύραν νομίζεσθαι. ταύτην ἐπάνω τῆς θύρας ἱστᾶσιν οὐχ ἑδραίαν, ἀλλ᾽ ὥσπερ κρεμαμένην. τῶν δὲ πυλῶν κλειομένων καθιᾶσιν ἄνωθεν, &c. Manifeſtè cataractam intelligit, de qua loquitur Vegetius in loco cit. Quam etiam in hoc Ammiani loco intelligi nihil vetat. *Idem.*

ſ *Repentinis eorum adſultibus, qui erumpebant clanculo per poſticas, &c.*] Harum poſticarum mentio iterum libb. XVIII. XIX. XXIV. Sed murorum antiquorum adeo perrara monumenta reſtant, ut qua ratione poſticæ in iis factæ atque ædificatæ fuerint, haud ita in facili ſit dicere. Operis tamen priſci putantur, qui Auguſtæ Emeritæ videntur. In quibus licèt poſticarum indicia nulla, quadratas tamen turres æquis intervallis procurrentes, tale aliquid denotare veroſimile eſt, quale hîc Ammianus ſcribit: ac velut promuralia ſunt, ex quibus erumpentibus recurſus ad mœnia tutior munitoribus per arcuatilem hanc viam eſſet, oppugnatorumque vis, & arietis inſultus arceri faciliùs poſſet. Atque ut ſpecimen elegantiſſimæ ſtructuræ etiam in aliis oris exſtet, picturam ejus hîc opponam, uti eam à Nobiliſſimo doctiſſimoque viro Abr. Bibrano Sileſ. accepi, qui opus ipſum vidit & deſcripſit. *Lindenbr.*

t *Peritia bellorúmque artibus.*] Ita correxit P. Caſtellus, cùm in Editione Rom. legeretur, *turicitia bellorúmque, &c.* ut in Mſ. Flor. ſcriptum eſſe monuit

lorúmque artibus [7] antiſtarent, quibus nihil præter mœnium ſupererat adjumentum: collectus tamen ex potioribus numeris miles diuturnas ferre nequiens moras, ſuburbana omnia circumibat diligenter inquirens, qua vi vel machinis poſſet patefactam irrumpere civitatem. Quod ubi patrare non poterat magnitudine vetante difficultatum, obſideri remiſſiùs cœpta eſt: & excubiis ſtationibúſque relictis præſidiarii milites vaſtantes agros propinquos, omnibus congruentibus abundabant, raptorum pleraque [8] [v] concorporalibus ſuis impertientes. Unde largiore admodum potu ſaginiſque diſtenti marcebant. [x] His relatione Immonis conſortiúmque cognitis, Julianus Conſtantinopoli etiamtum hibernans, ſollerti remedio turbatis conſuluit rebus: móxque Agilonem Magiſtrum peditum eá tempeſtate probè cognitum miſerat, ut viſo honoratiſſimo viro, compertáque per eum morte Conſtantii, ſolveretur obſidium. Inter quæ ne ceſſaret [9] Aquileiæ oppugnatio, cùm in reliquis opera conſumerentur incaſſum, placuit reſiſtentes acriter ad deditionem ſiti compelli. Et ubi aquarum ductibus interſectis nihilominùs celſiore fiducia repugnarent, flumen laboribus avertitur magnis; quod itidem fruſtra eſt factum. Attenuatis enim avidioribus bibendi ſubſidiis, hi quos temeritas clauſerat, contenti putealibu[s] aquis parcè vixerunt. Quæ dùm agitantur caſibus antedictis, ſupervenit u[t] præceptum eſt Agilo, ſcutorúmque denſitate contectus, propè fidenter acceſſit: multáque locutus & vera, quibus Conſtantii obitum, firmatúmque Julian[i] docebat imperium, [y] non ſine conviciis computabatur ut fallax. Nec ei quiſquam credidit geſta narranti, antequam pacta ſalute [z] ſuſceptus ad pugnaculum ſolus, fide religioſiùs reddita, ea quæ docuerat replicaret. His auditis, e[x] diuturno angore portis recluſis omnes effuſi, ſuſcepere læti pacificum Ducem ſéque purgantes, Nigrinum totius furoris auctorem, paucóſque alios obtulerunt, eorum ſupplicio læſæ crimina majeſtatis & urbis ærumnas expiari poſcen[tes]

7 *Mſ.* antis . . . . iant, quibus. 8 *Al.* contubernalibus. *mſ.* cum corporalibus. 9 *Mſ.* Aquileiæ . . . . cùm.

Lindenbrogius. [In codice Colbertino *turricitia.*] Ego verò cùm in exemplari Regio reperiſſem *turiciaca*, emendare malui, *duritia bellorúmque artibus antiſtarent*. Sic enim locutus eſt Marcellinus in lib. *Rex ſuorum duritiæ fiduciâ tranſiturus.* * Atque ita planè in Mſ. Toloſano exaratum poſtea reperi. * *Valeſ.*

v *Concorporalibus ſuis*] Perplacet hæc lectio præ illa, quæ in vulgatis eſt, *contubernalibus ſuis*. Sic iterum lib. XXVIII. *Ne uno quidem ex ædibus concorporalium ſupereſſe permiſſo.* Et *concorporari* lib. XV. *Gallico mari concorporatur.* Lib. XXII. *Immobiles turbine circumfracto ſtetere concorporati.* Sic *incorporare*. Solinus cap. XXV. *accorporare*, Ammianus lib. XVI. Solinus cap. XL. *Corporatio*, Tertull. de Carne Chriſti. *Lindenbr.*

x * *His relatione communi conſortiumque cognitis.* Ita primus correxit Gelenius, cùm priùs legeretur *His relatione immuni conſortiumque cognitis*: idque e[x] emendatione Petri Caſtelli. Nam in Editione Roman[a] legebatur: *His relatione immunis*, &c. Ego verò cù[m] in Mſſ. codicibus ſcriptum eſſe vidiſſem: *His relatio[ne] immunis*, &c. veram hujus loci ſcripturam felicit[er] deprehendi. Sic igitur ſcribendum eſt: *His relatio[ne] Immonis conſortiúmque cognitis.* Immonem enim Com[i]tem cum aliis quibuſdam Ducibus ad oppugnationem Aquileiæ miſerat Julianus, ut Marcellinus paullo ſupra retulit. * *Valeſ.*

y *Non ſine conviciis reputabatur ut fallax*] Mſ. *computabatur*. forte ſcripſit Ammian. *confutabatur ut f.* Lindenbr.

z *Suſceptus ad pugnaculum*] Plautus in Milite: *Deturbabo jam ego illum de pugnaculis.* Idem.

tes. Paucis denique pòſt diebus exploratiùs ſpectato negotio, Mamertino tum judicante Præfecto Prætorio, Nigrinus ut acerrimus belli inſtinctor exuſtus eſt vivus. Romulus verò poſt eum & Saboſtius Curiales, convicti [1] ſine reſpectu periculi ſtudia ſeviſſe diſcordiarum, pœnali conſumpti ſunt ferro: [2] reſidui omnes abierunt innoxii, quos in certaminum rabiem neceſſitas egerat, non voluntas. Id enim æquitate penſata ſtatuerat placabilis Imperator & clemens. Et hæc quidem poſtea geſta ſunt. Julianus vero agens etiamtum apud Næſſum, curis altioribus ſtringebatur, multa utrimque pertimeſcens: formidabat enim ne clauſorum militum apud Aquileiam repentino adſultu obſeratis anguſtiis Alpium Juliarum, provincias & adminicula perderet, quæ exinde ſperabat in dies. Itidémque opes Orientis magnopere verebatur, audiens diſperſum per Thracias militem contra vim ſubitam citò coactum adventare Succorum confinia, comite Marciano ducente. Sed tamen congrua inſtantium [a] ſollicitudinum moli ipſe quoque agitans, efficaciter Illyricum contrahebat exercitum, pulvere coalitum Martio, promptúmque in certaminibus bellicoſo jungi rectori: nec privatorum utilitates [b] in tempore afflagranti deſpiciens, liteſque audiens controverſas, maximè municipalium Ordinum, ad quorum favorem propenſior, injuſtè plures muneribus publicis adnectebat. Ibi [c] Symmachum repertum & Maximum Senatores conſpicuos, [d] à Nobilitate legatos ad Conſtantium miſſos, exinde reverſos honorificè vidit: & potiore poſthabito, [e] in locum Tertulli Maximum Urbi præfecit æternæ, ad Rufini Vulcatii gratiam, cujus ſororis eum filium norat. Hoc adminiſtrante alimentaria res abundavit, & querelæ plebis excitari crebrò ſolitæ ceſſaverunt. Tunc ut ſecuritatem trepidis rebus afferret, & obedientium nutriret fiduciam, [3] Mamerti-

1 *Mſ.* ſine re.........ut periculi in ſtudia. 2 *Mſ.* reſidui....nes abier. 3 *Mſ.* Mamertinum promertinum. Præf. *io.* Mamertinum Promotum Præfect.

---

a *Sollicitudinum mole.*] Legendum videtur: *Congrua inſtantium ſollicitudinum moli ipſe quoque agitans, efficaciter Illyricum contrahebat exercitum.* Valeſ.

b *In tempore afflagranti.*] Regius codex ſcriptum habet *afflagitanti*, & eadem manu ſuperſcriptum *efflagitanti*; [Colbertinus *afflagranti*] * Toloſanus *flagitanti.* * Idem.

c *Symmachum & Max. legatos ad Conſtantium.*] Hic eſt Symmachus, qui poſtea Præfectus Urbi fuit, Valentiniano & Valente Coſſ. ut ſcribit Marcellinus in lib. 26. de cujus ad Conſtantium legatione loquitur Libanius in Epiſt. ad Symmachum ejus filium: ubi ait Symmachum quidem cum tribus aliis Senatoribus veniſſe Antiochiam, in qua tum Conſtantius morabatur. Sed Symmachum totius civitatis oculos in ſe unum convertiſſe, tum ob cæteras virtutes, tum ob eloquentiam. ὅπως ἡμῖν ἦ καὶ θεάσασθαι τὸν ἄριςον Σύμμαχον· ὃς τέταρτος μὲν ἧκε, μόνος δ᾽ εἰς αὑτὸν ἐπέςρεψε τὴν πόλιν ἀγαθῶν ἀμείνων δεικνύμενος, &c. Ejuſdem legationis meminit vetus inſcriptio. *LUCIO. Aurelio. Avianio. Symmacho. V. C. Præfecto. Urbi. Proconſuli. pro. Præfectis. Prætorio. in. urbe. Roma. finitimiſque. provinciis. multis. legationibus. pro. ampliſſimi. Ordinis. deſideriis. apud Divos. Principes. functo.* Idem.

d *A Nobilitate legatos ad Conſtantium miſſos*] Sic lib. XXVIII. ad Valentinianum Imp. *Nobilitatis decreto legati mittuntur*, id eſt, Senatorii ordinis decreto. Ut lib. XVI. & XXVIII. *Nobilitatis curia.* & *Nobilitatis, dein plebis digeremus errata.* De hiſce legationibus exſtat in Cod. Juſtin. lib. X. Titulus LXIII. *Lindenbr.*

e *In locum Tertulli Maximum Urbi præfecit.*] Anicium Maximum hunc vocat Onufrius in Faſtis abſque auctore ut ſolet: idem Tertullum ejus prædeceſſorem Anicium Tertullum appellat. Sed ſi conjecturæ locus eſt, Junium Tertullum vocare mallem; ut ſit is Junius Tertullus, qui pro Titiano Præf. Urbi cognoviſſe dicitur in veteribus Faſtis Cuſpiniani, Acindyno & Proculo Coſſ. Quod verò ad Maximum ſpectat,

num Præfectùm Prætorio per Illyricum deſignavit Conſulem, & Nevittam qui nuper, ut primum augendæ barbaricæ vilitatis auctorem, immoderatè notaverat Conſtantinum.

CAP. XIII. His ac talibus [4] inter ſpem metúmque nova negotia commovente: Conſtantius apud Edeſſam exploratorum relationibus variis anxius in rationes [5] diducebatur ancipites, nunc ad concurſatorias pugnas militem ſtruens: nunc ſi copia patuiſſet, obſidione gemina Bezabden aggreſſurus: conſultans prudenter, ne mox partes petiturus Arctoas, improtectum Meſopotamiæ relinqueret latus. Verùm conſiliorum ambiguum retinebant multiplice moræ, tardante trans Trigridem Rege, dum [6] moveri permitterent ſacra. Nam ſi permeato flumine nullum qui reſiſteret inveniſſet, abſque difficultate [7] penetrarat Euphraten: alioquin ad civilia bella cuſtodiens militem, timebat eum periculis objectare circummuranis, firmitatem mœnium munimenti defenſorúmque alacritatem expertus. Ne quieſceret tamen, néve condemnaretur inertiæ, Arbetionem & Agilonem, pedeſtris [f] equeſtríſque militiæ Magiſtros cum agminibus maximis properare coëgit: non ut laceſſerent Perſas in prœlia, ſed prætenturis juncturos citeriores Tigridis ripas, & ſpeculaturos quonam [8] Rex erumperet violentus. Addebátque monendo ſæpius & ſcribendo, ut ſimul atque multitudo tranſire cœpiſſet hoſtilis, [g] referrent citiùs pedem. Dúmque conlimitia juſſa cuſtodiunt Duces, & occulta fallaciſſimæ gentis obſervantur, agens ipſe cum parte validiori exercitus curabat urgentia, velut [h] pugnaturus, oppidáque tuebatur excurſu. Speculatores verò & transfugæ ſubinde venientes repugnantia prodebant: ideo futurorum incerti, quod [i] apud

4 *Hæc mſ. deſunt.* 5 *Al.* ducebatur. 6 *Al.* movere permitteret. *mſ.* moveri permitterent. 7 *Al.* penetraret. 8 τὸ eorum *mſ. deeſt.*

eum Clytholiam Maximum diſertè nominat Symmachus in lib. x. Epiſtola 47. & Tertullo Præf. Urbis, memorabili viro, ſucceſſiſſe dicit. *Valeſ.*

f *Equeſtriſque militiæ miniſtros.*] Scribendum videtur: *Arbetionem & Agilonem pedeſtris equeſtriſque militiæ Magiſtros.* Etenim Arbetio quidem erát Magiſter equitum; Agilo verò peditum. Et alioquin Miniſtros pro Magiſtris poni non inſuetus error eſt librariorum. Simili modo Suidas Magiſterianos cum Miniſterianis confudit, cùm ſcribit: Μαγιςϱιανὸς, κατήγοϱος. Atqui μινιςϱιανὸς debuit dicere. *Idem.*

g *Referrent citiùs pedem.*] Hoc perfugium eſt eorum, qui ſe numero inferiores eſſe ſentiunt. Perſæ autem qui ſummam victoriæ in multitudine ſitam eſſe exiſtimabant, cum ingentibus copiis in Meſopotamiam irrumpere conſueverant. Itaque Romani cùm eos fluvium trajicere adverterent, à ſtationibus agrariis in firmiora caſtella & opida ſe recipere ſolebant: ídque conſilium Conſtantii laudat Libanius in βασιλικῷ, aſſentans Conſtantio: ſed in Orat. funebri, p. 309. valde illud idem reprehendit. *Idem.*

h *Propugnaturus opida.*] Hanc ſcripturam primus Gelenius excogitavit: quam equidem nullo modo poſſum probare. Nam Marcellinus numquam diceret *propugnaturus opida*, ſed potiùs *opidis*: ſic enim ſemper eum loqui obſervavi, more Græcorum, qui πϱοπολεμεῖν τῆς πόλεως dicunt. Apuleius quoque & Macrobius ſimiliter loquuntur, ne quis eam loquendi rationem parum Latinam exiſtimet: & Priſcianus in lib. 18. *Propugno tibi & te*, dici teſtatur. Accedit, quòd inepta eſſet repetitio, ſi diceret, *propugnaturus opida quæ tuebatur.* Quamobrem cùm in Editione Rom. & codice Regio legatur, *pugnaturus opidaque*, ſic legendum exiſtimo: *Curabat urgentia velut pugnaturus, opidaque tuebatur excurſu.* Henr. Valeſ. [Et ſic planè in codice Colbertino ego ſcriptum inveni. Et ita quoque ſua manu emendavit P. Pithœus V. Cl. ad marginem Marcellini ſui.] *Hadr. Valeſ.*

i [*Apud Perſas Silentii colitur numen.*] Ut Ammianus affirmat *ſpeculatores & transfugas* Conſtantio A. *repugnantia prodidiſſe, futurorum incertos*, propterea *quòd apud Perſas* ſoli *Optimates, taciturni & fidi, conſilia*

Perſas nemo conſiliorum eſt conſcius præter Optimates taciturnos & fidos, k apud quos Silentii quoque colitur numen. Accerſebatur autem à memoratis Ducibus Imperator adſiduè, orantibus ferri ſibi ſuppetias. Teſtabantur enim ſe nonniſi coactis in unum viribus cunctis poſſe impetum Regis ardentiſſimi ſuſtinere. Quæ dum aguntur ita ſollicitè, nuntii percrebuere certiſſimi: quorum clara fide compertum eſt, Julianum Italiam & Illyricum curſu celebri prætergreſſum, clauſtra interim occupaſſe Succorum: accita undique præſtolantem auxilia, ut multitudine ſtipatus armorum pervaderet Thracias. Quo cognito, mærore offuſus Conſtantius, ſolatio uno ſuſtentabatur, quòd inteſtinos ſemper ſuperaverit motus: l re tamen magnam ei difficultatem ad capeſſendum conſilium adferente, id elegit potiſſimum, ut vehiculis publicis impoſitum paullatim præmitteret militem, imminenti caſus atrocitati velociùs occurſurum. Omniúmque conſenſu approbatâ ſententiâ, pergebant ut præceptum eſt expediti. Eíque hæc diſponenti luce poſtera nuntiatur, Regem cum omni manu quam duxerat, ad propria revertiſſe, auſpiciis dirimentibus: lenitóque metu, m revocatis omnibus præter eos quos conſuetudo præſidio Meſopotamiæ deſtinarat, 9 reverſus eſt Hierapolim. Summa itaque cœptorum quorſum evaderet ambigens, cùm in unum exercitus conveniſſet, omnes centurias, & manipulos, & cohortes in concionem vocavit concinentibus tubis: oppletóque multi-

9 *Mſ.* reverſus eſt ..... cappolim ...... Summa itaque.

...um Regiorum *ſunt conſcii, apud quos Silentii quoque colitur numen.* Ita Q. Curtius in libro IV. de Perſis hæc ſcribit: *Alexander quam regionem Darius petiiſſet, omni cura veſtigans, tamen explorare non poterat: more quodam Perſarum, arcana Regum mirâ celantium fide. Non metus, non ſpes elicit vocem, quâ prodantur occulta. Vetus diſciplina Regum, ſilentium vitæ periculo ſanxerat. Lingua caſtigatur graviùs quàm ullum probrum: nec magnam rem Magi ſuſtineri poſſe credunt ab eo, cui tacere grave ſit: quod homini facillimum voluerit eſſe natura. Ob hanc cauſam Alexander, omnium quæ apud hoſtem gererentur ignarus, urbem Gazam obſidebat.* Menander Protector *legem ſilentii* apud Perſas in conviviis obſervari quoque ſolitam eſſe ſcribit: & apud Theophylactum Simocattam in libri v. cap. v. Choſroës Perſarum Rex Bryzacium, Barami Tyranni ſpeculatorem, captum & in convivium introductum ſigno manus jubet occidi. οὐ γὰρ εὐωχουμένοις θέμις τοῖς Πέρσαις διαλαλεῖν. Convivantibus enim Perſis nefas eſt loqui. *Cœnobitæ in Ægypto hunc morem tenent. Nemo comedens loquitur:* ſicut ait Hieronymus in Epiſtola ad Euſtochium de Virginitate ſervanda.] *Valeſ.*

k *Apud quos Silentii quoque colitur numen*] Curtius lib. IV. *More quodam Perſarum arcana Regum mira celantium fide: non metus, non ſpes elicit vocem, qua prodantur occulta: vetus diſciplina Regum ſilentium vitæ periculo ſanxerat. Lingua graviùs caſtigatur, quàm ullum probrum.* Lindenbr.

l *Magnam diff. ad cap. conſilium afferente delegit.*] In Mſ. Regio & Editione Rom. ſcriptum eſt: *Magnam & difficultatem ad capeſſendum conſilium adferrent ei delegit.* Unde nulla propemodum mutatione emendavi: *Re tamen magnam ei diff. ad cap. conſ. afferente id elegit.* Quam emendationem nemo erit, ut ſpero, qui non illi Gelenianæ anteponet. *Henr. Valeſ.* [Certè ita omnino ſcriptum reperi in codice Colbertino, niſi quòd & ſcriptum eſt pro *ei.*] *Hadr. Valeſ.*

m *Revocatis omnibus præter eos.*] Duæ ultimæ voces abſunt ab exemplari Regio, quæ tamen retinendæ mihi quidem videntur. [Certè ſunt in codice Colbert.] Etſi enim Conſtantius ad bellum civile jam profecturus, optimos milites à Meſopotamia abſtraxit, non omnes tamen limitis ejus copias abduxit. Neque enim id ei objicere oblitus eſſet Libanius, qui hæc tantùm dicit in Panegyrico ad Julianum Conſulem: γυμνώσας δὲ τὴν τῶν ὁπλιτῶν ἀκμῆς τὴν ἕω ἐπορεύετο, τῷ φαυλοτάτῳ τῆς στρατιᾶς παραδοὺς τὰς πόλεις, οἳ φυλάκων ἔχοντες σχῆμα, τῶν φυλαξόντων ἐδέοντο· καὶ μετὰ τῶν φρουρουμένων οἱ φρουροῦντες ἔτρεμον, &c. *Cùm autem Orientem lectiſſimorum militum robore nudaſſet, iter arripuit, umbratili & ignavo militi commiſſis urbibus. Qui cùm ſpeciem præſidii ac cuſtodiæ haberent, ipſi præſidio indigebant: & præſidiarii ipſi non minùs quàm ii quibus præſidio erant tremebant.* Valeſ.

tudinis campo, ut eam ad firmanda promptiùs adigeret imperanda, tribunal celſo ſiſtens, ſtipatóque ſolito denſiùs, hæc proſecutus eſt [n] ad ſerenitatis ſpeciem & fiduciæ vultu formato. *Sollicitus ſemper, ne quid re levi vel verb committam inculpatæ parum congruens honeſtati, útque cautus navigandi magiſter, clavos pro fluctuum [1] motibus erigens vel inclinans, compellor nun apud vos, amantiſſimi viri, confiteri meos errores, quin potius (ſi dici liceat verum) humanitatem, quam credidi negotiis communibus profuturam. Proinde ut faciliùs ſciri poſſit, quæ ſit hujus concilii convocandi materia, accipite quæſo æquis auribus & ſecundis. Gallum patruelem meum, tempore qu confundendis rebus pertinaciter Magnentius inhærebat, quem obruêre veſtr virtutes, poteſtate Cæſaris ſublimatum ad Orientis præſidium miſi: qui cùn à juſtitia per multa viſu relatúque nefaria defeciſſet, arbitrio punitus eſt legum. Atque utinam hoc contenta eſſet invidia, turbarum acerrima concitatrix! & angebat nos una ſed ſecura doloris præteriti recordatio. At nunc aliud accidit, auſim dicere, præteritis mæſtius, quod per fortitudinem vob ingenitam adjumenta cæleſtia coërcebunt. Julianus, quem, dum circumfrementes Illyricum nationes exteras oppugnatis, tuendis præfecimus Galliis, levium confidentiâ prœliorum, quæ cum Germanis geſſit ſemiermibus, ut v cors elatus, adſcitis in ſocietatem ſuperbam auxiliaribus paucis, feritate ſpque poſtrema ad pernicioſam audaciam promptis, in noxam publicam conſpiravit, æquitate calcata, parente nutricéque orbis Romani: quam tumentes ſpiritus [o] tamquam [2] favillas eſſe facturam deinde, [p] ut ſceleſtorum ultricem & ipſe expertus, & docente antiquitate facilè credo. Quid igitur ſupereſ niſi ut turbinibus excitis occurramus? ſubcreſcentis rabiem belli, antequa pubeſcat validiùs, celeritatis remediis oppreſſuri. Nec enim dubium, [q] favore numinis ſummi præſente, cujus perenni ſuffragio damnantur ingrati ferrum impiè præparatum ad eorum interitum eſſe vertendum, qui non laceſſi ſed aucti beneficiis pluribus, ad inſontium pericula ſurrexerunt. Ut enim mi mens auguratur, juſtitiáque rectis conſiliis adfutura promittit, ſpondeo qu ſi ventum fuerit comminus, ita pavore torpeſcent, ut [r] nec oculorum veſtr*

1 Al. *motu*. 2 Mſ. *favillas efacturamque*.

---

n *Ad ſerenitatis ſpeciem fiduciæ.*] Deeſſe videtur particula copulativa hoc modo: *Ad ſer. ſpeciem & fiduciæ*. Valeſ.

o *Tamquam favillas effecturam.*] Sic primus edidit Gelenius, cùm anteriores Editiones haberent, *tamq. fav. ſe facturam*: prout legitur in codice Regio & Editione Romana. Ex quo proclivius erat ita emendare ut edidi. [In codice Colbertino lego, *tamquam favillas ſe facturamque deinde, &c.* *] in Mſ. Toloſ. legitur, *tamquam favillas ſuffocaturam, &c.* * Idem.

p *Ut ſceleſte læterum ultricem.*] Placet codicis Regii ſcriptura, *ut ſceleſtorum ultricem*. Idem.

q *Favore numinis ſummi præſente, cujus perenni ſuffragio damnantur ingrati*] Itaque Julianus, qui auctori ſuo reverentiam minimè habuit, ingratitudinis vitio meritò notatur. Zoſimus lib. III. Gregor. Nazianz. Orat. I. pag. 280. Σωθεὶς γὰρ σὺν τῷ ἀδελφῷ σωτῆρ ἄπιστοι καὶ παράδοξοι, ὅτι τῷ Θεῷ χάριν ἔχει τῆς σωτηρίας, ὅτι βασιλεῖ, δι' οὗ σέσωστο. ἀλλ' ἀμφοτέροις ὤφθη κακὸς, τῷ μὲν ἀποστασίαν ἐνδείκνυ, τῷ δὲ ἐπανάστασιν Lindenbr.

r *Nec oculorum veſtrorum vibratæ lucis ardorem* Eadem figurâ uſus eſt Plinius in Grat. actione ad Trajanum: *Nec tibi opima defuerint, ſi quis Regum venire in manus audeat: nec modò telorum tuorum, ſed*

um vibratæ lucis ardorem , nec barritus ſonum perferant primum. Omnes oſt hæc dicta [f] in ſententiam ſuam , haſtáſque vibrantes irati , poſt multa quæ enivolè reſponderant , petebant ſe duci protinus in rebellem. Quâ gratiâ in ætitiam Imperator verſus ex metu , concione mox abſoluta , Arbetionem ante íos fauſtum ad inteſtina bella ſedanda ex anteactis jam ſciens , iter ſuum præi- e [t] cum Lancеariis & Mattiariis , & catervis expeditorum præcepit , [v] & cum Lætis itidem Gomoarium , venturis in Succorum anguſtias opponen- um , ea re aliis antelatum , quòd ut contemptus in Galliis , erat Juliano infe- us.

Cap. XIV. In hoc rerum adverſarum tumultu hærens ejus fortuna jam ſubſiſtens , adventare caſum vitæ difficilem , modò non loquentibus ſignis ertè monſtrabat. Namque & nocturnis [3] imaginibus terrebatur , & nondum enitus merſus in ſomnum , umbram viderat patris obtuliſſe pulchrum infan- em : eúmque ſuſceptum & locatum in gremio ſuo , [y] [z] excuſſam ſibi projeciſſe

3 *Al.* temporibus.

um oculorum minarúmque conjectum toto campo totóque ercitu oppoſito perhorreſcat. Et Pacatus in Panegyrico Theodoſium. Sed & Severus in Oratione ad mili- s apud Herodianum in lib. 2. eadem utitur clauſulâ: δ' ἂν τῆς βοῆς ἡμῶν ἀνάσχοιντο μήτι γε τῆς μάχης. Valeſ.

f *Traxerat in ſententiam.*] Prima illa vox abeſt tum Codice Regio , [& Colbertino ,] tum ab Editio- Rom. & à Gelenio primùm addita eſt. [Scribo i- tur : *Omnes poſt hæc dicta in ſententiam ſuam , ha- ſtáſque vibrantes irati , &c.* Et ſic in libro 24. cap. . *Plebs omnis ad ſententiam ſuam cunctis acceptis , c.* Idem.

t *Cum Lancеariis & Mattiariis.*] Lancearii & Mat- rii in Notitia Imperii dicuntur ſub diſpoſitione Ma- ſtri militum Præſentalis : ubi tamen Mſ. codex ſcri- um habet Lanciarii , & Mattiarii. Atque ita appellat am Zoſimus in lib. 3. in oppugnatione Majozamal- æ urbis : ἦσαν δὲ οὗτοι τρεῖς λόχοι ματτιάριοι καὶ λαγκιάριοι καὶ κτορες. Neque aliter ſcriptum hîc habet codex Regius, & Colbert. ac Toloſ. *Lanciariis & Martiariis* :] & aſſiodorus in Hiſt. Trip. lib. 6. cap. 37. Ceterùm cti videntur Mattiarii à quodam teli genere , quod attium ſeu Mattiobarbulum vocabant : unde Mat- obarbulos quoſdam milites eſſe dictos ait Vegetius in . 1. cap. 17. *Idem.*

v *Et cum Lætis itidem Gomoarium*] Fruſtra ſunt qui emendandum aliquid putant. Nam Lætorum de qui- s hic agitur , etiam in Conſtitutione Valentiniani , Va- ntis & Gratiani Impp. mentio eſt , L. 10. C. Theod Veteran, *Si quis præpoſitus fuerit aut fabricæ , aut claſ- aut Lætis.* Notitia Imp. *In provincia Tarracon. Præfe- us Lætorum Teutonicianorum , Præfectus Lætorum Genti- m Suevorum , Præfectus Lætorum Francorum , &c.* Lin- nbr.

x *Cum Lætis.*] In codice Regio & Editione Rom. ſcriptum eſt *Letis* , de quibus ſuprà notavi. [*Henr. Valeſ.* De eiſdem Letis vel Læris , ac de Leticis terris , & pago Letico , lege quæ obſervavi in libris I. & IV. Rerum Francicarum , & in Notitia Galliarum.] *Hadr. Valeſ.*

y *Excuſſam ſibi projeciſſe longiùs ſphæram , quam ipſe dextera manu geſtabat.*] Antiquus admodum mos , & ad noſtra hæc tempora tranſlatus , Imperatorum ima- gines ac ſtatuas ita effigiare, ut pilam manu geſtent. * Sic Varro de L. L. lib. 6. *Pila terræ.* * Ammianus lib. xxv. *Maximiani ſtatua Cæſaris locata in veſtibulo regiæ amiſit repente ſphæram æream , formatam in ſpe- ciem poli , quam geſtabat.* Idque cùm in multis nummis priſcis , tum ipſius quoque Conſtantii videre licet , quem propterea hîc apponam.

Origo moris à Perſis eſſe videtur : id enim The- miſtii verba volunt , Orat. de Conſtantio Imp pag. 20. Τιάρα οὐ ποιεῖ βασιλέα , οὐδὲ κάνδυς , οὐδὲ μανδύη , οὐδὲ ἀκινάκης χρυ- σοῦς , οὐδὲ στρεπτοί τε καὶ ψέλλια , οὐδὲ ῥαβδοφόροι , καὶ δορυφόροι , καὶ μηλο- φόροι , καί τις ἀθάνατος ἀριθμὸς ἀποθνησκόντων στρατιωτῶν. A Perſis ad Græcos , quod ex eodem Themiſtio conjici poteſt , Orat. 5. in Theodoſ. Imp. cùm de Lycurgo Lacedæmone agit : ὅτι οὐ δορυφόρων αὐτὸν αἰχμοφόροι , καὶ μηλοφό- ροι χρυσῷ ἐσταλμένοι. Itaque hinc paullatim ad Romanos commigravit. Vid. Freher. Origin. Palatin. cap. 15. p. 106. Remum in Themiſt. p. 139. * Sphæra orbem hunc habitabilem indicat , & nationes in eo ſubactas atque Imperio parentes. * Unde & D. Cæſari ſtatuam Sena- tus Romanus dedicaverat Romæ inſiſtentem. Dio lib. 45. *Quam cùm Perſarum ritu manibus Impp. geſtarent.* * Ea- que vel pura eſſe ſolebat , vel Fortunam ſuperimpoſitam habens , interdum & crucem ; quod & ipſum quoque nummi antiqui ſatis oſtendunt. Procopius Cæſarienſ. περὶ κτισμάτων lib. 1. Juſtiniani Imp. ſtatuam ita deſcribit : φέρει μὲν χειρὶ τῇ λαιᾷ πόλον (ſic enim rectiſſime Mſ. exempl. quod penes me eſt , non πόλιν , uti in Baſil. & Auguſt.

longiùs ſphæram, quam ipſe dextera manu geſtabat. Id autem permutationem temporum indicabat, licèt interpretantes placentia reſponderent. Poſt hæc confeſſus eſt 4 junctioribus proximis, quòd tamquam deſolatus ſecretum aliquid videre deſierit, quòd interdum adfuiſſe ſibi ſqualidius exiſtimabat: & putabatur Genius quidam tutelæ ſalutis appoſitus eum reliquiſſe, mundo citiùs digreſſurum. Ferunt enim Theologi, [a] in lucem editis hominibus cunctis, ſalva firmitate fatali, hujuſmodi quædam velut actus rectura numina ſociari, admodum tamen pauciſſimis viſa quos multiplices auxere virtutes. Idque & oracula & auctores docuere præclari: inter quos eſt etiam [b] Menander Comicus, apud quem hi ſenarii duo leguntur.

5 Ἅπαντι δαίμων [c] ἀνδρὶ συμπαρίσταται
Εὐθὺς γενομένῳ, [d] μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

6 Itidem [e] ex ſempiternis Homeri carminibus intelligi datur, non Deos cæleſtes cum viris fortibus collocutos, nec [f] adfuiſſe pugnantibus vel juviſſe, ſed familiares genios cum iiſdem verſatos, [g] quorum 7 adminiculis freti præcipui

4 *Al.* convictoribus. 5 *Al.* Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ τῷ γινομένῳ Ἅπαντος ἐστὶ μυσταγωγὸς τοῦ β.ου. 6 *Mſ.* inde .... ſempit. 7 τὸ freti *in mſ. deeſt.*

---

perperam editur) παραδηλῶν ὁ πλάστης, ὅτι γῆ τε αὐτῷ καὶ θάλασσα δεδούλωται πᾶσα. ἔχει δὲ οὔτε ξίφος, οὔτε δοράτιον, οὔτε ἄλλο τῶν ὅπλων οὐδὲν, ἀλλὰ σταυρὸς αὐτῷ ἐπὶ τοῦ πόλου ἐπίκειται, δι' οὗ δὴ μόνου τήν τε βασιλείαν καὶ τὸ τοῦ πολέμου πεπόρισται κράτος. De eadem ſtatua G. Codinus in Deſcriptione C P. ἵστησι τὴν αὐτοῦ στήλην ἔφιππον ἐπὶ κίονος, καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ φέρει σφαῖραν ἐμπεπηγότος σταυροῦ ἐν αὐτῇ, ὡς διὰ τῆς εἰς τὸν σταυρὸν πίστεως τῆς γῆς πάσης ἐγκρατὴς γεγονώς. Σφαῖρα μὲν ἡ γῆ, διὰ τὸ σφαιροειδὲς τοῦ αὐτῆς σχήματος. Quem locum Suidas exſcripſit in voce Ἰουστινιανός. Itaque amiſſo orbe, quem manu Imp. tenebat, rationabili præſagio Imperium quoque perditum iri putatum fuit, quod dextera temperabat. *Lindenbr.*

z *Projeciſſe longiùs ſphæram quam manu geſtabat.*] Idem tradit Johannes Antiochenus, περὶ Ἀρχαιολογίας. *Valeſ.*

a *In lucem editis hominibus cunctis -- hujuſmodi quædam velut actus rectura numina ſociari*] Arrianus in Epict. lib. 1. cap 14. ἐπίτροπον ἑκάστῳ παρέστησε, τὸν ἑκάστου δαίμονα, καὶ παρέδωκε φυλάσσειν αὐτὸν αὐτῷ. καὶ τοῦτον ἀκοίμητον καὶ ἀπαραλόγιστον. * Marcus Antonin in Vita ſua pag. 211. * Cenſorinus de die Natal. cap. 1. Tertull. de Anima cap XXXIX. Euſebius de Præpar. Evang. lib. IV. cap. 8. *Lindenbr.*

b *Menand r Comicus. apud quem hi ſenarii duo leguntur*] Laudant hunc Menandri locum * Origenes contra Celſum lib. VIII pag. 412. * Euſebius in lib. de Præp. Evang. Stobeus in Ethicis lib 1. cap. 9. Scholiaſt. Theocriti Eidyl 2. Sed omnium optimè Clem. Alex. Stromatum lib. V. Μένανδρος ὁ Κωμικὸς ἀγαθοῦ ἐμνημονεύων τὸν θεὸν φησίν.

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
Εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου
Ἀγαθός. κακὸν γὰρ δαίμον' οὐ νομιστέον
Εἶναι, βίον βλάπτοντα χρηστόν. Idem.

c ΑΝΔΡΙ ΣΥΜΠΑΡΙΣΤΑΤΑΙ. Apud Plutarchu[m] in libro περὶ εὐθυμίας, ubi hic Menandri verſus refe[r]tur, legitur, ἀνδρὶ συμπαραστάτης rectius. *Valeſ.*

d ΜΥΣΤΑΓΩΓΟΣ ΤΟΥ ΒΙΟΥ.] Præclarè Ge[ni]um vocat Myſtagogum. Ut enim Myſtagogum oli[m] hoſpites ducere ad ea quæ viſenda erant in civitatib[us] & ſingula eis oſtendere ſolebat, teſte Cicerone in Ve[r]rem de ſignis: ita etiam Genius homines per hujus [vi]tæ ſpatia deducit, & quid agendum, quid fugiendu[m] ſit oſtendit. Myſtagogi tamen propriè dicebantu[r] qui Myſtas, hoc eſt initiatos deducebant, ut ipſa n[o]minis origo ſignificat: unde Origenes in lib. 8. co[n]tra Celſum τελεστὰς & μυσταγωγοὺς jungit. * Dio Chry[-]ſoſtomus in Oratione 45. ὅμως καθάπερ οἱ μυούμενοι μυσταγωγῶν ἐδεήθησαν. Et divus Marcus in epiſtola ad H[e]rodem Atticum, ſe, cùm Athenas venerit, ad ſuſcipienda myſteria Herode uſurum eſſe Myſtagogo pr[o]mittit, ut refert Philoſtratus in Herode Attico. *Idem.*

e *Ex ſempiternis Homeri carminibus*] Homerus Iliad. α. *Lindenbr.*

f [*Adfuiſſe pugnantibus, vel juviſſe.*] Huc refer[o] Tullii de felicitate verba pro lege Manilia: *Fuit en[im] profectò quibuſdam ſummis viris quædam ad amplitud[i]nem & gloriam, & ad res magnas bene gerendas div[i]nitus adjuncta fortuna.*] Valeſ.

g *Quorum adminiculis præcipuis Pythagoras enituiſ[ſe] dicitur & Socrates*] Achillem his adjungit Euſtathi[us] in Homer. Iliad. α pag. 61. Οἱ παλαιοί φασι μόνους τούτους, Ὁμηρικὸν Ἀχιλλέα, καὶ τὸν Ἀθηναῖον Σωκράτην ἐν συντυχίαις τ[ῷ] οἰκείῳ κεχρῆσθαι δαίμονι. Ἀχιλλεύς τε γὰρ ἐνταῦθα καλεῖ καὶ ἀκούει [τῆς] μυθουμένης, καὶ Σωκράτης δὲ ἔλεγεν, ὡς εἶπέ μοι τὸ δαιμόνιον. * D

Pytha

Pythagoras enituiſſe dicitur & Socrates, [h] Numáque Pompilius, & [i] ſuperior Scipio: & ut quidam exiſtimant, Marius, & Octavianus, cui Auguſti vocabulum delatum eſt primo: [k] Hermeſque Termaximus, & Tyaneus Apollonius, atque [l] Plotinus, auſus quædam ſuper hac re diſſerere myſtica, altéque monſtrare, quibus primordiis hi genii animis connexi mortalium, [m] eas tamquam gremiis ſuis ſuſceptas tuentur, quoad licitum eſt, docéntque majora, [n] ſi ſenſerint puras, & à colluvione peccandi immaculata corporis ſocietate diſcreas.

CAP. XV. Ingreſſus itaque Antiochiam feſtinando Conſtantius, ad motum certaminum civilium ut ſolebat avidè ſurrecturus, paratis omnibus exire properabat immodicè, renitentibus plurimis murmure tenus: nec enim diſſuadere palam audebat quiſquam vel vetare. Autumno jam ſeneſcente profectus, cùm ad ſuburbanum veniſſet disjunctum exinde tertio lapide, Hippocephalum nomine, lucente jam die cadaver hominis interfecti dextrâ jacens capite avulſo conſpexit, contra occiduum latus extenſum: territúſque omine, finem parantibus fatis deſtinatiùs ipſe tendebat: venitque Tarſum, ubi leviore febri contactus, ratúſque itinerario motu imminutæ valetudinis excuti poſſe diſcrimen, petiit per vias difficiles [8] [o] [p] Mopſucrenas, Ciliciæ ultimam hinc pergentibus ſtationem, ſub Tauri montis radicibus poſitam: egredíque ſecuto die conatus, invalente morbi gravitate detentus eſt: paullatímque urente calore nimio venas, ut ne tangi quidem corpus ejus poſſet in modum foculi fervens, cùm uſus deficeret medelarum, ultimum ſpirans deflebat exitium: mentiſque ſenſu tum etiam integro, ſucceſſorem ſuæ poteſtatis ſtatuiſſe dicitur Julianum. Deinde anhelitu jam pulſatus letali conticuit: diúque cum anima colluctatus jam diſceſſura, abiit

8 *Al.* Mopſueſtiam.

Socrate. Minut. Felix contra Gentes. Apul. de Deo Socrate.* *Lindenbr.*

h *Numa Pompilius*] Ejus cum AEgeria Nympha congreſſus nocturnos intelligit. Livius lib. 1. Valer. Maximus lib. 1, cap. 2. Dionyſius Halicar. Plutarchus, & alii. *Idem.*

i *Superior Scipio*] Appianus de Bello Punic. pag. 62. δαιμόνιον αὐτῷ συλλαμβάνειν ἐδόξαζον, ὃ καὶ τῷ πάππῳ Σκιπίωνι προσημαίνειν ἐδόκει τὰ μέλλοντα. Idem.

k *Hermeſque ter Maximus.*] Cujus hodieque Dialogi leguntur, à Platonico quodam Philoſopho conſcripti, ſub Mercurii illius Ægyptii nomine: ut rectè Caſaubonus obſervavit in Exercitationibus. Eum antiquiorem Apollonio Tyaneo videtur hîc facere Marcellinus: *Valeſ.*

l *Plotinus auſus quædam ſuper hac re*] Exſtat liber Plotini περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος: cujus & Porphyrius meminit in ejus Vita. *Lindenbr.*

m *Quas tamquam gremiis ſuis ſuſc.*]. Cùm in codice Regio [& Colbert.] & Editione Rom. legi vidiſſem *caſtam quam, &c.* leviſſima mutatione correxi, *eas tamquam, &c.* Quod ſenſus omnino flagitare videbatur. Parraſius in Orat. pro Milone legit: *Caſtas quoad licitum eſt tuentur.* Valeſ.

n *Si ſenſerint puras*] Vid. Suid. in Δαίμων. Lindenbr.

o *Mopſucrenas*] Ita Mſ. quòd rectum eſt. vulg. *Mopſueſtiam.* Aur. Victor: *Conſtantius magis magiſque ardens dolore, atque ut erat talium impatiens, in radicibus Tauri montis apud Mopſocrenen febri acerrima, quam indignatio vigiliis augebat, interiit.* Sozom. lib. v. pag. 61. ἐν Μόψου κρήναις. Hieronym. Epiſtola ad Heliodor, *In Mopſi viculo.* Ptolem. lib. v. τῆς στρατηγίας Καταονίας nomina recenſens, etiam Μόψου κρήνην ponit. *Idem.*

p *Mopſucrenas.*] Miris modis corruptum ejus ſtationis nomen eſt in veteribus Itinerariis. In Itinerario enim Antonini *Namſucrone* dicitur. In Burdegalenſi *Manſuerine* hoc modo: *Mutatio Pylas finis Cappadociæ & Ciliciæ. Manſio Manſuerine m.* 12. *Civitas Tarſo m.* 12. *Mut. Pargaia m.* 13. *Civ. Adana m.* 14. *Civ. Manſiſta m.* 18. Ubi vides *Manſuerinem* pro *Mopſucrene*, & *Manſiſtam* pro

è vita [q] III. Non. Octobrium, [r] imperii vitæque anno quadrageſimo & menſibus paucis. Poſt quæ, ſupremis cum gemitu conclamatis, excitiſque lamentis & luctu: deliberabant locum obtinentes in aula regia primum, quid agerent, quídve moliri deberent: paucíſque occultè ſuper eligendo Imperatore tentatis, incitante ut ferebatur Euſebio, quem noxarum conſcientia ſtimulabat, cùm novandis rebus imminens obſiſteret Julianus; mittuntur ad eum Theolaiphus & Aligildus, tunc Comites, mortem indicantes propinqui, & oraturi ut mora omni depulſa ad obtinendum obtemperare ſibi paratum tenderet Orientem. Fama tamen rumórque loquebatur [9] incertus, Conſtantium voluntatem ordinaſſe poſtremam: in qua Julianum ut prædiximus ſcripſit heredem: & iis quos diligebat, fideicommiſſa detulit & legata. [ſ] Uxorem autem prægnantem reliquit, unde edita poſtuma, [t] ejúſque nomine appellata, cùm adoleviſſet, matrimonii jure copulata eſt Gratiano.

CAP. XVI. Bonorum igitur vitiorúmque ejus differentiâ verè ſervatâ præcipua prima conveniet expediri. Imperatoriæ auctoritatis cothurnum ubi

9 *Al.* interim.

Mopſueſtiæ poni ſimili errore. Libanius in Orat. funebri κρήνας vocat; [Aurelii Victoris Epitome *Mopſocrenen*, Codex Colbertinus *Mobſcrenas*, alii codices vett. *Mopſcrenas*, ut P. Pithœus notavit.] *Valeſ.*

q III. *Nonarum Octobr.*] Aliter ſcribit Idatius in Faſtis Tauro & Florentio: *His Coſſ. diem functus Conſtantius Aug. Mopſucrinas in fine Ciliciæ & Phœniciæ provinciæ 3. Non. Novemb.* Cum Idatio conſentit Socrates, Cedrenus, Chronicum Alexandr. alíique, qui 3. Novembris mortuum eſſe Conſtantium narrant. *Idem.*

r *Imperii vitæque anno quadrageſimo.*] Hic locus non uno ac ſimplici mendo corruptus eſt. Primùm itaque emendo, *imperii anno* XXXVIII. quam quidem emendationem præter Eutropium, & Socratem, ac Sozomenum ipſe confirmat Marcellinus in lib. 14. *Die quarto Cal. Octobres, qui imperii ejus annum triceſimum terminabat.* Ab eo enim anno quo Conſtantius VI. & Conſtantius Gallus II. Coſſ. fuerant, ad Conſulatum Tauri & Florentii octo ſunt anni. Quòd ſi ad exactum calculum res revocetur, annos dumtaxat 37. ſolidos Conſtantius tam Cæſarianum, quàm Auguſtum obtinuit Imperium. Cæſar enim factus eſt anno Domini 324. 6. Idus Novemb. Obiit verò anno 361. 3. Nonas Novemb. Deinde emendo, *vitæque anno* XLIV. *& menſibus paucis.* Ita enim Victoris Epitome, & Eutropius ac Socrates, alíique ponunt. Igitur natus fuerit Conſtantius anno Domini 317. Gallicano & Baſſo Coſſ. ipſis Idibus Auguſtis, ídque in Illyrico, ut docet Julianus in Orat. 1. Diem quidem natalem didici ex lege x. Cod. Th. de Prætoribus, & ex Calendario veteri, quod edidit Heruvartius. Vulgata certè ſcriptura prorſus ferri non poteſt. Scribit enim Nazarius in Panegyrico, quem Conſtantio dixit anno illius imperii XV. in quinquennalibus Criſpi & Conſtantini: *Tantorum Roma compos bonorum, haur inſuper ingentis ſpei fructum, quem propoſitum ſibi ex Cæſaribus nobiliſſimis habet, eorúmque fratribus quorum ja nomina ipſa veneramur.* Fratres illi Cæſarum erant Conſtantius & Conſtans. Cùm ergo Conſtantius jamtu natus fuerit Criſpo *II.* & Conſtantino *II.* Coſſ quo an no hic Panegyricus eſt dictus, ſequitur Conſtantiu pluſquam 43. annos vixiſſe. *Idem.*

ſ * *Uxorem autem prægnantem reliquit: unde edita poſtuma, &c.*] Ante Conſtantium obiiſſe ejus uxore ſcribit Zonaras p. 209 & totâ vitâ ſterilem fuiſſe. Γαμ δὲ ἦν αὐτῷ Εὐσεβία, ἣ δὴ κάλλει γέγονε περίβλεπτος· περὶ δὲ τὴν μίξιν ἠτύχησε, μαλθακὸν ὄντα, καὶ τὰ πρὸς ἀφροδίτην νωθέστερον ἐκ νόσου τε καὶ ἐκ φύσεως ὅθεν κατὰ βραχὺ φθίνουσα, τοῦ Κωνσταντίου προτέθνηκεν, ἄπαις διὰ βίου μείνασα. ὡς δέ τινες λέγουσι, καὶ μητ μανίας νοσήματι περιπεσοῦσα ἐξέλιπε. *Uxorem habuit Euſebiam, formâ celebr in illam quidem, ſed infelicem & miſeram, ob maritum cùm natura, tum morbis mollem & ad venerem ſegniorem. Unde paullatim contabeſce ante Conſtantium deceſſit, nullo unquam fœtu edito. autem quidam dicunt, ex uteri doloribus concidens tand defecit.* * Lindenbr.

t *Ejuſque nomine appellata.*] Fl. Max. Conſtantia Auguſta dicitur in veteribus nummis teſte Goltzio. Nup autem Gratiano poſt Conſulatum Gratiani *III.* & Eq rii, cùm annum ætatis 14. jam attigiſſet, ut docet Ma cellinus in fine lib 29. Eadem haud multis pòſt annis biit, & Conſtantinopolim relata eſt, ut inter parentu reliquias humaretur Merobaude II. & Saturnino Co Sic enim ſcribit Idatius in Faſtis, & Auctor Chron Alexandrini: quamquam utrobique Conſtantini Au filia dicitur mendoſè. Poſt ejus obitum Gratianus Læt duxit Piſſamenæ filiam, quæ marito ſuperſtes diu vix & Alarico Romam obſidente, magnâ annonæ pænu infimam plebem aluit, ut narrat Zoſimus in lib. 5. *Va*

que cuſtodiens, popularitatem elato animo contemnebat & magno: erga tri- buendas celſiores dignitates impendio parcus: nihil circa adminiſtrationum augmenta præter pauca novari perpeſſus: numquam erigens [1] cornua milita- rium. Nec ſub eo Dux quiſquam cum Clariſſimatu provectus eſt. [v] Erant enim, ut nos quoque meminimus, Perfectiſſimi: nec occurrebat Magiſtro equitum provinciæ rector, nec contingi ab eo civile negotium permittebat. Sed cunctæ caſtrenſes & ordinariæ poteſtates, ut honorum omnium apicem, priſcæ reve- rentiæ more Præfectos ſemper ſuſpexere Prætorio. In conſervando milite ni- miùm cautus: [x] examinator meritorum nonnumquam [2] ſubſcrupoſus, Palatinas dignitates velut ex quodam tribuens perpendiculo: & ſub eo nemo celſum aliquid acturus in regia, repentinus adhibitus eſt vel incognitus: ſed qui poſt decennium Officiorum Magiſterium, vel Largitiones, vel ſimile quidquam eſſet recturus, apertiſſimè noſcebatur. Valdéque parum contigerat, ut mi- litarium aliquis ad civilia regenda tranſiret: contráque nonniſi pulvere belli- co indurati præficiebantur armatis. Doctrinarum diligens adfectator: ſed cùm Rhetorica per ingenium deſereretur [3] obtunſum, ad verſificandum tranſgreſ- ſus, nihil operæpretium fecit. In vita parca & ſobria, edendi potandique mo- deratione valitudinem ita retinuit firmam, ut raros colligeret morbos, ſed eos non procul à vitæ periculis: id enim evenire corporibus à laſcivia demotis & luxu, diuturna experimenta & probationes medendi monſtrarunt. Somno con- tentus exiguo cùm id poſceret tempus & ratio: pérque ſpatia vitæ longiſſima impendio caſtus, ut [y] nec mare miniſtro ſaltem ſuſpicione tenus poſſet redar- gui; quod crimen etiamſi non invenit malignitas, fingit in ſummarum licentia poteſtatum. Equitandi & jaculandi, maximéque peritè dirigendi ſagittas, ar- tiúmque armaturæ pedeſtris perquam ſcientiſſimus. Quòd autem nec terſiſſe umquam nares in publico, nec ſpuiſſe, nec tranſtuliſſe in partem alterutram

1 *Mſ.* cornua militarium. 2 *Mſ.* ſuſcrupoſis. 3 *Mſ.* obtunſum.

v *Erant enim, ut nos q. mem. Perfectiſſimi.*] Perfectiſ- ſimatus dignitas minor erat Clariſſimatu, ut Marcelli- nus Lactantiúſque teſtantur. Eos Græci διασημοτάτους vocant: ſic enim in Gloſſis veteribus, Διασημότατος, *Perfectiſſimus.* In Epiſtola Conſtantini apud Euſebium lib. x. Hiſt. cap. 6. ἔδωκα γράμματα πρὸς Οὖρσον τὸν διασημότατον, Καθολικὸν τῆς ἀφρικῆς. *Litteras dedi ad Urſum virum Per- fectiſſimum, Rationalem Africæ.* Et in lib. 3. de vita Con- ſtantini, cap. 51. denique in lib. 4. cap. 1. Quibus in lo- cis interpretandis ſemper labitur interpres Latinus. Hi Perfectiſſimi apud Vicariam Præfecturam conveniebantur, ut Clariſſimi apud Præfectum Urbi, lege un. Cod. Th. de bis qui veniam æt. impetr. Ceterùm hæc dignitas ante Conſtantini tempora inſtituta eſt, ut conſtat ex Oratio- ne Eumenii pro Scholis, * Porrò hæc dignitas in priſcis Inſcriptionibus his ferè notis deſignatur P. V. ut apud Gruterum folio 1098. & Gualtherum, & in Epiſtola 40. libri 10. Symmachi. * *Valeſ.*

x *Examinator merit. nonn. ſcrupuloſus.*] Editio Rom. *ſubſcrupuloſus*, Codex Valentin. ſcriptum habet *ſubſcru- poſus* teſte Loiſello: & ita ferè Mſ. Florentinus; [codex Colbert. *ſuſcrupoſus.*] Ceterùm de Conſtantio idem ſcri- bit Zonaras, ἐν ταῖς τῶν ἡγεμονιῶν καὶ ταῖς τῶν ἀξιωμάτων διανο- μαῖς τοῦ πρέποντος στοχαζόμενος. *In Magiſtratibus dignita- tibúſque tribuendis decorum ſpectans.* Idem.

y *Nec mare miniſtro ſaltem ſuſpicione tenus poſſit redar- gui*] Locus vitioſus: quem tamen ita Ammianum ſcri- pſiſſe puto: -- *Impendio caſtus, ut nec amare miniſtros ſal- tem ſ. &c.* Qui libros veteres tractarunt, veram hanc meam emendationem non negabunt: natus enim error fuit ex perverſa ſcribendi ratione, quæ auctorem hunc

vultum aliquando viſus eſt, [z] nec pomorum quidquam quoad vixerat guſtaverit, ut dicta ſæpius [4] prætermitto. Dinumeratis carptim bonis, quæ ſcire potuimus, nunc ad explananda ejus vitia veniamus. Cùm eſſet in negotiis aliis Principibus mediis comparandus, ſi affectatæ dominationis anſam quamdam falſam reperiſſet aut levem, hanc ſine fine ſcrutando, fáſque eodem loco ducens & nefas, Caligulæ, & Domitiani, & Commodi immanitatem facilè ſuperabat: quorum æmulatus ſævitiam inter imperandi exordia, [a] cunctos ſanguine & genere ſe contingentes turpiter interemit. Addebatur miſerorum ærumnis, [b] qui rei majeſtatis imminutæ vel læſæ deferebantur, acerbitas ejus & iracundæ ſuſpiciones, in hujuſmodi cuncta diſtentæ. Et ſi quid tale increpuiſſet, in quæſtiones acriùs exſurgens quàm civiliter, ſpectatores apponebat his litibus truces: mortémque longiùs in puniendis quibuſdam, ſi natura permitteret, conabatur extendi: in hujuſmodi controverſiarum partibus etiam Gallieno ferocior. Ille enim perduellionum crebris veríſque appetitus inſidiis, Aureoli, & Poſtumi, & Ingenui, & Valentis cognomento Theſſalonici, aliorúmque plurium, [c] mortem factura crimina aliquoties lenius vindicabat: hic etiam facta vel dubia adigebat videri certiſſima [5] vi nimia tormentorum [d] Juſtúmque in ejuſmodi titulis capitaliter oderat, cùm maximè id ageret ut juſtus exiſtimaretur & clemens. Et tamquam ex arida ſilva volantes ſcintillæ flatu leni ventorum aduſque diſcrimina vicorum agreſtium incohibili curſu perveniunt, ita ille quoque ex minimis cauſis malorum congeries excitabat [e] Marci illius diſſimilis Principis verecundi: qui cùm ad imperiale culmen in Syria Caſſius ſurrexiſſet, epiſtolarum faſcem ab eo ad conſcios miſſum, perla

4 *Hic in mſ. quædam tranſpoſita ſunt, quæ rectius in vulgatis libb. leguntur.* 5 *Mſ.* vinea tormenta. *al.* vi torment.

non ſemel corrupit. *Lindenbr.*

z *Nec pomorum quidquam quoad vixerit, guſtaverit*] Cedren. pag. 244. *ὀπωρῶν καθάπαξ ἀπέσχηκεν.* Idem.

a *Omnes genere ſe contingentes ſtirpitus interemit.*] Patruos ſcilicet duos, Conſtantium atque Dalmatium, quorum Conſtantius etiam ſocer ipſius erat: cognatos autem VI. Dalmatium & Hannibalianum Dalmatii filios, Gallum ejúſque fratrem majorem natu, filios Conſtantii: ceteri duo ignorantur: tot enim numerat Julianus in Epiſtola ad Athenienſes; & confirmat Athanaſius in Epiſt. ad Solitarios: *τί δ' ἂν θαυμαστὸν εἰ οὕτω χριστιανῶν τῶν ἐπισκόπων φείδεται, ὅπου γε οὐδὲ τῆς ἰδίας συγγενείας ἐφείσατο; τοὺς μὲν γὰρ θείους κατέσφαξε, καὶ τοὺς ἀνεψιοὺς ἀνεῖλε, καὶ πενθερῷ μὲν ἔτι τὴν θυγατέρα γαμῶν αὐτοῦ, συγγενεῖς τε πάσχοντας οὐκ ἠλέησεν.* Ubi ſoceri nomine Conſtantium intelligit, cujus filiam, ſororem Cæſaris Galli Conſtantius Aug. duxerat uxorem, teſte Juliano in Epiſt. cit. *Henr. Valeſ.* [Pro *ſtirpitus* poſui *turpiter* ex codice Colbert.] *Hadr. Valeſ.* Cur *omnes*? & non *cunctos. Gronov.*

b *Qui rei majeſtatis imminutæ vel læſæ deferebantur, acerbitas*] Eutrop. lib. x. *Ad ſeveritatem propenſior, ſi ſuſpicio Imperii moveretur.* Lindenbr.

c *Mortem factura crimina al. lenius vindicabat.*] Idem de Gallieno teſtatur Zonaras his verbis: *ὅτι μὲν τοὺς ἐπαναστάντας αὐτῷ ἢ προσθέντας τοῖς τυράννοις ἐτιμωρήσατο. Nec tamen eos qui adverſus ſe inſurrexerant, aut ſe tyrannis adjunxerant, ſupplicio affecit.* Valeſ.

d *Tumque in ejuſmodi titulis.*] Hujus loci emendatio codici debetur Fauchetii, in quo ſcriptum eſt: *Juſtúmque in ejuſm. &c.* Idem.

e *Marci illius diſſimilis Principis verecundi: qui cùm ad Imperiale culmen in Syria Caſſius*] * Longe aliter Severus Imper. fecit, Clod. Albino occiſo. Vide Hiſt. Auguſtam. * Capitolinus in M. Anton. Philoſ. Dio apud Xiphilin ubi de Fauſtinæ obitu: *ἵνα μὴ ἐνεχθῇ ἐς τὰς πρὸς τὸν Κάσσιον συνθήκας. Καίτοι ὁ Μάρκος τὰ γράμματα διέφθειρε, μὴ ἀναγνούς, ἵνα μὴ καὶ ἄκων ἀναγκασθῇ μισῆσαί τινα.* Cujus facti ſimile prorſus illud Pompeii. Victus jam erat Perpenna, déque ſalute deſperans, petiit tamen ut vivus ad Pompeium perduceretur, habere ſe multa adſerens ei indicanda, ad ſtatum rei Rom. pertinentia. Sed noluit Pompeius, & antequam in conſpectum homo veniret, occidi eum juſſit: *δείσας ἄρα μήποτε μηνύσειεν ἀδόκητον, καὶ ἑτέρων ἀρχὴ κακῶν ἐν Ῥώμῃ γένοιτο.* Appianus de Bell. civil. lib. 1. *Lindenbr.*

tore capto ſibi oblatum, ilico ſignatum exuri præcepit, agens adhuc in Illyrico, ne inſidiatoribus cognitis, invitus quoſdam habere poſſet offenſos. Utque rectè ſentientes quidam arbitrabantur, [f] virtutis erat potiùs indicium magnæ, Imperio eumdem [6] Conſtantium ſine cruore ceſſiſſe, quàm vindicaſſe tam inclementer. Ut Tullius quoque docet, crudelitatis increpans Cæſarem in quadam ad Nepotem epiſtola: *Neque enim quidquam aliud eſt felicitas*, inquit, *niſi honeſtarum rerum proſperitas.* Vel ut alio modo definiam: *Felicitas eſt fortuna adjutrix conſiliorum bonorum: quibus qui non utitur, felix eſſe nullo pacto poteſt.* [g] *Ergo in perditis impiiſque conſiliis quibus Cæſar uſus erat, nulla potuit eſſe felicitas. Feliciórque meo judicio Camillus exſulans, quàm temporibus iiſdem Manlius, etiamſi (id quod cupierat) regnare potuiſſet.* Id [h] Epheſius quoque Heraclitus adſerens monet, & ab inertibus & ignavis, eventus variante fortuna, ſuperatos aliquoties viros fuiſſe præſtantes: illud verò eminere inter præcipuas laudes, cùm poteſtas in gradu, velut ſub jugum miſſâ nocendi ſæviendíque cupiditate & iraſcendi, in arce victoris animi tropæum erexit glorioſum. Ut autem in externis bellis hic Princeps fuit ſaucius & afflictus: ita proſperè ſuccedentibus pugnis civilibus tumidus, & inteſtinis ulceribus Reipub. ſanie perfuſus horrenda: quo pravo propoſito magis quàm recto vel uſitato, triumphales arcus ex clade provinciarum ſumptibus magnis erexit in Galliis & Pannoniis, titulis geſtorum adfixis .... ſe quoad ſtare poterunt monumenta lecturis. Uxoribus, ac ſpadonum gracilentis vocibus, & Palatinis quibuſdam nimium quantum addictus, ad ſingula ejus verba plaudentibus, & quid ille aiat vel neget, ut aſſentiri poſſint, obſervantibus. Augebat etiam amaritudinem temporum flagitatorum rapacitas inexpleta, plus odiorum ei quàm pecuniæ conferentium. Hócque multis intolerantius videbatur, quòd nec cauſam aliquando audivit, nec provinciarum indemnitati proſpexit, cùm multiplicatis tributis & vectigalibus vexarentur. Erátque ſuper his adimere facilis

6 *Mſ.* conotantium.

f *Virtutis erat potius indicium, Imperio Conſtantium ceſſiſſe, quam vindicaſſe tam inclementer.*] Imitatus videtur Marcellinus Thucydidem in libro 3. pag. 205. ϰ̀ τῦτο πολλῷ ξυμφορώτερον ἡγῦμαι κάθεξιν τῆς ἀρχῆς ἑκόντας ἡμᾶς ἀδικηθῆναι, ἢ δικαίως ὓς μὴ δεῖ διαφθεῖραι. Solet autem Marcellinus multa de Thucydide mutuari. Ut illud, *fame, ignaviſſimo mortis genere, tabeſcentes*, annon ex Thucydidis libro 2 deſumtum eſt pag. 213. & quod alicubi ait, *furta bellorum*, ſumptum eſt ex Thucydidis libro 5. p. 349. ubi ejuſmodi aſtus κλέμματα vocantur, * [aut certè ex Virgilio: *Furta paro belli.*] Valeſ.

g *Ergo in perditis impiiſque conſiliis.*] Eamdem ſententiam Cicero ſæpius inculcat. Nam & in lib. v. Tuſcul. ſic dicit de Cinna: *Beatiorne igitur qui hos interfecit? Mihi contrà non ſolùm eo videtur miſer, quòd ea fecit; ſed etiam quòd ita ſe geſſit, ut ea facere ei liceret: etſi peccare nemini licet, ſed ſermonis errore labimur, id cùm licere dicimus quod cuique concedetur. Utrum tandem beatior C. Marius, tunc cùm Cimbricæ victoriæ gloriam cum collega Catulo communicavit? an cùm civilis belli victor iratus neceſſariis Catuli deprecantibus non ſemel reſpondit, Moriatur: in quo beatior ille, qui huic nefariæ voci paruit.* Et in Philippica 1. ſic M. Antonium alloquitur: *Itaque ut omittam res avi tui proſperas; acerbiſſimum ejus illum ſupremum diem malim, quàm L. Cinnæ dominatum, à quo ille crudeliſſimè eſt interfectus.* Valeſ. Vide præclaram epiſtolam ad Atticum lib. x. num. 4. *Gron.*

h *Epheſius quoque Heraclitus adſerens monet*] Multa de Heraclito hoc Epheſio, Bauſonis (vel ut alii volunt, Bloſonis) F. Diog. Laertius & Suidas. Ejuſque auctoritate ſæpe utuntur Cicero, Clem. Alexandrinus, Tertullianus, Theodoret. *Lindenbr.*

quæ donabat. Chriſtianam religionem abſolutam & ſimplicem anili ſuperſtitione confundens: in qua ſcrutanda perplexius, quàm componenda gravius, excitavit diſcidia plurima; quæ progreſſa fuſiùs aluit [i] concertatione verborum: ut catervis Antiſtitum jumentis publicis ultrò citróque diſcurrentibus per Synodos quas appellant, dum [k] ritum omnem ad ſuum trahere conantur arbitrium, [l] rei vehiculariæ ſucciderct nervos. [m] Figura tali ſitúque membrorum: ſubniger, luce oculorum edita, cernénſque acutùm, molli capillo, raſis adſiduè genis lucentibus ad decorem, aduſque pubem ab ipſis colli cor finiis longior, breviſſimis cruribus & incurvis: unde ſaltu valebat & curſu Pollinctum igitur corpus defuncti, conditúmque in loculis, [n] Jovianus etiam tum Protector Domeſticus, cum regia proſequi pompa Conſtantinopolin uſque juſſus eſt, prope neceſſitudines ejus humandum. Eíque vehiculo inſidenti quod portabat reliquias, ut Principibus ſolet, [o] annonæ militaris offerebantur indicia [p] ut ipſi [7] nominant proba, & animalia publica monſtrabantur, & ex uſu crebreſcebant [q] occurſus: quæ & alia horum ſimilia, eider

7 *Mſ.* probam.

i *Concertatione verborum*] Mirum, ni eas voces intel ligit τὸ ὁμοούσιον & τὸ ὁμοιούσιον, quæ orbem terrarum illo tempore colliſerunt. * Quod autem Marcellinus vocat *Chriſtianam religionem abſolutam & ſimplicem*: idem ait Gregorius Nazianz. pag. 380. & 475. & 729. & Ambroſius in Epiſtolam ad Philippenſes pag. 520. *Valeſ.*

k *Ritum omnem ad ſuum trahere conantur arbitrium.*] Suſpicor equidem ſcribendum eſſe *conatur*, ut de Conſtantio id intelligatur, qui ad arbitrium ſuum cuncta revocabat, & in Epiſcoporum cauſis agebat judicem, crebróque ad palatium evocabat Epiſcopos, quò eos ad arbitrium ſuum, id eſt ad Arii ſectam impelleret. Idque ejus ſtudium maximè apparet in Epiſtola quam ad Aizumani & Sazanam Axumitarum Regulos ſcripſit, quæ legitur in Apologia Athanaſii. Sed & cùm omnes Epiſcopos Athanaſii condemnationi, quod revera nihil erat aliud quàm Arianæ hæreſi, ſubſcribere tantopere cupiebat; nonne apertè ritum omnem ad ſuum trahere conabatur arbitrium? A quo quidem inſtituto Hoſius eum epiſtolâ quadam revocare voluerat: μὴ τίθει σεαυτὸν εἰς τὰ ἐκκλησιαστικά, μηδὲ σὺ περὶ τούτων ἡμῖν παρακελεύου, &c. apud Athanaſium in Epiſt. ad Solitarios. Id eſt: *Noli te rebus Eccleſiaſticis immiſcere, neque de iis cauſis nobis præſcribere: ſed potiùs ea diſce ex nobis. Nam imperium quidem tibi Deus tradidit: nobis verò negotia Eccleſiæ commiſit. Et quemadmodum qui Imperium tuum invadit, is Deum impugnat, à quo id conſtitutum eſt: ſic tu dum cauſas Eccleſiæ ad te trahis, vide ne in offenſionem Dei venias.* Adde Epiſtolam 3. D. Ambroſii ad Valentinianum. *Idem.*

l *Rei vehiculariæ ſucciderct nervos.*] Eadem Epiſcoporum querela legitur in Fragmentis Hilarii: *Sed & publicus curſus ad nihilum deducitur.* Idem.

m *Figura tali ſituque membrorum*] Cedrenus pag. 244. Ἦν δὲ Κωνστάντιος τὴν τοῦ σώματος ἀναδρομὴν εὐμήκης καὶ ἐπίξανθος, χαροπὸς τὴν ὄψιν. Lindenbr.

n *Jovianus Protector,*] Idem refert Cedrenus: τὸ σῶμα Ἰοβιανὸς ὁ μετὰ ταῦτα βασιλεὺς, προτίκτωρ τότε ὤν, ἀπέθετο πλησίον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ ἡρώῳ μετὰ Εὐσεβίας τῆς αὐτοῦ πρώτης γυναικός. *Cujus cadaver Jovianus, is qui poſtea imp ravit, tunc Protector, juxta patrem ejus in Mauſoleo dep ſuit unà cum Euſebia priore ejus uxore.* Valeſ.

o *Annonæ militaris off. indicia, ut ipſi nom. proba.* Proba hoc in loco eſt ſpecimen, Græcè δεῖγμα, qu Imp. offerri ſolebat. Nam Principes ipſi annonam eo tei pore probabant, ac præcipuè militarem; quippe qui ſ ditiones militum formidarent, quæ ob inopiam annoı moveri conſueverant. Itaque Hadrianus, ut ſcri Spartianus in ejus vita, laborabat ut condita militaria ligenter agnoſceret. Idem tradit Lampridius de Alexa dro Severo, & Capitolinus de Gordiano. Neque e laudem omittendam putavit Themiſtius in Orat. 6. laudibus Theodoſii: τὰ σιτοφυλάκια δὲ οὐκ ἐκπεσεῖν οὐδὲ ἔλαττον ἀ ποιεῖται αὐτὸς περινοστεῖν. Marcellinus Comes in Chronic Antiocho & Baſſo Coſſ. *Dum ad horrea publica Theo ſius proceſſum celebrat, tritici in plebe ingruente pænuri Imperator ab eſuriente populo lapidibus impetitur.* Sed hi d poſtremi loci de horreis annonæ civicæ deſtinatis intel gendi ſunt. Ceterùm id olim Tribuni erat officium, a nonam militum probare, ut docet lex 12. D. de re mili ri. *Henr. Valeſ.* [In codice Colbertino legi, *ut ipſe non nant probam.* Quam probam & Germanam lectionem ſe puto: ita ut *proba* dicta ſit Marcellino pro probatio vel ſpecimine, aut indicio annonæ militaris, quam vul appellamus *une épreuve, un eſſay.* Proba ergo dicta p probatione ut nota pro notatione, miſſa pro miſſio & multa ſimilia.] *Had. Valeſ.*

p *Ut ipſi nominant probam*] Impp. Valentin. & Valei L. unic. C. de Stratorib. *Ut ſtratoribus unus tantùm ſolu probæ nomine poſceretur.* Vid. L. 17. C. de re milit. *L denbr.*

q *Occurſuſque & alia.*] Hunc locum abſque ulla l terarum mutatione ſic reſtitui: *Et ex uſu crebreſceb*

Joviano Imperium quidem, [8] ſed & caſſum & umbratile ut miniſtro rerum funebrium portendebant.

8 *Mſ.* ſed & caſſum.

ccurſus: quæ, &c. Occurſus intelligit militum, & Curialium, & Honoratorum, qui Conſtantii cadaveri obviàm undique procedebant honoris causâ. Cùm verò ad pſum Byzantii portum navis cui cadaver impoſitum erat ppuliſſet, effuſæ legiones tamquam ſpiranti adhuc *Im*eratori occurrêre: quinetiam Julianus ipſe unà cum eteris obviàm proceſſit, & funus ad Apoſtolos uſque deduxit, ac feretrum ipſum manu tetigit, & adoravit poſito diademate, ut narrat Gregorius Naz. in Orat. στηλιτ. 2. & Libanius in Oratione funebri, & Mamertinus in Grat. actione ad Julianum, ac poſtremò Zonaras, qui & publicum in civitate luctum a Juliano indictum eſſe memorat. * Sic Achæi cùm Philopœmeni funus publicum duceretur, ex opidis ſuis effuſi, urnam ejus tangebant, τῆς ὑδρίας ἐφήπτοντο, ut ſcribit Plutarchus. * *Valeſ.*

Explicit Liber XXI.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XXII

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XXII. continentur.

Caput I. *Julianus A. metu Conſtantii A. ſubſiſtit in Dacia, & clam Haruſpices ac Augures conſulit.*

C. II. *Julianus cognita morte Conſtantii tranſcurrit Thracias, & Conſtantinopolim pacatam intrat, totúmque Imperium Rom. citra pugnam recipit.*

C. III. *Conſtantiani quidam, pars jure, pars injuriâ damnantur.*

C. IV. *Eunuchos omnes, & tonſores ac coquos Palatio expellit Julianus Aug. & de Palatinorum ſpadonum vitiis, ac de corrupta diſciplina militari.*

C. V *Julianus A. cultum Deorum, antea diſſimulatum, palam & liberè profitetur, & Chriſtianorum Epiſcopos inter ſe committit.*

C. VI. *Qua arte complures litigatores AEgyptios, à quibus moleſtè interpellabatur, domum redire coëgerit.*

C. VII. *Julianus Conſtantinopoli ſæpe jus dicit in Curia, & dum ibi Thraciarum res ordinat, variis exterarum gentium legationibus aditur.*

C. VIII.

C. VIII. *Deſcriptio Thraciarum, & ſinus Pontici, regionúmque ac natio- num Ponto adjacentium.*

C. IX. *Julianus A. auctâ ornatáque Conſtantinopoli, Antiochiam petit ac in itinere Nicomedienſibus ad reparandas urbis ruinas pe- cunias tribuit, Ancyræ juriſdictionibus vacat.*

C. X. *Antiochiæ hiemans Julianus jura reddit, nec quemquam propte[r] religionem gravat.*

C. XI. *Georgius Alexandriæ Epiſcopus ab ethnicis Alexandrinis cu[m] duobus aliis per vicos trahitur, diſcerpitúrque ac crematu[r] impune.*

C. XII. *Expeditionem Julianus parat in Perſas, & ad prænoſcendum bel[li] eventum oracula conſulit, victimáſque innumerabiles cædit totus haruſpicinæ & auguriis addictus.*

C. XIII. *Templi Apollinis Daphnæi incendium Julianus A. immeritò impu- tat Chriſtianis, & majorem Antiochiæ Eccleſiam clau[di] jubet.*

C. XIV. *Julianus A. in monte Caſio Jovi ſacra facit: cur Antiochenſibu[s] iratus, Miſopogonem ſcripſerit.*

C. XV. *Deſcriptio rerum AEgyptiacarum: & de Nilo, de Crocodilo, [&] Ibi, ac de Pyramidibus.*

C. XVI. *De quinque AEgypti provinciis, déque claris earum urbibus.*

CAPUT I. DUM hæc in diverſa parte terrarum fortunæ ſtruunt volub[i]les caſus, Julianus inter multa quæ per Illyricum agitaba[t] exta rimabatur adſiduè, avéſque ſuſpiciens, præſcire feſtinabat accidentiu[m] finem: ſed reſponſis ambiguis & obſcuris hærebat futurorum incertus. Eiq[ue] tandem Haruſpicinæ peritus Aprunculus Gallus orator, promotus rector poſ[t-] ea Narbonenſis, nuntiavit eventus, [a] inſpectu jecoris ut ajebat ipſe prædi- ctus, quod operimento duplici viderat tectum. Cúmque ille timeret ne cup[i-] ditati ſuæ congruentia fingerentur, atque ideo mæſtus, omen multo præſe[n-] tius ipſe conſpexit, quod exceſſum Conſtantii clarè monſtrabat. Eodem eni[m]

a INSPECTU *jecoris, quod operimento duplici viderat*] Priſcæ ſuperſtitionis obſervatio boni ominis indicium putabat, ſi jecinora duplicia vel replicata in extis apparuiſſent: ut contrà triſte oſtentum, ſi deeſſent. * Val. Max. lib. 1. c. 6. *Caput jecinoris duplex.* * Plinius Hiſtor. naturalis lib. XI. cap. 37. *In eo quod caput extorum vocant, magnæ varietatis. M. Marcello circa mortem, cùm periit ab Hannibale, defuit in extis. Sequenti deinde die geminum repertum eſt.* Et poſt pauca: *Divo Auguſto Spoleti ſacrificanti primo poteſtatis ſuæ die, ſex victimarum jecinora replicata intrinſecus ab ima fibra reperta ſunt; reſponſumque [d]uplicaturum intra annum Imperium.* Hujus rei ignoran[tia] elegantem Plinii Secundi locum depravavit, lib. II. [E]piſt. 20. *Ut ipſe mihi dixerit, cùm conſuleret, quàm c[ito] ſeſtertium ſexcenties impleturus eſſet, inveniſſe ſexta du[pli]cata, quibus portendi millies & ducenties habiturum.* N[e]que verum videre, qui ante nos mendum tollere con[ati] ſunt. Recta autem lectio eſt: -- *Inveniſſe ſe exta duplic[a]ta, quibus portendi*, &c. atque ita Plinium ſcripſiſſe nu[l]lus ſanæ rationis negabit. *Lindenbr.*

punctc




DN . CL . IVL IANVS . N.C.

punďto, quo idem obierat in Cilicia, lapſo milite, qui ſe [1] inſeſſurum equo dextra manu erexit, humíque proſtrato, exclamavit ilico audientibus multis, cecidiſſe qui eum ad culmen [b] evexit. Fixa tamen firmitate conſiſtens, intra terminos Daciæ ſe continebat, ſic quoque plurima pertimeſcens. Nec enim cautum ducebat conjecturis credere, forſitan in contrarium erupturis.

CAP. II. Inter quæ tam ſuſpenſa, advenêre ſubitò miſſi ad eum legati, Theolaïphus atque Aliguldus, defunctum Conſtantium nuntiantes, addentéſque quòd eum voce ſuprema ſucceſſorem ſuæ fecerit poteſtatis. Qua re cognita, poſt exemptos periculorum æſtus, & bellicarum ſollicitudinum turbas [2] imminentes elatus, jámque vaticiniis credens, & celeritatem negotiis ſuis aliquoties profuiſſe expertus, edixit iter in Thracias: [3] motíſque properè ſignis menſa declivitate Succorum, [c] Philippopolim petiit Eumolpiada veterem, alacri gradu ſequentibus quos duxerat cunctis. Advertebant enim Imperium, quod ereptum ibant cum ultimorum metu diſcriminum, præter ſpem ordinario jure conceſſum. Utque ſolet fama novitates augere, properabat exinde ſublimior, ut quodam [d] Triptolemi curru, quem ob [e] rapidos circumgreſſus aëris ſerpentibus & pinnigeris fabuloſa vetuſtas imponit: pérque terras & maria formidatus, nullis obſtantibus muris, [fg] Heracleam ingreſſus eſt Perinthum.

1 *Mſ.* inſenſurum. *T.* inſcenſur. 2 *Al.* in immenſum atus. 3 *τὸ* propere *mſ. deeſt.*

b *Extulerat celſum, &c.*] Tota hæc linea primùm à elenio addita eſt conjecturáne, an ex fide codicis ſcri-i, incompertum habeo: ſed & aliis in locis doctus ille r lineas inſeruit, ut ſuo loco indicabimus. Quod ſi auoritate exemplaris Mſ. ab eo præſtitum eſt; næ illud emplar ceteris omnibus noſtris præſtantius atque inteius fuit: ſin ex ingenio, audaciam ejus nec laudo, nec upero. Ceterùm Editio Rom. hunc locum ſic præfebat: *Qui eum ad cultum & velut fixa tamen, &c.* Nee quidquam mutavit Editio Bononienſis. Sed Accurs ſic edidit: *Qui eum ad cultum evexit. Fixa, &c.* ex Mſ. codice, ut opinor. Nam in Regio ita exaratum reri: *Qui eum ad culmen evexit. Fixa, &c.* [In Colbert. *Qui eum ad culmen ex velut. Fixa tamen.*] Valeſ.

c *Philippopolim petiit Eumolpiada veterem*] Ruf. Fes: *Eumolpiadam, quæ nunc Philippopolis dicitur.* Jornis locum de hac Philippopoli ſuperiùs emendavimus. *Lindenbr.*

d *Triptolemi curru, quem ob rapidos circumgreſſus aëris ſerpentib: pinnigeris*] Fabulam narrant Hyginus fab. CLIII. Servius Georgicorum I. *Idem.*

e *Rapidos circumgreſſus aëris.*] Mirum eſt tam ineptam fatuam ſcripturam ab hominibus doctis tamdiu tolerapotuiſſe: quid enim ſibi vult hæc loquendi forma, *circumgreſſus aëris*? Ego verò non dubito, quin ita ſcripſer Marcellinus: *Quem ob rap. circumgreſſus aëriis ſerpentib. & pinnigeris fab. vetuſtas imponit.* Atque ita in codice Regio ſuperſcriptum poſtea reperi. Sanè in Editione Rom. & Aug. legitur, *& pinnigeris*, [ut & in Mſ. Colbertino,] * ac Toloſ. * *Valeſ.*

f *Heracleam ingreſſus eſt Perinthum*] Theophylactus Simocat. lib. I. Τὴν πόλιν Ἡράκλειαν, ἣν Πέρινθον οἱ πάλαι ποτὲ κατωνόμαζον. Non autem omittenda eſt emendatio Viri Cl. Melchioris Goldaſti J. C. & melioribus ſtudiis apprimè dediti, ſic legendum putantis: -- *Heracleam ingreſſus eſt, veterum Perinthum.* Quomodo idem Ammianus paullo priùs locutus eſt: *Philippopolim petiit, Eumolpiada veterem* & infr. *Conſtantinopolis vetus Byzantium.* Neque à vero alienum, ita ab Auctore ſcriptum fuiſſe. *Lindenbr.*

g *Heracleam ingr. eſt Perinthum.*] Quidam emendare conati ſunt *veterem Perinthum.* Sed hac illorum emendatione nihil opus erat. Etenim hæc Heraclea Thraciæ, Perinthus cognominata eſt ad differentiam aliarum ejuſdem nominis urbium. Sanè in Itinerario Antonini quod manu ſcriptum habeo, *Perinthoheraclea* conjunctim vocatur: & Sozomenus in lib. 4. cap. 7. ὑπατιανὸν Ἡρακλείας τῆς Περίνθου ἐπίσκοπον dicit. Poſtremò Procopius in lib. 4. de fabricis Juſtiniani: Ἡράκλεια δὲ, inquit, ἡ πόλις ἥδε ἡ παραλία ἡ ἐκ γειτόνων ἡ Πέρινθος, ἣ πάλαι μὲν τὰ πρωτεῖα τῆς Εὐρώπης ἐδίδοσαν, καὶ δὴ μετά γε Κωνσταντινούπολιν τὰ δευτέρα παρέχονται. Id eſt: *Heraclea autem illa ad mare ſita, vicina Byzantio Perinthus, quæ olim quidem Europæ metropolis habebatur, nunc poſt Conſtantinop. ſecundum locum obtinet.* De hac urbe Claudianus in Rufinum lib. 2.

Deſeritur Rhodope, Thraciúmque per ardua tendunt,
Donec ad Herculei perventum nominis urbem. Valeſ.

Quo apud Conſtantinopolim mox comperto, effundebatur ætas omnis & ſexu tamquam demiſſum aliquem viſura de cælo. Exceptus igitur [h] tertio Iduun Decembrium verecundis [i] Senatus officiis, & popularium conſonis plauſibus ſtipatúſque armatorum & togatorum agminibus, velut acie ducebatur inſtru cta: omnium oculis in eum non modò contuitu deſtinato, ſed cum admiratio ne magna [k] defixis. Somnio enim propius videbatur, adultum adhuc juve nem, exiguo corpore, factis præſtantem ingentibus, poſt cruentos exitus Re gum & gentium; ab urbe in urbem inopina velocitate tranſgreſſum, quaqu incederet acceſſione [4] opum & virium [5] flammæ inſtar cuncta faciliùs occu paſſe: principatum denique deferente nutu cæleſti abſque ulla publicæ rei ſuſc piſſe jactura.

Cap. III. Brevi deinde [l] Secundo Salluſtio, promoto Præfecto Prætc rio, ſummam quæſtionum agitandarum ut fido commiſit: Mamertino, & A betione, & Agilone atque Nevitta adjunctis, itidémque Jovino Magiſtro quitum per Illyricum recèns provecto. Qui omnes tranſgreſſi Chalcedon præſentibus Jovianorum Herculianorúmque [6] Principibus & Tribunis, [m] ca ſas vehementiùs æquo bonóque ſpectaverunt, præter paucas in quibus verit reos nocentiſſimos offerebat. Et Palladium primum ex Magiſtro Officiorum i Britannos exterminarunt, ſuſpicione tenus inſimulatum, quædam in Gallu compoſuiſſe apud [7] Conſtantium, dum ſub eodem Cæſare Officiorum eſ Magiſter. Dein Taurum ex Præfecto Prætorio in exſilium egere Vercellu cujus factum apud judices juſtorum injuſtorúmque diſtinctores videri pot veniæ plenum. Quid enim deliquit, ſi ortum turbinem veritus, ad tutel Principis ſui confugit? Et acta ſuper eo geſta non ſine magno legebantur hor-

4 *Mſ.* operum & virium. 5 *Steph.* ſame. 6 *Mſ.* principibus. 7 *Mſ.* Conſtantinum.

h *Tertio Id. Decembr.*] Conſentit Idatius in Faſtis, Tauro & Florentio Coſſ. *Introivit Julianus Aug. Conſtantinopolim die III. Idus Decembr.* Neque aliter auctor Alexandrini Chronici, quod quidem ad diem ſpectat. Moratus autem eſt in ea civitate quinque admodum menſes, ut ex Marcellino noſtro colligitur, non decem, ut Zoſimus dicit. *Valeſ.*

i *Senatus officiis.*] De hac pompa idem ſcribit Zonaras: ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ὥρμησε, καὶ οἱ προϋπήντησεν ἥ τε σύγκλητος, καὶ ὁ δῆμος, καὶ σὺν εὐφημίαις ταύτῃς προῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια. Idem.

k *Defixis. Omini enim propius videbatur*] In *Mſ.* O*mnia enim propius.* Ratio emendandi in proclivi eſt: -- *Somnio enim prop.* Sic certè ſenſus conſtat. *Lindenbr.*

l *Sec. Salluſtio promoto Præfecto.*] Hic locus anſam erroris præbuit Onufrio, qui in Faſtis ſuis Conſularibus hunc Secundum Salluſtium Promotum appellat; cùm tamen promotus hoc in loco participium ſit. Sic in lib. 21. Marcellinus: *Salluſtius*, inquit, *Præfectum promotum remiſit in Gallias.* Nec omittendum eſt, hunc Secun Salluſtium in Cod. Theod. non ſemel Secundum ſir citer appellari, ut in lege 1 de Domeſticis, lege 2 d gentibus in rebus, & alibi ſæpe. * Nunc dubito, idé ſit is qui Secundus dicitur cum Salluſtio. Vide in Cc Theodoſ. pag. 368. Vetus Inſcriptio ejus meminit: *turnino Secundo V. C. Præſidi Provinciæ Aquitaniæ. M ſtro memoriæ. Comiti ordinis primi. Proconſuli Africæ. Comiti ordinis primi intra Conſiſtorium, & Quæſtori. fecto Prætorio iterum. ob egregia ejus in Remp. merita I N. N. Valentinianus & Valens victores & triumpha ſemper Auguſti ſtatuam ſub auro conſtitui locarique juſſe* Hujus Secundi meminit & Libanius in epiſtola 122. 4. quem nunc tutius & melius puto à Secundo Sallu omnino diſtinguere. * *Valeſ.*

m *Cauſas vehementius æq. b. ſpectaverunt.*] Id dem ſic excuſare conatur Julianus ipſe in Epiſt. ad mogenem Præfectum Ægypti: τούτους δὲ ἀδικεῖν τι παθεῖν ἂν ἐθέλοιμι. ἴστω Ζεύς· ἐπειδὰν δὲ αὐτοῖς ἐπανέστησαν πολλοὶ κατήγοροι, δικαστήριον ἀποκεκλήρωται. *Iſtos autem injuſte quid pati nolim: teſtis eſt Jupiter. Sed quoniam multi adv*

re, [n] cùm id voluminis publici contineret exordium: [o] *Conſulatu Tauri & Florentii, inducto ſub præconibus Tauro.* Ad exitium itidem tale Pentadius trahebatur: cui id objectum eſt, quòd à [8] Conſtantio miſſus notis excepit, quæ propinquante pernicie ſuper multis interrogatus reſponderat Gallus. Sed cùm ſe juſtè defenderet, tandem [9] abiit innoxius. Iniquitate ſimili Florentius tunc Magiſter Officiorum, Nigriniani filius, [p] contruſus eſt in inſulam Dalmatiæ Boas. Alter enim Florentius ex Præfecto Prætorio Conſul etiamtum, rerum mutatione ſubita territus, cum conjuge periculis exemptus diu delituit, nec redire ante mortem [1] potuit: capitis crimine tamen damnatus eſt abſens. Pari ſorte [q] Evagrius Comes rei privatæ, & [r] *S*aturninus ex Cura Palatii, & Cyrinus ex Notario, [2] portati ſunt in exſilium. [ſ] Urſuli verò necem Largitionum Comitis ipſa mihi videtur fleſſe Juſtitia, Imperatorem arguens ut ingratum. Cúm enim Cæſar in partes mitteretur Occiduas omni tenacitate ſtringen-

8 *Mſ.* Conſtantino. 9 *Al.* obiit. 1 τὸ Juliani *mſ. leeſt.* 2 *Mſ* portati.

os accuſatores exſiſtunt, judices iis dedi. Valeſ.

n *Cùm id voluminis publici contineret exordium*] *Volumen publicum* vocat acta publica: ut *codex publicus* in l. 4. C. Theod. de cuſtod. reor. *Lindenbr.*

o *Conſulatu Tauri & Flor. inducto ſub pr. Tauro.*] Hæc erat forma actorum publicorum, ut primò quidem Conſules notarentur, deinde verò nomen apponeretur rei, qui in judicium erat adductus, quemadmodum apparet in Actis paſſionis S. Cypriani & aliorum. Sic etiam in Geſtis purgationis Cæciliani, quæ poſt Collationem Carthag. edita ſunt, hoc initium legitur; *Conſtantino Max. Aug. VI. & Conſtantino juniore Nob. Cæſ. Coſſ. Idib. Decemb, Sexto Thamugadenſi inducto, &c.* Et in Collatione Carth. quoties acta recitantur, ſemper Conſulis nomen præfixum eſt. * Adde Euſebium in libri VII. Hiſt. Eccleſ. capite xv. de Marino. In criminalibus cauſis quæ coram majoribus judicibus tractabantur, rei præconis vocitati inducebantur. Cùm enim majores Magiſtratus ſuos præconis haberent, omnia ferè ad judicium pertinentia per ejus miniſterium agebant. Quæcumque igitur Magiſtratus pro imperio edicebat, eadem præco juxta ejus Tribunal ſtans, contentiſſima voce pronuntiabat. Auguſtinus in libri III. de Trinitate capite XI. *Quum verba judicis præco pronuntiat, non ſcribitur in geſtis: Ille præco dixit: ſed, Ille judex.* Præconis quoque officium erat, poſtquam judex conſediſſet, ſilentium imperare. Seneca libro 9. controverſiâ 2. *Adſcendit Prætor tribunal ſpectante Provincia. Noxiæ poſt terga ligantur manus. Statim intento ac triſti omnium vultu, fit à præcone ſilentium.* * Valeſ.

p *Contruſus eſt in inſulam Dalmatiæ Boas*] Miſerorum hæc inſula id temporis ſedes, & in quam Hymetium quoque præclaræ indolis virum exterminatum fuiſſe Ammian. ait lib. XXVIII. In eandem Jovianum etiam hæreticum ob ſacrilegos conventus actos deduci Impp. jubent, L. 53. C. Theodoſ. de hæreticis. Situm ejus in Tabula antiqua itineraria videmus. *Lindenbr.*

q *Evagrius Comes rei Privatæ.*] Res Privata ſeu privatum ærarium illud dicebatur, quod privatis Imp. uſibus erat dicatum: ſicut Largitiones ſeu publicum ærarium publicis neceſſitatibus inſerviebant. Zoſimus in lib. 5. Comitem rerum Privatarum ſic Græcè circumſcribit: Πετρώνιος ὁ τῶν θησαυρῶν προεςὼς, id eſt *Comes Largitionum.* καὶ ὁ τῶν ἰδίᾳ τῷ βασιλεῖ ἀνηκόντων ταμιείων προβεβλημένος, id eſt. *Comes rei Privatæ.* Res igitur privatæ ſunt, quæ privatim ad Principem pertinent, non quæ ad eumdem tunc cùm adhuc privatus eſſet pertinebant, ut videtur voluiſſe Juretus in Notis ad Epiſt. 43. lib. 3. Symmachi. Etenim proſcriptorum bona ad ærarium rei privatæ ſpectabant, ut ad lib. XV. adnotavi. Quin & procuratio ipſa rerum privatarum inde originem ſumpſit. Cùm enim Severus in multos factionum conſcios animadvertiſſet, ditatus proſcriptorum bonis, procuratorem rei privatæ primùm inſtituit, ut teſtatur Lampridius in ejus Vita. Deinde prædia omnia priorum Impp. ad res privatas pertinebant. Et tamen neque hæc, neque illa in bonis Principis fuerant tum cùm eſſet privatus. Ceterùm ſub re privata etiam largitiones privatæ continentur, ut docet Notitia Imperii Rom. Earúmque mentio fit in Codice Theod. ſæpiſſime, ut in lege 20. de Palatinis ſacr. larg. lege 7. de privilegiis eor. lege 2. Cod. de cupreſſis, & in Novella 3. Marciani Imp. & alibi. *Valeſ.*

r *Saturninus ex-cura Palatii*] Falluntur qui *excuratore Pal.* emendandum putant: quorum errorem, ne videar in re paucis ignorata tricari, uno teſte convincam, Sic igitur Corrippus lib. 1.

Cùm magni regeres divina palatia patris,
Par exſtans curis, ſolo diademate diſpar,
Ordine pro rerum vocitatus Cura palati. Lindenbr.

ſ *Urſuli verò necem*] Hujus cædis atrocitatem & invidiam eodem modo excuſare nititur Libanius in Orat. funebri p. 298. ὃ γε μὴν τρίτος ὀργῇ μὲν τῆς στρατιᾶς ἀνηρπάσθη, δώρων βασιλικῶν αὐτοὺς ὡς ἔλεγον ἀποστερήσας. *Tertius verò* (Ur-

dus, nulláque poteſtate militi quidquam donandi delata, ut pateret ad motu aſperior exercitus; hic idem Urſulus datis litteris ad eum qui Gallicanos tue batur theſauros, quidquid poſceret Cæſar, [t] proculdubio juſſerat dari. Qu exſtincto, cùm maledictis execrationibúſque multorum ſe Julianus ſentiret ex poſitum, impurgabile crimen excuſari poſſe exiſtimans, abſque conſcientia ſu hominem affirmabat occiſum, prætendens quòd eum militaris ira delevit, me mor quæ dixerat, ut antè retulimus, cùm Amidam vidiſſet exciſam. Ideóqu timidus videbatur, vel parum intelligens quid conveniret, cùm Arbetionen ſemper ambiguum & prætumidum his quæſtionibus præfeciſſet, aliis ſpecie te nus cum Principiis legionum præſentibus, quem primum omnium ſaluti ſu norat objectum, ut decuit victoriarum civilium participem [3] fortem. E quamquam hæc quæ [4] retulimus, ejus diſplicuere fautoribus; ſequentia ta men ſeveritatis recto vigore ſunt geſta. [v] Apodemium enim ex Agente in rebu quem in Silvani necem & Galli effrenatiùs arſiſſe docuimus, Paulúmque Nota rium cognomento Catenam, cum multorum gemitu nominandum, vivos exu ſtos, qui ſperari debuit, oppreſſit eventus. [x] Euſebium ſuper his, cui er Conſtantiani thalami cura commiſſa, altè ſpirantem & dirum addixere pœn letali: quem ab ima ſorte aduſque jubendum Imperatori pæne elatum, ideóq intolerabilem, humanorum ſpectatrix Adraſtia, [y] aurem (quod dicitur) ve lens, monénſque ut caſtigatiùs [5] viveret, reluctantem præcipitem tamquam rupe quadam egit excelſa.

CAP. IV. [z] Converſus poſt hæc Princeps ad [6] Palatinos, omnes omni

3 *Mſ.* fortem. 4 *Mſ.* velimus. *Steph.* vellimus. 5 *Mſ.* veniret, 6 *Mſ.* Palatinos homines.

ſulus ſcilicet) *militum iracundiâ ad exitium abreptus eſt, quòd eos Principis largitionibus fraudaviſſet.* Quod tamen falſum eſſe docet Marcellinus in hoc loco. Ceterùm addit Libanius id ſolatii loco Julianum Urſuli manibus præſtitiſſe, ejus ut filia ſuperſtes maxima patrimonii parte frueretur. *Valeſ.*

t *Proculdubio ceſſerat dari*] Sic poſtrema Pariſina, equidem neſcio unde: & quum ne Latina quidem ratio, nedum ſenſus admittat, ratus errorem typorum eſſe repoſui prius & verius. *Gron.*

v *Apodemium enim.*] De horum cæde Libanius in προσφωνητικῷ ad Julianum his verbis; δίκην μὲν ἐπράξω παρ' ὧν μὴ λαβεῖν ἄδικον, αἰτίαν δὲ οὐκ ἐπήνεγκας οἷς ὑπῆρχεν ἀναχώρησις. Id eſt: *Supplicio quidem eos affeciſti, de quibus injuſtum fuiſſet pœnas non ſumere: ceteros autem qui aufugerant, nullo modo vexaſti.* Vide eumdem in Orat. funebri pag. 293. *Valeſ.*

x *Euſebium ſuper his, cui erat Conſtantiani thalami cura commiſſa*] Socrates Hiſtor. Eccleſ. lib. III. cap. I. Εὐσέβιον δὲ προεστῶτα τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, ἐζημίωσε θανάτῳ. Caſſiodorus Hiſtor. Tripart. lib. VI. cap. I. *Euſebium præſidentem Imperiali cubiculo morte damnavit, non ſolùm quia multos oppreſſerat, ſed quia Gallum quoque fratrem ſu ejus accuſatione audierat interemptum.* Lindenbr.

y *Aurem, quod dicitur, vellens*] * Seneca de Bene ciis lib. IV. & V. * Virgilius Ecloga VI.

---- *Cynthius aurem Vellit & admonuit.* Idem.

z *Converſus d. ad Palatinos omnes.*] Id fusè & eleg ter narrat Libanius in Orat. cit. pag. 292. & ſequentibu cujus hîc verba Latinè interpretata apponere non inu fuerit. *Hæc cùm ille de divinis rebus conſtituiſſet, oculos Imperatorium miniſterium reflectens, cùm turbam inut fruſtra ali vidiſſet, coquos quidem mille, totidem tonſor pincernas autem plures, miniſtrorum examina, jam Eu chos muſcarum quæ verno tempore paſtores circumvolit numerum ſuperantes, & innumeros ejuſmodi fungos. E nim otioſis & ad conſumendam annonam natis hominibu erat perfugium, ut miniſtri Principis vocarentur & ha rentur: & numerato pretio ſtatim in eum numerum adſ bebantur. Hos igitur quos Imp. annona inutiliter aleb damno potiùs quàm miniſterio eſſe ratus, confeſtim exp* Subjicit deinde de Schola Notariorum & Agentum in bus, quos eodem modo projecit. Idem ſcribit Socra in lib. 3. Hiſt. qui hæc à nonnullis laudata, à pleriſque tem ait improbata fuiſſe. Remotis enim tot Palatii mi ſtris, qui ſi non aliud, certè ornamentum ac pomp aulæ afferebant, vilem & contemptum Principis co

qui ſunt, quíque eſſe poſſunt, non ut Philoſophus indagandæ veritatis profeſſor. Laudari enim poterat, ſi ſaltem moderatos quoſdam licèt paucos retinuiſſet, morùmque probitate compertos. Namque fatendum eſt pleramque eorum partem vitiorum omnium ſeminarium [7] effuſiùs aluiſſe, ita ut Rempub. inficerent cupiditatibus pravis: [a] plúſque exemplis, quàm peccandi licentiâ læderent multos. [b] Paſti enim ex his quidam templorum ſpoliis, & lucra ex omni odorantes occaſione, ab egeſtate infima ad ſaltum ſublati divitiarum ingentium, nec largiendi, nec rapiendi, nec abſumendi tenuere aliquem modum, aliena invadere ſemper adſuefacti. Unde fluxioris vitæ initia pullularunt, & perjuria, & nullus exiſtimationis reſpectus, deménſque ſuperbia fidem ſuam probroſis quæſtibus polluebat. Inter quæ [8] ingluvies & gurgites crevere prærupti conviviorum, & pro victorialibus epulares triumphi: [c] uſúſque abundantes ſerici & textiles auctæ ſunt artes, & culinarum ſollicitior cura: & ambitioſa ornatarum [d] domorum exquiſita ſunt ſpatia: [e] quorum menſuram ſi in agris Conſul Quintius poſſediſſet, amiſerat etiam poſt Dictaturam gloriam paupertatis. Quibus tam maculoſis acceſſere flagitia diſciplinæ caſtrenſis, cùm miles cantilenas meditaretur pro jubilo [1] molliores: & non ſaxum erat ut antehac armato cubile, ſed pluma & flexiles lectuli, & graviora gladiis pocula, teſtâ enim [2] bibere jam pudebat: & quærebantur ædes marmoreæ, cùm ſcriptum ſit in antiquitatibus, Spartanum militem coërcitum acriter, quòd procinctus tempore auſus ſit videri ſub tecto. Adeo autem ferox erat in ſuos illis tempori-

7 *Al.* fuſiùs. 8 *Al.* Eluvies. 1 *Mſ.* meliores. 2 *Mſ.* ivere.

ıtum videri neceſſe eſt. Ceterùm Gregorius Naz. in ηλιτ. 1. id in odium Conſtantii à Juliano factum eſſe di- t, & Chriſtianiſſimum quemque è Palatio pulſum. καὶ τοῦτο μεταποιεῖ μὲν τὰ βασίλεια, τοὺς μὲν θανάτῳ προϋπεξα- αγών, τοὺς δὲ παρωσάμενος, οὐχ ὡς εὔνους τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ όντ, ἀλλὰ καὶ ὡς ευνυςέρους τοῦ μείζονι. [Petrus Pithœus ad ram Ammiani ſui adnotavit ſibi videri deeſſe heic verum aliquod, & ita legendúm eſſe: *Omnes o. qui ſunt, uique eſſe poſſunt, removit*: vel, *projecit*: cum infrà meıoret *duos Agentes in rebus ex his qui projecti erant*] aleſ.

a *Pluſque exemplis, quàm peccandi licentia læderent*] ib. XXVIII. *Plus exemplis generalibus nocitura, quàm ·lictis.* Cicero de Legibus III. *Nec enim tantum mali peccare Principes, (quamquam eſt hoc magnum per ſe ſum malum) quantum illud, quòd permulti imitatores rincipum exſiſtunt.-- neque ſolùm obſunt, quòd ipſi cormpuntur, ſed etiam quòd corrumpunt,* PLUSQUE EXMPLO, QUAM PECCATO NOCENT. *Linnbr.*

b *Paſti enim q. templorum ſpoliis.*] Idem etiam dicit ibanius pag. 293. Contra eoſdem invehitur in tractatu, uòd divitiæ iniquitate partæ infeliciores ſunt egeſtate, his verbis: οἱ δὲ καὶ τεμένη καὶ νεὼς κτήματα αὐτῶν ἐποιήσαντο, εἶτα μάλα εὐχερῶς ἐκρίψαντες τὰ ἕδη, ξύλων καὶ ἀχύρων τοὺς νεὼς ἔπλησαν, οἱ δ' αὖ ἀνδρειότεροι καὶ καθελόντες, οἰκίας ᾤκησαν τῶν ἐκεῖθεν λίθων πεποιημένας. Id eſt: *Hi verò templa & delubra prædiorum loco habuerunt, ac ſimulacris facile exturbatis, lignis ac paleis repleverunt. Alii autem magis generoſi, eiſdem dirutis, ex eorum ſaxis ædes ſibi conſtruxerunt.* Idem queritur in Monodia de obitu Juliani, & in Orat. adverſus obtrectatores ſuos, ubi templorum ſpolia Eunuchis largitum eſſe Conſtantium graviter indignatur. Sed Julianus Aug. poſtea lege lata quidquid templis ademptum fuiſſet, reſtitui juſſit, ut docet idem Libanius pag. 291. & Sozomenus in lib. 5. Hiſt. cap. 5. * Adde Chryſoſtomum in Homilia in Juventinum & Maximum * *Valeſ.*

* c *Uſuſque abundantes ſerici.*] Idem dicit Chryſoſtomus in Homilia XVIII. in Geneſim. pag. 192. in fine.* *Idem.*

[d *Ambitioſa domorum ſpatia, quorum menſuram ſi in agris Quintius poſſediſſet*] Idem dicit Valerius Maximus in libri IV. cap. IV. *Anguſte* (inquit) *habitare nunc putat, cujus domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt.* Hæc ſunt verba Valerii Maximi de L. Quintii Cincinnati VII. jugeribus.] *Idem.*

e *Quorum menſuram ſi in agris Conſul Quintius poſſed.*] Luc. Quintius Cincinnatus, de quo Livius III. & IV. Dionyſius Halicar. lib. VI. & X. Val. Maximus lib. IV.

bus miles & rapax; ignavus verò in hoſtes & fractus, ut [f] per ambitiones oti- úmque opibus partis, auri & lapillorum varietates diſcerneret ſcientiſſimè: contrà quàm recens memoria tradit. Notum eſt enim, ſub Maximiano Cæſare vallo Regis Perſarum direpto, gregarium quemdam [3g] poſt ſacculum Parthicum, in quo erant margaritæ, repertum, projectis imperitiâ gemmis, ab iſſe [h] pellis nitore ſolo contentum. Evenerat iiſdem diebus, ut ad demendun Imperatoris capillum tonſor venire præceptus, introiret quidam ambitioſè ve ſtitus. Quo viſo Julianus obſtupuit: *Ego*, inquit, [i] *non Rationalem juſſi ſed tonſorem acciri.* Interrogatus tamen ille, quid haberet ex arte compendii [k] vicenas diurnas reſpondit annonas, totidémque pabula jumentorum, ([l] qu vulgo dictitant capita) & annuum ſtipendium grave, abſque fructuoſis petit onibus multis. Unde motus, [mn] omnes hujuſmodi cum coquis ſimilibúſqu

3 τὸ poſt *in mſ. deeſt.*

cap. 4. §. 7. *Lindenbr.*

f *Per ambitionem.*] Reſtituimus veterem Editionis Rom. ſcripturam, quam codex Regius * & Toloſanus * [ac Colbertinus] & Editio Auguſtana confirmant. Et ſic loquitur Marcellinus in fine lib. 31. de Valente, *ultor acer ambitionum*· quibus in locis ambitio ſumitur pro gratia & ſuffragio virorum potentium, qui honores clientibus aut amicis impetrabant, ut patet ex lege 1. Cod. Theod. ad legem Juliam de ambitu, & ex Marcellino noſtro ſuprà xx, v. Græci περιδρομὴν appellant voce ex Latino vocabulo detorta. * Gloſſæ: *Ambitiones*, φιλοτιμίαι. περιδρομαί. * Sic apud Iſidorum Peluſiotam in Ep. 145. & Memnonem in Excerptis Hiſt. apud Photium. Rectè Suidas: ἐξ ἀμβιτίωνος, ἐκ περιδρομῆς τι πράττων. Unde intelligendus eſt locus quidam in Actis Epheſini Concilii: κἂν δὲ τοῦτο προσταχθῇ ἐξ ἀμφιτίωνος: ubi interpres neſcio quid de Amphictyonibus ſomniavit. *Valeſ.*

g *Poſt ſacculum Parthicum.*] Prima vox deeſt in omnibus exemplaribus, & à Gelenio primùm adjecta eſt. Sed minori audacia emendari ſic poterat, *ſacculo Parthico in quo erant margaritæ reperto, &c.*. Non omittendum eſt in codice Valentino [& in Colbert.] ſcriptum fuiſſe, *ſecutum Parthicum*: unde Loiſellus non ineptè conjecerat legendum eſſe, *ſcutum Parthicum.* Sanè in Editione ſua ſic Caſtellus emendaverat, cùm in Rom. legeretur, *ſequutum Parthicum.* Et ſcuta Perſarum pellibus operiri ſolita docet Marcellinus noſter in lib. 23. *Valeſius.* Videtur omnia illa exemplaria ſignificare manum Ammiani hanc fuiſſe: *gregarium quendam ſcutum* vel *ſacculum Parthicum, in quo erant margaritæ, repertum, projectis imperitia gemmis, habuiſſe* &c. Gron.

h *Pellis nitore.*] Pelles Parthicæ olim in pretio fuere, ex quibus Imperatorum calcei fieri ſolebant, ut Pollio & Corippus teſtantur. Earum meminit Marcianus in lege 16. D. de publicanis, & vetus Scholiaſtes Juvenalis ad hunc verſum Satyræ 5.

& ſignum de paupere loro.

Corrigiam, inquit, *Parthicam, unde ſolet bulla pendere ſignum ingenuitatis.* Denique Conſtantinus Porphyro in cap. 6. de adminiſtrando Imperio, δερμάτια ἀληθι παρθικὰ memorat, id eſt *pelles Parthicas purpureas.* in vulgatis Editionibus legitur παρδικὰ gravi erro * Ceterùm Parthi gemmas & margaritas ejuſmodi pel bus addere ſolebant; ut docet Tertullianus in lib. 2. cultu feminarum: *Ut ex illis cicatricibus neſcio quæ gra penderent; quæ planè Parthi peronibus quoque ſuis bullar vice inſerunt.* Et in libro 1. de Parthis loquens, ita dic *In peronibus uniones emergere de luto cupiunt.* * Valeſiu

i *Non Rationalem juſſi, ſed tonſorem accire.*] Idem fert Zonaras his verbis: τὸ πολὺ δὲ τῆς βασιλικῆς θεραπείας ἀ πέμψατο. κουρέα τι ζητήσας ὡς προσῆλθεν αὐτῷ τοῦ Κωνσταντί ρου, πολυτελῶς ἐσταλμένος, κουρέα ζητεῖν εἶπεν, ἀλλ' οὐ συγκλητι Id eſt: *Maximam partem regiorum miniſtrorum expulit. cùm aliquando tonſorem advocaſſet, tonſórque Divi Conſta tii veniſſet magnificè veſtitus, tonſorem ſe accerſiſſe dixit Senatorem* Addunt Socrates & Cedrenus, Juliani cùm tonſores Palatio ejiceret, id adjeciſſe, unum plu bus ſufficere: quamquam apud Cedrenum κουρέας le tur puerili errore. *Idem.*

k *Vicenas diurnas annonas.*] Id eſt, x x. panes di nos. Quippe annona Palatina in panibus diſtribuebat quotidie, ut & civica. Procopius in Anecdotis: μ ὁπλιτῶν σιτώτάξιν εἰς ἡμέραν ἑκάστῳ. De Palatinis loquit quorum annonas Juſtinianus imminuit. *Idem.*

l *Quæ vulgò dict. capita.*] Hæc vox occurrit in He chii Lexico: κάπιτα· κτηνῶν τροφή & iterum: κάπιτον πα ὄνομα ἀλόγων. Capita in utroque Codice dicuntur, & pitatio in lege 8. & x. Cod. Theod. de erogat. mil. an næ. Quam vocem non deſunt qui Græcæ originis dicant: inter quos eſt Florens Chriſtianus, qui in tis ad Ariſtophanis εἰρήνην, à verbo κάπτειν eam deriv quem ſecutus eſt Cl. Salmaſius. *Idem.*

m *Omnes hujuſmodi cum coquis ſimilibuſque aliis*] crates Hiſtor. Eccleſ. lib. III, cap. 1. Caſſiodorus Hiſt Tripart. lib. VI. cap. 1. *Lindenbr.*

n *Omnes ejuſmodi cum coquis, &c.*] Mamertinus Panegyrico ad Julianum, id meritò prædicat: *Inge aulicorum catervæ legionum ſumptum facile vincebant.*

aliis eadem accipere bene conſuetos, ut parum ſibi neceſſarios, data quò velint eundi poteſtate projecit.

Cap. V. Et quamquàm à rudimentis pueritiæ primis inclinatior erat erga numinum cultum, paullatímque adoleſcens deſiderio rei flagrabat, multa metuens tamen agitabat quædam ad id pertinentia quantum fieri poterat occultiſſimè. Ubi verò abolitis quæ verebatur, adeſſe ſibi liberum tempus faciundi quæ vellet advertit, ſui pectoris patefecit arcana: & [4] planis abſolutíſque decretis aperiri templa, aríſque hoſtias admoveri ad Deorum ſtatuit cultum. Utque diſpoſitorum roboraret effectum, diſſidentes Chriſtianorum Antiſtites cum plebe diſciſſa in palatium intromiſſos [5] [o] monebat, ut civilibus diſcordiis conſopitis [p] quiſque nullo vetante religioni ſuæ ſerviret intrepidus. Quod agebat ideo obſtinatè, ut [q] diſſenſiones augente licentia, non timeret unanimantem poſtea plebem: [r] [ſ] nullas infeſtas hominibus beſtias, ut ſunt ſibi ferales plerique Chriſtianorum, expertus. Sæpéque dictitabat, [t] *Audite me, quem Alamanni audierunt & Franci:* imitari putans Marci Principis veteris dictum. Sed parum advertit hoc ab eo nimiùm diſcrepare. Ille enim cùm Palæſtinam tranſiret, Ægyptum petens, [v] fætentium Judæorum & tumultuantium ſæpe tædio percitus, dolen-

4 *Al.* planè abſolutis decret. 5 *Mſ.* monebat civilius, ut diſcord.

---

nullo pòſt: *Neque enim comparandæ ſunt picturatæ marmorum cruſtæ ei, qui majorem anni partem in nuda humo cubet, neque turbæ inſtitutorum ad delicias miniſtrorum, cui tam pauca ſunt miniſtranda.* Valeſ.

o *Monebat, ut civilibus diſcordiis conſopitis*] Verius puto quod in Mſ. eſt: *Monebat civilius, ut diſcordiis conſ.* Lindenbr.

p *Quiſque nullo vetante religioni ſuæ ſerviret*] Quam quidem libertatem religionis adeo laudarunt Donatiſtæ, ut *apud eum ſolum juſtitiam locum habere dixerint.* Vid. Auguſt. contra Epiſtol. Parmen. lib. 1. * *Idem.*

q *Ut diſſenſiones augente licentia.*] Notetur hominis teſtimonium Deorum cultui dediti, qui has Juliani in excitandis inter Chriſtianos diſſidiis artes non probavit. Non igitur ea humanitas ac benignitas fuit, cùm ille Epiſcopos à Conſtantio relegatos ab exſilio revocabat: quippe & odio Conſtantii & malo conſilio id agebat Julianus, quorum utrumque ab omni virtute longè abeſt. Præclare itaque Sozomenus in lib. 5. cap. 5. λέγεται δὲ μὴ φειδοῖ εἰς αὐτοὺς ταῦτα προστάξαι, ἀλλ' ὥστε ἡ ὑπὸ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔριδος ἐμφυλίῳ μάχῃ πολεμεῖσθαι τὴν ἐκκλησίαν, ἢ Κωνστάντιον διαβάλλων. Adde Chronicum Alexandr. * & Chryſoſtomum in Oratione 2. de S. Babyla contra Gentiles, pag. 782. & Auguſtinum in Epiſtola 166. cujus hæc ſunt verba, *Quibus ſuccedens Julianus, deſertor Chriſti & inimicus, ſupplicantibus veſtris Rogatiano & Pontio, libertatem parti Donati permiſit: denique tunc reddidit baſilicas hæreticis, quando templa dæmoniis; eo modo putans Chriſtianum nomen poſſe perire de terris, ſi unitati Eccleſiæ, de qua lapſus fuerat, invideret, & ſacrilegas diſſenſiones liberas eſſe permitteret.* * Valeſ.

r *Nullas infeſtas hominibus beſtias, ut ſunt ſibi ferales plerique Chriſtianorum*] Mſ. codicis lectionem expreſſimus, exploſâ vulgatâ, quæ multis modis mendoſa eſt. *Infeſtas* autem dixit καθ' ὑπαλλαγὴν, ἀντὶ τοῦ, *æque infeſtas:* quæ forma loquendi veteribus non infrequens. Et bene ad Ammiani mentem Eucherius Epiſcop. in Homil. pag. 413. *Ex fratribus capitales efficientur inimici, & fiet lugendum turbata germanitate diſcidium, & erit inter homines non jam fidelis fraternitas, ſed feralis hoſtilitas,* Hoc verè dici, plus ſatis noſtrorum quoque temporum diſciplina probat. *Lindenbr.*

ſ * *Nullas infeſtas hominibus beſtias, ut ſunt, &c.*] Idem dicit Chryſoſtomus Homiliâ XXVII. in Epiſtolam Pauli Apoſtoli ad Corinthios, pag. 749. * *Valeſ.*

t *Audite me.*] Imitatus potiùs videtur dictum Auguſti, qui cùm legibus Juliis juventutem coërceret, juvenéſque Rom. tumultuarentur, dicere ſolebat: *Audite me juvenes ſenem, quem ſenes juvenem audierunt.* ut refert Plutarch. in πολιτ. παραγγέλμ. Idem.

v *Fætentium Judæorum*] Cl. Rutilius obſcenam gentem vocat Judæos, in Itiner. lib. 1.

Reddimus obſcenæ convicia debita genti,
Quæ genitale caput propudioſa metit.

Horum fætorem etiam Martial. in parte tangit, Epigr. 4. lib. 4.

Quod ſiccæ redolet palus lacunæ,
* * * *
Quod jejunia ſabbatariorum,

ter dicitur exclamaſſe: *O Marcomanni, ô Quadi, ô Sarmatæ, tandem alios* [x] *vobis* [6] *inertiores inveni.*

Cap. VI. Per hoc idem tempus rumoribus exciti variis Ægyptii venêre complures, genus hominum controverſum, & adſuetudine perplexiùs litigandi ſemper lætiſſimum, maximéque avidum multiplicatum repoſcere, [y] ſi compulſori quidquam dederit, ut levari debito poſſit, vel certè commodiùs [7] per dilationem inferre quæ flagitantur, aut criminis vitandi formidine, divites pecuniarum repetundarum interrogare. Hi omnes [8] denſati in unum, [9] Principem ipſum, & præfectos Prætorio graculorum more ſtrepentes interpellabant incondité, [z] modò non ante ſeptuageſimum annum extorquentes, quæ dediſſe ſe jure vel ſecus plurimis affirmabant. Cúmque nihil aliud agi permitterent, edicto propoſito univerſos juſſit tranſire Chalcedona, pollicitus quòd ipſe quoque protinus veniret, cuncta [a1] eorum negotia [2] finiturus. Quibus tranſgreſſis, mandatum eſt navigiorum magiſtris ultro citróque diſcurrentium, ne quis transfretare auderet Ægyptium: hócque obſervato cura propenſiore evanuit pertinax calumniandi propoſitum, & omnes ſpe præſumpta fruſtrati redierunt ad lares. Unde velut æquitate ipſa dictante, [bc] lex eſt promulgata quâ cavetur nullum interpellari ſuffragatorem ſuper his, quæ eum rectè conſtiterit accepiſſe.

6 *Mſ.* inertiores. 7 *Mſ.* per dilectionem. 8 *Mſ.* denſ. ...... unum. 9 τὸ ipſum *mſ. deeſt.* 1 *Mſ.* cum & eorum negotia. 2 *Mſ.* futurus.

Mæſtorum quod anhelitus reorum. Lindenbr.

x *Vobis inquietiores inveni.*] Primus hanc ſcripturam invexit Gelenius, cùm in ſuperioribus Editionibus legeretur *inertiores*, perinde ac in Mſ. Flor. & Regio, * Toloſano. * [ac Colbert.] quod tamen non erat rejiciendum. Hic enim ſenſus eſt eorum verborum. O Sarmatæ, tandem alios offendi, qui cùm vobis inertiores ſint, haud tamen mihi paullo minus negotii faceſſant. Mirum eſt tamen eam ſcripturam etiam Accurſio diſplicuiſſe, qui ſic edidit: *Alios vobis deteriores inveni.* Valeſ.

y *Si compulſori quidquam dederit.*] Compulſor eſt qui fiſcalia debita exigit, & lentos debitores ad ſolvendum compellit. Horum mentio in lege 34. Cod. Theod. de annona & trib. & lege 15. de exaction. Eos κατεπείγοντας vocat Libanius in Orat. contra Florentium, ubi de Chryſargyro loquitur, * & Themiſtius in Oratione VI. pag. 157. * Gloſſæ veteres, *Compulſionem*, εἴσπραξιν, ἀπαίτησιν. Erant autem, ut videtur, milites, quibus Suſceptores ſeu Apparitores Præſidum tributarios, à quibus tributa ipſi exigere non poterant, delegabant. Unde delegatoriæ dictæ ejuſmodi Præſidum epiſtolæ, quæ Compulſoribus & Opinatoribus dabantur, ut eſt in lege XV. cit. & apud Caſſiodorum in lib. XI. *Idem.*

z *Modò non ante LXX. annum extorquentes.*] De his Ægyptiorum querelis intelligendus eſt Libanius in Orat. pro Ariſtophane Corinthio: τῶν δ' ἐξ Αἰγύπτου χρημάτων εἰ μνημονεύσης, καὶ τῶν κεκλοφότων ἕνα νομίσης Ἀριστοφάνην, ἐπαινῶ σε τοῦ μίσους ὅτι μισεῖς τοὺς ἔθει οὐ δίκαιον λαμβάνοντας. Et paullò pòſt ſic dicit: καὶ ταῦτα Αἰγύπτιος· οὓς οὐκ ὀκνοῦντας ὁρῶμεν ἃ δῶσιν μνημονεύειν, ἀλλὰ μάλ' εὐχερῶς εἰσπράττοντας ἃ μὴ δέδωκεν. *Idque AEgyptius: cujus gentis homines nequaquam len*[tos] *videmus in commemorandis quæ dederunt, ſed potiùs ea q*[uæ] *numquam dederint acriter exigentes.* Vide finem hujus [li]bri. *Idem.*

a *Eorum negotia finiturus.*] Ante hæc verba quæd[am] voces legebantur in Editione Rom. quas primus expu[n]xit Sig. Gelenius. Sed cùm eaſdem in codice Regio, * T[o]loſ. & Flor. * [ac Colbert.] reperiſſem, non dubi[ta]vi quin pro *cum & eorum*, ſcribendum eſſet, *cuncta* [eo]*rum negotia fin.* Sic enim memineram corruptum eſſe [lo]cum alterum lib. XXI. cap. XVI, ubi pro *ſuſpiciones in huj*[uſ]*modi cunctæ diſtentæ*: Codex Reg. & Editio Rom. ſc[ri]ptum habent, *cùm & a diſtentæ.* Valeſius. Similia hæc e[x]empla ſunt, ſed ita, ut finem habeant diſſimilem, & [ci]tatus locus diſerte primam vocalem a retineat, quæ ab[eſt] ab his noſtris, quæ ideo palam eſt ſic ſcribi oporte[re, cunc]*tum & eorum negotia finiturus.* Gron.

b *Lex eſt promulgata, quâ cavetur nullum interpell*[ari] *ſuffragatorem*] Ea ipſa videtur lex eſſe, quæ adhuc [in] Cod. Theodoſ. habetur, lib. 2. Tit. 29. Si certum pe[ti]tur de ſuffragiis. Cujus hæc verba ſunt: JULIAN[US] A. *ad populum. Fœdis commentis, quæ bonorum merito d*[e]*rimitur* * *quam occupare meruerint, & cùm meruiſſent* [in] *Repub. quolibet pacto verſari, repetendam ſibi pecuniam*

CA-

CAP. VII. Allapſo itaque Kalendarum Januariarum die, cùm Mamertini & Nevittæ nomina ſuſcepiſſent paginæ Conſulares, humilior [d] Princeps viſus eſt, in officio pedibus gradiendo cum Honoratis: quod laudabant alii, quidam ut affectatum & vile carpebant. [e] Dein Mamertino ludos edente Circenſes, [f] manumittendis ex more inductis per admiſſionum Proximum, [g] ipſe [3] lege agi dixerat, ut ſolebat: ſtatímque [h] admonitus juriſdictionem eo die ad alterum pertinere, [i] ut errato obnoxium decem libris auri ſemet ipſe

3 *Mſ.* lege agi ductus dixerat.

---

quam inhoneſte ſolverant, imprudentius atque inhoneſtius arbitrantur. Alii etiam quæ tunc donaverant, vel potiùs projecerant ob immeritas cauſas, invadenda denuo crediderunt. Sed quia leges Romanæ hujuſmodi contractus penitus ignorant, omnem repetendi eorum, quæ prodigè nefariéque projecerint, copiam prohibemus. Qui itaque repetere nititur, vel repetiſſe convincitur, & quod dedit, apud ſuffragatorem ejus manebit, vel extortum reſtituet, & alterum tantum fiſci juribus inferre cogetur. Dat. Kal. Febr. C P. Mamertino & Nevita Coſſ. Lindenbr.

c [*Lex eſt promulgata, qua cavetur nullum interpellari ſuffragatorem, &c.*] Deſignat Marcellinus legem 1. Cod. Theodoſ. Si cert. pet. ex ſuffrag. ut Petrus Pithœus ad oram Ammiani ſui adnotavit.] *Valeſ.*

d *Princeps viſus eſt in officio.*] Non prætereunda ſunt verba Mamertini in Grat. actione: *Itaque matutino crepuſculo palatium petimus.* & mox: *Ægre remotis populi qui nos prægrediebatur, agminibus, ut quamlongiſſimè nobis obviàm procederet laboravit.* Et pòſt: *Pæne intra ipſas Palatinæ domus valvas lecticas Conſulares juſſit inferri: & cùm honori ejus venerationíque cedentes, ſedile illud dignitatis ampliſſimæ recuſaremus, ſuis nos propè manibus impoſitos, miſtus agmini togatorum, præire cœpit pedes, &c.* Conſulari autem officio adeſſe Imperatores eo ſæculo uſitatum fuit. Spartianus in Hadriano: *Conſulum & Præt. officia frequentavit.* Unde Auſonius in Conſulatu dicit:

Jam venit Auguſtus, noſtros ut comat honores,
Officio exornans, quos participare cupîſſet.

Idem in Gratiarum actione. *Ipſa autem*, ait, *ſedes honoris, ſella curulis, glorioſa pompis imperialis officii, &c.* Denique Claudianus in Eutropium lib 1.

Candida pollutos comitatur Curia faſces,
Forſitan & Dominus.

Sic enim eum locum diſtinguendum, & explicandum cenſeo. Ceterùm ex allato Mamertini loco diſcimus, Mamertinum Conſulem ex palatio proceſſiſſe: qui honos non omnibus Coſſ. tribui ſolebat. Itaque notat Plutarchus in Galba, eum cùm eſſet affinis Liviæ, Conſulem è palatio Kal. Jan. proceſſiſſe: λιβίας προσηκούσης ὕπατος ἐκ παλατίου προῆλθε. Idem.

e *Mamertino ludos edente Circenſes.*] Ludos intellige, quos menſe Januario Coſſ. edere conſueverant ex ante diem 3. Non. Jan. per continuum triduum; ut notatum eſt in Calendario Rom. quod primus edidit Heruvartius. Et ita quidem in Urbe. At per provincias in majoribus civitatibus Circenſes quoque a. d. 4. Nonas Jan. à Magiſtratibus edebantur, ut docet Libanius in Orat. εἰς τὰς καλάνδας, his verbis: τρίτη δ' ἱσαμέρα ζεύγνυται μὲν ἁμιλλητήρια ἅρματα· πολὺς δ' ἱερὸς ὑπὲρ τῆς νίκης Idem.

f *Manumittendis ex more inductis.*] Conſules annum auſpicantes, ſervos aliquot manumittere ſolebant: quem morem, ejúſque pariter originem primus ex recentioribus in lucem protulit P. Faber V. Cl. in lib. 2. Semeſtrium, & in Commentario ad Tit. 2. de origine Juris, ita ut nihil ampliùs dici poſſit. Tantùm moneo, Claudiani verſum malè diſtingui in 4. Conſ. Honorii, ubi hunc ritum eleganter deſcribit. Sic enim diſtinguendus eſt:

Triſtis conditio pulſata fronte recedit.
In civem rubuere genæ.

Id eſt, non jam alapis ſervilibus os obtunditur: ſed ingenuo rubore perfunditur. *Idem.*

g *Ipſe lege agi dixerat.*] Manumiſſio erat actus legitimus, ut præter Juris Auctores docet Varro in lib. 5. de lingua Lat. In ejuſmodi verò actibus hæc ſollemnis erat formula, ut lege agi juberet is, penes quem erat juriſdictio. Unde apud Vopiſcum in Aureliano Crinitus Aurelianum apud Principem adoptaturus ſic ait: *Jube ut lege agatur, ſitque Aurelianus heres ſacrorum, nominis & bonorum totiuſque juris Ulpio Crinito.* Ceterùm quod hîc legitur, Julianum lege agi juſſiſſe, ſic accipio, ut Juliani præſentis honori venerationíque id dederit Mamertinus. *Idem.*

h *Admonitus ea die juriſd. ad alterum pertinere.*] Hic locus magnam habet obſcuritatem. An fortè intelligit, juriſdictionem eo die non ad Mamertinum Coſ. ſed ad collegam ejus Nevittam, aut ad Præfectum Urbis pertinuiſſe? Sanè Coſſ. olim in Rep. alternis menſibus faſces habebant, jam inde à Bruto qui primus Conſul fuit, ut docet Dionyſius in lib. 5. initio, & in lib. 9. pag. 600. Moríſque erat ut ante Conſulem, quo menſe faſces non haberet, Accenſus iret, Lictores ponè ſequerentur, teſte Suetonio in Julio, & T. Livio in lib. 3. ubi de Decemviris. Vide & Agellium in lib. 2. cap. 15. Quoties autem ambo Coſſ. erant in caſtris, alternis diebus imperium habebant: ut declarat Polybius in narratione pugnæ Cannenſis lib. 3. Sed hæc explicatio huic loco convenire non poteſt. An ergo potiùs intelligit, juriſdictionem non ad Julianum, ſed ad Mamertinum Coſ. pertinuiſſe? *Idem.*

i *Ut errato obnoxiam Decembris auroram & ipſe mutavit.*] Hîc verò planè opus eſt OEdipo. Quis enim eſt

multavit. [k] Frequentabat inter hæc [4] Curiam agendo diverſa, quæ [5] diviſiones multiplices ingerebant. Et cùm die quodam ei cauſas [6] ibi ſpectanti veniſſe nuntiatus eſſet ex Aſia Philoſophus Maximus, [l] exſiluit indecorè: & qu eſſet oblitus, effuſo curſu à veſtibulo longè progreſſus, exoſculatum ſuſceptúmque reverenter ſecum induxit, [m] per oſtentationem intempeſtivam nimiu captator inanis gloriæ viſus, præclaríque illius [n] dicti immemor Tulliani, qu tales notando ita relatum: *Ipſi illi Philoſophi, etiam in his libris quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt, ut in eo ipſo quo prædicationen [7] nobilitatémque deſpiciunt, prædicari de ſe ac ſe nominari velint.* Nec multo deinceps, duo [o] Agentes in rebus ex iis qui projecti ſunt, cum adiere, fiden

4 *Mſ.* Curium agendo diverſo. 5 *Mſ.* diviſiones. 6 *Mſ.* ſibi ſpectanti. 7 Al. *nobilitatum.*

qui hîc quidquam intelligat? In codice Vaticano ante quadringentos plus minùs annos deſcripto ſic legitur: *Ut terrato obnoxium Decembris aurorem & ipſe mutavit.* [Ita & in Mſ. Colbert.] Neque aliter refert Editio Rom. niſi quòd in ea excuſum eſt *auroram.* At codex Regius prorſus cum Vaticano conſentit. Tantùm in eo vox illa *Decembris* deeſt. * Proinde non dubito, quin totus ita ſcribendus ſit locus: *Ut errato obnoxium decem libris auri ſemetipſe multavit.* Quam emendationem paullo poſt primam Editionem hujus operis cùm feliciter deprehendiſſem, cámque communicaſſem viris doctiſſimis, Sirmundo, Rigaltio, Serravio: illi eam ſtatim magnopere probârunt. Solus repertus eſt Jacobus Gothofredus, qui cùm hunc locum aliter emendâſſet, prorſus infeliciter; noſtram emendationem improbavit, ob id præcipuè quòd novum ipſi videbatur, à ſemetipſo quemquam multari. Exſtat tamen illuſtre exemplum ejus rei apud Auguſtinum in libro 1. de ſermone Domini in monte, de Acindyno Præfecto Prætorio, qui ſe ipſe multavit. *Henr. Valeſ.* * [Ludovicus Nublæus V. Cl. & doctiſſimus, mihi ſuggeſſit, quod pridem antea fratrem monuerat, exſtare legem Gratiani, Valentiniani & Theodoſii Impp. legem inquam unicam in titulo utriuſque Codicis, Ammiani emendationi illuſtrandæ accommmodatiſſimam, quæ talis eſt: *Si quacumque præditus poteſtate, vel ad eum pertinentes ad ſuppoſitarum jurisdictioni ſuæ adſpirare tentaverit nuptias: licet prohibitas nuptias non peregerit; attamen pro tali conamine multæ librarum auri decem obnoxium ſtatuimus.* Ex quibus intelligitur, decem auri librarum multam tum omnium maximam fuiſſe: quæ & rectoribus provinciarum, poteſtatibuſque civilibus ac militaribus lege infligi conſueviſſet, & quam ipſe etiam ſibi Imperator Julianus propter errorem irrogandam putârit.] *Had. Valeſ.*

k *Frequentabant inter hæc Curiam aggere diverſo.*] Stulta & inepta lectio neſcio unde in Lindenbrogii Editionem irrepſit. In Editione certè Rom. legitur, *agere diverſo diverſáſque diviſiones mult. ingerebant*: quod nec Accurſius nec Caſtellus mutaverunt. Sed Gelenius ita edere maluit: *Frequentabant inter hæc Curiam agendo diverſi, diverſáſque occaſiones mult. ingerebant.* Sed cùm Mſſ. Regio ac Flor. & Valentino [ac Colbertino] * Toloſ. * legi comperiſſem, *agendo diverſo diverſáque diviſiones multip.* exiſtimavi ſic à Marcellino ſcriptum fuiſſe: *Frequentabat inter hæc Curiam agendo diverſa, quæ diviſiones m. ing.* ut hæc de Juliano ipſo dicantur. Quod egregiè confirmat Libanius in Orat. funebri pag. 2 εἰσῆλθεν ϗ εἰς τὸ συνέδριον, ϗ τὴν μεγάλην βουλὴν περὶ αὐτὸν ἱδρυσε, πολλῷ δὴ χρόνῳ ταύτης τῆς τιμῆς ἐστερημένην· εἰς μὲν γὰρ τὸ παλάτιον εἰσεκαλεῖτο πρότερον ἑστῶσά τε ϗ μικρὰ ἀκουσομένη, & Id eſt: *Introibat etiam in Curiam, & Senatores circa ſe ſedentes habuit: quo honore diu illi caruerant. Accerſebantur enim in palatium, ut ſtantes pauca quædam audirent,* (Idem de Juliano tradit Socrates in lib. 3. *Idem.*

l *Exſiluit indecore.*] At id ejus factum prædicat Libanius pag. 299. his verbis: λέγεται δ᾽ αὐτῷ ἀγγέλλει τις προσιέναι τὸν διδάσκαλον ἄνδρα Ἴωνα φιλόσοφον, ἐξ Ἰωνίας κεκλημένον· ἐκ μέσων ἀναπηδήσας τῶν γερόντων ἔθει πρὸς τὰς θύρας. & mo περιβαλὼν οὖν ϗ ἀσπασάμενος ὡς νόμος τοῖς ἰδιώταις ἀλλὰ βασιλεῦσί γε ἀλλήλους, εἰσῆγεν οὐ μετέχοντα τῆς βουλῆς. *Hæc cùm Senatu ageret, nuntiatur à quodam adeſſe magiſtrum ip ex Jonia accitum. Ipſe igitur ex medio patrum Conſcr exſiliens, ad veſtibulum cucurrit.* Et mox: *Cúmque bene amplexus oſculatúſque eſſet, perinde ac privati, potiùs perinde ac Reges inter ſe ſolent, induxit eum in Curiam, tametſi ille in Senatum relatus non eſſet.* [Ad hu Maximum exſtant complures Juliani Epiſtolæ fami riſſimæ.] *Idem.*

m *Per oſtentationem intemp.*] Longè diſſimilis M Imp quem tamen velut exemplar ſibi propoſuerat. Ill nim in colenda Philoſophia moderatum ſe, & æqual ſemper præſtitit: unde in lib. de vita ſua id à Vero fra didiciſſe ſe fatetur, τὸ ἄμαχον ϗ ὁμαλὲς ἐν τῇ τιμῇ τῆς Idem ſtudioſè elaborabat, ut eumdem tenorem ubi ſervaret, quod ἀνεπιτηδεύτως τι προφέρειν dicit eleganter in libris. *Idem.*

n *Dicti immemor Tulliani*] Cicero pro Archia, at ex eo Primaſius Afer in Epiſt. Pauli, pag. 129. *Lindenbr.*

o *Agentes in rebus ex iis qui projecti ſunt.*] Hos Agentes in rebus unà cum ceteris Palatinis ferè omnibus Julianus in exordio principatus palatio expulerat. Atque ipſe Scholam quidem omnem noménque Agentum in

tiùs promittentes latebras monſtrare Florentii, ſi eis gradus militiæ redderetur: quos inceſſens delatoréſque appellans, addebat non eſſe Imperatorium, obliquis flecti indiciis ad retrahendum hominem mortis metu abſconditum, qui fortè non diu latitare citra ſpem veniæ permitteretur. Aderat his omnibus p Prætextatus, præclaræ indolis gravitatíſque priſcæ Senator, ex negotio proprio fortè repertus apud Conſtantinopolim, quem arbitrio ſuo Achaiæ Proconſulari præfecerat poteſtate. q Nec tamen cùm corrigendis civilibus ita diligenter inſtaret, omiſit caſtrenſia: rectores militibus diu exploratos adponens, urbes quinetiam per Thracias omnes cum munimentis reparans extimis curánſque ſollicitè ne arma vel indumenta, aut ſtipendium, vel alimenta deeſſent his, quos per ſupercilia Hiſtri diſperſos, excurſibúſque barbarorum oppoſitos, agere vigilanter audiebat & fortiter. Quæ cùm ita divideret, nihil ſegniùs agi permittens: ſuadentibus proximis ut aggrederetur propinquos r Gothos ſæpe fallaces & perfidos, hoſtes quærere ſe meliores aiebat: illis enim ſufficere ſ mercatores Galatas, per quos ubique ſine conditionis diſcrimine venumdantur. Hæc eum curantem & talia commendabat externis nationibus fama, ut fortitudine, ſobrietate, militaris rei ſcientia, virtutúmque omnium incrementis excelſum: paulatímque progrediens ambitum oppleverat mundi. Proinde timore ejus adventus per finitimos longéque diſtantes latiùs explicato, t legationes undique [8] ſolito ociùs concurrebant: hinc Tranſtigritanis pacem obſecrantibus & Armeniis, inde nationibus [9] Indicis certatim cum donis Optimates mitten-

8 ſolito ejus. 9 *Mſ.* divis & Serendivis.

---

us aboleri juſſerat: ſed Magiſter Officiorum, cui præcepti exſecutio mandata fuerat, alios ejecit, ceteros renuit: ut docet Libanius in Orat funebri, pag. 294. ubi multa de eorum calumniis & rapinis ſubjicit. Porro Agentes in rebus XVII. omnino habuit Julianus, cùm ſecuti Principes ad x. millia habuerint, teſte Libanio in Oratione *πρὸς τοὺς βαρεῖς αὐτὸν καλέσαντας.* Valeſ.

p *Prætextatus quem Achaiæ Proconſulari pr. pot.*] Eum Magiſtratum geſſit Prætextatus uſque ad initium Imperii Valentiniani Senioris, ut docet Zoſimus in principio lib. 4. Πραιτεξτάτος ὁ τῆς Ἑλλάδος τὴν ἀνθύπατον ἔχων ἀρχὴν, ἀνὴρ ἐν πάσαις διαπρέπων ταῖς ἀρεταῖς. *Prætextatus Achaiæ Proconſul, vir omnibus virtutibus excellens.* Vettius Agorius Prætextatus hic dicebatur, ut docet vetus Inſcriptio: qui poſtea Præfectus Urbi fuit Valentiniano II. & Valente II. Coſſ. ut ſcribit Marcellinus noſter: ac multo poſt Præfectus Prætorio ſub Theodoſio deceſſit, cùm eſſet Conſul deſignatus, ut teſtatur D. Hieronymus, & Symmachus. Eumdem intelligere videtur Hieronymus in Epiſt. ad Marcellam de exitu Leæ. * Himerii encomium εἰς τὸν ἀνθύπατον τῆς Ἑλλάδος Πραιτεξτάτον memorat Photius. * *Idem.*

q *Nec tamen omiſit caſtrenſia.*] Zonaras idem quoque ſcribit: καὶ τὰ στρατιωτικὰ δὲ ἐπεσκέπτετο καὶ ἐξήταζε. Idem.

r *Gothos ſæpe fallaces & perfidos*] Rutilius in Itinerario: *Submittant trepidi perfida colla Getæ.* Salvianus lib. 7. *Gothorum gens perfida, ſed pudica.* Vide Sidonium Apollinarem lib. 6. epiſt. 6. * *Lindenbr.*

ſ *Mercatores Galatas*] Galatæ venaliciarii erant, & ſervitia vendebant: quod teſtatur etiam Claudianus in Eutropium lib. 1.

Hinc fora venalis Galata ductore frequentat.

Ceterùm & illud notandum eſt, veteres Latinos à venaliciariis mercatores diſtinxiſſe, nec mercaturæ nomine mancipia cenſuiſſe. Plautus:

Mercaturámne, an venales habuit? ubi rem perdidit.

Cicero in Corneliana 2. *N que me divitiæ movent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venaliciarii mercatoréſque ſuperarunt.* Neque obſtat vetus Inſcriptio quæ ſic habet: L. VALERIUS. ZABDAE. MERCAT. VENALICII. L. Nam libertus patronum ſuum mercatorem venalicium honoris causâ appellat. *Valeſ.*

t *Legationes undique ſolito citiùs concurrebant.*] De his legationibus ita loquitur Zonaras: ἐχρημάτιζε δὲ καὶ πρέσβεσιν ἐκ διαφόρων ἐθνῶν σταλεῖσι πρὸς τὸν Κωνστάντιον. Quaſi verò hæ legationes ad Conſtantium miſſæ eſſent, non ad Julianum ipſum. Porro Editio Rom. hunc locum ſic exhibet, *undique ſolito ejus concurrebant*: neque aliter Mſſ. Flor. [& Colb.] At in Regio codice ita ſcriptum reperi, *undique ſolito magis conc.* Sed emendatum eſt eadem manu, *ſolito*

tibus ante tempus [v] abuſque Divis & Serendivis: ab Auſtrali plaga ad famulandum rei Romanæ ſemet offerentibus Mauris: ab Aquilone & [x] regionibus Solis per quas in mare Phaſis accipitur, Boſporanis aliiſque antehac ignotis legationes vehentibus ſupplices ut annua complentes ſollemnia intra terrarum genitalium terminos otioſè vivere ſinerentur.

Cap. VIII. Appoſitum eſt (ut exiſtimo) tempus, ad has partes nos occaſione magni Principis devolutos, ſuper Thraciarum extimis, ſitúque Pontici ſinus viſa vel lecta quædam perſpicua fide monſtrare. Athos in Macedonia mons ille præcelſus, [y] navibus quondam Medicis pervius, & Caphareus Euboïcus ſcopulus, [z] ubi Nauplius Palamedis pater claſſem conliſit Argivam, licèt longo ſpatio controverſi [a] a Theſſalo mari diſtinguunt Ægæum quod paullatim fuſiùs adoleſcens, dextrâ, quâ latè protenditur, per Sporadas eſt inſuloſum atque Cycladas; ideo ſic appellatas, quòd omnes ambiunt Delon [1] [b] partu Deorum inſignem: lævâ [2] Imbrum & Tenedum circumluens & Lemnum & [3] Thaſum: quando perflatur, Leſbo illiditur violentiùs. Unde gurgitibus refluis [c] Apollinis Sminthii templum & Troada perſtringit, &

1 *Mſ.* parte. 2 *Mſ.* Embrum. 3 *Mſ.* Taxum.

crebriùs, utrumque ex conjectura, ut ex ipſa emendationis inconſtantia apparet. Quam tamen equidem malim ſequi, quàm illam Caſtelli: *Undique ſollicite ad eum concurrebant.* Valeſ.

v *Abuſque Indis & Serindis.*] Sic primus correxit Gelenius, cùm in Editione Rom. ſcriptum eſſet, *abuſque diviſiſſet Serendijus.* Ego verò codicis Regii, & Flor. [ac Colbertini] ſcripturam ſequi malui, quæ ſic habet, *Divis & Serendivis.* Sunt autem gentes Indicæ ſic appellatæ. Divi quidem iidem eſſe videntur, quos Divas vocat Expoſitio totius mundi. * Seu potiùs Diveni, qui inſulam habitant Divu nomine, ex qua oriundum fuiſſe Theophilum Indum auctor eſt Philoſtorgius in libro 3. Hiſt. Eccleſ. Et hæc fortè eſt inſula, quæ vulgò dicitur Diu, ad os Indi fluv. ſita, Regi Cambaiæ obnoxia: quam deſcribit Oſorius in libro IX. de rebus Emmanuëlis R. Quod ſpectat ad Serendivos vel Serindivos, aſſentior viro doctiſſimo Samuëli Bocharto, qui Serindivos ait eſſe incolas inſulæ *Seilan*, quæ & *Serandib* Arabicè dicitur: quam eamdem eſſe cum Taprobane, multis probat idem Bochartus in lib. I. de Coloniis Phœnicum capite ultimo. * *Valeſius.* Adde Iſ. Voſſium ad Pomponium Melam. III. 7. *Gron.*

x *Regionibus Solis.*] Fortè quia Æetes Solis filius iis regionibus imperavit, ut ſcribit Apollodorus. Quòd ſi *ſolis* adjectivè ſumitur, idem erit ac *deſertis.* Valeſ.

y *Navibus quondam Medicis*] Herod. lib. VII. *Lindenbr.*

z *Ubi Nauplius Palamedis pater claſſem concidit Arg.*] Dio Chryſoſt. in Euboico: Μικρὸν δ' ἴσως, ὥσπερ εἶμαι, τὸν Ναύπλιον ἐκεῖθεν ὑπὸ τῶν Καφηρέως ἥκοντα. Idem.

a *A Theſſalo mari diſtinguunt Ægæum.*] Primus eam ſcripturam excogitavit Gelenius, cum in antiquioribus Editionibus legeretur: *Controverſaria Theſſamalitis cigitur Ægeum.* Neque aliter in Codice Regio, niſi quod in eo [ut & in Colbert.] legitur, *tingunt Ægeum.* Initium maris Ægæi hoc in loco definiebat Marcellinus. Quod alii à Sunio Atticæ promuntorio, ut Mela, alii Acroceraunii Epiri montibus initium capere dicunt, inter quos eſt Plinius, & Solinus. Myrtoum enim Æg. partem faciunt, alióſque ſinus. Ægæum tamen proprie dictum ab Myrtoi fine incipit; ut teſtis eſt Strabo in l. 2. & in Helleſpontum deſinit. Marcellinus autem noſter a Caphareo Eubœæ incipere dicit. Sed quod ait, Caphareo & Atho montibus Ægæum à Theſſalo mari diſtingui, prorſus intelligere nequeo. Nec dubito, quin locus iter ſit corrigendus. *Valeſ.* Itaque & conjecturam Voſſii adſcripſit exemplari ſuo pater *controverſæ Athſinnmitatis*, propiorem quidem ad Mſſ. ſed quæ, ut opinor, non exhaurit mentem auctoris; & *controverſus* ſolet in hoc auctore ſcribi corrupte pro *contraverſus*, patet tum ex ſeqq. verbis, *quibus controverſæ extrant ſunt Symplegades*, tum ex libro XXII. cap. 15. quem ſenſum & hic requiri non dubito. *Gron.*

b *Patriam Deorum inſignem.*] Emendavi *partu Deorum* cùm in Mſſ. omnibus legeretur *parte.* Valeſ.

c *Apollinis Sminthii*] Ἀπόλλωνος τοῦ Σμινθίου meminit Pauſan in Phocic. Lactant. de falſ. religione lib. I. cap. * Unde verò Sminthius hic vocetur, explicat Tzetzes in Lycophron. pag. 192. * Macrob. Saturn. I. c. 17 *Sminthius cognominatur ὅτι ζέων θεῖ quia fervens currit.* Arnob. lib. 3. de Libero & Apolline: *Alter feculentæ [illegible]tatis dator, Sminthiorum alter pernicies murium.* Servius Æneid. 3. p. 271. *Cretenſes murem Sminthicem dicunt.* Et poſt: *Sminthos mures vocari à Phrygibus.* Confirmat Tzetzes. Hezychius: Σμινθεὺς ὁ ἐν τῇ Σμίνθῃ ἱερωμένος

Ilium heroicis caſibus clarum: efficítque [d] Melana ſinum oppoſitum Zephyro: cujus apud principium Abdera viſitur Protagoræ domicilium & Democri-ti: cruentæque Diomedis Thracii ſedes, & convalles per quas Hebrus ſibi miſcetur, & [4] Maronea, ac [e] Ænus, quâ diris auſpiciis cœptâ móxque relictâ, ad Auſoniam veterem ductu numinum properavit Æneas. Hinc gracileſcens paullatim, & velut naturali quodam commercio ruens in Pontum, [f] ejúſque partem adſumens, in ſpeciem Φ Græcæ litteræ formatur: exin Helleſpontum à Rhodopa ſcindens, Cynoſſema, ubi ſepulta creditur Hecuba, & [g] Cœla præterlabitur & Seſton & Callipolin: contrà per Achillis Ajacíſque ſepulcra Dardanum contingit & Abydon, unde junctis pontibus Xerxes maria pedibus peragravit: dein [h] Lampſacum, Themiſtocli dono datam à Rege Perſarum, & Parion, quam condidit [ik] Jaſionis filius Parius. Unde ſemiorbe curveſcens altrinſecus, latáque aperiens terrarum divortia, circumfluis ſpatiis Proponti-

4 *Mſ.* Matronæ ac AEnus.

...γε]) δὲ καὶ ὁ Ἀπόλλων. Σμίνθυς, μῦς· καὶ ὁ Ἀπόλλων διὰ τὸ ὅτι μυωνας φασὶ βεβηκέναι. Lindenbr.

d *Melana ſinum oppoſitum Zephyro.*] In Mſ. Regio & editione Rom. ſcribitur *Zephyri*, & in Regio ſuperſcriptum eſt *Zephyris*. Eſt autem Melas ſinus ad Occaſum oppoſitus Cherſoneſo Thraciæ. *Valeſ.*

e *Ænus, qua diris auſpiciis cœpta.*] AEnum Thraciæ urbem ab AEnea conditam eſſe teſtatur Conon in Narratione 46. & Mela in lib. 2. cap. 2. & Origo gentis Romanæ. At Dionyſius Hal. in lib. 1. non AEnum, ſed AEneiam urbem ab eo conditam ſcribit in Cherſoneſo, quam Pallenem vocant: eámque ad Caſſandri tempora ſtetiſſe dicit: ſed cùm Caſſander Theſſalonicam conderet, AEneatas in eam urbem tranſtulit: AEneatæ tamen quotannis Theſſalonica proficiſcebantur AEneiam, ſollemne ſacrum in memoriam conditoris AEneæ facturi, ut ſcribit Livius in lib. 40. initio. Cum Marcellino tamen conſentit Virgilius in lib. 3. principio, & urbem in Thracia ædificatam ab AEnea canit, AEnum procul dubio ſignificans. Sed quod addit,

AEneadáſque meo nomen de nomine fingo,

obſtare videtur. Neque enim ab AEno patronymicum AEneades, ſed Αἴνιος, ut docet Polybius, & Livius. Ab AEneia quidem, de qua diximus, gentile fit Αἰνειάται. Sed AEnum ab AEnea condi non potuiſſe, rectè probat Servius, ex eo quòd Homerus inde auxilia ad Trojam veniſſe dicat: & quòd Callimachus, & Euphorion à ſocio Ulyſſis illic ſepulto, eo tempore quo miſſus eſt ad frumenta apportanda, cognominatam ſcribant. * Adde quòd Hercules tanto ante AEneam Trojâ rediens, AEnum appuliſſe dicitur ab Apollodoro. * *Idem.*

f *Ejuſque partem adſe jungens.*] Codex Regius, * Vat. * [ac Colbert.] & Editio Rom. ſcriptum ſic habent, *adſeuncens.* In Regio tamen ſuſperſcriptum eſt prout edit. Gelenius. Sed Editionis Auguſtanæ ſcripturam præferendam eſſe exiſtimavi: niſi cui placet emendare: *Ejuſque partem adſciſcens*, [vel *adſe uncans.*] Valeſ. Enimvero hæc digna tantis ingeniis. Ipſæ literæ cui non paulo attentiori ſuggerunt *adſe uniens*? Gron.

g *Cœla præterlabitur.*] In Actis Epheſini Concilii Cyrillus Cœlorum Epiſcopus recenſetur. Ejuſdem opidi meminit Nicetas Choniates in lib. 5. de rebus Manuelis Comneni: κατάγεται εἰς τὰ κοῖλα ταῦτα δὴ τὰ περὶ σηςόν τε καὶ ἄβυδον. Malè ergo in Ptolemæi libris ſcribitur Κύλλα, σηςὸς in Helleſponto. In Chronico quoque Alexandrino inter urbes quinti Climatis numerantur Χεῤῥόνησος, Κύλα, σηςὸς: eodem errore pro Κοῖλα. Cœlos portus dicitur à Mela in lib. 2. & à Plinio in 4. *Idem.*

h *Lampſacum Themiſtocli dono datam*] Æmil. Probus in Themiſt. Scholiaſtes Ariſtoph. in Equitib. pag. 196. *Lindenbr.*

i *Jaſonis filius Parius.*] Mſ. *Parus*, malè. neque *Jaſonis* ſed *Jaſionis* legendum, ἀπὸ Πάριος τοῦ Ιασίωνος. Stephanus περὶ πόλ. Euſtath. in Dionyſium. *Idem.*

k *Jaſionis filius Parius.*] Jaſion Electræ & Coryti filius ex Cerere Plutum & Philomelum ſuſtulit, inter quos non bene conveniſſe dicitur. Plutus enim cùm eſſet opulentior, nec fratri quidquam dare vellet, Philomelus neceſſitate coactus, quodcumque habebat vendito, eo boves duos emiſſe dicitur, & plauſtrum primus fabricaſſe, atque arando ſemet aluiſſe. Ex hoc Parium Petelidas ait natum, qui de ſuo nomine Parin, & opidum Parion appellavit, ut ſcribit Hyginus in Aſtronomico Poëtico cap. de Arctophylace * Arrianus verò in Bithynicis Parium Jaſionis filium facit, à quo Parium urbem in Helleſponto conditam eſſe ait: ut refert Euſtathius in librum v. Odyſſeæ pag. 1528. * Alii tamen à Paride Priami filio Parion opidum dictum volunt, inter quos eſt Johannes Antiochenus in Excerptis, quæ abhinc biennio publicavi, & Suidas in πάριον. Sanè in eo opido Paridis ſtatua fuit, in foro magicis cærimoniis conſecrata, cui publicè ſacra fiebant, ut docet Athenagoras in Apologetico: τὸ ὁ πάριον Ἀλεξάνδρου καὶ πρωτέως, &c. Valeſ.

dos reſpergit [l] ex Eoo latere Cyzicum, & Dindyma religioſa Matris Magnæ delubra, & [m n] Apamiam, Ciúmque, & [o] Aſtacum ſecuto tempore Nicomediam à Rege cognominatam: quà in occaſum procedit, Cherroneſum pulſat & [p] Ægos-potamus, in quo loco lapides caſuros ex cælo prædixit Anaxagoras, & Lyſimachiam, & civitatem quam [q] Hercules conditam Perinth[um] comitis ſui memoriæ dedicavit. Et ut effectè plenéque Φ litteræ figura ſerve[tur], in meditullio ipſo rotunditatis Proconeſus inſula eſt oblonga, & Beſb[i]cus. Poſt cujus ſummitatem in anguſtias rurſus extenuatum, Europam & Bithyniam intercurrens, per Chalcedona, Chryſopolim, & ſtationes tranſ[it] obſcuras. Nam ſupercilia ejus ſiniſtra [r] Athyras portus deſpectat & Selymbria, & Conſtantinopolis, vetus [ſ] Byzantium, Atticorum colonia, & [t] pr[o]...

l *Ex eo latere.*] Emendavi *ex Eoo latere*: quam emendationem confirmant ea quæ ſtatim ſubnectuntur: *Quà in Occaſum procedit, Cherroneſum pulſat, &c.* Valeſ.

m *Apamiam, Ciumque & Aſtacum*] Mſ. Flor. indicio locum hunc mancum deprehendimus: in eo enim ſic legitur: *Aſpamiam Ciumque ubi Hylam ſecuto & Aſtacum.* Indubiè tale aliquid ſcripſit Ammian. *Apamiam, Ciumque, ubi Hylam inſecuta rapuit Nympha, & Aſtac.* Priſcianus Perieget.

Bebrycii poſt hos, & Myſia montibus alta,
Quà Cius egregiâ decurrens murmurat undâ:
Quâ Nymphas comitem perhibent rapuiſſe potentis
Alcidæ puerum, triſtiſſima fata gementis.

Strab. lib. XII. pag. 388. Μυθεύουσι δὲ Ὕλαν ἕνα τῶν Ἡρακλέους ἑταίρων συμπλεύσαντα ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς αὐτῷ, ἐξιόντα δ' ἐπὶ ὑδρείαν ὑπὸ Νυμφῶν ἁρπαγῆναι. Κίον δὲ, καὶ τοῦτον Ἡρακλέους ἑταῖρον ἐπανελθόντα ἐκ Κόλχων, αὐτόθι καταμεῖναι, καὶ κτίσαι τὴν πόλιν ἐπώνυμον αὐτοῦ. Vid. Schol. Apoll. lib. 1. num. 36. Euſtath. in Dionyſ. p. 107. *Lindenbr.*

n [*Et Apamiam, Ciumque & Aſtacum, ſecuto tempore Nicomediam a Rege cognominatam.*] Petrus Pithœus ad marginem Ammiani ſui adnotavit, pro *& Aſtacum* in veteribus libris ſcriptum inveniri, *ubi Hylam.* Ex quo apparere, heic nonnulla deeſſe. Conſtare enim juxta Apamiam Hylam Herculis delicias à Nymphis raptum, & necatum fuiſſe in amne, qui poſtea Hylas dictus ſit. Certè in codice Colbertino qui eſt optimæ notæ, ſcriptum reperio: *Et Apamiam, Ciumque, ubi Hylam, ſecuto tempore Nicomediam à Rege cognominatam.* Ubi aliqua deeſſe cum Pithœo non dubito: ſed quomodo ſuppleri emendaríque poſſint, haud facile dictu eſt. Vulgata quidem lectio planè mendoſa eſt. Nam Aſtacum à Nicomedia Plinius diſertè diſtinguit in libri V. capite XXXII. & ultimo. Cios fluvius Cium vel Cion opidum alluit, & Hylæ amni proximus eſt: ut ibidem Plinius docet] *Had Valeſ.* Vexavit me hic locus, quem putabam conſideratione dignum, unde cogitabam, an libri veteres forte indicarent *Ciumque & Olbiam, ſecuto* &c. Hanc enim nonnulli volunt poſtea ab rege Nicomede nomen accepiſſe. Sed acrius intuens vidi nec deeſſe quidquam, nec ſic mutari debere; quum recte ſic procedat oratio, *Ciumque, ubi Hyla*; (nempe amnis notiſſimæ famæ eſt) *inſecuto tempore Nicomediam* &c. ſcil. quoque reſpergit. Hylas & Hyla, Tyras & Tyra, de quo mox Valeſius. Suſpicor eti[am] ab Ammiano ſcriptum *religioſa Matris Magnæ delubra.* enim pertinet tantum ad Dindyma, non ad Cyzicu[m] ubi Proſerpina principatum obtinebat. *Gron.*

o *Aſtacum ſecuto tempore Nicomediam à Rege cognominatam*] Strabo lib. XII Ἀστακὸς Μεγαρέων κτίσμα καὶ Ἀθηναίων, καὶ μετὰ ταῦτα Δοιδαλσοῦ, ἀφ' ἧς καὶ ὁ κόλπος ὠνομάσθη. κατεσκάφη δ' ὑπὸ Λυσιμάχου. τοὺς δ' οἰκήτορας μετήγαγεν εἰς Νικομήδειαν ὁ κτίσας αὐτήν. * Pauſanias lib. V. Ἀπὸ τούτου δὲ ([Ni]comedem intelligit) καὶ τῇ μεγίστῃ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ πόλεων μ[ετε]βλήθη τὸ ὄνομα, Ἀστακῷ τὰ πρὸ τούτου καλουμένῃ. Lindenbr.

p *ÆEgos-potamus, in quo loco lapides caſuros ex c[ælo] prædixit Anaxagoras*] Diogen. Laërtius in Anaxag[ora]: φασὶ δ' αὐτὸν προειπεῖν τὴν περὶ Αἰγὸς ποταμοὺς γενομένην τοῦ λίθου πτῶσιν, ὃν εἶπεν ἐκ τοῦ ἡλίου πεσεῖσθαι. Ammian. inf. ad fin[em] hujus libri. *Idem*

q *Hercules conditam Perinthum comitis ſui memo[riæ] dedicavit*] Non ab Herculis, ſed à Perintho Epidau[rio] Oreſtis commilitone nominatam ſcribit Stephanus [περὶ] πόλ. in Perintho. *Idem.*

r *Athyras portus.*] Sic dictus ab Athyra fluvio, [qui] juxtà in Propontidem evolvitur, ut tradit Agathias lib 5. Meminit ejuſdem urbis Procopius in lib 4. de [ædi]ficiis Juſtiniani, & Zonaras ac Nicetas. Erátque [u]num huic opido fanum τοῦ ἀρχιστρατήγου, id eſt S. Micha[elis] celeberrimum, in loco qui Damocrania dicebatur, [ut] Cedreno in Michaële Calaphate. Ejus ſitum diſcimu[s ex] Itinerario Burdigalenſi: *Manſio Sylembria* M. X. *Mut.* *Callum* M. X. *Manſio Atthyra* M. X. *Manſ. Regio* M. XII. [*Ci*]*vitas Conſtantinop.* M XII. *Valeſ.*

ſ *Byzantium Atticorum colonia.*] Byzantium condid[erunt] Megarenſes anno 2. Olymp. 30. ut ponit Euſebius in Ch[ro]nico anno 17. poſtquam Chalcedon condita fuerat, [ut] Herodoro in lib. 4. Chalcedon autem Olymp 26. ann[o] à Megarenſibus duce Archia conſtituta dicitur in Euſ[ebii] Chronico. Poſt Megarenſes deinde Mileſii Byzanti[um] colonis frequentarunt, ſi credimus Velleio in lib. 2. [De]nique Pauſanias Lacedæmonius paullo poſt bella Me[dica] coloniam eò Lacedæm. deduxit, ut tradit Juſtinus in

muntorium Ceras prælucentem navibus vehens conſtructam celſiùs turrim: quapropter [v] Elatas appellatur. [x] ventus inde ſuetus oriri prægelidus. Hoc modo fractum & participatione maris utriuſque finitum, jámque miteſcens, in æquoream panditur faciem, quantum poteſt cadere ſub adſpectum, latè diffuſum & longè. Omnis autem ejus velut inſularis circuitus litorea navigatio [y] viginti tribus dimenſa milibus ſtadiorum, ut Eratoſthenes affirmat, & Hecatæus, & Ptolemæus, aliíque hujuſmodi cognitionum minutiſſimi ſcrutatores, in ſpeciem Scythici arcus nervo coagmentati geographiæ totius aſſenſione formatur. Et [z] quà Sol Oceano exſurgit Eoo, paludibus clauditur Mæotidos: quà declinat in [5] veſperum, Romanis provinciis terminatur: unde ſuſpicit ſidus Arctoum, homines alit linguis & moribus diſpares: latus ejus Auſtrinum molli devexitate ſubductum. Per hæc ampliſſima ſpatia oppida ſunt diſperſa Græcorum: quæ cuncta ætatibus variis præter pauca Athenienſium coloni con-

5 *Mſ.* veſperum ultro Roman.

. Inter hos Athenienſium nulla occurrit mentio. Niſi ortè quia Athenienſium coloni erant Mileſii, à quibus yzantium conditum eſſe Velleius dicit, Athenienſium oloniam dici eam poſſe putemus. *Idem.*

t *Promontorium Ceras prælucentem navibus vehens conr. celſ. tur. quapropt. Pharos app.*] Mſ. *quapropter elatas op.* videtur abſtruſius aliquid latere. Strabo lib. VI. πὶ ᾗ τὸ Κέρας προσεχὲς τῷ Βυζαντίῳ τείχει, κόλπος ἀνέχων ὡς ρὸς δύσιν ἐπὶ σαδίους ἑξήκοντα, ἐοικὼς ἐλάφου κέρατι. Vid. P. Gil- Viri doctiſſ. Boſpori Thracii Deſcriptionem. *Linnbr.*

v *Pharos appellatur.*] Sic primus edidit P. Caſtellus, m in Editione Rom. legeretur *Elatas appellatur:* neque ter in Codice Regio, * Vatic. * & Florentino. [In olbert. legitur: *Q. Elatas appellatur vetus inde ſuetus oi prægelidus.*] Valeſ.

x *Er vetus inde fons Euripi.*] Sic Caſtellus & Geleni- hunc locum correxerūnt, qui in Editione Rom. ſic gebatur, *Vetus inde ſuetus* Oripi· & ita quoque in codi- Regio, * Vatic. Toloſ. * [& Colbert.] Quid aum intelligat Marcellinus, facilius eſt dicere quàm id ſcripſerit. Scribit enim Solinus, & Plinius in lib. 4. *nuis deinde Euripus porrigitur ad Aſiæ urbem Priapum.* umdem Euripum Thracii Boſpori, qui Byzantium & halcedonem interfluit, memorat Plinius in lib. 9. cap. . * Verùm Euripus ille non facit ad hunc locum. Rectis ergo emendationibus ſeu potiùs depravationibus Caſtelli, totum hunc locum ex veſtigiis priſcæ ſcripturæ quam ſuprà retulimus, ita reſtituendum eſſe affiramus: *Et promuntorium Ceras, prælucentem navibus vens conſtructam celſiùs turrim: quapropter Ceratas appellar ventus inde ſuetus oriri prægelidus.* Ac poſtremam quim hujus loci partem ita primus correxit Lucas Holſteus. Ego verò priorem partem quæ de Cerata vento, rtiſſimâ ut opinor conjecturâ emendavi. Ait ergo Marcellinus *Ceratam* ventum appellari, eo quòd ſpiret à promuntorio quod dicitur Ceras. Certè novum non eſt, ventos à locis unde flant, nomen accipere. *Sic Scironites* dicebatur ab Athenienſibus ventus, quià Scironis promuntorio ſpirabat. * *Valeſ.* Bene eſt, quod mutationis hujus ratio ſit addita. Sed quomodo Valeſius ei poteſt inſcribi, quod jam Salmaſius ex ſeſe publicavit in Solinianis pag. 166. nam ſive *Ceratas* ſive *Ceratos*, pro eodem poteſt eſſe. Sed quidquid ſit, utique nunc tempus non erat vel ita tractare Ammianum, vel tam ſpecioſa explicatione, ſed nullius firmitatis (nam etſi interdum venti a locis acceperint alii nomen, id ad hunc ita leviter applicari nequit, & multi a locis non accepere nomen) ſe ipſum deterrere, quo minus obſequaris lectioni vetuſtæ. Ad quam certe propius accedit Iſaac. Voſſius ad Melam pag. 206. ſed ſententia ad inſanlam docta, ut multa illic, legens ex Mſſ. *quapropter* ΕΚΑΤΑΣ *appellatur & ventus*, quod & ipſe acceptum refert Holſtenio. Ubi primum hæreo in copulativa *&*, cui etſi ſit locus, patet utique non eſſe in Mſſ. atque utinam dixiſſet Voſſius, quo ſenſu eam adhiberi vellet! Quo enim illum ventum in iſtis oris prægelidum? an eum mirari debemus? an notatu dignus eſt? Certe inter tanta ſententiarum incerta non dubitavi ſequi veteres codices, & ex iis repurgare quoque contextum, nimium licenter ab Valeſ. jactatum. Ελατας vocatus fuit localis illic ventus, ab nocturna phari luce, qua locus ille ſplendebat; ſed luſus Græcorum fuit in nomine quod quum videretur promittere aliquem calorem (opinor enim deductum ab ἕλη) plane contra dicitur ab Ammiano fuiſſe prægelidus. *Gron.*

y XXIII. *dimenſa millibus ſtad.*] Polybius in lib. 4. Ponti περίμετρον XX. circiter ſtadiorum millia complecti auctor eſt. Strabo verò in fine lib. 2. XXV. millia. Plinius in lib. 4. varias de Ponti circuitu veterum opiniones affert. *Circuitus verò*, inquit, *totius Ponti vicies ſemel ſtadia mille, ut auctor eſt Varro, & ferè veteres. Nepos Cornelius* 300. *ſtadia adjicit. Artemidorus vicies novies mille ſtad. facit. Agrippa* XXIII. *millium* LX. *Mucianus* XXVIII.

didere Mileſii, inter Ionas alios in Aſia per Nileum multo antè locati, [a] Codri illius filium, qui ſe pro patria bello fertur Dorico devoviſſe. [b] Extremitates autem arcus utrimque tenues [c] duo exprimunt Boſpori, è regione ſibi oppoſiti, Thracius & Cimmericus: [d] hac causâ Boſpori vocitati, quòd per eos quondam Inachi filia mutata (ut Poëtæ loquuntur) in bovem, ad mare Ionium permeavit. [e] Dextram igitur inflexionem Boſpori Thracii excipit [f] Bithyniæ latus, quam veteres dixere Mygdoniam: in qua [g] Thynia & Mariandena ſunt regiones, & [h] Amyci ſævitiâ Bebryces exempti virtute Pollucis, remotáque ſtatio, in qua volitantes minaciter [i] harpyias Phineus vates horrebat per quæ litora in ſinus oblongos curvata [k] Sangarius [l] & Phyllis, & [m] Bize & [n] Rhebas fluvii funduntur in maria: quibus controverſæ [o] extraneæ ſun

mill. LXV. Valeſ.

z *Qua Sol Oceano exſurgit Eoo, palud. el. Mæotidos.*] Immo Mæotis ad Septemtrionem Ponto incumbit, ut teſtis eſt Dionyſius Characenus. *Idem.*

a *Codri illius F. qui ſe pro patria*] Herod. lib. 5. Cicero Tuſcul. 11. Juſtin. lib. 11. Val. Max. lib. v. cap. 6. *Lindenbr.*

b *Extremitates arcus duo exprimunt Boſpori.*] Arcus illius Scythici quem efficit Pontus, extremitates ſeu anguli ſunt ex altera parte Boſporus Thracius, ex altera verò litus illud corniculatum ad Colchos, ubi Pontus deſinit: ut docet Mela in fine lib. 1. & Procopius in lib. 4. Goth. Hos duos angulos ſic deſcribit Dionyſius:

Σχῆμα δ' ἔχει κεράων σκολιὸς πόρος, ὅς ἐπὶ δισσὴν
Εἰλεῖται στρογγύλην ἀβιῆ κεραΐεσσιν ἐοικώς.

Apparet igitur Marcellinum in altero arcus angulo deſignando peccaſſe. Nam Cimmerius Boſporus in medio flexu eſt maris Pontici, teſte Plinio. Sed tamen cùm in hac ſententia ſemper ſibi conſtet Marcellinus; ſuos potiùs auctores ſecutus eſſe; quàm erraſſe dicendus eſt. *Valeſ.*

c *Duo exprimunt Boſpori, è regione ſibi oppoſiti, Thracius & Cimmerius*] Scholiaſt. Apoll. lib. 2 num. 8. Δύο εἰσὶ βόσποροι, Κιμμέριος καὶ Θρᾴκιος, ὁ πάλαι Μύσιος καλούμενος, &c. Vid. Strab. lib. XII. pag. 389. *Lindenbr.*

d *Hac cauſa Boſpori vocati*] Scholiaſt. Apoll. lib. 2. num. 8. Βόσπορος ὀνομάζεται διὰ τὸ δοκεῖν τὴν Ἰὼ βοῦν οὖσαν διαπεραιῶσαι τὸ ἀπὸ Βυζαντίου καὶ Καλχηδόνος διάστημα Idem.

e *Dextram igitur inflexionem Boſpori Thracii.*] Hæc eſt ſcriptura Regii codicis, quam vulgatæ longè anteponendam eſſe duxi. Primùm enim Boſpori Thracii dextrum latus Marcellinus deſcribendum aggreditur: ac deinde pergit ad ſiniſtrum, pag 341. In dextro autem latere Ponti prima occurrit Bithyniæ pars, deinde Mariandyni, Paphlagones, & Cappadoces: & hæc omnis ora dextra appellatur: τὰ δεξιὰ τοῦ πόντου Græci vocant, ut docet Strabo in lib. 2. & 12. & Dionyſius Characenus, Herodotus lib. 3. aliique. Dextrum latus vocat Solinus cap. 18. de Delphinis: *Intrant dextro latere, lævo exeunt.* Plinius dextram ripam vocat. Ovid. in lib. 4. de Ponto, Elegia x.

Qui quamquam dextra regione licentiùs erret.

Eodémque modo Græci qui περίπλους ſcripſere, in omni mari τὰ δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ diſtinguere ſolent. *Valeſ.*

f *Bithyniæ latus, quam veteres dixere Mygdoniam*] Ju Solin. *Bithynia in Ponti exordio ad partem Solis orientis adverſa Thraciæ, opulenta ac dives urbium, à fontib Sangarii fluminis primos fines habet, ante Bebrycia dict. deinde Mygdonia, mox à Bithyno Rege Bithynia.* Lindenbr.

g T*hynia & Mariandena*] Schol Apollon. lib. 1 num. 32. Καλλισθένης ἐν τῷ πρώτῳ ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων φησὶ προσαγορεύεσθαι τὴν τε χώραν καὶ τὴν νῆσον Θυνιάδα, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Θυνίαν. Vid. eundem lib. 2. num. 7. 9. *Idem.*

h *Amyci ſævitiâ Bebryces exempti*] Apollodorus Biblioth. lib. 1 pag. 46. Hygin. fab. XVII. *Idem.*

i *Harpyias Phineus*] Apollodorus Biblioth. lib. 1. p 47. Fulgent. Mythol. lib. 3. *Idem.*

k *Sangarius & Pſylis*] Mſ. *Fullis* malè. Legendum *Pſillis*. Strabo lib. XII. Μεταξὺ δὲ Χαλκηδόνος, καὶ Ἡρακλείας ῥέουσι ποταμοὶ πλείους, ὧν εἰσὶν ὅ τε Ψίλλις, καὶ ὁ Κάλπας, καὶ Σαγγάριος. Arrianus in Periplo Ponti Euxini. *Idem.*

l *Et Pſylis.*] Cùm in Codice Regio & Flor. * Toloſ. Vatic. * [& Colbert.] ſcriptum eſſe vidiſſem *Ful* non dubitavi eam ſcripturam Marcellino reſtituere. Nam & Apollonius ejus fluvii meminit p. 4. in lib. 2. Argo

Τῇ δ' ἄρ' ἐπὶ προχοὰς Φυλληΐδας.

Ubi Scholiaſtes notat, Φύλλις ποταμὸς Βιθυνίας. ita & Stephanus Byzantius. At Editio Rom. ſcriptum ſic habet *& Sulis.* unde M. Accurſius *Pſillis* ediderat corruptè. P lis enim ſcribi debet, ut teſtatur Stephanus, * & Arrianus in Periplo Ponti Euxini. * Certè Euphorion Chiliadibus primam ſyllabam corripuit. *Lindenbr.*

m *Byzes.*] Mſ. *Bieus.* *l*. *Lycus.* Scholiaſt. Apoll. lib. 11. num. 34. Λύκος ποταμὸς ὁμώνυμος τῷ βασιλεῖ, ὁ διὰ τῆς Μαριανδυνῶν χώρας. Vide eundem lib. 4. num. Arrian. in Periplo.

Καὶ Φύλλιν, Ἀζανίην τε, ῥέεθρά τε Ναυαίθοιο.

Qui verſus refertur à Stephano in Ἀζανία. Valeſ.

n *Rhebas*] Scholiaſt. Apollon. lib. 2. num. 16. Ῥῆβας ποταμὸς Βιθυνίας. *Idem.*

o *Extraneæ ſunt Symplegades.*] Legendum puto C…

' Symplegades, gemini ſcopuli in vertices undique porrecti diruptos, aſſueti priſcis ſæculis obviàm ſibi cum horrendo fragore colliſis molibus ferri, [6] ce-lentéſque retrorſus acri aſſultu ad ea reverti quæ pulſarant. Per has ſaxorum dehiſcentium concurſantiúmque crebritates, ſi etiam ales intervolaſſet, nulla celeritate pinnarum eripi poterat, quin interiret oppreſſa. Hi ſcopuli cùm eos Argo prima omnium navis, Colchos ad direptionem aurei properans velleris, præteriſſet innoxia, immobiles turbine circumfracto ſtetere concorporati, ut eos aliquando fuiſſe diremptos nulli nunc conſpicantium credant, niſi ſuper hoc congruerent omnes priſcorum carminum cantus. Poſt Bithyniæ partem, provinciæ Pontus & Paphlagonia protenduntur, in quibus Heraclea, & Sino-pe, & Polemonion, & Amiſos amplæ ſunt civitates, & Tios, & Amaſtris, omnes ab auſpicio diligentiâ fundatæ Græcorum: & [q] Ceraſus, unde adve-xit hujuſmodi poma Lucullus, [r] inſulæque arduæ, Trapezunta & Pityunta continentes oppida non obſcura. [ſ] Ultra hæc loca Acheruſium ſpecus eſt quod accolæ μυχοπόντιον appellant, & [t] portus Acone: [7] fluvii diverſi, [v] Acheron, itidémque Arcadius, & Iris, & [8] [y] Tibris, & juxtà Parthenius, omnes in mare ictu rapido decurrentes. [z] Thermodon his eſt proximus, [a] ab Armo-nio defluens monte, & [b] Themiſcyræos interlabens lucos: ad quos Amazonas

6 *Mſ.* cadenteſque. 7 *Mſ.* fluvii dives. 1 *Mſ.* Thybris.

æ ſunt S. Græci enim κυανέας συμπληγάδας appellant con-nctim interdum; ut memini legere apud Euripidem, à colore cyaneo ita dictas eſſe notat Scholiaſtes Apol-nii lib. 2. *Valeſ.*

p *Symplegades, gemini ſcopuli*] Omnino vid. Apollo-r. περὶ θεῶν, lib. 1 pag. 48. & ſeq. *Lindenbr.*

q *Ceraſus, unde advexit hujuſmodi poma Lucullus*] in. lib. xv. cap. 25. Athenæus lib. 11. Tertullian. Apo-g. cap. xi. Hieronym. ad Euſtoch. pag. 131. Servius eorgicor. 11. *Idem.*

r *Inſulæque arduæ Trap. & Pityunta.*] Sanè Theodo-us in lib. v. Hiſt. Eccl. cap. 34. Pityunta νησύδριον vo-t, & finem Imperii Rom. ex ea parte fuiſſe dicit. *Valeſ.*

ſ *Ultra hæc loca Acheruſium ſpecus eſt.*] Mela in lib. ?. *uxta Heracleam*, inquit. *ſpecus eſt Acheruſia, ad Ma-s ut aiunt pervius.* Deſcribit hunc ſpecum Quintus nyrnæus in lib. 6. p. 392. & juxta Nymphæum fluv. ſi-m eſſe canit, ſacrum Nymphis Ponti & Paphlagoniæ. eo canthari, & Panes, & Nymphæ, & fuſi colique untur ſculpta. Aqua per medium frigida delabitur. os autem habet aditus: quorum alter Aquilonem ſpe-t, hominibus inacceſſus. Illic enim vorago ad inferos que porrecta eſt. Alter ad Auſtrum, quà deſcenſus li-r eſt. Adde Apollonium in lib. 2. Argon. qui in Mari-dynis hunc ſpecum ponit, ut Mela. Non igitur dicere buit Marcellinus, *ultra hæc loca*, ſed *citra*. Idem.

t *Portus Acone.*] Ita & Solinus vocat: ſcribendum men *Acona*, ex Strabone, Stephano, aliíſque. *Idem.*

v *Acheron.*] Hunc fluv. in Mariandynis locat Apollo-nius juxta Acheruſium ſpecum: & à Megarenſibus qui Heracleam condidêre, σοωναύτην mutato nomine dictum canit: quod confirmat Scholiaſtes Lycophronis. Ejuſ-dem meminit Nicander in Alexipharmacis:

Πυυθείης δ' ἀκόνιτον, ὃ δή ῥ Ἀχερωνίδες ὄχθαι
Φύουσιν ποτὶ χάσμα δυσέκδρομον Εὐβουλῆος.

Ubi Scholiaſtes notat: Ἀχέρων ὁ ποταμὸς ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ τῇ ποντικῇ, ἔνθα τὸ τοῦ Ἅδου κύνα ὁ Ἡρακλῆς ἐξήγαγε. Idem.

x *Itidemque Arcadius.*] Ptolemæo in Ponto Cappa-docico ἀρκάδιος fluvii oſtia ponuntur. Arcadis itaque di-ci debuit in recto. *Idem.*

y *Tembrius.*] Sic Caſtellus emendare maluit, quàm Editionis Rom. ſcripturam retinere, quæ eſt *Tibris*. Sa-nè in Regio codice, * & Vatic. & Tol. * *Tybris* legitur. neque aliter in Mſ. Florentino: [in Colbertino *Thybris*.] Procopius in lib. 5. de fabricis Juſtiniani, fluvium ait eſſe in Galatia, & ab incolis dici Tibrim: ἔστι δὲ ποταμὸς ἐν γαλάταις ὅνπερ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι τίβεριν. & Livius in lib. 28. *San-garius*, inquit, *ex Adorio monte per Phrygiam fluens miſce-tur ad Bithyniam Tymbri fluvio.* Sed Tymbrius dicitur à Strabone in lib. 13. & à Stephano. *Idem.*

z *Thermodon his eſt proximus*] Scholiaſt. Apollon. lib. 11. ὁ Θερμώδων ἐν τῇ Λευκοσυρίᾳ ἐστιν, ἣν πρότερον Ἀμαζόνες ᾤκουν. *Lindenbr.*

a *Ab Armonio deſt. monte.*] Scribendum videtur *Ar-menio.* ſic enim Dionyſius:

Ἔνθ' ἀμαζονίδεσσιν ἀπ' ὄρεος Ἀρμενίοιο
Λευκὸν ὕδωρ προχέουσιν ἐνυάλιος Θερμώδων.

Armenii montis meminit etiam Herodotus in Clio, ex quo Halym fluere ſcribit. *Valeſ.*

b *Themiſcyræos interlabens lucos, ad quos Amazonas*

quondam migrare neceſſitas ſubegerat talis. [c] Attritis damnorum adſiduitat finitimis, Amazones veteres quæ eos cruentis populabantur incurſibus, altior ſpirabant: viréſque ſuas circumſpectantes [d] his quæ propinqua ſæpius appete bant, validiores, raptæ præcipiti cupiditatis ardore, perruptis nationibus plu rimis, manus Athenienſibus intulerunt: acríque concertatione effusè disje ctæ, omnes nudatis equitatus ſui lateribus corruere. Harum interitu cognito reſiduæ ut imbelles domi relictæ, extrema perpeſſæ, vicinitatis eis repenſant ſimilia funeſtos impetus declinantes, ad pacatiorem ſedem tranſiere [9] The modontis: quarum progenies longè deinde propagata per numeroſam ſubo lem, manu firmiſſima ad loca reverterat genitalia, ſecuto tempore populis d verſarum originum formidabilis. Haud procul inde [e] attollitur Carambis pl cidè collis, contra Septemtrionem Helicen exſurgens, cujus è regione eſt Cri metopon Tauricæ promuntorium, duobus milibus & quingentis ſtadiis d paratum. [f] Hócque ex loco omnis ora maritima, cujus initium Halys amnis, velut longitudine lineali directa nervi efficit ſpeciem, duab arcus ſummitatibus complicati. His regionibus Dahæ confines ſur, acerrimi omnium bellatores, & [g] Chalybes, per quos erutum & domitum primitus ferrum. Poſt quos terras patentes Byzares obtinent, & [h i] Sapire, & Tibareni, & Moſſynœci, & Macrones, & Philyres, populi nulla nob adſuetudine cogniti. A quibus brevi ſpatio diſtant virorum monumenta nob.

[9] *Mſ.* Hermodoctis.

---

quondam migrare] Hinc Strabo lib. XII. τὴν Θεμίσκυραν τῶν Ἀμαζόνων οἰκητήριον vocat. Vid. Schol. Apollon. lib. II. num. 18.* Pomp. Mela. * *Lindenbr.*

c *Attritis damnorum aſſiduitate finitimis, Amazones*] Herodot. lib. IX. in Oratione Athienienſ. ad Tegeatas: ἔστι δὲ ἡμῖν ἔργον εὖ ἔχον καὶ ἐς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος ποταμοῦ ἐσβαλούσας ποτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν. Juſtin. lib. II. Oroſ. lib. I. cap. 15. *Idem.*

d *Hisque propinqua.*] Hic locus ex Editione Auguſtana à nobis eſt reſtitutus, cui ſubſcribit Regius codex, & * Toloſ. * [& Colbert.] *Valeſ.*

e *Attollitur Carambis placidi collis.*] Rectiùs in Mſſ. Regio, * Tol. & Vatic. * in Editione Rom. legitur *placide*: [in Colbert. legitur *placidæ.*] Quamquam Apollonius Rhodius in lib. 2. ex quo hæc converſa videntur, non placidum hunc collem, ſed arduum ac præruptum dixerit:

Ἔστι δέ τις ἄκρη Ἑλίκης κατεναντίον ἄρκτου
Πάντοθεν ἠλίβατος· καί μιν καλέουσι Κάραμβιν.

Quæ ſic Latinè vertit Marcellinus: *Attollitur Carambis placidè collis contra Septemtrionem Helicen exſurgens*: minus rectè, ut patet. Nam ἠλίβατος eſt arduus & præruptus, ut dixi: & hæc verba κατεναντίον ἄρκτου ſenſum hunc habent: Carambin quidem ad Auſtrum eſſe, Criumetopon ad Septemtrionem. *Idem.*

f *Hocque ex loco ora maritima nervi efficit ſpeciem.*] Suprà in angulis ſeu ſummitatibus arcus Scythici deſignandis errorem Marcellini notavi. Conſequens erat, qui in iis erraverat, nervum quoque perperam deſig ret. Ait enim oram maritimam à Carambi promunto & Haly flumine aduſque Criumetopon nervi ſpe facere: quod eſt abſurdum. Nam dextrum latus Po à Chalcedone ad Phaſim uſque directum, nervi perſp locum obtinet, ut rectè ait Dionyſius:

Ἀλλ' ἐπὶ νευρῆς σημήια δεξιὰ πόντου
Ἰθὺ διαγεγραφθέντα.

& Mela in lib. 2. cap. 19. & 20. *Idem.*

g *Chalybes per quos erutum & domitum eſt primitus rum*] Feſt. Avienus:

---- *Chalybes ſuper, arva ubi ferri*
Ditia vulnifici crepitant incudibus altis.

Suid. Χάλυβες, ἔθνος Σκυθίας, ἔνθεν ὁ σίδηρος τίκτεται. Strab. lib. XII. Schol. Apoll. lib. II. num. 19. *Linde*

h *Tapires*] Schol. Apollon. *Sapires* vocat, lib. num. 20. *Idem.*

i *Et Tapires.*] Sic correxit Caſtellus, cùm in Ed ne Rom. *Sapires* legeretur. Editioni Rom. ſubſcribit guſtana, & Codex Regius, * Vatic. * [ac Colbe] Certè Apollonius in lib. 2. Sapires eos barbaros vo apud quos etiam σαπφείρων gemmam abundare n Scholiaſtes. Herodotus in lib. 3. & 7. Saſpires nom quam ἀντιγραφίαν agnoſcit etiam Stephanus in ἔθνη σάπειρ, inquit, ἡ μετὰ τοῦ σ σάσπειρ. Eoſdem ſua ætate Σάβειρες dictos eſſe teſtatur ibidem Stephanus. Sanè Sab Hunnorum gens in Hiſtoriis eorum temporum ſæp me memorantur. *Valeſ.*

im, [k] in quibus Sthenelus eſt humatus, & Idmon, & Tiphys: primus Herculis ſocius Amazonico bello letaliter vulneratus: alter augur Argonautarum: tertius ejuſdem navis cautiſſimus rector. Prætercurſis partibus memoratis, Aulion antrum eſt, & [m] fluenta Callichori ex facto cognominati, quòd ſuperatis poſt triennium Indicis nationibus, ad eos tractus Liber verſus, circa hujus ripas virides & opacas orgia priſtina reparavit & choros: Trieterica hujuſmodi ſacra quidam [1] exiſtimant appellari. Poſt hæc confinia [n] Camaritarum pagi ſunt celebres, & Phaſis fremebundis curſibus [o] Colchos attingit, Ægyptiorum antiquam ſobolem: ubi inter civitates alias Phaſis eſt nomine fluvii dictitata, & [2] Dioſcurias nunc uſque nota: cujus auctores [p] Amphitus & [3] Cercius Spartani traduntur, aurigæ Caſtoris & Pollucis, à quibus Heniochorum natio eſt inſtituta. Paullùm ab his ſecernuntur Achæi: qui bello anteriore quodam apud Trojam conſummato, non cùm ſuper Helena certaretur, ut Auctores prodidere nonnulli, in Pontum reflantibus ventis errore delati, cunctíſque hoſtilibus, ſtabilem domiciliis ſedem nuſquam reperientes, verticibus montium inſedere ſemper nivalium: & horrore cæli diſtricti, [4] [q] vi-

1 *Mſ.* exiſtimant appellari ...... Poſt. 2 *Mſ.* Dioſcorio. 3 *Mſ.* Cercius. 4 τὸ etiam *deeſt vulg.*

k *In quibus Sthelenus eſt humatus.*] Scribe *Sthenelus.* eſt Actoris filius, Amazonico bello letaliter vulneratus, ut canit Apollonius in lib. 2. Argon. & in Paphlagonia ab Hercule ſepultus. De quo loquitur etiam Valerius Flaccus in V.

It Sthenelus, qualem Mavortia vidit Amazon:
Cúmque ſuis comitem Alcides ut condidit armis. Valeſ.

l *Alion antrum eſt.*] Corrige *Aulion antrum*, auctore Apollonio, qui de Bacchi triumphalibus ludis loquens, ait:

Ἐξ οὗ Καλλίχορον ποταμὸν περιναιετάουσιν
Ἠδὲ καὶ αὔλιον ἄντρον ἐπώνυμον καλέουσι.

eminêre & Stephanus, & auctor Etymologici. *Idem.*

m *Fluenta Callichori ex facto cognominati, quod ſuperati, &c.*] Scholiaſt. Apollon. lib. II. num. 43 ad illum verſ. Ὦκα δὲ Καλλιχόροιο: ποταμὸς Παφλαγονίας ἱερὸς Διονύσου περὶ Ἡράκλειαν, οὗ μέμνηται Καλλίμαχος. ἔξεισι δὲ διὰ στομάτων ... οὕτω δὲ κέκληται, ἀπὸ τοῦ τὸν Διόνυσον αὐτόθι στῆσαι χορὸν, ... ἀπὸ Ἰνδῶν ὑπέστρεψε. * Val. Flaccus Argonaut. lib. 5. ...g. 117.

--- *Feſtâ vulgatum nocte Lyæi*
Callichoron. (nec vana fides) his Bacchus in undis
Abluit Eoo rorantes ſanguine thyrſos.
Illum poſt acies, Rubrique noviſſima clauſtra
Æquoris, hîc reſides thyaſos, hîc æra moventem.
Udaque pampineâ nectentem cornua vittâ
Nunc etiam meminiſtis aquæ. * Lindenbr.

n *Camaritarum pagi ſunt celebres.*] Sumpſit ex Dionyſio de ſitu orbis:

Καὶ Καμαριτάων φῦλον μέγα, τοί ποτε βάκχον, &c. *Valeſ.*

o *Colchos Ægyptiorum ſobolem.*] Id primus ſcripſit Herodotus in 2. & poſt eum Diodorus Siculus in 1. Apollonius in lib. 4. Argon. & Dionyſius Characenus: & Valerius Flaccus in lib. 5. his verſibus.

---- *cunabula gentis*
Colchidos hîc ortúſque tuens: ut prima Seſoſtris
Intulerit Rex bella Getis: ut clade ſuorum
Territus, hos Thebas patriúmque reducat ad amnem;
Phaſidis hos imponat agris, Colchóſque vocari
Imperet. Arſinoen illi tepidæque requirunt
Otia lenta Phari. Idem.

p *Amphitus & Telchius.*] Hæc eſt lectio P. Caſtelli; qui illam Editionis Rom. ſcripturam *Amph. & Cercius* non probavit. Atqui Codex Regius & Flor. cum Valentino, * Toloſ. Vatic. * [& Colbert.] eam tuentur, & ſcripta Solini exemplaria, ut teſtis eſt Delrio. Iſidorus quoque in lib. 15. Originum ex Solino, ut ſolet, *Dioſcuriadem*, ait, *Colchorum urbem Amphitus & Cercius, aurigæ Caſtoris & Pollucis condidêre.* A Strabone in lib. XI. ῥέκας καὶ ἀμφίστρατος dicuntur; fortè pro Κρέκας: unde Latini Crecium, ac mox Cercium finxêre. *Idem.*

q *Victum ſibi cum periculis rapto parare aſſuefacti.*] Horum loco in Editione Rom. ſic legitur: *Virium & aniſibicum peculis rapto, &c.* Unde Caſtellus hanc lectionem exſculpſerat: *Annuum ſibi victum peculiis rapto p. aſſuefacti.* In Regio autem codice ita ſcriptum reperi: *Virivinetum ſibi cum periculis rapto, &c.* Et ſuperſcriptum eadem manu, *victum ſibi cum periculis*, prout Gelenius emendavit. * Toloſanus certè liber hanc ſcripturam firmat. * [In Colbertino legitur: *Virium & amſibi cum peculis rapto.*] Ego integrum locum ſic ſcribendum eſſe exiſtimo: *Horrore cæli deſtrictioris, victum ſibi cum periculis rapto parare aſſuefacti, &c.* De Achæis idem ſcribit Salluſtius in Hiſt. his verbis: *Namque omnium ferociſſimi*

ctum etiam ſibi cum periculis rapto parare aſſuefacti ſunt: atque eo ultra omnem deinde ferociam ſævierunt. Super Cercetis, qui iiſdem adnexi ſunt, nihi memoratu traditur dignum. Quorum poſt terga Cimmerici agitant incolæ Boſpori, ubi Mileſiæ ſunt civitates, harúmque velut mater omnium Panticapæum quam [5] [r] perſtringit Hypanis fluvius, genuinis intumeſcens aquis & externis Itineribus hinc extenſis, Amazones aduſque Caſpium mare porrectæ circumcolunt [s] Tanaïn: qui inter Caucaſias oriens rupes, per ſinuoſos labitur circumflexus, Aſiámque diſterminans ab Europa, in ſtagnis Mæoticis deliteſcit Huic [t] Rha vicinus eſt amnis, in cujus ſuperciliis quædam vegetabilis ejuſden nominis gignitur radix, proficiens ad uſus multiplices medelarum. Ultra Tanaïn panduntur in latitudinem Sauromatæ, per quos amnes fluunt perpetui [6] [v] Maraccus, & Rhombites, & Theophanes, & Totordanes. Licèt ali quoque diſtans immanibus intervallis Sauromatarum prætenditur natio, litoi juncta, quod Coracem ſuſcipiens fluvium in æquor ejectat extremum. Prop palus eſt Mæotis ampliſſimi circumgreſſus: ex cujus uberrimis venis [x] per Patare anguſtias undarum magnitudo prórumpit in Pontum: cujus in dextro later [y] inſulæ ſunt Phanagorus & Hermonaſſa, ſtudio conſtructæ Græcorum. Circa hæc ſtagna ultima extimáque plures habitant gentes, ſermonum inſtitutc rúmque varietate diſpariles: [7] [z] Jaxamatæ & Mæotæ, & Jazyges, Roxolani

5 *Mſ.* pergaegythiphanis. 6 *Mſ.* Maraccias. 7 *Mſ.* Ixomatæ.

---

ad hoc tempus Achæi atque Tauri ſunt: quòd (quantum conjicio) locorum egeſtate rapto vivere aſſueti, &c. Apud Scholiaſtem Juvenalis Sat. 15. Cui adde Ariſtotelem in lib. 8. Polit. Dionyſium Halic. in fine lib. 1. Strabonem, & Dionyſium de ſitu orbis. Memorabile eſt, quod de eorum feritatis cauſa ſcribit Appianus in Mithridatico: eos enim à Troja redeuntes, tempeſtate ait abreptos in Pontum, ibíque à barbaris graviter eſſe vexatos: cúmque quoſdam è ſuis in Græciam miſiſſent, qui auxilium adverſus barbaros poſtularent, repulſam paſſos, in tantum Græci nominis odium veniſſe, ut poſthac quotquot Græcos cepiſſent, Scythico ritu Diis immolarent, primò quidem univerſos; poſtea pulcherrimum duntaxat quemque, poſtremò ſolos ſorte ductos. * De eiſdem loqui videtur Seneca in Conſolatione ad Helviam capite VI. *Scythia, & totus ille ferarum indomitarúmque gentium tractus, civitates Achaiæ Ponticis impoſitas litoribus oſtentat.* * Valeſ. Etiam pater meus notavit in Vaticano libro legi *viriumetum*; unde alius (ut ſuſpicor, Iſ. Voſſius) illi conjecturam indicavit *nutrimentum*. Non tantum Delrio, ſed & Salmaſius de Solini codicibus id teſtatur, qui ex multa varietate colligebat verum nomen *Rhecins* in Solin. p. 193. *Gron.*

r *Prætexit Hypanis.*] In Editione Rom. legitur *pergægit Hiſanus.* In Regio autem & Flor. * Toloſ. Vatic. [& Colbertino] codice, *pergægyt Hiphanis:* unde apparet ſcribendum eſſe, *perſtringit Hypanis.* Idem.

s *Tanaïn, qui inter Caucaſias oriens rupes.*] Conſetit quidem Theophanes apud Strabonem, & Dionyſi Characenus, ac Ptolemæus. Sed noſtro ævo deprehe ſum eſt, circa Tanaïs caput nullos eſſe montes. Orit autem Tanaïs in minoris Tartariæ Ruſſiæque magnæ Moſcoviæ confinio, è lacu ſatis magno; ut Cluveri in libro 1. de Germania ſcribit. Falsò ergo aſſerit Oroſi Tanaïn è Riphæis montibus defluere. * *Idem.*

t *Rha vicinus eſt amnis, in cujus ſuperc. q. veget ejuſd. nominis gignitur radix*] Dioſcorid. lib. III. cap. Ρᾶ, οἱ δὲ Ῥῆον καλοῦσι, γεννᾶται ἐν τοῖς ὑπὲρ Βόσπορον τόποις, ὅθεν καὶ κομίζεται. Lindenbr.

v *Maraccus & Rh. & Theophanes.*] Marabius à Ptolemæo dicitur pro Maracco, & pro Theophane Theſpnius, & Varadanus pro Totordane in Sarmatia Aſiatic Rhombitem memorat etiam Strabo. *Valeſ.*

x *Per Patares anguſtias.*] Hæ anguſtiæ ſeu fauc Cimmerius Boſporus dicebantur, teſte Polybio in lib & Plinio. *Patares* autem quid ſit, equidem ignoro. * Mſ. Toloſ. legitur *per Pateres*; * [in Colbert, *per Patres.*] Valeſ. Jam Ortelius notavit *Patares* vocem omnibus ignotam, unde contenderit *Patræas* legendu a Patræo vico, Straboni ad hunc Boſporum ſito. *Gron*

y *Inſulæ ſunt Phanagorus & Hermonaſſa.*] Φαναγόρεια citur à Strabone, neque ſecus à Mela ac Plinio. A Phanagoram vocant inſulam ipſam, teſte Stephano. Ide in Ταυρικοῖς ſic dicit: τῇ δὲ Ταυρικῇ δύο παράκεινται νῆσοι Φαναγό καὶ Ἑρμώνασσα. Procopio in lib. 4. Goth. Φαναγορεῖς Valeſ.

z *Jaxamatæ.*] Sic Ptolemæus vocat, & Stephan In Mſſ. tamen omnibus & Editione Rom. *Ixomatæ.* Val

que, & Alani, & Melanchlænæ, & cum Gelonis [a] Agathyrſi, apud quos adamantis eſt copia lapidis: aliíque ultrà latentes, quòd ſunt omnium penitiſſimi. Sed Mæotidos lateri lævo Cherroneſus eſt propinqua, coloniarum plena Græcarum. Unde quieti ſunt homines & ſedati, adhibentes vomeri curam, & [b] proventibus fructuariis victitantes. A quibus per varia regna diducti itineribus modicis Tauri diſſociantur, inter quos immani diritate terribiles Arinchi, & Sinchi, & Napæi, intendente ſævitiam licentia diuturna, indidere mari nomen inhoſpitali: & [c] à contrario per cavillationem Pontus Euxinus appellatur, ut evethen Græci dicimus ſtultum, & [d] noctem euphronen, & furias Eumenidas. Diis enim hoſtiis litantes humanis, & [e] immolantes advenas [f] Dianæ, quæ apud eos dicitur Oreiloche, cæſorum capita fani parietibus præfigebant, velut fortium perpetua monumenta facinorum. In hac Taurica [g] inſula [h] Leuce ſine habitatoribus ullis Achilli eſt dedicata. In quam ſi fuerint

rius Flaccus in lib. 6 *Exomatas* dicit. *Valeſ.*

a *Agathyrſi, apud quos adamantis eſt copia*] Dionyſ. Alexand.

----ἀδάμαντά τε παμφανόωντα

Ἐγδύθεν ἀθρήσειας ὑπὸ ψυχροῖς Ἀγαθύρσοις.

Priſcianus: *Adamanta legunt juxta fortes Agathyrſi.* Lindenbr.

b *Proventibus fructuariis*] D. Eucherius Epiſc. pag. 377. *Si forte minùs in agello aſſiduus fueris, proventus de annona minuitur.* L. 11. C. Theod. de veteran. *Sine moleſtia præjudicioque dominorum proventuum emolumenta quærantur.* Ulpian. *obventiones* dixit L. 7. ff. de uſufruct. * Plautus *eventus* dixit in Moſtell Act. 1.

Eventus rebus omnibus velut horno meſſis fuit. *Idem.

c *A contrario per cavillationem Pontus Euxinus appellatur*] Strabo lib. VII. pag. 206. Plin. lib. 6. cap. 1. Euſtat. in Dionyſ. pag. 24. τὸν Εὔξεινον, ἄπλουν τε ὄντα καὶ Ἄξενον θάλασσαν πάλαι καλούμενον, Εὔξεινον οἱ ὕστερον, κατὰ σχῆμα εὐφημισμοῦ, μετεκάλεσαν. * Tertull. adverſ. Marcion. lib. 1. cap. 1. *Pontus igitur, qui Euxinus naturâ negatur, nomine illuditur.* * Ovidius Triſt. 4. Eleg 4.

Frigida me cohibent Euxini litora Ponti:
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. Idem.

d *Noctem* ΕΥ'ΦΡΟ'ΝΗΝ.] Veteres Græci *noctem* εὐφρόνην vocabant, quòd bonum prudénſque conſilium afferret, ut docet Plutarchus de Curioſitate, & Phornutus de Diis, & Euſtathius in Iliad. 2. Eleganter Libanius in Progymnaſm. ἀλλὰ τὸ πανταχοῦ περιφερόμενον τίς οὐκ οἶδε λόγον, ὅς φησι δεῖν ἐν νυκτὶ βουλῆς ἔχεσθαι. ὁ δὲ σοφὸς Σοφοκλῆς τί μαθὼν εὐφρόνην ἀνεκάλει τὴν νύκτα; οὐχ ὅτι τὸ φρονεῖν ὡς μάλιστα τότε τοῖς ἀνθρώποις παραγίνεται. Alii εὐφρόνην ab eo deducebant, quòd homines exhilararet. Id enim eſt Græcè εὐφραίνειν. Sic auctor Etymologici εὐφρόνη, ait, ἡ νὺξ, παρὰ τὸ εὖ φρονεῖν ἡμᾶς ἐν αὐτῇ, ἢ παρὰ τὸ εὐφραίνειν τὸ σῶμα διὰ τῆς ἀναπαύσεως. Sed Marcellinus noſter εὐφρόνην à contrario dictam eſſe, & κατ' ἀντίφρασιν affirmat, vel quòd minimè læta ſit, vel quod parum conſilii afferat. *Valeſ.*

e *Immolantes advenas Dianæ, quæ apud eos dicitur Orſiloche*] Mentio hujus ſacrificii apud Strabon. lib. 7. Pomp. Melam lib. II. cap. 1. Euſtat. in Dionyſ. pag. 43. Ovid. de Ponto lib. 3. Eleg. 2. Triſt. lib. 4. Eleg. 4. * Tertull. adverſ. Marcion. lib. 1. cap. 1. * *Lindenbr.*

f *Dianæ, quæ apud eos dicitur Orſiloche.*] Antoninus Liberalis in cap. 27. μεταμορφ. ſcribit ex Nicandri ἑτεροιουμένων lib. 4. Iphigeniam cùm à patre immolaretur, ſubreptam à Diana, & in Euxinum Pontum delatam fuiſſe, in qua tum regione regnabat Boryſthenis filius Thoas. Et gentem quidem Diana Tauros vocavit, eo quòd pro Iphigenia taurum ad aram ſuppoſuerat: ipſam autem Iphigeniam ſacerdotem ſua (*Dianæ* prior editio). Tauropoli conſtituit. Poſt aliquantum deinde temporis eamdem in Leucen inſulam tranſtulit, & immortalitate donatam, mutato nomine Oreilochiam vocavit, & Achilli conjunxit: καὶ ὠνόμασεν αὐτὴν ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας Ὀρειλοχίαν. Ex quibus patet hîc ſcribendum eſſe O*reiloche.* Valeſ.

g *Leuce inſula Achilli dicata.*] Deſcribunt hanc inſulam Philoſtratus in Heroicis, & Pauſanias in Laconicis. Sed hic falli videtur bifariam, tum in eo quòd ad Hiſtri oſtia ſitam eſſe dicit: (eſt enim oſtio Boryſthenis objecta, teſte Mela ac Dionyſio Characeno & Plinio) tum quod XX. dumtaxat ſtadiorum ejus ambitum facit. At Philoſtratus XXX. ſtad. longitudinem, IV. latitudinem ei tribuit. *Idem.*

h *Leuce ſine habitatoribus ullis Achilli eſt dedicata*] Arrianus qui omnium optimè hanc inſulam deſcribit, in Periplo Ponti Euxini: ἡ νῆσος ἀνθρώπων μὲν ἐρήμη ἐστὶν, &c. Scylax Caryand. pag. 136. Strab. lib. 7. pag. 211. Pomp. Mela lib. 2. cap. 7. Plin. lib. IV. capitibus 12. & 13. Dionyſius Alexand. pag. 79. Feſtus Avienus in orbis terræ Deſcriptione, omnium caſtarum animarum ſedem hîc eſſe dicit:

Ora Boryſthenii quà fluminis in mare vergunt,
Et regione procul ſpectabit culmina Leuces:
Leuce cana jugum, Leuce ſedes animarum.
Nam poſt fata virûm ſemper verſarier illis
Inſontes aiunt animas, ubi concava vaſto

quidam fortè delati, viſis antiquitatis veſtigiis, templóque & donariis eiden heroi conſecratis, veſperi repetunt naves: aiunt enim non ſine diſcrimine vita illic quemquam pernoctare. [ik] Ibi & aquæ ſunt, & [l] candidæ aves naſcuntu halcyonibus ſimiles: ſuper quarum origine, & Helleſpontiacis prœliis tempore differemus. Sunt autem quædam per Tauricam civitates: inter quas emine Eupatoria, & Dandace, & Theodoſia, & minores aliæ nullis humanis hoſtii impiatæ. [mn] Hactenus arcus apex protendi exiſtimatur. Ejus nunc reſidua le niter ſinuata, ſubjectáque urſæ cœleſti aduſque lævum Boſpori Thracii latus ut ordo poſtulat, exſequemur: id admonentes, quòd cùm arcus omnium gen tium flexis curventur haſtilibus, [o] Scythici ſoli vel Parthici circumductis u

Cedit in antra ſinu rupes, ubi ſaxa dehiſcunt
Molibus exeſis, & curvo fornice pendent.
Hæc ſunt dona piis: ſic illos Jupiter imis
Exemit tenebris. Erebi ſic inſcia virtus. Lindenbr.

i *Ibi & aquæ ſunt, & candidæ aves naſcuntur halcyonibus ſimiles*] Videtur ſignificare Ammian. ſtagnum aliquod prope templum eſſe, in quo mane quotidie alas madefaciunt ad templum extergendum aves. Rem narrat Arrianus in Periplo, ſed ad mare uſq; aves illas volare ait: Οἱ ὄρνιθες θεραπεύουσι τοῦ Ἀχιλλέως τὸν ναὸν ἕωθεν ὁσημέραι καταπέτονται εἰς τὴν θάλασσαν, ἔπειτα ἀπὸ τῆς θαλάσσης βεβρεγμένοι τὰ πτερὰ, σπουδῇ αὖ εἰσπέτονται εἰς τὸν νεὼν, καὶ ῥαίνουσι τὸν ναόν. ἐπειδὰν δὲ καλῶς ἔχῃ, οἱ δὲ ἐκκαλλύνουσιν αὖ τὸ ἔδαφος τοῖς πτεροῖς. Quòd ſi cui hæ aquæ non placent, tum ſanè legi poteſt: *Ibi & gaviæ ſunt, & candidæ aves naſc.* Cujus emendationis fundum eum ipſum habeo, quem modò nominavi, Arrianum, qui ita ſcribit: Ὄρνιθες δὲ πολλοὶ αὐλίζονται ἐν τῇ νήσῳ, λάροι καὶ αἴθυιαι καὶ κορῶναι αἱ θαλάσσιαι, τὸ πλῆθος οὐ σταθμητοί. Dionyſ. Alexand.

Ἔστι δέ τις καὶ σκαιὸν ὑπὲρ πόρον Εὐξείνοιο,
Ἀντία Βορυσθένεος πολυώνυμος εἰν ἁλὶ νῆσος
Ἡρώων. Λευκὴν μιν ἐπωνυμίην καλέουσιν,
Οὕνεκά οἱ τὰ πάρεστι κινώπετα λευκὰ τέτυκται.

Et gavias haſce aves vocari, Euſtath. in hunc locum notat: Ἐν αὐτῇ κινώπετα, ἤγουν θηρία ὀρνέων, τουτέστιν ὄρνεα λευκά εἶναι, τυχὸν μὲν λάροι, κατὰ δέ τινα πελαργοί. Priſcianus Perieget.

Eſt etenim lævis Euxini partibus una,
Quam Leucen perhibent; adverſa Boryſthenis amni,
Paſcit aves, quoniam multas candore nivali. Idem.

k *Ibi & aquæ ſunt.*] In Regio codice ſuperſcriptum eſt *aquilæ*, ex conjectura exſcriptoris: ſed nil mutandum exiſtimo. *Valeſ.*

l *Candidæ aves naſcuntur.*] De quibus Philoſtratus in Achille ſcribit, eas quaſi æditvas eſſe Achillis fani, & quotidie templum aquis adſpergere. Nullam porrò ex iis Achillis templum volatu tranſcendere poſſe ſcribit Antigonus cap. 134. de Admirandis. Ab his autem candidis avibus Leucen inſulam dictam eſſe præter Dionyſium Characenum ſcribit auctor Magni Etymologici. Unde intelligitur, cur Euripides in Iphigenia Taurica dixerit τὰν πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν λευκὰν ἀκτὰν Ἀχιλῆος. Idem.

m *Hactenus arcus apex protendi exiſtimatur*] Dionyſ. Alexandr. & in eum Euſtath pag. 25. Plin lib. IV. ca cap. 12. lib. VI. cap. 13. *Lindenbr.*

n *Hactenus arcus apex.*] Id eſt ad os Mæotidis palu dis, Cimmerium ſcilicet Boſporum, arcus ſummit. ſeu angulus protenditur. Sed hunc errorem jam notav mus. *Valeſ.*

o *Scythici ſoli vel Parthici.*] Formam arcus Scythi egregiè deſignat Agatho Tragicus in Telepho, ubi ru ſticus quidam litterarum ignarus Theſei nomen ita de neat:

Ὁ πρῶτος ἦν μεσόμφαλος κύκλος.
Ὀρθοί τε κανόνες ἐζυγωμένοι δύο.
Σκυθικῷ δὲ τόξῳ τρίτον ἦν προσεμφερές.

Tertiam litteram in Theſei nomine, arcui Scythico com parat Agathon, quam Euripides & Theodectes circi comparaverat. Ea littera ſine dubio eſt C, ut rectè Cia conius ſcripſit, quo modo Græci olim σῖγμα ſuum ſc ptitare conſueverant. At Scaliger in Notis ad Euſebiu Ciacconium reprehendit, qui ſtibadium ſimile eſſe dix rat arcui Scythico. Sanè immeritò: quid enim aliud e ſtibadium quàm ſigma, ſigma autem non quodcumqu ſed ita ut dixi formatum? haud ſatis tamen formam arc Scythici expreſſit Agatho. Meliùs Terentianus in lib. c Metris initio arcus Scythici formam deſcribit his ve ſibus:

Nervis mollibus invicem
Junctis in teretem ſinuem.
Ceu Parthus ſolet aut Scythes
Arcus cornibus extimis
Levem nectere lineam.

Et Marcellinus noſter hoc in loco: *Effigiem Lunæ decreſcentis oſtendunt, &c.* Arcus ergo Scythicus probè tenſi figuram ἀμφίκυρτον refert, id eſt utrimque gibboſam. *Valeſ.* At Ciacconius ubi oſtendit in vicem trium lectoru ſubiiſſe ſtibadium apud Romanos, tacite docet, quo ten pore apud Græcos forma iſta literæ C fuerit in uſu, quo quidem non fuit antiquiſſimum, & quo iſta ſimilitud fuit comparata. Et id quoque indicare vetera monume ta jam ſæpius docuerunt viri docti. Sed quod auctor di ſertationis quartæ de præſtantia numiſmatum ita urge ſub prætextu tenebrarum vulgatæ lectionis, ſtatuatqu omnino legendum *circumductis utrimque extrorſus*, no ita video à nobis deberi: quum adeo ibi non ſint tenebræ

trimque introrſus pandis & patulis cornibus, effigiem Lunæ decreſcentis oſtendunt, medietatem recta & rotunda regula dividente. Ergo in ipſo hujus compagis exordio, ubi Riphæi deficiunt montes, habitant [8] [p] Arymphæi juſti homines, placiditatéque cogniti, quos amnes [q] Chronius & Biſula præterfluunt: juxtáque Maſſagetæ, Alani & [9] Sargetæ, aliíque plures obſcuri: quorum nec vocabula nobis ſunt nota, nec mores. Interjectu deinde non mediocri Carcinites panditur ſinus, ejuſdémque nominis fluvius: & religioſus per eas terras Triviæ lucus. Dein Boryſthenes à montibus oriens [1] Neurorum, primigeniis fontibus copioſus, concurſúque multorum amnium adoleſcens, mari præruptis undarum verticibus intimatur: cujus in marginibus nemoroſis Boryſthenes eſt civitas, & Cephaloneſus, & [r] aræ Alexandro Magno, Cæſaríque Auguſto ſacratæ. Longo exinde intervallo [ſ] pæne eſt inſula quam incolunt [t] [v] Sindi ignobiles, [x] poſt heriles in Aſia caſus conjugiis potiti dominorum & rebus: quibus ſubjectum gracile litus, [y] Achilleos vocant indigenæ dromon, exerci-

8 *Mſ.* Armephi juſti. 9 *Mſ.* Sargetæ. 1 *Mſ.* Nerviarum.

ut in eo reſideat tota lux hujus deſcriptionis. Etſi enim curvaturæ cacumen ſit extrorſus, in arcu id nihil erat notatu dignum, quum omnis arcus curvaturam talem habeat, non modo Scythicus vel Parthicus. At id eſt proprium Scythici arcus, quod circumducantur utraque cornua, ut in medio introrſus vergentia coeant & geminam curvaturam finiant. Sed neque, quod Voſſius ad Melam imperat *recta aut rotunda*, quaſi illa regula rècta & rotunda ſimul eſſe non potuerit, putavi audiendum, quum non ſit ea ſemper copulativæ iſtius ſententia, & planiſſime Ammianus intelligi poſſit, recta & aliis, interdum, modo rotunda. Similitudinem vero hanc optime exſequitur Agathemer lib. II. *Gron.*

p *Arimaſpi habitant juſti homines.*] Sic primus edidit Caſtellus, cùm in Editione Rom. legeretur *Armephi*, Editioni Rom. ſubſcribunt codex Reg. & Flor. * Toloſ. Vatic. * [& Colbert.] Ex quò proclive erat emendare *Arymphæi*, quorum æquitas ab plurimis Scriptoribus celebrata eſt, Herodoto ſcilicet, Mela, ac Solino: cùm de Arimaſpis nihil tale dicatur. Ceterùm mirandum non eſt, quod Marcellinus eos in Europa locat contra quàm Mela & Plinius. Nam eos Scythiæ populos partim Aſiæ, partim Europæ attribuunt Geographi. *Valeſ.*

q *Chronius & Biſula.*] Lege *Chronus & Viſtula*, ut docet Ptolemæus in Sarmatia Europæa, quem in ſequentibus ferè deſcribit Marcellinus. * Viſtula tamen Melæ dicitur *Viſula* quod idem eſt ac Biſula. * *Idem.*

r * *Aræ Alexandro Magno ſacratæ.*] Earum meminit Oroſius in lib. I. capite 2. *Quà Riphæi montes Sarmatico adverſi Oceano Tanaïm fundunt: qui præteriens aras ac terminos Alexandro Magno in Roxolanorum finibus ſitos, Mæoticas auget paludes.* * Idem.

[ſ *Bene eſt inſula, quam incolunt Sindi.*] In Mſ. Colbertino ſcriptum reperi: *Pene eſt inſula, quam incolunt Sindi*, &c. Optimè: id eſt, *eſt pæninſula, quam incolunt*, &c. & ita emendandus eſt Ammianus Marc. haud dubiè. *Had. Valeſ.*

t *Sindi ignobiles*] Euſtath. in Dionyſ. Σινδοὶ οἱ καὶ Σιγκοὶ λεγόμενοι. Scylax, Σιντοί. * Val. Flaccus Argonaut. lib. 6. pag. 142

Degenereſque ruunt Sindi, glomerantque paterno
Crimine nunc etiam metuentes verbera turmas.

Orpheus Argonaut. Κιρκελικόν τ' ἀνδρῶν φῦλον σιντῶν τ' ἀγερώχων. Lindenbr.

v *Sindi ignobiles.*] Inter Europæos Plinius Sindos numerat in lib. 4. Verùm Scylax, Strabo, & Dionyſius Characenus, & Ptolemæus adſcribunt eos Aſiæ, & ab iis Sindicum portum & opidum nomen accepiſſe dicunt. De his Stephanus, Σινδοί, ait, ἀπὸ μεσημβρίας τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ἔνιοι δὲ καὶ τὸ Σινδικὸν γένος φασὶν εἶναι Μαιωτῶν ἀπόσπασμα. λέγεται καὶ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Hecatæus in lib. I. περὶ ἐθνῶν apud Scholiaſtem Apollonii lib. 4 Βόσπορον δὲ πλεύσαντι Σινδοί· ἄνω δὲ τούτων Μαιῶται Σκύθαι. καὶ Ἱππῶναξ δὲ μνημονεύει, πρὸς τὸ Σινδικὸν διάσφαγμα. Quamquam Hipponax Σινδικὸν διάσφαγμα dixit non à Sindis populis, ſed ἀπὸ τοῦ σινδιος, quæ vox meretricem ſignificat, teſte Heſychio quem conſule. De his Valerius Flaccus in 7.

Degeneréſque ruunt Sindi, glomerántque paterno
Crimine, nunc étiam metuentes verbera turmas. Valeſ.

x *Poſt heriles in Aſia caſus conjugiis potiti dominorum*] Herodotus lib. IV. Juſtinus lib. II. *Lindenbr.*

y *Achilleos vocant indigenæ dromon.*] Pæninſula eſt ad formam gladii in tranſverſum directa, ubi Achilles, infeſta claſſe mare Ponticum ingreſſus, ſe ſuóſque curſu exercitaſſe dicitur, & victoriam ludicro certamine celebraſſe; teſte Mela ac Plinio: 125. millibus paſſ. ab inſula Leuce diſtans. Gravi errore eorum qui Leucen cum Achilleos dromo eamdem fecêre, inter quos Arrianus eſt ac Stephanus, & prior iis Euripides in Iphigenia Taurica. Ejus pæninſulæ longitudinem 80. millium paſſuum tradidit Agrippa, teſte Plinio. Sed Tzetzes in Lycophro-

tiis Ducis quondam Theſſali memorabilem. Eíque proxima eſt civitas [z] Tyros colonia Phœnicum, quam præſtringit fluvius Tyras. In medio autem ſpatio arcus, quod prolixæ rotunditatis eſſe prædiximus, quódque expedito viatori diebus conficitur quindecim, Europæi ſunt Alani, & Coſtobocæ, gentéſque Scytharum innumeræ, quæ porriguntur aduſque terras ſine cognito fine diſtentas: quarum pars exigua frugibus alitur: reſiduæ omnes palantes per ſolitudines vaſtas, nec ſtivam aliquando nec ſementem expertas, ſed ſqualentes & [2] pruinoſas, ferarum tætro ritu veſcuntur: eíſque caritates, & habitacula viléſque ſupellectiles plauſtris impoſitæ ſunt corticibus tectis: & cùm placuerit ſine obſtaculo migrant, eadem carpenta quò libuerit convolventes. Cùm autem ad alium portuoſum ambitum fuerit ventum, qui arcus figuram determinat ultimam, Peuce prominet inſula, quam circumcolunt Troglodytæ & Peuci minoréſque aliæ gentes: & Hiſtros quondam potentiſſima civitas, & Tomi, & Apollonia, & Anchialos, & [a] Odiſſos: aliæ præterea multæ, quæ litora continent Thraciarum. Amnis verò Danubius [b] oriens prope Rauracos montes, confines limitibus Ræticis, per latiorem orbem prætentus, ac ſexaginta nauigabiles pæne recipiens fluvios, [c] ſeptem oſtiis per hoc [3] Scythicum latus erumpit in mare. Quorum primum eſt Peuce inſula ſuprà dicta, ut interpretata ſunt vocabula Græco ſermone, ſecundum Naracuſtoma, tertium Calonſtoma, quartum Pſeudoſtoma: nam Boreonſtoma ac deinde Stenoſtoma longè minora ſunt ceteris: ſeptimum ingens & paluſtri ſpecie nigrum. Omnis autem circumfluo ambitu [d] pontus, & nebuloſus eſt, & [e] dulcior æquorum ceteris

2. *Mſ.* ruinoſas. 3. *Mſ.* Scythicum littus.

---

nis Caſſandram id litus ait eſſe mille ſtadiorum longitudine, Achilleos dromon dictum, eo quòd Achilles id ſpatium ſolus curſu confecerit. *Valeſ.*

z *Tyros colonia Phœnicum.*] Nugæ: non enim Tyros, ſed Tyras dicitur urbs à præfluente Tyra, teſte Ptolemæo & Stephano, cui accedunt Mela ac Plinius: * quibus utriſque *Tyra* amnis dicitur, non *Tyras*. Scymno Chio cognominis fluvio *urbs Tyras* vocatur colonia Mileſiorum. * *Idem.*

a *Odiſſos*] Scribendum *Odeſſos*: Ὀδησσός, Arrianus, Strabo. *Lindenbr.*

b *Oriens prope Rauracos montes.*] Plinius in lib. 4. de Danubio: *Ortus hic in Germania e jugis montis Abnobæ, ex adverſo Raurici Galliæ opidi, &c.* Solinus quoque, *Iſter*, ait, *Germanicis jugis oritur, effuſus monte qui in Rauracos Galliæ ſpectat.* Non igitur prope urbem Rauracos oritur, ſed ex adverſo: neque prope Rauracos montes, ſed è montibus Abnobis ſeu Aunobis, ut Ptolemæus vocat. Quare ita ſcribendum videtur: *Danubius oriens prope Rauracos monte confine limitibus Ræticis.* Henr. Valeſ. [In codice Colbertino & in ceteris omnibus ſic ſcriptum reperi: *Danubius oriens prope Rauracos montes, confines limitibus Ræticis.* Cùm igitur omnium Mſſ. codicum conſen[ſu] hæc ſcriptura firmetur, non deerunt, qui exiſtiment Ammianum ſcripſiſſe atque ſenſiſſe, nec quidquam in [eo] corrigi aut mutari oportere. Sic autem falsò ſenſit Marcellinus, ſive quòd in vitiata Plinii exemplaria incidit, [ſi]ve quòd homo Græcus verba ejus Latina, quamquam apertiſſima, malè & aliter quàm debebat intellexit. *Hadrian. Valeſ.* Conjectura Henrici eſt mera Salmaſian[a], quam aperuit in Solinianis pag. 186. Plinium quoque Solinum cum Ammiano componens. *Gron.*

c *Septem oſtiis per hoc Scythicum latus erumpit*] Plini[us] lib. IX. cap. 12. Arrianus in Periplo Ponti Euxini. J[ul.] Solinus cap. 19. Schol. Apollon. lib. IV. num 26. Jornandes in Hiſtor. Getica, * Val. Flaccus Argonaut. lib. 8.

— *ingens Scythici ruit exitus Hiſtri;*
Fundere non uno tantùm quem flumina cornu
Accipimus: ſeptem exit aquis, ſeptem oſtia pandit.

Lindenbr.

d *Pontus & nebuloſus eſt*] Pomponius Mela in lib. 1. [de] Ponto loquens: *Brevis, atrox, nebuloſus, raris ſtationibus, non molli neque arenoſo litore, vicinus Aquilonibus & quia non profundus eſt, fluctuoſus atque fervens.* Vale[ſ.]

e *Dulcior æquorum ceteris.*] Salluſtius in Hiſt. *M[are] Ponticum dulcius quàm cetera*, ut refert Macrobius lib. 7. Saturn. Eamdem dulcedinis aquarum cauſam

& vad[a]

& vadoſus: quòd & concreſcit aër ex humorum ſpiramine ſæpe denſatus, & irruentium undarum [4] magnitudine temperatur, & conſurgit in brevia tortuoſa, limum globóſque aggerente multitudine circumvenientium fluentorum. Et conſtat ab ultimis noſtri finibus maris agminatim ad hunc receſſum pariendi gratiâ petere piſces, ut aquarum ſuavitate ſalubriùs [5] fetus educant, in receptaculis cavis quæ ſunt ibi denſiſſima, ſecuri voracium belluarum: [f] nihil enim in Ponto hujuſmodi aliquando eſt viſum, præter innoxios delphinas & [6] parvos. Quidquid autem ejuſdem Pontici ſinus Aquilone cæditur & pruinis, ita perſtringitur gelu, ut nec amnium curſus ſubtervolvi credantur, nec per infidum & labile ſolum greſſus hominis poſſit vel jumenti firmari: quod vitium numquam mare ſincerum, ſed permiſtum aquis amnicis tentat. Perlati [7] aliquantorſum longiùs quàm ſperabamus, pergamus ad reliqua. Acceſſerat aliud ad gaudiorum præſentium cumulum, diu quidem ſperatum, ſed dilationum ambage multiplici tractum. Nuntiatum eſt enim per [8] Agilonem & Jovium poſtea Quæſtorem, Aquileïæ defenſores [9] longioris obſidii tædio, cognitóque Conſtantii exceſſu, patefactis portis egreſſos, auctores prodidiſſe turbarum: iiſdémque vivis exuſtis, ut ſuprà relatum eſt, omnes conceſſionem impetraſſe delictorum & veniam.

CAP. IX. At proſperis Julianus elatior, ultra homines jam ſpirabat, periculis expertus adſiduis, quòd ei orbem Romanum placidè jam regenti, velut mundanam [g] cornucopiam Fortuna geſtans propitia, cuncta glorioſa deferebat & proſpera: antegreſſis victoriarum titulis hæc quoque adjiciens, quòd dum teneret Imperium ſolus, nec [h] motibus internis eſt concitus, nec barbarorum quiſquam ultra ſuos exſiluit fines: ſed populi omnes aviditate ſemper [1] inſe-

4 *Al.* multitudine. 5 *Al.* fœtum. 6 *Mſ.* palos. 7 *Mſ. & Steph.* aliquantorſum longè. 8 *Mſ.* Agilonem. 9 *Al.* longiore. 1 *Mſ.* inſectari.

rt Valerius Flaccus in 4.

Quas Tanaïs, fluviuſque Lyces, Hypaniſque, Meláſque
Addat opes: quantóſque ſinus Mæotia laxent
AEquora. flumineo ſic agmine fregit amari
Vim ſalis, hinc Boreæ cedens glacialibus auris
Pontus, & exortâ facilis concreſcere brumâ.

uibus verſibus etiam hoc Poëta ſignificat, cauſam cur acietur Pontus, ab horum magnitudine fluminum ori- Sed & Mæotidis paludis aquas dulces eſſe ob eamdem uſam affirmat Polybius in 4. quòd ſcilicet fluminum curſus id evicerit. Cùm ergo aquæ ex Mæotide in Ponm adſiduè influant, minimè mirum eſt, aquas Pontici aris dulciores eſſe. *Valeſ.*

f *Nihil in Ponto hujuſmodi aliquando eſt viſum præter noxios delphinas & parvos*] Plinius libri 9. capite. 15. *Pontum nulla intrat beſtia piſcibus malefica præter vitulos & parvos delphinos.* Lindenbr. *

g *Cornucopiam Fortuna geſtans.*] Fortuna eo habitu fingi ſolebat, dextrâ gubernaculum, cornu Amaltheæ ſiniſtrâ geſtans, ut ait Dio in Orat. 64. & 65. de Fortuna, & Pauſanias in Achaïcis. Arnobius in lib. 6. Prudentius in lib. 1. contra Symm.

Formatum Fortunæ habitum cum divite cornu.

Denique Marcellinus Comes in Chronico Boethio ſolo Coſ. *Valeſ.*

h *Nec motibus internis.*] De hac profunda pace quæ per orbem Rom. regnante Juliano manſit, ſic Libanius in Epilogo Orationis funebris: ταυτὸν δυνηθεὶς πρός γε τὸ πάντα ἡσυχάσαι ἀπών τε ὁμοίως καὶ παρών· οὔτε γὰρ βάρβαρος ὅπλων ἥψατο παρὰ τὰς συνθήκας, οὔτ' ἔνδοθεν ἀνεφάνη θόρυβος οὐδὲ εἷς. *Qui ad hoc ut omnes ſe in officio continerent, non minùs abſens valuit quàm præſens. Nam neque barbarorum quiſquam arma corripuit; neque inteſtinus tumultus exortus eſt.* Magna certè ac vera laus, niſi Chriſtianos, hoc eſt totum propè orbem Rom. ut ait Gregorius Nazianzenus, inteſtinis motibus, ac ſubdola perſecutione vexaſſet. *Idem.*

ctandi præterita, ut damnoſâ & noxiâ, in laudes ejus ſtudiis miris accendebantur. Omnibus igitur, quæ res diverſæ poſcebant & tempora, perpenſa deliberatione diſpoſitis, & militibus orationibus crebris, ſtipendióque competenti [h] ad expedienda incidentia promptiùs animatis, cunctorum favore ſublimis, Antiochiam ire contendens, reliquit [i] Conſtantinopolim incrementis maximis fultam: natus enim illic, diligebat eam ut genitalem patriam & colebat. Tranſgreſſus itaque fretum, prætercurſâ Chalcedona & [k] Libyſſâ, ubi ſepultus eſt Hannibal Pœnus, inde Nicomediam venit urbem antehac inclytam, ita magnis retro Principum amplificatam impenſis, ut ædium multitudine privatarum & publicarum rectè noſcentibus regio quædam Urbis æſtimaretur æternæ. [l] Cujus mœnia cùm vidiſſet in favillas miſerabiles conſediſſe, angorem animi tacitis fletibus indicans, pigriore gradu pergebat ad regiam: [m] hoc maximè ærumnis ejus illacrimans, quòd [n] ordo ſqualens occurrit &

h *Ad ea expedienda incitanti.*] Sic partim Caſtellus, partim Gelenius correxêre, cùm in Editione Rom. ſic excuſum eſſet: *Ad expedienda incitent.* Quemadmodum etiam in codice Reg. [& Colbert.] ſcriptum fuerat: ſed ea ſcriptura ab antiquario deleta & interpolata eſt. Equidem ſic legendum exiſtimo: *Stipendióque competenti ad expedienda incidentia promptiùs animatis.* Valeſ.

i *Conſtantinop. incrementis max. fultam.*] Id eſt beneficiis auctam ac locupletatam. Eodem ſenſu incrementa liberalitatis dixit Spartianus in Hadriano. Porrò quænam ſint ea beneficia, quæ Julianus Conſtantinopoli largitus eſt, docet Zoſimus in lib 3. Primò ut Senatum haberet perinde ac urbs Roma: deinde portum maximum ibi ædificavit, qui à meridie periclitantibus perfugium præberet. Is portus D. Juliani dicitur in leg. ult. Cod. Th. de calc. coct. Ad hæc porticum ſemirotundam quæ ſigma ex formæ ſimilitudine dicebatur, ad eum portum pertinentem. Poſtremò Bibliothecam in Palatio dedicavit. Hæc Zoſimus. Sed quod de Senatu dixit, vix credi poteſt. Quippe jam à Conſtantino Max. Senatum Conſtantinopolis acceperat, ut docet Libanius in Orat. ad Theodoſium de ſeditione: τόν τε ἀντιδόντα τῇ ῥωμαίων βουλῇ τὴν νέαν, &c. & auctor Chronici Alexandrini, Excerpta denique de Geſtis Conſtantini pag. 476. hujus Editionis. Verùm hæc fortaſſe ita conciliari poſſunt, ſi Conſtantinum quidem primum ea in urbe Senatum inſtituiſſe dicamus; Julianum verò ejus privilegia ac dignitatem auxiſſe: quod quidem confirmat egregiè Mamertinus in Gratiarum actione his verbis; *An metuenda tibi eſt Curia, cùm Senatui non ſolùm veterem reddideris dignitatem, ſed etiam plurimum novi honoris adjeceris?* Idem.

k *Libyſſa, ubi ſepultus eſt Hannibal*] Plutarchus in Flaminino: Ἐν Βιθυνίᾳ τόπος ἐστὶ θινώδης ἐπὶ θαλάσσης, καὶ περὶ αὐτὸν κώμη τις οὐ μεγάλη Λίβυσσα καλεῖται: cumque locum fatalem Hannibali fore, oraculum prædixiſſe ait: Λίβυσσα κρύψει βῶλος Ἀννίβου δέμας. Jul. Solinus cap. 44. * Marcian. Capel. lib 6. p. 257. * *Lindenbr.*

l *Cujus mœnia.*] Id eſt opera publica & ædificia, ab anterioribus Principibus exſtructa. Quo ſenſu de ha eadem civitate Nicomedia Aurelius Victor in Diocletian dixit: *Ac mirum in modum novis adhuc cultiſque mœnibi Romana culmina & ceteræ urbes ornatæ, maximè Carthago, Mediolanum, Nicomedia.* Et Ambroſius in Ep. 3 Suetonius in Nerone cap. 38. Vide Iſidorum in lib. 15. C riginum cap. 2. *Valeſ.*

m *Hoc maxime ærumnis ejus illachrimans.*] De h Juliani lacrymis loquitur Libanius in Ep. 29. ad Juli num his verbis: μακαρίζω ἔγωγε τὴν Νικομήδειαν καὶ κειμένην. ἐκ μὲν γὰρ ἰστάναι δάκρυσι σοῖς· τοῦτο δ᾽ οὐ μεῖόν τι τῶν θρήνων οὓς ἐπ᾽ Ἀχιλλεῖ Μούσας ἐγεῖραι λόγος, οὔτε τῆς ἡματωμένης ψακάδος, &c. *Eg verò Nicomediam tametſi collapſam, beatam prædico, qua lacrimis tuis excitari ac reſtitui oportebat. Illud verò nihi inferius eſt fletibus illis, quos Muſæ Achille mortuo edidi dicuntur: nec ſanguineâ guttâ, quam Jupiter in Sarpedon fudit obitus.* Idem.

n *Ordo occurrit populi.*] Hunc locum egregiè mi videor reſtituiſſe. Nam cùm in Mſſ. Flor. Regio [& Colbert.] * ac Toloſ. * atque in Editione Rom. legitur *populus*, ita ſcribendum eſſe exiſtimavi: *Squalens or. occurrit & populus.* Sic enim Marcellinus noſter in lib. 1 *Quo*, inquit, *rumore perculſis provinciis, ordines civitatu & populi detinebant penes ſe publicum defenſorem.* Et ru ſus in lib. 25. *Et hæc quidem ſuppliciter ordo & populus pr cabatur.* Nihil frequentius occurrit in antiquis Inſcr ptionibus. Verbi gratiâ: *Ordo & populus Neapolitan.* v *Senatus populúſque*: aut denique *Decuriones & plebs.* Hæ enim omnia idem ſignificant. Sic etiam Euſebius in lib. de vita Conſtantini cap. 1. utroſque conjunxit: τῇ καὶ τῶν δήμων τε καὶ πολιτευτῶν ἀνδρῶν πατρονομουμένων. Id eſt: *Cum popu li & ordines civitatum patriis inſtitutis regerentur.* * Sic Gregorius Nazianz. in Epiſtola 49 ad Olympium: πάντας πολίτας τε καὶ πολιτευτὰς, καὶ ἀξιωματικούς. Id eſt, *Cunctos cives, & Decuriones, & Honoratos,* * Et Leo Auguſt. in Ep. ad Anatolium, quam refert Evagrius in lib. Hiſt. cap. 9. ὃν ὅ τε τῶν Ἀλεξανδρέων δῆμος καὶ ἀξιωματικοὶ καὶ πολιτευόμενοι ἐπιζητοῦσιν αὐτοῖς. Id eſt: *Quem populus Alexan*

[2] populus nimium quantum antehac florentiſſimus: & agnoſcebat quoſdam, [o] ibidem ab Euſebio [3] educatus Epiſcopo, quem genere longiùs contingebat. Hic quoque pari modo ad reparanda quæ terræ ſubverterat tremor, abunde præſtitis plurimis, per Nicæam venit ad Gallogræciæ fines: unde [p] dextrorſus itinere declinato, Peſſinunta convertit, viſurus vetuſta Matris Magnæ delubra: à quo oppido bello Punico ſecundo, [q] carmine Cumano monente per Scipionem Naſicam ſimulacrum tranſlatum eſt Romam. Cujus ſuper adventu in Italiam pauca cum aliis huic materiæ congruentibus in actibus Commodi Principis digeſſimus per exceſſum: quam autem ob rem hoc nomine oppidum ſit appellatum, variant rerum ſcriptores. Quidam enim figmento Deæ cælitus lapſo, ἀπὸ τοῦ πεσεῖν, quod cadere nos dicimus, urbem aſſeruere cognominatam. Alii memorant [r] Ilum Trois filium Dardaniæ [4] Regem, locum ſic appellaſſe. Theopompus non Ilum id egiſſe, ſed [ſ] Midam affirmat Phrygiæ quondam potentiſſimum Regem. Venerato igitur numine, hoſtiiſque litato & votis [5] Ancyram redit: eúmque exinde progredientem ulteriùs multitudo inquietabat, pars violenter erepta reddi ſibi poſcentium; alii querentes [t] conſortiis ſe [6] curiarum addictos in juſtè; nonnulli ſine reſpectu periculi agentes aduſque rabiem, ut adverſarios ſuos læſæ majeſtatis criminibus illigarent. Verùm ille [v] judicibus [x] Caſſiis triſtior & Lycurgis, [y] cauſarum momenta

2 *Mſ.* populus. 3 *Mſ.* ducatus. 4 *Mſ.* Regem vel locum. 5 *Mſ.* Anticyram. 6 *Mſ.* curiarium ἴς. curialium.

& Honorati & Decuriones ſibi Epiſcopum poſcunt: quibus in locis vertendis labuntur Interpretes Latini. Atqui. πολιτευόμενοι ſunt Decuriones apud Artemidorum in lib. 1. cap. 52. & apud Libanium paſſim in tomo 2. Orationum: qui & πολιτευταὶ dicuntur ab eodem Artemidoro in cap. 82. libri 1. & in cap. 16. lib. 3. & Athanaſio in Epiſt. ad Solitarios, ubi dicit. πολλῶν πολιτευτῶν καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ δήμου & mox: βουλευτὰς καὶ δημότας pro eodem uſurpat. *Valeſ.*

o *Ibidem ab Euſebio educatus Epiſcopo.*] Hic eſt ille Nicomedienſis Euſebius, Arianæ factionis columen, qui ut narrant Scriptores rerum Eccleſ. primò Beryti, deinde Nicomediæ fuit Epiſcopus, tandémque pulſo Paulo Conſtantinop. ſedem tenuit. Deceſſit è vita paullo ante Sardicenſe concilium, teſte Athanaſio in Apologia ad Arianos. Ab hoc Euſebio educatum eſſe Julianum, teſtatur etiam Zonaras. Refert enim matrem Juliani adhuc gravidam, viſam ſibi eſſe in ſomnis Achillem parere: ſtatímque experrectam dum marito ſomnium narrat, partum abſque doloribus edidiſſe: atque hinc magna de puero concepta ſpe, parentes cum Euſebio Nicomediæ Epiſcopo tradidiſſe, ſacris litteris imbuendum. *Idem.*

p *Dextrorſus itinere declinato Peſſinunta convertit.*] Idem prædicat Libanius in Orat. Conſulari pag. 247. ὃς ἐκ τῆς εὐθείας ὁδοῦ τοσοῦτον ἐκδεχομῶν, εἰς φρυγίαν ἐλθὼν, τὴν τεκοῦσαν ἡμῖν τοὺς θεοὺς πολλαῖς καὶ μεγάλαις τιμήσας ἐπανῆλθε: & rurſus in Monodia de Juliani obitu pag. 254. *Idem.*

q *Carmine Cumano monente, per Scipionem Naſicam ſimulacrum tranſlatum eſt Romam*] Livius lib. XXIX. Strabo lib. XII. pag. 391. Arnob. lib. VII. Herodianus, Sil. Italicus. *Lindenbr.*

r *Ilum Trois filium.*] Hæc tranſlata ſunt ex Herodiani lib. 1. Cui jungendus eſt Scholiaſtes Lycophronis, qui ſic ait: τὸ παλλάδιον ἦν τῆς Ἀθηνᾶς τοιοῦτο ἦν. τρίπηχυ ξύλινον ἐξ οὐρανοῦ καταπεσὸν ἐν Πεσινοῦντι τῆς Φρυγίας, ὅθεν Διόδωρος καὶ Δίων τὸν τόπον κληθῆναί φασιν· ἕτερος δέ τις ἱστορικὸς οὕτω λέγει τὸν τόπον κληθῆναι ἀπὸ τοῦ πολλοὺς ἐκεῖ πεσεῖν ἐν τῇ συμβολῇ τοῦ πολέμου, ὁπότε διὰ τὴν ἁρπαγὴν Γανυμήδους ἐμάχοντο Τάνταλος ὁ ἐραστὴς Γανυμήδους καὶ Ἶλος ὁ ἀδελφός. Valeſ.

ſ *Midam affirmat.*] Hic Phrygiæ Deæ Cybelæ magnificentiſſimum templum primus Peſinunte condidiſſe dicitur à Diodoro Siculo in lib. 3. Cui conſentit Arnobius in lib. 2. contra nationes: *Quid Phrygiam matrem, cujus eſſe conditor judicatur vel Midas, vel Dardanus.* Eumdem Midam tempore Matris M. & Atyis vixiſſe, ſcribit Arnobius in 5. Sanè filius matris Idææ dicitur Hygino fab. 191. *Idem.*

t *Conſortiis ſe Curiarum*] De Curialibus multa in utroque Codice, Theodoſiano purà ac Juſtinianæo, deque iis alius erit tractandi locus. *Lindenbr.*

v *Judicibus Caſſiis triſtior & Lycurgis.*] L. Caſſius Prætor fuit Scipione Naſica & Calpurnio Beſtia Coſſ. magnâ integritatis famâ, ut docet Salluſtius in Jugurthino. Idem ſummæ ſeveritatis in judicando. Unde ejus tribunal ſcopulus reorum dicebatur, ut ſcribit Valerius

æquo jure perpendens, ſuum cuique tribuebat, nuſquam à vero abductus, acriùs in calumniatores exſurgens: quos oderat, multorum hujuſmodi petulantem ſæpe dementiam aduſque diſcrimen expertus, dum eſſet adhuc humilis & privatus. Exemplúmque patientiæ ejus in tali negotio, licèt ſint alia plurima, id unum ſufficiet poni. Inimicum quidam ſuum, cum quo diſcordabat aſperrimè, [7] commiſiſſe in majeſtatem turbulentiùs deferebat: Imperatoréque diſſimulante, eadem diebus continuis replicans, interrogatus ad ultimum, qui eſſet quem argueret, reſpondit, municipem locupletem. Quo audito, Princeps [8] renidens: *Quibus indiciis*, ait, *ad hoc perveniſti?* Et ille, *Purpureum ſibi*, inquit, *indumentum ex ſerico pallio parat.* Juſſúſque poſt hæc ut vilis, arduæ rei vilem incuſans, abire tacitus & innoxius, nihilominus inſtabat. Quo tædio Julianus defatigatus, ad Largitionum Comitem viſum propiùs, *Jube*, inquit, *periculoſo garritori* [z] *pedum tegmina dari purpurea, ad adverſarium perferenda: quem ut datur intelligi, chlamydem hujus coloris memorat ſibi conſarcinaſſe: ut ſciri poſſit, ſine viribus maximis quid panuli proficiant leves.* Sed ut hæc laudanda & bonis moderatoribus æmulanda: ita illud amarum & notabile fuit, quòd ægrè ſub eo [9] à Curialibus quiſquam appetitus licèt privilegiis, & ſtipendiorum numero, & originis penitus alienæ [1] firmitudine communitus, obtinebat æquiſſimum: adeo ut plerique territi emercarentur moleſtias pretiis [2] clandeſtinis. Itineribus itaque emenſis cùm ad [a] Pyla

7 *Mſ.* dixiſſe. 8 *Al.* renitens. 9 *vulg.* τὸ à *deeſt.* 1 *Al.* fortitudine. 2 *Mſ.* clandeſtinis ..... Itineribus.

Max. in lib. 3. cap. 7. De eo lege Aſconium in Milonianam. Ab hoc Caſſio poſtea judex Caſſianus pro triſti ac ſevero dici cœpit, ut apud Ciceronem 3. in Verrem, & in ea pro Roſcio Amerino. Et hæc de Caſſio. Quod ſpectat ad Lycurgum, non aſſentior Lindenbrogio, qui Lycurgum hîc intelligit Legiſlatorem Spartanorum. Lycurgum enim Athen. Oratorem arbitror intelligi, cujus in reos ſeveritas celebrata eſt. Diodorus Siculus in lib. 16. de eo dixit: ἦν δὲ πικρότατος ἐν τοῖς λόγοις κατήγορος. Unde etiam Ibis cognominatus eſſe videtur, quòd ſcilicet ut Ibis angues, ſic ipſe noxios cives & peregrinos expelleret. Ariſtophanes in Avibus:

Ἶβις Λυκούργῳ, Χαιρεφῶντι νυκτερίς.

Quamquam ſcio Scholiaſtem ejus cognominis aliam afferre cauſam, quòd ſcilicet Ægypto oriundus, aut quòd longis cruribus eſſet Lycurgus. Sed noſtram ſententiam confirmare videtur Plutarchus in Lycurgi Rhetoris vita: ubi & verſum illum Ariſtophanis adducit, ſed mendoſum. Ab hoc Lycurgo viri, qui in gerenda Rep. ſeveri eſſent, Lycurgi dicebantur. Cicero in Epiſt. x. lib. 1. ad Atticum. *Noſmetipſi*, ait, *qui Lycurgei à principio fuiſſemus, quotidie demitigamur.* Valeſ.

x *Caſſiis triſtior & Lycurgis*] Hic ille eſt L. Caſſius, de quo Cicero in Bruto: *L. Caſſius multum potuit, non eloquentia, ſed dicendo tamen, homo non liberalitate ut alii, ſed ipſa triſtitia & ſeveritate popularis.* Ammian. lib. 31. (*ſemel promotos agere didiciſſet immaniter, Lycurgos inveniſſe ſe prædicabat & Caſſios.* * Hinc *Caſſiani judices* apud Cicer. pro Roſc. Orat. 2. & in Verrem Orat. 3. Vid. Aſcon. Pædian. Infrà lib. XXVI. * De Lycurgo res e pueris nota. *Lindenbr.*

y *Cauſarum momenta æquo jure perpendens, ſuum cuique tribuebat*] Inf. *Exquiſita docilitate librans, quibus modis ſuum cuique tribueret.* Symmachus in Relatione ad Valentinian. Theodoſ. &c. Impp. *Omnia regitis, ſed ſuum cuique ſervatis, pluſque apud vos juſtitia, quàm licentia valet.* Gregor. P P. * lib. 7. * Epiſt. 120. *Summum in Regibus bonum eſt, juſtitiam colere, ac ſua cuique jura ſervare, & ſubjectis non ſinere quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodire.* Idem.

z *Pedum tegmine purpurea*] Quæ ſolum Imperatorem decent: ideóque imminutæ majeſtatis reus erat, qui quis illa propria auctoritate uſurpaſſet. De his infr. agimus lib. XXVI. *Idem.*

a *Pylas veniſſet.*] Hujus ſtationis mentio fit in Itinerario Burdigalenſi; *Manſ. Opodanda m. 12.* Scribe *Spodando* ex Conſtantini lib. περὶ θεμάτων 1. & Baſilio in E. 361. & 379. & ex Cedreno in Baſilio & in Johanne Tzimiſce, *Mutatio Pylas m. 14. finis Cappadociæ & Ciliciæ.* Meminit Pylarum etiam Q. Curtius in lib. 3. Deſcribunque hunc aditum Ciliciæ Xiphilinus & Herodianus in Severo. Sunt & aliæ Pylæ in Amano, quæ Ciliciam à Syria dividunt; quas deſcribit Xenophon in lib. 1. exped

veniſſet, qui locus Cappadocas diſcernit & Cilicas, [b] oſculo ſuſceptum [c] rectorem provinciæ nomine Celſum, jam inde à ſtudiis cognitum Atticis, adſcitúmque in conſeſſum vehiculi Tarſum ſecum induxit. At hinc videre properans Antiochiam, Orientis apicem pulcrum, uſus itineribus ſolitis venit: urbique propinquans in ſpeciem alicujus numinis votis excipitur publicis, miratus voces multitudinis magnæ, ſalutare ſidus inluxiſſe Eois partibus adclamantis. Evenerat autem [d] iiſdem diebus annuo curſu completo [e] Adonia ritu veteri celebrari, amato Veneris ut fabulæ fingunt [f] apri dente ferali deleto, quod in adulto flore ſectarum eſt indicium frugum. [g] Et viſum eſt triſte, quòd amplam urbem Principúmque domicilium introeunte Imperatore nunc primúm, ululabiles undique planctus & lugubres ſonus audiebantur. Hîc patientiæ ejus & lenitudinis documentum leve quidem apparuit, ſed mirandum. Thalaſſium quemdam ex Proximo libellorum, inſidiatorem fratris oderat Galli: [h] quo ado-

tionis Cyri. Dio in libro 48. Cicero in libro 5. Epiſtola 20. ad Articum. Valeſ.

b *Oſculo ſuſceptum rectorem provinciæ*] *Labratum* hoc genus ſalutationis dixere. Gloſſar. *Labratum*, φίλημα βασιλικὸν, καὶ ἀσπαστικὸν βασιλικόν. Ammian. lib. XXIX. *Suſceptuſque cum oſculo, quoniam id Reipub. conducebat.* * Hilarius Epiſcop. ad Conſtantium Auguſt. pag. 79 *Oſculo Sacerdotes excipis, quo & Chriſtus eſt proditus.* De Imperatore hoc ſcribit. * Neque confundendum cum labrato, de quo in Ecloga βασιλικῶν lib. 56. Tit. 17. cap. 65. ἤτοι λαβοράτον καλαγγέλλουσιν. Id enim κατὰ συγκοπὴν dictum, quaſi laboratum, id eſt, arte ac labore ſummo effigiatum, ut Gloſſ. Nomicum interpretatur, & ſacros vultus notat, in L. 1. C. publ. lætit. Johan. Damaſcenus Orat. 3. pro imaginibus βασιλεῦσι φθαρτοῖς πολλάκις καὶ ἀσεβέσι, καὶ ἁμαρτωλοῖς, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτῶν χειροτονουμένοις ἄρχουσι, καὶ τοῖς τούτων λαβοράτοις προσκυνοῦσιν ἄνθρωποι. At de oſculi honore iterum Ammianus lib. XXIX. * Tacitus Annal. XIII. *Sæptus turba Centurionum, & poſt breve oſculum digrediens.* In Vita Agricolæ: *Exceptuſque brevi oſculo & nullo ſermone, turbæ ſervientium immiſtus eſt.* Lindenbr.

c *Rectorem pr. nomine Celſum.*] Fuit hic diſcipulus Libanii, natione Cilix. Heſychii filius, qui Juliano Principi Ciliciam ingreſſo panegyricum dixit, ut ait Libanius in Orat. funebri pag. 300. & in Epiſt. 634. ad Celſum. Hoc diſcipulo ſe jactat Libanius in Orat. adverſus doctrinæ ſuæ obtrectatores, eúmque cùm Athenas veniſſet, ait auctorem fuiſſe decreti illius, quo Libanius ad ſophiſticum thronum Athenas evocatus eſt. Athenas autem profectus erat Celſus ſuaſu Baſilii magni, ut docet Libanius in Ep. 143. ad Baſilium. *Valeſ.*

d *Iisdem diebus Adonia.*] Ex his apparet Julianum ſub exitum menſis Junii Antiochiam introiſſe, Mamertino & Nevitta Coſſ. anno Domini 362. Adonia enim quæ tunc temporis actitata ſcribit Marcellinus, menſe Junio quotannis recurrebant circa ſolſtitium æſtivum, ut docet Hieronymus in caput 8. Ezechielis, & Macrobius. *Idem.*

e *Adonia ritu veteri celebrari, amato Veneris, &c.*] Meminit hujus feſtivitatis lib. XIX. *Lacrimare cultrices Veneris ſæpe ſpectantur in ſolennibus Adonidis ſacris, quod ſimulacrum aliquod eſſe frugum adultarum religiones myſticæ docent.* Jul. Firmicus lib. de errore prof relig. *In plurimis Orientis civitatibus, licèt hoc malum etiam ad nos tranſitum fecerit, Adonis quaſi maritus plangitur Veneris, & percuſſor ejus circumſtantibus vulnuſque monſtratur.* Plangebatur nempe ritu eodem, quo apud AEgyptios Oſiris: unde ut ejulatus & gaudia, ita & arcana quoque religionis eadem. Phornutus περὶ θεῶν: ---- Τοιοῦτον γάρ τι καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ὁ ζητούμενος καὶ ἀνευρισκόμενος ἀφανισμὸς ὑπὸ τῆς Ἴσιδος, Ὄσιρις ἐμφαίνει, ὅπερ ἀνὰ μέρος παρ' ἓξ μῆνας ὑπὲρ γῆν τε καὶ ὑπὸ γῆν γινόμενος Ἄδωνις, ἀπὸ τοῦ ἄδειν τοῖς ἀνθρώποις, οὕτως ὠνομασμένος τοῦ δημητριακοῦ καρποῦ. Videndus Procopius Gaz. Sophiſta Chriſtianus in Eſaiam cap. 18. *Lindenbr.*

f *Apri dente ferali*] Phornutus: ὗς δὲ πλήξας ἀνελεῖν λέγεται, διὰ τὸ τὰς ὗς δοκεῖν λωβοτέρας εἶναι, ἢ τὸν τῆς ὑνέως ὀδόντα αἰνιττομένων αὐτῶν, ὑφ' οὗ κατὰ γῆς κρύπτει τὸ σπέρμα. Aliter hæc interpretatur Macrob. 1. Saturn. cap. 2. *Idem.*

g *Et viſum eſt triſte*] Sic dirum omen viſum Athenienſibus, cùm contra Syracuſanos bellum pararent: eo ipſo quòd die quo claſſis ſolvit, hæc ipſa quoque Adonia celebrarentur. Plutarchus in Nicia: Οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ τὰ τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ τὸν στόλον ἐξέπεμπον ἐπέθραττεν. Ἀδώνεια γὰρ εἶχον αἱ γυναῖκες τότε, καὶ προὔκειτο πολλαχόσε τῆς πόλεως εἴδωλα καὶ ταφαὶ περὶ αὐτά. καὶ κοπετοὶ γυναικῶν ἦσαν, &c. Idem in Alcibiade. Et dedecus illud humani generis Heliogabalus, cùm ſimilia his ſacra, & Salambonem omni planctu & jactatione Syriaci cultus exhiberet, omen ſibi imminentis exitii fecit. Lamprid. in Heliog. *Idem.*

h *Quo adorare adeſſeque officio inter honoratos prohibito*] Honorati enim tantùm, & qui dignitatis alicujus prærogativa eminebant, ad hanc Imperatoriam adorationem, id eſt venerationem admittebantur: arcebantur verò perſonæ viles, aut ob delictum aliquod pœná potiùs quàm honore dignæ, L. unica C. Theod. de Præpoſ. ſacri Cubic. L. 1. de Decurion. & Silent. L. 3. de Domeſt. & Pro-

rare adeſſéque officio inter Honoratos prohibito, adverſarii cum quibus litigabat in foro, poſtridie turbâ congregatâ ſuperfluâ, adito Imperatore, *Thalaſſius*, clamitabant, *inimicus pietatis tuæ noſtra violenter eripuit.* Et ille hac occaſione hominem opprimi poſſe conjiciens, *Agnoſco*, reſpondit, *quem dicitis offendiſſe me juſta de cauſa: & ſilere vos interim conſentaneum eſt, dum mihi inimico potiori faciat ſatis.* Mandavítque [i] adſidenti Præfecto, ne audiretur eorum negotium, antequam ipſe cum Thalaſſio rediret in gratiam [k] quod brevi evenit.

CAP. X. Ibi hiemans ex ſententia, nullis interim voluptatis rapiebatu illecebris, quibus abundant Syriæ omnes: verùm per ſpeciem quietis judicialibus cauſis intentus, [3] non minùs arduis quàm bellicis, diſtrahebatur multiformibus curis, [l] exquiſita docilitate librans, quibus modis ſuum cuique tribueret: juſtíſque ſententiis & improbi modicis coërcerentur ſuppliciis, & innocentes fortunis defenderentur intactis. Et quamquam in diſceptando aliquoties erat intempeſtivus, quid quiſque jurgantium coleret, tempore alieno interrogans: tamen nulla ejus definitio litis à vero diſſonans reperitur: nec argi umquam potuit ob religionem vel quodcumque aliud, ab æquitatis recto tramit deviaſſe. Judicium enim hoc eſt optandum & rectum, ubi per varia negotiorur examina juſtum id eſt & injuſtum: à quo ille ne aberraret, tamquam ſcopulos ca vebat abruptos. Hoc autem ideo aſſequi potuit, quòd levitatem agnoſcens con

3 *Mſ.* non minùs quàm bellicis arduiſque, quibus diſtr.

---

tect. L. unic. de Comit. & Tribun. L. 4. 8. 9. 16. de diverſ. Offic. & Apparit. L. 3. de Fabricenſ. L. unic. de imag. Imper. Cujus moris etiam in Cod. Juſtinianeo mentio frequens, ut jam ad lib. xv. notavi. *Lindenbr.*

i *Adſidenti Præfecto,*] Salluſtio, ut opinor. Porrò Præfecti Præt. Imperatori judicanti adſidere ſolebant. Hinc Domitius Ulpianus aſſeſſor fuiſſe Alex. Severo dicitur ab Eutropio, quem Aurelius Victor Præfectum fuiſſe dicit Prætorii, & Vopiſcus in Aureliano: *Aſſidentibus Memmio Fuſco Conſule ordinario, & Bæbio Macro Præfecto Præt.* Quæſtores etiam ſacri Palatii Imp. adſidebant, ut de Proculo ait Procopius in lib. 1. Perſic. & in lib. 1. Goth. de Fidole Atalarici Quæſtore: *ὃς δὴ Ἀταλαρίχῳ παρήδρευε πρότερον· κοιαίστωρα δὲ τὴν ἀρχὴν ταύτην καλοῦσι Ῥωμαῖοι.* Nec eos ſolùm, ſed Juriſconſultos etiam & amicos in conſilio habebant Principes, cùm judicabant, ut de Hadriano Spartianus ſcribit. Procopius in lib. 1. Perſic. initio de Arcadio Aug. *κοινολογησάμενος τῶν λογίων τισὶν, οἷοι πολλοὶ βασιλεῖ παρεδρεύειν εἰώθασιν.* Stephanus Byzantius hos intelligere videtur, cùm dicit, *πάρεδρος ὁ τῷ βασιλεῖ συνεδρεύων.* Et Eunapius in AEdeſio de Sopatro. *Valeſ.*

k *Quod brevi evenit.*] Talaſſius quippe relicto Chriſti cultu ad Deorum cultum tranſiit, & ita cum Juliano in gratiam rediit. Plerique eo tempore idem factitarunt, muneribus & hujuſmodi aſſentationibus à Juliano del niti; ut narrat Socrates in lib. 3. cap. 12. & Aſterius Homilia 3. contra avaritiam, his verbis, quæ ob elega tiam apponam Latine: *Quid enim eos impulit qui Chriſti ni erant, ut ad dæmonum cultum deſciſcerent? Nonne c piditas habendi & alienas opes occupandi? Nonne ſpes pollicitatio opum & dignitatum, eis ab impiis hominibus ſtenſa*, induxit miſeros ut religionem quaſi veſtem mu rent? Et priorum quidem temporum exempla adhuc mem ria noſtra recolit. Sed & quædam recentia ejus rei teſtim nia ætas noſtra vidit. Cùm enim Imp. ille, poſitâ repe perſonâ, quod diu diſſimulaverat retexit, & numinib palam ſacrificavit, aliόſque variis præmiis ad idem facie dum illexit: quot relictâ Eccleſiâ ad numinum aras tranſ runt? quàm multi variis illecebris inducti, impieta hamum ſorbuerunt? qui nunc quaſi fugitivi notis compun oberrant, omnium odio ac ludibrio expoſiti, &c.* * Por de hoc Thalaſſio Antiochenſi Theophanes in Chronico 43. quædam narrat ſcitu digna, quæ heic merentur a ſcribi. *Thalaſſius quidam ob laſciviam ac luxum fameſi qui & ſuam filiam proſtituerat, carus erat Juliano ut p haruſpicinæ deditus. Habitabat autem juxta Palatium cúmque domus ejus concidiſſet, ſolus ipſe interiit cum eun cho, cujus complexibus inhærens repertus eſt. Cuncti aut domeſtici cum ejus uxore & liberis, qui Chriſtiani eran incolumes evaſerunt.* * Idem.

l *Exquiſita docilitate librans*] Longè diverſa ab his ſc

motioris ingenii ſui, Præfectis proximíſque permittebat, [[m] ut fidenter impetus ſuos aliorſus tendentes, ad quæ decebat monitu opportuno frenarent: nonſtrabátque] ſubinde, ſe dolere delictis, & gaudere correctione. Cúmque eum defenſores cauſarum, ut conſcium rationis perfectæ, plauſibus maximis celebrarent, fertur id dixiſſe permotus: *Gaudebam* [4] *planè, præ méque ferebam, ſi ab his laudarer, quos & vituperare poſſe adverterem, ſi quid actum ſit ſecus aut dictum.* Sufficiet autem pro multis quæ clementer egit in itibus cognoſcendis, hoc unum ponere nec abhorrens à propoſito, nec abſurdum. Inducta in judicium femina quædam, cùm Palatinum adverſarium ſuum è numero projectorum, cinctum præter ſpem conſpexiſſet, hoc factum inolens tumultuando querebatur: & Imperator, [o] *Proſequere,* ait, *mulier, quid te læſam exiſtimas: hic enim ſic cinctus eſt, ut expeditiùs per lutum inedat: at parum nocere tuis partibus poteſt.* Et æſtimabatur per hæc & ſimilia, t ipſe dicebat adſiduè, vetus illa [p] Juſtitia, quam offenſam vitiis hominum Aatus extollit in cælum, imperante eo reverſa ad terras, ni quædam ſuo ageret, on legum arbitrio, erránſque aliquoties obnubilaret gloriarum multiplices urſus. Poſt multa enim etiam jura quædam correxit in melius, ambagibus circumciſis, indicantia liquidè quid juberent fieri vel vetarent [5] [q] Illud autem eit inclemens, obruendum perenni ſilentio, quòd [r] arcebat docere magiſtros

4 Mſ. *plane me quem eff.* [illegible] *plane, meque eff.* 5 *Mſ.* lud autem erat inclem.

Gregor. Nazianz. Epiſcop. in Julian. Orat. IV. pag. 5. quæ operæ pretium erit conferre. *Lindenbr.*

m [*Ut fidenter impetus ſuos, &c.*] Hæc cuncta uſque vocem *monſtrabat* incluſis terminis abſunt ab Editione om. & à codice Regio, * Vatic. Toloſ. [ac Colbert.] mùmque à Gelenio adjecta ſunt ex conjectura, ni fal. In libro autem 25. ubi idem repetit Marcellinus, id tùm habetur: *Emendari ſe, cùm deviaret à fruge bona, mittens*: quod etiam ita Zonaras refert: ἐφ' οἷς δ' ἐσφάλλο, διορθούμενος ὑπὸ τῶν φίλων οὐκ ἤχθετο. Valeſ.

n *E numero Protectorum.*] Audaciam P. Caſtelli apert mihi Editio Romana in qua legitur *Projectorum*, perde ac in codice Regio, [& Colbert.] * ac Toloſ. * qod cur Caſtello diſplicuerit, equidem non video. Vult em dicere Marcellinus, hunc Palatinum fuiſſe ex nuro eorum quos Julianus in ipſo imperii primordio ejerat. Sic ſuprà libro 22. *Ut parum ſibi neceſſarios data velint abeundi poteſtate projecit.* & paullo pòſt: *Agent in rebus ex iis qui projecti ſunt.* Denique in lib. 28. ad fem: *Salutat te Palladius projecticius; &c.* Ceterùm ado neceſſaria erat hæc emendatio, ut abſque ea nullus hjus loci ſenſus elici poſſet. Cur enim mulier illa viſo Fatino præter ſpem cincto tantopere querebatur? niſi qòd balteum ſeu cingulum per ambitum & gratiam adſario redditum eſſe ægrè ferebat. *Idem.*

o *Proſequere.*] Verbum Juris eſt: unde proſecutiones dicuntur in Codice. * Gloſſæ veteres, δικαιολογία, proſequutio, allegatio. * *Idem.*

p *Juſtitia, quam offenſam vitiis hominum Aratus extollit*] Inf. lib. XXV. *Æſtimari poterat vetus illa Juſtitia, quam offenſam vitiis hominum Aratus extollit in cælum, eo imperante rediiſſe rurſus ad terras.* Arati locus hic eſt de ferreo ſæculo:

Καὶ τότε μισήσασα δίκη κείνων γένος ἀνδρῶν
Ἔπταθ' ὑπουρανίη.

Feſtus Avienus:

Sic juſta in populos mox Virginis inculpatæ
Exarſere odia, & cælum pernicibus intrat
Diva alis. Lindenbr.

q *Illud autem inclemens obruendum perenni ſilentio, quòd arcebat docere*] * Lib. XXV cap. IV. *Illud inclemens, quòd docere vetuit magiſtros Rhetoricos & Grammaticos Chriſtianos, ne tranſirent à numinum cultu.* Videndus Iſidorus in Chronicis, & Oroſius in Juliano lib. 7. cap. 30. Simile quid de Abdalla in Hiſtoria Miſcella anno 766. * Julian. Epiſt. 43. Socrat. lib. 1. cap. 14. Theodoret. Hiſtor. Eccleſ. lib. III. cap. 7. Rufinus lib. II. cap. 32. Caſſiodorus Hiſtor. Tripart. lib. VI. cap. 17. Gregor. Nazianz. in Julian. Orat. I. pag. 277. Ambroſ. contra Symmach. relat. 1. Auguſtinus Epiſc. Confeſſ. lib. 8. cap. 5. *Idem.*

r *Arcebat docere Magiſtros Rhetor.*] Nihil attinet hîc repetere ea, quæ abhinc biennium ad Excerpta Johannis

Rhetoricos & Grammaticos, ritus Chriſtiani cultores.

Cap. XI. Iiſdem diebus Gaudentius ille Notarius, quem opponendun per Africam miſſum ſuprà diximus à Conſtantio; Julianus quinetiam ex Vica rio, earumdem partium nimius fautor, retracti ſub vinculis, morte perier pœnali. Tunc & [6] [f] Artemius ex Duce AEgypti, Alexandrinis urgentibus a trocium criminum mole, ſupplicio capitali multatus eſt. Poſt quem [t] Marcel li ex Magiſtro equitum & peditum filius, ut injectans Imperio manus, public deletus eſt morte. [v] Romanus quinetiam & Vincentius, Scutariorum ſchol primæ ſecundæque Tribuni, agitaſſe convicti quædam ſuis viribus altiora, act ſunt in exſilium. Cúmque tempus interſtetiſſet exiguum, Alexandrini Artem comperto interitu, quem verebantur ne cum poteſtate reverſus (id enim m natus eſt) multos læderet ut offenſus, [x] [y] iram in Georgium verterunt Epiſc pum vipereis ut ita dixerim morſibus ab eo ſæpius [7] appetiti. [8] [z] In fulloni

6 *Mſ.* Artemius. 7 *Mſ.* appetitus. 8 *Al.* Infullio.

Antiocheni adnotavi. Addam dumtaxat eam Juliani legem non ad ſolos Grammaticæ ac Rhetoricæ Magiſtros, ſed etiam ad Medicinæ Profeſſores pertinuiſſe: quod docet me Chryſoſtomus in Homilia 40. in Juventinum & Maximum: *ἰατροὺς καὶ στρατιώτας καὶ σοφιστὰς καὶ ῥήτορας ἅπαντας ἀφίστασθαι τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἢ τὴν πίστιν ἐξόμνυσθαι ἐκέλευσεν. Medicos & milites & Sophiſtas ac Rhetores omnes à profeſſione ſua deſiſtere, aut fidem Chriſti abnegare juſſit.* Exſtátque Edictum ipſum Juliani Epiſt. 42. cujus pars eſſe videtur lex. v. Cod: Theod. de Medicis & Profeſſoribus. Sed ea lex poſtea à Valentiniano abrogata eſt, & Profeſſores Chriſtiani thronis ſuis reſtituti lege 5. *ibidem. Valeſ.*

f *Artemius ex Duce AEgypti.*] *Στρατηγὸν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ στρατιωτῶν* appellat Theodoritus in lib. 3. Hiſt. Eccl. cap. 17. & bonis à Juliano multatum ac capite truncatum ob id memorat, quòd cùm Dux eſſet AEgypti regnante Conſtantio, plurima ſimulacra contriverat. Ejuſdem Artemii meminit auctor Chronici Alex. & Nicephorus Calliſtus. Atque hic eſſe videtur, quem Julianus in Epiſt. x. ad Alexandrinos *βασιλέα τῆς Αἰγύπτου* & *τύραννον* appellat, qui Georgio Ariano templa ac donaria Alexandriæ ſpolianti miniſterium ac ſatellitium militare præſtitit. * Exſtant Acta paſſionis ejus apud Symeonem Metaphraſtem, longè optima & utiliſſima. * *Idem.*

t *Marcelli ex Mag. eq. filius.*] Hunc adverſus Julianum conſpiraſſe dicit Eunapius, & à Salluſtio capite truncatum. *ἀλλ' οὕτω τοσοῦτον ἡμερότητος καὶ πρᾳότητος ὑπερέχειν εἰς ἅπαντας, ὥστε τὸν Μάρκελλον, τὸν ἡνίκα ἦν Καῖσαρ, ὑβριστικῶς αὐτῷ χρησάμενον, πάνυ πρεσβύτην ὄντα διὰ τὰ προηγησάμενα, καίτοι τοῦ παιδὸς ἐλεγχθέντος ἐπαναστῆναι διὰ τὴν πρὸς Κωνστάντιον φιλίαν, τοῦ μὲν νεανίσκου τὴν δίκην ἐπιθεῖναι· τὸν δὲ Μάρκελλον καὶ διαφερόντως ἐτίμησε. Cui tantùm lenitatis & clementiæ in cunctos ſuperfuit, ut Marcellum eum, à quo cùm ipſe Cæſar eſſet, multis injuriis affectus erat, ob hæc terrore correptum, cùm etiam ejus filius, ob benevolentiam in Conſtantium, res novas agitaſſe convictus eſſet, juvenem quidem ſupplicio affecerit, patr. verò magnopere ornaverit.* Quæ verba de Salluſtio d perperam cenſuit Suidas, cùm Juliano conveniant. *dem.*

v *Romanus q. et Vincentius Scutar.*] Hanc conſpi tionem intelligit Libanius in Orat. funebri, p. 307. ait milites circiter decem inſidias adverſus Julian ſtruxiſſe, & diem quo milites exercendi erant in ca po, ad id facinus conſtituiſſe: ſed præ vino qu dam ex iis conſilium ſuum detexiſſe: ac deinde ſubindi eos milites ob Gentilium ſacrorum reſtaurationem Ju no infenſos fuiſſe. Juliani autem clementiam in hac c juratione punienda idem prædicat Libanius in O Conſulari, p. 246. Annon enim hæc apertè de Scutar id eſt Imp. armigeris dicuntur? *οἱ (θεοὶ) ἐρρύσαντο μὲν αὐτὸν τὰ τῶν δορυφόρων, φυλάττουσι δὲ τοὺς δορυφόρους αὐτοῦ,* &c. Ex l rum militum numero fuerunt Juventinus & Maxim teſte Theodorito in lib. 3. Hiſt. cap. 14. Nam & eos *ἀνδρείους καὶ τῶν βασιλείων πρωτοστάτας* fuiſſe dicit, id eſt Scu rios, ut rectè vertit Epiphanius Scholaſticus: & reliq narratio egregiè convenit. Ait enim in quodam con vio impietatem Principis eos deploraſſe, & cùm ad J lianum delati fuiſſent, in exſilium miſſos eſſe, Julia iis martyrii gloriam invidente. Idem narrat S. Chry ſtomus in Homilia 40. in Juventinum & Maximum. *dem.*

x *Iram in Georgium verterunt Epiſcopum*] Sozomen lib. v. cap. 7. Caſſiod. Hiſtor. Tripart. lib. vi. cap. 9. Lucifer Calarit. pro S. Athanaſ. p. 17. *Lindenbr.*

y *Iram in Georgium verterunt Epiſcopum*] Julian Imperator in Epiſtolis hujus ſeditionis mentionem fa his verbis: ad Zenonem medicum: *διὰ Γεωργίας.* Quod G lice diceretur a cauſe de la Georgienne. Ubi *propter ag culturam* Latinus interpres vertit, cum *propter Georg. nam ſeditionem* vertere debuiſſet. *Oiſelius.*

z *In fullonio natus.*] Ita ex Mſ vulgo corruptè, *fullio.* Lib. xiv. *Andriſcum in fullonio natum.* Li denbr.

P natu

[a] natus, ut ferebatur, apud [b] Epiphaniam Ciliciæ oppidum, auctúſque in damna complurium, contra utilitatem ſuam reíque communis Epiſcopus Alexandriæ eſt ordinatus, [c] in civitate quæ ſuopte motu, & ubi cauſæ non ſuppetunt, ſeditionibus crebris agitatur & turbulentis, ut oraculorum quoque loquitur fides. His efferatis hominum mentibus Georgius quoque ipſe grave acceſſerat incentivum, apud patulas aures Conſtantii multos exinde incuſans, ut ejus recalcitrantes imperiis: profeſſioníſque ſuæ oblitus, quæ nihil niſi juſtum ſuadet & lene, ad delatorum auſa feralia deſciſcebat. Et inter cetera dicebatur id quoque malignè docuiſſe Conſtantium, quòd in urbe prædicta ædificia cuncta ſolo cohærentia, à conditore Alexandro magnitudine impenſarum publicarum exſtructa, emolumentis ærarii proficere debent ex jure. Ad hæc mala id quoque addiderat, unde paullo pòſt truſus eſt in exitium præceps. Reverſus ex comitatu Principis, cùm tranſiret per ſpecioſum Genii templum, multitudine ſtipatus ex more, flexis ad ædem ipſam luminibus, [d] *Quamdiu*, inquit, *ſepulcrum hoc ſtabit?* Quo audito velut fulmine multi perculſi, metuentéſque ne illud quoque tentaret evertere, quidquid poterant, in ejus perniciem clandeſtinis inſidiis concitabant. Ecce autem repentè perlato lætabili nuntio indicante exſtinctum Artemium, plebs omnis elata gaudio inſperato, vocibus horrendis infrendens, Georgium petit: raptúmque diverſis mulcandi generibus proterens & conculcans divaricatis pedibus. Cúmque eo Dracontius Monetæ Præpoſitus, & Diodorus quidam veluti Comes, injectis per crura funibus ſimul exa-

a *Natus apud Epiphaniam Ciliciæ opidum.*] At hunc Georgium Cappadocem ubique vocat Athanaſius in Epiſtola ad Solitarios, & in Epiſt. ad Orthodoxos: & Suſceptorem titulorum ſacri ærarii priùs fuiſſe ait Conſtantinopoli, deinde cùm omnia depeculatus eſſet aufugiſſe. Hujus Georgii ſic interempti libros omnes cùm philoſophicos & poëticos, tum Chriſtianos Julianus Aug. ſibi ſervari juſſit epiſtolâ miſſâ ad Præfectum AEgypti: ut notavit P. Pithœus in margine Marcellini ſui, quem legi.] De Georgio conſentanea dictis Athanaſii ſcribit Gregorius Nazianz. in Oratione 21. p. 382. De ejuſdem avaritia & exactionibus, quibus Alexandrinos inſtar publicani vexavit, conſule Epiphanium in hæreſi 76. contra Anomœos. * *Valeſ.*

b *Epiphaniam Ciliciæ oppidum*] Quatuor hujus nominis civitates fuere, quas recenſet Stephan. in Ἐπιφάνεια. Lindenbr.

c *In civitate quæ ſuopte motu ſeditionibus agitatur.*] Seditioſum Alexandrinorum ingenium à multis Scriptoribus notatum eſt, Græcis Latiníſque. Nam ut omittam Hiſtorias Polybii, Pollio in xxx. Tyrannis, eos ob res leviſſimas ad graviſſimas ſeditiones erumpere ſolitos dicit. Idem ait Vopiſcus in Saturnino, & Evagrius in l. 2. Hiſt. Eccl. cap. 8. Poſtremò Q. Curtius in 4. *AEgyptii*, inquit, *vana gens, & novandis quàm gerendis aptior rebus.* * Ingens præ ceteris fuit ſub Gallieno Aug. ſeditio, relata à Dionyſio Alexandrino in Epiſtola ad Hieracem: de qua vide Euſebium in libri 7. Hiſt. Eccleſ. cap. 21. & Rufinum in cap. 18. lib. 7 qui hæc ſcribit: *Sed & apud Alexandriam etſi nulla extrinſecus mali cauſa ſit, eo ipſo quòd genus hominum ferox, ſeditioſum, & ſemper inquietum eſt, civiles inter ſe motus, &c.* Lege Socratem libri 4. cap. 16. & libri 7. capite 13. * *Valeſ.*

d *Quamdiu ſepulcrum hoc ſtabit*] Veteres Chriſtiani templa Gentilium per contemptum ſepulcra vocabant, quòd ubi Dii illorum ſepulti fuerant, templa exſtrui cœpere. Id ex Minucio Felice, Arnobio aliíſque notiſſimum eſt: ſed poſtea Gentiles id in Chriſtianos retorquere cœperunt ob Martyrum ſcilicet reliquias in Baſilicis conditas & cultas. Unde Chriſtianorum Eccleſias non aliter vocabant quàm τάφους. Sic Libanius in Orat. funebri ad calcem: ἡμεῖς δὲ ᾠόμεθα τοῖς ἱεροῖς ὑποχωρήσειν τοὺς τάφους, πάντων ἑκόντων ἐπὶ τοὺς βωμοὺς τρεχόντων, &c. *At nos ſperabamus ſepulcra templis ceſſura eſſe, cùm omnes ſponte ad aras currerent.* Idem in Orat. adverſus doctrinæ ſuæ obtrectatores, οἱ περὶ τοὺς τάφους pro Chriſtianis ponit. Nec aliter Julianus in Miſopogone: τοῖς περὶ τοὺς τάφους καλινδουμένοις γραϊδίοις: & iterum paullo infrà. Denique Antoninus quidam apud Eunapium in AEdeſio: ἔφασκεν τὰ ἱερὰ τάφους γενήσεσθαι. Idem.

nimati ſunt: ille quòd aram [e] in Moneta quam regebat, recèns locatam evertit: alter quòd dum ædificandæ præeſſet Eccleſiæ, [f g] cirros puerorum licentiùs detondebat, [h] id quoque ad Deorum cultum exiſtimans pertinere. Quo non contenta multitudo immanis [i] dilaniata cadavera peremptorum camelis impoſita [k] vexit ad litus: iiſdémque ſubdito igne crematis, [l] cineres projecit in mare, id metuens ut clamabat, ne collectis ſupremis, ædes illis exſtruerentur ut reliquis, qui deviare à religione compulſi, pertulere cruciabiles pœnas, aduſque glorioſam mortem intemerata fide progreſſi, & nunc Martyres appellantur. Poterántque miſerandi homines ad crudele ſupplicium ducti, Chriſtianorum adjumento defendi, ni Georgii odio omnes indiſcretè flagrabant. Hoc comperto, Imperator ad vindicandum facinus nefandum erectus, jàmque expetiturus pœnas á noxiis ultimas, mitigatus eſt lenientibus proximis: [m] miſſóque [n] edicto, acri oratione ſcelus deteſtabatur admiſſum, minatus extrema, ſi deinde tentatum fuerit aliquid, quod juſtitia vetet & leges.

CAP. XII. Inter hæc expeditionem parans in Perſas, quam du dum animi robore conceperat celſo, ad ultionem præteritorum vehementer elatus eſt, ſciens & audiens gentem aſperrimam per ſexaginta ferme annos inuſſiſſe Orienti cædum & direptionum monumenta ſæviſſima, ad internecionem exercitibus noſtris ſæpe deletis. Urebatur autem bellandi g

e *In moneta, quam regebat*] *Monetam* vocat locum ipſum cudendis nummis deſtinatum, ut non ſemel in Codic. Theod. & Juſtin. In veteri urbis C.P. Deſcriptione: *Monetam, Portum Theodoſiacum, Vicos undecim*, &c. Sidon. Apollin. Carm. 23.

Delubris, Capitoliis, Monetis.

* Macrobius in Somnium Scip. lib. 1. cap. 6 p. 54. *Semine ſemel intra formandi hominis monetam locato.* * Lindenbr.

f *Cirros puerorum licentiùs detondebat*] Ex more ac diſciplina religionis Chriſtianæ Theodorus hic fecit, quâ inſolens viſum luxuriantibus capillis deliciari: quos etiam qui devotiores, ἐν χρῷ & ad cutem uſque detondere ſolebant. Salvianus Maſſil. de Gubernatione Dei lib. VIII. *Non ſine cauſa itaque iſtud fuit, quòd inter Africæ civitates, & maxime intra Karthaginis muros palliatum & pallidum, & reciſis comarum fluentium jubis uſque ad cutem tonſum videre, tam felix ille populus, quàm infidelis ſine convicio atque exſecratione vix poterat. Et ſi quando aliquis Dei ſervus, aut de Ægyptiorum cœnobiis, aut de ſacris Hieruſalem locis, aut de ſanctis eremi venerandiſque ſecretis ad urbem illam officio divini operis acceſſit, ſimul ut populo apparuit, contumelias, ſacrilegia, & maledictiones excepit*, &c. Atque hinc paullatim raſura clericalis originem ſumſit. *Idem.*

g *Cirros puerorum lic. detondebat.*] Id eſt, ut exiſtimo, Lectores ordinabat. Nam iis temporibus ingenui adoleſcentes admodum pueri ad id officium cooptabantur, ut de Gallo & Juliano ſcribunt Auctores Hiſt. Eccl. Paulinus in Epithalamio Juliani, & in Natali S. Felicis:

------ *Primis Lector ſervivit in annis.*

Quicumque autem Clerici capiebantur, iis ſtatim c mebatùr coma: unde tonderi dicuntur abſolutè, c Clero mancipantur, apud Gregorium Turon. alióſq Sed fortaſſe nihil hoc in loco ejuſmodi intelligendum maximè cùm Diodorus, de quo hîc ſermo eſt, Com dicatur, non Epiſcopus. *Valeſ.*

h * *Id quoque ad Deorum cultum exiſtimans pertinere* Hunc locum illuſtrat Theodoritus in Quæſtionibus Leviticum capite 28. ita ſcribens: εἰώθασιν Ἕλληνες μὴ κείρειν τῶν παιδίων τὰς κορυφὰς, ἀλλὰ μαλλοὺς ἐᾶν, καὶ τούτους μ χρόνῳ ἀνατιθέναι τοῖς δαίμοσιν. *Solent Græci* (id eſt Gentile *capita puerorum non detondere, ſed cirros relinquere, e que poſtea dæmonibus dedicare.* * Idem.

i *Dilaniata cadavera peremptorum camelis impoſita* Cum ipſis cadaveribus hos camelos combuſtos Socra ait Hiſtor. Eccleſ. lib. III. cap. 2. *Lindenbr.*

k *Vexit ad lacus.*] In codice Reg. legitur *ad litus*. r liùs ni fallor. * In Mſ. quoque Toloſ. legitur *ad litu* [in Colbertino *ad latus*, malè.] *Valeſ.*

l * *Cineres projecit in mare*] Vid. Velſeri Annot. Paſſion. Afræ. p. 55. b. * *Lindembr.*

m *Miſſoque edicto*] Exſtat Juliani edictum, ſive e ſtola potiùs, hac de re apud Socrat. lib. III. cap. 3. & volumine Epiſtolar. Julian. num. 10 cujus etiam Ca odorus Hiſtor. Tripart. lib. 6. cap. 9. aliique Eccleſiaſt rci Scriptores meminerunt. *Idem.*

n *Miſſoque edicto*, &c.] Exſtat hoc edictum apud S cratem in libri III capite III. *Valeſ.*

mino deſiderio: primò quòd impatiens otii lituos ſomniabat & prœlia: dein quòd in ætatis flore primævo objectus efferarum gentium armis: [o] recalentibus etiamtum Regum precibus & Regalium, qui vinci magis poſſe, quàm ſupplices manus tendere credebantur, ornamentis illuſtrium gloriarum inſerere Parthici cognomentum ardebat. Quæ maximis molibus feſtinari cernentes [p] obtrectatores deſides & maligni, unius corporis permutatione tot cieri turbas intempeſtivas indignum & pernicioſum eſſe ſtrepebant, ſtudium omne in differendo procinctu ponentes: & dictitabant his præſentibus, quos audita referre ad Imperatorem poſſe rebantur, eum ni ſedatiùs ageret, immodica rerum ſecundarum proſperitate, velut luxuriantes ubertate nimia fruges, bonis ſuis protinus occaſurum. Et hæc diu multúmque agitantes, fruſtra virum circumlatrabant immobilem occultis injuriis, ut [q] Pygmæi vel [r] Thiodamas agreſtis homo Lindius Herculem. Ille tamen ut majoris præter ceteros ſpiritus, nihilo lentiùs magnitudinem expeditionis ſecum commentans, in præparandis congruis operam navabat enixam. [ſ] Hoſtiarum tamen ſanguine plurimo aras crebritate nimia perfundebat, tauros aliquoties immolando centenos, & innumeros varii pecoris greges, [9] [t] avéſque candidas terrâ quæſitas & mari: adeo ut in dies pæne ſingulos milites carnis diſtentiore ſagina victitantes incultiùs, potúſque aviditate corrupti, humeris impoſiti tranſeuntium, per plateas [v] ex pu-

9 *Mſ.* aveſque.

---

o *Recentibus etiamtum.*] MSS. codicum lectionem hîc eſtitui, quam primus Gelenius mutaverat. Sic autem oquitur Marcellinus noſter in fine hujus libri: *Et recat adhuc apud quoſdam licet raros conſideratio mundani mous.* Et in Collatione 3. Carthaginenſi Petilianus Epiſcous dicit: *Me id petiſſe, adhuc recalent geſta.* Valeſ.

p *Obtrectatores deſides & maligni.*] Chriſtianos inelligit, qui hanc Perſicam Juliani expeditionem, ut intempeſtivam, nondum rebus Romanis intus probè conitutis, reprehendebant: ut videre eſt in Philippica 2. regorii Nazianzeni. *Idem.*

q *Pygmæi vel Thiodamas agreſtis homo Lindius*] Phioſtratus Icon. lib. 11. de Pygmæis: ἀλλὰ τῷ θέλγεις, ὅτι ν ἡρακλέα ὕποι, καὶ ἀποκτεῖναί φασι καθεύδοντα. Hercules verò ἐς πολεμίους πανσυδὶ συλλεξάμενος, ἐς τὴν λεοντῆν ἐντίθεται. t rectè in Ammian. reſtituimus *homo Lindius*: nam τὸ *Lyius*, quod in vulg. habetur, corruptum eſt. Vid. Philorat. in Theodamante. *Lindenbr.*

r *Thiodamas agreſtis h. Lindius.*] Apollodorus in Biiotheca bubulcum illum Rhodium, qui Herculem conciis laceravit, tacito nomine memorat: ſed Theodaantem ab eo diſtinguit, quem quidem Dryopium bulcum facit. *Valeſ.*

ſ *Hoſtiarum ſanguine plur. aras perfundebat, tauros alioties immolando centenos*] Zonaras in Juliano pag. 22. ει δὲ τῷ Δαφναίῳ Ἀπόλλωνι ἑκατόμβας ὅλας. * Lindenbr.

t *Aveſque candidas.*] Reſtitui ſcripturam codicis Regii ac Florentini, * & Toloſ * [ac Colbert.] In Editione Rom. legebatur *auréſque*, ex quo Caſtellus correxerat *ovéſque* ineptè: quippe cùm Marcellinus innumeros varii pecoris greges jam dixerit. Adde, quòd oves candidas invenire non magni laboris eſt. Aves itaque ſcripſit Marcellinus, quas Julianus ſuis ſæpe manibus proſecabat, ut prædicat Libanius in Orat. Conſulari p. 246. *Valeſ.* Paulo ante de Leuce inſula: *Ibi & aquæ* (ubi ex paterno exemplari video eſſe qui ſcribendum judicaverit *aquilæ*) *ſunt, & candidæ aves naſcuntur halcyonibus ſimiles.* Gron.

v *Ex publicis ædibus.*] Templa Deorum intelligit, in quibus Julianus victimas immolabat, & idolothyta militibus dividebat. Addit Marcellinus: *Ubi vindicandis potiùs quàm cedendis conviviis indulgebant.* Non quòd novum inſolénſque eſſet, Gentiles in templis convivari: id enim in uſu fuiſſe docet Vopiſcus in Tacito, aliíque plures. Eóque alludit Tertullianus de Corona, cùm dicit: *Et excubabit pro templis, quibus renuntiavit: & cenabit illic, ubi Apoſtolo non placet.* Sed Marcellinus vindicanda hæc convívia appellat, cùm homines in templis Deorum immortalium fœdè inebriantur. Sic autem ſcribendum eſſe hunc locum exiſtimo: *Ubi vindicandis potiùs quàm ſedandis conv. indulgebant.* Quemadmodum loquitur Diocletianus in lege contra Manichæos: *Cùm vel cohibenda ſint, vel etiam vindicanda.* Idem error in Epiſt. Ambroſii 24. occurrit: *Malui jurgium compoſitione cedere, quàm pronuntiatione acerbare.* Scribendum enim eſt *ſedare.* Valeſ.

blicis ædibus, ubi vindicandis potiùs quàm cedendis conviviis indulgebant, ad ſua diverſoria portarentur: Petulantes ante omnes & Celtæ, quorum ea tempeſtate confidentia creverat ultra modum. Augebantur autem cærimoniarum ritus immodicè, cum impenſarum amplitudine antehac inuſitata & gravi: & [x] quiſque cùm impræpeditè liceret, ſcientiam vaticinandi profeſſus, juxtà imperitus & docilis, ſine fine vel præſtitutis ordinibus, oraculorum permittebantur ſcitari reſponſa, & exſtiſpicia, nonnumquam futura pandentia oſcinúmque & auguriorum, & ominum fides, ſi reperiri uſquam poſſet, affectata varietate quærebatur. Hæcque dum ita procedunt, more pacis multorum curioſior Julianus novam conſilii viam ingreſſus eſt; [y] venas fatidica[s] [z] Caſtalii recludere cogitans fontis: [a] quem obſtruxiſſe Cæſar dicitur Hadrianus mole ſaxorum ingenti, veritus ne ut ipſe præcinentibus aquis capeſſendam rempublicam comperit, etiam alii ſimilia docerentur: [1] ac ſtatim [b] circumhumata corpora ſtatuit exinde transferri [c] eo ritu, quo [d] Athenienſes inſulam purgaverant Delon.

Cap. XIII. Eodem tempore die XI. Kalend: Novembrium ampliſſimum [e] [f] Daphnæi Apollinis fanum, quod Epiphanes Antiochus Rex ille condid[it]

1 *Mſ.* adfatus.

x *Quiſque cùm impræp. liceret ſcientiam vaticin. profeſſus.*] Quod quidem capitale fuerat ſub Conſtantio, ut præter Marcellinum noſtrum tot in locis, docet Libanius in Orat. de vita ſua. pag. XI. & tot leges Conſtantii de maleficis & mathematicis, in Codice relatæ. Eleganter Mamertinus in Gratiarum actione ad Julianum. *Suſpicere*, inquit, *in cælum licet, & ſecuris contemplari aſtra luminibus, qui paullo ante pecorum ritu in humum viſus trepidos figebamus: quis enim ſpectare auderet ortum ſideris, quis occaſum? Ne agricolæ quidem, quorum opera ad motum ſignorum cæleſtium temperanda ſunt, tempeſtatum præſagia rimabantur. Ipſi nautæ, qui nocturnos curſus ad aſtra moderantur, ſtellarum nominibus abſtinebant.* Sub Juliano itaque Mathematicis, & haruſpicibus, & ariolis libera fuit artes ſuas exercendi licentia, adeo ut modum in eo etiam Marcellinus deſiderarit. Libanius in Orat. funebri, pag 291. inter laudes Juliani prædicat, καὶ μάντεις ἐλεύθεροι φόβε: & in vita ſua, p. 41. *Valeſ.*

y *Venas fatidicas Caſtalii recludere cogitans fontis*] Copioſè hæc narrat Sozomenus Hiſtor. Eccleſ. lib. v. cap. 18. *Lindenbr.*

z *Caſtalii fontis.*] De quo Gregorius Naz. in Orat. 2. in Julianum, quas Philippicas ſoleo vocare: πάλιν ἡ Καςαλία σεσίγηται καὶ σιγᾷ, καὶ ὕδωρ ἐστὶν ὁ μαντευόμενον, ἀλλὰ γελώμενον. Ubi lege quæ Nonnus Scholiaſtes adnotat. *Valeſ.*

a *Quem obſtruxiſſe Cæſar dicitur Hadrianus*] Sozom. lib. v. cap. 18. *Lindenbr.*

b *Circumhumata corpora ſtatuit exinde transferri*] Præcipuè reliquias Babylæ Martyris. Sozom. lib. v. cap. 17. Evagrius lib. 1. cap. 16. Rufinus Hiſtor. Eccleſ. cap. * Zonar. in Iuliano p. 22. * *Idem.*

c *Eo ritu, quo Athenienſes inſulam purgaverant Delo[n]*] Herodotus lib 1. pag. 27. Καθῆρας δὲ ὧδε, ἐπ' ὅσον ἐπὶ τοῦ ἱροῦ εἶχεν ἐκ τούτου τοῦ χώρου πάντας ἐξορύξας τοὺς νεκροὺς μετεφόρεε ἄλλον χῶρον τῆς Δήλου. Idem.

d *Athenienſes inſ. purgaverant Delum.*]. Bis eſt ab [A]thenienſibus purgata Delos ex Apollinis reſponſo. P[ri]mò enim eam purgavit Piſiſtratus, ut narrat Herodo[tus] in Clio. Sed cùm Piſiſtratus haud totam inſulam pur[ga]viſſet, ſed quantum dumtaxat è templo quaquaver[ſum] proſpici poterat, ruſſus eam Athenienſes integram j[uſ]ſu oraculi luſtraverunt anno 6. belli Peloponneſiaci, fusè narrat Thucydides in lib. 3. Diodorus Siculus in *Valeſ.*

e *Daphnæi Apollinis fanum, quod Epiphanes*] Soz[o]menus lib. v. cap. 18. à Seleuco patre Antiochi conditu[m] ſcribit: qui haloſin quoque eius narrat lib. eod. cap. De Antiocho Epiphane vid. Euſtath. in Dionyſ. ad ill[um] verſ. Ἀντιόχειο μέσσην, pag. 118. *Lindenbr.*

f *Daphnæi Apollinis fanum, quod Epiphanes Antio[chus]* Immo Seleucus Nicator id templum primus con[ſti]tuiſſe dicitur, teſte Libanio in Antiochico, p. 349 Sozomeno in lib. 5. cap. 19. Nam cùm ei inter ven[an]dum in eo loco aureus teli mucro è terra ſe oſtendiſſ[et], ſimulque draco capiti ſupervolans apparuiſſet, men[tor] veteris oraculi quo Daphnen Apollini conſecrare mo[ni]tus fuerat, locum Apollini ſacravit, nemuſque ac [tem]plum addidit, ut ait Libanius: in quo legendum eſt ἄντικα τέμενός τι ἀπεδέδεικτο, καὶ φυτὰ καὶ ναὸς ἐδέχετο, &c. fortaſſe Antiochus Epiphanes hoc Apollinis templ[um] auxit, & donariis ornavit. Ludos certè magnificenti[...]

iracundus & ſævus, & ſimulacrum in eo Olympiaci Jovis imitamenti æquiparans magnitudinem, ſubita vi flammarum exuſtum eſt. Quo tam atroci caſu repentè conſumpto, [2] ad id uſque Imperatorem ira provexit, ut quæſtiones agitari juberet ſolito acriores, & majorem eccleſiam Antiochiæ claudi. [g] Suſpicabatur enim id Chriſtianos egiſſe ſtimulatos invidiâ, quòd idem templum inviti videbant [h] ambitioſo circumdari periſtylio. Ferebatur autem licèt rumore leviſſimo, hac ex cauſa conflagraſſe delubrum: quòd [i] Aſclepiades Philoſophus, cujus in actibus Magnentii meminimus, cùm viſendi gratiâ Juliani [3] peregrè ad id ſuburbanum veniſſet, [k] [l] Deæ Cæleſtis argenteum breve figmentum quocumque ibat ſecum ſolitus efferre, ante pedes ſtatuit ſimulacri ſublimes, [m] accenſiſque cereis ex uſu ceſſit: unde medietate noctis emenſa, cùm nec adeſſe quiſquam potuit nec juvare, volitantes ſcintillæ adhæſere materiis vetuſtiſſimis, ignéſque aridis nutrimentis erecti, omne quidquid contingi potuit, licèt ardua diſcretum celſitudine, concremarunt. Eo anno, ſidere etiamtum inſtante brumali, [n] aquarum inceſſit inopia metuenda, ut & rivi areſcerent

2 *Al.* id aduſque. 3 τὸ peregre *mſ. deeſt.*

---

mos ab eo Daphne celebratos fusè deſcribit Polybius apud Athenæum. *Valeſ.*

g *Suſpicabatur enim id Chriſtianos.*] Id certè affirmat Julianus in Miſopogone his verbis: ἐπεὶ δὲ ἀπεπέμψαμεν τὸν νεκρὸν τῆς Δάφνης, οἱ μὲν ἀφοσιούμενοι τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἐξ ὑμῶν ἀντέδωκαν τοῖς ὑπὲρ τῶν λειψάνων ἠγανακτηκόσι τοῦ νεκροῦ τὸ τέμενος τοῦ Δαφναίου θεοῦ. οἱ δὲ εἴτε λαθόντες εἴτε μὴ, τὸ πῦρ ἔδειξαν ἐκεῖνο. *Poſtquàm verò cadaver ex Daphne amovimus, quidam ex vobis minùs erga Deos religioſi, templum Daphnæi Apollinis tradiderunt iis, qui ob mortui reliquias amotas erant infenſi. At illi ſeu clam, ſeu aliter, templum incendio conſumpſerunt.* dem.

h *Ambitioſo circumdari periſtylio*] Id eſt, atriis columnariis ampliſſimis, ut in hoc lib. XXII cap. 16. ubi de Serapii deſcriptione. * Statius Silvar. 3. pag. 69. *Innumeris batia interſtincta columnis.* * Gloſſarium vetus: *Periſtylium*, περίστυλον; & alibi, περίστυλον, *manſio.* Pollux lib. 1. cap. 8. Εἴποις δ' ἂν τὸν περίστυλον τόπον περικίονα, καὶ γὰρ στύλος καὶ κίων ὀνομάζεται, κατὰ δὲ τοὺς Ἀττικοὺς περίστῳον. *Periſtylii* voce Vitruvius utitur lib. III. cap. 1. lib. VI. cap. 4. * & 9. Suet. lib. 2. pag. 55. cap. 82. Plin. Epiſt. 72. ad Trajan. Cicero pro domo, *ampliſſimum periſtylium.* Varro apud Nonium, in Sabulum. * *Lindenbr.*

i *Aſclepiades Philoſophus.*] Hic Aſclepiades Cynicæ ſectæ Philoſophus ad Conſtantii comitatum venerat tempore Magnentiani belli, ut Marcellinus indicat. Julianus in Orat. ad Heraclium πρὸς κυνικὸν, ejus meminit: ἐνῆλθεν ὁ Ἀσκληπιάδης, &c. Valeſ.

k *Deæ Cæleſtis*] Vid. P. Pithœi Adverſar. lib. 1. cap. IV. * Proſper. de Provid. lib. 3. cap. 38. * *Lindenbr.*

l *Deæ Cæleſtis.*] Cæleſtem Deam Carthagine præcipuè cultam eſſe pervulgatum eſt, quam leoni inſidentem fingere ſolebant, ut docet Apuleius in principio lib. 6. *Magna Jovis germana, & conjuga, ſeu tu Samitenes vetuſta delubra, ſive celſæ Carthaginis, quæ te virginem vecturâ leonis cælo commeantem percolit, beatas ſedes frequentas.* Unde Tertullianus in Apologet. cap. 12. *Ad beſtias*, inquit, *impellimur. Certe. quas Libero, & Cybele, & Cæleſti applicatis.* Et Dio in Helagabalo ſcribit, eum cùm Uraniam Carthaginenſium Deo ſuo deſpondiſſet, dona propter nuptias a ſubditis exegiſſe: dotem autem accepiſſe leones duos aureos, qui Uraniæ appliciti erant. Ceterùm hujus Cæleſtis cultum Carthaginenſes à Phœnicibus, quippe Phœnicum coloni didicerant. Phœnices enim & Aſſyrii Venerem οὐρανίαν magnopere colebant, teſte Herodoto in lib. 1. & Pauſania in Atticis. Herodianus etiam in lib. 5. refert, quam Afri Uraniam ſeu Cæleſtem vocant, eam à Phœnicibus dici ἀστροάρχην: quod confirmat Marcianus Capella in lib. 8. principio: *Aſtroarchémque, Uraniam certe Libyſſam apparuiſſe rati, locum confeſſionis honoratiſſimæ præbuêre.* Valeſ.

m *Accenſiſque cereis ex uſu ceſſit*] Paganæ ſuperſtitionis inſtitutum fuit, cereos ante idola accendere. Hieronymus lib. XVI. c. 57. in Eſaiam: *Tutelæ ſimulacrum cereis venerans & lucernis.* Quod cùm in Chriſtianorum quoque Eccleſiis frequentari Vigilantius Barcilonenſis animadvertiſſet, ægrè admodum tulit: ejus hæc verba refert D. Hieronymus: *Propè ritum gentilium videmus, ſub prætextu religionis introductum in Eccleſias, Sole adhuc fulgente moles cereorum accendendi*, &c. Sed moris hujus cauſam eruditè admodum D. Hieronymus in Tractatu contra Vigilantium docet. *Lindenbr.*

n *Aquarum inceſſit inopia.*] Ex qua caritas annonæ conſecuta eſt, ut docet Libanius in Orat. quæ πρεσβευτικὸς ſeu legatio inſcribitur, & in vita ſua, pag. 42. in qua quidem pænuria Julianus tredecim millia modiorum tritici Antiochenſibus largitus eſt. Libanius in legatione, pag. 168. & Julianus in Miſopogone. * De hac aqua-

quidam, & fontes antehac aquarum copioſis pulſibus abundantes: ſed in integrum poſtea reſtituti ſunt. Et quarto Nonas Decembres [4] vergente in veſperam die, reliqua Nicomedia collapſa eſt terræ motu, itidémque Nicææ portio non mediocris.

CAP. XIV. Quæ tametſi mæſtitiam ſollicito incuterent Principi, reſidua tamen non contemnebat urgentia, dum pugnandi tempus ei veniret optatum. Inter præcipua tamen & ſeria illud agere ſuperfluum videbatur, quòd nulla probabili ratione [o] [p] ſuſcepta, popularitatis amore [q] vilitati ſtudebat venalium rerum, quæ nonnumquam ſecus quàm convenit ordinata, inopiam gignere ſolet & famem. Et Antiochenſi ordine id tunc fieri, cùm ille juberet, non poſſe, apertè monſtrante, nuſquam à propoſito declinabat, Galli ſimilis fratris, licèt incruentus. Quocirca in eos deinceps ſæviens ut obtrectatores & contumaces, [r] [ſ] volumen compoſuit invectivum, quod Antiochenſe vel Miſo-

4 *Mſ.* vergente in ſe veſp.

---

rum pænuria Chryſoſtomus in Oratione I. & 2. in Babylam pag. 724. & 781. & Homilia IV. de laudibus S. Pauli ſub initium; item Homilia 4 in S. Matthæum: ubi hanc ſiccitatem adſcribit Juliani Aug. ſacrificiis, quibus capita fontium polluerat: denique in Homilia 39. in Epiſtolam priorem ad Corinthios. *Valeſ.*

o *Suſceptæ popularitatis amore vilitati ſtudebat venalium rerum*] Sozomenus Hiſtor. Eccleſ. lib. V. cap. 18. Socrat. lib. III. cap. 15. Caſſiodor. lib. VI. cap. 40. *Lindenbr.*

p *Suſcepta popularitatis amore.*] Caſaubonus ad Hiſtoriam Auguſt. adnotavit ſcribendum eſſe *ſuſcepto*: ſed cùm in codice Regio [& Colbert.] & in Editione Rom. ſcriptum invenerim *ſuſcepta*, auctoritatem eorum exemplarium ſequi malo. Quid enim planius hac ſcriptura? *Nulla probabili ratione ſuſcepta, popularitatis amore vilitati ſtudebat venalium rerum.* Julianus enim cùm plebem infimam, ſtatimatque Antiochiam ingreſſus eſt, in theatro clamantem audiſſet, annonam nimis caram eſſe; annonæ pretium conſtituit, aureum ſcilicet pro XV. modiis. Et ipſe primus frumentum quod ex AEgypto ſibi advectum fuerat, venale in foro propoſitum, eo quo dixi pretio vendidit. Sed Curiales cùm eam vilitatem viderent, frumentum quidem Principis emerunt; ſuum autem in agris ſuis extra Antiochiam majore pretio vendiderunt. Quod cùm indignè ferret Julianus, Curiales omnes in Palatium accitos acerbè increpuit, & in cuſtodiam duci juſſit: ſed mox miſſo milite unumquemque in domum ſuam dimitti præcepit, ut narrat Libanius in Orat. funebri, p. 306. & Julianus in Miſopogone. *Valeſ.*

q *Vilitati ſtudebat.*] Adeo non puduit maximos olim Principes curam publicæ annonæ gerere, petentíque populo vilitatem proponere. Exemplum ſuppeditat Tacitus in fine lib. 2. de Tiberio, & Lampridius in Alexandro Severo. Idatius denique in Faſtis, Conſtantio IV. & Maximiano IV. Coſſ. *Vilitatem*, inquit, *Imperatore juſſerunt eſſe.* Id tamen moderatè & cum judicio fieri debet: alioquin, ut ait Marcellinus in hoc loco, vilitas ali ter quàm convenit ordinata, inopiam gignit & famem Quod ſanè de Commodo teſtatur Lampridius. *Ipſe vero*, inquit, *ſæculum aureum Commodianum nomine aſſimulans, vilitatem propoſuit, ex qua majorem poſtea pen riam fecit.* Itaque in Juliano id meritò reprehendit Socrates in lib. 3. cap. 15. *Idem.*

r *Volumen compoſuit invectivum, quod Antiochenſe v Miſopogonem app.*] Gregor. Nazianz. Zoſimus lib. II pag. 713. in Julian. Orat. 2. * Zonaras in Juliano, Socrat. Hiſtor. Eccleſ. lib. III. cap. 15. Sozomenus lib v. cap. 18. Caſſiodorus lib. VI. cap. 40. Nicephorus Call ſtus lib. X. cap. 27. *Lindenbr.*

ſ *Volumen compoſuit invectivum, quod Ant. vel Miſop gonem.*] Hic locus fraudi fuit viro doctiſſimo, qui M ſopogonem adnotavit à Juliano ſcriptum eſſe ſub fine anni 362. Mamertino & Nevitta Coſſ. ſed Julianus ip in eo elegantiſſimo Satyrico apertè ſignificat, ſequen anno ſcriptum fuiſſe. Etenim & Calendarum Jan. me minit, quibus Conſul ipſe proceſſit, & votorum. πα νήγυρις ἑορτὴ, &c. quem locum in Notis ad lib. 23. ex plicabimus. Et Juliani avunculi ſui mortem commem rat, qui anno D. 363. interiiſſe dicitur à Marcellin Poſtremò in pag. 66. Antiochenſes inducit conquere tes, quòd gravitatem ac triſtitiam ipſius ſeptimo ja menſe tolerarent. Ingreſſus autem erat Antiochiam ſu exitum menſis Junii, ut ſuprà notavi. Igitur affecto jam menſe Januario id opus Julianus edolavit. Proin malè Conſulatu Mamertini & Nevittæ id retulit Ma cellinus: qui neque cauſam ipſam, propter quam id vol men eſt ſcriptum, ſatis expreſſiſſe mihi videtur. Co ſule Socratem in lib. 3. cap. 15. & Sozomenum in V. Valeſ. Et quoties id fit vel ab accuratiſſimis, ut aliquid narrando præcipiant? Quæ vero hic culpa Ammiani, q diſerte monet id *deinceps* compoſitum? Et ad quod qu ſo tempus illam voculam referre poſſumus, quum ja

pogonem appellavit, probra civitatis infenſa mente dinumerans, addénſque veritati complura: poſt quæ multa in ſe facetè dicta comperiens, coactus diſſimulare pro tempore, irâ ſufflabatur internâ. Ridebatur enim ut [t] Cercops, homo brevis, humeros extentans anguſtos, & [v] barbam præ ſe ferens hircinam, [x] grandiáque incedens tamquam [y] Oti frater & Ephialtis, quorum proceritatem Homerus in immenſum tollit: itidémque [z] victimarius pro [a] ſacricola dicebatur, ad crebritatem hoſtiarum alludentibus multis: & culpabatur hinc opportunè, cùm oſtentationis gratiâ [b] vehens licenter pro ſacerdotibus ſacra, [c] ſtipatùſque mulierculis lætabatur. Et quamquam his paribúſque de cauſis indignaretur, tacens tamen motúmque in animi retinens poteſtate, ſollemnia celebrabat. Denique præſtituto feriarum die [d] Caſium montem aſcendit nemoroſum, & tereti ambitu in ſublime porrectum, [e] unde ſecundis galliciniis videtur primò Solis exortus. Cúmque [f] Jovi faceret rem divinam, repentè con-

quarto nonas decembres facta enarraſſe oſtenderit? Uique minimum ad anni ſequentis aliquam partem. *Gron.*

t *Cercops*] Vid. Suid. in Κέρκωπες. Lindenbr.

v *Barbam præ ſe ferens hircinam*] Lib. xxv. *Hirſuta barba in acutum deſinente veſtitus*: qualis Philoſophorum (quorum mores Julianus adfectabat) barba erat. Arnob. lib. 6. *barbaboni ponderis & philoſophicæ denſitatis.* Apuleius Mileſ. xi. *Nec ille deerat, qui Magiſtratum faſcibus purpuraque luderet: nec qui pallio, baculoque, & baxeis, & hircino barbitio Philoſophum fingeret.* Hieronymus ad Euſtoch. de Virginit. *Hircorum barba, nigrum pallium, & nudi patientia frigoris pedes.* Et convicium habebatur, hoc nomine cenſeri: ut Plautus in Pſeudol. Scen. *Minus mal.*

Heus tu qui cum hirquina adſtas barba.

Hinc *capella* vocatus fuit Julianus. Sup. lib. xvii. *In oppidum venit cum victoriis ſuis capella, non homo.* Eoque nomine ipſe Julianus Perſas appellat, lib. xxiv. *Deformes illuvie capellas & tætras.* Idem.

x *Grandiaque incedens.*] Apertè græciſſat: eſt enim planè id, quod apud Homerum ſæpe occurrit, μακρὰ βιβάς. Valeſ.

y *Oti frater & Ephialtis, quorum proceritatem Homerus*] Homer. Odyſſ. λ. * Hyginus fab. 28. * *Lindenbr.*

z *Et victimarius.*] Idem dicit Zonaras: οἱ Ἀντιοχεῖς ἀποσκώπτοντες εἰς αὐτὸν, θύτην ἔλεγον, ἀλλ᾽ οὐ βασιλέα σφίσιν ἐπιδημῆσαι· καὶ διὰ τὸ καθειμένον ἔχειν ἐκεῖνον τὸν πώγωνα, τράγον αὐτὸν ὠνόμαζον: *Antiochenſes eum irridentes, victimarium aiebant, non Imperatorem ad ſe veniſſe, & ob demiſſam barbam hircum eumdem appellabant.* Sanè Iulianus victimas ſæpe inſtar popæ ipſe jugulabat: eúmque ab hujuſmodi in ſacrificando αὐτουργίᾳ commendat Libanius in Orat. Conſulari. *Valeſ.*

a *Pro Sacricola.*] Eadem voce utitur Tacitus in 3. Hiſt. *Domitianus linteo amictu turbæ ſacricolarum immiſtus, &c.* Et Apuleius in lib. 4. Floridorum: *Sum enim non ignotus illis ſacricola, nec recens cultor*: denique Solinus. *Idem.*

b *Vehens lic. pro ſacerdotibus ſacra.*] Proprium ſacerdotum eſt, ſacra ferre. Unde Virgilius cùm in 2. Georgic. ait,

Me verò primùm dulces ante omnia Muſæ,
Quarum ſacra fero;

Muſarum ſe ſacerdotem eſſe ſignificat, ut rectè notavit Servius. Miniſtri autem qui ſacra ferebant, propriè ἱεροφόροι dicuntur à Græcis, ut eſt apud Plutarchum de Iſide & Oſiride. Firmicus in lib. 3. cap. xi. *Prophetas, aut veſtitores divinorum ſimulacrorum faciet, aut divinarum bajulos cæremoniarum.* In Græco unde ea tranſtulit Firmicus, ſic fuiſſe non dubito: προφήτας, ἢ ἱεροστόλους ποιήσει ἢ ἱεροφόρους. Nam & Plutarchus ἱεροστόλους (ἱεροστολιστὰς vocat Porphyrius in 4. de abſtinentia) & ἱεροφόρους conjungit. *Idem.*

c * *Stipatuſque mulierculis.*] Hanc pompam Iuliani luculentè deſcribit Iohannes Chryſoſtomus in Oratione contra Gentiles pag. 761. *Equus*, inquit, *Regius & Protectores longo poſt intervallo ſequebantur: lenones verò & productrices mulierculæ, & impuriſſimorum hominum colluvies Imperatorem undique ſtipabant cum cachinnis & vocibus quæ hujuſmodi homines decebant. Hunc comitatum in deliciis habebat Imperator, hos per fora & vicos circumducebat, præ his Duces contemnens & Præſides.* * Idem.

d *Caſium montem.*] Qui Antiochiæ erat ad meridiem, ut docet Libanius in Antioch. pag. 372. Hegeſippus in lib. 3. cap. 5. ſic dictus à Caſo Cretenſi, qui Caſiotim partem Antiochiæ condidit, teſte ibidem Libanio. Hinc ὀροκασιὰς arx Antiochiæ dicta, ut ait Procopius in 2. de fabricis. *Idem.*

e *Unde ſecundis galliciniis videtur primi Solis exortus*] Jul. Solinus cap. 39. *In Seleucia alter Caſius mons eſt Antiochiæ propinquus, cujus è vertice vigiliâ adhuc quartâ conſpicitur globus Solis, & brevi corporis circumactu, radiis caliginem diſſipantibus, illinc nox, hinc dies cernitur.* Plinius lib. v. cap. 22. * Marcian. Capella. lib. 6. p. 255. * *Lindenbr.*

f *Jovi faceret rem div.*] Jovi ſcilicet Caſio. Libanius in legatione ad Julianum ſub finem: ἱκετεύει σε πόλις πολλάκις

ſpexit quemdam humi proſtratum, ſupplici voce vitam precantem & veniam. Interrogantíque ei qui eſſet, reſponſum eſt [g] Præſidalem eſſe Theodotum Hierapolitanum: qui profectum à civitate ſua Conſtantium inter Honoratos deducens, adulando deformiter tamquam futurum ſine dubietate victorem, orabat lacrymas fingens & gemitum, ut [h] Juliani ad eos mitteret caput perduellis ingrati, ſpecie illa qua Magnentii circumlatum meminerat membrum. Quibus auditis, *Accepi olim*, inquit, *hoc* [5] *dictum*, Imperator, *relatione multorum: ſed abi ſecurus ad lares, exutus omni metu clementiâ Principis, qui* [ik] *ut prudens definivit, inimicorum minuere numerum, augeréque amicorum ſponte ſua contendit ac libens.* Exin [6] ſacrorum perfecto ritu digreſſo, offeruntur rectoris AEgypti ſcripta, Apim bovem operosâ quæſitum induſtriâ, tamen poſt tempus inveniri potuiſſe firmantis: quod ut earum regionum exiſtimant incolæ, fauſtum & ubertatem frugum, diverſáque indicat bona. Super qua re pauca conveniet expediri. Inter animalia antiquis obſervationibus conſecrata [l] Mnevis & Apis ſunt notiora: Mnevis Soli ſacratur, ſuper quo nihil dicitur memorabile: ſequens Lunæ. Eſt enim Apis bos diverſis genitalium notarum figuris expreſſus, maximéque omnium corniculantis Lunæ ſpecie latere dextro inſignis: qui cùm poſt vivendi ſpatium præſtitutum ſacro fonte immerſus è vita abierit, (nec enim ultra eum trahere licet ætatem, quàm ſecreta librorum præſcribit auctoritas myſticorum: [7m] nec niſi ſemel ei in anno bos femina in

5 Mſ. *dictum Imperator relatione.* 6 *Mſ.* vectorum. 7 *Mſ.* necatur horago areibos fœm. *Steph*, necatur Io Inachi....

σοι θεὸς παρασχομένη συμμάχους εἰς ἔθυσας. τὸν Δία, τὸν τε ἐπὶ τῇ κορυφῇ, καὶ τὸν ἐν ἄστει, παρ' ὃν εἰσῆλθες ὕπατος. *Supplicat tibi civitas, quæ multos tibi auxiliares Deos præſtitit: Jovem tum eum qui in montis vertice, tum illum qui in urbe eſt, cujus templum Conſul adiiſti.* Jovem Caſium, & Philium intelligit. De Jove Caſio Libanius loquitur in Antiochico, pag. 354. & in Epiſt. 637. * & nummus Trajani hanc habet Inſcriptionem: Διὸς Κασίου; ex altera parte. Σελευκέων π. Συρίας. * Valeſ.

g *Præſidalem eſſe Theodotum*] Præſidalis dicitur, qui Præſidatu functus eſt. Sic Fiduſtius quidam Præſidalis dicitur in lib. 29. initio: & Bonoſus quidam à Symmacho in Epiſt. 71. lib. 4. vir Præſidalis vocatur, quem in lib. 5. geminæ adminiſtrationis integritate conſpicuum appellat. Eâdem formâ quâ Sacerdotalis, & Proconſularis dicuntur, qui Sacerdotium provinciæ, & Proconſulatum geſſere. In veteribus Gloſſis Præſidalis ἡγεμονικὸς dicitur. Sanè Græci illos quos Latini Præſides, ἡγεμόνας vocant. Sic apud Euſebium in lib. 2. de vita Conſtantini cap. 23. & alibi: & apud Hieroclem ἐν Συνεκδήμῳ, (quem librum Conſtantinus περὶ θεμάτων laudat frequenter) ἐπαρχία ὑπὸ ἡγεμόνα est provincia Præſidalis. *Idem.*

h *Juliani ad eos mitteret caput perduellis ingrati*] Solent hoc modo puniri perduelles atque tyranni: exempla affatim exhibet Hiſtoria Augg. Capitolinus in Maxim. *Statim Maximini ſtatuæ atque imagines depoſitæ ſunt*, ejus *Præfectus Prætorio occiſus eſt, cum amicis clarioribus. Miſſa etiam Romam capita ſunt eorum.* Spartianus in Peſcen. Nigr. *Hujus caput circumlatum pilo Romam miſſum filii occiſi, necata uxor, patrimonium publicatum.* S Gainæ caput haſtili præfixum Conſtantinopolim adductum fuit. Et Athenodoro Iſaurorum primo, in Iſauria capto decollatoque, *caput ejus Tarſum civitatem allatum pro portis haſtili fixum extabuit* Marcellinus Com Indict. v. Anaſt. Aug. Coſ. *Lindenbr.*

i *Ut prudens definivit, inimicorum minuere numerum augereque amicorum ſp*] Reſpexiſſe videtur ad Socratis dictum, de quo ſic Stobæus Sermone ccxiii. Ὁ αὐτὸς ἐρωτῶν Κροῖσον, τί παρὰ τῆς βασιλείας ἔχει τιμιώτατον; ἕτερα ἀποκριναμένου εἰρηκότος, τὸ τοὺς ἐχθροὺς μετελθεῖν, καὶ φίλους εὐεργετεῖν πολλῷ μᾶλλον (ἔφη) χαριέστερον ἐποίησας, εἰ καὶ τούτους εἰς φιλίαν μετηγάγες. * Vid. Apophthegm. Græcè in Ariſtide. p. 339. *Idem.*

k *Ut prudens definivit.*] Socrates, teſte Themiſtio Orat. ix. *Valeſ.*

l *Mnevis & Apis*] Diodorus Sicul. lib. 1. pag. 53. Herodotus lib. iii. Strabo lib. xvii. AElianus Hiſtor. ani lib. xi. cap. x. & xi. Tacitus Hiſtor. lib. v. Pompon. Mela lib. 1. cap. 9. Plinius lib. 8. cap. 46 Solinus cap. 35. Euſebius præpar. Evang. lib. ii. cap. 1. lib. iii. cap. 3. Libanius Sophiſt in Oration. de bovis laudatione, pag. 96. Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 21 Michaël Glycas lib. ii. p. 180. Pl. Lactantius in Stat. Theb. lib. iii. *Lindenbr.*

m *Nec niſi ſemel ei in anno.*] Hujus lectionis prim

ven

venta cum notis certis [8] offertur) alter cum publico quæritur luctu: & ſi omnibus ſignis conſummatus reperiri potuerit, ducitur [n] Memphim [o] urbem frequentem, præſentiáque numinis AEſculapii claram. Cúmque initiante antiſtitum numero centum, [p] inductus in thalamum eſſe cœperit ſacer, conjecturis apertis ſigna rerum futurarum dicitur demonſtrare: & adeuntes quoſdam [q] indiciis averti videtur obliquis; ut offerentem cibum aliquando [r] Germanicum Cæſarem, ſicut lectum eſt, averſatus, portenderat paullo pòſt eventura.

CAP. XV. Strictim itaque, quoniam tempus videtur hoc flagitare, res AEgyptiacæ tangantur, quarum notitiam in actibus Hadriani & Severi Principum digeſſimus latè, viſa pleraque narrantes. AEgyptiam gentem omnium vetuſtiſſimam; niſi quòd [ſ] ſuper antiquitate certat cum Scythis, [t] à Meridiali latere Syrtes majores & Phycus promontorium, & Borion, & Garamantes, nationéſque variæ claudunt: quà Orientem è regione proſpicit, Elephantinen &

8 *Mſ. & Steph.* offertur, quo perempto alter.

uctor fuit Accurſius. Nam in Editione quidem Rom. erinde ut in Mſſ. Regio & Flor. [ac Colbert.] ſic legitur: *Necatur horago arei bos fem. inv. cum notis cert. offertur. uo perempto alter, &c.* Unde P. Caſtellus hanc emendaonem effinxerat, quam Gelenius quoque eſt ſecutus: *Necatur. Io Inachi bos femina, &c.* Prorſus inſulsè. Sic tem ſcribendum videtur: *Necatur eâdem horâ & bos femina, quæ ei ſemel in anno inventa cum notis cert. offertur: uo perempto, &c.* Ita enim Solinus in cap. 35. ex quo ec Marcellinus noſter exſcripſit, & Plinius in lib 8. cap. 5. *Valeſ.* Quum igitur adeo hîc hæſitetur, an tam alievisa fuit utrique Valeſio conjectura Salmaſii, ut ne udandam quidem alteruter crediderit? Certe ſanctior : & eo quod editur, & eo quod ab Henrico proponir. Eam ſcribit ad Solinum pag. 441. eſſe, *necatur hora quæ ei bos fæmina inv. cum n. c. offertur: quo peremp. alter.* &c. quum in præcedentibus etiam maluiſſet *bos verſis genitalium notarum figuris expreſſis, maximaque nium.* Gron.

n *Deſertur Memphim.*] Mſ. *dicitur Memph. ir. ducitur emph.* Lindenbr.

o *Urbem præſtantem præſentiaque.*] Sic primus edidit elenius. Nam Caſtellus ita emendaverat: *Urbem præſt. equentiáque num. Aſclepii claram*: cùm in Editione om. legeretur: *Urbem præſentiam frequentia hominis Eſculapii claram.* Quemadmodum etiam legitur in coce Regio, * & Toloſ. * [ac Colbert.] niſi quòd in egio τὸ *præſentiam* deſideratur. Equidem hunc locum malum legere: *Ducitur Memphin urbem frequentem, æſentiâque num. AEſculapii claram.* Valeſ.

p *Inductus in thalamum eſſe cœperit ſacer.*] Diodorus Sicul. lib. 1. pag. 54. Ὅταν δ' εὑρεθῇ, τὰ μὲν πλήθη τοῦ πένθους λύεται, τῶν δ' ἱερέων, οἷς ἐστιν ἐπιμελὲς, ἄγουσι τὸν μόσχον τὸ μὲν πρῶτον εἰς Νείλου πόλιν ἐν ᾗ τρέφουσιν αὐτὸν ἐφ' ἡμέρας τετταράκοντα ... τα εἰς θαλαμηγὸν ναῦν οἴκημα κεχρυσωμένον ἔχουσαν ἐμβιβάσαντες, ὡς θεὸν ἀνάγουσιν εἰς Μέμφιν, εἰς τὸ τοῦ Ἡφαίστου τέμενος. Plinius lib. VIII. cap. 46 *Inventus deducitur Memphin à Sacerdotibus. Sunt delubra ei gemina, quæ vocant thalamos.* Jul. Solinus cap. 35. *Lindenbr.*

q *Indiciis averſari videtur.*] De Apidis oraculo illuſtre exſtat exemplum apud Diogenem Laërtii f. in Eudoxo. Sed Pauſanias in Achaïcis aliud in templo Apidis oraculi captandi genus fuiſſe ſignificat. Nam cùm Pharis in templo Mercurii hanc rationem captandi oraculi eſſe dixiſſet, ut accenſo ture Deum ad aurem accedentes interrogarent: deinde aures ſibi obturarent, donec è fano egreſſi eſſent: ac tum demum amotis inde manibus quam primam ab obvio quoque vocem audiſſent, eam oraculi inſtar acciperent: ſic ſubjungit: τοιαύτη καὶ Αἰγυπτίοις ἑτέρα περὶ τοῦ Ἄπιδος τὸ ἱερὸν μαντεία καθέστηκεν. Sanè AEgyptios in obſervandis vel fortuitis puerorum ſermonibus ſuperſtitioſos fuiſſe docet Plutarchus de Iſide. *Valeſ.* Cur timuit citare *indiciis averti*? Gron.

r *Germanicum Cæſarem, ſicut lectum eſt, averſatus*] Plinius lib. VIII. cap. 46. Solinus cap. 35. *Lindenbr.*

ſ *Super antiquitate certat cum Scythis.*] Hanc contentionem fusè narratam legere eſt in lib. 2. Juſtini, qui tandem concludit, antiquiores ſemper habitos eſſe AEgyptiis Scythas. Sed Herodotus in lib. 2. & Pauſanias in Atticis illud certamen inter Ægyptios & Phrygas fuiſſe teſtatur. Videſis Scholiaſtem Apollonii ad hunc verſum lib. 4.

Μήτηρ Αἴγυπτος προτερηγενέων αἰζηῶν.

Unde & primam omnium urbem Thebas AEgyptias conditam eſſe ſcribit: cui conſentit Diodorus Siculus in lib. 1. & Plinius in lib. 7. cap. 56. *Valeſ.*

t *A Meridiali latere Syrtes majores.*] Hîc verò omnia ſuſque déque miſcuit Marcellinus. Syrtes enim majores, & Borium promontorium ab Occaſu habet AEgyptus: à Meridie Elephantinen, & Meroen, & AEthiopiam: ab Ortu verò Arabiam, & Syriam Palæſtinam, & mare Rubrum; denique à Septemtrione mare AEgypti-

Meroën urbes AEthiopum, & Catadupos Rubrúmque pelagus & [v] Scenitas prætenditur Arabas, quos Saracenos nunc appellamus: Septemtrioni oppoſita terrarum ſitu cohæret immenſo, unde exordium Aſia Syriarúmque provinciæ ſumunt: à veſpera [x] Iſſiaco disjungitur mari, quod quidam nominaverunt Parthenium. Pauca itaque [y] ſuper benivolo omnium flumine Nilo, [z] quem AEgyptum Homerus appellat, præſtringi conveniet, mox oſtendendis aliis, quæ ſunt in his regionibus admiranda. [a] Origines fontium Nili, ut mihi quidem videri ſolet, ſicut adhuc factum eſt, poſteræ quoque ignorabunt ætates. Verùm quoniam fabulantes poëtæ, variantéſque geographi in diverſa latentem notitiam ſcindunt, opiniones eorum veritati confines (ut arbitror) expediam paucis. Affirmant aliqui Phyſicorum in ſubjectis Septemtrioni ſpatiis, cùm hiemes frigidæ cuncta conſtringunt, magnitudinem nivium [9] congelaſcere: eáſque poſtea vi flagrantis ſideris reſolutas, fluxis humoribus nubes efficere gravidas, quæ in meridianam plagam Eteſiis flantibus pulſæ, expreſſæque tepore nimio incrementa ubertim ſuggerere Nilo creduntur. Ex AEthiopicis imbribus [1] qui abundantes in tractibus illis per æſtus torridos cadere memorantur, exundationes ejus erigi anni temporibus aſſerunt alii præſtitutis: quod utrumque diſſonare videtur à veritate. Imbres enim apud AEthiopas aut numquam, aut per intervalla temporum longa cadere memorantur. Opinio eſt celebrior aliquòd ſpirantibus prodromis, pérque dies quadraginta & quinque Eteſiarum continuis flatibus repellentibus ejus meatum velocitate cohibita ſuperfuſis fluctibus intumeſcit: & reluctante [b] ſpiritu controverſo adoleſcens in majus, hi

9 *Mſ.* congeluere. 1 *Mſ.* qualudantes.

um: ut docent Ptolemæus, Strabo, Oroſius, aliique. *Valeſ.*

v *Scenitas prætenditur Arabas, quos Saracenos nunc appellamus*] Lib. XXIII. *Scenitas Arabas, quos Saracenos poſteritas appellavit.* Plinius lib. v. cap. XI. Solinus cap. 36. Malchus Rhet. in Eclogis legat. pag. 73. τὶς τῶν Σκηνιτῶν Ἀράβων, οὓς καλοῦσι Σαρακηνούς. Ex his Erembos vel Troglodytas potiſſimùm Saracenos vocatos, Euſtathius ſcribit in Dionyſii periegeſin, pag. 28. *Lindenbr.*

x *Iſſiaco diſj. mari quod q. nom. Parthenium.*] In Regio codice *Iſaico* ſcriptum reperi. In Editione Rom. [& in Mſ. Colbert.] *Iſiaco.* Primus Gelenius vulgatæ lectionis auctor fuit, qui de Iſſico ſinu hunc locum intellexit: cui favere videtur alter Marcellini locus, in lib. 14. ubi dicit: *Cùm quondam ex Parthenio pelago venientes aut Libyco, &c.* Parthenium igitur mare Marcellinus ad dextram AEgypti collocat, Libycum ad ſiniſtram. Cui refragatur Euſtathius in Scholiis ad Dionyſium de ſitu orbis, ubi φαρίαν θάλατταν quod eſt mare Libycum, aliis παρθένιον κόλπον dici auctor eſt: cui ſubſcribit Macrobius in lib. 7. Saturnalium. * Sed Marcellino adſtipulatur Cyrillus in vita S. Euthymii. *Ille autem* (inquit) *cùm Joppen veniſſet, & quoddam adſcendiſſet navigium, quod* [..]*cebat Coryeum: ubi fuit in ipſo mari Parthenico, &c.* Gregor. Nazianz. in Oratione 19. Παρθενικὸν πέλαγος [..]cat, quod eſt circa inſulam Cyprum. Gregorius Preſbyter in vita Nazianzeni, & vetus auctor vitæ S. Steph. junioris capite 16. Παρθένιον nominant. * *Valeſ.*

y *Super benivolo omnium flumine Nilo*] Sic Mſ. Fl[..] nam in vulg. deſiderantur verba hæc, *benivolo omni flumine.* Quæ tamen ut in laudes Nili ſcripta, non ſ[..] omittenda, Diod. Siculo conſentiente, ad cujus im[..]tionem dicta videntur lib. I. Ταῖς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίαις ὑπερβάλλει (*Nilus*) πάντας τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην ποταμ[..] Lindenbr.

z *Quem AEgyptum Homerus appellat*] Homer. Od[..] δ. & Euſtathius in eund. pag. 173. Strabo lib. pag. Ambroſius Epiſcop. de Abraham. lib. II. cap. 10. *Idem*

a *Origines fontium Nili*] De Nilo, ejuſque inun[da]tionum cauſis, vid. Herod. lib. II. Diodorus Sicul. [..] I. Strab. lib. XVII. * Lucanus lib. X. * Plin. lib. V. [..] 9. Solinus cap. 35. Philoſtrat. in Iconib. Heliodorus [..] II. & IX. Theophylactus Simocat. lib. 7. pag. 366. [..]nar. in Severo pag. 216. Scholiaſt. Apollon. lib. IV. [..] 25. *Idem.*

b *Spiritu controverſo*] Salmaſius ad Solinum pag. [..]

vi reverberante ventorum, inde urgente curſu venarum perennium, progrediens in ſublime tegit omnia, & humo ſuppreſſa, per ſupina camporum ſpeciem exhibet maris. [c][d] Rex autem Juba Punicorum confiſus textu librorum, à monte quodam oriri eum exponit, qui ſitus in Mauritania deſpectat Oceanum: híſque indiciis hoc proditum ait, quòd piſces, & herbæ, & belluæ ſimiles per eas paludes gignuntur. AEthiopiæ autem partes prætermeans Nilus, nominum diverſitate [2] decurſa, quæ ei orbem peragranti nationes indidere [3] complures, æſtuans inundatione ditiſſima [e] ad cataractas, id eſt præruptos ſcopulos venit, è quibus præcipitans [f] ruit potiùs quàm fluit: [4] unde Atos olim accolas uſu aurium fragore adſiduo deminuto [h] neceſſitas vertere ſolum [i] ad

2 *Mſ.* decuſſa. 3 *Mſ.* complures Et ans inund. 4 *Mſ.* unde athoſolim. ir. unde & hoc olim accol.

liſerte hic corrigendum monet *contra verſus*, ſed ut opinor contra veterem ſcripturam Mſſtorum; quam præſtat retinere, etſi eadem ſententia: vide pag. 332. ſupra. *ron.*

c *Rex autem Juba Punicorum confiſus textu librorum*] Non armis magis, quàm litterarum ſtudiis præcluis om Africa. Atque ut belli monumenta plurima reſtant, c doctrinarum quoque indicia non pauca: quibus etiam pſi Romani uti non erubuerunt. Laudantur libri Puni à C. Salluſtio in bello Jugurth. *Ut ex libris Punicis, qui liempſalis Regis dicebantur, interpretatum nobis eſt.* Sonus cap. 34. *Hoc affirmant Punici libri, hoc Jubam Rem a cepimus tradidiſſe.* Idem cap. 55. *Jubæ & Archelai egum libris editum eſt.* * Tatianus adverſus Græcos: βας περὶ Ἀσσυρίων γράφων, παρὰ Βηρώσου φησὶ μεμαθηκέναι τὴν ἱστορίαν. εἰσὶ δὲ αὐτῷ βίβλοι περὶ Ἀσσυρίων δύο. Hinc eſt, quòd erosi ſectatorum Jubam Tertullianus appellat in Apolog. AElianus de Animalibus lib. 9. c. 58. Athenæus Deinoſop. lib. 3. c. 83. Ἰόβαν τὸν μαυρουσίων βασιλέα ἄνδρα πολυμαθέστατον vocat * Citatur porrò Juba hic, quantum in ræſentiarum memini, à Philoſtrato in lib. de Vita Apolon. * Athenæo Deipn. lib. 1. p. 15. * Plinio Hiſtor. Naural. Servio in Virg. AEneid. v. Plinii verba hæc ſunt b. 5. cap. 1. *Juba Ptolemæi pater, qui primus utrique Mauritaniæ imperavit, ſtudiorum claritate memorabilior uàm regno.* Deque eo ita Feſtus Avienus in Ora marit.

Octaviano Principi acceptiſſimus,
Et literarum ſemper in ſtudio Juba.

a Magonis Pœni, quem Dionyſius tranſtulit, * ut arro teſtatur de Re Ruſtica lib. 1. cap. 1. * & Hannois, cujus περίπλους Λιβύης adhuc exſtat, auctoritate non rò * veteres * utuntur. * Cicero de Oratore lib. Marcianus Heracleota p. 96. * Plinius in Hiſtor. Naural. Solinus cap. 55. Pomp. Mela lib. III. c. 10. * Rei eterinariæ Scriptores Græci. * *Lindenbr.*

d *Rex autem Juba.*] Hic eſt Mauritaniæ Rex, filius us Jubæ, qui cum Scipione in Africa adverſus Julium æſarem infeliciter pugnavit: ipſe in Cæſaris triumpho uctus, poſtea in amicitiam Cæſaris Octaviani adſcitus, paternum regnum recepit, teſte Plutarcho in Cæſaris vita, & Appiano in lib. 2. de bellis civilibus. De eo Suidas. *Valeſ.*

e *Ad cataractas, id eſt præruptos ſcopulos.*] At id non placet doctiſſimo viro qui Marcellinum noſtrum in Exercitationibus ſuis acerbè reprehendit. Sed tamen ferri poteſt interpretatio Marcellini. Certè Euſtathius in Dionyſium non aliter interpretatur: καταῤῥάκτας, ait, ἤγουν καταδύπους καὶ κρημνοὺς: & paullo pòſt: καταῤῥάκται δὲ λέγονται οἱ πετρώδεις τόποι οὓς οἱ ποταμοὶ ἀναχαιτίζοντας τὸ ῥεῖν ὑπερρέοντες ὑπερβαίνουσι, &c. Idem in lib. ult. Iliados notat καταῤῥάκτας dici μέρος ποταμῶν, οἳ διὰ πετρῶν καταῤῥάσσονται. Denique vetus ſcriptor apud Suidam catarractas in Hiſtro ait eſſe ſcopulos quoſdam inſtar montium, qui aquarum curſum impediunt. Sed tamen explicationem Ariſtidis equidem prætulerim, qui in AEgyptiaca cataractas ſic definit, ἡ διὰ τῶν ὀρῶν τοῦ ποταμοῦ κατάβασις, id eſt deſcenſum, ſeu defluxum Nili per montes; & 36. ferè cataractas in Nilo eſſe teſtatur. Eodem modo οὐρανοῦ καταῤῥάκται dicuntur in ſacris litteris: & Heſychius καταῤῥάκτης, inquit, ὀχετὸς, ῥύαξ Idem.

Ruit potiùs, quàm fluit] Solinus: *Cùm primùm occurſantibus ſcopulis aſperatur, tantis agminibus extollitur inter objecta rupium, ut ruere potius quàm manare credatur.* Lindenbr.

g *Accolas uſu aurium fragore aſſiduo diminuto, neceſſitas vertere ſolum*] * Cicero in Somnio Scipion. pag. 318. *Ubi Nilus ad illa, quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altiſſimis montibus, ea gens, quæ ad illum locum incolit, propter magnitudinem ſonitus ſenſu audiendi caret.* Idem.

h *Neceſſitas vertere ſolum ad editiora coëgit*] Lego *ad quietiora.* Ex Seneca videtur locus deſumptus, l. 4. Natur. Quæſt. c. 2. *Obtuſis aſſiduo fragore auribus & ab hoc ſedibus ad quietiora tranſlatis.* Idem in Epiſt. 56. *Quamvis audiam genti cuidam hanc unam fuiſſe cauſam urbem ſuam transferendi, quia fragorem Nili cadentis ferre non potuit.* * Plinius lib. VI. cap. 29. Philoſtratus in Vita Apollon. lib. VI. cap. 14. *Idem.*

i *Ad editiora coegit.*] Sic primus emendavit Gelenius, cùm in prioribus Editionibus perinde ac in MſſT. legeretur, *atque Editiora coëgit.* Sed ipſemet in Epiſtola quem Hieronymi Frobenii nomine Editioni ſuæ præfixit, emen-

quietiora coëgit. Exinde leniùs means per oſtia ſeptem, quorum ſingula perpetuorum amnium uſum & faciem præbent, nullis per AEgyptum [k] aquis externis adjutus [5] ejectatur. Et præter amnes plurimos ex alveo derivatos auctore, cadentéſque in ſuppares ejus, ſeptem navigabiles ſunt & undoſi, quibus ſubjecta vocabula veteres indiderunt: Heracleoticus, Sebennyticus, [6] [l] Bolbiticus, [m] Phatniticus, Mendeſius, Taniticus, & Peluſiacus. Oriens autem [7] inde, ut dictum eſt, propellitur è paludibus aduſque cataractas, inſuláſque efficit plures: quarum aliquæ ita porrectis aquis dicuntur extentæ, ut ſingulas ægrè tertio die relinquat. Inter quas duæ ſunt claræ, Meroë, & Delta, à triquetræ litteræ forma hoc vocabulo ſignatiùs appellata. Cùm autem Sol per cancri ſidus cœperit vehi, augeſcens aduſque tranſitum ejus in libram, diebúſque centum ſublatiùs fluens, minuitur poſtea, & mitigatis ponderibus aquarum, navibus antea pervios equitabiles campos oſtendit. Abunde itaque luxurians ita eſt noxius; ut infructuoſus, ſi venerit parcior: gurgitum enim nimietate humectans diutiùs terras, culturas moratur agrorum: parvitate autem minatur ſteriles ſegetes. Eúmque nemo aliquando extolli cubitis altius XVI poſſeſſor optavit. Et ſi inciderit moderatiùs, aliquoties jactæ ſementes [8] in locis pinguis cæſpitis cum augmento ferè ſeptuageſimo renaſcuntur: ſolúſque fluminum auras nullas inſpirat. Exuberat AEgyptus etiam pecudibus multis, inter quas terreſtres ſunt & aquatiles: aliæ quæ humi & in humoribus vivunt unde ἀμφίβιοι nominantur. [n] Et in aridis quidem [o] capreoli veſcuntur, & bu

5 *Mſ.* electatur. 6 *Mſ.* Bucente Pathmiticus. 7 *Mſ.* inde ut dictum. 8 *Steph.* in liquore.

---

dationem ſuam retractavit. Ait enim ſcribendum videri, *ad quietiora coëgit*: quam ſcripturam vulgatæ equidem longè antepono. *Valeſ.*

k *Aquis ext. adjutus dilatatur.*] In Editione Rom. *delectatur* excuſum eſt. Unde Caſtellus vulgatam hactenus ſcripturam exſculpſit. In Vaticano tamen, & Florent. [ac Colbert.] codicibus legitur, *electatur*; in Regio * & Toloſ. * *elabitur*. *Idem.* Sed & Vatican. *Auctiore.* Gronov.

l *Bolbiticus.*] Sic oſtium illud appellat Mela; Plinius & Ptolemæus Bolbitinum à Bolbitine urbe AEgypti, cujus meminit Stephanus Byzantius. Βολβιτίνη, inquit, πόλις Αἰγύπτου. τὸ ἐθνικὸν Βολβιτινίτης καὶ Βολβιτῖνος· ἔνθεν καὶ Βολβιτινὸν ἄρμα. lege ϛόμα. [in Mſ. Colbert. legitur *Bucente.*] *Valeſ.*

m *Pharniticus.*] Rectiùs in Editione Baſilienſi legitur *Phatniticus.* Ita enim óſtium hoc appellat Plinius, & Diodorus Siculus in lib. 20. quamquam In Diodori editis exemplaribus corruptè φαγνητικὸν ϛόμα perſcribitur. Strabo Phatnicum dicit. Sed cùm à Phatnite Præfectura dictum eſſe videatur, malim equidem Phatnicum ſcribi. Mela tamen & Ptolemæus Pathmiticum vocant, quemadmodum hoc in loco ſcriptum habent codex Regius & Flor. cum Editione Auguſtana, [& Mſ. Colbert.] *Idem.*

n *Et in aridis quidem capreoli veſcuntur & bucali*] Verior videtur lectio, *capreoli veſcuntur & bubali. Bubali* boves ſunt ſilveſtres. * Iſidor. Orig. lib. 12. cap. *Bubali vocati per derivationem, quòd ſint ſimiles boum, adeo indomiti, ut præ feritate jugum cervicibus non recipiant. Hos Africa procreat.* * Agathias lib. 1. ταῦρος αὐτῷ ὑπῆν ... ζί, μέγας τε καὶ ὑψίκερως, οὐ τῶν τιθασσῶν δή που τούτων καὶ ἀροτήρων, ἀλλ' ὑλονόμος καὶ ὄρειος, καὶ τοῖς κέρασι τὸ ἀντίπαλον διαφθείρων· ΒΟΥΒΑΛΟΥΣ οἶμαι τό γε τοιοῦτον γένος καλοῦσι. Auctor Martyrii B. Genovefæ, *bubalum* eundem eſſe ait, quem Germania *urum* vocat: ut Gloſſarium vet. *Urus*, Βοῦς ἄγριος. Macrob. * Saturn. 6. c. 4. * *Uri Gallica vox eſt, quâ feri boves ſignificantur.* * Aimoinus lib. 1. * Philoſtratus Βούαγρους appellat: cujus verba Ammiano lucem dabunt lib. VI. cap. XII. de Vita Apollonii. Igitur cùm de aliis Nili mirabilibus dixiſſet, ſic porrò addit: Ἐλαύνει δὲ καὶ δορκάδες, καὶ ϛρουθοί, καὶ ὄνοι, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, ἱερεῖα τε, πλεῖϛα δὲ οἱ βούαγροι, καὶ οἱ βούτραγοι. ξύγκειται δὲ τὰ θηρία ταῦτα, μὲν ἐλάφου τι καὶ ταύρου, τὸ δὲ, ἀφ' ὧν περὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχει. *Lindenbr.*

o *Capreoli veſc. & bucali.*] Aſſentior Lindenbrogio qui legendum eſſe monuit *bubali*; atque ita in codice Regio ſuperſcriptum eſt. Certè capreoli cum bubalis ſe jungi ſolent: ut exempli gratiâ in Deuteronomii cap. 14 apud Herodotum in lib. 4. Ariſtotelem in 3. de anim.

bali, & ᵖ ᵠ ſpinturnicia omni deformitate ridicula, aliáque monſtra quæ numerare non refert. Inter aquatiles autem beſtias ʳ crocodilus ubique per eos tractus abundat, exitiale quadrupes malum, aſſuetum elementis ambobus, lingua carens, ſ maxillam ſuperiorem commovens ſolam, ᵗ ᵛ ordine dentium pectinato, pernicioſis morſibus quidquid ¹ contigerit pertinaciter ² petens, per ˣ ʸ ova edens fetus anſerinis ſimilia. Utque armatus eſt unguibus, ſi haberet etiam pollices, ad evertendas quoque naves ſufficeret viribus magnis: ᶻ ᵃ ad cubitorum enim longitudinem decem interdum extentus, noctibus quie-

q *Al.* biſturnitatia. 1 *Al.* tetigerit. 2 *Al.* tenens.

bus, & Strabonem in 17. Inde apud Heſychium βούβαλος ſeu βούβαλις, δορκάδιον eſſe dicitur, & Plinius in lib. 8. naſci ait in Germania biſontes, & uros, quibus imperiti bubalorum nomen imponant, cùm tamen bubalos gignat Africa vituli potius cervíve quadam ſimilitudine. Bubalorum quibus AEgyptus abundat, meminit etiam Palladius in Lauſiaca, de Macario loquens Alexandrino, [& in vita Ioh. Chryſoſt. P. Pithœus ad oram Ammiani ſui legit etiam *bubali*] Valeſ. Sed & ita Salmaſius ad Solin. p. 230. *Gron.*

p *Piſturnicia*] Vulg. *Biſturnitatia*. Vid. P. Pithœi J. C. Adverſ. lib. 1. cap. 10. *Lindenbr.*

q *Piſturnitia.*] In Regio [& Colbert.] codice *piſturnicia* legitur. Quare non dubito, quin vera ſit P. Pithœi doctiſſimi viri conjectura, qui *Spinturnicia* emendavit ex Plauti Milite: ubi ſic ait Palæſtrio:

Pithecium hæc eſt præ illa, & Spinturnicium.

Ad quem verſum ſine dubio alluſit noſter Marcellinus. Nec diſplicet conjectura Cl. Salmaſii, qui in tomo 1. ad Solinum, Spinturnicia per deminutionem ſeu ὑποκοριστικὰ Spinturnice deduci adnotavit: Spinturnicem autem eſſe, quam Græci dicunt σφίγγα. Ut enim ab ὄρτυξ Latini fecerunt *coturnix* ita à σφὶγξ *ſpinturnix*. Valeſ.

r *Crocodilus ubique per eos tractus abundat, exitiale quadrupes malum*] Plinius lib. VIII. cap. 25. *Crocodilum habet Nilus, quadrupes malum, & terra pariter ac flumine infeſtum. Unum hoc animal terreſtre linguæ uſu caret, unum ſuperiore mobili maxilla imprimit morſum; alias terribile, pectinatim ſtipante ſe dentium ſerie.* Similia Solinus cap. XXXV. Et ex Græcis Herodotus, Diodorus Sicul. AElianus, & ſi qui porrò, quos brevitatis causâ omitto. *Lindenbr.*

ſ *Maxillam ſuperiorem commovens*] Ariſtot. de Anim. lib. 1. cap. 11. Κινεῖ δὲ πάντα τὰ ζῶα τὴν κάτωθεν γένυν, πλὴν τοῦ ποταμίου κροκοδείλου. οὗτος γὰρ τὴν ἄνω μόνον. * Quem locum Antigonus deſcripſit Hiſtoria Paradoxa ſive in Hiſtor. Admiranda. pag. 134. Πάντα τὰ ζῶα κινεῖν τὴν κάτω σιαγόνα, πλὴν τοῦ ποταμίου κροκοδείλου. Τοῦτον δὲ μόνον τὴν ἄνω. Quæ ex Ariſtotele deſumpta ſunt, apud quem ipſiſſima verba habentur: *. *Idem.*

t *Ordine dentium pectinato*] Sexaginta dentes crocodilum habere AElianus ſcribit de Animal. lib. x. cap. 22. Herod. ὀδόντας δὲ μεγάλους καὶ χαυλιόδοντας. Diodor. Sicul. Ὀδόντες ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν ὑπάρχουσι πολλοί, δύο δὲ οἱ χαυλιόδοντες, πολὺ τῷ μεγέθει τῶν ἄλλων διαλλάττοντες. Ariſtotel. de Animal. lib. 11. cap. 10. *Idem.*

v *Ordine dentium pectinato.*] Solinus & Plinius de crocodilo: *Stipante ſe dentium ſerie pectinatim.* Achilles Tatius in lib. 4. de Clitophontis amoribus, pag. 108. ubi crocodilum luculentè deſcribit: ὀδόντες δὲ πολλοὶ καὶ ἐπὶ πλεῖστον τεταμένοι. φασὶ δὲ ὅτι τὸν ἀριθμὸν τυγχάνουσιν, ὅσας ὁ θεὸς εἰς ὅλον ἔτος ἀναλάμπει τὰς ἡμέρας. *Dentes multi & in longam ſeriem extenti. Aiunt nonnulli tot eſſe quot anni dies.* nempe 360. Ex quibus corrigendus eſſe videtur AElianus in lib. x. de Animalibus *Valeſ.*

x *Ova edens fetus anſerini ſimilia*] Herodotus lib. II. pag. 130. τίκτει ὠὰ, χηνέων οὐ πολλῷ μέζω τίκτει. Ariſtot. de Animal. lib. 1. cap. 33. Plin. *Parit ova quanta anſeres.* Solinus, *qualia anſeres edit ova.* Et *fetus anſerinos* dixit, *ut fetus gallinaceos* Apuleius Mileſ. lib IX. Sic Ammian. lib. XXIII. cap. 6. *fructuarii arboreique fetus.* Et eod. *ardorum fetus.* Lindenbr.

y *Ova edens fetus anſerini ſim.*] Sic emendavit Gelenius, ineptè ut apparet. Neque enim crocodilus ova edit fetibus anſerum, ſed ovis anſerum ſimilia. Rectiùs itaque in codice Regio & Editione Rom. legitur: *Per ova edens fetus anſerinis ſimilia.* [In Colbert. Mſ. *perovedens fœtus anſerinis ſimilia.*] Valeſ.

z *Ad cubitorum enim longitudinem decem interdum extentus*] Ad multo majorem etiam, & ut ait Diodorus Siculus lib. 1. ſedecim cubitorum longitudinem: Ὁ μὲν κροκόδειλος ἐξ ἐλαχίστου γίνεται μέγιστος, ὡς ἂν ᾠὰ μὲν τοῦ ζώου τούτου τίκτοντος τοῖς χηνείοις παραπλήσια, τοῦ δὲ γεννηθέντος αὐξομένου μέχρι πηχῶν ἑκκαίδεκα. Ad ſeptemdecim & quod excurrit, Ariſtot. ulnas pervenire ait. Herodotus, ἐς ἑπτακαίδεκα πήχεας, καὶ μέζων ἔτι. Plin. *Magnitudine excedit plerumque duodeviginti.* Solinus: *Plerumque ad viginti ulnas magnitudinis excreſcit.* Philarchus viginti quinque cubitorum dicit viſum fuiſſe: alium regnante Amaſide ſex & viginti ulnas exceſſiſſe. AElianus Hiſtor. Animal. lib. 17. cap. 6. *Lindenbr.*

a *Ad cubitorum en. longit. decem.*] In Auguſtana Accurſii Editione legitur XVIII. cui ſcripturæ ſuffragantur Herodotus ac Plinius. At Diodorus in lib. 1. uſque ad cubitos XVI. crocodilum ait creſcere. Quidam etiam dixêre ſolum eum ex cunctis animalibus creſcere quamdiu vivit, teſte Ariſtotele ac Plinio: vivit autem diutiſſimè. *Valeſ.*

cens per undas, [b] diebus humi [3] veſcitur, confidentiâ cutis, quam ita validam gerit, ut ejus terga cataphracta vix tormentorum ictibus perforentur. Et ſævientes ſemper eædem feræ, quaſi pacto fœdere quodam caſtrenſi, per ſeptem cærimonioſos dies miteſcunt, ab omni ſævitia deſciſcentes, quibus ſacerdotes Memphi [c] natales celebrant [4] Apis. Præter eos autem qui fortuita pereunt morte, alii dirumpuntur [d] ſuffoſſis alvis mollibus certis ferarum [e f] dorſualibus cruſtis, quas delphinis ſimiles nutrit fluvius antedictus: alii exitio intereunt [5] tali. [g] Trochilus avicula brevis, dum eſcarum minutias captat, circa [6] cubantem feram volitans blandè, [7] genáſque ejus irritatiùs titillando pervenit aduſque ipſam viciniam gutturis. Quod factum contuens [h i] hydrus, [k] ichneumonis genus, oris aditum penetrat alite prævia patefactum, & populato ventre vitalibus dilancinatis erumpit. Audax tamen crocodilus monſtrum fugacibus; ubi audacem ſenſerit, timidiſſimum, & in terra acutiùs cernens, [l] per quatuor menſes hibernos nullo veſci dicitur cibo. [m] Hippopotami quoque generantur in illis partibus, ultra animalia cuncta ratione carentia ſaga

3 *Mſ.* veheperatur. 4 *Mſ. & Steph.* Nili. 5 *Mſ.* tali...... Trochulos. 6 τὸ feram *deeſt vulg.* 7 *Mſ.* genaſque.

---

b *Diebus humi veſcitur.*] Sic emendavit Caſtellus, cum in Editione Rom. eſſet excuſum, *diebus humi veheperatur*: quemadmodum in Mſ. Florentino [& Colbert.] At in codice Reg. *veperatur* ſcriptum reperi, & eadem manu ſuperſcriptum *reptatur*. Ego verò libentiùs ſcriberem *verſatur. Valeſ.* Sed quæ oppoſitio inter quieſcere & verſari, quam videtur captare Ammianus Voluiſſe? Vicinum quoque eſt *venatur. Gronov.*

c *Natales celebrant Apis.*] Mſ. Flor. & Stephan. *Natales celebrant Nili.* Sed vulgatam lectionem tuentur Solinus & Plinius Natural. Hiſtor. lib. 8. cap. 46. *Lindenbr.*

d *Suffoſſis alvis mollibus*] Malim, *alvi mollibus*: & Ammian. *alvi mollia* dixit, ut *tenera ventrium* Solinus: *Delphines crocodilos ſtudio eliciunt ad natandum, demerſique aſtu fraudulento tenera ventrium ſubternatantes ſecant & interimunt.* Idem.

e *Dorſualibus criſtis*] Solinus: *Dorſa ſerratas habent criſtas*: ad imitationem Plinii: *Dorſo tamquam ad hunc uſum cultellata ineſt pinna.* Idem.

f *Dorſualibus cruſtis*] Miror has cruſtas tamdiu placuiſſe viris doctis, quum diu eſt quod Salmaſius ad Solinum pag. 447. *criſtis* corrigendum monuerit, quam vocem ex Solino imitatus eſt Ammianus, & ſola rem bene explicat, & agnoſcit Lindenbr. Ubi etiam pag. præcedenſe monuit ſane mox legendum *contuens enhydrus.* Gron.

g * *Trochilos avicula brevis*] Totus hic locus iiſdem ferè verbis apud Solinum exſtat cap. 35. * *Lindenbr.*

h *Hydrus ichneumonis genus*] Crocodili & ichneumonis odium, præter jam ſæpius dictos Auctores, narrat quoque Strabo lib. 17. pag. 558. Euſebius de præpar. Euang. lib. 11. cap. 1. AElianus de Animal. lib. VIII. capite 25. * Theophilus Alexandr. de natura hominis. f.: Τὸ ὄρνεον ὕδρος τηρεῖ τὸν κροκόδειλον ἕως ἂν ἴδῃ αὐτὸν ἡδέως καὶ ἀμερίμνως ὑπνώσαντα, καὶ τὸ στόμα ἀνεῳγμένον ἔχοντα· καὶ τότε εἰσπηδήσας εἰσέρχεται διὰ τοῦ στόματος αὐτοῦ εἰς τὴν κοιλίαν αὐτοῦ, καὶ διαρρήξας τὴν γαστέρα αὐτοῦ ἐξέρχεται, καταλιπὼν αὐτὸν νεκρόν. Vide Antigonum in Hiſtoria Admiranda pag. 126. cap. λθ. * Idem.

i *Hydrus ichneumonis genus.*] Eſt quidem hydrus καὶ θρέμμα, ut ſcribit AElianus in principio Variæ hiſt. Cedrenus ad annum XVIII Mauricii, hydrim appellat, hylam aliter vocari ſcribit, canis ſpecie. Sed tamen cum hydrus genus ſit ſerpentis aquatilis, & hæc omnia e Solino Marcellinum hauſiſſe conſtet, malim *enhydrus* legere. Sic enim ait Solinus: *Quod enhydrus conſpicatus alterum ichneumonis genus, penetrat belluam, populatiſque vitalibus eroſa exit alvo.* Enhydrum etiam vocat Iſidorus in lib. 9. Originum, ex Solino ut ſolet. ἐνύδριν vocare videtur Herodotus in lib. 2. & 4. Ariſtophanes in Acarnanibus ἰκτίδας, ἐνύδρους, ἐγχέλεις κωπαΐδας. & Heſychius enhydrum ait eſſe animal amphibium, ſimile caſtori. *Valeſ.*

k *Ichneumonis genus.*] Hunc ferè muſtelæ quæ gallinis inſidiatur, ſimilem eſſe, ait Nicander in Theriacis: ubi & ἰχνευτὴν vocat, perinde atque Herodotus in lib. pag. 115. ὡσαύτως δὲ τῇσι κυσὶν οἱ ἰχνευταὶ θάπτονται. Rectè Gloſſis Heſychii, ἰχνευταὶ οἱ νῦν ἰχνεύμονες λεγόμενοι. Ichneumona marem dici, ἰκτίδα ſeu muſtelam dici feminam ſcribit Artemidorus in lib. 3. Vide Athenæum in lib. x. *Idem.*

l *Per quatuor menſes hibernos nullo veſci dicitur cibo*] Ita Plinius quoque & Solinus: at AElianus ſexaginta tantùm dies ponit, Hiſtor. Animal. lib. x. cap. 21. *Lindenbr.*

m *Hippopotami quoque*] Vide Herodot. lib. II. Diodorus Sicul. lib. 1. Plin. Hiſtor. Natural. lib. VIII. capite 25. Solinus capite XXXV. *Idem.*

ciſſimi [n] ad ſpeciem equorum, bifidas habentes ungulas, [o] caudáſque breves: quorum ſollertiæ [8] duo interim oſtendere documenta ſufficiet. Inter arundines celſas & ſqualentes nimia denſitáte hæc bellua cubilibus poſitis, otium pervigili ſtudio circumſpectat, laxatáque copiâ ad ſegetes depaſcendas egreditur. Cúmque jam cœperit redire diſtenta, [p] averſis veſtigiis diſtinguit tramites multos, ne unius plani itineris lineas inſidiatores ſecuti, repertum ſine difficultate confodiant. Item cùm aviditate nimia extuberato ventre pigreſcit, ſuper calamos recèns exſectos femora convolvit & crura, ut pedibus vulneratis cruor egeſtus ſaginâ diſtentum faciat levem: & carnes ſaucias cæno oblinit, quamdiu in cicatrices conveniant plagæ. [q] Has monſtruoſas antehac raritates in belluis, in ædilitate Scauri vidit Romanus populus primitus, patris llius Scauri quem defendens Tullius imperat Sardis, ut de familia nobili ipſi quoque cum orbis terrarum auctoritate ſentirent: & per ætates exinde plures ſæpe huc ducti, [r] nunc inveniri nuſquam poſſunt, ut conjectantes regionum ncolæ dicunt, inſectantis multitudinis tædio ad Blemmyas migraſſe compulſi. nter AEgyptias alites, quarum varietas nullo comprehendi numero poteſt, ibis ſacra eſt & amabilis, & innocua, ideo quòd [t] nidulis ſuis ad cibum ſuggerens ova ſerpentum, efficit ut rareſcant mortiferæ peſtes abſumptæ. Occurunt eædem volucres pinnatis agminibus anguium, qui ex Arabicis emergunt aludibus venena malignàntes: eóſque antequam finibus ſuis excedant, prœ-

8 τὸ interim *vulg. deeſt.*

n *Ad ſpeciem equorum bifidas hab. ungulas.*] Immo vel hoc maximè differunt ab equis hippopotami, ut rectè tat Achilles in lib. 4. de Clitoph. ἔςι μὲν ἵππος τὴν γαςέρα καὶ τὰς πόδας, πλὴν ὅτι σχίζει τὴν ὁπλήν, &c. *Quod ad ventrem pedéſque attinet, equus eſt, niſi quòd bifidas habet ungulas.* & Plinius in lib. 8. *Ungulis bifidis quales bubus.* Ex quibus apparet malè hunc locum à Gelenio eſſe ſupplem. In Editione Rom. & codice Regio, [Colbert.] * Toloſ.* ſcriptum reperi: *Ad ſpeciem equorum bifidos caudáſque breves.* & ad oram Regii exemplaris antiquaus deficere aliquid ſibi videri adnotavit. * Legendum to: *Sagaciſſimi ad ſpeciem equorum, bifidi, caudiſque breves.* * Valeſ. Tangit hunc locum & Salmaſius ad ſol. pag. 455. ſed quum aut non viderit veterem in mſſtis ctionem, aut non attenderit, nihil placitum profert. Quod ſi ridicula prorſus videre aves, conſule auctorem ſſertationis tertiæ de præſtantia numiſm. pag. 130. & ſq. *Gron.*

o *Caudaſque breves*] Achilles Tatius in lib. 4. οὐρὰ βραχεῖα καὶ ψιλή. *Cauda,* inquit, *brevis & glabra.* Reliquam us deſcriptionem ibidem vide, ſanè accuratam, & ut ab homine AEgyptio, id eſt oculato teſte, dignam fide. Adde & P. Gillii viri diligentiſſimi deſcriptionem. *Valeſ.*

p *Averſis veſtigiis diſting.*] At Solinus averſum pergere ad paſtum ait: & Plinius in lib. 8. *Depaſcitur,* inquit, *ſegetes deſtinatione antè determinatas in diem, & ex agro ferentibus veſtigiis:* & Nicander in Theriacis elegantiſſimis verſibus:

Τόσσον ἐπιστείβων λείπει βυθὸν, ὁσσάτιόν περ
Ἐκνέμεται χλοάουσι, παλυσσυτὸν ὄγμον ἐλαύνων.

* Vide AElianum in libri v. de Animalibus capite 53. * *Idem,*

q *Has monſtruoſas antehac raritates in beluis, in ædilitate Scauri*] Plinius lib. VIII. cap. 22. Solinus cap. 35. *Lindenbr.*

r *Nunc inveniri nuſquam poſſunt.*] Hippopotamos in Nilo defeciſſe teſtatur etiam Themiſtius, qui Marcellini noſtri ætate vixit. Is enim in Orat. x. ſic ait: καὶ δυσχεραίνομεν ἐξηρημένων ἐκ Λιβύης μὲν ἐλεφάντων, ἐκ Θετταλίας δὲ λεόντων, ἐκ δὲ τῶν ἑλῶν τῶν περὶ τὸν Νεῖλον τῶν ἵππων τῶν ποταμίων. *Et moleſte ferimus, quòd defecerint in Africa quidem elephanti, leones in Theſſalia, in paludibus autem circa Nilum hippopotami.* Ceterùm Romani id eapropter moleſtè ferebant, quòd in amphitheatrali ſpectaculo hujuſmod belluas ampliùs non videbant. Nonnus tamen, qui multùm ab Ammiani ſæculo abfuit, hippopotamos adhuc ſua ætate viſos eſſe ſignificat, cùm in lib. 26. dicit:

Οἷος ἐμοῦ Νείλοιο θερειγενὲς οἶδμα χαράσσων &c. *Valeſ.*

ſ *Ibis ſacra eſt*] Herodotus lib. II. Diodorus Sicul. lib. I. AElianus de Animal. lib. II. cap. 38. *Lindenbr.*

t *Nidulis ſuis ad cibum ſuggerens ova*] Non. Marcellus: *Nidos non ſolùm domicilia avium, ſed etiam fetus ea-*

liis ſuperatos aëriis vorant: quas aves [v] per roſtra edere fetus accepimus. Ser- pentes quoque AEgyptus alit innumeras, ultra omnem perniciem ſævientes: baſiliſcos, & amphisbænas, & ſcytalas, & [x] acontias, & dipſadas, & viperas aliáſque complures, quas omnes [y] magnitudine & decore aſpis facile ſuper- minens, [z] numquam ſponte ſua fluenta egreditur [9] Nili. Multa in illis tract- bus pretium eſt operæ [1] maximum legere, è quibus pauca conveniet explica- [2a] Templa ubique molibus magnis [3] exſtructa. Pyramides ad miracula ſepte provectæ, quarum diuturnas ſurgendi difficultates ſcriptor [b] Herodotus do- cet, ultra omnem [4] omnino altitudinem, quæ humanis confici poteſt, er- ctæ ſunt turres, ab imo latiſſimæ in ſummitates acutiſſimas deſinentes. Quæ fi- gura apud Geometras ideo ſic appellatur, quòd ad ignis ſpeciem, τῦ πυρ- ut nos dicimus, extenuatur in conum. Quarum magnitudo quoniam in celſitu- dinem nimiam ſcandens gracileſcit paullatim, [c] umbras quoque mechanica r-

9 *Mſ.* Nili...... multa. 1 *Mſ.* maxima aegernac. 2 *Hæc verba mſ. deſunt.* 3 *Mſ.* extructa ad miracul. 4 *Mſ.* nominum

rum Virgilio auctore dicere poſſumus. Georg. 4.

----- *ipſæque volantes*
Ore ferunt dulcem nidis immitibus eſcam.

Gloſſar. Νεοσσὸς, *Nidus, pullus.* Et cum Ammiano planiſſimè facit Solinus: *Ales eſt Ibis, ea ſerpentum pabulatur ova, gratiſſimamque ex his eſcam nidis ſuis defert.* Lindenbr.

v *Per roſtra edere fetus*] Cl. AElianus de Animal. lib. x. c. 39. *Idem.*

x *Acontias.*] Acontia ſerpentis genus Plinio dicitur jaculus, necnon Lucano, *jaculique volucres.* Videndus Nicander. * *Idem.*

y *Magnitudine & dec. aſpis f. ſuperemin.*] Magnitudinem aſpidis teſtatur etiam Nicander in Theriacis, ubi aſpidem luculentè deſcribit:

Τῆς ἤτοι μῆκος μὲν ὃ κυάνταγος ἔτρεφεν αἶα
Ὀργυιὴ μετρητόν· ἀτὰρ περιβάλλεται εὖρος
Ὀσσόν τ' αἰγανέην δορυτοξόος ἰλύνοσι τίκτων.

Galenus quoque in lib. de theriaca ad Piſonem, longam ei cervicem tribuit, quam eo uſque extendit, quoad venenum in viatores facilè poſſit inſpuere: quod quidem & Nicander ibidem teſtatur, & Lucanus in 9.

Aſpida ſomniferam tumida cervice levavit.

* Certè AElianus in libro 6. aſpides quaſdam ad v. cubitorum longitudinem ait pervenire. * *Valeſ.*

z *Numquam ſponte ſua fl. egreditur Nili.*] Ex Lucano id ſumpſiſſe videtur Marcellinus, ſed ejus locum minimè intellexit. Sic enim ait in lib. 9.

Ipſa caloris egens, gelidum non tranſit in orbem
Sponte ſua, Nilóque tenus metitur arenas.
Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur.
Huc Libycæ mortes, & fecimus aſpida mercem.

Quibus verſibus non id dicit Lucanus, aſpidem numquam egredi Nilum; quippe eam in deſertis Libyæ reperiri affirmat: ſed dumtaxat ait eam numquam ſpo- ſua ex Libya & AEgypto in alium orbem migrare perſtringit avaritiam mercatorum veneni, qui eam pentem in Europam invexerint. *Idem.*

a *Sunt Therma lutra, quæ Cythrus indigenæ vocan-*] Hæc verba primus huc inſulſit P. Caſtellus, quæ Gelenius ex Editione ſua meritò ablegavit: quippe ab omnibus Mſſ. codicibus, & ab Editione Rom. ab- Et ſanê ab hoc loco prorſus aliena ſunt. Sed ne quis ſ- pulus ſuperſit cuiquam, locum aperiam, ex quo ea tranſtulit P. Caſtellus. Scribit enim Herodotus in l. ad fauces Thermopylarum eſſe Therma lutra ſeu ca- aquas, quas indigenæ Cythrus appellant. ἔστι δὲ ἐν τῇ ταύτῃ θερμὰ λουτρὰ, ἃ κύθρους καλέουσι οἱ ἐπιχώριοι, &c. hoc loco apparet hauſiſſe Caſtellum: qui ſi fraudem ſ- occultam ſemper fore putavit, ſtolidus profectò fuit cùm probè ſciret rem aliquando in lucem eſſe ventur- nihilominus tantum facinus eſt auſus, næ ille gna- impudens fuit. *Idem.*

b *Herodotus docet ultra omnem altitudinem quæ hum- confici poteſt*] Sic quidem in in omnibus, quos vidi- bris legitur: cùm tamen certum ſit Ammianum ſcri- ſe, *-quæ humana manu conf.* ut lib. XXIV. *-manu cir- ſeptum humana.* Lib. XXV. *Aggeribus humana manu ſtructis.* * Veget in Prolog. lib. 4. *Non tam humana- nu conditæ, quàm divino nutu videantur enatæ.* * R- rendas enim litteras malè à feſtinante antiquario om- facilè apparet: neque ſeciùs Solinus, qui rem eam iiſdem pene verbis narrat, cap. XXV. *Pyramides t- ſunt in AEgypto, faſtigiatæ ultra celſitudinem omnem, fieri manu poſſit.* Ceterùm Herodoti locus, quem laudat Ammianus, exſtat lib. II. Quæ autem port- pyramidibus dici poſſunt, jam ab aliis affatim notata itaque ſupervacaneum hîc ea repetere. *Lindenbr.* F- Salmaſius ex Solino pag. 480. legit *quæ manu.* Se- plane non neceſſarium. *Gron.*

c *Umbras q. mechanica ratione conſumit.*] Id quidem e- rique veterum ſcripſere: ſed tamen non ita accipere

ti

ione conſumit. [e] Sunt & ſyringes ſubterranei quidam & flexuoſi receſſus, quos (ut fertur) periti rituum vetuſtorum adventare diluvium præſcii, metuenteſque ne cærimoniarum oblitteraretur memoria, penitus operoſis digeſtos fodinis per loca diverſa ſtruxerunt: & exciſis parietibus volucrum ferarúmque genera multa ſculpſerunt, & animalium ſpecies innumeras, quas [f] hierographicas litteras appellarunt. Dein [g] Syene, [5] in qua ſolſtitii tempore, quo ſol æſtivum curſum extendit, recta omnia ambientes radii excedere ipſis corporibus umbras non ſinunt. Inde ſi ſtipitem quiſquam fixerit rectum, vel hominem aut arborem viderit ſtantem, circa liniamentorum ipſas extremitates contemplabitur umbras abſumi: ſicut apud Meroen AEthiopiæ partem æqui-

5 *Hæ duæ voces mſ. deſunt.*

---

us, quaſi id ſemper & ubique fiat. Sicut enim quod ucanus cecinit in lib. x.

Atque umbras nuſquam flectente Syene.

ntum id die medio æſtivi ſolſtitii contingere intelligius, teſte Plinio, Arriano in Indicis, Achille Tatio in p. 3. Iſagog. ita etiam à pyramide umbras abſumi meri dumtaxat ſentiendum eſt; & Heliæ Vineti in Notis Auſonium demonſtratio id rantùm evincit. Accedit, od ait Plutarch. in convivio ſapientum, & Diogenes ertii f. Thaletem ſcilicet defixo humi baculo ad metam ıbræ quam pyramis faciebat, altitudinem pyramidis rchendiſſe. Denique vetus Poëta in Catalectis Scaligi idem dicit:

Pyramides, medio quas fugit umbra die. Valeſ.

e *Sunt & Syringes.*] Primus Mercurius Thout dictus las multas hierographicis litteris conſcripſerat, in ibus Deorum ſtemmata & ſacrorum ritus conſignaver, eáſque in antris ſaxeo opere ſtructis condiderat: is deinde poſt diluvium ſecundus Mercurius, qui & athodæmon, pater Tat, è ſacra dialecto interpretatas is mandavit, & in adytis templorum cuſtodiendas oſuit, ut ſcribit Manethо apud Euſebium in lib. 1. ronici. Idem memorat & Marcianus Capella in lib. 2. *intque*, ait, *quidam libri ſacra nigredine colorati, quo- n litteræ animantium credebantur effigies: quas librorum as Athanaſia conſpiciens, quibuſdam eminentibus ſaxis it adſcribi: eadémque ſaxa ſtelas appellans, Deorum mata præcepit continere.* Idem in lib. 8. initio. *Per nenſa ſpatia ſæculorum, AEgyptiorum clauſa adytis incebar: quippe quadringenta fere ann. millia illic reve i obſervatione delitui. Atque utinam poſt diluvialis conationis excurſum, &c.* [Sic apud Plinium in capite libri 6. memorantur in Arabia *celebres inſulæ, Iſura, innea ei proxima; in qua ſcriptæ ſunt ſtelæ lapideæ litte- incognitis.* Et, ut Lucanus in libro III. canit, ante entas litteras:

Saxis tantùm volucréſque, feræque,
Sculptáque ſervabant magicas animalia linguas.]

hæc quidem de re ipſa. Nunc videamus ullúſne ex antis Auctoribus Syringas AEgypti nominaverit. Pauas in lib. 1. ſub finem, Syringas in Thebaïde, quæ pars eſt AEgypti, collocat trans Nilum, ubi & illa celebris exſtabat Memnonis ſtatua. Idem refert Calliſtratus in Ecphraſi prima: ἄντρον ἦν, ait, περὶ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας περιειργασμένον σύριγξι, &c. Meminit & Syneſius in Epiſt. 104. ad fratrem, & Heliodorus in lib. 2. AEthiop. * & AElianus in libro 6. de Animal. cap. 43. * Nec dubito quin eas Tacitus intellexerit, cùm in lib. 2. Annal. inter AEgypti miracula ſic dicit: *Atque alibi anguſtiæ, & profunda altitudo, nullis inquirentium ſpatiis penetrabilis.* Idem.

f *Hieroglyphicas litteras.*] Diceres id conſilium fuiſſe Caſtello, ut omnia contaminaret. Quid enim cauſæ erat, cur Editionis Rom. ſcripturam expungeret? Annon hierographicas litteras æquè dicere poſſumus ac hieroglyphicas? Certè codex etiam Regius * & Toloſ. * [ac Colbert] *hierographicas* tuetur, & Manetho: ἐκ τῶν ἐν τῇ σηριαδικῇ (lege συριγγικῇ) γῇ κειμένων στηλῶν ἱερᾷ φασὶ διαλέκτῳ καὶ ἱερογραφικοῖς γράμμασι κεχαρακτηρισμένων, &c. Idem.

g *Syene, in qua ſolſtitii tempore.*] * Macrob. in Somn. Scip. lib. 2. cap. 7. *Civitas Syene, quæ provinciæ Thebaidos poſt ſuperiorum montium deſerta principium eſt, ſub ipſo æſtivo tropico conſtituta eſt. Et eo die, quo Sol certam partem ingreditur cancri, hora diei ſexta, quoniam Sol tunc ſuper ipſum invenitur verticem civitatis, nulla illic poteſt in terram de quolibet corpore umbra jactari.* * Baſilius Cæſarienſ. Epiſc. in Hexam. Serm. 6. pag. 27. Εἰσὶ γὰρ ἤδη τινὲς οἱ κατὰ δύο ἡμέρας τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ καὶ ἄσκιοι παντελῶς κατὰ τὴν μεσημβρίαν γινόμενοι, οὓς κατὰ κορυφῆς ἐπιλάμπων ὁ ἥλιος, ἐξ ἴσου πανταχόθεν περιφωτίζει, ὥστε καὶ τῶν ἐν βάθει φρεάτων τὸ ὕδωρ διὰ στομίων στενῶν καταλάμπεσθαι. ὅθεν αὐτοὺς τινὲς καὶ ἀσκίους καλοῦσιν. Quæ verba ita imitatus eſt Ambroſ. Epiſc. Hexam. lib IV. cap. V. *Sunt qui dicant, quòd per duos totius anni dies ſine umbra fuerint in partibus meridianis, eo quòd habentes ſuper verticem ſuum Solem, undique per circuitum illuminentur, unde & ἄσκιοι dicuntur Græcè. Plerique etiam ferunt ſic è regione ex alto ferri Solem, ut per anguſta puteorum aquam, quæ in profundo eſt, viderint refulgere.* Non omiſit mirum hoc Heliodorus in Hiſtoria ſua AEthiopica lib. IX. pag. 443. Ἐδείκνυσαν δὲ καὶ τοὺς τῶν ὡρονομίων γνώμονας ἀσκίους κατὰ μεσημβρίαν ὄντας, τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος κατὰ τροπὰς θερινὰς ἐν τοῖς περὶ Συήνην εἰς ἀκρίβειαν κατὰ κορυφὴν ἱσταμένης, καὶ τῷ πανταχόθεν περιφωτισμῷ τὴν παρέμπτωσιν τῆς σκιᾶς ἀπελαυνούσης, ὡς καὶ τῶν φρεάτων τὸ κατὰ βάθος ὕδωρ καταυγάζεσθαι διὰ τὴν ὁμοίαν αἰτίαν.

noctiali circulo proximam dicitur evenire, ubi [h] per nonaginta dies umbræ noſtris in contrarium cadunt, unde Antiſcios ejus incolas vocant. Quæ quoniam miracula multa ſunt, opuſculi noſtri propoſitum excedentia, ad ingenia celſa rejiciamus, pauca ſuper provinciis narraturi.

CAP. XVI. Tres provincias AEgyptus fertur habuiſſe temporibus priſcis, AEgyptum ipſam, & Thebaidam, & Libyam: quibus duas adjecit poſteritas, ab AEgypto [i] Auguſtamnicam, & [k] Pentapolim à Libya ſiccion diſſociatam. Igitur Thebaïs multas inter urbes, clariores aliis Hermopolim habet, & Copton, & [6] [l] Antinoû, quam Hadrianus in honorem Antinoi condidit ſui: [7] hecatompylos enim Thebas [8] nemo non novit. In Auguſtamnica [m] [n] Peluſium eſt oppidum nobile, quod Peleus Achillis pater dicitur condidiſſe, luſtrari Deorum monitu juſſus in lacu, qui ejuſdem civitatis alluit mœnia cùm poſt interfectum fratrem nomine Phocum horrendis furiarum imaginibus raptaretur: & [o] [p] Caſſium, ubi Pompeii ſepulcrum eſt Magni, & Oſtracine, & Rhinocolura. In Pentapoli Libya Cyrene eſt poſita, urbs antiqua ſe

6 *Mſ.* Antinoû. 7 *Mſ. & Steph.* apud Hecatomp. 8 *Mſ.* magnorum.

Et mox pòſt: *Συμβαίνει τὰ ἴσα καὶ κατὰ Μερόην τὴν Αἰθιόπων.* Vid. Strab. lib. 11. pag. 78. * lib. 17. pag. 562. * Hero Alexand. περὶ ὀνομάτων ἀστρονομικῶν, pag. 31. *Lindenbr.*

h *Ubi per xc. dies umbræ noſtris.*] Idem ex Eratoſthene ſcribit Plinius in tota Troglodytice evenire, quæ in eodem parallelo ſita eſt ac Meroe. *Valeſ.*

i *Auguſtamnicam.*] In codice Regio [& Colbert.] & in Editione Rom. *Auguſtanica* ſcribitur utrobique. In Notitia Imperii Rom. nunc Auguſtanica, nunc Auguſtamnica dicitur. Apud Athanaſium in Ep. Apologetica ad Conſtantium αὐγουσταμνική, [à Nilo, quem *Auguſtum amnem*, id eſt Imperatorium vel Regium vocavere.] * Apud Epiphanium in hæreſi Semiarianorum Auguſtonica vocatur: ubi inter Epiſcopos, qui formulæ Fidei Seleucienſis ſubſcripſere, recenſetur Ptolemæus Epiſcopus Θμουίως Αὐγουστονικῆς, id eſt Thmuis provinciæ Auguſtonicæ. * *Idem.*

k *Pentapolim a Libya ſicc. diſparatam.*] Sic edidit Gelenius. In Vaticano codice, & Editione Rom. legitur *diſſeratam*; [in Colb. *diſſoratam*, & ſ. *diſſociatam.*] Ego verò exemplaris Regii ſcripturam ſequi malui. Ceterùm non aſſentior Marcellino, qui Pentapolim longo pòſt tempore à Libya disjunctam fuiſſe dicit. Nam Pentapolis, quæ & Cyrenaïca, ſemper à Libya ſeparata eſt: & ex diviſione Auguſti ſub Proconſule Cretæ erat, teſte Strabone ac Dione: nec niſi ſerò AEgypti provinciis contributa eſt. [Notitia Imperii Romani addit his v. AEgypti provinciis ſextam *Arcadiam*, ita ab Arcadio Auguſto poſtea cognominatam.] *Idem.*

l *Antinoon, quam Hadrianus in honorem Antinoi Ephebi condidit*] *Antinous* ἀντὶ τοῦ *Antinoupolis* tritum eſt: neque aliter ferè umquam appellatur. Hieronymus contra Jovianum Epiſt. 10. *Ut ſciremus quales Deos ſemper AEgyptus recèpiſſet; nuper ab Hadriani amaſio urbs eorum Antinous appellata eſt.* Apud eumdem in Vitis Script. Eccl. Hegeſippus: *Tumulos mortuis templaque fecerunt, ſicut quæ hodie videmus, è quibus eſt & Antinous ſervus Hadriani Cæſaris, cui & gymnicus agon exercetur apud Antinoum civitatem, quam ex ejus nomine condidit, & ſtatuit prophetas in templo. Antinoum autem in deliciis habuiſſe Cæſar Hadrianus ſcribitur.* Sophron. γυμνικὸς ἀγὼν ἐν τῇ ... ἐπιτελεῖται, &c. * Antinous pro Deo cultus, Athanaſ. contra Gentes, pag. 8. Origenes contra Celſum l. 3. p. 136. *Lindenbr.*

m *Peluſium eſt nobile, quod P. Achil. d. condidiſſe, ... ſtrare.*] Rectiùs, *dicitur condidiſſe, ſe luſtrare.* Fab... ex Pauſania, Apollodoro, aliiſque mythiſtoricis n... eſt. Videndus quoque Suidas in Πηλούσιον. Idem.

n *Peluſium, quod Peleus.*] Neſcio quos ſecutus Auctores id aſſerit Marcellinus. Namque Peleum, occiſo fratre Phoco pulſum ab AEaco patre, Phthiam conf... giſſe ad Eurytum ſeu Eurytionem Actoris f. ab eóq... luſtratum eſſe, omnes Hiſtorici conſentiunt: inter qu... Diodorus Siculus in lib. 4. Apollodorus in Bibliothec... Antoninus Liberalis cap. 28. ut omittam Scholiaſtem A... riſtophanis, Apollonii, ac Lycophronis. Cùmque Peleus Eurytum inter venandum caſu occidiſſet, Phthia relictâ Iolcum ſe contulit ad Acaſtum, ut quidam r... morant. Probabilius itaque eſt, quod ait Strabo, ἀπὸ ... λοῦ καὶ τέλματος Peluſium eſſe dictum: niſi potiùs voca... lum eſt AEgyptiacum. *Valeſ.* Jam Bochartus monuit ... Phaleg vocem Syriacam *Sin* reſpondere in ſignificati... voci Græcæ πηλός. Et Acaſtrum Pariſinis reliqui. *Gro...*

o *Caſſium, ubi Pompei ſepulcrum eſt Magni*] Str... lib. XVI. pag. 523. lib. XVII. pag. 548. Plinius lib. V. cap. ... Solinus cap. 37. *Lindenbr.*

p *Caſſium.*] Sic etiam Ptolemæus appellat, & Tab...

deſerta, quam q Spartanus condidit Battus, & Ptolemaïs, & r Arſinoë eadémque Teuchira, & ſ Darnis, & 9.t Berenice, v quas Heſperidas appellant. In ſicciore verò Libya Paratonion, & y Chærecla, & Neapolis, inter municipia pauca & brevia. AEgyptus ipſa, z quæ jam inde uti Romano Imperio juncta eſt, regitur a Præfectis, exceptis minoribus multis, Athribi, & 2 Oxyryncho, & Thmui, & Memphi maximis urbibus nitet. Alexandria enim vertex omnium eſt civitatum: quam multa nobilitant, & magnificentia conditoris altiſſimi, & architecti ſollertia Dinocratis: qui [cùm a ampla mœnia fundaret

9 *Mſ.* Berniæ. 1 *Mſ.* juncta eſt regio, regitur. *Mſ.* Ozurinmoettimium.

…eurrngerorum, opidum in Caſſiotide, inter Oſtracinem ac Peluſium. Ceteri Caſium vocant, in quo delubrum erat Jovis Caſii & ſtatua juvenili ætate, extenta manu dextra punicum malum tenentis: cujus rei ſignificatio arcanum aliquid continet. Oracula etiam edere dicebatur, teſte Achille Tatio in lib. 3. de Clitoph. *Valeſ.*

q *Spartanus condidit Battus*] Herodotus lib. IV. Strabo lib. XVII. Pauſanias, Juſtinus, Solinus, alii. *Lindenbr.*

r *Arſinoe, eademque Teuchira*] Strabo lib. XVII. Stephanus de Urbib. in Ἀρσινόη. Idem.

ſ *Darnis.*] Hujus mentio fit à Ptolemæo, & in Itinerario Antonini: quamquam apud Ptolemæum interdum Dardanis vitioſè perſcribitur, proclivi errore, quem etiam apud Syneſium deprehendi in Epiſt. 67. ad Theophilum Alexandr. ἐν αἰτίᾳ γὰρ ἐπεποίητο τὴν ἐρυθρίτην ὁ Δαρδανίτης: lege meo periculo Δαρνίτης. Et paullo pòſt: τὴν Δαρνίτου μερίδα. In Actis Epheſini Concilii ſimiliter corruptum id nomen eſt, ubi Daniel quidam memoratur Epiſcopus Dardaneos, & Dardaniæ Libyæ, & Dardanorum: ſed vera ſcriptura eſt Darneos. *Valeſ.*

t *Berenice, quas Heſperidas appellant.*] Eadem formâ dictum accipe, quâ Salluſtius dixit: *Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur.* Plinius in Deſcriptione Cyrenaicæ: *Berenice*, inquit, *quondam vocata Heſperidum*: & Ptolemæus, quem ferè Marcellinus ſequi ſolet; Βερενίκη ἡ ἑσπερίδες: neque aliter Stephanus Byzantius, * & Theophraſtus in libri IV. capite IV. hiſtoriæ Plant. * Herodotus tamen non Heſperidas, ſed Eveſperidas appellat: quem ſequuntur Thucydides in lib. 7. ac Pauſanias in Meſſeniacis, * & Theophraſtus in libro 8. Hiſt. capite 6. * Cave igitur exiſtimes has V. urbes Cyrenaïcæ provinciæ Heſperidas eſſe dictas, quò in errore verſatus eſt Scaliger. Is enim ad Euſebii Chronicum num 2304. Quinquegentianos eoſdem ſcribit eſſe ac Pentapolitas: dictos autem Pentapolitas à V. opidis illius provinciæ, Cyrenis, Ptolemaïde, Arſinoe, Darni, & Berenice, quas civitates Heſperidas vocabant. Vides, ut hic Marcellini noſtri locus virum doctiſſimum in errorem induxit. Neque verò Scaligero id conceſſerim, Quinquegentianos eſſe eoſdem ac Pentapolitas, quæ, ut memini, eſt etiam opinio Sylburgii in Notis ad Pæanium. Pentapolitæ quippe ii ſunt, qui Cyrenaïcam incolunt: cùm Quinquegentiani ſint barbari ſupra limitem Africæ poſiti, ut teſtatur Julius Honorius vetus auctor, quem AEthicus magna ex parte exſcripſit. Atque hos viri maximi errores, non inſultandi, ſed veritatis ſtudio notamus, quos & viri & operis magnitudo facilè excuſat. Quid, quòd eadem paginâ alucinatur idem ille vir? cùm inſcriptionem illam Arreti Chanartæ Principis gentium Baquatium ad Bagaudas refert, cùm Baquates illi ſint Africæ populi, de quibus Antoninus loquitur in principio Itinerarii. *Idem.*

v *Quas Heſperidas appellant*] Ἑσπερίδας τῆς Λιβύης laudat Strabo lib. X. *Lindenbr.*

x *In ſicciore Libya.*] Siccior Libya, quam & aridam infrà vocat Marcellinus, eadem videtur eſſe quæ Marmarice & Mareotis Libya dicitur à Ptolemæo ac Plinio, in qua erat Paratonium: ab occaſu habens Cyrenaïcam, ab ortu AEgyptum propriè dictam. Ex quo etiam apparet, id quod ſuprà dicebam, falli Marcellinum, qui Cyrenaïcam provinciam ſerò à Libya ſicciore ſejunctam eſſe ſcribit. Ejuſdem Libyæ meminit Expoſitio totius mundi. *Poſt Pentapolitanam*, ait, *Libya eſt, propinquans & ipſa ab occaſu Alexandriæ, quæ non accipit aquam de cælo.* ξηρολιβύην Græci vocabant, ut auctor eſt Servius ad hunc verſum 3. AEneidos:

Et deſerta ſiti regio.

Inhabitabilis, inquit, *vel raritate aquæ. Dicit autem Xerolibyen, quæ eſt inter Tripolim ac Pentapolim.* Imo inter Pentapolim & Alexandriam dicere debuit. τὰ ἄνυδρα τῆς Λιβύης vocat Joſephus in lib. 5. de bello Jud. cap. XI. * τὴν μὴ ὑδρηλὴν τῆς Λιβύης Theophraſtus libri IV. hiſt. Plantarum capite IV. * *Valeſ.*

y *Cherecla & Neapolis.*] Ptolemæus in Cyrenaïca urbes mediterraneas recenſet, χαίρεκλα, νεάπολις. A Cyrenaïca igitur provincia abſtractæ hæ civitates, ſicciori Libyæ poſtea ſunt attributæ. *Idem.*

z * *Quæ jam inde uti Imperio Rom. juncta eſt.*] Poſt has voces in Editione Rom. & Auguſtana, & in omnibus MſT. codicibus additur *regio*: quam vocem ut ſuperfluam primus Gelenius expunxit. Quare ſuſpicor totum locum ſic à Marcellino ſcriptum fuiſſe: *AEgyptus ipſa, quæ jam inde uti Romano Imperio juncta eſt, regio jure regitur à Præfectis.* Præfecti enim Auguſtales, jam inde à Divo Auguſto AEgyptum gubernabant vice Regum: ut ſcribit Tacitus in libro 1. Hiſtoriarum. * *Idem.* An *juncta eſt, regie regitur.* Gronov.

a *Ampla mœnia fund. & p. pen. calcis.*] Primus hæc

& pulchra, penuriâ calcis ad momentum [3] parum repertæ] [b] omnes ambitu lineales farinâ reſperſit: quod civitatem [4] poſthæc alimentorum uberi copi circumfluere fortuito monſtravit. [5] Inibi auræ ſalubriter ſpirantes, aër tran quillus & clemens: atque ut periculum docuit per varias collectum ætates nullo pæne die incolentes hanc civitatem Solem ſerenum non vident. [c] Hoc li tus cùm fallacibus & inſidioſis acceſſibus affligeret antehac navigantes diſcri minibus plurimis, [d] [e] excogitavit in portu Cleopatra turrim excelſam, qu: Pharos à loco ipſo cognominatur, prælucendi navibus nocturna ſuggerens mi niſteria: cùm quondam ex [6] Parthenio pelago venientes aut Libyco, pe [f] pandas oras & [7] patulas, montium nullas ſpeculas vel collium ſigna cernen tes, harenarum inliſæ glutinoſæ mollitiæ frangerentur. Hæc eadem Regin [g] [h] heptaſtadium, ſicut vix credenda celeritate, ita magnitudine mira cor

3 *Mſ.* parum repentæ. 4 *Mſ.* poſt hæc aliment. 5 *Al.* ibi. 6 *Mſ.* paretonio. 7 *Mſ.* fatumlas montium.

verba addidit Gelenius quæ in cunctis Editionibus antea deerant. In Editione enim Romana ſic legitur hic locus: *Qui cum ammonumentum parum repente omnes ambitus, &c.* neque aliter in codice Regio & Vaticano, [ac Colbert.] *Valeſ.*

b *Omnes ambitus lineales farina reſperſit*] Strabo lib. XVII. Plutarchus in Alexandro, Curtius lib. IV. Val. Maximus lib. I. cap. 4. Plin. lib. V. cap. 10. *Lindenbr.*

c *Hoc litus ne fallacibus & inſidioſis acceſſib. affligeret*] Iiſdem pæne verbis Solinus: *Alexandria inſidioſo acceſſu aditur, fallacibus vadis.* Hegeſippus lib. IV. cap. 27. *Portus urbis, ut plerique maritimorum locorum aditus, difficilis acceſſu.* Plin. lib. V. cap. 31. *Idem.*

d *Excogitavit in portu Cleopatra turrim*] Non Cleopatræ id opus alii volunt, ſed Ptolemæi Soſtrato architectone, qui & nomen ſuum permiſſu Regis ſtructuræ inſcripſit. ΣΩΣΤΡΑΤΟϹ ΚΝΙΔΙΟϹ ΔΕΞΙΦΑΝΟΥϹ, ΘΕΟΙϹ ϹΩϹΤΗΡϹΙΝ ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΠΛΩΙΖΟΜΕΝΩΝ. Strabo lib XVII. Plinius lib. 36. cap. 12. Lucianus in lib. de ſcrib. Hiſtor. Cum Ammiano tamen Tzetzes facit, Chiliad. II. cap. 33. περὶ Κλεοπάτρας καὶ τοῦ φάρου

Αὕτη (*Cleopatra*) σὺν ἀρχιτέκτονι Κυπρίῳ Δεξιφάνει.
Τὴν θάλασσαν χερσώσασα τὴν τῆς Ἀλεξανδρείας,
Ὅσον περὶ τετραστάδιον, εἴτι μικρὸν ἢ πλέον.
Τὸν πύργον ἐξειργάσατο δὲ μέγιστον τοῦ φάρου. Idem.

e *Excogitavit in p. Cleopatra turrim exc. quæ Pharus.*] Hæc non ita accipienda ſunt, quaſi ante Cleopatram Pharus non ſteterit: quam conſtat regnante Ptolemæo Philadelpho à Soſtrato Cnidio fabricatam fuiſſe longe ante Cleopatræ tempora. Sed cùm à D. Iulio diruta eſſet Pharus bello Alexandrino, ut Cæſar ipſe & Strabo in lib. ult. memorant, à Cleopatra poſtmodum reſtaurata eſt: quod præter Tzetzen in Chiliade 2. teſtantur Excerpta Chronologica, edita à Scaligero ad calcem Euſebii: *Omnes anni Ptolemæorum à morte Alexandri uſque ad mortem Cleopatræ, quæ & in Alexandria Pharum condidit, ſimul anni ducenti* XCIV. Quibus adde & Chronic Alexandrinum. *Valeſ.*

f *Pandas oras & vacuas.*] In Mſſ. Flor. & Regio, [Colbert.] & in Editione Rom. legitur *& fatumlas.* S amplector ſcripturam, quam in Codice Vatic. & F chetii exſtare monuit Gruterus, *pandas oras & patu* Idem.

g *Heptaſtadium*] Strabo lib. XVII. pag. 545. *Linden*

h *Heptaſtadium.*] Idem de hoc opere ſentio, quod Pharo, antiquius ſcilicet illud eſſe Cleopatrâ. Nam ſephus in lib. 12. Antiq. c. 2. de LXX. Interpretibus ſerens, qui regnante Philadelpho ſacros libros in G cum vertêre: παραλαβὼν, ait, αὐτοὺς ὁ Δημήτριος, καὶ δ θὼν τὸ ἑπταστάδιον χῶμα τῇ θαλάττῃ πρὸς τὴν νῆσον, καὶ διαβὰς γίσεαν, &c. *Demetrius iis aſſumptis heptaſtadium tr greſſus, aggerem in mari ad inſulam pertinentem, & tr ito ponte, &c.* Cæſar etiam in lib. 3. de bello Civili a nem: *Hæc inſula*, ait, *objecta Alexandriæ portum eff ſed à ſuperioribus Regibus longitudine paſſuum* 900. *in m jactis molibus anguſto itinere & ponte cum opido conjun tur.* Ubi dubium non eſt, quin Cæſar de heptaſtadio quatur. Nam & 900. paſſus heptaſtadium conficiu & cetera conveniunt. Relinquitur ergo, heptaſtadi ante Cleopatram ſtetiſſe. Sed cùm id opus vetuſtate t tè collapſum Cleopatra reſeciſſet, & ad inſulam u perduxiſſet, affixis ob memoriam titulis nominis ſ hinc factum eſt, ut heptaſtadium condidiſſe diceret De hoc ſtupendo Cleopatræ opere loquuntur Auc Chronici Alexandrini, & Cedrenus, & Tzetzes in C 2. cap. 33. Hi ſcribunt Cleopatram, cùm bellum ſibi verſus Auguſtum impendere cerneret, fretum illud q eſt inter inſulam Pharum & Alexandriam, 4. ferè mi rium ſeu ſtadiorum, ut ait Tzetzes, ſpatio, jacti mare molibus complanaſſe, & continenti vindicaſſe D phanis mechanici operâ. Neque ambigo, quin de he ſtadio hi Auctores loquantur. Erat autem Heptaſtad medium inter magnum portum & portum Eunoſti docet Strabo in lib. 17. his verbis: ἔστι δ᾽ ἀμφότεροι συνεχ βάθει (leg. βαθεῖ) ἐκείνῳ τῷ ἑπτασταδίῳ καλουμένῳ χώματι εἰργόμενοι ἀπ᾽ αὐτοῦ (leg. ὑπ᾽ αὐτοῦ) παράκεινται. Id eſt

ſtruxit ob cauſam notam & neceſſariam. [i] Inſula Pharos, ubi Protea cum phocarum gregibus diverſatum Homerus fabulatur inflatiùs, à civitatis litore mille paſſibus diſparata, Rhodiorum erat obnoxia vectigali. Quod cùm in die quodam nimium quantum petituri veniſſent, femina callida ſemper in fraudes, ſollemnium ſpecie feriarum, iiſdem publicanis ſecum ad ſuburbana perductis, opus juſſerat irrequietis laboribus conſummari: & ſeptem diebus totidem ſtadia molibus jactis in mare, ſolo propinquanti terræ ſunt vindicata: Quò cum vehiculo ingreſſa, errare ait Rhodios, inſularum non continentis portorium flagitantes. His accedunt altis ſublata faſtigiis templa; inter quæ eminet 8 [k] Seraрêum, quod licèt minuatur exilitate verborum, atriis tamen columnariis ampliſſimis, & ſpirantibus ſignorum figmentis, & reliqua operum multitudine ita eſt exornatum, ut poſt Capitolium, quo ſe venerabilis Roma in æternum attollit, nihil orbis terrarum ambitioſius cernat. [l] In quo bibliothecæ fuerunt inæſtimabiles: & loquitur monumentorum veterum concinens fides, [m] ſeptingenta voluminum millia, Ptolemæis Regibus vigiliis intentis compoſita, bello Alexandrino dum diripitur civitas ſub Dictatore Cæſare, conflagrâſſe. 9 [n] Canopus inde duodecimo disjungitur lapide: quem ut priſcæ memoriæ tradunt, Menelai gubernator ſepultus ibi cognominavit. Hactenus impendio locus & diverſoriis lætis exſtructus, auris & ſalutari temperamento perflabilis: ita ut extra mundum noſtrum morari ſe quiſquam arbitretur in illis tractibus agens, cùm ſæpe aprico ſpiritu immurmurantes audierit ventos. Sed Alexandria ipſa non ſenſim, ut aliæ urbes, ſed inter initia prima aucta per ſpatioſos ambitus,

8 *Mſ.* Serapaeum. 9 *Mſ.* Caniſius.

---

rtus in mole illa contigui quæ heptaſtadium dicitur, ab ea rempti adjacent. Joſephus in lib. 5. de bello Jud. cap. 1. χειρόκμητα σκέλη appellat. *Valeſ.*

i *Inſula Pharos ubi Protea cum Phocarum gregibus diverſatum Homerus fabulatur*] Homerus Odyſſ. Δ. Philoſtratus in Vita Apollonii. *Lindenbr.*

k *Serapium*] Strabo lib. XVII. Eunap. in AEdeſio. *dem.*

l *In quo Bibliothecæ fuerunt.*] Editio Rom. & codex Regius [ac Colbert.] * & Vatic. * híc ſcriptum habent: *In quod verò biblioth. &c.* & in Regio ſuperſcriptum eſt *duæ*. Epiphanius quidem in lib. de ponderibus, duas ait publicas fuiſſe bibliothecas Alexandriæ: primam in Bruchio à Ptolemæo Philadelpho conſtructam: ſecundam longo pòſt tempore ædificatam eſſe in Serapeo, quæ & prioris ſoror dicebatur. De qua etiam loquitur Tertullianus in Apologet. cap. 18. *Hodie*, inquit; *Ptolemæi bibliothecæ apud Serapeum cum ipſis Hebraïcis litteris exhibentur.* * & Chryſoſtomus in Oratione 1. adverſus Judæos. * Prior igitur à Philadelpho primùm exſtructa eſt, qui centum millia librorum collegiſſe dicitur ab Euſebio in Chronico p. 52. Græcorum Excerptorum, & à G. Cedreno. Pòſt à ſecutis Regibus aucta, contendentibus Ptolemæis ne ab Attalicis in eo ſtudio vincerentur, ſeptingenta voluminum millia habuit, ut præter Agellium & Marcellinum ſcribit Iſidorus in lib. 6. Originum. Bello autem Alexandrino quod Cæſar Dictator geſſit, 400. millia librorum hujus bibliothecæ arsêre, ut ſcribit T. Livius apud Senecam de Tranquillitate, & Oroſius in lib. 6. Noque enim putandum eſt, univerſam illam bibliothecam conflagrâſſe, quod pleriſque perſuaſum video. Aphthonius in deſcriptione arcis Alexandrinæ, bibliothecam publicam in arce fuiſſe teſtatur. *Valeſ.* Opinor ſcripſiſſe; *in quo delubro bibliothecæ*. Nec apud Epiphanium ἀδελφὴ dicitur altera bibliotheca, ſed θυγάτηρ, *filia.* Gronov.

m *Septingenta voluminum millia*] Eumdem hunc numerum etiam Gellius ponit * Noctium Atticarum * lib. VI. cap. 17. At quadraginta tantùm millia Seneca, de Tranq. cap. 9. δέκα μυριάδας Cedren. pag. 136. Vid. Joſeph. Antiquit. lib. XII. Euſeb. de præparat. Evang. lib. VIII. cap. 1. Conflagrationem hujus bibliothecæ narrant Appianus & alii. *Lindenbr.*

n *Canopus inde* XII. *disjungitur lap. quem, ut priſcæ memoriæ tradunt, Menelai gubernator ſepultus ibi*] Mſ. *Caniſius inde.* malè. Scylax in Periplo, pag. 149. ἐπὶ τῷ στόματι τῷ Κανωπικῷ ἐστὶ νῆσος ἐρήμη, ᾗ ὄνομα Κάνωπος, καὶ σημεῖα ἐστὶν ἐν αὐτῇ τοῦ Μενέλεω τοῦ κυβερνήτου τοῦ ἀπὸ Τροίας, ᾧ ὄνομα Κάν-

interníſque ſeditionibus diu aſperè fatigata, ad ultimum multis pòſt annis Aureliano Imperium agente, civilibus jurgiis ad certamina interneciva prolapſis dirutíſque mœnibus, amiſit regionis o maximam partem, quæ p Bruchion appellabatur q diuturnum præſtantium hominum domicilium. Unde Ariſtarchus r grammaticæ rei donis excellens, & ſ Herodianus artium minutiſſimè ſciſcitator, & t v Saccas Ammonius Plotini magiſter, aliique plurimi ſcriptores multorum in litteris nobilium ſtudiorum: inter quos Chalcenterus [1] eminuit x Didymus, multiplicis ſcientiæ [2] y ſcriptis memorabilis: qui z in ill

1 *Al.* emicuit. 2 *Mſ.* copti.

ἱσπος τὸ μνῆμα, &c. Vide * omnino Ariſtidis Oration. AEgyptiacam pag. 96. * & Strab. lib. XVII. p. 551. Solin. cap. 34. Senec. Epiſt. 51. *Valeſ.*

o *Regionum maximam partem.*] Scaliger in Notis ad Euſebium numero 2274. hunc locum ſic emendat, *regionum maximam, quæ Bruchion appellabatur.* Sed præridet emendatio, quæ nobis repentè in mentem venit: *Amiſit regionis max. partem, quæ Bruchion appellabatur.* Epiphanius Βρέχιον κλίμα, id eſt regionem Bruchium dictam ſua ætate deſertam fuiſſe teſtatur: & Hieronymus in vita Hilarionis, Monachos (quod genus hominum ſolitudinem ſectari ſolet) ibi habitaſſe memorat. * Auctor vitæ Apollonii Dyſcoli Πρύχιον vocat: ᾤκει δὲ ἐν τῇ Προυχίῳ περὶ τὸ δρόμον, ἐν τόπῳ οὕτω καλουμένῳ περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἔνθα καὶ ἐτάφη. * *Valeſ.* Immo eſt numerus 2285. & ineptum eſt illud *regionis.* Gron.

p *Bruchion appellabatur, diuturnum præſtantium hominum domicilium*] Meminit hujus Bruchii D. Hieronym. in Vita S. Antonii: *Divertit ad quoſdam fratres, notos ſibi in Bruchio, haud procul ab Alexandria.* Et poſt pauca: *De Bruchio per inviam ſolitudinem intravit Oaſin.* Epiphan. locum bibliothecâ inſignem fuiſſe indicat, lib. de Ponderibus & menſ. pag. 536. *Lindenbr.*

q *Diuturnum præſt. hominum domicilium.*] Ante hæc verba punctum notatur in Editione Auguſtana, ut hæc ad Alexandriam ipſam referantur: quod fortaſſe verius eſt. Tamen de Bruchio non incommodè intelligi poſſunt. Etenim eo loci Philadelphus bibliothecam exſtruxerat, ut ſuprà ex Epiphanio adnotavi. Circa hanc bibliothecam viros doctiſſimos diverſatos eſſe credibile eſt, quibus Philadelphus annonam & ſalaria è publico conſtituerat. Hic enim primus doctorum hominum collegium inſtituit, quod Muſeum dictum eſt: ut ſcribit Plutarchus in ea Diſſertatione, quâ probat non poſſe jucundè vitam agi ex Epicuri præceptis: & Timon Phliaſius, quem Philadelpho carum fuiſſe ex Laërtio ſcimus, hoc Muſeum τάλαρον in Sillis appellat, teſte Athenæo in lib. I. eò quòd in eo Philoſophi tamquam altiles aves in cavea ſaginarentur. Porrò Muſeum nil aliud erat quàm Muſarum templum, quibus etiam Philadelphus ſollemnes inſtituerat ludos, μουσεῖα Græcè dictos, teſte Vitruvio in principio lib. 7. Erat autem Muſeum pars Regiæ, ut refert Strabo. Regia autem ipſa maximam civitatis partem obtinebat. Ex his confici videtur, Muſeum & Regiam in Bruchio ſita fuiſſe. Quare jam intelligimus, cur Bruchium in illa ſub Aureliano obſidione tamdiu reſiſt re potuerit. Erat quippe pars civitatis munitiſſima. Vi Euſebium in lib. 7. Hiſt. cap. 52. *Valeſ.*

r *Grammaticæ rei doctrinis.*] Editio Rom. [ut & c dex Colbert.] habet *domis*: ex quo P. Caſtellus *donis* mendaverat: quam ejus emendationem codex Reg confirmat. *Idem.*

ſ *Herodianus artium minutiſſ. ſciſcitator*] Vitam e Suidas narrat: ex operibus Phrynichus quædam exc pſit, quorum fragmenta penes me ſunt. *Lindenbr.*

t *Saccas Ammonius*] Suidas ex Porphyrio in Σά *Idem.*

v *Saccas Ammonius Plotini Mag.*] Saccas videtur eo dictus Ammonius, quòd mercibus ex portu Alex drino comportandis victum ſibi quæſiviſſet: cujuſm homines *Saccarios* antiqui vocabant, ut videre eſt in (dice Th. tit. de *Saccariis* Portus urbis Romæ. Suid: Πλωτῖνος, inquit, μαθητὴς Ἀμμωνίου τοῦ πρώην γενομένου σακ φόρου. Idem in Origene, *Saccam* cognominatum eſſe ſ bit Ammonium. Hierocles in lib. de providentia, h Ammonium θεοδίδακτον appellat, cúmque primum I tonicæ & Ariſtotelicæ Philoſophiæ concordiam at minibus oſtendiſſe: ídque diſcipulis ſuis Plotino at Origeni aperuiſſe, ut refertur in Bibliotheca Photii. . que hic tantus vir Chriſtianus cùm fuerit, meritò in Scriptores Eccleſ. ab D. Hieronymo recenſetur. Qu quam Porphyrius in lib. 3. contra Chriſtianos, cun Chriſti fide ad numinum cultum deſciviſſe ſcripſit: enm Euſebius in lib. 6. Hiſt. refellit. Hujus Ammon quod ſciam, hodie nihil exſtat. Nam Commentarii Ariſtotelem, alterius ſunt Ammonii Hermiæ filii, Procli auditor fuit Anaſtaſii Aug. temporibus. * I eſſe videtur Ammonius Peripateticus Philoſophus, qu πολυγραμματώτατον fuiſſe ſæculi ſui, teſtatur Philoſt tus in Sophiſtæ Hippodromi Vita. quo qui plura legiſ neminem ſe vidiſſe. Et memoriter quidem plura didi (inquit) quàm ullus Græcorum, qui memoriâ exc luere poſt Alexandrum Cappadocem: plura autem le quàm ullus poſt Ammonium Peripateticum. Nullum nim adhuc vidi, qui hoc Ammonio plura legiſſet. * *Va*

x *Didymus multiplicis ſcientiæ capti memorabilis*] * *multiplicis ſcientiæ captu memorabilis*: ex Gruteri cor ctura, * Mſ. *capti memorabilis.* Divinent alii. *Linden.*

y *Capti memorabilis.*] Legendum eſſe conjecer *ſcriptis memorabilis.* * Eodem enim errore in libro ubi legitur, *quaſi proſcripti i. nec. Nri. mil. &c.* cap

ſex libris, ubi nonnumquam imperfectè Tullium reprehendit, [a][b] ſillographos imitatus ſcriptores maledicos, judicio doctarum aurium incuſatur, ut immania frementem leonem [3] putredulis vocibus [4][c] canus catulus longiùs circumlatrans. Et quamquam veteres cum iis quorum memini, floruere complures, tamen [d] ne nunc quidem in eadem urbe doctrinæ variæ ſilent: nam & diſciplinarum magiſtri quodammodo ſpirant, & nudatur ibi geometrico radio quidquid reconditum latet, nondúmque apud eos penitus exaruit muſica, nec harmonia conticuit, & [e] recalet apud quoſdam adhuc [f] licèt raros, conſideratio mundani motus & ſiderum, doctíque ſunt [g] numeros haud pauci: ſuper his ſcientiam callent, quæ fatorum vias oſtendit. [h][i] Medicinæ autem, cujus in

3 *Al.* putidulis. 4 *Mſ.* canus catul.

lſſ. omnes habent *quaſi procapti, &c.* * Erit fortaſſe, ui hæc Jani Gruteri conjectura magis arrideat, *multiplicis ſcientiæ captu memorabilis.* Valeſ. Eam non ut conecturam, ſed ex Mſſ. profert Jan. Wouwerius cap. XVII. olymath. *Gron.*

z *In illis* VI. *libris, ubi Tullium repreh.*] Contra hos idymi libros pro Cicerone ſcripſit Suetonius Tranuillus, teſte Suida. *Valeſ.*

a *Sillographos imitatus ſcriptores maledicos*] Suid. Σίλλοι μῖμος, ἢ ὁ μῶμος, καὶ ἡ κακολογία, καὶ ὁ χλευασμὸς, καὶ ὁ ταῦτα γράφων, σιλλογράφος. * Vid. Athenæum lib. 1. pag. 22. * Sillorum libros tres Timonem Scepticum ſcripſiſſe Diogen. aërtius in ejus Vita ait. * Ex quibus etiam verſus uoſdam in Platonem maledicentiſſimos adducit A. Gelius Noctium Attic. l. 3. c. 17. * *Lindenbr.*

b *Sillographos imitatus ſcriptores.*] Silli Græcè dicunr maledica & ſatyrica carmina, atque inter poeſim à lluce recenſentur in lib. 4. Heſychius, σίλλος, ait, ἔμμετρον σκῶμμα. Euſtathius in 2. Iliad. ait à veteribus Criis notatum eſſe, eo genere carminis primùm uſum eſſe omerum in deſcribendo Therſite, & ubi Therſites Res irridet: eſſe autem ſillos genus poëſis comicæ, quâ i utuntur, ſillographos dici. Et Julianus in tractatu, uomodo Cynicè ſit philoſophandum, ait Archilochum eo fabulas carminibus ſuis miſcuiſſe, ut poëta, non aum ſillographus haberetur. Inter ſillorum Poëtas numeur à Strabone in lib. 14. Xenophanes Colophonius hyſicus: ſed omnium celeberrimus fuit Timon Phliaſis, qui tribus libris omnes dogmaticos laceravit, in ibus Xenophanem illum, de quo dictum eſt, loquenm inducebat, ut ait Sextus in lib. 1. Hypotyp. & Diogenes Laërtii f. In eo autem opere Timon parodiâ frecenter uſus eſt, tranſlatis ex Homero verſibus, atque miſtichiis. Hoc eſt quod Diogenes ait in ejus vita: σιλλαίνει τοὺς δογματικοὺς ἐν παρῳδίας εἴδει. Exempli gratiâ de teſibio Menedemi diſcipulo dicit in Sillis:

Δειπνομανὴς, νεκροῦ ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἀκύλιστον:

i verſus annon ex hoc Homerico per parodiam tranſlaus eſt?

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο. Valeſ.

c *Vanus catulus.*] Sic placuit P. Caſtello, cùm in Edit Rom. legeretur *canus catulus*, perinde ac in Mſ. Flor. [ac Colbert] At in Regio codice *canis catulus* ſcriptum reperi. Politianus in cap 1. Miſcellaneorum, ubi hunc locum uſurpat, lucernarium catulum dicit. *Idem.*

d * *Ne nunc quidem in eadem urbe doctrinæ variæ ſilent.*] De AEgyptiis Menander Rhetor in libro 3. idem dicit: ubi docet quomodo urbes à ſtudiis laudandæ ſint pag. 608. ὡς περὶ Αἴγυπτον ἀστρολογίαν καὶ γεωμετρίαν ἀξιοῦσι παρ' αὐτῶν γεγενῆσθαι. Et antea de Alexandrinis dixerat: ἔτι δὲ καὶ νῦν τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπὶ γραμματικῇ, γεωμετρίᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ. * Idem.

e *Recalet apud quoſdam adhuc licèt atros conſideratio mundani motus*] Per *atros* quos intelligat, incertum eſt. Videtur tamen denotare Chriſtianos, quorum veſtitus talis, præcipuè Monachorum, quos in Bruchio iſtis temporibus degiſſe paullo antè laudata Hieronymi verba probant: & de colore hoc atro quo utebantur, Eunapius in AEdeſ. * Verior tamen videtur lectio, ſi ἀντὶ τοῦ *atros*, *raros* legamus. Quoſdam nempe, ſed paucos reperiri, qui motuum cæleſtium ſtudio capiantur. * *Lindenbr.*

f *Licet atros.*] Malim *licèt raros*. Sic ferè in lib. 19. ſub finem: *Noſtri quoque licèt rari videbantur exanimes.* Nam de Monachis pulla veſte amictis intelligere, ut Lindenbrogius conjiciebat, abſurdum mihi videtur. *Valeſ.*

g. *Haud numero pauci.*] Hæc eſt emendatio P. Caſtelli. Nam in Editione Rom. perinde ac in codice Regio, * & Toloſ. * [ac Colbert.] legitur, *aut numeros pauci*. Unde apparet ſic à Marcellino ſcriptum fuiſſe, *doctique ſunt numeros haud pauci*, Id eſt Arithmeticam. *Idem.*

h *Medicinæ autem.*] Alexandrini Medici quanto in pretio iſtis temporibus fuerint, indicat Galenus in lib. de Anatom. & Julianus Auguſt. Epiſt. XLVI. *Lindenbr.*

i *Medicinæ a. ita ſtudia augentur in dies.*] Libanius in libri IV. epiſtola 95. ad Marium de Chryſogono Phœnice, ſuo diſcipulo loquens, ait, eum relictâ Scholâ ſuâ navigaſſe in AEgyptum, ut Medicinam ibi citò diſceret ſub Profeſſore Magno. Idem teſtatur etiam Theodoritus in Epiſtola 224. Fulgentius Planciades in l. 3 Mythologici Alexandriæ in cunctis ferè angiportis fuiſſe Medicorum domicilia ſcribit. * *Valeſ.*

hac vita noſtra nec parcâ nec ſobriâ deſiderantur adminicula crebra, ita ſtudia augentur in dies, ut [k] licèt opus ipſum redoleat, pro omni tamen experimento ſufficiat medico ad commendandam artis auctoritatem, ſi Alexandriæ ſe dixerit eruditum: & hæc quidem hactenus. Sed ſi intelligendi divini [5] aditionem multiplicem, & præſenſionum originem mente vegeta quiſquam voluerit replicare, per mundum omnem inveniet [l m] mathemata hujuſmodi ab AEgypto circumlata. [n] Hîc primùm homines longè ante alios ad varia relligionum incunabula (ut dicitur) pervenerunt, & initia prima ſacrorum cautè tuentur [o p] condita ſcriptis arcanis. Hac inſtitutus prudentia Pythagoras colens ſecretiùs Deos, quidquid dixit aut voluit, auctoritatem eſſe inſtituit ratam, & [q] femur ſuum aureum apud Olympiam ſæpe monſtrabat, & [r] cum aquila colloquens ſubinde viſebatur. Hinc Anaxagoras [ſ] lapides è cælo lapſuros, & [t] putealem limum contrectans, tremores futuros prædixerat terræ. Et [v x] Sc

5 *Mſ.* editionem.

---

k *Licet opus ipſum redoleat.*] Id eſt, licèt opere ipſo prodatur Medici peritia. Simile eſt apud Græcos illud proverbiale dicendi genus: αὐτὸ δείξει τὸ ἔργον: de quo Suidas & Heſychius. Ariſtophanes in Lyſiſtrata: Τοὔργον τάχ' αὐτὸ δείξει. AEſchines contra Cteſiphontem: καὶ αὐτὸ ἔδειξε τὸ ἔργον. Utitur etiam Julianus in Epiſt. ad Alexandrinos. Sic apud Terentium in Eunucho, Actu 3. Scena 2.

Th. *Perpulcra credo dona, haud noſtris ſimilia.*
Parm. *Res indicabit.*

Et iterum in actu 4. & alibi ſæpe. Quæ cùm ita ſint, non probo eam lectionem, quam ex Fauch. codice profert Gruterus: *Licèt opus id non red.* Valeſ.

l *Mathemata hujuſmodi ab AEgypto*] Strabo lib. XVII. pag. 542. Suid. in Γεωμετρία. *Lindenbr.*

m *Mathemata.*] In Codice Regio [& Colbert.] & Editione Rom. lacuna erat, quam Caſtellus *Matheſeos* vocabulo ſuppleverat. Exſtitit poſtea Gelenius, qui *Mathemata* edidit: quod nullo modo hîc convenire judico, * mallémque omnino reſcribere, *hujuſmodi arcana.* * Valeſ.

n * *Heic primum homines ad v. relligionum incunabula pervenerunt.*] Primi omnium AEgyptii & Deorum notitiam habuiſſe, & templa ac delubra exſtruxiſſe, & ſollemnes conventus inſtituiſſe dicuntur. Primi etiam nomina ſacra intellexiſſe, & ſermones myſticos docuiſſe perhibentur: ut tradit Lucianus in libro de Dea Syria. Sed & Apollinis oraculo idipſum confirmatur, quod ex Porphyrio refert Euſebius in libro 9. Præparationis Evang. capite X. tribus verſibus:

Αἰπεινὴ γὰρ ὁδὸς μακάρων, τρηχεῖά τε πολλόν,
Αἱ πρῶτοι μερόπων ἐπ' ἀπείρονα πρῆξιν ἔφηναν
Οἱ τὸ καλὸν πίνοντες ὕδωρ Νειλώτιδος αἴης.

Ad quos verſus alluſiſſe videtur Marcellinus noſter paullo ſuprà, ubi dicit: *Sed ſi intelligendi divini aditionem multiplicem, &c.* Eodem referendus videtur locus Chryſoſtomi ex Homilia 8. in Matthæum, ubi de AEgypto ita loquitur: καὶ τὴν ποιητῶν καὶ φιλοσόφων καὶ μάγων μητέρα, καὶ τὴν πᾶν εἶδος μαγγανείας εὑροῦσαν, καὶ τοῖς ἄλλοις διαδοῦσαν ταύτην ὄψει νῦν ἐπὶ τοῖς ἁλιεῦσι καλλωπιζομένην. Id eſt: *Et illa Poëtarum & Philoſophorum & Magorum parentem, & qu omne maleficii genus invenit, ac reliquis etiam hominib communicavit, videbis modò piſcatorum magiſterio glo antem.* * Idem.

o *Conditas ſcribis arcanis*] ἴσ. *ſcriptis arcan.* Li denbr.

p *Condita ſcribis arcanis.*] In Fauchetii libro legit *ſcriptis arc.* quod equidem probo. Intelligit enim ἱερ βίβλους, quas à Mercurio Triſmegiſto patre Tat interpre tas in adytis AEgyptiorum reconditas eſſe tradit Ma tho. ἱερατικὰ βιβλία vocat Clemens in lib. 6. Strom. qu vide. Ait enim 42. Mercurii libros fuiſſe. Ex his lib quidam fuit τὰ γενικὰ τοῦ ἑρμοῦ dictus. fuêre & κυρανίδα βλοι, de quibus doctè Cl. Salmaſius in Præfatione ad S linum: fuêre & τὰ φυσικὰ τοῦ ἑρμοῦ, quæ citat Zoſimus lib. 9. de Chemia. Citatur & ἱερὸς λόγος à Stobæo in Ph ſicis. *Valeſ.*

q *Femur ſuum aureum apud Olympiam ſæpe monſtrab* Iamblichus in Vita Pythag. pag. 131. * Apollonius in H ſtoria Admiranda cap. 6. p. 105. Nicetas Choniat. in Th ſauro Orthod. lib. 1. cap. 4. Origenes contra Celſu pag. 284. 288. Malchus de Vita Pythag. p. 18. verſ. 7. *L denbr.*

r *Cum aquila colloquens ſubinde*] Jamblichus de V Pythagoræ pag. 67. *Idem.*

ſ *Lapides e cælo caſuros.*] Unicum lapidem è cælo c ſurum prædixit, ut ceteri omnes narrant. Sed cum A miano plures dicit Philoſtratus in lib. 1. de vita Apoll nii, cap. 2. & Tzetzes in Chiliade 6. *Valeſ.*

t *Putealem limum contrectans*] Cùm multa apud ve res de Anaxagora ſcripta exſtent, hujus tamen prædi nationis nuſquam mentio facta. De Pherecyde ſanè co ſtat, cum tale aliquid prædixiſſe, non cùm limum ta geret, ſed cùm putealem aquam biberet. Diogen Pherecyde. * Apollonius in Hiſtoria Admiranda p. lc

on ſententiis adjutus AEgypti ſacerdotum, latis juſto moderamine egibus, Romano quoque juri maximum addidit firmamentum: ex his fonibus per ſublimia gradiens y ſermonum amplitudine Jovis æmulus Platon viſâ AEgypto, militavit ſapientiâ glorioſâ. Homines autem AEgyptii plerique ſubfuſculi ſunt, & atrati, z magíſque mæſtiores, gracilenti & aridi, ad ſingulos motus excandeſcentes, controverſi, & repoſcones acerrimi. Erubeſcit apud os, ſi quis non infitiando tributa, plurimas in corpore 6 vibices oſtendat. Et nulla tormentorum vis inveniri adhuc potuit, b quæ obdurato illius tractus latroni invito elicere potuit, ut nomen proprium dicat. Id autem notum eſt, t annales veteres monſtrant, quòd AEgyptus omnis ſub amicis erat antea Regibus: ſed c ſuperatis apud Actium bello navali Antonio & Cleopatra, provinciæ nomen accepit ab Octaviano Auguſto poſſeſſa. 7 d Aridiorem Libyam e ſu-

6 *Mſ.* vivaces. 7 *Mſ.* aridiorem Libyam.

4. cap. 5. Plin. lib. 2. c. 79. Cicero de Divinat. lib. 2. pag. 2. *An hoc ejuſmodi eſt, quale Pherecydeum illud? qui cùm uam vidiſſet (i. C. bibiſſet) ex puteo hauſtam, terræ motum xit futurum.* * Lindenbr.

v *Solon ſententiis adjutus AEgypti Sacerd. latis juſto moramine Legib. Romano quoque Juri*] Sanè verum hoc componendis Legibus ſuis multa imitamenta ex Solo axonibus Romanos ſumpſiſſe. Cicero de Legib. 2. *In 1. de minuendo ſumtu lamentationeque funeris tranſlata ſit de Solonis fere Legibus.* Ex iiſdem etiam Syllam ſumptuarias Leges reparaſſe Ammianus lib. XVI. ſcribit. Vid. Iſidor. Origin. lib. V. cap. 1. *Idem.*

x *Solon ſententiis adjutus AEgypti Sac.*] Hæc cautè accipienda ſunt: nam conſtat Solonem latis demum legibus in AEgyptum veniſſe, ut teſtatur Herodotus lib. 1. Heraclides de Republ. Athen. & Plutarchus in Solone. *Vaeſ.*

y *Sermonum ampl. Jovis æmulus non viſa AEgyp.*] Legendum: *Jovis æmulus Plato viſa AEgypto, &c.* Certè id de Platone intelligendum eſſe non dubito, de quo ab aliquis dictum accepimus, Jovem ſi Græcè loqui vellet, ſic t Platonem eſſe locuturum. Dionyſius Halic. περὶ δημοσθένους δεινότητος. ἤδη δέ τινων ἤκουσα ἐγὼ λεγόντων ὡς εἰ καὶ παρὰ θεοῖς διάλεκτός ἐστιν ᾗ τὸ τῶν ἀνθρώπων κέχρηται γένος, οὐκ ἄλλως ὁ βασιλεὺς ὢν αὐτῶν διαλέγεται θεὸς ἢ ὡς πλάτων. Hoc de Platone dictum Ciceroni tribuit Plutarchus in ejus vita: ſed Cicero ipſe in Bruto aliis tribuit. *Quis enim*, inquit, *uberior in dicendo Platone? Jovem aiunt Philoſophi, ſi Græcè loquatur, ſic loqui.* Idem de Democrito veteres quidam dixerant. Sextus Empiricus lib. 7. δημόκριτος ὁ τῇ Διὸς φωνῇ παρεικαζόμενος ob certitudinem ejus dictorum. *Idem.*

* *Magiſque mæſtiores.*] Atqui Dio Chryſoſtomus in Oratione 32. ad Alexandrinos, γελοίους eos fuiſſe teſtatur in ipſo Orationis exordio, & ſub finem pag. 393. ἱλαροὺς eoſdem appellat. Quare aſſentior propemodum Claudio Salmaſio, qui in Exercitationibus ad Solinum hunc Marcellini locum ſic emendat: *Et atrati magis quàm mæſti* Mox legendum puto: *Graciles, minuti, & aridi*, idque ex veſtigiis veteris ſcripturæ. Nam in codice Vaticano & in Editione Rom. ſcriptum eſt, *gracilem niti & ardi*: in Colbertino Mſ. *gracilem niti & aridi.* * Idem.

a *Nulla tormentorum vis.*] Idem de AEgyptiis refert elegantiſſimus ſcriptor AElianus lib. 7. ποικιλ. ἱστ. cap. 18. αἰγυπτίους φασὶ δεινῶς ἐγκαρτερεῖν ταῖς βασάνοις, καὶ ὅτι θᾶττον τεθνήξεται ἀνὴρ αἰγύπτιος στρεβλούμενος ἢ τἀληθὲς ὁμολογήσει. De furacitate AEgyptiorum videndus eſt Diodorus Siculus lib. 1. qui idcirco ſeveriſſimas leges de furtis ab AEgyptiorum Regibus latas eſſe commemorat. *Idem.*

* b *Quæ obduratum ullius pectus latrociniis.*] Cùm in Mſſ. Vatic. Regio, Toloſ. ac Colbert. & in Editione Rom. ſic legatur: *Quæ obdurato illius pactus latrocini invito elicere potuit ut, &c.* in Colbert. *eligere*; locum feliciter reſtitui: *Quæ obdurato illius tractus latroni invito elicere potuit, ut nomen propr. dicat.* * Idem.

c *Superatis apud Actium bello navali Antonio & Cleopatra, provinciæ nomen accepit*] Strabo lib. XVII. Ἐπαρχία νῦν ἐστί, φόρους μὲν τελοῦσα ἀξιολόγους, ὑπὸ σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν διοικουμένη τῶν πεμπομένων ἐπάρχων ἀεί. Lindenbr.

d *Aridam Libyam ſupremo Apionis Regis conſecuti ſumus arbitrio*] Rufus Feſtus in Breviario: *Cyrenas cum ceteris civitatibus Libyæ Pentapolis Ptolemæi antiquioris liberalitate ſuſcepimus. Libyam ſupremo Apionis Regis arbitrio ſumus adſecuti.* Liv. lib. LXX. Appianus de Bello civil. lib. 11. Eutropius lib. VI. *Idem.*

e *Supremo Apionis Regis.*] Hæc & ſuperiora omnia ex Rufi Feſti Breviario propè ad verbum Ammianus exſcripſit. *Cyrenas*, ait Feſtus, *cum ceteris civitatibus Libyæ Pentapolis Ptolemæi antiquioris liberalitate ſuſcepimus. Libyam ſupremo Apionis Regis arbitrio ſumus adſecuti. AEgyptus omnis ſub amicis Regibus fuerat: ſed victâ cum Antonio Cleopatrâ, provinciæ formam Octaviani Cæſaris Aug. temporibus accepit.* Quin Ammianus noſter à Feſto mutuatus ſit, dubium non eſt. Scripſit enim poſt Rufum Feſtum. Hic Valenti Aug. opus ſuum nuncupavit: noſter autem Ammianus Hiſtoriam ſcripſit imperante Theodoſio, ut in Prolegomenis oſtendimus. Sola ſupereſt difficultas, quis ille ſit Ptolemæus antiquior Cyrenarum Rex, & an alius ſit ab Apione. Hieronymus in Chronico Olymp. 171. *Ptolemæus*, ait, *Cyrenarum Rex moriens, Romanos teſtamento dimiſit heredes.* Idem Olymp.

premo Apionis Regis conſecuti ſumus arbitrio: [f] Cyrenas cum reſiduis civitatibus Libyæ Pentapoleos, Ptolemæi liberalitate ſuſcepimus. Evectus longiùs, ad ordinem remeabo cœptorum.

178. anno 3. *Libya per teſtamentum Apionis Regis Romanis relicta.* Ex quibus locis Scaliger in Euſebianis Animadverſ. & ante eum Sigonius in lib. 1. de antiquo jure provinciarum, duos fuiſſe Ptolemæos aſſerit, alterum Cyrenarum, alterum ſiccioris Libyæ ſive Ammoniacæ Regem, & utrumque Apionem eſſe dictum. Verùm duos fuiſſe Ptolemæos Apionas numquam mihi ipſe perſuadere potui, neque tanti eſt apud me horum trium Scriptorum hac in parte auctoritas: maximè cùm Livius & Eutropius, Juſtinus, atque Appianus lib. 1. bellorum Civil. & in fine Mithridat. unum Ptolemæum Apionem Cyrenarum Regem agnoſcant, Ptolemæi Phyſconis ex pellice filium. quem Cicero in 2. contra Rullum, & Tacitus lib. 14. ac Eutropius Apionem ſimpliciter appellant. Atque hic Ptolemæus moriens CyrenarumRegnum pop. Rom. reliquit. Cyrenarum autem Regno etiam ſiccior Libya tunc quidem continebatur: quæ longè poſtea à Cyrenaïca ſeu Pentapoli diſparata eſt, ut Ammianus ſuprà teſtatur. Quò igitur Apionis illius Regis Libyæ commenticii teſtamentum? cùm ex Ptolemæi Cyrenarum Regis teſtamento hæc univerſa pars Libyæ Romanis jam legata fuiſſet. An id umquam tacuiſſet Titus Livius? cujus etſi libri interciderunt, Epitomas tamen, ſeu potiùs ut appellare ſoleo Prologos maximâ diligentiâ confectos habemus. *Valeſ.*

f *Cyrenas cum reſiduis civit.*] Quando primùm Cyrene in provinciæ formam redacta ſit, difficile eſt dicere. Neque enim ſtatim poſt obitum Ptolemæi Apionis provinciæ jus accepit. Deceſſit Ptolemæus Apion Cyrenarum Rex C. Caſſio, & Cn. Domitio Coſſ. anno Urbis conditæ 657. ut docet Julius Obſequens ex T. Livio, & Caſſiodorus in Faſtis, ex D. Hieronymo in Chronico. Epitome Livii lib. 70. *Ptolemæus Cyrenarum Rex, cui cognomentum Apionis fuit, heredem pop. R. reliquit. Ejus regni civitates Senatus liberas eſſe juſſit.* Diúque liberæ ac per id ſeditionibus obnoxiæ Cyrenæ manſerunt, Romanis bello Mithridatico ac Civili tum maximè occupatis. Certè anno Urbis 667. jamtum Cyrenæos legitimis Regibus ſpoliatos, ac libertate ſua malè uſos comperio. Nam Plutarchus in Lucullo, initio, narrat Lucullum à L. Sylla Athenas oppugnante miſſum eſſe in AEgyptum ac Syriam ad claſſem comparandam, (id autem geſtum eſſe eo quo dixi anno teſtatur Sigonius in Faſtis) cúmque cùm Cyrenas appuliſſet, Cyrenæos offendiſſe bellis civilibus ac continuis Tyrannorum motibus vexatos, I cùm cum Cyrenæi rogaſſent, ut ſibi leges ferret, fec id ſapientiſſimè, eóſque in meliorem ſtatum redux Quòd ſi Tyrannorum Cyrenenſium nomina quis requ rit, idem Plutarchus in lib. de fortibus mulierum geſt docet, Nicocratem filiúmque ejus Leandrum fuiſſe quos circa bellum Mithridaticum ſcribit tyrannidem C renis invaſiſſe. Ex quibus patet veriſſimum eſſe id qu in Epitome Livii memoratur, Senatum ſcilicet juſſiſſe ut Ptolemaïci Regni civitates liberæ eſſent. Alioquin, in provinciæ formam redactæ fuiſſent Cyrenæ, quomodo in Provincia populi Rom. pater ac filius tamdiu t rannidem exercere potuiſſent? Confecto demum Creti bello Cyrenaïca provinciæ formam accepiſſe mihi videt circa annum Urbis 686. Movet me Eutropius, qui lib. poſtquam Creticum bellum retulit, hæc ſubjungit: *tempore Libya quoque Romano Imperio per teſtamentum pionis qui Rex ejus fuerat, acceſſit, in qua inclytæ civit erant Berenice, Ptolemaïs, & Cyrenæ.* Sic enim Eut pii verba intelligo, non ut Apion tunc mortuus ſit, qu tot antea annis deceſſiſſe ſuprà probavimus: ſed ut t primùm Cyrenaïca provincia pop. Rom. facta ſit. N de fictitio Apione ſiccioris Libyæ Regulo Eutropii ve accipere, ſomniare eſt, & contra Eutropii mentem. enim de Ptolemæo Cyrenes Rege verba Eutropii a pienda ſunt, aut Cyrenas bis pop. Rom. legatas à du Ptolemæis, qui ambo Apiones dicantur, admittere op tet: quod cùm nullus omnino Scriptor nos expreſsè cuerit, nonniſi temere affirmari credíve poteſt. At ex hoc Eutropii loco malè intellecto, Rufi Feſti, at Ammiani, Divíque Hieronymi fluxiſſe error vide Ceterùm Appianus in lib. 1. Civil. paullo antea Cyre cam provinciam factam indicat Olymp. 176. id eſt a Urbis 677. τῷ δ᾽ ἐπιόντι ἔτει ἐκ τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς ὀ πιάδος ἤσης δύο ἐκ διαθηκῶν ἤδη ῥωμαίοις προσγεγένητο, β νία τε νικομήδους ἀπολιπόντος, καὶ κυρήνη πτολεμαίου τοῦ λαγίδου. (eodem modo accipienda eſſe atque illa Eutropii app ex iis quæ modò diſputavimus. Fallitur ergo Onuf qui in libris de Imperio Romano Cyrenaïcam ab provinciam factam eſſe ſcribit, Cretæque inſulæ c tributam. Refellit id Appianus, qui lib. 3. Civilium rat, Cretam ac Cyrenaïcam provincias Bruto & C decretas eſſe. *Idem.*

Explicit Liber XXII.

AMMI-

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XXIII.

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XXIII. continentur.

CAPUT I. *Julianus A. Templum apud Hieroſolyma pridem dirutum, fruſtra inſtaurare conatur.*

C. II. *Arſacem idem Armeniæ Regem ad bellum Perſicum parari jubet; & cum exercitu ac Scytharum auxiliis tranſit Euphratem.*

C. III. *Juliano A. per Meſopotamiam iter facienti Saracenarum gentium Reguli coronam auream & auxilia ultro offerunt: claſſis Romana mille & centum navium adveniens conſternit Euphratem.*

C. IV. *Deſcriptiones muralium machinarum, balliſtæ, ſcorpionis vel onagri, arietis, helepoleos, ac malleoli.*

C. V. *Julianus A. apud Circeſium Aboram flumen cum omnibus copiis ponte navali tranſgreditur, & milites alloquitur.*

C. VI. *Deſcribuntur majores provinciæ* XVIII. *Regni Perſarum, unà cum ſuis quæque urbibus, moreſque nationum.*

CAPUT I. HAEc eo anno, ut prætereamus negotiorum minutias, agebantur. Julianus vero jam ter Conſul adſcito in collegium tabeæ Salluſtio Præfecto per Gallias, [a] quater ipſe ampliſſimum inierat magiſtratum: & videbatur novum, adjunctum eſſe Auguſto privatum, [b] quod

a *Quater ipſe ampl. inierat. Magiſt.*] Hunc ultimum Conſulatum Julianus inivit Antiochiæ, ut docet Libanius in Oratione de vita ſua, & in πρεσβευτικῷ ad calcem: atque feliciter annum auſpicanti idem Libanius Panegyricum dixit ex more. Ita Themiſtii Panegyricum Joviano Aug. & Valentiniano Juniori nobiliſſimo puero Coſſ. dictum legimus: & Claudiani libros de Conſulatibus Honorii. Neque Auguſtis tantùm, ſed & privatis idem honos habebatur. Itaque & Lupicino Conſuli, & Richomeri Conſuli ac Magiſtro Equitum Panegyricum abſolutum eſſe teſtatur Libanius in Orat. de vita ſua. Claudiani quoque carmina de Conſulatu Theodori, item Olybrii ac Probini habentur in manibus. Atque hujus conſuetudinis veſtigium ante Juliani tempora nullum reperio. *Valeſ.*

b *Quod poſt Diocletianum & Ariſtobulum.*] Mirum eſt id ab Ammiano Marcellino aſſeri, ab his Coſſ. uſque ad IV. Juliani Conſulatum, nullum privatum Auguſto collegam fuiſſe. Atqui in Faſtis, tribus poſt Dioclet. & Ariſtob. annis, Maximianum Aug. II. Conſulem collega Januario legimus, ut Scriptorem noſtrum memoriâ labi neceſſe ſit. [In Faſtis quidem errorem inoleviſſe, & non *Maximiano Aug. II. ac Januario Coſſ.* ſed *Maximo II. ac Januario Coſſ.* hunc annum notandum eſſe, ex libro Faſtorum Cuſpiniani, & ex hocce Ammiani loco aſſerit Onufrius. Sed ipſummet falli conſtat. Nam ſi in

c poſt Diocletianum & Ariſtobulum nullus meminerat geſtum. Et licèt acciden tium varietatem ſollicita mente præcipiens; multiplicatos expeditionis appara tus flagranti ſtudio perurgeret: d diligentiam tamen ubique dividens, Imperii que ſui memoriam magnitudine operum geſtiens propagare, ambitioſun quondam e f apud Hieroſolymam templum, quod poſt multa & interneciv certamina obſidente Veſpaſiano poſteáque Tito ægrè eſt expugnatum, inſtaura re ſumptibus cogitabat immodicis: negotiúmque maturandum g Alypio de derat Antiochenſi, qui olim Britannias curaverat pro Præfectis. Cùm itaqu rei idem fortiter inſtaret Alypius, juvarétque provinciæ rector, metuendi glo bi flammarum prope fundamenta crebris aſſultibus erumpentes, fecere locur exuſtis aliquoties operantibus inacceſſum: hócque modo elemento deſtinatiù repellente, ceſſavit inceptum. Iiſdem diebus legatos ad ſe miſſos ab Urbe ætei

locum *Maximiani Aug. II. Conſulis Maximum II. Conſulem* cum Onufrio ſubſtituerimus, ſecundum Maximiani A. Conſulatum eâdem operâ ex Faſtis erademus. Nuſquam enim alibi quàm in hoc anno exſtat ac reperitur.] Ceterùm cum hoc Ariſtobulo Carinus Auguſtus tertiùm Conſul Calendis Januarii proceſſerat, ſed victo atque occiſo ad Margum Myſiæ Carino, Diocletianus victor Carini tamquam Tyranni nomen è Faſtis expunxit, ejuſque loco ſe Conſulem renuntiavit, retento collega Ariſtobulo qui à partibus Carini ſteterat. Id docent Idatii Faſti, in quibus ſic habetur. Diocletiano II. & Ariſtobulo: *His Coſſ. occiſus eſt Carinus Margo, qui hoc ipſo anno cum Ariſtobulo Conſul proceſſerat.* Quo loco V. Cl. Jacobus Sirmundus quædam ex conjectura inſeruit duabus lineolis incluſa, quæ tamen abſunt à. Mſ. Codice, ut mihi ipſe teſtatus eſt, cùm hanc meam obſervationem ad eum detuliſſem. Sic enim edidit: [*Et levatus eſt Diocletianus Aug.*] *qui ipſo anno cum Ariſtobulo Conſul proceſſerat.* Sed hæc lectio defendi non poteſt. Nam primùm longè antequam Carinus occideretur in urbe Margo, Diocletianus ab exercitu Auguſtus fuerat renuntiatus: deinde ſi ita legimus, ſequitur Diocletianum ante cædem Carini Coſ. cum Ariſtobulo proceſſiſſe: id enim ſonat verbum illud *proceſſerat.* At quomodo fieri id potuit, cùm Ariſtobulus in caſtris Carini militaret, præcipuúſque ejus partium dux eſſet, quippe Præfecturâ Prætorii ſuccinctus: nec niſi occiſo demum Principe ſuo ad Diocletianum tranſiverit: ut docet Aurelius Victor his verbis, quæ nobis ad hanc obſervationem præivêre: *Retentique hoſtium ferè omnes, ac maximè vir inſignis Ariſtobulus Præfectus Prætorio, per officia ſua; quæ res poſt memoriam humanam nova atque inopinabilis fuit, civili bello fortunis, fama, dignitate ſpoliatum neminem.* Valeſ.

c *Poſt Diocletianum & Ariſtobulum*] Rectè: uti in Faſtis Siculis: Διοκλητιανοῦ Αὐγ. τὸ β. καὶ Ἀριστοβούλου. Faſti Capitolini: *Imp. Cæſ. C. Aurelius Diocletianus Aug.* II. ..... *Ariſtobulus.* Inſignis autem nec ferendus error Caſſiodori, qui hoſce Conſules Probo imperante facit. *Lindenbr.*

d *Diligentiæ tamen ubique diffidens.*] Horum verb rum nullus bonus & huicce loco conveniens eſt ſenſu auctoríſque menti reſpondens. Vult enim dicere M: cellinus, Julianum quidquid toto orbe Romano age dum ſibi eſſet, diligenter conſideraſſe, licèt belli Perſ apparatibus maximè eſſet intentus. In codice Colbe no ſcribitur: *Diligentiam tamen ubique diffidens.* L gendum eſt haud dubiè: *Diligentiam tamen ubi dividens.* Sicut Virgilius ſcribit de AEnea in lib VIII.

Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit ill
In parteſque rapit varias, perque omnia verſat.

V autem ſæpe in F noſtri convertunt, & Germani nu in verbis noſtris pro V littera F proferunt.] *Valeſ.*

e *Apud Hieroſolymam templum -- inſtaurare ſumti cogitabat immodicis*] Rufinus Hiſtor. Eccleſ. lib. 1. c 37. Socrates lib. III. cap. 17. Theodoretus lib. III. c 17. Sozomenus lib. V. cap. 21. Caſſiodorus Hiſtor. T part. lib. VI. cap. 43. Nicephorus Calliſt. lib. 10. cap. Gregorius Nazianz. in Julian. Orat. 2. Joh. Chryſ de laudibus Babylæ Martyr. & contra Judæos * 3. p 491. * *Lindenbr.*

f *Apud Hyeroſolymam templum.*] Quod noviſſi Conſtantino Max. imperante Judæi inſtaurare aggr fuerant: ſed eos Conſtantinus malè multatos varia in ca diſperſit, ut narrat Chryſoſtomus Homil. 3. con Judæos. Cedrenus ad annum XX. Conſtantini: καὶ ἰουδαῖ περὶ τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ πάλιν στασιάζοντας Κωνσταντῖνος ὁ μέ τιμωρησάμενος διεσκόρπισεν. De hac autem everſione Juliano loquitur Julianus ipſe in fragmento Epiſtol quam D. Petavio viro doctiſſimo debemus, & Amb ſius in Ep. 29. ad Theodoſium his verbis: *Non audiſti I quòd cùm juſſiſſet Julianus reparari templum Hieroſolyn divino qui faciebant repagulum igne flagrarunt.* Valeſ.

g *Alypio.*] Is eſt ad quem exſtant Juliani Aug. E ſtolæ, quibus eum fratrem appellat: ejuſdem mem Libanius in Epiſt. ad D. Baſilium: παρεκάθηντό μοι τῇ ἀρχῇ γεγενημένοι ἄλλοι τε οὐκ ὀλίγοι, καὶ ὁ πάντα ἄριστος Ἀλύπ Ἱεροκλῆς ἀνεψιὸς ἐκείνου. *Aſſidebant mihi Honorati plures,*

na, clarè natos meritíſque probabilis vitæ compertos, Imperator honoribus diverſis affecit: & [g] Apronianum Romæ decrevit eſſe Præfectum, Octavianum Proconſulem Africæ, [h] Venuſto Vicariam commiſit Hiſpaniæ; [i] Rufinum Aradium Comitem Orientis in locum [k] avunculi ſui Juliani recèns defuncti provexit. Quibus ut convenerat ordinatis, terrebatur omine quodam (ut docuit exitus) præſentiſſimo. [l] Felice enim Largitionum Comite profluvio ſanguinis repentè exſtincto, eúmque Comite Juliano ſecuto, vulgus [m] publicos contuens titulos, Felicem Julianum Auguſtúmque pronuntiabat. Præceſſerat aliud ſævum. Namque [n] Kalendis ipſis Januariis [1] adſcendente eo gradile Genii templum, è ſacerdotum conſortio quidam ceteris diuturnior, nullo

1 τὸ eo *in mſ. deeſt.*

---

ter quos Alypius Hierocles illius cognatus. Hujus Alypii filius fuit Hierocles, priſco illi Philoſopho cognominis, de quo Marcellinus in lib. 29. & Libanius in Ep. 314. ad Alypium. Eumdem intelligit Julianus in Miſopogone, pag. 84. *Valeſ.*

g *Apronianum.*] Flavius Apronianus Præf. Urbi dicitur in lege 3. Cod. Th. de ſuariis & pecuariis. Nec rectè Onufrius in Faſtis, L. Turcium Apronianum eum appellat: hic enim L. Turcius Apronianus Præfectus Urbi fuerat, Conſtantio II. & Conſtante Coſſ. ut eſt in Faſtis Cuſpiniani relatum. *Idem.*

* h *Venuſto Vicariam commiſit.*] Hic eſt, ut opinor, Venuſtus, quem *mirandum virum* vocat Macrobius in lib. 1. Saturn. capite 3. patrémque ait fuiſſe Virii Nicomachi Flaviani, de quo infrà dicturi ſumus. De hoc Venuſto exſtat hodieque vetus Inſcriptio Romæ in hortis Juſtiniani ad portam Flaminiam. DIS. OMNIPOTENTIBUS. LUCIUS. RAGONIUS. VENUSTUS. V. C. AUGUR. PUBLICUS. P. R. Q. PONTIFEX. VESTALIS. MAJOR. PERCEPTO. TAUROBOLIO. CRIOBOLIOQUE. X. KAL. JUN. DN. VALENTINIANO. AUG. IIII. ET NEOTERIO. COSS. ARAM. CONSECRAVIT. Hanc Inſcriptionem, Romæ à ſe deſcriptam, mihi communicavit Jacobus Sirmundus, vir de litteris optimè meritus. In qua ſi quis fortè miretur omiſſam eſſe mentionem Vicariæ dignitatis geſtæ à Venuſto; animadvertere debet hanc Inſcriptionem in ara litteris rudibus inſcriptam fuiſſe, & ſola Venuſti Sacerdotia in ea recenſeri; civilium verò Dignitatum nullam fieri mentionem. * *Idem.*

i *Rufinum Arabium.*] Scribendum *Aradium*, ut disertè legitur in Regio cod. * Vatic. * [ac Colbert.] & Rom. ac Aug. Editione Mariangeli Accurſii. Atque ita conjecerat Juretus ad Symmachi Auctarium, motus auctoritate veterum Inſcriptionum, in quibus Aradius Rufinus exaratur. * Ad hunc Rufinum exſtant Epiſtolæ Libanii duæ in libro 4. videlicet 268. & 269. * *Idem.*

k *Avunculi ſui Juliani.*] Hic Juliani Præfecti Prætorio filius, Baſilinæ frater, antea Præfectus AEgypti fuerat teſte Juliano in Epiſt. x. ad Alexandrinos. Poſtea Comes Orientis, Mamertino & Nevitta Coſſ. lege 51. Cod. Th. de Decurionibus. *Idem.*

l *Felice enim Largitionum Comite.*] Hic ob nefarium ſacrilegium, quod in ſacroſancta vaſa commiſerat unà cum Juliano Comite Orientis, miſerè periit, ut narrat Theodoritus lib. 3. Idem deſertor fidei in gratiam Juliani, à Chriſti religione ad numinum cultum deſciverat, quod præter Theodoritum teſtatur & Libanius in Orat. pro Ariſtophane Corinthio: μετὰ τούτων ἐστὶ Φῆλιξ ὁ καλὸς κἀγαθὸς, τούτῳ μὲν ἀρχαῖος ἑταῖρος, θεοῖς δὲ νεωστὶ φίλος, ἡγεμόνι σοι χρησάμενος ἐπὶ τὴν γνῶσιν τῶν κρειττόνων. Suffragatores Ariſtophanis Libanius hîc producit præcipuos in amicitia Juliani; Maximum in primis ac Priſcum Philoſophos, deinde Elpidium. Sic enim legendum, ἀλλ' οὐδ' Ἠλπίδιος, ὃν, &c. Malè vulgo ἐλπίδιος legitur, quod quemvis vel doctiſſimum interpretem in errorem induxiſſet. Hic eſt Elpidius Comes rerum privatarum, cujus ibidem meminit Theodoritus, & Libanius in Ep. 29. ad Julianum Aug. Vide Chryſoſt. Orat. 2. de S. Babyla * contra Gentiles, ubi de Juliani Comitis Orientis morte quædam memorat ſatis recondita. Notabis etiam obiter Sancti Patris μνημονικὸν σφάλμα. De Juliani enim Comitis morte ita loquitur, ac ſi ante tranſlationem Relliquiarum S. Babylæ contigiſſet; cùm tamen anno pòſt acciderit. Hujuſmodi errata obrepere plerumque ſolent etiam doctiſſimis hominibus, non tam memoriæ vitio, quàm per imprudentiam, dum minimè advertunt quæ dicuntur. Vide ejuſdem Chryſoſtomi Homiliam 4. in Matthæum. *Idem.*

m *Publicos contuens titulos.*] Statuarum ſcilicet atque imaginum Principis, quæ per fora atque in locis publicis viſebantur. Erant autem hujuſmodi. Dn. N. Claudius Julianus P. F. Aug. De hoc porrò Antiochenſium in Julianum convicio loqui videtur Julianus in Miſopog. p. 87. εἰς αὐτοὺς ὑβρίζοντες τοὺς ἄρχοντας καὶ τούτων εἰς τὰς ἐπὶ τοῦ γενείου τρίχας, καὶ τὰ ἐν τοῖς νομίσμασι χαράγματα: quamquam χαραγμάτων vocabulo effigiem tauri nummis impreſſam intelligi ſatius eſt, in quam jocabantur Syri, teſte Socrate in libro 3. *Idem.*

n *Cal. Jan. adſcendente eo gr. Genii templum.*] Julianus Aug. quartùm Conſul Antiochiæ proceſſit Kal. Jan. & ſacrificaturus ex more, Genii publici templum adſcendit. Poſtridie quòd is dies ater habebatur, quievit domi.

pulſante concidit, animámque inſperato caſu efflavit: quod adſtantes interitum per imperitiam, an adulandi cupiditate, memorabant Conſulum ſeniori portendi nimirum Salluſtio: ſed ut apparuit non ætati, ſed poteſtati majori interitum propinquare [2] monſtrabatur. Super his alia quoque minora ſigna ſubinde, quid accideret oſtendebant. Inter ipſa enim exordia procinctus Parthici diſponendi, nuntiatum eſt [o] Conſtantinopolim terræ pulſu vibratam: quod horum periti minùs lætum eſſe pronuntiabant, aliena pervadere molienti rectori. Ideóque intempeſtivo conatu deſiſtere ſuadebant: ita demum hæc & ſimilia contemni oportere firmantes, cùm [p] irruentibus armis [q] externis lex una ſit & perpetua, ſalutem omni ratione defendere, nihil remittente vi moris. Iiſdem diebus nuntiatum eſt ei per litteras, Romæ ſuper hoc bello libros Sibyllæ conſultos, ut juſſerat, Imperatorem eo anno diſcedere à limitibus ſuis aperto prohibuiſſe reſponſo.

CAP. II. Inter hæc tamen legationes gentium plurimarum auxilia pollicentium, liberaliter ſuſceptæ remittebantur, ſpecioſâ fiduciâ Principe reſpondente, nequaquam decere adventiciis adjumentis rem vindicari Romanam, cujus opibus foveri conveniret amicos & ſocios, ſi auxilium eos adegerit neceſſitas implorare. Solum Arſacem monuerat Armeniæ Regem, ut collectis copiis validis jubenda opperiretur, quò tendere, quid deberet urgere, properè cog-

2 *Mſ. & Steph.* monſtrabantur.

Tertio die demum (qui dies erat votorum) in æde Jovis Philii vota pro ſalute ſua ac pop. Rom. nuncupavit, ut ipſe teſtatur in Miſopog. p. 70. quem locum, quia illuſtris eſt, nec à *Martinio* interprete intellectus, hîc apponam: ἡ Σύρων ἧκει νουμηνία· εἶτα ὁ Καῖσαρ αὖθις εἰς Φιλίου Διός· εἶτα ἡ πάνδημος ἑορτὴ, καὶ ὁ Καῖσαρ εἰς τὸ τῆς τύχης ἔρχεται τέμενος· ἐπισχὼν δὲ τὴν ἀποφράδα, πάλιν ἐς Φιλίου τὰς εὐχὰς ἀναλαμβάνει κατὰ τὰ πάτρια. *Venerunt Calendæ Syrorum: rurſus Cæſar ad Jovis Philii. Deinde Calendæ Januariæ: & Cæſar Genii templum adit: tum intermiſſo atro die, rurſus in æde Jovis Philii vota ſuſcipit more majorum.* πάνδημος igitur ἑορτὴ ſunt Cal. Januariæ, quòd is dies per totum orbem Rom. feſtus haberetur, etiamſi non omnes inde initium anni ducerent. Verbi gratiâ, Syri à Dio, qui Novembri Juliano reſpondet, annum tunc ordiebantur. Itaque in hoc Juliani loco ἡ Σύρων νουμηνία, primus eſt dies menſis Dii. Explicationem verò noſtram apertè confirmat Libanius in deſcriptione Calendarum in tomo 1. his verbis, quæ Latinè brevitatis cauſâ hîc afferam: *Ac feſta quidem alia familiarum ſunt, alia civitatum, quædam etiam populorum. Hoc autem unum commune eſt omnibus, qui ſub Imperio Rom. degunt: celebratúrque anno hoc quidem ineunte, illo verò exeunte.* Idem in Orat. de vita ſua, pag. 75. τὴν μεγίστην ἑορτὴν ἢ τι κοινὴ τῶν ὑπὸ ῥωμαίους ὄντων Calendas Jan. vocat, itémque in Apologia pag. 604. Lucianus in Pſeudologiſta μεγάλην νουμηνίαν appellat. Sed & ipſa votorum commemoratio, de quibus ibi Julianus loquitur, nullum dubitationi locum relinquit. Vota enim 3. Non. Jan ſuſcipi ſolebant, ut docet Lucianus in loco cit. & Calendarium Heruvartii. De Genii templo Antiochiæ Evagrius in lib. 1. cap. 16. *Valeſ.*

o *Conſtantinop. terræ pulſu vibratam.*] De hoc terræmotu loquitur Libanius in Orat. funebri, ubi cum Juliani ſacrificiis & poſtulationibus ſedatum eſſe ſcribit: ἔσεισε μὲν ποσειδῶν τὴν μεγάλην ἐν Θρᾴκῃ πόλιν, &c. quæ in Editionibus vulgatis deſiderantur, ingenti aliquot paginarum lacuna. Ejuſdem terræmotûs mentio fit in Victoris Epitome. *Idem.*

p *Irruentibus armis externis lex una ſit & perpetua, &c.*] Livius lib XLIII. *Jure gentium hoc evenit, ut arma armis propulſentur.* Ulpianus L. 1. §. 27. ff. de vi & vi armat *Vim vi repellere licere Caſſius ſcribit, idque jus naturâ comparatur: apparet autem inquit, ex eo, arma armis repellere licere.* L. 3 §. 9. ff. eod. L. 1. C. unde vi. L. 3. C. ad Leg. Corn. de Sicar. * L. 4. in princ. ad L. Aquil. L. u vim. ff. de juſt. & jure. Cicero lib. 1. Offic. *Eſt hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis.* Idem in Orat. pro Milone. *Lindenbr.*

q *Nihil renitente vi moris*] Mſ. *nihil remittente vim oris.* *Ir. nihil remittente vi mortis.* Metus enim mortis nihil remittit, ſed contra vim inferentem omni ratione

niturus. Proinde cùm primam conſultæ rationes copiam præbuiſſent, rumore præcurſo hoſtiles occupare properans terras, nondum adulto vere miſſa per militares numeros expeditionali teſſera cunctos tranſire juſſit Euphraten. Quo comperto, omnes evolant ex hibernis, tranſmiſſóque (ut textus docebat ſcriptorum) diſperſi per ſtationes varias, adventum Principis exſpectabant. Ipſe autem Antiochiam egreſſurus, Heliopoliten quemdam [r] Alexandrum Syriacæ juriſdictioni præfecit, turbulentum & ſævum: dicebátque non illum meruiſſe; ſed Antiochenſibus avaris & contumelioſis hujuſmodi judicem convenire. Cúmque eum profecturum deduceret multitudo promiſcua, itum felicem reditúmque glorioſum exoptans, oránſque ut deinde placabilis eſſet & lenior: nondum irâ quam ex compellationibus & probris conceperat emollitâ, loquebatur aſperiùs, ſe eſſe eos aſſerens poſtea non viſurum. Diſpoſuiſſe enim aiebat, hiemandi gratiâ per compendiariam viam, conſummato procinctu, [ſ] Tarſum Ciliciæ reverſurum: ſcripſiſſéque ad [t] Memorium Præſidem, ut in eadem urbe cuncta ſibi congrua pararentur: & hoc haud diu poſtea contigit. Corpus namque ejus illuc relatum, exſequiarum humili pompa in ſuburbano ſepultum eſt, ut ipſe mandarat. Jámque apricante cælo, tertio [3] Nonas Martias profectus, Hierapolim ſolitis itineribus venit: ubi cùm introiret civitatis capaciſſimæ portas, ſiniſtra porticus ſubitò lapſa, ſubter tendentes quinquaginta milites, exceptis plurimis vulneratis, tignorum tegularúmque pondere magno colliſit. Unde contractis copiis omnibus, Meſopotamiam tam propere ſigna commovit, ut famâ de ſe nullâ præverſâ ([v] id enim [4] curatiùs obſervarat) improviſus Aſſyrios occuparet. Denique cum exercitu & [x] Scytharum auxiliis Euphrate

3. *Mſ.* Nonas Maias. 4. *Al.* accuratiùs.

os defendere cogit. *Lindenbr.*

r *Alexandrum Syriacæ juriſd. pr. turb. & ſævum.*] De uo Libanius loquitur in Ep. 707. ad Julianum Aug ubi um aſperioris ingenii fuiſſe ſignificat. * Ad hunc eumem Alexandrum exſtant Epiſtolæ 274. & 281. Libanii lib. IV. * *Valeſ.*

ſ *Tarſum Ciliciæ reverſurum.*] Julianum Antiochiâ roficiſcentem Antiochenſis ordo honoris causâ proſeutus, cùm ſuppliciter rogaret ut delictorum veniam ſi concederet: Julianus eis reſpondit, ſe nequaquam ntiochiæ, ſed Tarſi hiberna acturum, ſi ſalvus è Perde reverteretur, teſte Libanio de vita ſua, pag. 44. Id tem reſponſum cum his quæ ibidem refert Libanius, urialibus Antiochenis à Juliano datum eſt in manſione quæ Litharbis dicebatur, ut teſtatur Julianus in Epiſt. 7. ad Libanium. Has porrò Juliani minas ut averterent ntiochenſes, eorum rogatu Libanius Orationem ad ulianum ſcripſit, quæ πρεσβευτικὸς ſeu legatio inſcribitur: uâ veniam pro civibus ſuppliciter poſcit; orat ne Impetor ſolita hibernacula dimittat, néve apud Tarſenſes omines longè petulantiſſimos hiemare velit. Alteram uoque Orationem ad Antiochenſes idem Libanius ſcripſit de Imperatoris ira, cujus meminit Socrates in lib. 3. cap. 17. quæ brevi, ſi Deus dederit, à nobis edetur. *Idem.*

t *Memorium Præſidem.*] De quo Libanius in Epiſt. 352. * & in libri 4. Epiſtola 275. ubi eum Præſidem Ciliciæ fuiſſe teſtatur: * & Julianus ipſe in Orat. ad Heraclitum, πῶς κυνιστέον. Idem.

v *Id enim curatius obſervarat.*] Cùm enim eſſet Hierapoli, fidos exploratores præmiſerat, qui caverent ne quis ad Perſas transfugeret, conſilia ſua, & profectionem hoſtibus proditurus, ut ipſemet ſcribit in Epiſt. ad Libanium Quæſtorem. Quod quidem Juliani conſilium non immeritò prædicat Libanius in Oratione funebri, pag. 311. μεγάλην οὖσαν εἰδὼς ἐν ἀπορρήτοις ῥοπὴν, καὶ εἰσόδου χρόνον, καὶ εἰσβολῆς ὁδὸν, καὶ μηχανημάτων τρόπον, οὐδὲν ὧν ἔστρεφεν ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἐξήνεγκεν· εἰδὼς ὅτι πᾶν ἐκλαληθὲν εὐθύς ἐστιν ἐν ὠσὶ κατασκόπων, &c. *Cùm maximum momentum in ſilentio eſſe cerneret, neque profectionis tempus, neque quâ viâ irrupturus eſſet, neque machinarum ſpeciem, neque quidquam eorum quæ volvebat animo, patefecit: gnarus ſimul atque quid evulgatum eſſet, ad exploratorum aures permanare.* Idem.

x *Scytharum auxiliis.*] Præcipuè Gothorum; horum

navali ponte tranſmiſſo, [y] venit ad [z] Batnas municipium Oſdroënæ, ibíqu illætabile portentum offendit. Cùm enim calonum frequens multitudo ad ſuſ cipiendum conſuetè pabulum prope acervum palearum ſteriſſet impendio cel ſum, (hoc enim modo per regiones illas tales ſpecies conſtruuntur) rapienti bus multis quaſſata congeries inclinata eſt, paríque exitio quinquaginta obrui homines mole maxima ruinarum.

Cap. III. Mæſtus exinde digreſſus venit curſu propero [a] Carras, anti quum oppidum, Craſſorum & Romani exercitus ærumnis inſigne: [b] unde du ducentes Perſidem viæ regiæ diſtinguuntur, læva per Adiabenam & Tigr dem, dextera per Aſſyrios & Euphraten. Ibi moratus aliquot dies dum nece ſaria parat, & [c] Lunæ quæ religioſè per eos colitur tractus, ritu locorum fe ſacra, dicitur ante aras, nullo arbitrorum admiſſo, occultè [d] paludamentu purpureum [e] propinquo ſuo tradidiſſe Procopio, mandaſſéque arripere fide tiùs principatum, ſi ſe interiſſe didicerit apud Parthos. Hìc Juliani quieſcent animus agitatus inſomniis, eventurum triſte aliquid præſagiebat. Quocirca ipſe, & [f] viſorum interpretes præſentia contemplantes, diem ſecuturum, q erat quartum decimum Kal. Apriles, obſervari debere pronuntiabant. V rùm ut compertum eſt poſtea, hac eadem nocte Palatini Apollinis ter

enim diſtinctè meminit Zoſimus in lib. 3. in pugna illa ad Cteſiphontem: *φεύγουσι δὲ ἐπιχδεξαμένες οἱ ῥωμαῖοι καὶ σὺν αὐτοῖς οἱ Γότθοι.* Valeſ.

y *Venit ad Batnas.*] De hoc opido Julianum in Epiſt. 27. ad Libanium loqui Lindenbrogius putavit: ſed ex ipſa Epiſt. facile eſt hunc errorem refellere. Ait enim Julianus ab Antiochia progreſſum ſe eſſe uſque ad Litharba, qui eſt viculus in Chalcide: inde Berrœam veniſſe, ibíque diem integrum manſiſſe: tum ad Batnas locum ita dictum acceſſiſſe. Cúmque diei ſpatium Batnis moratus eſſet, Hierapolim contendiſſe: atque hinc ad Libanium ſe litteras dare. Ceterùm Hierapoli triduum moratus Julianus, Euphratem navali ponte trajecit, Batnaſque quod Oſdroënæ opidum eſt, venit, ut Zoſimus in lib. 3. Marcellinuſque teſtantur. Duæ igitur Batnæ in hoc Juliani itinere occurrunt. Prior locus eſt in Syria cis Euphratem: alterum eſt opidum Oſdroënæ trans Euphratem ſatis celebre. Utrumque opidum manifeſtè diſtinguitur in Antonini Itinerario. *Iter à Callecoma Edeſſam millia plus minùs 85. ſic. Batnas m. p. m. 24. Hierapoli m. p. m. 21. Thilaticomum m. p. m. x. Batnas m. p. m. 15. Edeſſa m. p. m. 15.* Tabula quoque Peutingerorum utrumque opidum apertè diſtinguit: Ab Antiochia *Emma m.* 23. *Chalcida* xx. *Beræa* 29. *Bannis* 27. *Thiltauri* 25. *Bathna* 12. *Hierapoli* 12. *Zeugma m.* 24. Idem.

z *Batnas municipium Oſdroënæ*] Zoſimus lib. III. *Βάτνας τῆς Οσδροηνῶν πολίχνιον.* Julianus Epiſt. 28. ad Libanium: *Βάτναι, βαρβαρικὸν ὄνομα τοῦτο, Τόπον ἐστὶν ἑλληνικὸν:* & quæ ſequuntur, ſitum hujus municipii oſtendentia. *Lindenbr.*

a *Carras antiquum oppidum Craſſor. & Romani exer tus ærumnis inſigne*] Undecim putà Legionum ſtrage, ipſius Craſſi interitu inſigne. Florus lib. III. cap. II. P tarchus in Craſſo, Appianus in Parth. Dio lib. 40. St bo lib. 16. Ovidius Faſtor. lib. VI. Eutropius lib. VI. roſius lib. VI. cap. XIII. *Idem.*

b *Unde duæ duc. in Perſ. viæ regiæ.*] Idem narrat Zo mus in lib. 3. ex Eunapio, quem ferè integrum exſc pſit, teſte Photio: *δυοῖν τοίνυν ἐντεῦθεν ὁδοῖν διακειμένων μὲν διὰ τοῦ ποταμοῦ τίγρητος καὶ πόλεως νισίβιος ταῖς ἀδιαβηνῶν ς ατρατείαις ἐμβαλλούσης, τῆς δὲ διὰ τοῦ εὐφράτου καὶ τοῦ κιρκησίου,* *Cùm autem duæ ex eo loco viæ ducerentur, quarum alt quidem per fl. Tigrim, & Niſibenam civitatem in Adia nam excurrit, altera autem per Euphratem, & Circeſi Caſtrum, &c.* Valeſ.

c *Lunæ, quæ religioſè per eos colitur tractus*] Herod nus lib. IV. Spartianus in Caracalla. *Lindenbr.*

d *Paludamentum purpureum.*] Idem refert Zoſim libro 4. his verbis: *τούτῳ γὰρ* (Procopio) *ὡς γένει συναπτομένῳ μέρος τι τῆς δυνάμεως ἐμπιστεύσας ἐκέλευσεν ἅμα σεβαστιανῷ τῆς ἀδιαβηνῆς χωρῶντι ἀπαντῆσαι οἱ δι' ἑτέρας ὁδοῦ κατὰ τῆς πολεμίας ἰόντι, δοὺς αὐτῷ καὶ βασιλικὴν στολὴν ἔχειν.* Valeſ.

e *Propinquo ſuo tradidiſſe Procopio.*] Cedrenus Proc pium Juliani cognatum, ſeu *ἀνεψιὸν* nominat. Itaq conſobrinos Julianum ac Procopium fuiſſe exiſtimo. nè in lib. 26. cap. 6. Juliani cognatus dicitur. *Idem.*

f *Viſorum interpretes*] Lib. XIV. *Viſa nocturna.* Gl ſar. *Viſum, ὅραμα, ἐνύπνιον.* Priſcianus lib. XI. *Viſum, ὁραθὲν, καὶ τὸ ὅραμα.* * Arnob. lib. 2. pag. 27. *Quibus mo inſomnia fiant, quibus viſa.* * *Lindenbr.*

plum

plum, Præfecturam regente Aproniano, in Urbe conflagravit æterna: ubi ni multiplex juviſſet auxilium, etiam Cumana carmina conſumpſerat magnitudo flammarum. [5] Poſt quæ ita digeſta, agmina & commeatus omnis generis [6] diſponenti, procurſatorum adventu anhelantium etiamtum indicatur, equeſtres hoſtium turmas vicino limite quodam perrupto avertiſſe ſubitò prædas. Cujus atrocitate mali perculſus, ilico ut antè cogitaverat, [g] triginta millia lectorum militum eidem commiſit Procopio, juncto ad parilem poteſtatem [h] Sebaſtiano Comite ex Duce AEgypti: iiſdémque præcepit, ut intra Tigridem interim agerent, vigilanter omnia ſervaturi, ne quid inopinum ex incauto latere oriretur, qualia multa ſæpe [7] didicerat eveniſſe: mandabátque eis, ut ſi fieri potiùs poſſet, [8] Regi ſociarentur Arſaci: cúmque eo per Corduenam & Moxoënam, Chiliocomo uberi Mediæ tractu, partibúſque aliis præſtricto curſu vaſtatis, apud Aſſyrios adhuc agenti ſibi [9] concurrerent, neceſſitatum articulis adfuturi. His ita ordinatis, ipſe exitu ſimulato per Tigrim, quod iter etiam re cibaria de induſtria juſſerat inſtrui, flexit dextrorſus: & quieta nocte emenſa, mane jumentum quo vehetur ex uſu popoſcit: oblatúſque ei [i] equus Babylonius nomine, ictu tormilis conſternatus, dum dolorum impatiens volvitur, [k] auro lapilliſque ornamenta diſtincta conſperſit. Quo oſtento lætior [1] exclamavit, plaudentibus proximis, *Babylona humi procidiſſe, ornamentis omnibus ſpoliatam.* Et paulliſper detentus, ut omen per hoſtias litando firmaret, [l] Davanam venit caſtra præſidiaria, unde ortus Belias fluvius funditur in Euphraten. Hîc corporibus

5 *Al.* Poſtque ita digeſta. 6 *Al.* diſponendi. 7 *Al.* [...]xerat. 8 *Mſ.* Regis optarentur. 9 *Mſ.* concurrerent. *Al.* clamavit.

g *Triginta millia lect. militum.*] Libanius in Oratione [...]nebri, xx. dumtaxat millia ponit: ἀποχίσας τ̃ δυνάμεως [...]ριάδας ὁπλιτῶν δύο, τούτους μὲν ἐπὶ τ̃ Τίγρητα πέμπει, φυλάξον[...]ς τε τὴν γῆν εἴ τι ταύτῃ προσίη δεινὸν, καὶ παρεσομένους κατὰ καιρὸν [...]λεῦντι· χρῆν δ᾽ ἄρα καὶ τὸν Ἀρμένιον παραπλήσιόν τι ποιεῖν, & reli[...]a cum Ammiani narratione mirificè congruentia. Zo[...]mus l. 3. XVIII. millia peditum dumtaxat Sebaſtiano & [...]ocopio commiſſa eſſe memorat, quæ Tigris ripam tue[...]ntur: ſed Sozomenus in lib. 6. xx. dicit. *Valeſ.*

h *Sebaſtiano ex Duce AEgypti.*] Is eſt igitur Sebaſtia[...]s Dux AEgypti, ſectâ Manichæus, audax & petulans [...]venis, qui Georgium pulſo Athanaſio in ſede Alexan[...]ina armis impoſuit, ut ſcribit Athanaſius in Ep. ad So[...]arios, & in Apologia; qui eum δοῦκα & στρατηλάτην [...]ominat paſſim. Erat autem filius Antiphili, à quo in [...]ciplinam traditus Libanio, mox relicto eloquentiæ ſtu[...]o ad militiam ſe contulit, tametſi excellenti ingenio [...]æditus: ut docet Libanius in Epiſt. 2. ad Antiphilum, [...]ibus & aliam ſubjungit ad Sebaſtianum, exhortans ut [...]icat. Exſtant in Editione Cracovienſi Lat. Libanius 308. 340. 494. Epiſtolas ad eum ſcribit. *Idem.*

i *Equus Babylonius nomine*] Non novum, equis quoque nomina indi ſolere. Apud Dionem *Incitatus* & *Pertinax* equi laudantur: apud Capitolin. in Vero *Volucer.* * Apud Pauſan. lib. 6. pag. 160. Phœnix, Corax, Cnacias, Samus. Apud Tzetzen in Lycophr. pag. 33. Pſylla, Arpinna, Xanthus & Ballias 39. Meliſſio equus apud Senec. Controv. pag. 50. num. 32. Vid. Camerar. de Nominib. equeſtrib. pag. 104. Vid. Auguſtin. de Civit. Dei lib. 2. cap. 4. * Et alia multa equorum nomina Romæ in tabula marmorea leguntur. *Lindenbr.*

k *Auro lapilliſque ornamenta diſtincta*] Bene de his ornamentis Joh. Chryſoſt. Orat. de ſe ipſum lædente pag. 9. Τί ποτ᾽ οὖν ἐστιν ἵππου ἀρετή; ἆρα τὸ χρυσοῦν ἔχειν χαλινὸν, καὶ τελαμῶνας τοιούτους, καὶ στομάτων δεσμὸν ἐκ σηρικῶν συγκείμενον, καὶ τάπητας ποικίλους καὶ χρυσοπάστους καὶ φάλαρα λιθοκόλλητα, καὶ πλοκάμους χρυσοῖς χοινίοις συμπεπλεγμένους, ἢ τὸ δρομικὸν εἶναι καὶ εὐσκελῆ, &c. Imperatorios verò equos hæc magnificentia propriè decebat. * Itaque privatis jure interdicta Conſtitutione Leonis Imp. L. unic. C. Nulli licere in frenis, &c: *Idem.*

l *Davanam venit.*] Dabana dicitur in Notitia Imperii Romani ſub Duce Oſdroënæ unà cum Callinico. Procopius lib. 2. περὶ κτισμάτων, Δαβανὰς nominat. *Valeſ.*

cibo curatis & quiete, poſtridie ventum eſt ad [m] Callinicum, munimentum robuſtum, & commercandi opimitate gratiſſimum: ubi [n] [o] ante diem ſextum Kal. quo Romæ Matri Deorum pompæ celebrantur annales, & [p] carpèntum quo vehitur ſimulacrum, Almonis undis ablui perhibetur, ſacrorum ſollemnitate priſco more completa, ſomno per otium capto, exſultans pernoctavit & lætus. Luce vero ſecuta profectus exinde per ſupercilia riparum fluvialium aquis adoleſcentibus undique convenis, cum armigera gradiens manu, in ſtatione quadam ſub pellibus manſit: ubi Saracenarum Reguli gentium genibus ſupplices nixi, oblatâ [2] ex auro coronâ tamquam mundi nationúmque ſuarum dominum adorarunt, ſuſcepti gratanter, ut ad furta bellorum appoſiti. Dúmque hos adloquitur, Xerxis illius potentiſſimi Regis inſtar [q] claſſis advenit.

2 *Al.* auri corona.

---

m *Callinifum.*] Scribe Callinicum, ut Eutropius, Zoſimus ac Marcellinus Comes in Anaſtaſio appellant. Hierocles mſ. in συνεκδήμῳ: ἐπαρχία ὀσδροηνῆς ὑπὸ ἡγεμόνα πόλεις αἰδʹ. λεοντόπολις ἡ πρὶν καλλινίκη. βίρθα. Hæc urbs condita eſt à Seleuco Callinico, ut docet Chronicum Alexandr. Olympiade 134. anno 1. σέλευκος καλλίνικος ἐν μεσοποταμίᾳ καλλινίκου πόλιν κτίζει: ſed falli hunc Auctorem docuit me Libanius. Is in Epiſt. ad Ariſtænetum ait, Callinicum ſtationem eſſe in Meſopotamia circa Euphratem, ita vocatam ex eo quòd Callinicus Sophiſta ibi occiſus eſt. Unde apparet recentiorem fuiſſe ejus loci appellationem. Callinicus enim Sophiſta cognomine Sutorius, vixit ſub Gallieno, teſte Suida: cui Proſphoneticum ſcripſit. Rerum quoque Alexandrinarum hiſtoriam x. libris ſcripſit, quod opus citatur ab Hieronymo in Commentariis in Danielem. *Valeſ.*

n *Ad diem* VI. *Kal. quo Romæ matri Deorum pompæ celebrantur*] Notat eumdem hunc diem Vib. Sequeſter, in lib. de Flumin. pag. 329 *Almon Romæ, ubi mater Deûm* VI. *Kal. April. lavatur.* Kalendarium vet. ruſticum, quod in Bibliotheca Farneſia adſervatur: *Menſe Martio* LIBERAL. QUINQUATRIA. LAVATIO. *Lindenbr.*

o *Ad diem* VI. *Cal.*] Scrib. *a. d.* VI. quod eſt ante diem 6. Porrò hic dies ex re ipſa Lavatio dicebatur. Primo enim die qui erat a. d. IX. Cal. Aprilis, Galli comam jactantes, crebris ictibus lacertos cruentabant: atque is dies ſanguinis dicebatur, teſte Tertulliano in Carmine ad Senatorem, & Trebellio Pollione in Geſtis Claudii. Idem Tertullianus in Apolog. hæc habet: *Archigallus ille ſanctiſſimus nono Kalendarum earumdem* (April.) *ſanguinem impurum lacertos etiam caſtrando libabat.* * Hanc *feſtivitatem ſanguinis* vocat Auguſtinus in tractatu 7. in Johannem. Meminit etiam ejus feſti auctor Quæſtionum veteris & novi Teſtamenti, quæſt. 84. * Proximus dies magnâ omnium lætitiâ celebrabatur, eóque Hilaria dictus, teſte Macrobio lib. 1. Saturn. Tertio quieſcebant. Quarto demum die, qui erat ante diem VI. Cal. Apr. ſimulacrum Cybelæ carpento impoſitum Almonis aquâ abluebant: hic dies Lavatio; ille Requietio dicebatur, ut docet Calendarium Romanum Conſtantini ævo exaratum, quod Georgio Heruvartio debemus: XI. *Arbor intrat.* X. *Tubiluſtrium.* IX. *Kal. Apr. Sanguen.* VIII. *Hilaria.* VII. *Requietio.* VI. *Lavatio.* Quem locum valde illuſtrat Julianus in Hymno quem in Deorum Matrem compoſuit: τέμνεσθαι γὰρ φασὶ τὸ ἱερὸν δένδρον καθ' ἣν ἡμέραν ὁ ἥλιος ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ἰσημερινῆς ἀψῖδος ἔρχεται εἶθ' ἑξῆς περισαλπισμοὶ παραλαμβάνονται, τῇ τρίτῃ δὲ τέμνεται τὸ ἱερὸν καὶ ἀπόῤῥητον θέρος τοῦ θεοῦ γάλλου. ἐπὶ τούτοις ἱλάρια φασὶ καὶ ἑορταί. Igitur XI. Kal. Apr. quo primum die Sol AEquinoctialem circulum attingit, pinus ſuccidebatur, & in Deûm Matris ſacrarium inferebatur. Arnobius lib. 5. *Quid enim ſibi vult illa pinus, quam ſemper ſtatis diebus in Deûm Matris intromittis ſanctuarium?* ſic legendum. Poſtridie erat Tubiluſtrium, quem περισαλπισμὸν vocat Julianus. Eo enim die tubæ, quarum in ſacris frequens eſt uſus, luſtrabantur, teſte Feſto. *Valeſ.*

p *Carpentum quo vehitur ſimulacrum*] Ambroſius in Epiſc. lib. III. Epiſt. 48. *Currus ſuos ſimulato Almonis in flumine lavat Cybele.* Sed quo ritu currus hic ad flumen ductus ſit, Prudentius V. Cl. in parte indicat, cujus verſus ſunt, Hymno X. περὶ στεφάνων:

Quid eſſe vobis æſtimem projectius?
Nudare plantas ante carpentum ſcio
Proceres togatos, matris Idææ ſacris.
Lapis nigellus evehendus eſſedo
Muliebris oris, clauſus argento ſedet:
Quem dum ad lavacrum præeundo ducitis,
Pedes remotis atterentes calceis,
Almonis uſque pervenitis rivulum.

* Tertull. de Baptiſmo cap. 5. *Ipſos etiam Deos ſuos lavationibus efferunt.* Lucan. lib. 1. verſ. 600.

Et lotam parvo revocant Almone Cybellen. * Lindenbr.

q *Claſſis advenit.*] Sexcentarum navium, teſte Zoſimo: præter quas quingentæ erant ſcorteæ, & quinquaginta tectæ, & alia plana navigia ad compingendos pontes: alia item quæ alimenta & machinas portabant. Eidem Præfectos claſſis Conſtantium & Lucianum nominat. *Valeſ.*

Tribuno Conſtantiano cum Comite Lucilliano ductante, quæ latiſſimum flumen Euphraten artabat: in qua mille erant onerariæ naves ex diverſa trabe contextæ, commeatus abunde ferentes & tela & obſidionales machinas: quinquaginta aliæ bellatrices, totidémque ad compaginandos neceſſariæ pontes.

CAP. IV. Re ipſa admoneor, breviter quantum mediocre poteſt ingenium, hæc inſtrumentorum genera ignorantibus circumſcriptè monſtrare: & balliſtæ figura docebitur prima. Ferrum inter axiculos duos firmum compaginatur & vaſtum, in modum regulæ majoris extentum: cujus ex volumine tereti, quod in medio ars polita componit, quadratus eminet ſtilus [3] extentiùs, recto canalis anguſti meatu cavatus, & hac multiplici chorda nervorum tortilium illigatus: eíque cochleæ duæ ligneæ conjunguntur aptiſſimè, quarum prope unam adſiſtit artifex contemplabilis, & ſubtiliter adponit in temonis cavamine ſagittam ligneam ſpiculo majore conglutinatam: hócque facto hinc inde validi juvenes verſant agiliter rotabilem flexum. Cùm ad extremitatem nervorum acumen venerit ſummum, percita interno pulſu á balliſta ex oculis avolat, interdum nimio ardore ſcintillans: & evenit ſæpius, ut antequam telum cernatur, dolor letale vulnus agnoſcat. Scorpionis autem, quem appellant nunc onagrum, hujuſmodi forma eſt. Dolantur axes duo quernei vel ilicei, curvantúrque mediocriter, ut prominere videantur in gibbas, hique in modum ſerratoriæ machinæ connectuntur, ex utroque latere patentiùs perforati: quos inter per cavernas funes colligantur robuſti, compagem ne diſſiliat continentes. Ab hac medietate reſtium ligneus ſtilus exſurgens obliquus, & in modum jugalis temonis erectus, ita nervorum [4] nodulis implicatur, ut altiùs tolli poſſit & inclinari: ſummitatíque ejus unci ferrei copulantur, è quibus pendet ſtuppea vel ferrea funda: cui ligno [r] fulmentum proſternitur ingens, cilicium paleis confertum minutis, validis nexibus illigatum, & locatum ſuper congeſtos cæſpites vel latericios aggeres. Nam muro ſaxeo hujuſmodi moles impoſita, disjectat quidquid invenerit [5] ſubter, concuſſione violenta, non pondere. Cùm igitur ad concertationem ventum fuerit, lapide rotundo fundæ impoſito, quaterni altrinſecus juvenes repagula quibus incorporati ſunt funes explicantes, retrorſus [ſ] ſtilum pæne [6] ſupinum inclinant: itáque demum ſublimis

3 *Al.* extenſus. 4 *Al.* modulis. 5 *Mſ.* ſuper. 6 *Mſ.* ſurinum.

r *Fulcimentum proſternitur ingens cilicium.*] In Regio & Toloſ. * [ac Colbert.] codice ac Rom. Edit. legitur *fulmentum*, quod placet: nam *fulcimentum* vox barbara videtur: apud Tertullianum legitur tamen, & in Gloſſis Græcis ἔρεισμα, quam vocem obſervavi ab interpretibus ferè fulcimentum verti. Phoca Grammaticus in Vita Virgilii:

Terra miniſtravit flores, & munere verno
Herbida ſuppoſuit puero fulmenta vireſcens.

Fulturam tabularum vocat Hegeſip. lib. v. cap. xx. *Valeſ.*

ſ *Penes uncinum inclinant.*] Sic primus edidit Gelenius. Caſtellus enim ediderat *pæne uncinum*. Ego verò cùm in Mſſ. omnibus, Regio, Florentino, Toloſano [& Colbertino] & in Editione Romana legeretur, *pene ſurinum*; certiſſimâ conjecturâ emendavi, *pæne ſupinum inclinant*. Ita enim ſenſus optimè conſtat. * *Idem.*

adſtans magiſter, clauſtrum quod totius operis continet vincula, reſerat malleo forti [7] percuſſum: unde abſolutus ictu volucri ſtilus, & mollitudine offenſus cilicii, ſaxum contorquet quidquid incurrerit colliſurum. [t] Et tormentum quidem [8] appellatur ex eo, quòd omnis explicatio torquetur: ſcorpio autem, quoniam aculeum deſuper habet [9] erectum: cui etiam onagri vocabulum indidit ætas novella ea re, quòd aſini feri cùm venatibus agitantur, ita eminus lapides poſt terga calcitrando emittunt, ut perforent pectora ſequentium, aut perfractis oſſibus capita ipſa diſplodant. Hinc ad arietem [1] veniemus. Eligitur abies vel ornus excelſa, cujus ſummitas duro ferro concluditur & prolixo, arietis efficiens prominulam ſpeciem, quæ forma huic machinamento vocabulum indidit: & ſic ſuſpenſa utrimque tranſverſis aſſeribus & ferratis, quaſi ex lance, vinculis trabis alterius continetur: eámque quantum menſuræ ratio patitur [2] multitudo retro repellens, rurſus ad obvia quæque rumpenda protrudit ictibus validiſſimis, [v] inſtar adſurgentis & cædentis arietis. Qua crebritate velut reciproci fulminis impetu ædificiis ſciſſis in rimas, concidunt ſtructuræ laxatæ murorum. Hoc genere operis, ſi fuerit exerto vigore diſcuſſum, nudatis [3] defenſoribus, ideóque ſolutis obſidiis, civitates minutiſſimæ recluduntur. Pro his arietum [4] meditamentis jam crebritate deſpectis, conditur machina ſcriptoribus hiſtoricis nota, quam [x] helepolim Græci [5] cognominamus: cujus operâ diuturnâ Demetrius Antigoni filius Regis, Rhodo aliíſque urbibus oppugnatis Poliorcetes eſt appellatus. AEdificatur autem hoc modo. Teſtudo compaginatur immanis, axibus roborata longiſſimis, ferreíſque clavis aptata & contegitur coriis bubulis virgarúmque recenti textura, atque limo aſperguntur ejus ſuprema, ut flammeos detrectet & miſſiles caſus. Conſeruntur autem ejus frontalibus triſulcæ cuſpides præacutæ, ponderibus ferreis graves, [y] qualia nobis pictores oſtendunt fulmina vel fictores, ut quidquid petierit aculei

7 *Mſ.* percluſum. 8 *Al.* appellatur, quod eo omnis. 9 *Al.* erectus. 1 *Al.* venimus. 2 *Mſ.* altitudo. 3 *Mſ.* defenſoribus, ideoque ſolutis obſ. 4 *Mſ.* meditamentis. 5 *Mſ.* cognominamus.

t *Tormentum appellatur, ex eo quòd omnis explicatio torquetur.*] Hæc, ut ingenuè fatear, non ſatis intelligo. An fortè ſcribendum: *Quod funium implicatione torquetur*? aut ſanè: *Funes implicati torquentur*? Sic à torquendis funibus tormentum deduxerit Ammianus. Ita balliſtarum tortores, lib. 19. cap 7. Poteſt tamen nec incommodè deduci ab eo quòd lapides torqueat. Porro ſcorpionem propriè dici tormentum, docet Tertullianus in Scorpiace, initio: *Arcuato impetu hamatile ſpiculum in ſummo tormenti ratione reſtringit, unde & bellicam machinam retractu tela vegetantem de ſcorpio nominant.* Chariſius lib. 1. *Nam tam ſcorpium animal dicimus, quàm militare tormentum.* Valeſ. Pater exemplari ſuo adſcripſi[t] [Malim: *quod tomicum explicatione.* Antea enim funes [e]rant implicati, ſed juvenes eos explicant.] *Gronov.*

v *Inſtar aſſurgentis & cædentis armati.*] Dudum, *c[æ]d[e]ntis arietis*, legi debere conjeceram, atque ita nuper i[n] Codice Regio ſcriptum eſſe didici. *Valeſ.*

x *Helepolim Græce cognominant, cujus opera diuturn[a] Demetrius*] Mſ. Fl. *Græci cognominamus*, quod placet ut inf. *tranſire διαβαίνειν dicimus Græci.* Et ſic originem ſuam Ammian. oſtendit, quam iterum apertiùs fatetur i[n] fine lib. XXXI. Ceterum de Demetrio Athenæus Deipnoſoph. lib. v. pag. 206. lib. x. pag. 415. Vitruvius lib. x. ca[p.] XXII. Plinius lib. VII. cap. 38. Leo Imp. in Tacticis, Sui[das] in στρατηγική. Lindenbr.

y *Qualia nobis pictores oſtendunt fulmina*]. Feſti Pomp. *Triſulcum fulmen fuit ab antiquis dictum, quia [a]ut incendit, aut afflat, aut terebrat.* Ejus figura in nummis & monumentis antiquis apparet. *Idem.*

xertis abrumpat. Hanc ita validam molem [6] rotis & funibus regens numeroſus ntrinſecus miles, languidiori murorum parti viribus admovet concitis: & ni- i deſuper propugnantium valuerint vires, colliſis parietibus aditus patefacit ngentes. Malleoli autem, teli genus, figurantur hac ſpecie: ſagitta eſt cannea, nter ſpiculum & arundinem multifido ferro coagmentata, quæ in muliebris oli formam, quo nentur lintea ſtamina, concavatur ventre ſubtiliter & plurifa- iam patens, atque in alveo ipſo ignem cum aliquo ſuſcipit alimento. Et ſi emiſ- a lentiùs arcu invalido (ictu enim rapidiore exſtinguitur) hæſerit uſquam, te- aciter cremat, aquíſque conſperſa acriores excitat æſtus incendiorum, nec re- nedio ullo quàm ſuperjacto pulvere conſopitur. Hactenus de inſtrumentis nuralibus, è quibus pauca ſunt dicta: nunc ad rerum ordinem revertamur.

CAP. V. [z] Adſcitis Saracenorum auxiliis, quæ animis obtulere promtiſſimis, tendens Imperator agili gradu, [a b] Cercuſium principio menſis Apri- s ingreſſus eſt, munimentum tutiſſimum, & fabrè politum: cujus mœnia A- ora & Euphrates ambiunt flumina, velut ſpatium inſulare fingentes. Quod Diocletianus exiguum antehac & ſuſpectum, muris turribúſque circumdedit elſis, cùm [c] in ipſis barbarorum confiniis interiores limites ordinaret, [7] ne agarentur per Syriam Perſæ, ita ut paucis antè annis cum magnis provincia- um contigerat damnis. Namque cùm Antiochiæ in alto ſilentio, [d] ſcenicis lu-

6 *Steph.* palis. 7 *Mſ.* edocumento.

z *Adſcitis Saracenorum auxiliis, quæ animis obtulere prompt.*] Legatos enim Julianus ad eos miſerat, qui admonerent, ut auxilia quamprimùm mitterent ſi iis collibitum eſſet: velut qui parum ſollicitus eſſet, ſi non adeſſent. Sic enim ipſe ſcribit in Epiſt. ad Libanium Quæſtorem: πρὸς τοὺς σαρακηνοὺς ἔπεμψα πρέσβεις, ὑπομιμνήσκων ἥκειν εἰ βούλοιντο. *Ad Saracenos legationem miſi, admonens eos, ut venirent ſi libitum eſſet.* Valeſ.

a *Cercuſium, principio menſis Aprilis ingreſſus eſt munimentum*] Zoſimus lib. III. Κιρκήσιον vocat: φρούριον δὲ τοῦτο κυκλούμενον ὑπό τε τοῦ Ἀβώρα ποταμοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ Εὐφράτου, τοῖς δὲ Ἀσσυρίων ὁρίοις συναπτόμενον. Eutropius lib. IX. *Circeſſo, quod caſtrum nunc Romanorum eſt.* Præanius vertit Κιρκλώσιον. Vid. Procop. περὶ κτισμάτ. pag. 16. & de Bello Perſic. lib. II. *Liudenbr.*

b *Cercuſium.*] Zoſimus in lib. 3. κιρκήσιον vocat; Rufus Feſtus *Circeſſum*. In Concilio Chalcedonenſi inter Epiſcopos Oſdroënæ provinciæ, qui Synodo ſubſcripſere, recenſetur Abrahamus Caſtrocircon Epiſcopus. * Geographus Nubienſis *Cercuſium* vocat perinde ac Marcellinus, & ad oſtia fluvii Alchabur ſitum eſſe, ac Euphrate allui teſtatur. Apparet ergo Cercuſium poſitum fuiſſe ad confluentem Euphratis & Aboræ, quem *Alchabur* Nubienſis appellat: quod confirmat etiam Procopius in libro 2. Perſicorum. * *Valeſ.*

c *Barbarorum confiniis interiores limites ordinaret.*] Ea fuit in Rep. Diocletiani providentia, ut omnes limites Imperii Romani caſtris, & caſtellis undique communiret, & in iis idoneos milites locaret, qui barbarorum irruptionem arcerent. * Teſtatur hoc Eumenius in Oratione pro Scholis Auguſtodun. ſub finem. * Suidas in ἐσχατιά: ὁ Διοκλητιανὸς λόγον ποιούμενος τῶν πραγμάτων, ἤδη δὲ ἐν καὶ δυνάμεσιν ἀρκούσαις ἑκάστην ἐσχατιὰν ὀχυρῶσαι καὶ φρούρια ποιῆσαι. Sed paullo poſtea Conſtantinus hanc utiliſſimam diſpoſitionem ſubvertit. Nam è præſidiariis illis caſtellis quæ Diocletianus exſtruxerat, ad alia opida nullius præſidii egentia militem tranſtulit: quo facto latam barbaris viam ad pervadendos Rom. Imperii fines aperuit, ut quidem ei objicit Zoſimus lib. 2. his verbis: τῆς γὰρ ῥωμαίων ἐπικρατείας ἁπανταχοῦ τῶν ἐσχατιῶν τῇ Διοκλητιανοῦ προνοίᾳ κατὰ τὸν εἰρημένον μοι τρόπον (locus quem intelligit, hodie deeſt; videtur tamen is eſſe quem è Suida produximus) πόλεσι καὶ φρουρίοις καὶ πύργοις διειλημμένης, καὶ παντὸς τοῦ στρατιωτικοῦ κατὰ ταῦτα τὴν οἴκησιν ἔχοντος, ἄπορος τοῖς βαρβάροις ἦν ἡ διάβασις, &c. In hac autem caſtrorum munitione id Diocletianus obſervabat, ut ultra ipſum limitem caſtella exſtrueret, & barbarorum fines ſubraderet, quemadmodum hoc loco Marcellinus memorat. Quod Idatius quoque confirmat in Faſtis: Conſtantio & Maximiano. *His Coſſ. caſtra facta in Sarmatia contra Acinco, & Bononia.* Idque jam antè inſtitutum fuerat à Probo Auguſto, ut ſcribit Vopiſcus his verbis: *Contra urbes Romanas caſtra in ſolo barbarico poſuit.* [Id fecit poſtea & Valentinianus Aug. teſte Ammiano.] *Idem.*

d *Scenicis ludis.*] Hæc ferè iiſdem verbis tranſſcripſit Hegeſippus lib. 3. de excidio Hier. cap. v. *Denique cùm lu-*

dis [e] mimus cum uxore immiſſus, in medio ſumpta quædam imitaretur, po pulo venuſtate attonito, *Conjunx, niſi ſomnus eſt*, inquit, *en Perſæ*: retortis plebs univerſa cervicibus, exacervantia in ſe tela declinans ſpargitu paſſim. Ita civitate incenſa, & obtruncatis pluribus, qui pacis more palabar tur effuſiùs, incenſiſque locis finitimis & vaſtatis, onuſti prædâ hoſtes ad ſu remearunt innoxii: Mareade vivo exuſto, qui eos ad ſuorum interitum civiu duxerat inconſultè. [f] Et hæc quidem Gallieni temporibus evenerunt. Juli nus verò dum moratur apud Cercuſium, ut per navalem Aboræ pontem exe citus & omnes ſequelæ tranſirent: litteras triſtes Salluſtii Galliarum Præfe ſuſcepit, orantis ſuſpendi expeditionem in Parthos, obteſtantiſque ne ita i tempeſtivè, nondum pace numinum exorata, irrevocabile ſubiret exitiur Poſthabito tamen ſuaſore cautiſſimo, fidentiùs [g] ultra tendebat: quonia

g *Mſ.* ultro.

di ſcenici in ea celebrarentur urbe, ferunt quemdam actorem mimorum, elevatis oculis ad montem, Perſas vidiſſe advenientes, & dixiſſe continuò: Aut ſomnium video; aut magnum periculum Ecce Perſas. Valeſ.

c *Mimus cum ux. imm. e medio ſumpta quædam imitaretur.*] Mimus à Græcis originem ſumpſit, cui reſpondet apud Latinos planipes, ut Diomedes lib. 3. notat. Definitur autem mimus à Græcis, μῖμός ἐστι μίμησις βίου, τά τε συγκεχωρημένα καὶ ἀσυγχώρητα περιέχων. Diomedes autem ita definit: mimus eſt ſermonis cujuſlibet, & motûs ſine reverentia, vel factorum & turpium cum laſcivia imitatio. Inter Græcos mimorum auctores clariſſimus fuit Sophron, quem Plato quoque Philoſophus tanti feciſſe dicitur, ut ejus carmina ſub lectuli ſui pulvino ſemper habuerit. Scripſit μίμους ἀνδρείους, & μίμους γυναικείους, teſte Suida & Athenæo. Auctor Etymologici in v. σύφαρ laudat Sophronem ἐν τοῖς ἀνδρείοις μίμοις. Idem in v. σκιρωθῆναι ejuſdem γυναικείους memorat. Sic autem inſcripti eſſe videntur, quòd argumenta hi quidem muliebria, illi ad viros ſpectantia continerent. Eodem planè modo quo pantomimorum, ſeu ſaltatorum argumenta partim ἀνδρεῖα, alia γυναικεῖα fuiſſe ſcribit Libanius in Orat. pro ſaltatoribus, pag. 496. * Inter γυναικείους Sophronis mimos fuere Ἀκέστριαι, laudatæ ab Suida in Κάπηλος. Longo intervallo pòſt claruit Philiſtion, qui mimos Græcè ſcripſit: de quo in libris ſequentibus dicemus. Hic à Suida Comœdias ſcripſiſſe dicitur, & tam Comicus Poëta quàm Mimographus dici poteſt. Namque ea ætate Comœdia nil præter mimum erat: ut docet Marcus Antoninus lib. XI. de vita ſua, his verbis: μετὰ δὲ τὴν τραγῳδίαν ἡ ἀρχαία κωμῳδία παρήχθη παιδαγωγικὴν παῤῥησίαν ἔχουσα. Et paullo pòſt: μετὰ ταῦτα τίς ἡ μέση κωμῳδία καὶ λοιπὸν ἡ νέα πρὸς τί ποτε παρείληπται, ἣ κατ᾽ ὀλίγον ἐπὶ τὴν ἐκ μιμήσεως φιλοτεχνίαν ὑπεῤῥύη ἐπίστησον. ὅτι μὲν γὰρ λέγεται, καὶ ὑπὸ τούτων τινὰ χρήσιμα οὐκ ἀγνοεῖται. Cleon quoque Minaulus cognominatus Italicorum Mimorum princeps fuiſſe memoratur ab Athenæo in fine lib. x. qui Nymphodorum quoque ſuperavit. Hic ſuos ipſe mimos actitavit: ſic enim hæc Athenæi verba intelligo: ἰταλικῶν μίμων ἄριστος γέγονεν αὐτοπρόσωπος ὑποκριτής: quo loco cavillationes aliquot mimicæ r runtur. Mimis itaque ſimillimæ ſunt, quas hodie fa in Gallia vocamus, niſi quòd pedeſtri ſermone conſt quem tamen etiam in mimis olim uſitatum eſſe exiſti Nam & Dio Orat. 2. de Regno, mimos vocat γελωτοποιοὺς μετὰ σκωμμάτων ἐμμέτρους τε καὶ ἀμέτρους. Antiqu autem mimi ad ſymphoniam ſaltabant, ut de Antioch piphane ſcribit Polybius lib. 31. ὑπὸ τῶν μίμων ὁ βασιλεὺς φέροιτο ὅλος κεκαλυμμένος, καὶ εἰς τὴν γῆν ἐτίθετο ὡς εἷς ὢν τῶν μίμων· καὶ τῆς συμφωνίας προσκαλουμένης ἀναπηδήσας ὠρχεῖτο, καὶ κρίνετο μετὰ τῶν γελωτοποιῶν. Apud Rom. verò non ſa bant mimi: ut patet ex Theodora Aug. quæ cùm nec lere, nec ſaltare noſſet, cum mimis in ſcenam prod teſte Procopio. Unde Libanius in Oratione adverſu riſtidem pro ſaltatoribus, initio, mimorum & ſalt rum artes longè diſſitas eſſe ait: ὀρχηστὰς autem panto mos intelligit: ſic enim ferè Græci appellant. Phil Orat. in Flaccum: ὀρχησταὶ καὶ μῖμοι καὶ αὐληταὶ καὶ ὅσα σκηνικῶν ἀθύρματα ἀγώνων. Julianus in Miſop. Aſteriu De mimis plura Salmaſius in Solinum. * *Idem.*

f *Et hæc quidem Gallieni temporibus evenerunt.*] Sub itium Gallieni capta eſt à Perſis Antiochia. Zonara nim Perſas ait capto Valeriano Aug. victoriâ acriter u Antiochiam, & Tarſum urbem Ciliciæ celeberrimam Cæſaream Cappadociæ, in qua 40. hominum milli rant, poſt diuturnam obſidionem fraude perfugæ tan cepiſſe. Idem refertur in Excerptis Græcis Chronici ſebiani, pag. 71. Sed Trebellius Pollio in XXX. Tyı nis, ubi de Cyriade loquitur, Antiochiam & Cæſar ante Valeriani infelicem pugnam à Perſis expugnatas indicat. In quo falli eum exiſtimo. Ceterùm Libaniu Oratione ad Theodoſium de ulciſcenda cæde Juliani ejus cladis meminit his verbis: ἔτι μή τι συμβῇ τοιοῦτο καὶ ὅπερ τῶν προγόνων δεδοίκαμεν, οἷς ἐν τῷ θεάτρῳ συγκαθημένοις ἐπέστησαν οἱ τοξόται τὸ ὄρος κατειληφότες. *Ne quid tale acci quale avorum memoriâ, quibus in theatro ſedentibus, ſici ſagittarii capto monte ſupervenêre.* * Eunapius in ta AEdeſii ſub Conſtantio A. id ipſum accidiſſe ſcri cui minimè aſſentior. * *Idem.*

[g] nulla vis humana vel virtus meruiſſe umquam potuit, ut quod præſcripſit fatalis ordo, non fiat. Statímque tranſgreſſus, pontem avelli præcepit, [9] ne cui militum ab agminibus propriis revertendi fiducia remaneret. Pari ſorte hîc quoque omen illætabile viſum eſt, apparitoris cujuſdam cadaver extentum carnificis manu deleti: quem Præfectus Salluſtius Præſens ea re ſupplicio capitali damnârat, quòd intra præſtitutum diem alimentorum augmentum exhibere pollicitus, [1] caſu impediente fruſtratus eſt. Sed miſerando homine trucidato, poſtridie advenit, ut ille promiſerat, alia claſſis abunde vehens annonam. Profecti exinde [h] Zaitham venimus locum, qui olea arbor interpretatur. [i] Hic [k] Gordiani Imperatoris longè conſpicuum vidimus tumulum, cujus actus à pueritia prima, exercituúmque feliciſſimos ductus, & inſidioſum interitum digeſſimus tempore competenti. Ubi cùm pro ingenita pietate conſecrato Principi parentaſſet, pergerétque ad Duram deſertum oppidum, procul militarem cuneum conſpicatus ſtetit immobilis: eíque dubitanti quid ferrent, offertur ab eis immaniſſimi corporis leo, cùm aciem peteret multiplici telorum ictu confoſſus. [l] Quo omine velut certiore jam ſpectaculi proſperioris elatus, exſultantiùs incedebat: ſed incerto [2] fatu fortunæ aliorſum prorupit eventus. Obitus enim Regis portendebatur, ſed cujus, erat incertum. [m] Nam & oracula dubia legimus, quæ nonniſi caſus diſcrevere poſtremi: ut fidem vaticinii Delphici, quæ pòſt Halyn flumen tranſmiſſum, maximum Regnum [3] dejecturum prædixerat Crœſum: [4] & aliam quæ Athenienſibus ad certandum con-

9 *Mſ.* ne qui. 1 *Al.* cauſa imp. 2 *Mſ.* fatu. 3 *Mſ.* ejecturum. 4 *Mſ.* & aliæ.

g *Nulla vis humana vel virtus meruiſſe umquam poteſt*] Præclarè Q. Curtius lib. v. *Eludant licet, quibus forte & temere humana negotia volvi agique perſuaſum eſt: equidem æterna conſtitutione crediderim, nexuque cauſarum latentium & multo antè deſtinatarum, ſuum quemque ordinem immutabili lege percurrere.* Aurel. Victor. in Carino: *Arduum fatalia devertere: eoque futuri notio ſuperflua.* * Arnob. lib. 7. *Caſibus nullus eſt in his locus, ſed ineluctabili omnia neceſſitate conſiunt: agit ſe ordo præſcriptus, aut quod ſemel decretum eſt, perficit.* Apul. Mileſ. 1. *Nihil impoſſibile arbitror: ſed utcumque fata decreverunt, ita cuncta Mortalibus provenire.* * Lindenbr.

h *Zaitam venimus locum.*] Regius codex * & Vatic. * [& Colbert.] *Zaitham*; Zoſimus lib. 3. ζαυθὰ appellat. Sed non eo in loco, verùm Duris Gordiani tumulum fuiſſe memorat his verbis: ἑξήκοντα δὲ προελθὼν σταδίους εἰς τὶ ...ίον Ζαυθὰ προσαγορευόμενον ἦλθε, καὶ ἐντεῦθεν εἰς Δοῦρα, οὗ Γορδιανοῦ βασιλέως ἐδείκνυτο τάφος. Verior autem mihi videtur Zoſimi quàm Ammiani narratio. Namque Eutropius ac Rufus Feſtus Gordiani tumulum xx. millibus à Circeſio caſtro abeſſe teſtantur. Zaita autem non plus quàm diei dimidius itinere à Circeſio abeſſe poteſt, ſi quidem Ammianus & Zoſimus omnes Romani exercitus manſiones accuratè notant: ac proinde xx. millibus abeſſe à Circeſio nullatenus poterit. Gradu enim militari procedens exercitus in hoſtico tot millia conficere non debet: ſed hoc argumentum parum firmum eſt. Illud gravius, quod Zayta non plus quàm 60. ſtadia à Circeſio caſtro abeſt, ut teſtatur Zoſimus, quæ ſeptem tantùm milliaria conficiunt. *Valeſ.*

[i *Heic Gordiani Imper. longe conſpicuum vidimus tumulum.*] Scripſit P. Pithœus ad marginem Ammiani ſui, titulum tamen tumuli Gordiani Aug. everſum fuiſſe à Licinio A. ut Capitolinus ſcribit.] *Idem.*

k *Gordiani Imp. longè conſpicuum vidimus tumulum*] Feſtus Rufus: *Milites ei* (Gordiano) *tumulum vicenſimo miliario à Circeſſo caſtro, quod & nunc exſtat, ædificarunt.* Ejus tumuli titulum Græcis, Latinis, Perſicis, Judaïcis, & AEgyptiacis litteris perſcriptum fuiſſe teſtatur Capitolinus in Gordian. *Sepulcrum* GORDIANI locum vocari ait Victor. Vid. Zoſim. lib. III. pag. 716. *Lindenbr.*

l *Quo omine velut certiore jam ſpectaculi proſperioris elatus.*] In Regio codice diverſam lectionem reperi, *jam ſpectatus*: quomodo ferè in Romana Editione legitur: ea enim [& Colb.] *ſpectatos* exhibet. Fortaſſe igitur *ſpeſtatus* Ammianus ſcripſerat. * Paullo pòſt dicit, *incerto fatu fortunæ*, uti Capella in libro 1. * *Valeſ.*

m *Nam & oracula dubia legimus, &c.*] Theodore-

tra Medos [n] obliquè deſtinaverat mare: ſortémque his poſteriorem veram quidem, ſed non minùs ambiguam; [o] *Aio te AEacida Romanos vincere poſſe* Etruſci tamen Haruſpices qui comitabantur, gnari prodigialium rerum, cum illis procinctum hunc ſæpe arcentibus non crederetur, [p] prolatis [q] libris exercitualibus oſtendebant ſignum hoc eſſe prohibitorium, Principíque aliena, licèt juſtè, invadenti contrarium. Sed calcabantur Philoſophis refragantibus quorum reverenda tunc erat auctoritas, errantium ſubinde, & in parum cognitis perſeverantium diu. Etenim ut probabile argumentum ad fidem implendam ſcientiæ ſuæ [r] id prætendebant, quòd & Maximiano antehac Cæſari cum [5] Narſeo Perſarum Rege jam congreſſuro, itidem [ſ] leo & aper ingens trucidati ſimul oblati ſunt, & ſuperata gente diſceſſit incolumis: illo minimè [6] contemplato, quòd aliena petenti portendebatur exitium, & Narſeus primus Armeniam Romano juri obnoxiam occuparat. Secuto itidem die, qui erat VII Idus Aprilis, Sole vergente jam in occaſum, ex parva nubecula ſubitò aër craſſato uſus adimitur lucis: & poſt minacem tonitruum crebritatem & fulgurum, Jovianus nomine miles de cælo tactus cum duobus equis concidit, quo potu ſatiatos à flumine reducebat. [7] Eóque viſo harum rerum [t] interpretes acceſſiti interrogatíque, etiam id vetare procinctum fidentiùs adfirmabant, [v] [x] fulmen conſiliarium eſſe monſtrantes: (ita enim appellantur, quæ diſſuadent aliquid fieri vel ſuadent.) Ideóque hoc nimis cavendum, quòd militem celſi no

5 *Mſ.* Narſeo. 6 *Mſ.* contemplante. 7 *Mſ.* Eoque viſo.

---

tus Epiſcopus contra Gentes Orat. de Oraculis. Euſebius de Præparat. Evang. lib. v. cap. 10. Herodotus lib. 7. Suidas in ἀνειλεῖν, & Αλυν. Cicero de Divinat. lib. II. Aurel. Victor. de Vir. illuſtr. in Pyrrho, Johannes Sarisberienſ. lib. II. cap. 27. *Lindenbr.*

[n *Oblique deſtinaverat mare.*] Id eſt, *deſignaverat.* Sic Curtius in libro IX. *Intellectum eſt, mare deſtinari ab ignaris naturæ ejus.*] Valeſ. Quid hoc loco contigerit, ignoro.]; Certè in prima editione longe alia animadverſio hîc conſpicitur, quam & tetigit Pater in libro 2. obſervat. cap. 8. An illo monente alii docti fuerint, viderint. *Gronov.*

o *Aio te AEacida.*] Sed hoc oraculum ab Ennio in Annalibus eſſe confictum, Cicero demonſtrat in lib. 2. de Div. primùm quòd Latinè Apollo numquam locutus eſt: deinde quòd illa ſors inaudita Græcis eſt: præterea Pyrrhi temporibus jam Apollo verſus facere deſierat. Certè abſque hoc Ciceronis teſtimonio fuiſſet, Ennii Latinum carmen, ex hoc Apollinis Græco tranſlatum eſſe dixiſſem: νικᾶν σ' Αἰακίδη ῥωμαίους φημὶ δυνάσθαι. *Valeſ.*

p *Prolatis libris Ritualibus*] Mentio horum librorum apud Ciceronem de Divinat. Cenſorinum de die Natal. Feſt. Pompeium in voce RITUALES. *Lindenbr.*

q *Ritualibus libris.*] In Regio [& Colbert.] ac Vatic. * codice, & in Rom. Editione *exercitualibus* legitur, rectiùs fortaſſe: ut ſint qui de oſtentis tractabant quæ expeditiones pertinebant: ſic poſtea fulgurales libri dicuntur. Nam *rituales* nil ad hunc locum. Ea voce utitur Caſſiodorus lib. XI. cùm Liberium exercitualem viru vocat. *Valeſ.*

r *Id pertendebant*] *ἴσ. prætendebant.* Lindenbr.

ſ *Leo & aper ingens trucidati ſunt*] Similiter apru à triginta militibus confectum Imp. Severo, cùm Niſibin tenderet, oblatum, Xiphilinus ſcribit. *Idem.*

t *Interpretes arceſſit.*] Lego *arceſſiti, interrogatique* ut habet Editio Auguſtana: [codex Colbertinus, *acceſiti interrogatique.*] *Valeſ.*

v *Fulmen conſiliarium eſſe*] De fulgurum obſervationibus multa Cicero II. de Divinat. * Seneca Natur. Quæſt. cap. 39. lib. 2. * Plinius Hiſtor. Natur. lib. II. paſſim, Feſtus, Servius, Lactantius. * Senecæ locu Servius exſcripſit: eum, quia huc maximè pertinet, a texam ex AEneid. lib. 8. *Tria genera fulguris eſſe dicunt: unum Conſiliarium, ubi quid cogitantibus nobis accidit quod vetat aut hortatur; alterum Auctoritatis, quod evenit re geſta, quod probet: tertium Statum eſt, ubi nec no quidquam geſſimus, nec cogitamus, ſed quietis noſtris reb fruimur.* Lindenbr.

x *Fulmen conſiliarium.*] Genera fulminum tr. eſſe ait Cæcina: Conſiliarium, Auctoritatis, quod Status dicitur. Conſiliarium ante rem fit,

min

minis cum bellatoriis jumentis exſtinxit: & y z hoc modo contacta loca nec intueri, nec calcari debere a fulgurales pronuntiant libri. Contrà Philoſophi, candorem ignis ſacri repentè conſpecti nihil ſignificare aiebant, ſed eſſe acrioris b ſpiritus curſum, ex æthere aliquâ vi ad inferiora detruſum: aut ſi exinde prænoſcitur aliquid, incrementa claritudinis Imperatori portendi glorioſa cœptanti, cùm conſtet flammas ſuapte natura nullo obſtante ad ſublimia convolare. Peracto igitur, ut antè dictum eſt, ponte, cunctíſque transgreſſis, Imperator antiquiſſimum omnium ratus eſt, militem alloqui, ſui rectoríſque fiduciâ properantem intrepidè. Signo itaque 8 per lituos dato, cùm centuriæ omnes, & cohortes, & manipuli conveniſſent, ipſe c aggere glæbali adſiſtens, coronáque celſarum circumdatus poteſtatum, talia ore ſereno diſſeruit, favorabilis ſtudio concordi cunctorum. *Contemplans maximis viribus & alacritate vos vigere, fortiſſimi milites, concionari diſpoſui, docturus ratione multiplici, non nunc primitus, ut maledici muſſitant, Romanos penetraſſe regna Perſidis. Namque ut Lucullum tranſeam vel Pompeium, qui per Albanos, & d Maſſagetas, quos Alanos nunc appellamus, hac quoque natione per-*

8 *Mſ.* per reliquos.

... poſt cogitationem: cùm aliquid verſantibus in animo no... , aut ſuadetur fulminis ictu, aut diſſuadetur, ut refert Seneca lib. 2. Nat. Quæſt. Hic eſt Cæcina, pater ... ali Cæcinæ, ejus quem defendit Cicero. Erat autem ... mo Tuſcus, & Etruſcæ diſciplinæ callentiſſimus, de ... a etiam librum ſcripſit. Cicero lib. 6. Epiſt. 6. Plinius in Indice. *Valeſ.*

y *Hoc modo contacta loca nec intueri, nec calcari debere*] * Artemidorus de Somniis lib. 2. cap. 8. κεραυνὸς τὰ μὲν ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ, διὰ τοὺς ἐνιδρυμένους βωμοὺς, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας θυσίας· τὰ δὲ πολυτελῆ χωρία ἔρημα καὶ ἄβατα ποιεῖ. οὐδεὶς γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐνδιατρίβειν ἔτι θέλει. Scholiaſtes Perſii ad Satyr. 2. *Bidental, locus ſacro percuſſus fulmine; qui bidente ab Haruſpicibus conſecratur, quem calcare nefas eſt.* Placid. Lactantius in Stat. lib. IX. * p. 355. ad illum verſum, *Qui tremor illicita.* * Lindenbr.

z *Hoc modo contacta loca nec intueri, nec calcari debere.*] Romani pariter ac Græci loca de cælo tacta, propriâ quadam religione ſacra eſſe exiſtimabant. Fulmen enim ipſum ſacrum eſſe arbitrabantur, unde ignis ſacer ab Ammiano hîc dicitur. Itaque ea loca ſtudioſè Haruſpices muniebant, & hydriam cum operculo ibi collocabant. Pauſanias in Heliac. 1. αὐτίκα δὲ εἰς τοῦτο τοῦ ἐδάφους κατασκῆψαι κεραυνόν φασιν, ἔνθα ὑδρία καὶ ἐπίθημα εἰς ἐμὲ ἦν ἡ χαλκῆ. Ea loca Græci ἐνηλύσια vocabant. Heſychius ἐνηλύσια: τὰ κατασκηφθέντα χωρία λέγονται, ἔνιοι δὲ εὐκίνητα παρὰ τὴν ἤλυσιν ἤγουν ἔλευσιν· ἄλλοι δὲ τὰς ἐν τοῖς ἀβάτοις χωρίοις ἀφιδρυμένας νύμφας. Auctor Etymologici idem dicit: ἐνηλύσια εὐκίνητα, παρὰ τὴν ἤλυσιν ἢ τὴν ἔλευσιν. Αἰσχύλος ἐν Αργείοις. καπανεὺς μοῦ καταλείπεται λέχος ἀκεραυνοῖς ... ἐπηλυσίαν. οἱ δὲ τὰ κατασκηφθέντα εἰς ἃ ... οὐδεὶς εἰσβαίνει. ἃ ἀνατίθεται Διὶ καταιβάτῃ, καὶ λέγεται ἄδυτα καὶ ἄβατα. Iovi καταιβάτῃ ſacra fuiſſe teſtis eſt & Pollux lib. 9. Dicebantur autem ἐνηλύσια, ſive ἠλύσια, quòd fulmen in ea deſcendiſſet: ὅτι κεραυνὸς εἰς αὐτὰ εἰσήλυθε: ut indicat Pollux ibidem. Sed & hominem fulgure ictum ibidem ſepeliebant, (cremare enim nefas erat) ac locum levi materia circumdabant: ut docet Plutarchus lib. 4. Sympoſ. quæſt. 2. Quò alluſit Marcellinus in Hermogenem, p. 108. νόμος τὸν σκηπτῷ βληθέντα αὐτοῦ θάπτεσθαι οὗ ἔπεσεν. Plinius lib. 2. *Hominem fulgure ictum cremari nefas: terrâ condi religio tradidit.* Valeſ.

a *Fulgurales pronuntiant libri*] Cicero de Divin. lib. I. *Etruſcorum declarant, & haruſpicini, & fulgurales, & rituales libri, noſtri etiam augurales.* Bygois nympha artem ſcripſerat fulguralem, ut Servius notat AEneid. VI. pag. 402. *Lindenbr.*

b *Spiritûs curſum ex æthere aliqua via ad inferiora detruſum.*] * Legendum puto, *aliqua vi.* * Confundit Ammianus duas opiniones veterum Philoſophorum de fulmine. Nam Anaximenes quidem & Anaximander fulmen ſpiritum eſſe dicebant, ut refert Seneca lib. 2. Nat. Quæſt. & Plutarchus lib. 3. de placitis Philoſoph. Anaxagoras verò ignem eſſe dicebat ex æthere in inferiora ſummâ vi delapſum, ut teſtatur ibidem Plutarchus, & ante eum Ariſtoteles lib. 2. Meteorol. in fine: quibus accedit Seneca lib. 2. Natur. Quæſt. cap. 12. & cap. 19. ſed in capite 19. malè Anaximandrus pro Anaxagora exaratur. *Anaximandrus ait, omnia iſta ſic fieri, ut ex æthere aliqua vis in inferiora deſcendit, &c.* Putes Marcellinum noſtrum hæc exſcribere voluiſſe: adeo ejus verba his Senecæ ſimilia ſunt. *Valeſ.*

* c *Aggere glæbali adſiſtens*] Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores *aggerem cæſpiticium* appellant. * *Lindenbr.*

d *Maſſagetas quos Alanos nunc appellamus*] Xiphilinus in Hadrian. pag. 358. ὅτι πόλεμος ἐξ Ἀλανῶν (εἰσὶ δὲ Μασσαγέται) ἐκινήθη ὑπὸ Φαρασμάνου. Procopius eos Hunnos appellat.

rupta vidit Caſpios lacus : [f] *Ventidium novimus Antonii legatum ſtrages pe*
hos tractus innumeras edidiſſe. Sed ut à vetuſtate diſcedam, hæc quæ tradidi
recens memoria replicabo. [g] *Trajanus, & Verus, ac Severus hinc ſunt digreſ-*
ſi victores & tropæati : rediſſetque pari ſplendore junior Gordianus, cuju
monumentum nunc vidimus [9] *honoratè,* [h] *apud Reſainam ſuperato fugatóqu*
Rege Perſarum, ni factione Philippi Præfecti Prætorio, ſceleſtè juvantibu
paucis in hoc ubi ſepultus eſt loco, vulnere impio cecidiſſet. [i] *Nec erravere di*
manes ejus inulti, quòd [k] *velut* [1] *elaborante juſtitia, omnes qui in eum con*
ſpiravere, cruciabilibus interiere ſuppliciis. Et illos quidem voluntas ad a
tiora propenſior ſubire impulit facinora memoranda : [l] *nos verò miſerand*
recens captarum urbium, & inultæ cæſorum exercituum umbræ, & damn
rum magnitudines, caſtrorúmque amiſſiones ad hæc quæ propoſuimus hortan
tur, [m] *votis omnium ſociis, ut medeamur præteritis, & honoratâ hujus la*
teris ſecuritate Repub. quæ de nobis magnificè loquatur poſteritas, relinqu
mus. Adero ubique vobis adjumento numinis ſempiterni Imperator, & ant
ſignanus, & conturmalis [n] *ominibus ſecundis, ut reor. At ſi fortuna verſab*

[f] 9 Al. *honorare.* 1 Mſ. *elabente.*

Vandalicor. lib. 1. pag. 106. Αἰγὰν δ' ἦν Μασσαγέτης γένος, οὓς νῦν Οὔννους καλοῦσιν. Confunduntur ſic nempe nomina ob vicinitatem, & iidem modò Hunni, modò vocantur Alani. *Lindenbr.*

e *Maſſagetas, quos Alanos nunc app.*] Maſſagetas tamen ab Alanis diſtinguit Claudianus lib. 1. in Rufinum :

Maſſagetes, patriámque bibens Mæotin Alanus.

Quin & Procopius non Alanos, ſed Hunnos Maſſagetas paſſim appellat : cui ſubſcribit Evagrius in lib. 3. cap. 2. Sed Iſacius Tzetzes in Lycophronem, Maſſagetas ait eſſe, qui nunc Abaſgi dicuntur. *Valeſ.*

f *Ventidium novimus Antonii legatum*] Plutarchus in Vita Antonii, Appianus in Parthicis pag. 156. Val. Maximus lib. VI. cap. 9. Dio, & alii. *Lindenbr.*

g *Trajanus & rurſus Severus.*] Regius codex aurem, quod dicitur, nobis vellit, in quo *Trajanus & Verus Severus* ſcriptum vidimus, * ut & in Mſſ. Toloſ. Vatic. * [ac Colbertino.] Quare non dubito quin Ammianus ſcripſerit : *Trajanus, & Verus, & Severus hinc rediere victores.* Neque enim veriſimile foret, Julianum, qui omnes Auguſtos quicunque de Parthis triumpharunt, hîc diligenter recenſet, Lucium Verum Divi Marci collegam hîc præteriſſe, qui de Parthis triumphavit, & cognomen Parthici meruit, teſte Dione & Capitolino. Cari autem Auguſti mentionem hoc loco de induſtria vitavit, ne infelicem vitæ exitum, perinde ac Caro contigit, ſibi ominari videretur. *Valeſ.*

h *Apud Reſainam ſuperato.*] In Editione Mariangeli Accurſii legitur, *apud Reſænam*, [in Mſ. Colbert. *Reſainan.*] Eſt autem Reſaina opidum Oſdroënæ, aut caſtrum, in quo milites ſub Duce Oſdroënæ conſtituti agebant ; ut docet Notitia Imperii Orient. Ejus meminit Stephanus de Urbibus, ῥέζινα πόλις περὶ τὸν ἀβόῤῥαν ποταμ Ptolemæus in Meſopotamia inter mediterraneas nu rat ῥαίζιναι. Inter Epiſcopos quoque Provinciæ Me potamiæ, qui Nicæno Concilio ſubſcripſere, memo tur Antiochus Reſinates, ſeu Reſinitanus. Neque h ſtationem Tabula Itiner. Peutingerorum omiſit, in legitur : *A Zeugmate tranſis Euphratem Thiar. mill. Batnis* 30. *Charris* 32. *Saba* 35. *Reſſania* 36. lego *Reſſa* Idem.

i *Nec erravere diu manes ejus inulti*] Capitolinu Gordian. *Quod de Cæſare memoriæ traditum eſt, hoc eti de Gordiano Cordus eveniſſe perſcribit. Nam omnes q cumque illum gladio appetiverunt, (qui novem fuiſſ cuntur) poſtea interemptis Philippis, ſua manu, ſu gladiis, & iiſdem quibus illum percuſſerant, interiiſſ cuntur.* Lindenbr.

k *Velut clarente Juſtitia.*] At in Mſ. Florentino [Colbert.] * ac Toloſ. * & in prima Editione legit *velut elabente Juſtitia*: quam ſcripturam ad Regii quo libri marginem reperi. Nam in ipſo contextu ſcrip eſt *velut elaborante Juſtitia* : quod præ vulgata lect mihi quidem præplacet. In Mariangeli Edit. legitur, *bente Juſtitia.* Valeſ.

l *Nos verò miſeranda recens capt. urbium.*] Deeſſe quid videtur, puta, *facies*, aut quid ſimile. [Leg in Mſ. Colb. *regens capt. urbium* : forte prò *ſtrage* Idem. *Miſeranda captarum urbium* ſunt ipſæ miſera captæ urbes. *Gron.*

m *Solemur ſocios.*] Sic emendavit Gelenius, cum Editione Rom. legatur *ut ſomnium ſociis*, * perinde Toloſ. * [& Colbert.] In Mſ. Reg. *iſomnium ſociis* * ut in Mſ. Vatic. Fortè Marcellinus ſcripſerat, *voti mnium ſociis.* * Valeſ.

n *Omnibus ſecundis.*] Lege *ominibus* : ut Editio

lis in pugna me uſquam fuderit, mihi verò pro Romano orbe memet voviſſe ſufficiet, ut Curtii [2] *Muciique veteres, & clara proſapia Deciorum. Abolenda nobis natio moleſtiſſima, cujus in gladiis nondum noſtræ propinquitatis exaruit cruor. Plures abſumptæ ſunt majoribus noſtris ætates, ut interirent radicitus quæ vexabant. Devicta eſt perplexo & diuturno Marte Carthago: ſed eam Dux inclytus timuit* [o] *ſupereſſe* [3] *victoriæ. Evertit funditus Numantiam Scipio poſt multiplices caſus obſidionis emenſos. Fidenas, ne Imperio ſubcreſcerent æmulæ, Roma ſubvertit: & Faliſcos ita oppreſſit, & Veios,* [p] *ut ſuadere nobis laboret monumentorum veterum fides, ut has civitates aliquando valuiſſe credamus. Hæc ut antiquitatum peritus expoſui: supereſt ut aviditate rapiendi poſthabita, quæ inſidiatrix ſæpe Romani militis fuit,* [q] *quiſque agmini cohærens incedat; cùm ad neceſſitatem congrediendi fuerit ventum, ſigna propria ſecuturus; ſciens quòd ſi remanſerit uſquam, exſectis cruribus relinquetur. Nihil enim præter dolos & inſidias hoſtium vereor nimiùm callidorum. Ad ſummam polliceor univerſis, rebus poſt hæc proſperè mitigatis, abſque omni prærogativa Principum, qui quod dixerint vel cenſuerint pro poteſtate auctoritatis juſtum eſſe exiſtimant, rationem me rectè conſultorum vel ſecus, ſi quis exegerit, redditurum. Quocirca erigite jam nunc quæſo, erigite animos veſtros,* [r] *multa præſumentes & bona, æquata ſorte vobiſcum quidquid occurrerit difficile ſubituri, & conjectantes æquitati ſem-*

2 Steph. *Mutiique tres.* 3 Mſ. *victoriæ.*

...ephani præfert, quæ ex Baſilienſi Sig. Gelenii Editione profluxit. *Valeſ.*

o *Supereſſe victor.*] In Mſſ. Flor. & Regio, * Vatic. * [ac Colbert.] & in Editione Rom. ac Mariangeli exaratum eſt, *victoriæ*: quare non dubito, totum hunc locum ſic legi debere: *Devicta eſt perplexo & diuturno Marte Carthago: ſed eam Dux inclytus timuit ſupereſſe victoriæ. Evertit funditus Numantiam Scipio poſt multiplices caſus obſidionis emenſos.* Qua emendatione nihil jam clarius. Interpunctiones enim ipſæ ſunt ex Codice Regio, cui Editio Rom. & Mar. aſſentitur. Tantùm ex vocabulo *dum*, *Dux* fecimus, moti ſimili loco libri XXVI. in quo, *partium dum in ancipiti Agilo*, habent omnes ſcripti codices eodem errore. * Ceterùm Marcellinus hoc loco imitatus eſſe videtur Senecam, qui in Conſolatione ad Polybium, de AEmiliano Scipione hæc dicit: *Vir in hoc natus, ne urbi Romanæ aut Scipio deeſſet, aut Carthago ſupereſſet.* * Idem.

p *Ut ſuadere nobis laboret*, &c.] Lucium Florum imitatus videtur, qui lib. 1. ait: *Laborat Annalium fides, ut Veios fuiſſe credamus.* Eâdem propè figurâ uſus Demoſthenes, ut urbium excidium à Philippo dirutarum Athenienſibus ob oculos poneret, Philipp. 3. ὄλυνθον μὲν καὶ μεθώνην καὶ ἀπολλωνίαν καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ θρᾴκης ἐῶ, ἃς ἁπάσας οὕτως ὠμῶς ἀνῄρηκεν, ὥστε μηδένα μηδ' εἰ πώποτε ᾠκίσθησαν εἶναι ῥᾴδιον προσελθόντ' εἰπεῖν. Quod Demoſthenis dictum, ut & alia plurima, ſtudioſè imitatus eſt Philo in lib. de vita Moſis: τὰς μὲν οὖν πόλεις ἢ κατασκάπτοντες ἢ ἐμπιπράντες ἠφάνισαν, ὡς μηδ' εἰ τὴν ἀρχὴν ᾠκίσθησαν εἰπεῖν ἔχειν. Idem.

q *Quiſque agmini cohærens incedat -- ſigna propria ſequut.*] Militaris hæc tota dictio eſt, & qua in allocutionibus Impp. & exercitus duces utebantur: ſive in campo armatos exercerent, ſive ſerio Marte pugna cum hoſtibus pugnanda eſſet. Urbicus in Tacticis, quæ Mſſ. in Biblioth. Magni Ducis Etruriæ exſtant: Παραγγέλλει ὁ μανδάτωρ· CIΛENTIO MANΔATA. KOMΠΛETE. NON. BOCTOTPBATIC. OPΔINEM. CEPBATE. BANΔA CEKYITE. NEMO ΔEMITTAT. BANΔOTM ET INIMIKOC. CEKE. Καὶ κινεῖσι πρᾴως καὶ ἡσύχως, ὥστε μηδὲ ψιθυρισμὸν γίνεσθαι παρά τινος. Iterum cap. XXI. παραγγέλλει ὁ Μανδάτωρ. Τὰς παραγγελθείσας ἐντολὰς τηρήσατε, μὴ διαταράξητε τὴν παράταξιν. Τὸ δὲ βάνδον ἅπαντες βλέπετε, καὶ μηδεὶς ἐξ ὑμῶν καταλείψῃ αὐτὸ, ἀλλ' ἴσως τοὺς ἐχθροὺς καὶ ἁρμοδίως καταδιώκετε. Lindenbr.

r *Multa præſumentes bona, & æquata.*] Hæc oratio ſatis languida eſt: ſed aliter in Regio, * & in Toloſ. codice * [ac Colbert.] & in Romana ac Mar. Editione concipitur: *Erigite animos veſtros multa præſumentes & bona, æquata ſorte no &c.* Quod ſanè fortiùs & numeroſiùs ad aures accidit. Eſt autem phraſis Græca: *Multa præſ. & bona.* πολλὰ καὶ ἀγαθὰ προσλαμβάνοντες ταῖς ἐλπίσι: ubi καὶ eleganter παρέλκει. Cujus locutionis exempla paſſim a-

per ſolere jungi victoriam. [s] Concluſa oratione ad hunc gratiſſimum finem ductoris gloriâ prœliator miles exſultans, [t] ſpéque proſperorum elatior, ſublatis altiùs ſcutis nihil periculoſum fore vel arduum clamitabat, ſub Imperatore plus ſibi laboris quàm gregariis indicente. Maximè omnium id numer Gallicani fremitu lætiore monſtrabant: memores aliquoties eo ductante, pér que ordines diſcurrente, cadentes vidiſſe gentes aliquas, alias ſupplicantes.

CAP. VI. Res adegit huc prolapſa, ut in exceſſu celeri ſitum monſtrar Perſidis, deſcriptoribus gentium [4] curioſè digeſtum, è quibus ægrè vera dixe re pauciſſimi. Quòd autem erit paullo prolixior textus, ad ſcientiam proficie plenam. Quiſquis enim adfectat nimiam brevitatem ubi narrantur incognita non quid ſignatiùs explicet, ſed quid debeat præteriri ſcrutatur. Hoc regnun quondam exiguum, [v] multíſque antea nominibus appellatum ob cauſas qua ſæpe retulimus: cùm [x] apud Babylona Magnum fata rapuiſſent Alexandrum in vocabulum Parthi conceſſit [y] Arſacis obſcurè geniti, latronum inter adol ſcentiæ rudimenta ductoris, verùm [z] paullatim in melius mutato propoſitc clarorum contextu factorum aucti ſublimiùs. Qui poſt multa glorioſè & fort ter geſta, [a] ſuperato Nicatore Seleuco ejuſdem Alexandri ſucceſſore, cui v

4 *Mſ.* curioſè digeſtis.

---

pud Græcos tam Oratores quàm Hiſtoricos occurrunt. Apud Dionem Cocceianum lib. 44. pag. 259. πολλῶν καὶ γυναίων: ubi Leunclavius eam particulam tamquam otioſam incluſit, & expungendam putavit: ſed idem Dio pag. 287. ſimiliter eam uſurpat. *Valeſ.*

s *Concluſa oratione ad hunc graviſſimum finem.*] Placet *gratiſſimum*, ut in Editione Rob. Stephani & Mariangeli, & Rom. & in Regio cod. [Colbert] * Vatic. ac Toloſ. * exaratum eſt; quod ſequentia planè confirmant. Ceterùm omittendum non eſt, quod refert Zoſimus in libro 3. Julianum finita hac oratione centum ac triginta nummos argenteos ſingulis militibus donativi nomine erogaſſe. ἀπὸ τινος βήματος πᾶσιν ὁμοῦ τὰ καθήκοντα προσφωνήσας ἀργυρᾶ τε νομισμάτων τριάκοντα καὶ ρ' τῶν στρατιωτῶν ἕκαστον δόσει τιμήσας, τὴν ἐπὶ Πέρσας εἰσβολὴν ἐποιήσατο. Quod quidem ſi verum eſt, (neque enim Zoſimo aut Eunapio quem exſcripſit, hac in parte fidem derogare poſſumus) quo modo Amm. Marcellinus id prætermiſit? Sanè exiſtimo Amm. Marcellinum de hoc donativo intellexiſſe in lib 22. cùm ait: *Et militibus orationibus crebris ſtipendióque competenti ad expedienda incidentia promptiùs animatis, cunctorum favore ſublimis Antiochiam ire contendens.* Idem.

t *Speque in proſperum elatior.*] Fortè *ſpéque inde proſperorum elatior:* atque ita Ammianum ſcripſiſſe exiſtimo. In Regio reperi, *ſpéque proſperorum*, in Editione Rom. *ſpéque proſperum.* [In Mſ. Colbert. *ſpéque proſperũm.* Idem.

v *Multiſque antea nominibus appellatum.*] Primò enim Medorum regnum vocatum eſt debellatis Aſſyriis duce Arbace: inde Perſarum, devictis Medis duce Cyro: unde & Medorum imperium etiam poſt Cyrum à multis Auctoribus dicitur, quod revera Perſarum erat; & b illa Darii, & Xerxis τὰ μηδικὰ ab Herodoto, & Thu dide appellantur, quod etiam à Scholiaſte Thucydi lib. 1. notatur. Poſtea Parthica Dynaſtia conſtituta auctore Arſace Partho, de quo mox videbimus; ac de de rurſus Perſarum imperium velut poſtliminio reſti tum eſt ab Artaxerxe, Alexandri Severi temporibus, ſcribunt Herodianus, Zoſimus, Agathias. *Idem.*

x *Apud Babylona Magnum fata rapuiſſent Alexan* Q. Curtius lib. x. Juſtinus lib, XII. Plutarchus in Alex dro. *Lindenbr.*

y *Arſacis Parthi.*] Parthum fuiſſe Arſacem Hero nus ac Zoſimus in Geſtis Alexandri Severi teſtant Strabo lib. XI. & Suidas in v. Ἀρσάκης Scytham eum minant, levi utique diſcrimine: cùm ſatis conſtet, P thos a Scythis originem ducere. Alii Bactrianum Ar cem faciunt, teſte ibidem Strabone. *Valeſ.*

z *Paulatim in melius mutato propoſito*] Magnor virorum, qui ex perditâ nequitiâ pedetentim in meliu mendati, præſtantiſſimarum poſtea virtutum ſpecim dedere, apud Val. Maximum exempla exſtant lib. IX. c 6. De hoc verò Arſace plura Juſtinus lib. XLI. *Linden*

a *Superato Nicatore Seleuco.*] Hic fallitur Amm. M cellinus. Neque enim Seleucus Nicator, verùm Seleu alter cognomento Callinicus, quartus à Nicatore Sy Rex, ab Arſace ſuperatus eſt, ut disertè docet Juſti lib. 41. & Strabo lib. XI. Vera autem Imperii Parthor epocha ſic habet. Poſt obitum Alexandri Magni, Pa primùm Antigono, inde Seleuco Nicatori paruerun cujus nepote Antiocho Divo primùm defecêre 1. Pun bello, L. Manlio Volſone, C. Atilio Regulo Coſſ. q pud Græcos erat annus 2. Olymp. 132. Cauſa defectio

ctoriarum crebritas hoc indiderat cognomentum, præſidiiſque Macedonum pulſis ipſe tranquilliùs agens temperator obedientium fuit & arbiter lenis. Deniquepoſt finitima cuncta, vi vel æquitatis conſideratione, vel metu ſubacta, civitatum & caſtrorum caſtellorúmque munimentis oppleta Perſide, adſuefactáque timori eſſe accolis omnibus, quos antea formidabat, [b] medium ipſe agens curſum ætatis, placida morte deceſſit. Certatímque Summatum & vulgi ſententiis concinentibus, aſtris (ut ipſi exiſtimant) ritus ſui conſecratione permiſtus eſt omnium primus. Unde ad id tempus Reges ejuſdem gentis prætumidi, appellari ſe patiuntur Solis fratres & Lunæ: [c] útque Imperatoribus noſtris Auguſta nuncupatio amabilis eſt & optata; ita Regibus Parthicis abjectis & ignobilibus antea, incrementa dignitatum felicibus Arſacis auſpiciis acceſſere vel maxima. Quamobrem numinis eum vice venerantur & colunt, eouſque propagatis honoribus, ut ad noſtri memoriam non niſi Arſacides is ſit, quiſquam in ſuſcipiendo Regno cunctis anteponatur: & in qualibet civili concertatione, quæ [5] adſiduè apud eos eveniunt, velut ſacrilegium quiſque caveat, ne dextera ſua Arſacidem arma geſtantem feriat vel privatum. Satíſque conſtat

5 *Mſ.* aſſiduè.

æc fuiſſe dicitur. Arſaces ac Tiridates ambo fratres, Arſacis filii, Phriapiti nepotes erant. Horum alter Tiridates graviter ferens ſe à Pherecle Satrapa, quem Antiochus Divus Parthiæ præfecerat, de ſtupro ſollicitatum eſſe, rem fratri aperuit. Arſaces mox adjuncto fratre, & quinque ſociis Phereclem facto impetu obtruncat, & Parthos pulſis Macedonibus in libertatem aſſerit. Ipſe à Parthis ob virtutem Rex ſalutatus eſt, ut ſcribit Arrianus in Parthicis, cujus verba refert Photius in Bibliotheca. Arriani tamen verba paullo aliter refert Georgius Syncellus in Chronico, pag. 54. Editionis Joſephi Scaligeri. Præfectum enim ipſum Agathoclem, non Phereclem appellat. Ἀρσάκης, inquit, καὶ Τηριδάτης ἀδελφοὶ, τὸ γένος ἕλκοντες ἀπὸ τοῦ Περσῶν Ἀρταξέρξου, ἐσατράπευον Βακτρίων ἐπὶ Ἀγαθοκλέους Μακεδόνος ἐπάρχου τῆς Περσικῆς· ὃς Ἀγαθοκλῆς ἐρασθεὶς Τηριδάτου, ὥς Ἀρριανός φησι, ἑνὸς τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῷ νεανίσκῳ σπουδάζων ἐπιβουλεῦσαι, διαμαρτήσας ἀνῃρέθη παρ' αὐτοῦ καὶ Ἀρσάκου ἀδελφοῦ. Atque hoc Parthici regni initium fuit. Cujus opes brevì auctæ ſunt, adeo ut Arſaces acie collata Seleucum Callinicum, qui Antiocho Divo ſucceſſerat, devicerit: quem diem Parthi exinde ſollemnem, ut initium libertatis obſervant: quemadmodum ſcribit Juſtinus lib. XLI. Duplex igitur epocha Parthici imperii notanda eſt, prior à defectione Parthorum ſub Antiocho Theo conſurgit; ſecunda à victoria inſigni qua Seleucus Callinicus ab iiſdem ſuperatus eſt, deducitur. Atque ita diſſenſum ſcriptorum conciliare ſoleo: quorum alii ſub Antiocho Theo, in quibus eſt Arrianus, Trogus Pompeius, & Euſebius; alii ſub Seleuco Callinico, ut Georgius Syncellus, & Appianus in Syriacis, & Juſtinus ac Strabo, Parthici imperii initium collocarunt. Hos enim de ſecunda, illos de priore epocha ſenſiſſe exiſtimo. Euſebius autem & Juſtinus contraria ac ſibi pugnantia dicunt. Namque Euſebius Olymp. 133. anno 1. Antiochi Divi quartodecimo, Parthos à Macedonibus defeciſſe memorat. Atqui is erat annus primus Seleuci Callinici, qui anno 1. 133 Olymp. regnum orſus eſt. Peccat enim Euſebius anachroniſmo biennii, ex eo quòd Seleuci Nicatoris obitum biennio tardiùs aſſignat: quem Ptolemæo Ceranno biennium ſuperfuiſſe ſcribit, cùm conſtet eum à Ptolemæo Ceranno eſſe occiſum: quæ maxima imprudentia eſt. Similiter & Juſtinus Perſas ait primum à Seleuco Callinico pronepote Nicatoris deſciviſſe, Manlio Volſone & Atilio Regulo Coſſ. qui Conſulatus cùm in annum 2. Olymp. 132. inciderit, apparet non Seleucum Callinicum ſed Antiochum Divum tum in Syria imperaſſe. *Valeſ.*

b *Medium agens curſum ætatis placida morte d.*] Juſtinus lib. cit. *Sic Arſaces quæſito ſimul conſtitutóque regno, matura ſenectute decedit*: quod ab Ammiano Marcellino fortè non diſſidet: ſenectus enim in aliquibus velocior & maturior eſt: alii autem tardiùs ſeneſcunt. Sed Georgius Syncellus in Chronico prorſus ab Ammiano diſſentit, biennio tantùm regnaſſe Arſacem dicens, & violenta morte exſtinctum: καὶ βασιλεύει Περσῶν Ἀρσάκης, ἀφ' οὗ οἱ Περσῶν βασιλεῖς Ἀρσακίδαι ἐχρημάτιζαν, ἔτη β'. καὶ ἀναιρεῖται. καὶ μετ' αὐτὸν Τηριδάτης ἀδελφὸς ἔτη λζ' Idem.

c *Utque Imperatorib. noſtris Auguſta nuncupatio amabilis eſt & optata, ita Regibus Parthicis, &c.*] Juſtinus lib. XLI. *Tertius Parthis Rex Priapatius fuit, ſed & ipſe Arſacius dictus: nam, ſicut ſuprà dictum eſt, omnes Reges ſuos hoc nomine, ſicut Romani Cæſares Auguſtoſque cognominavere.* Dio lib. XL. ὅθενπερ καὶ οἱ ἔπειτα βασιλεύσαντες αὐτῶν (de Arſace ſermo fuit) Ἀρσακίδαι ἐπωνομάσθησαν. Strabo lib. XV. Procopius Perſicor. lib. II. Suidas in Ἀρσάκης. Iſidorus Orig. lib. IX. cap. 3. Servius Æneid. lib. VI. & XII. *Lindenbr.*

hanc gentem regna, populis vi ſuperatis compluribus, dilataſſe [d] adusque Propontidem & Thracias: ſed altè ſpirantium ducum ſuperbiâ, licenter graſſantium per longinqua, ærumnis maximis imminutam: primò per Cyrum, quem Boſpori fretum cum multitudine fabuloſa tranſgreſſum, ad internecionem delevit [e f] Tomyris Regina Scytharum, ultrix acerrima filiorum. Deinde cùm Dareus, poſteáque Xerxes Græciam elementorum uſu mutato aggreſſi, cunctis pæne copiis terrâ maríque conſumptis, vix ipſi tutum invenere diſceſſum: ut bella prætereamus Alexandri, & [g] teſtamento nationem omnem in ſucceſſoris unius jura tranſlatam. Quibus peractis tranſcurſíſque temporibus longis, ſub Conſulibus, & deinceps in poteſtatem Cæſarum redactâ Repub. nobiſcum eæ nationes ſubinde dimicarunt, paribúſque momentis interdum aliquoties ſuperatæ, nonnumquam abiere victrices. Nunc locorum ſitum quantum ratio ſinit, carptim brevitérque abſolvam. Hæ regiones in amplitudines diffuſæ longas & latas, ex omni latere inſuloſum & celebre Perſicum ambiunt mare: [h] cujus oſtia adeo eſſe perhibentur anguſta, ut ex Harmozonte Carmaniæ promuntorio contrà oppoſitum aliud promuntorium, [i] quod appellant incolæ Maces, ſine impedimento cernatur. Quibus anguſtiis permeatis, cùm latitudo patuerit nimis extenſa, navigatio adusque urbem Teredon

d *Aduſque Propontidem & Thracias.*] Vide infrà pag. 295. Hinc Sapor in Epiſtola ad Conſtantium Aug. quæ refertur lib. 17. *Aduſque Strymona flumen & Macedonicos fines tenuiſſe majores meos, antiquitates quoque veſtræ teſtantur.* Sanè Megabyzus dux Darii Regis Perſarum, Thraciam ſubegit, & ad Macedoniam uſque penetravit: primúſque Thraciæ Satrapa conſtitutus eſt, teſte Herodoto lib. 5. Eadem vanitas Artabani, apud Tacitum in 6. Ann. ac deinde Artaxerxis, apud Herodianum in principio lib. 6. *Valeſ.*

e *Tamyris Regina*] Al. *Tomyris*: neque ſecius Herodotus lib 1. Oroſius lib. 11. cap. 7. Plures tamen ita vocant, ut ex Mſ. edidimus. Vid. Juſtin. lib. 1. Jul. Front. Strateg. lib. 11. cap. 5. Val. Max. lib. IX. cap. 10. *Lindenbr.*

f *Tamyris.*] In Mſ. Regio * & Vatic. * ac Mariangeli Edit. *Tomyris* ſcribitur: neque alteram lectionem Lindenbrogius præferre debuit. Ubicumque enim ſcriptum eſt *Tamyris*, mendosè ſcriptum eſſe non dubito: τώμυρις enim ab Herodoto ac Diodoro Siculo aliiſque appellatur. Jordanes in Geticis ſcribit, Tomyrum in Mœſiaco litore Tomes ſeu Tomos opidum è ſuo nomine condidiſſe: quod procedere non poteſt: ſi Tamyris ſcribitur. *Valeſ.*

g *Et teſtamento nationem omnem.*] Quidam Scriptores teſtamento Alexandri ſingulis Præfectis diſtributas eſſe provincias memorant. Sic enim Auctor libri primi Machabæorum affirmat, & Excerpta Chronologica hominis ſemibarbari, à Scaligero edita: *Veniens ad mortem Alexander, teſtamentum ſcripſit, ut unuſquiſque Principum Alexandri regnarent ſinguli in proprias eorum provincias ſic, &c.* Sed Q. Curtius, & Arrianus, ac Diodorus Siculus fabulam hanc ſatis refutant. Curtii verba lib. x. in ne maximè hîc faciunt: *Crediderе quidam teſtamento Alexandri diſtributas eſſe provincias: ſed famam ejus rei, quamquam ab Auctoribus tradita eſt, vanam fuiſſe comperimus.* Idem.

h *Cujus oſtia adeo eſſe perh. anguſta*] Totus hic locus ex Eratoſthene tranſlatus eſſe videtur: cujus verba refert Strabo lib. 16. φησὶ δὲ περὶ αὐτῆς Περσικῆς θαλάττης Ἐρατοσθένης οὕτως, ὅτι τὸ μὲν στόμα φασὶν εἶναι στενὸν οὕτως ὥστ' ἐξ Ἁρμόζων τῆς τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου, τὸ τῆς Ἀραβίας ἀφορᾶται τὸ ἐν Μάκαις. Plinius autem a ſeipſo diſſentit. Nam lib. 6. cap. 24. ait Perſicum introitum alii 5. mill. paſſ. latitudinis; alii quatuor fecerunt. Idem verò cap 23. ſic ſcribit: *Inde promuntorium Carmaniæ eſt, ex quo in adverſam oram ad gentem Arabiæ Macas trajectus diſtat quinquaginta millibus paſſuum.* Eademque repetit cap. 28. ſed utrobique, *quinque mill.* ſcribendum eſſe exiſtimo. Alioquin quomodo verum eſſet, quod Eratoſthenes affirmat & noſter Marcellinus, ex Harmozonte Carmaniæ promuntorio oppoſitum Macarum promuntorium facillimè cerni. Μακῶν ἄκρον memorat & Ptolemæus in deſcriptione Carmaniæ. *Idem.*

i *Quod appellant incolæ Maces.*] Eratoſthenes dicit τὸ ἐν Μάκαις. Quare ita Ammianum quoque ſcripſiſſe veriſimile eſt, *quod appellant incolæ ἐν Μάκαις*: quod ab imperitis poſtea depravatum eſt. Certè vulgata lectio ferri non poteſt. Neque enim incolæ ipſi Maces, ſed Macæ ab omnibus Geographis veteribus appellantur: aut promuntorium ipſum dicitur Maces, ſed Macera, teſte Arriano in libro, qui Indica inſcribitur. *Idem.*

porrigitur, ubi poſt jacturas multiplices pelago miſcetur Euphrates: omníſque ſinus dimenſione litorea [k] in numerum viginti millium ſtadiorum velut [l] ſpatio detornato finitur: cujus per oras omnes oppidorum eſt denſitas & vicorum, naviúmque crebri diſcurſus. Ergo permeatis anguſtiis antedictis, venitur ad Armeniæ ſinum, orienti objectum intervallo. [m] Cantichus nomine panditur ſinus auſtralis: haud procul inde alius [n] quem vocant Chaliten, occiduo obnoxius ſideri. Hinc præſtrictis pluribus inſulis, è quibus paucæ ſunt notæ, Indorum mari junguntur Oceano, qui ferventem Solis exortum ſuſcipit omnium primus, ipſe quoque nimiùm calens. Utque geographici ſtili formarunt, hac ſpecie diſtinguitur omnis circuitus ante dictus. Ab Arctoo cardine adusque Caſpias portas Caduſiis conterminat, & Scytharum gentibus multis, & [o] Arimaſpis hominibus luſcis & feris: ab occidua plaga contingit Armenios, & Niphaten, & in Aſia ſitos Albanos, [p] mare Rubrum, & [q] Scenitas Arabas quos Saracenos poſteritas appellavit: Meſopotamiam [r] ſub axe meridiali deſpectat: Orienti à fronte contrarius, ad Gangen extenditur flumen, quod Indorum interſecans terras, in pelagus ejectatur Auſtrale. Sunt autem in omni Perſide hæ regiones maximæ, quas [ſ] Vitaxæ, id eſt, Magiſtri equitum curant, &

k *In numerum* xx. *mill. ſt.*] Conſentit Eratoſthenes his verbis quæ Ammiano Marcellino lucem adferunt: τὸ δὲ τοῦ ςόματος ἡ ἐν δεξιᾷ παραλία περιφερὴς οὖσα κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ἀπὸ τῆς Καρμανίας πρὸς ἕω μικρὸν εἶτα πρὸς ἄρκτον νεύει, καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν ἑσπέραν μέχρι Τερηδόνος καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Εὐφράτου. περιέχει δὲ τήν τε Καρμανίαν παραλίαν καὶ τὴν Περσῶν, καὶ Σουσίων, καὶ Βαβυλωνίων ἀπὸ μέρους, ὅσον μυρίων οὖσαν ςαδίων. τὸ δ᾽ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸ ςόμα, πάλιν ἄλλοι τοσοῦτοι. &c. Hinc intelligimus cur ſpatium detornatum dixerit Ammianus. Eſt enim Perſicus ſinus prorſus circulari ambitu navigabilis. Præclarè igitur Plinius lib. 6. ſitum ejus humani capitis effigie eſſe dixit. Sed quod ibidem Plinius ſcribit, ejuſdem circuitum eſſe 25. millium paſſuum, ut Eratoſthenes tradit: ex loco ipſo Eratoſthenis quem proximè adduximus falſi convincitur. *Valeſ.*

l *Spatio detornato*] Id eſt, rotundo ſpatio, ut lib. 31. *ad ſpeciem rotunditatis detornata.* Gellius lib. IX. cap. 8. *ſententiam detornatam incluſamque verbis his pauciſſimis.* Cicero de Univerſo p. 442. *Ita tornavit, ut nihil effici poſſit rotundius.* * Lindenbr.

m *Cantichus nomine pand. ſinus.*] In Reg. * & Toll. * *Cautichus.* In Editione Mariangeli Accurſii *Catacus* legitur: quod ex officina Petri Caſtelli illius manavit, qui Editionem Bononienſem fabricavit. Fortè *Meſiticus* legendum eſt, μεσανίτης ſinus Perſici maris eſt apud Ptolemæum in Arabiæ deſertæ ſitu, & apud Marcianum ac Stephanum. * An potiùs ſcribendum eſt *Elaniticus*? De quo ſinu Plinius in lib. 6. Strabo, Diodorus & reliqui. * *Valeſ.*

n *Quem vocant Chaliten.*] Ptolemæus lib. 6. in deſcriptione Felicis Arabiæ Σαχαλίτην κόλπον appellat, eíque cognomines Arabiæ populos Sachalitas: Sed Marcianus, non ille Heracleota qui περιήγησιν verſu comico conſcripſit, ſed alter longè recentior, lib. 1. περίπλου, hunc ſinum Aſchalitem nominat, & maximum eſſe ait, utpote qui ad oſtium uſque ſinus Perſici penetret. Sed Arrianus in periplo maris Erythræi Sachaliten quoque nuncupat, & Stephanus. *Idem.*

o *Arimaſpis hominibus luſcis*]. Solinus: *Arimaſpi circa Geſclithron poſiti, unocula gens eſt.* Lindenbr.

p *Mare Rubrum.*] Immo *mare Rubrum* huic oræ prorſus ad meridiem eſt: ut ait Plinius cap. 25. lib. 6. Meſopotamia verò ab Occidente. *Valeſ.*

q *Scenitas Arabas quos Saracenos poſt. app.*] Saracenos tamen à Scenitis diſtinguunt Plinius lib. 6. cap 28. ac Ptolemæus. Notandum eſt autem, quod ait Plutarchus in Lucullo, *Scenitas Arabas* ex ſuis ſedibus eſſe tranſlatos à Tigrane Armeniorum Rege, quos in Ciliciam Commagenémque deduxit teſte Plinio Secundo in libro 6. De Saracenorum Etymologia vide Scaligerum in Euſebii Chronicon: ubi tamen fallitur, cùm ait antiquiorem Ptolemæo neminem exſtare, qui Saracenorum meminerit. Atqui Plinius Ptolemæo vetuſtior eos diſerte nominat. *Idem.*

r *Sub axe meridionali.*] Regius codex [& Colbert.] habet *meridiali*, & ſic poſtulat analogia: quare barbarè loquuntur qui meridionalem dicunt. Apud Gellium lib. 2. cap. 21. codex Regius *meridialem ventum* habet. Valeſ. Et ſane jam dixit 22, 15. *a meridiali latere.* Gronov.

ſ *Vitaxæ, id eſt, Magiſtri equitum.*] Hanc vocem Perſicam in Lexico Heſychii aliter interpretatam reperi: βίταξ ὁ βασιλεὺς παρὰ Πέρσαις: unde non immeritò quis ſuſpicari poſſet, hunc locum Ammiani tranſpoſitum eſſe, ac legendum: *Vitaxæ, id eſt Reges, & Magiſtri equitum*

Regis Satrapæ. (nam minores plurimas recenſere difficile eſt & ſuperfluum Aſſyria, Suſiana, Media, Perſis, Parthia, Carmania major, Hyrcania, Ma giana, Bactriani, Sogdiani, Sacæ, Scythia ultra [ſ] Emodem montem, Seric: Aria, [t] Paropaniſadæ, Drangiana, Arachoſia, & [v] Gedroſia. Citra omnes pr pinqua eſt nobis Aſſyria, celebritate & magnitudine, & multiformi feracita ditiſſima: quæ per populos pagóſque amplos diffuſa quondam & copioſa, unum conceſſit vocabulum, & nunc omnis appellatur Aſſyria: ubi inter bac rum vulgariúmque abundantiam frugum bitumen naſcitur [x] prope [y] lacu nomine Soſingiten, cujus alveo Tigris voratus fluénſque ſubterraneus, percu ſis ſpatiis longis emergit. [z] Hic & [a] naphtha gignitur piceâ ſpecie glutinoſ ſimilis ipſa quoque bitumini: cui etiamſi avicula inſederit brevis, præpedi volatu ſubverſa penitus evaneſcit. Et cùm hoc liquoris ardere cœperit genu

curant & Satrapæ. Sed abſque ſcriptorum codicum auctoritate equidem id aſſerere nolim. Perſicarum autem dignitatum nomina hæc memorantur à Procopio lib. 1. Perſic. χαναῤῥαγὰν, quod eſt Magiſter militum ſeu Dux limitis: & οὐαρίζης, quod quidem dignitatis nomen eſſe Procopius ſcribit, ſed quid ſignificet non expreſſit: & μιῤῥάνης, quod eſt Magiſter militum. Marcellinus lib. 25. initio Merenem vocat equeſtris Magiſtrum militiæ. Theophylactus quoque Simocatta lib. 1. ait Cardarigan nomen eſſe dignitatis apud Perſas, ac ſollemne eſſe Perſis ex dignitatibus nomen ſortiri, ut qui à parentibus indita ſibi nomina dedignentur: φίλον γὰρ Πέρσαις ἐκ τῶν ἀξιωμάτων προσαγορεύεσθαι. Idem lib 3. in fine δαρδιμιδοὺμ dignitatem ſummam eſſe ait apud Perſas, quam Rom. Curopalatem vocant. Libro autem 4. cap. 2. φεργχάνην ait dici à Perſis, quam Rom. magiſteriam dignitatem vocant. Zich quoque maximæ apud Perſas dignitatis nomen, teſte Menandro Protectore lib. 1. Poſtremò Surena dignitatis nomen ſecundæ poſt Regem, teſte Ammiano, Zoſimo, & Plutarcho. Eſt autem Surena Syriacè Dominus noſter: *ſur* enim Dominum ſignificat, *ena* noſter. Valeſ.

ſ *Emodem montem*] Infra vocat *Emodon*: & credibile hîc eodem modo vocaſſe. *Gron.*

t *Paropamiſadæ.*] Rectiùs in Regio codice, & Roberti Stephani Editione legitur *Paropaniſadæ*: ſic enim Ptolemæus lib. 6. & Tabula Peutingerorum. Strabo tamen *Parapamiſadas*, montem ipſum *Paropamiſum* vocat. *Valeſ.*

v *Gedroſia.*] In Mſ. Regio, * Toloſ. Vatic. * [& Colbert.] & Romana Editione reperi *Cedroſia*: quod ſpernendum non eſt. Nam Alexander Polyhiſtor ita ſcripſerat κεδρωσία, teſte Stephano: quod exemplaris mendum fuiſſe fruſtra ſuſpicatur Stephanus. Nam & Diodorus lib. 18. ſic nominat: & in Excerptis Chronolog. editis à Scaligero *Cedruſia* dicitur, & in Suidæ Lexico. Arrianus γαδρωσίαν ſemper appellat. *Idem.*

x *Prope lacum nomine Soſingiten*] Strabo *Thonitin* vocat lib. XVI. διαῤῥεῖ γὰρ ὁ Τίγρις τὴν Θωνῖτιν καλουμένην λίμνην κατὰ μέσον. περαιωθεὶς δ' ἐπὶ θάτερον χεῖλος, κατὰ γῆς δύεται μετὰ πολλοῦ καὶ ψόφου καὶ ἀναφυσημάτων. ἐπὶ πολὺ δ' ἐνεχθεὶς ἀφανὴς, ἀνίσχει πάλιν οὐ πολὺ ἄπωθεν τῆς Γορδυαίας. Lindenbr.

y *Lacum nomine Soſingiten*] De hoc ſubterraneo lapſu Tigridos diſputat Salmaſius ad Solinum pag. 693 ſeqq. exiſtimans Soſingiten appellari Ammiano, Thoſpites vel Thonites dicitur aliis, ſtatuitque in ipſ ſe Meſopotamia; quod jam non excutio. Juſtinus quinque & viginti millia paſſuum ſub terras currere bit libro XLII. *Gron.*

z *Hic & naphtha gignitur*] De naphtha iterum mianus hoc ipſo libro; eamque ita gentili, id eſt barb vocabulo dici monet: unde & Turcis & Arabibu hunc uſque diem *Nepht* appellatur. Jocularis ergo broſii Epiſcopi, & Magni Grammat. error, qui ἀπὸ συνάπτειν vocari putant. Ambroſii verba hæc ſunt lib. de Noa cap. 6. *Eſt enim bitumen vehementis ad ſtringendum naturæ. Unde Græcè dicitur νάφθα ἀπὸ τοῦ ἅπτειν, quòd disjuncta connectat, nexuque conſtringat diſſolubili, ita ut naturali unitate ſibi credas convenire.* dendus Plinius lib. 11. cap. 105. Tacitus Hiſtor. li Sotion περὶ ποταμῶν. * Cyprianus in carmine de Sod p. 452. * Plutarchus in Alexandro, G. Codinus in ſcriptione CP. Xiphilinus lib. XXXV. Heſychius & Su in Νάφθα; ex recentioribus verò P. Bellonius Rerum tiquar. lib. III. *Lindenbr.*

a *Naphtha picea ſpecie glutinoſa.*] *Naphthas* voc lum eſt barbarum, quo Medi genus quoddam olei dro ſimilis appellant. Probus ex Salluſtio lib. 4. Hiſ *Hoc Naphthas genus eſt olei cedro ſimilis.* Græcis ἡ νά ferè dicitur; interdum tamen ἡ νάφθα. Corruptum tem id vocabulum legitur apud Gregorium Nyſſen. nima: καὶ ὥσπερ ὁ καλούμενος φθὴς ἐξάπτεται τοῦ περὶ τὸ μ πυρωθέντος, οὕτω δὲ καὶ τὸ σῶμα αἰθέριον ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἀνάπτ legendum eſt νάφθης. Apud Simplicium quoque in C mentario in Categorias Ariſtotelis ferè eodem modo pravatum eſt: ὡς αἱ τῆς λύρας χορδαὶ συνάχουσιν (leg. συ σιν) ἀλλήλων πόῤῥω διεστῶσαι, καὶ ὁ ἄφθας (leg. νάφθας) δι πόῤῥωθεν τὸ τοῦ πυρὸς εἶδος. Utrumque errorem in verſi ſua retinuit interpres Latinus. * Quamquam ἄφθας

ıullum inveniet humana mens, præter pulverem exſtinguendi commentum. ? In his pagis hiatus quoque conſpicitur terræ, unde halitus letalis exſurgens, ȷuodcumque animal proximè ſteterit, odore gravi conſumit. Quæ lues oriens ı profundo quodam puteo: [c] cùm os ejus exceſſerit latum, antequam ſublinıùs vagaretur, terras circumſitas inhabitabiles acerbitate feciſſet. Cujus ſimie foramen apud Hierapolim Phrygiæ [d] antehac, ut adſerunt aliqui, videbaır: unde emergens itidem noxius ſpiritus perſeveranti odore [e] quidquid proè venerat corrumpebat, abſque ſpadonibus ſolis: quod quâ causâ eveniat, ationibus phyſicis permittatur. [f] Apud Asbamæi quoque Jovis templum in Cappadocia, ubi ampliſſimus ille Philoſophus Apollonius traditur natus proe oppidum Tyana, ſtagno effluens fons cernitur, qui magnitudine aquarum ıflatus ſeſéque reſorbens, numquam extra margines intumeſcit. Intra hunc ırcuitum Adiabena eſt, Aſſyria priſcis temporibus vocitata, longáque aſſueıdine ad hoc tranſlata vocabulum ea re, quòd inter Ónam & Tigridem ſita avigeros fluvios, adiri vado numquam potuit: *tranſire* enim διαβαίνειν diciıus Græci: & veteres quidem hoc arbitrantur. Nos autem id dicimus, quòd ı his terris amnes ſunt duo perpetui, quos & tranſivimus, [g] Diabas & Adia-

ıpoteſt. Sic enim dicebatur à Græcis, ut ex Strabonis Epitome, & ex Conſtantino Porphyrogenneto docuit Smaſius in Solinum pag. 242. * Græci μηδείας ἔλαιον dêre naphtham teſte Procopio in Perſicis, & Suida. Ncander in Alexipharm.

Ἢν δὲ τὸ μηδείης κολχηΐδος ἐχθόμενον πῦρ
Κεῖνο ποτὸν δέξηται ἐφήμερον.

Sholiaſtes: τὸ ἐφήμερον σκευαστικόν ἐστι φάρμακον, ὃ καὶ οἱ βάρβαροι νάφθαν καλοῦσι, &c. Idem ait Sotion de fluminibus. Veſ.

ꜰ *In his plagis hiatus quoque conſpicitur terræ, &c.*] Gorg. Codinus: Ἐκεῖσε δέ ἐστι τὸ Ἄορνον στόμιον, ἐξ οὗ δεινὸν π..μα ἀναδίδοται, ὡς ἐπιγειον ζῶον ἅπαν καὶ πετεινὸν ἀποφθείρειν, ἐὰν τύχοι ὀσφρανθῆναι. quæ ipſiſſima verba apud Suidam exſtant in Ἀδιαβηνή * Lucret. lib. VI.

In Syria quoque fertur it.m locus eſſe videri,
Quadrupedes quoque quò ſimul ac veſtigia primùm
Intulerint, graviter cogat concidere ipſa:
Manibus ut ſi ſint divis mactata repentè. * Lindenbr.

Cum os ejus exceſſerit latum.] Hujus loci ſenſus valdè obſcurus eſt, quem ſic intelligo. Hunc peſtiferum halıtum è profundo puteo ortum, ſi os ipſum putei exceſſiret, ac per aërem diffunderetur, eas regiones prorſus incultas ac deſertas facturum fuiſſe: ſed nimirum hic halıtus ad crepidinem putei progreſſus, in imum rurſus ret, ac ſeſe reſorbet. Perinde ac fons ille, qui ad Asbamæi Jovis templum in Cappadocia cernitur. *Valeſ.*

Antehac ut adſerunt aliqui videbatur.] Atqui Damaſcius in vita Iſidori qui multò poſt Ammianum vixit, hoc ſpiraculum Hierapoli Phrygiæ adhuc ſua ætate viſu eſſe memorat, ſub templo Apollinis; quod ipſas etiam ſupervolantes aves letali halitu conficeret: ſolíſque initiatis & conſecratis ſecurum atque innoxium ejus introitum fuiſſe: ſéque adeo unâ cum Doro Philoſopho eò deſcendiſſe. *Idem.*

e *Quidquid propè venerat, corrumpebat, abſque ſpadonibus ſolis*] Photius in Biblioth. ex Iſidori Philoſ. Vita. Ὅτι ἐν Ἱεραπόλει τῆς Φρυγίας ἱερὸν ἦν Ἀπόλλωνος, ὑπὸ δὲ τὸν ναὸν καταβάσιον ὑπέκειτο θανασίμους ἀναπνοὰς παρεχόμενον. τοῦτον τὸν βόθρον οὐδ' ἄνωθέν ἐστιν ἀκίνδυνον, οὐ δὲ τοῖς πλείοσι τῶν ζώων διελθεῖν. ἀλλ' ὅσα κατ' αὐτὸν γίνεται, ἀπόλλυται. τοῖς δὲ τετελεσμένοις, φησὶ, δυνατὸν ἦν κατιέντας καὶ εἰς αὐτὸν τὸν μυχὸν ἀβλαβῶς διάγειν. Vid. Strabon. lib. XIII. Plin lib. II. cap. 93. * Apuleium de Mundo pag. 12. * Xiphilin. in Trajano, Codin. in urb. CP. Deſcript. *Lindenbr.*

f *Apud Aſbamæi quoque Jovis templum.*] Idem de hoc fonte ſcribit Philoſtratus in vita Apollonii lib. I. cap. 4. his verbis: ἔστι δέ τι περὶ τύανα ὕδωρ ὅρκιον Διὸς ὥς φασι, καλοῦσι δὲ αὐτὸ ἀσβαμαῖον. οὗ πηγὴ ἀναδίδοται ψυχρά. παφλάζει δὲ ὥσπερ θερμαινόμενος λέβης, &c. Nihil autem à Philoſtrato diſſentit noſter Marcellinus, niſi quòd cognomen Asbamæi Jovi ipſi tribuit, quod Philoſtratus aquæ cognomen eſſe dixerat: quem ſecutus eſt Suidas, Ἀσβαμαῖον ὕδωρ οὕτω καλούμενον. Ceterùm quod de eo fonte ſcribit Marcellinus, effervеſcere eum ſubinde ac mox in ſe redire: idem teſtatur Philoſtratus, cùm dicit, παφλάζει δὲ ὥσπερ θερμαινόμενος λέβης. Id eſt: *Efferveſcit autem more aquæ in lebete bullientis.* Simile eſt quod narrat Ariſtoteles lib. περὶ θαυμασίων ἀκουσμ. cap. 55. de fonte in Palicis Siciliæ, ad quem jurandi causâ perinde ut ad Asbamæum illum fontem conveniebant. *Valeſ.*

g *Diavas & Adiavas.*] Exiſtimo hos fluvios eſſe eos, qui frequentiùs Zabas & Anzabas dicuntur. Ut enim diæta & zæta, * Diacones & Zacones, * Diabolus &

bas, juncti navalibus pontibus: ideóque intelligi [h] Adiabenam cognominatam, ut à fluminibus maximis AEgyptus, Homero auctore, & India, & Euphratenſis antehac Commagena: itidémque Hiberia ex Hibero, nunc Hiſpania, & à Bæti amne inſigni provincia Bætica. In hac Adiabena Ninus eſt civitas, quæ olim Perſidis Regna poſſederat, nomen Nini potentiſſimi quondam Regis Semiramidis mariti declarans, & Ecbatana, & [i] Arbela, & Gaugamela, ubi Darium Alexander poſt diſcrimina varia prœliorum incitato Marte proſtravit. In omni autem Aſſyria multæ ſunt urbes; inter quas [k] Apamia eminet Meſene cognominata, & Teredon, & Apollonia, & [l] Vologeſſia, hiſque ſimiles multæ. Splendidiſſimæ verò & pervulgatæ hæ ſolæ ſunt tres: [m n] Babylon, cujus mœnia bitumine Semiramis ſtruxit, (arcem enim antiquiſſimus Rex condidit Belus) & [o] Cteſiphon, quam Vardanes priſcis temporibus inſtituit, poſteà que Rex Pacorus incolarum viribus amplificatam & mœnibus, Græco indito nomine Perſidis effecit ſpecimen ſummum: poſt hanc [p] Seleucia, ambitioſum opus Nicatoris Seleuci. Quâ [q] per duces Veri Cæſaris (ut antè retulimus) ex

Zabolus, Hippo Diarrytus & Zarrytus promiſcuè dicitur; ita planè Diabas & Zabas. Zabæ autem fl. mentio eſt apud Cedrenum, & in Hiſtoria Miſcella in rebus Geſtis Heraclii. Hic è montibus celſis à Septemtrione exortus modicus fertur: mox in Auſtrum procedens ac torrentibus multis auctus, navigabilis fit, atque in Tigrim delabitur, teſte Theophylacto lib. 4. initio. Adiabas verò ab Ammiano Anzabas dicitur lib. 18. & in Adiabene ponitur. * *Scio quidem Samuëlem* Bocharrum in libro IV. Geographiæ ſacræ cap 19. pro Anzaba Zabam reſtituere in Ammiani noſtri exemplaribus. Sed obſtat omnium codicum auctoritas. * [*Magnus ſabas* ſeu Zabas major in Hiſtoriæ Miſcellæ lib. 18. eſt haud dubiè Adiabas, haud procul à Ninive in Aſſyria: *minor Zabas* in eodem libro eſt is, qui Ammiano Diavas dicitur.] *Valeſ.*

h *Adiavenam cognominatam, ut à flumin.*] Codinus & Suidas: λέγεται δὲ Ἀδιαβηνὴ, διὰ τὸ εἶναι πλείονας ποταμοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ δυσχερεστέραν ποιεῖν τὴν διάβασιν. *Lindenbr.*

i *Arbela & Gaugamela, ubi Darium Alexand.*] Strabo lib. XVI. ἐν δὲ τῇ Ἀτουρίᾳ ἐστὶ Γαυγάμηλα κώμη, ἐν ᾗ συνέβη νικηθῆναι καὶ ἀποβαλεῖν τὴν ἀρχὴν Δαρεῖον. At verò apud Arbela vicum Darium victum Arrianus lib. III. Curtius lib. V. ſcribunt. *Idem.*

k *Apamia Meſene cognominata.*] Plinius lib. 6. cap. 27. Apamiam à Meſſene ſeparat. *Circa Apamiam*, inquit, *Meſſenes opidum*: & ita Stephanus in ἀπάμεια. *Valeſ.*

l *Vologeſſia.*] Stephano βολογεσσιὰς πόλις περὶ τὸν εὐφράτην. Hæc ab eodem Plinio cap. 26. Vologeſocerta dicitur, condita à Vologeſo Parthorum Rege non longè à Babylonia. *Certa* autem Perſicè & Armeniacè opidum ſignificare videtur: unde Vologeſocerta erit Vologeſi opidum; ut Tigranocerta Tigranis. Heſychius: κίρτα πόλις ὑπὸ ἀρμενίων. In Tabula Peutingerorum ad oſtia fl. Tigris ponitur Volocesſia; inde Babylonia 18. dein Seleucia 44. abhinc Rache 60. lege *Ragæ*. *Idem.*

m *Babylon, cujus mœnia bitumine Semiramis ſtruxit* Strabo lib. XVI. Juſtinus lib. I. Curtius lib. V. Oroſius lib. II. cap. 7. Solin. cap. 60. Stephanus in βαβυλών. *Linden*

n *Babylon.*] Quam ſua ætate pæne deſertam fuiſſe ſcribit Diodorus Siculus in principio lib. 2. Pauſanias item in Arcadicis ſcribit ſuo ævo, id eſt Marci Antonini temporibus Babylonis nihil præter mœnia Belique templum ſuperfuiſſe. Cui ſubſcribere videtur Libanius in orat. funebri, pag. 39 de Cteſiphonte loquens & Cocl... αὖ τὴν βαβυλωνίων γῆν ἀντὶ βαβυλῶνος κοσμοῦσι. *Valeſ.*

o *Cteſiphon quam Vardanes*, &c.] Quis hic Vardanes * vel Varanes * fuerit obſcurum eſt, à quo primùm conditam Cteſiphontem Marcellinus memorat. Regem Pacorus videtur eſſe Orodis Regis filius, qui à Ventidio M. Antonii legato interfectus eſt: qui cùm Rex numquam fuerit, à quibuſdam tamen Scriptoribus Rex vocatur. Frontinus enim lib. I. Strateg. cap. I. & Florus lib. 4. eum Regem cognominant. Quòd ſi de hoc Pacoro Orodis filio loqui voluit Marcellinus, tum falſum eſt quod ſubjicit, ſupradictam urbem Græco cognomine κτησιφῶντα ab eo eſſe appellatam. Cteſiphontis enim appellatio Pacori illius ætate longè antiquior eſt, cùm Polybio memoretur in hiſtoria illius belli quod Antiochus Magnus cum Molone Mediæ Præfecto geſſit, lib. *Idem.*

p *Seleucia ambitioſum opus Nicanoris Seleuci*] * V. quæ ſup. lib. XIV. notata. * *Lindenbr.*

q *Per duces Veri Cæſ. ut ante retulimus expulſata*] ... vè dictum, *expulſata*, ἀντὶ τοῦ *expugnata*: ut Capitolinus Vero: *Non L. Veri vitio, ſed Caſſii -- contra fidem Seleucia, quæ ut amicos milites noſtros receperat, expugnata.* Oroſius lib. VII. cap. XV. *Antoninus per ſtrenuiſſimos ac magnis rebus geſtis, Seleuciam Aſſyriæ urbem ſuper Hydaſpen fluvium ſitam, cum quadringentis millibus homin...*

pulſatâ, avulſum ſedibus [r] ſimulacrum Comei Apollinis, perlatúmque Romam, in æde Apollinis Palatini Deorum Antiſtites collocarunt. [ſ] Fertur autem, quòd poſt direptum hoc idem figmentum, incenſa civitate, milites fanum ſcrutantes invenere foramen anguſtum: quo reſerato ut pretioſum aliquid invenirent, ex adyto quodam concluſo à Chaldæorum arcanis labes primordialis exſiluit, quæ inſanabilium vi concepta morborum, ejuſdem Veri Marcique Antonini temporibus, ab ipſis Perſarum finibus, aduſque Rhenum & Gallias cuncta contagiis polluebat & mortibus. Hîc propè [t] Chaldæorum eſt regio altrix Philoſophiæ veteris, ut memorant ipſi, apud quos veridica vaticinandi fides eluxit. Perfluunt autem has eaſdem terras potiores ante alios amnes hi quos prædiximus, & [v] Marſes, & flumen Regium, & Euphrates cunctis excellens: qui tripartitus, navigabilis per omnes eſt rivos, inſuláſque circumfluens, & arva cultorum induſtriâ diligentiùs rigans; vomeri & gignendis arbuſtis habilia facit. His tractibus Suſiani junguntur, apud quos non multa ſunt oppida, inter alia tamen eminet [x] [y] Suſa, ſæpe domicilium Regum, [z] & Arſiana, & [6] Sele, & Aracha: cetera brevia ſunt & obſcura. Fluvii verò multi per hæc loca diſcurrunt, quibus [a] præſtant Oroates, & [b] Harax, & Meſeus,

6 *Mſ.* Sole.

---

pit, *& cum fratre de victoria Parthica triumphavit.* Vide Dion. Euſeb. Eutrop. *Lindenbr.*

r *Simulacrum Chomæi Apollinis.*] Princeps Editio Romana habet *Comei*: cui Auguſtana quoque Editio adpulatur, [& codex Colbert.] * ac Toloſ. * Quanquam non dubito, quin *Comæi Apollinis* ſcribi debeat, quod eſt τοῦ κωμαίου Ἀπόλλωνος. Apollinem enim cognomento Comæum ab aliis quoque cultum eſſe docet Athenæus lib. 4. παρὰ δὲ ναυκρατίταις ὥς φησιν Ἑρμείας ἐν τῷ β' περὶ τοῦ γρυνείου Ἀπόλλωνος ἐν τῷ πρυτανείῳ δειπνοῦσι γενεθλίοις Ἑστίας πρυτανίτιδος, καὶ διονυσίοις, ἔτι δὲ τῇ τοῦ Κωμαίου Ἀπόλλωνος πανηγύρει. Valeſ.

ſ *Fertur autem quòd poſt direptum*] Capitolinus in Vero: *Nata fertur peſtilentia in Babylonia: ubi de templo Apollinis ex arcula aurea, in quam miles forte inciderat, ſpiritus peſtilens evaſit, atque inde Parthos orbemque compleſſe.* Oroſius lib. VII. cap. 15. *Lindenbr.*

t *Chaldæorum eſt regio altrix Philoſophiæ*] De Chaldæis Philoſophis, eorumque ſecta, multa Strabo lib. XVI. *Idem.*

v *Marſias.*] In Regio, * Vatic. Toloſ. * [ac Colb.] codice, atque in Editione Rom. *Marſes*: unde non abſurdè conjecimus ſcribendum eſſe *Maarſares* Sic enim Ptolemæus appellat in Babyloniæ deſcriptione; quem deſcripſiſſe videtur noſter Marcellinus. Annon enim hæc verba, *Perfluunt autem has terras potiores ante alios amnes Marſes, & flumen Regium, & Euphrates*, ex his Ptolemæi tranſlata ſunt? διαρρεῖ δὲ τὴν χώραν ὅ τε βασίλειος ποταμός, καὶ ὁ καλούμενος Μααρσάρης, &c. *Valeſ.*

x *Suſa ſæpe domicilium Regum*] Strabo lib. XV. Curtius lib. V. Euſtathius in Dionyſ. pag. 132. Stephanus in Σοῦσα. *Lindenbr.*

y *Suſa ſæpe domicilium Regum.*] Hiemem Reges Perſarum Suſis, aut Babylone agebant, aut interdum Bactris: æſtatem autem Ecbatanis Mediæ opido, ut ſcribit Dio Orat. 6. & Maximus Tyrius Orat. XX. Xenophon lib. 8. ait Cyrum vernos menſes tres exegiſſe Suſis, æſtivos duos Ecbatanis. *Valeſ.*

z *Et Arſiana, Sela, & Arecha.*] Rectiùs, ut ſolet, Codex Regius, * Toloſ. Vatic. * [ac Colbert.] *Sele & Aracha.* Ptolemæus in Suſianæ ſitu ἄρακκα, Σέλη nominat. In Rom. Edit. *Sele & Archa*: ſed Auguſtana Editio Mariangeli, *Sele & Araca.* * Bochartus libri 4. Geographiæ ſacræ cap. 16. emendat, *& Tarſiana.* * *Idem.*

a *Præſtantior Oates, & Harax, & Meſeus.*] Quod in ſcriptis codicibus, ac præcipuè in Pandectis Florentinis occurrit, ut finis unius vocabuli, & ſequentis dictionis initium coaleſcant; id hoc loco eveniſſe non dubito. Itaque rectè fecit Mariangelus Accurſius, qui in Editione ſua *Oroates* cudi juſſit: ſic enim Plinius eum vocat; Ptolemæus & Marcianus ὀροάτιν. Jam qui Meſeus ab Ammiano dicitur, is *Moſæus* eſt Ptolemæo: Marciano in periplo Suſianæ *Magæus*. Mariangelus in Editione ſua *Mogæus* exhibet: ſed vir ille totam hanc Perſidis deſcriptionem non ex Mſ. fide, ſed ad Ptolemæi exemplaria caſtigaſſe videtur. *Idem.*

b *Et Harax*] Apud Ptolemæum in ſitu Suſianæ χάραξ σπασίνου. μωσαίου ποταμοῦ ἐκβολαί. εὐλαίου ποταμοῦ ἐκβολαί. Ex quibus deceptus fuiſſe videtur Marcellinus, qui Characem pro fluvio accepit, cùm ſit nomen opidi ſatis cele-

per arenoſas anguſtias quæ à Rubro prohibent Caſpium mare, æquoream multitudinem inundantes. At in læva Media confinis Hyrcano panditur mari quam ante regnum Cyri ſuperioris, & incrementa Perſidos, legimus [d] Aſiæ [7] reginam totius Aſſyriis domitis, quorum plurimos pagos [e] in Acropatena vocabulum permutatos belli jure poſſedit. * Pugnatrix natio, & formidanda poſt Parthos, quibus vincitur ſolis, regiones inhabitans ad ſpeciem quadratæ figuræ formatas. Harum terrarum incolæ omnes ad latitudinem nimiam extenduntur, eíſque maximæ celſitudines imminent montium, quos [8] Zacram, & Orontem, & Jaſonium vocant. Coroni quoque montis altiſſimi partem habitantes occiduam, frumentariis agris adfluunt & vinariis, pingui fecunditate lætiſſimi, & fluminibus fontiúmque venis liquidis locupletes. Sunt apud eos prata virentia: [f] fetus equarum nobilium, quibus (ut Scriptores antiqui docent nos quoque vidimus) ineuntes prœlia viri ſumma vi vehi exſultantes ſolent [g] quos Neſæos appellant. [9] Abundant æquè civitatibus quibus Media, & vicis in modum oppidorum exſtructis, & multitudine incolarum. Utque abſolu

7 *Mſ.* regna. 8 *Mſ.* Zacram. 9 *Mſ.* Abundantiaque.

---

bris, quod in Tabula quoque Peutingerorum dicitur *Spaſinu Charax*: cujus meminit Xiphilinus in Trajano, & Lucianus in Macrobiis. Atque in hac urbe genitum eſſe Dionyſium, qui de ſitu orbis verſibus ſcripſit, docet Plinius lib. 6. cap. 27. quem qui Alexandrinum vulgò vocant, ii minimè quidem falluntur. Nam Characi priùs Alexandriæ nomen fuit, teſte ibidem Plinio. Graviùs errat Scaliger in Notis ad Euſebii Chronicum, qui eum Severi Auguſt. temporibus ſcripſiſſe contendit: ídque unico Dionyſii verſiculo confeciſſe ſe exiſtimat, qui habet:

Ῥώμην τιμήεσσαν ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων.

Sed cum verſum de Caio & Lucio Cæſſ. ab Auguſto adoptatis intelligo. Nam & Plinius Dionyſium Caio comitem in Orientem ituro, ab Auguſto datum eſſe memorat. Sed verſus illi Dionyſii de Parthis:

Ἀλλ' ἔμπης κατὰ δῆριν ἀμαιμακέτους περ ἐόντας
Αὐσονίης βασιλῆος ὑποπρηΰνει ἀκωκή.

an de alio quàm Auguſto intelligi poſſunt? *Valeſ.* Quod de confuſione Characis fluvii & oppidi notat, totum eſt ex ſuſpicione Salmaſii ad Solinum pag. 1194. *Gron.*

c *Per arenoſas anguſtias.*] Intelligit τέναγος ἀμμῶδες, quod notatur à Ptolemæo in Suſianæ deſcriptione: ſed quod ad'it Ammianus his anguſtiis à Rubro prohiberi Caſpium mare, non capio: ac fortaſſe Perſicum pro Caſpio ſcribendum eſt. *Valeſ.* An non manifeſte illud ipſum ſignificat, quod Pomponius Mela 1. 2? *Aſia ex illo Oceano quem Indicum diximus Arabicum & Perſicum, ex Scythico Caſpium recipit; & ideo qua recipit, anguſtior.* *Gron.*

d *Aſiæ reginam totius.*] Codex Reg. & Flor. * cum Toloſ. Vatic. * [& Colbert.] & cum Editione Rom. & Auguſt. ſcriptum habent *regna totius.* Fortè deeſt aliquod vocabulum; putà *Aſiæ regna tenuiſſe totius.* Valeſ. Poſſis leviore modo *regiam* vel *regnatricem totius.* Gron.

e *In Acropatenæ.*] Rectius Mariangeii Editio, *Atropatenæ*: ſic enim Ptolemæus, & Strabo eam provinciam vocat, & Stephanus de Urbibus: in Tabula Peutingerorum, & apud Plinium Atrapatene ſcribitur, corrupte: dicta eſt enim ἀπὸ τοῦ Ἀτροπάτου ἡγεμόνος teſte Stephano, qui unus fuit è ſucceſſoribus Alexandri. *Valeſ.*

f *Fetus Equarum quos Niſæos appellant.*] In caſtigatiſſimis Editionibus, Romanam dico, & Auguſtanam, Roberti Stephani, *Neſæos* reperi: neque aliter * Mſ. codices Regius, Toloſ. Vatic. * [& Colb.] præferebant. Quid quòd apud Græcos eamdem διπλογραφίαν reperias? Sanè Stephanus Byzantius, & Heſychius ac Arrianus νισαίους ἵππους appellant: neque aliter ſcribitur apud Dionem in Boryſthenitica, ubi de Magis Perſarum: ἐκεῖ δὲ τά τε ἄλλα δρῶσι κατὰ λόγους ἱερούς, καὶ δὴ τῷ Διῒ τρέφουσι νισαίων ἵππων. οἱ δέ εἰσι κάλλιστοι καὶ μέγιστοι τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν. τῷ δὲ ἡλίῳ ἕνα ἵππον. Subdit deinde quædam de illo Jovis quadrijugo curru ſatis recondita. Sanè in omnibus expeditionibus hic Jovis currus cum equo Solis olim apud Perſas præire ſolebat, ut teſtatur Herodotus lib. 7. ὄπισθε τούτων τῶν δέκα ἵππων ἅρμα Διὸς ἱερὸν ἐπετέτακτο, τὸ ἵπποι μὲν εἷλκον λευκοὶ ὀκτώ. ὄπισθε δὲ τῶν ἵππων εἵπετο πεζῇ ἡνίοχος ἐχόμενος χαλινῶν. οὐδεὶς γὰρ ἐπὶ τοῦτον τὸν θρόνον ἀνθρώπων ἀναβαίη. Sed & Curtius lib. 3. *Currum deinde Jovi ſacratum albentes vehebant equi; hos eximiæ magnitudinis equus, quem Solis appellant, ſequebatur.* Idque inſtitutum à Cyro videtur, de quo vide Xenophontem lib. 8. de Inſtit. Cyri. Philoſtratus cap. xx. lib. primi de vita Apollonii: λευκὸν δὲ ἵππον τῶν σφόδρα νισαίων καταθύειν ὁ βασιλεὺς ἔμελλε τῷ ἡλίῳ. Idem.

g *Fetus equarum nobilium -- quos Niſæos appellant.*] Herodotus lib. VII. Lucian. in lib. de Hiſtor. ſcrib. Syneſius Epiſt. 40. * Themiſtius Orat. 5. p. 72. & Orat. Heliodor. AEthiop. lib. 9. pag. 437. * Euſtathius in Dionyſ. Alexand. Suidas in Νισαῖον. Lindenbr.

cè dicatur, uberrimum eſt habitaculum Regum. In his tractibus [1] Magorum agri ſunt fertiles: ſuper quorum ſecta ſtudiiſque, quoniam huc incidimus, pauca conveniet expediri. Magiam opinionum inſignium [h] auctor ampliſſimus Plato, Machagiſtiam eſſe verbo myſtico docet, [i] divinorum incorruptiſſimum cultum, cujus ſcientiæ ſæculis priſcis [k] multa ex Chaldæorum arcanis Bactrianus addidit Zoroaſtres: deinde [2] [m] Hyſtaſpes Rex prudentiſſimus Darii pater. Qui cum ſuperioris Indiæ ſecreta fidentiùs penetraret, ad nemoroſam quamdam venerat ſolitudinem, cujus tranquillis ſilentiis præcelſa Brachmanorum ingenia potiuntur: eorúmque monitu rationes mundani motus & ſiderum, puróſque [3] ſacrorum ritus quantum colligere potuit eruditus, ex

1 *Mſ.* Magorum magri. 2 τὸ Rex *deeſt al.* 3 *Mſ* ſacrorum pejus.

---

h *Auctor ampliſſimus Plato Machagiſtiam.*] Non reperitur, quantum memini, hoc verbi in Platone: videtur tamen innuere locum ex Alcibiade. *Lindenbr.*

i *Divinorum incorruptiſſimum cultum.*] Plato θεῶν θεραπείαν vocat in Alcibiade, & ex eo Apuleius in Apolog. Inde Apollon. Tyan. in Epiſt. Μάγος ὁ θεραπευτὴς τῶν θεῶν. Porphyrius de Abſtinentia animal. pag. 57. Παρά γε μὴν τοῖς Πέρσαις οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ, καὶ τούτου θεράποντες Μάγοι μὲν προσαγορεύονται. τοῦτο γὰρ δηλοῖ κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον ὁ Μάγος. Idem.

k *Multa ex Chaldæorum arcanis Bactrianus addidit Zoroaſtres, deinde Hyſtaſpes*] Accuratè totam hanc rem narrat Agathias Hiſt. lib. II. Πέρσαις τοῖς νῦν, τὰ μὲν πρότερον ἔθη σχεδόν τι ἅπαντα τηρεῖται ἀμέλει καὶ ἀνατέτραπται, ἀλλοίοις δέ τισι καὶ οἷον νενοθευμένοις χρῶνται νομίμοις, ἐκ τῶν Ζωροάστρου τοῦ Ὀρμάσδεως διδαγμάτων κατηκηληθέντες. Οὗτος δὲ ὁ Ζωροάδος, ἤτοι Ζαράδης (διττὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ ἡ ἐπωνυμία) ὁπηνίκα μὲν ἤκμασε τὴν ἀρχὴν, καὶ τοὺς νόμους ἔθετο, οὐκ ἔνεστι σαφῶς διαγνῶναι. Πέρσαι δὲ αὐτὸν οἱ νῦν ἐπὶ Υστάσπεω, οὕτω δή τι ἁπλῶς φασι γεγονέναι, ὡς λίαν ἀμφιγνοεῖσθαι καὶ οὐκ ἔστι μαθεῖν, πότερον Δαρείου πατὴρ, εἴτε καὶ ἄλλος οὗτος ὑπῆρχεν Υστάσπης, ἐν ὅτῳ δ' ἂν καὶ ἤνθησε χρόνῳ, ὑφηγητὴς αὐτοῖς ἐκεῖνος, καθηγεμὼν τῆς μαγικῆς γέγονεν ἁγιστείας, καὶ αὐτὰς δὴ τὰς προτέρας ἱερουργίας ἀμείψας, παμμιγεῖς τινας καὶ ποικίλας ἀνέθηκε δόξας. Idem.

l *Bactrianus Zoroaſtres.*] De hoc Magorum auctore mira produnt veteres. Perſæ quidem teſte Dione in Boryſthen. eum dicunt ſapientiæ ac juſtitiæ ſtudio in montem neſcio quem ſeceſſiſſe, ac deinde eum montem igne cœlitus lapſo conflagraſſe: cúmque is continue arderet, Regem unà cum proximis adorandi causâ eò acceſſiſſe: ac tum Zoroaſtrem repentè ex flammis illæſum apparuiſſe benigno vultu, jubentem ut animo fidenti eſſent, ac certa ſacrificia factitarent: eo enim in loco præſentes eſſe deos. Eadem ferè Suidas ac Georgius Cedrenus de Zoroaſtre produnt, eum ſcilicet uti à Diis immortalibus precatus fuerat, fulmine arſiſſe, cùm Perſis priùs mandaviſſet, ut cineres ſuos colerent ac ſervarent, tamquam manſuri penes eos imperii pignus. * Paullo aliter Clemens Rom. in Recognitionibus homiliâ IX. * de Zoroaſtris antro Porphyrius ex Eubulo in antro Nympharum ſcribit. Quibus accedit Gregorius Turon. lib. I. Hiſt. Francorum his verbis: *Primogenitus Cham filii Noë fuit Chus: hic ad Perſas tranſiit, quem Perſæ vocitavere Zoroaſtrem, id eſt viventem ſtellam. Ab hoc etiam ignem adorare conſueti, ipſum divinitus igne conſumptum, ut Deum colunt.* Plures autem fuêre Zoroaſtres, ut ſatis conſtat: ſed omnium antiquiſſimus fuit Bactrianus, quippe Nini Aſſyriorum Regis æqualis; qui bellum inferente Nino non armis tantùm, ſed & magicis artibus ſeſe tutatus eſt, ut refert Arnobius in lib. I. & Juſtinus: hunc Semiramis Aſſyriorum Regina bello ſuperavit, ut docet Theon in Progymnaſm. cap. περὶ συγκρίσεως, οὐ γὰρ εἰ τόμυρις κρείσσων ἐπὶ κύρου, ἢ καὶ μὰ Δία Σεμίραμις ζωροάστρου τοῦ βακτρίου, ἤδη συγχωρητέον τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος ἀνδρειότερον εἶναι. Alter fuit Pamphylius genere, Armenii filius, quem Hera vocat Plato lib. X. de Rep. ut ſcribit. Clemens Alexandr. lib. 5. Strom. Arnobius lib. I. ait hunc familiarem fuiſſe Cyro, ex Cteſia lib. I. Hiſtor. *Age nunc veniat quæſo per igneam zonam Magus interiori ab orbe Zoroaſtres, Hermippo ut aſſentiamur auctori, Bactrianus: & ille conveniat cujus Cteſias res geſtas Hiſtoriarum exponit in primo, Armenius Zoſtriani nepos, & familiaris Pamphylus Cyri.* Ubi notandum eſt Armenium dici ex Latinorum more pro Armenii filio τοῦ ἀρμενίου. Sed in Arnobio ſuſpectum habeo nomen Cyri. Nam cùm dicat Cteſiam lib I. Hiſt. hujus Magi mentionem feciſſe, certum autem ſit Cteſiam libris ſex prioribus de Aſſyriorum ac Medorum rebus ſcripſiſſe, ac in ſeptimo libro res Perſicas aggreſſum: quomodo in libro I. Cyri meminiſſe potuit Cteſias, non video. Itaque *Nini* fortaſſe in Arnobio legendum eſt. Fuit & Zoroaſtres Proconneſius, paullo anterior Xerxis temporibus, teſte Plinio in lib. 30. Hunc verò qui Magiæ Perſis auctor fuit, Oromazis filium vocat Plato in Alcibiade I. *Valeſ.* De hoc Arnobii loco plura Io. Marſhamus lib. I. Philoſophiæ Orientalis. *Gronov.*

m *Hyſtaſpes Rex.*] Falſum eſt *Hyſtaſpem* Darii patrem Regem fuiſſe, neque id refutationem meretur. Ceterùm quod hoc loco Marcellinus *Hyſtaſpi* tribuit, id Dario ejus filio tribuitur ab aliis. Hic enim ſepulcro ſuo inter cetera id etiam inſcripſiſſe fertur, quòd Magorum Magiſter fuiſſet, ut narrat Porphyrius lib. 4. περὶ ἀποχῆς. * Alii tamen Hyſtaſpem hunc Magiæ doctorem Hyſtaſpe Darii patre multo vetuſtiorem faciunt, teſte Agathia in l. 2. Lactantius in libri 7. cap. 15. *Hydaſpen* vocat *anti-*

his quæ didicit, aliqua ſenſibus Magorum infudit: quæ illi cum diſciplinis præ-
ſentiendi futura, per ſuam quiſque progeniem, poſteris ætatibus tradunt. Ex
eo per ſæcula multa ad præſens unà eadémque proſapiâ multitudo creata, Deo-
rum cultibus dedicatur. [n] [o] Feruntque ſi juſtum eſt credi, etiam ignem cæli-
tus lapſum apud ſe ſempiternis foculis cuſtodiri, cujus portionem exiguam ut
fauſtam præiſſe quondam Aſiaticis Regibus dicunt. Hujus originis apud vete
res numerus erat exilis, ejúſque miniſteriis Perſicæ poteſtates in faciendis rebus
divinis ſollemniter utebantur. [p] Erátque piaculum aras adire, vel hoſtiam con
trectare, antequam Magus conceptis precationibus libamenta diffunderet præ
curſoria. Verùm aucti paullatim, in amplitudinem gentis ſolidæ conceſſerun
& nomen: villáſque inhabitantes nulla murorum firmitudine communitas, &
legibus ſuis uti permiſſi, religionis reſpectu ſunt honorati. [q] Ex hoc Magorun
ſemine ſeptem poſt mortem Cambyſis Regnum iniſſe Perſidos antiqui memo
rant libri, docentes eos Darei factione oppreſſos, imperitandi initium equin
hinnitu ſortiti. In hac regione [r] oleum conficitur Medicum, quo illitum te
lum ſi emiſſum lentiùs laxiore arcu (nam ictu exſtinguitur rapido) hæſerit ul
quam, tenaciter cremat: & [ſ] ſi aquâ voluerit abluere quiſquam, æſtus excit
acriores incendiorum, nec remedio ullo quâm jactu pulveris conſopitur. Pa
ratur autem hoc modo. Oleum uſus communis herbâ quadam infectum co
diunt harum rerum periti, ad diuturnitatem ſervantes, & coaleſcens durant e
materia venæ naturalis, ſimilis oleo craſſiori: quæ ſpecies gignitur apud Perſa
quam (ut diximus) naphtham vocabulo appellavere gentili. Per hæc loca c
vitates diſperſæ ſunt plures, queis omnibus præſtant [t] Zombis, & Patigrar
& Gazaca: inter quas opibus & magnitudine mœnium conſpicuæ ſunt Her

quiſſimum Medorum Regem: corruptè pro *Hyſtaſpen*: ut monuit Canterus in libro 2. Variarum cap. 14. Hyſtaſpis enim Magi meminit Juſtinus in Apol. Clemens in 9. Strom. * *Valeſ.*

n *Feruntque, ſi juſtum eſt credi, etiam ignem cælitus lapſum*] Vid. ampliſ. viri Barnabæ Briſſonii Comment. de Reg. Perſar. lib. II. *Lindenbr.*

[o *Ferunt ignem cælitus lapſum, apud ſe ſempit. foc. cuſtodiri.*] Q. Curtius in libro III. *ignem* memorat, *quem Perſæ ſacrum & æternum vocant.* Et in libro 10. Hiſtoriæ Tripertitæ capite 30. πυρεῖα *vocant Perſæ templa, in quibus perpetuum ignem ſervant.* Scriptores rerum Heraclii Aug. tradunt, *in civitate Thebarma* non longè à Gazaca urbe *templum fuiſſe ignis ac errorem primarum.* Lege Theophanem & Cedrenum in Heraclio A. & Hiſtoriæ Miſcellæ librum XVIII.] *Valeſ.*

p *Eratque piaculum aras adire vel hoſtiam, &c.*] Herodotus lib. I. ἄνευ γὰρ δὴ Μάγου, οὔ σφι νόμος ἐστὶ θυσίας ποιέεσθαι. Vid. Briſſon. de Regn. Perſar. lib. II. *Lindenbr.*

q *Ex hoc Magorum ſemine ſeptem poſt mortem Cambyſ.*] Totidem Magos nominat etiam Val. Maximus lib. IX. cap. 2. Verior tamen opinio, duos tantùm fuiſſe: ſed qui necem eorum conjuraverant, Perſas ſeptem. Herodot lib. III. Juſtinus lib. I. Curtius lib. IV. Florus lib. II cap. 5. *Idem.*

r *Oleum conficitur Medicum*] Μηδείας ἔλαιον. Procopi Gothicor. lib. IV. Αγγεῖα θείου τε καὶ ἀσφάλτου ἐμπλήσαντες, φαρμάκου, ὅπερ Μῆδοι μὲν νάφθαν καλοῦσιν, Ἕλληνες δὲ Μηδείας ἔλα Idem.

ſ *Si aqua voluerit abluere quiſquam*] Eſt certe qu de hac lectione quis dubitet, quum Solinus dicat, *hoc incendium excitatum ſi obruere aqua geſtias, ardet mag* Quem quum deſcribat & alibi Ammianus, inde Salmaſi legebat hoc loco *ſi aqua voluerit obruere quiſquam*, ad S linum pag. 241. *Gron.*

t *Zombis & Patigra, & Gazaca.*] Ζόμβις πόλις τῆς Μηδίας Stephano. Eidem γάζακα πόλις μεγίστη τῆς μηδίας: C meminit Ptolemæus. Pro *Patigra*, in omnibus Mſſ. Reg. Tol. Vat. * [Colb.] eſt *Patigran*: fortè *Patig na*, Ptolemæo πηγαίνα. [Quæ Ammiano *Gazaca* c γαζακὸν dicitur Cedreno, in rebus Heraclii Augu Κάνζακα in Chronico Alexandrino: *Gazacenſium civi*

lia, & [v] Arſacia, & Europos, & Cyropolis, & Ecbatana, ſub Jaſonio monte n terris ſitæ Syromedorum. Amnes has regiones prætereunt multi, quorum naximi ſunt [x] Choaſpes, & Gyndes, & [y] Amardus, & Charinda, & [z] Camyſes, & Cyrus, cui magno & [4] ſpecioſo Cyrus ille ſuperior Rex amabilis, ablito vetere id vocabulum dedit, cùm ereptum ire Regna Scythica deſtinaret: uòd & fortis eſt, ut ipſe etiam ferebatur, & vias ſibi, ut ille, impetu ingenti olitus, in Caſpium delabitur mare. Per tractus meridianos expanſa, poſt æc confinia, litoribus proxima Perſis habitatur antiqua, minutis frugibus dies & palmite, aquarúmque copiâ jucundiſſima. Amnes quippe multi per eam ntedictum influunt ſinum: quorum maximi ſunt [a] Vatrachites, [5] Rogomais, & Briſoana, atque Bagrada. Oppida verò mediterranea ſunt ampliora: ncertum enim qua ratione per oras maritimas nihil condiderunt inſigne: inter uæ Perſepolis eſt clara, & Ardea, & [6] [b] Obroatis, atque Tragonice. Inſulæ ero viſuntur ibi tres tantùm, [7] [c] Tabiana, & Fara, & Alexandria. His proinquant Parthi ſiti ſub Aquilone, colentes nivales terras & pruinoſas: quorum giones [d] Choatres fluvius interſcindit ceteris abundantior: & hæc potiora reduis ſunt oppida, [8] [e] Genonia, Mœſia, Charax, Apamia, Artacana, & Hecatompylos, à cujus finibus per Caſpia litora aduſque portarum anguſtias ſtadia quadraginta numerantur & mille. [f] Feri ſunt illic habitatores pagorum

4 *Mſ.* ſpecioſo. 5 *Mſ.* Rogomanius. 6 *Mſ.* Habatis. 7 *Mſ.* Cadianas. 8 *Mſ.* Genonia, Mœſia, Charax.

libro XVIII. Hiſtoriæ Miſcellæ.] *Valeſ.*

v *Arſacia & Europis.*] Strabo lib. XI. Europum & Arſaciam eamdem eſſe ait, cui conſentit Stephanus. *Idem.*

x *Choaſpes & Gyndes.*] Hi fluvii nil videntur hîc convenire. Nam *Gyndes* Dahas Arióſque diſterminat, teſte Tacito XI. Vide Herodotum. *Choaſpes* tamen è Media in Tigrim influit, teſte Plinio 6. libro. *Idem.*

y *Amardus.*] Ptolemæo μάρδος levi diſcrimine: ſic Mardi eidem ἄμαρδοι dicuntur. In Regio Codice *Arnardus*. In Edit. Rom. *Arriardus*, [ut & in Colbert. codice] ac Toloſ. * *Idem.*

z *Cambyſes & Cyrus, cui magno & ſpatioſo.*] Vid. Strabo lib. XI. Pompon. Mela lib. III. cap. v. *Lindenbr.* Mox video patrem notaſſe ex Vat. *ut ipſe eque ferebatur*, pro *æque.* Gronov.

a *Vatrachites, Rogomanis.*] In Mſſ. Fl. & Reg. * Vat. Toloſ. * & in Editione Rom. *Rogomanius*, quod placet: Ptolemæo ῥογομάνιος in genitivo. [In Mſ. Colbert. *Ragomanius.*] Apud Marcianum (non illum Heracleotam, qui περιήγησιν verſu comico ſcripſit ad Nicomedem Regem Bithyniæ, ſed alterum recentiorem, qui Epitomen Artemidori Epheſii duobus libris ſcripſerat, teſte Stephano in μαζάκη: cujus Epitomes hodie dumtaxat Epitome reſtat) apud hunc Marcianum inquam ῥογομανίας ποταμοῦ ſcribitur. *Vatrachites* quis ſit obſcurum eſt [qui in Codice Colbert. *Vatradites* ſcribitur.] *Lindenb.*

b *Obroatis.*] In Mſſ. Flor. * Toloſ. Vat. * [Colb.] & Reg. *Habraatis*; Ptolemæo ὀβροάτις. Idem.

c *Tabiana, Fara, & Alexandria*] Pro *Tabiana* in Mſſ. Flor. & Reg. * Toloſ. Vatic. * [ac Colb.] *Cadiana* legitur. Ptolemæo ταβιάνα: νῆσοι δὲ παράκειν) τῇ περσίδι ταβίανα· σώφθα. ἀλεξάνδρου ἡ καὶ ἀραχία. Marcianus in periplo Perſidis duas quoque memorat inſulas: alteram σώφαθ, alteram νῆσος ἀλεξάνδρου: Araciam memorat & Plinius *Valeſ.* In quibus parum ſane eſt, quod non ex Salmaſio didicerimus ad Solinum pag. 1182. etſi tandem nimium illic mutet. Sed & in iiſdem Exercitationibus pag. 241. pro ſequente *Artacana* vult *Aſtaca*: quum tamen Artacoana ex Arriano, Artacana ex aliis circa illas partes ſit ſatis nota, etri de hoc loco poſtea. *Gron*

d *Choatres fluvius.*] Nullus ejus nominis fl. quod ſciam, memoratur apud Parthos. Eſt quidem *Choatres* mons in Parthia celebris, *Choatras* teſte Solino cap. 41. Ptolemæo & Oroſio παρχοάτρης; Straboni παραχοάτρας. Ceterùm in Mſſ. Reg. * Tol. Vat. * [Colberr.] & in Editione Rom. *Choadres* legitur. *Valeſ.*

e *Genonia, Mæſia, Charax.*] Ex Mſſ. Fl. * Tol. Vat. * [Colb.] & Reg. & Mar. Editione *Mæſia* ſupplevimus: quod firmat Ptolemæus σιννία. μυσία. χάραξ. In Editione Romana legebatur *Genoniam Charax.* *Idem.*

f *Feri ſunt illic habitatores pagorum.*] De Getis ſimilia Pomp. Mela lib. II. cap. 2. *Feri ſunt & ad mortem paratiſſimi, Getæ utique.* Lindenbr.

omnium, atque pugnaces: eóſque ita certamina juvant & bella, ut judicetu inter alios omnes beatus, qui in prœlio [9] profuderit animam. Excedente enim è vita morte fortuita, conviciis inſectantur ut degeneres & ignavos. Quibus ab Orientali Auſtralíque plaga Arabes beati conterminant, ideo ſic appellati, quòd frugibus juxtà, & fetibus, & palmite, odorúmque ſuavitate multiplici ſunt locupletes: magnæque eorum partes mare Rubrum à latere dextr contingunt: læva Perſico mari collimitant, elementi utriuſque potiri bonis c mnibus adſueti. Ubi & ſtationes, & portus tranquilli ſunt plures, & empori denſa, & diverſoria Regum ambitioſa nimiùm & decora, aquarúmque ſuapt naturâ calentium ſaluberrimi fontes, & rivorum fluminúmque multitudo pe ſpicua, [1] ſoſpitaliſque temperies cæli, ut rectè ſpectantibus nihil eis videatur a felicitatem deeſſe ſupremam. Ac licèt abundet urbibus mediterraneis atque mar timis, campíſque copioſis & vallibus, has tamen civitates habet eximias [g] [h] Ge polim, & Naſcon, & Baraba, itidémque Nagara, & [i] Mephram, & [k] [l] T phra, & [m] Dioſcuriada. Inſulas autem complures habet per utrumque prox mas mare, quas dinumerare non refert. Inſignior tamen aliis Turgana eſt, qua Serapidis maximum eſſe dicitur templum. Poſt hujus terminos genti Carmania major verticibus celſis erigitur, aduſque Indicum pertinens mar [n] fructuariis arboreíſque fetibus culta, ſed obſcurior Arabum terris multo minor: fluminibus tamen ipſa quoque non minùs abundans, cæſpitíſque ube juxta fecunda. Amnes autem ſunt hîc ceteris notiores [o] Sagareus, & Sagani

9 *al.* fuderit. 1 *al.* ſoſpitaliſque.

---

g *Geapolim*] Mſ. *Hierapolim.* Sed apud Ptolemæum in Deſcriptione Arabiæ Felicis recenſentur Γαιάπολις, Νάσκος μητρόπολις, Βάραβα μητρόπολις, Μάρα μητρόπολις. Lindenb.

h *Geapolin.*] In Mſſ. *Hierapolin* legitur, & in Editione Rom. & Mar. Ptolemæo in maritimis opidis Arabiæ Felicis γιερα πόλις. Non diſplicet tamen γία πόλις. Stephanus: γία πόλις πλησίον πετρῶν ἐν Ἀραβίᾳ. ἐθνικὸν γιῖος. ἐν πέτραις δ' ἐπιχωριάζει, κύριον ὄνομα γίσιος, ἐθεν ἦν ὁ περιςατὴς τῶν ἰατρῶν σοφιςὴς ἴσως ἐντεῦθεν κεκλημένος. lege ὁ περιςανέςατος ἰατροσοφιςὴς. ex Suida in γίσιος. ſed hæc longè differt ab ea de qua hîc ſermo eſt. Eſt enim hîc ſermo de Arabia Eudæmone. Ptolemæus agnoſcit γαῖα πόλις. Valeſ.

i *Mephram.*] Ptolemæo μαῖνα μητρόπολις. In Arabia quoque Petræa *Mepha* caſtellum fuit, ut eſt in Notitia Imperii Romani: ſed in Codice * Vatic. * [Colb.] ac Regio, & Rom. Editione legitur *Mephre.* Idem.

k *Taphron*] Mſ. *Taphra.* Stephanus *Tarphara* videtur nominare, Τάρφαρα, ὕδατίρας, πόλις τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Lindenbr.

l *Taphron.*] In Mſ. Reg. * Toloſ. [Colbert.] & Flor. *Taphra.* videtur eſſe quæ Ptolemæo σάπφαρα: Stephano τάρφαρα in τάρφαρα & in v. ἀδάνα. Editio quoque Rom. habet *Taphra.* Valeſ.

m *Dioſcuriada.*] In Reg. * Vat. Tol. * [Colb.] edit. & Rom. Edit. eſt *Dioſcurida.* Intelligitur fortè ἡ διοσκοριδ urbs & inſula in Arabia Felice, teſte Ptolemæo. Mox *Turgana* apud Ptolemæum eſt Ὀργάνα, ἐν ᾗ ἱερὸν Σαράπιδ Neque aliter eam inſulam vocat Arrianus in Indi *Idem.*

n *Fructuariis arboreiſque fetibus culta*] Sic iter paullo pòſt, *arborum fetus* L. 1. Cod. Theod. De cei toribus: *Feracium ramorum fetus hebetaverit.* * L. Theod. de feriis. Plin. lib. 4. cap. 12. *Fetus arborum de t pore.* Ovid. Met. lib. 10. fab. 14.

----- De tribus unum
Fetibus arboreis proles Neptunia miſit.

In Catalect. pag. 176. *Uvas nitentes atque fetus arbo* Novatianus de cibis Judaïcis: *Cibus primus hominibu lus arborum fuit fetus & fructus.* Cyprian. ad Demet num: *Arbores fetibus autumno fecundæ ſunt.* Columell. R. Ruſtica 9. c. 1. *Terrenis fetibus & arboreis abund.* Virgil. Bucol. * Caſſiodorus Var. lib. 1. Epiſt. 12. -- *F arborei pullularunt.* Lib. 1. Epiſt. 35. *Abortivos meſſ fetus non tam edidit, quàm imperfecta ubertate projecit.* odem modo de mori arboris fructu Ovidius Metamoi lib. IV. fab. 2.

------ Pulloſque & luctibus aptos
Semper habet fetus. Lindenbr.

o *Sagareus & Saganis.*] Ptolemæo. *Saganus.* c *Sagareo* nil compertum habeo, niſi is ſit κάρος, ibi n

& H-

& Hydriacus. Sunt etiam civitates, licèt numero paucæ, victu tamen & cultu perquam copioſæ: inter quas nitet Carmana omnium mater, & p Portoſpana, & Alexandria, & q Hermupolis. Interiùs verò pergenti occurrunt Hyrcani, quos ejuſdem nominis alluit mare. Apud quos 2 r glæbæ macie internecante ſementes, ruris colendi cura eſt levior: ſed veſcuntur venatibus, quorum varietate immane quantum exuberant. Ubi etiam tigridum milia mula cernuntur, feræque beſtiæ plures: s quæ cujuſmodi ſolent capi commentis, ludum nos meminimus retuliſſe. Nec ideo tamen ſtivam ignorant, ſed ſemiibus teguntur 3 aliquæ partes, ubi ſolum eſt pinguius: nec arbuſta deſunt in ocis habilibus ad plantandum, & marinis mercibus plerique ſuſtentantur. Hîc mnes duo pervulgati ſunt nominis, Oxus & Maxera, quos urgente inedia ſuerantes natatu aliquoties tigres, improviſæ finitima populantur. Habent etım civitates inter minora municipia validas, duas quidem maritimas, t Sounda & Saramanna: mediterraneas alias, v Azmornam & Solen, & his nobiorem Hyrcanam. Contra hanc gentem ſub Aquilone dicuntur Abii verſari, enus piiſſimum, calcare cuncta mortalia conſuetum: quos x (ut Homerus ıbuloſiùs canit) Jupiter ab Idæis montibus contuetur. Sedes vicinas poſt

2 *Mſ.* glebæ macie intermicantes cmentes. 3 *Mſ.* ique parte.

Ptolemæo poſitus. *Valeſ.*

p *Ortopana*] Mſ. *Portoſphana.* ἴσ. *Portopana.* Ptoleeus pag. 150. πόλεις δ' εἰσιν ἐν τῇ Περσίδι, καὶ κῶμαι μεσόγειοι, … Αξιμα, Πορτόπανα, Περσέπολις. Lindenbr.

q *Hermupolis.*] In Reg. * Toloſ. * [Colbert.] & Rm. *Hermopolis.* Ea videtur eſſe, quæ à Ptolemæo ἀσουζα πόλις. Porrò quæ Portoſpana hîc dicitur: apud Ptolemæum eſt πορτοσπάνα, non πορτοπάνα, ut Lindenbogius dixit. *Valeſ.*

r *Glæbæ maximæ auro micantes.*] Reſtituimus hunc locum ex conjectura Cl. Salmaſii, [ad Solinum p. 210.] c codex Reg. [& Colb.] & Editio Rom. ſuffragantur. *Idem.*

s *Quæ cujuſmodi ſolent capi commentis.*] Quo aſtu tigris à venatoribus capi ſoleant, docet Pomponius Mela lib. 3. cap. 5. Plinius lib. 8. cap. 18. ac Solinus cap. 21. quibus accedit Claudianus lib. 3. de raptu Proſerpinæ his verſibus:

Arduus Hyrcana quatitur ſic matre Niphates,
Cujus Achæmenio Regi ludibria natos
Avexit tremebundus eques. Furit illa marito
Mobilior Zephyro, totámque virentibus iram
Diſpergit maculis, jamjámque hauſtura profundo
Ore virum, vitreæ tardatur imagine formæ.

Ieſt ſolo occurſu maris retardatur, cujus ſubſidio rapres evadunt. Idem ſcribit Philoſtratus lib. 2. cap. 7. Verius Argon. lib. 1. & lib. 6. ubi de Jaxamatis:

Jaxamatas venatus alit: nec clarior ullis
Arctos equis, Abeunt Hypanim, fragilemque per undam,
Tigridis aut ſævæ profugi cum prole leænæ:
Mæſtaque ſuſpectæ mater ſtupet aggere ripæ.

Sunt & alii complures modi quibus tigres in Oriente capi ſolent: inter quos hic refertur à Petro Teixera lib. 1. Relationis de Regibus Perſarum, cap. 29. Venatores brachium lævum laminis ferreis ad cubitum uſque accuratè contegunt, dextro pugionem aut venabulum acutiſſimum præferunt: qui ubi primùm tigrem adſpexere, brachium iis ſiniſtrum ad morſum offerunt: quod cùm illa apprehendit, illi è veſtigio pugione in ventrem immiſſo feram conficiunt. Idem Teixera tigrem ait, licèt ſit ferociſſima, tardam tamen nec paris ac ceteras feras beſtias velocitatis eſſe: quare ceteras animantes ejus impetum facillimê fugâ evadere: quod ſi ita eſt, quæcumque Auctores ſuprâ allati de tigrium venatu ſcripſere, longè à vero abeſſe oportet. * Aliud fraudis genus ad capiendos tigrium fetus refert Ambroſius in libro 6. Hexaemeron capite 4. *Ubi ſe contiguum viderit, ſphæram de vitro projicit. At illa imagine ſui luditur, & ſobolem putans, revocat impetum, colligere fetum deſiderans*, & reliqua quæ ibi vide. Hinc igitur explicandi ſunt Claudiani verſus, quos paullo antè retuli. * *Idem.*

t *Socunda & Saramanna.*] Ptolemæo Σαραμάννη πόλις. Σοκάνδα πόλις. Straboni lib. 11. Σαμαριανὴ in Hyrcania corruptè, ut opinor. In Reg. Mſ. erat *Soconda*, [ut & in Colb.] *Idem.*

v *Azmornam & Solen.*] In Reg. eſt *Amorna & Solen.* Ptolemæo ἀμάρνα. Υρκανία μητρόπ. Σάλη. ἄζμορνα. In Editione Rom. eſt *Azimorna*: [in Mſ. Colb. *Azmorna.*] *Idem.*

x *Vt Homerus*] Statim initio Iliad. ν. *Lindenbr.*

Hyrcanos ſortiti ſunt Margiani, omnes pæne collibus altis undique circumſe pti, ideo à mari diſcreti. Et quamquam pleraque ſunt ibi deſerta aquarum 4 pænuriâ, quædam tamen habent oppida: ſed Jaſonion, & Antiochia, & Ni ſea, ſunt aliis notiora. Proximos his limites poſſident Bactriani, natio anteha bellatrix & potentiſſima, Perſiſque ſemper infeſta, antequam circumſitos po pulos omnes 5 ad ditionem gentilitatémque traherent nominis ſui: quam rexe re veteribus ſæculis etiam y Arſaci formidabiles Reges. Ejus pleræque partes ita ut Margiana, procul à litoribus ſunt diſparatæ, ſed humi gignentium fer tiles: & pecus quod illic per campeſtria loca veſcitur & montana, membris e magnis compactum & validis: ut indicio ſunt z cameli à Mithridate exind perducti, & primitus in obſidione Cyzicena viſi Romanis. Gentes iiſde a Bactrianis obediunt plures, quas exſuperant Tochari: & ad Italiæ ſpecie crebris fluminibus inundantur: è quibus Artemis & Zariaſpes antè ſibi conſoci ti, itidémque Ochus & 6 b Orgomanes juncti convenis aquis augent imman Oxi fluenta. Sunt & hîc civitates, quas amnes diverſi perſtringunt, his cede tes ut melioribus, c Chatra, & Charte, & d Alicodra, & Aſtacia, & Mena la, & Bactra ipſa, unde regnum & vocabulum nationis eſt inſtitutum. e Sub mis montium pedibus quos appellant Sogdios: f inter quos amnes duo fluu navium capaciſſimi, g Araxates & Dymas, qui per juga valléſque præcipit in campeſtrem planitiem decurrentes, Oxiam nomine paludem efficiunt lon

4 *Mſ.* penuria ſoli quædam, ſed. 5 *Steph.* ad deditionem. 7 *Al.* Orgomanes.

[y *Arſaci formidabiles Reges.*] Juſtinus in libro XLI. Bactrianorum Regnum paullo ante Parthicum à Diodoto conſtitutum eſſe dicit, idque *opulentiſſimum mille urbium imperium* appellat, & à Parthis poſt multa prœlia tandem ſubactum eſſe tradit.] *Valeſ.*

z *Cameli à Mithridate exinde perducti, & primitus in obſidione Cyzicena Rom. viſi*] Camelos ante Mithridatem debellatum Romæ non viſos etiam C. Salluſtii fuit opinio: quam tamen Plutarchus reprehendit in Vita Luculli; Σαλλούστιον δὲ θαυμάζω τότε πρῶτον ὦφθαι Ῥωμαίοις καμήλους λέγοντος, εἰ μήτε πρότερον τοὺς μετὰ Σκιπίωνος νικήσαντας Ἀντίοχον ᾤετο, μήτε τοὺς ἔναγχος περὶ Ὀρχομενὸν καὶ περὶ Χαιρώνειαν Ἀρχελάῳ μεμαχημένους, ἐγνωκέναι κάμηλον. Lindenbr.

a *Bactrianis obediunt plures, quas exſuperant Tochari.*] Antea edebatur, *quæ arva plana arant*: idque ex commento Caſtelli. In Reg. Mſ. * Tol. * [ac Colb.] & in Editione Rom. legitur, *quas exiuperan chari.* * In Vatic. *quas exſuperant chari*: * ex quo veram lectionem elicuimus, adjuvante Ptolemæo, cujus hæc ſunt verba in Bactrianæ deſcriptione: κατέχουσι δὲ τῆς Βακτριανῆς τὰ μὲν ἀρκτικὰ Ζαριάσπαι· ὑπὸ δὲ τοὺς Ζαριάσπας Τόχαροι μέγα ἔθνος. De his loquitur & Dionyſius de ſitu orbis, & Plinius. Malè apud Strabonem lib. XI. Τάχαροι dicuntur. *Valeſ.*

b *Orchomanes.*] In Reg. eſt *Orgomanes.* In Aug. Editione *Dargomanes.* Ptolemæo Δαργομάνης. In Editione Rom. *Orchamones*, [in Colb. *Orchomanes.*] *Idem.*

c *Cathra & Charte.*] In Reg. *Chatra & Carthe.* Auguſtana Editione *Charrachatra*, Ptolemæo Χάτρα[illegible]. In Editione Romana *Chatra & Charte*, [ut in Colbertino] * & in Toloſano. * *Idem.*

d *Alicodra, & Aſtacia, & Menapila.*] In Editi Aug. eſt *Aſtacana*: Ptolemæo Ἀλίχορδα, Ἀστάκανα, [illegible] Idem.

e *Sub imis montium pedibus.*] Sic diſtinxi hunc loc ut & auctoritas Regii Cod. * Tol. * [& Colb.] & r ipſa ſuadebat: hinc enim orditur Ammianus deſcrip nem Sogdianæ. Deſunt autem hic nonnulla, quæ ſic pleri poſſunt: *Hinc Sogdiani agunt ſub imis montium bus quos app. Sogdios.* Idem.

f *Inter quos amnes duo fluunt.*] Si verum eſt hæc Ptolemæo eſſe deſcripta, ut veriſimillimum eſt; mult Ammianus peccavit. Neque enim Ptolemæus dicit amnes interfluere inter montes Sogdios, ſed potius S dios montes protendi inter duos amnes, Oxum ſe Jaxartem: neque Oxiam paludem à Dyma ait effici, ab neſcio quo innominato fluvio. Poſtremò nec S dianam totam ſuppoſitam eſſe Sogdiis montibus d ſed exiguam ejus partem. *Idem.* Extremum hoc a rationis crimen non eſt Ammiani, ſed ipſius Valeſii ita ſupplere Ammianum voluit, ut huic vitio eſſet pinquus. Quem quum neſciamus, quomodo ſcripſi utique temperemus palam vitioſe ſupplere. *Gron.*

g *Araxates & Dymas*] Ptolemæus *Dymum* vocat

latéque diffuſam. Hîc inter alia oppida celebrantur Alexandria, & [h] [i] Cyreſchata, & Drepſa metropolis. His contigui ſunt Sacæ, natio fera, ſqualentia incolens loca, ſolo pecori fructuoſa, ideo nec civitatibus culta: cui [k] Aſcanimia mons imminet, & Comedus. Præter quorum radices, & vicum quem Lithinon pyrgon appellant, iter longiſſimum patet [l] mercatoribus pervium, ad Seras ſubinde commeantibus. Circa defectus & crepidines montium, quos Jmavos & Tapurios vocant, [7] Scythiæ ſunt intra Perſicos fines, [8] Aſianis conterminis Sarmatis, Alanorúmque latus tangentes extremum. Qui velut agentes quodam in ſeceſſu, coalitíque ſolitudine, per intervalla diſperſi ſunt longa, adſueti victu vili & paupertino. Et gentes quidem variæ hos incolunt tractus, quas nunc recenſere aliò properans ſuperfluum puto. Illud tamen ſciendum eſt, inter has nationes pæne ob aſperitatem nimiam inacceſſas, homines eſſe quoſdam mites & pios; [m] ut Jaxartæ ſunt & Galactophagi, quorum meminit vates [n] Homerus in hoc verſu:

Γλακτοφάγων ἀβίωντε δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

Inter flumina verò multa, quæ per has terras vel potioribus jungit natura, vel lapſu poſt trahit in mare, [o] Rœmnus celebris eſt, & Jaxartes, & [p] Talicus. Civitates autem non niſi tres ſolas habere noſcuntur, Aſpabota, & [q] Chauri-

7 *Mſ.* Scythæ ſunt aura intra. 8 *Al.* Aſianæ.

μάζονται ὁ μὲν ἕτερος αὐτῶν Δύμος. Et pòſt: ὁ δὲ ἕτερος Βασκά-ς. Lindenbr.

h *Tribatra & Drepſa*] Mſ. *Creſcata & Areta ipſa me-op.* ἴσ. *Creſcata & Drepſa.* Ptolem. Κυρέσχατα. Verius tamen puto, *Trybactra & Drepſa.* Ptolemæus. pag. 160. ούβακτρα, Αλεξάνδρεια, Ωξιανὴ Ινδικομορδάνα, Δρέψα μητρόπολις Αλεξάνδρεια ἐσχάτη. Idem.

i *Tribatra.*] In Mſ. Flor. * Toloſ. Vatic. * [Colb.] Reg. *Creſcata* legitur, nec ſecus in Editione Rom. ſed Mariangeli Editio ex conjectura, ut opinari datur, *Cyſchata* præfert: quod ſequi placet ex auctoritate Ptolemæi. Hæc & κύρα ſimpliciter dicta eſt. Strabo lib. XI. μαράκανδα ἣ τῆς σογδιανῆς καὶ τὰ Κύρα ἔσχατον ὂν Κύρου κτίσμα ἐπὶ τῷ ξάρτῃ ποταμῷ ὅπερ ἦν ὅριον τῆς περσῶν ἀρχῆς. Apud Stephanum gitur Κύρου πόλις ἣ καὶ κυρέσχατα καλεῖται. Ab eadem cauſa dia urbs eſt ἀλεξανδρεσχάτη apud Appianum in Syriacis. Ptomæo ἀλεξάνδρου ἔσχατον. [Pro *Drepſa* Colbert. *Areta ipſa* bet.] *Valeſ.* Adde & Salmaſium in Solinianis pag. 791. τον.

k *Aſcanimia mons & Comedus.*] Mariangeli Editio ad Ptolemæi codices caſtigata habet *Aſcatanca.* Ptolemæo nim eſt ἀσκατάγκας. Comedum autem montem ipſum vocari Ptolemæus non dicit, ſed tantùm regionem dici μηδῶν ὀρεινὴν, à Comedis ſcilicet incolis. *Valeſ.*

l *Mercatoribus pervium ad Seras.*] Neque id Ptolemæus diſtinctè dicit. *Idem.*

m *Vt Jaxartæ ſunt.*] Ptolem. Ιαξάρται μέγα ἔθνος, παρὰ ὁμώνυμον ποταμὸν, μέχρι τῶν πρὸς τοῖς ταπούροις ὄρεσιν, ἐπιστροφὰς. Vid. Strab. Plin. Avien. *Lindenbr.*

n *Homerus in hoc verſu*] Homerus Iliad ν. quo verſu etiam Strabo utitur, de iiſdem populis agens lib. VII. *Idem.*

o *Roemnus, & Jaxartes, & Talicus.*] In Mar. Editione legitur *Rhymmus & Daicus*, ex Ptolemæo, ut apparet. Nam ſcripti codices nihil variant. Sed vulgatam lectionem equidem tueri malim: præſertim cùm ſciam, υ & οι litteras eſſe permutabiles: cujus affinitatis infinita propemodum legentibus exempla occurrunt. Hinc Mœſiam Latini dixere, quæ Græcis eſt μυσία. In Lexico etiam Suidæ Mſ. Bibliothecæ Regiæ, ante literam Y obſervavi poſitam fuiſſe οι. quod tamen in editis minimè obſervatur. In ſingulis quoque litteris is ordo ſervatur in Editionibus quoque vulgaribus Suidæ, ut οι ante literam υ proximè collocetur. [Hunc fluvium, quem Ammianus Roemnum vocat, Ptolemæus Rhymmum, vel potiùs Rhymnum, Plinii ætate Rymnum dictum eſſe non dubito. Certe ejus accolæ fluminis *Rhymnici* ab eo nuncupantur, & inter Scytharum Gentes numerantur in capite XVII. libri VI.] *Valeſ.*

p *Talicus.*] Ptolemæo, δάϊκος ποταμός. Ammiano * *Talicus* pro *Taicus* aut * *Daicus*, eo more quo Rogomanius ſuprà, & Arcadius, & Theſpanius & ſimilia multa: cùm Daix regulariter dicere debuiſſet. [Δάϊχ Menandro vocatur in Excerptis legationum pag. 109. *Idem.*

q *Cauriana.*] In Reg. * Vat. Tol. * [& Colbert.] *Chauriana* rectius. Apud Ptolemæum enim eſt χαυράνα; & quæ *Saga*, ea σοῖτα apud Ptolemæum. Unde opinari datur σοῖγα fuiſſe ſcriptum in exemplari, quo uſus eſt Marcellinus: quod quidem corruptum fuiſſe ſatis apparet. *Idem.*

ana, & Saga. Ultra hæc utriuſque Scythiæ loca, contra Orientalem plagam in orbis ſpeciem conſertæ celſorum aggerum ſummitates ambiunt Seras uberta te regionum & amplitudine circumſpectos: ab Occidentali latere Scythis adnexos: à Septentrione & Orientali, nivoſæ ſolitudini cohærentes: quà meridiem ſpectant, aduſque Indiam porrectos & Gangem. Appellantur autem iidem montes, [9] [r] Anniva, & Nazavicium, & Aſmira, & Emodon, & Opurocarra. Hanc itaque planitiem undique prona declivitate præruptam, terráſque lato ſitu diſtentas, duo famoſi nominis flumina, [s] OEchardes & [1] Bautis lentiore meatu percurrunt. Et diſpar eſt tractuum diverſorum ingenium hîc patulum, alibi molli devexitate ſubductum: ideóque ſatietate frugum, & pecoribus, & arbuſtis exuberat. Incolunt autem fecundiſſimam glæbam variæ gentes, è quibus [t] Alitrophagi, & Annibi, & Sizyges, & Chardi aquilonibus objecti ſunt & pruinis. Exortum verò Solis ſuſpiciunt [v] Rabannæ, & Aſmiræ, & Eſſedones omnium ſplendidiſſimi: quibus [3] [x] Athagoræ ab Occidentali parte cohærent, & [4] [y] Aſpacaræ. Betæ verò auſtrali celſitudini montium [5] inclinati, urbibus licèt non multis, magnis tamen celebrantur & opulentis: inter quas maximæ Aſmira, & Eſſedon, & Aſparata, & [z] Sera, nitidæ ſunt & notiſſimæ. Agunt autem ipſi quietiùs Seres, armorum ſemper & prœliorum expertes: utque hominibus ſedatis & placidis otium eſt voluptabile, nulli finitimorum moleſti. Cæli apud eos jucunda ſalubríſque temperies, aëris facies munda, leniúmque ventorum commodiſſimus flatus: & abunde ſilvæ ſublucidæ: à quibus árborum fetus aquarum [a] aſperginibus crebris, velut quædam vellera molientes, ex lanugine & liquore miſtam ſubtilitatem tenerrimam pectunt: nentéſque [6] ſubtemina, conficiunt ſericum, ad uſus anteha

9 *Mſ.* Anniva. 1 *Mſ.* Bautis. 2 *Mſ.* accanibus. 3 *Mſ.* Athagoræ. 4 *Mſ.* Aſpatharae beatae. 5 *Mſ.* inclinati. 6 *Al.* ſubtemina.

---

r *Anniva & Nazavicium.*] Ptolemæo ἄννιβα. αὐζάκια. Pro Aſmira Ptolemæus habet ἀσμίραια. Itémque ὀττοροκόῤῥας pro Opurocarra. Oroſio lib. 1. *Ottorogarras*. Valeſ. Adde & Salmaſiana ad Solinum. pag. 989. *Gron.*

ſ *OEchardes & Bautis.*] Ptolemæo οἴχαρδος & βαύτης. [Colb. Mſ. *& Chartis & Bautis.*] Valeſ.

t *Alitrophagi & Carambuſi*] In Mſ. * Vatic. * & Reg. legitur *& anibuſe.* In Editione Rom. *e Canibus.* [In Mſ. Colbertino *æ canibus.*] Ptolemæo ἀνθρωποφάγοι & ἄννιβοι. Itidémque οἰχάρδοι, non Chardi, ab OEchardo fluvio ita dicti. *Idem.* Sub hac vulgata lectione *Androphagi* videntur latere Voſſio ad Pomp. Melam. pag. 259. *Gron.*

v *Rabannæ.*] Ptolemæo ῥαβάνναι. Valeſ.

x *Athagoræ.*] Sic ex Mſſ. Regio, * Toloſ. Vatic. * [Colbert.] & Flor. & Editione Rom. & Mar. emendavimus. cùm *Atharæ* legeretur. Ptolemæo ἰθάγουροι. Iidem eſſe videntur, quos Plinius lib. 6. cap. 17. ex eóque Solinus & Capella Attacoros vocant, de quibus peculiare volumen ſcripſit Amometus teſte Plinio. *Idem.*

y *Aſpacaræ.*] Sic diſertè in codice Regio reperimus optimè. In * Toloſ. Mſ. * [& Colbert.] & in Editione Rom. *Aſpacarat Beatæ.* Ptolemæo ἀσπάκαραι. Eorum urbs quoque *Aſpacara*; malè infrà *Aſpatara* appellatur. Pro *Betæ* Ptolemæus βαῖται. Sed errat Marcellinus qui *Betas* in Meridiem vergere prodit. Nam de Ottorocarris id ſcribit Ptolemæus. *Idem.*

z *Et Pheræ.*] In Reg. * Vat. Toloſ. * [& Colbert. Mſſ.] *Fera* ſcribitur: ex quo *Sera* legendum eſſe apparet. Sic enim dicta eſt Sericæ caput. Ptolemæo σῆρα μητρόπολις. In Editione Rom. *Fere.* Idem.

a *Aſperginibus creb. molientes.*] In Mar. & Rob. Stephani Editionibus legitur *mollientes* rectiùs ſine dubio. Solinus cujus verba plerumque mutuatur Marcellinus noſter, ſic habet: *Qui aquarum aſpergine inundatis frondibus, vellera arborum adminiculo depectunt liquoris, lanuginis teneram ſubtilitatem humore domant ad obſequium.* Plinius verò, ex quo hauſit Solinus, ſic dicit: *Perfuſam aquæ depectentes frondium canitiem.* Capella lib. lanuginem. vocat. *Idem.*

Nobilium, nunc etiam infimorum ſine ulla diſcretione proficiens. Ipſi præter alios frugaliſſimi, pacatioris vitæ cultores, vitantes reliquorum mortalium cœtus. [b] Cúmque ad coëmenda fila, vel quædam alia fluvium tranſierint advenæ, nulla ſermonum vice, propoſitarum rerum pretia ſolis oculis æſtimantur: & ita ſunt abſtinentes, ut apud ſe tradentes gignentia, nihil ipſi comparent [7] adventicium. [8] Ariani vivunt poſt Seras, boreæ obnoxii flatibus: quorum terras amnis vehendis ſufficiens navibus, Arias perfluit nomine, [c] faciens lacum ingentem eodem vocabulo dictitatum. Abundat autem hæc eadem [9] Aria opidis: inter quæ ſunt celebria, [1 d] Bitaxa, Sarmatina, & Sotera, & Niſibis, & Alexandria, unde naviganti ad Caſpium mare quingenta ſtadia numerantur & mille. His locis Paropaniſadæ ſunt proximi, Indos ab Oriente, Caucaſúmque ab Occidentali latere proſpectantes, ipſi quoque montium defectibus [2] inclinati: quos reſiduis omnibus major [e] Ortogordomaris interluit fluvius, à Bactrianis exſurgens. Habent autem etiam civitates aliquas; quibus clariores ſunt Agazaca, & [f] Naulibus, & [3] Ortopana, [g] unde litorea navigatio aduſque Mediæ fines, portis proximos Caſpiis, ſtadiorum ſunt duo millia & ducenta. Antedictis [4] continui ſunt Drangiani collibus cohærentes, quos flumen alluit [h] Arabium nomine ideo appellatum, quòd inde exoritur, intérque alia duobus municipiis exſultantes [i k] Prophthaſia & Ariaſpe, ut opulentis & claris. Poſt quos [5] exadverſum Arachoſia viſitur, dextrum vergens

7 *Al.* advectitium. 8 *Mſ.* Afriani. 9 *Al.* celebres. 1 *Mſ.* Bitaxas armotina. 2 *Mſ.* inclinati. 3 *Al.* Orthoſpana. 4 *Mſ.* continui. 5 *Mſ.* exadverſum.

b *Cumque ad coëmenda fila, vel quædam alia*] Solinus cap. 53. *Seres ipſi quidem mites, & inter ſe quietiſſimi: aliàs verò reliquorum mortalium cœtus refugiunt, adeo ut ceterarum gentium commercia abnuant. Primum eorum fluvium mercatores ipſi tranſeunt: in cujus ripis, nullo inter partes linguæ commercio, ſed depoſitarum rerum pretia æſtimantes ſua tradunt, noſtra non emunt.* Lindenbr.

c *Faciens lacum ingentem.*] Id de ſuo admetitur Marcellinus. Nam Ptolemæus certè id non dicit. *Valeſ.*

d *Bitaxa, Orbitana*] Mſ. *Bitaxas Armatina.* Videtur legendum, *Bitaxa, Sarmagana.* Sic Ptolemæus in Ariæ Deſcriptione: Βιτάξα, Σαρμάγανα. Adduntúrque mox pòſt reliquæ civitates, Ἀλεξάνδρεια ἐν Ἀρίοις, Σώτειρα, Νισιβίς. Lindenbr. Eadem fere ratione, qua Salmaſius pag. 794. ad Solinum proponebat *Bitaxa Sarmagina.* *Gron.*

e *Ortogordomaris.*] Ptolemæus ἐμβάλλουσι δὲ εἰς τὴν χώραν ποταμοὶ ὅτε δοργαμάνης ὁ ἀπὸ τῆς βακτριανῆς. Videtur Marcellinus ὀτεδοργαμάνης pro una voce accepiſſe: quod eò fortaſſe ipſi contigit, quia in Mſſ. veteribus, præſertim quæ capitalibus litteris eſſent exarata, nulla diſtinctio eſſet litterarum. Suprà in Bactrianæ deſcriptione hic idem fluvius Dorgomanes dicitur. *Valeſ.*

f *Naulibus & Ortopana.*] Ptolemæo ναυλιβίς. κάρουρα ἢ καὶ ὀρτοπατῖνα, & ita planè exhibet Editio Mariangeli. In Bononienſi autem Editione quam Petrus Caſtellus inquinavit, *Naulibis, & Artoarta* legitur ex eodem Ptolemæo, ut apparet. *Idem.*

g *Unde litorea navigatio.*] Eratoſthenes apud Strabonem lib. XI. ἀπὸ μὲν κασπίων πυλῶν εἰς ὀρτόσπανα διὰ τὴν ἐν βάκτροις τρίοδον δισχιλίους σταδίους. & lib. 15. *Idem.*

h *Arabum nomine.*] In Mſſ. codd. Regio, Vatic. Toloſ. [& Colbert.] * & in Editione Rom. *Arabium* reperimus. Ptolemæus: διαρρεῖ δὲ τὴν χώραν ποταμὸς ἀπὸ τοῦ ἀράβιος ἐκτρεπόμενος. Unde hæc ſupplenda videntur in Auctore noſtro: *Collibus cohærentes, quos flumen interfluit Arabium nomine, ideo appellatum quòd inde exoritur.* Hic porrò locus in Editione Lindenbrogii corruptiſſimus eſt: legitur enim, *appellatis quod inde exorti.* Sed noſtra lectio præter auctoritatem Regii Cod. * Vatic. Toloſ. * [& Colbert.] ab Editione Rom. & Mar. & Stephani approbatur. Arrianus quoque in lib. 6. de rebus Alexandri, & in Indicis Arabium vocat fluvium Indiæ, ejúſque accolas Arabios & Arabitas. *Idem.*

i *Proſpthaſia & Ariaſpe*] Ita ad fidem Mſ. editum Vulg. *Prophthaſia, & Ariaſp.* Ptolem. Πόλεις δὲ καὶ κῶμαι φέρονται Δραγγιανῆς αἵδε, Προφθασία ..... Ἀριάσπη. Lindenbr.

k *Proſphtaſia.*] Sic Lindenbrogius ediderat. In Regio * ac Toloſ. Mſ. * & in Rom. Editione *Proſtaſia* legitur: [*Proſthaſia* in Mſ. Colb.] ex quo *Prophthaſiam*

in latus Indis objecta, quam ab Indo fluviorum maximo, unde regiones cognominatæ ſunt, amnis multo minor exoriens aquarum alluit amplitudine, efficítque paludem Arachotoſcrenem [6] appellatam. Hîc quoque civitates ſunt inter alias [7] utiles, Alexandria, & Arbaca, & Choaſpa. At in penitiſſima parte Perſidos [8] Gedroſia eſt, dextrâ terminos contingens Indorum, inter minores alios [l] Artabio uberior flumine: ubi [m] montes deficiunt Barbitani, quorum ex pedibus imis emergentes alii fluvii Indo miſcentur, amittentes nomina magnitudine potioris. Civitates autem etiam hîc ſunt: inter civitates præter inſulas [n] Sedratyra, & Gynæcôn limen meliores reſiduis æſtimantur. Ne igitur ora maritimæ ſpatia alluentia Perſidis extremitates per minutias demonſtrantes, à propoſito longiùs aberremus, id ſufficiet dici: quòd [o] mare prætentum à Caſpiis montibus per boreum latus aduſque memoratas anguſtias, novem millium ſtadiorum; Auſtrale verò [p] ab oſtiis Nili fluminis aduſque principia Carmanorum, quatuordecim millium ſtadiorum numero definitur. Per has nationes diſſonas & multiplices, hominum quoque diverſitates ſunt ut locorum. Sed ut generaliter corpora deſcribamus & mores, graciles pæne ſunt omnes, ſubnigri vel livido colore pallentes, caprinis oculis torvi, & ſuperciliis in ſemiorbium ſpeciem curvatis junctíſque, [q] non [9] indecoribus barbis, capilliſque [1] promiſſis hirſuti: omnes tamen promiſcuè, vel inter epulas feſtóſque dies, [r] gladiis cincti cernuntur. [ſ] Quem Græcorum veterum morem abjeciſſe primos Athenienſes, [t] Thucydides eſt auctor ampliſſimus. Effuſiùs plerique [2] ſoluti in venerem, ægréque contenti multitudin

6 *Mſ.* appellant. 7 *Mſ.* utiles. 8 *Mſ.* Geroſia. 9 *Mſ.* indecoribus barbis. 1 *Al.* prolixis. 2 *Al.* ſoiti ſolvi in venerem.

edere malui ex auctoritate Strabonis, & Stephani, qui Phradam priùs dictam prodit: φράδα πόλις ἐν Δράγγαις, ἣν Ἀλέξανδρος Προφθασίαν μετωνόμασεν. χάραξ ἐν ἔχτῳ χερνικῶν. Auctor eſt Plutarchus in 2. de fortuna Alexandri, Prophthaſiam à Macedonibus conditam in Sogdianis. Quare cùm id nomen Græcum eſſe conſtet, Prophthaſiam præfero. προφθασία enim Græca vox eſt: ſic ſacrum quoddam apud Clazomenios dictum docet Diodorus Siculus. *Valeſ.* Edidi autem *exadverſum*, quod ex Vat. etiam notatu eſt in patris exemplari, ut ab Lindenbrogio ex Mediceo; & doctæ ex doctis aliis ſcriptoribus æmulari voluit Ammianus, ut alibi docebo. *Gron.*

l *Artabii flumine*] Suprà *Arabium* dixerat. Apud Ptolemæum èſt ἀράβιος ποταμοῦ. Marcianus tamen in periplo ἀρτάβιος dicit. *Valeſ.*

m *Montes Barbitani*] Ptolemæo ὄρη καλούμενα ἄρβιτα. Fortè Harbitani legendum: ſic ſuprà *Nazavicium* pro *Hazavicium*: & apud Marcellinum Comitem in Chronico *Narbazaicus* pro *Harbazacio*. *Idem.*

n *Sedratyra.*] Reg. codex [& Colbert.] *Sedratira.* An fortè ea eſt, quæ apud Ptolemæum σωοξίτερα? Ide[m]

o *Mare prætentum a Caſpiis.*] Hanc oram deſcri[bit] Strabo lib. XI. pag. 508. ſed ſpatia non exprimit. *Idem.*

p *Ab oſtiis Nili fluminis.*] Inter Nilum fl. & ſinu[m] Arabicum breve ſpatium intereſt 90 circiter ſtad. ut [ex] Eratoſthene prodit Strabo. *Idem.*

q *Non indecoribus barbis.*] Idem de Perſis teſta[tur] Procopius in ἀνεκδότοις, ubi ait Venetianos & Phraſin[os] mentum & muſtacas non raſiſſe ex more Romanorum ſed promiſsâ undecumque barbâ inſtar Perſarum fuiſ[ſe]. Jam de promiſſis eorumdem capillis teſtis eſt Seneca Epiſt. ult. Ex quibus interpretari ſoleo locum Liba[nii] ex Orat. funebri in Julianum, pag. 325. ὑμεῖς μὲν ἀόμαι γλῶτταν πρὸς ὧν ἅπασαν μέρος τῆς Ῥωμαίων ἐσθῆτα καὶ γλῶτταν ἀμείψε καὶ στολὴν μετακοσμήσασιν, καὶ κείρειν κόμας. Hinc in Epitaph[io] Æſchyli Athenienſis, Poëtæ tragici:

Καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος.

r *Gladiis cincti cernuntur.*] Joſephus lib. 18. Antiq. ca[p.] 3. de Perſis idem dicit: μαχαιροφορεῖν τι γὰρ ἔθος ἅπασι. Ide[m]

ſ *Quem Græcorum veterum morem.*] De hoc more v[e]terum Græcorum loquitur & Ariſtot. in 2. Polit. cap. ἐσιδηροφοροῦντό τε γὰρ οἱ Ἕλληνες, καὶ τὰς γυναῖκας ἐωνοῦντο παρ' ἀλλήλων. Idem.

t *Thucydides eſt auctor*] Thucyd. lib. 1. *Lindenbr.*

pellicum: [v] [x] puerilium ſtuprorum expertes. [y] pro opibus quiſque adſciſcens matrimonia plura vel pauca. Unde apud eos per libidines varias caritas diſperſa torpeſcit. Munditias conviviorum & luxum, maximéque [z] potandi aviditatem vitantes, ut luem. Nec apud eos extra regales menſas hora eſt præſtituta prandendi, ſed [a] venter unicuique velut ſolarium eſt, eóque monente, quod inciderit editur: [b] nec quiſquam poſt ſatietatem [c] ſuperfluos ſibi ingerit cibos. Immane quantùm reſtricti & cauti, ut inter hoſtiles hortos gradientes nonnumquam & vineta, nec cupiant aliquid, nec contingant, venenorum & ſecretarum artium metu. Super his nec ſtando mingens, [d] nec ad requiſita naturæ ſecedens facilè viſitur Perſa: ita obſervantiùs hæc aliáque pudenda declinant. Adeo autem diſſoluti ſunt, & artuum laxitate vagóque inceſſu ſe actitantes, ut effeminatos exiſtimes, cùm ſint acerrimi bellatores: ſed magis artifices quàm fortes, eminúſque terribiles: abundantes inanibus verbis, [e] inſanúmque loquentes & ferum: magnidici, & graves, ac tætri, minaces juxtà in adverſis rebus & proſperis, callidi, ſuperbi, crudeles vitæ neciſque poteſtatem in ſervos & plebeios vindicantes obſcuros. [f] Cutes vivis hominibus detrahunt particulatim vel ſolidas: nec miniſtranti apud eos famulo menſæque adſtanti hiſcere vel loqui licet, vel ſpuere: ita [3] [g] proſtratis pellibus [h] labra

3 *Ita mſ. & Steph. alti* roſtratis pellibus.

v *Puerilium ſtuprorum expertes*] Herodotus de Perſis lib. I. ἀπ' Ἑλλήνων μαθόντες παισὶ μίσγονται. Lindenbr.

x *Puerilium ſtuprorum expertes.*] At contrarium de Perſis tradit Sextus lib. I. Pyrrhon. Hypotyp. παρὰ μὲν Πέρσαις ἔθος ἐστὶν ἀρρενομιξίαις χρῆσθαι. παρὰ δὲ Ῥωμαίοις ἀπαγορεύεται νόμῳ τοῦτο πράττειν. [Ammiano tamen favet Curtius in libro x. ubi Orſines Perſa ait, *moris non eſſe Perſis mares ducere, qui ſtupro effeminarentur.*] Valeſ.

[y *Pro opibus quiſque adſciſcens matrimonia plura vel pauca.*] Sic Perſæ, ſic Hunni, ut Dexippus docet, ita etiam Germani fecerunt, ſicuti Tacitus in libro de moribus Germanorum tradit. Eumdem morem Saraceni ſervarunt, & omnes Arabes, ac Muhammedis ſectatores, quos hodieque Turci imitantur.] *Idem.*

z *Potandi aviditatem vitantes*] Mirum hoc de Perſis, ſi verum eſt Ammiani ævo ita moratos fuiſſe: quippe cùm ex Xenophonte, Herodoto, Athenæo, aliiſque conſtet, adeo ebrietati eos olim deditos, ut ſæpe neque pedes, neque caput ſuum officium fecerint. *Lindenbr.*

a *Venter unicuique velut ſolarium*] Feritatem hoc populi & barbaros mores notat: *Belluarum quippe ritus eſt, de ventris eſurie horas ſentire, & non habere certum, quod conſtat humanis uſibus attributum.* Caſſiodorus lib. II. Variar. 46. Reſpexit autem Ammianus ad Plauti verſus in Bœotia. * Apud A. Gellium lib. 3. cap. 3.

Me puero venter erat ſolarium
Multo omnium iſtorum optimum & veriſſimum.
Ubi iſte monebat eſſe, niſi cùm nihil erat.
Nunc etiam quod eſt, non eſt, niſi Soli lubet. Lindenbr.

b *Nec quiſquam poſt ſatietatem*] Procopius Perſicor. lib. II. Μονότροποι εἴπερ ἄλλοι τινὲς οἱ Πέρσαι εἰσὶν, καὶ τὰ ἐς τὴν δίαιταν ὑπὲρ ἄγαν σκληροί. Idem.

c *Superfluos ſibi ingerit cibos.*] Bellaria intelligit ac ſecundas menſas, quibus carebant Perſæ. Sed contrarium dicit Herodotus lib. I. Perſas ſcilicet cibis uti paucis, bellariis autem plurimis: σίτοισι δὲ ὀλίγοισι χρέονται, ἐπιφορήμασι δὲ πολλοῖσι καὶ οὐκ ἁλέσι. Perſis quidem patrium id eſſe inſtitutum tradit Xenophon, τὸ μονοσιτεῖν: quod eſt ſemel tantùm in die edere, idque ſub veſperam, ut docet Procopius lib. I. Perſic. *Valeſ.*

d *Nec ad requiſita naturæ ſecedens.*] Idem dicit Xenophon lib. 8. de inſtitutione Cyri: κἀκεῖνο δὲ ἦν αὐτοῖς ἐπιχώριον τὸ μεταξὺ πορευομένοις μήτε ἐσθίειν, μήτε πίνειν, μήτε τῶν διὰ ταῦτα ἀναγκαίων μηδὲν ποιοῦντας φανεροὺς εἶναι. Eamdem Perſarum verecundiam teſtatur & Dio Chryſoſtomus Orat. 13. de exſilio: καὶ τὸ γυμνοῦσθαι τὸ σῶμα αἴσχιστον αὐτοῖς ἐδόκει καὶ τὸ ὀπυίειν ἐν τῷ φανερῷ. Et ante utrumque Herodotus lib. I. [Idem obſervant hodieque Muhammedani inprimis Turci.] *Idem.*

e *Inſanúmque loquentes ac ferum.*] Perſæ à puero aſſueſcebant magnitudini vocis. Euſtathius in Dionyſium: ἀσκεῖν δὲ λέγονται καὶ μεγαλοφωνίαν οἱ Πέρσαι; ex Strabone lib. XV. *Idem.*

f *Cutes vivis hominibus detrahunt*] Tzetzes Hiſtor. Chil. I. cap. I. de Peteſaci ſupplicio, cui Amytis filia Aſtyagis τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν, ἐκδείρασά τε ζῶντα, ἀνεσκολόπισε σταυρῷ. Vid. Briſſonii V. C. de Reg. Perſ. lib. VI. *Lindenbr.*

g *Proſtratis pellibus.*] Pelles Perſicæ in pretio fuere, ut

omnium vinciuntur. [i] Leges apud eos impendio formidatæ: inter quas dirita te exſuperant latæ contra ingratos, & deſertores: & abominandæ aliæ, pe quas [k l] ob noxam unius omnis propinquitas perit. Ad judicandum auten uſu rerum ſpectati deſtinantur & integri, parum alienis conſiliis indigentes unde noſtram conſuetudinem rident, quæ interdum [m] facundos, juriſque pu

ſuperioribus libris notavi: eæque variis coloribus eleganter erant pictæ. Callixenus Rhodius lib. 4. de Alexandria: ψιλαὶ δὲ περσικαὶ τὴν ἀνὰ μέσον χώραν ἐκάλυπτον, ἀκριβῆ τὴν εὐγραμμίαν τῶν ἐνυφασμένων ἔχουσαι ζωδίων: quem locum citat Athenæus lib. v. Plutarchus quoque in Ageſilai vita de Pharnabazo Perſa hæc dicit: ὑποβεβλημένων αὐτῷ καυνάκων μαλακῶν καὶ ποικίλων δαπίδων: pro quo Xenophon lib. 4. rerum Græc. ubi eamdem rem narrat, habet: ὑποτιθέντων δὲ αὐτῷ τῶν θεραπόντων ῥαπτά. Eædem pelles etiam Babylonicæ videntur dictæ: diſtinguuntur tamen in leg. 16. D. de publicanis. Gloſſarium vetus: βαβυλωνικὸν δέρματος εἶδος. Earum mentio eſt apud Zonaram in rebus Conſtantii, ubi de Hormiſda loquitur: σκηνὴ ποτὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ διεκομίσθη ἐκ βαβυλῶνος δέρμασιν ἐσχωρείοις ποικιλώτερον εἰργασμένη. Hieronymus ad Lætam de inſtitutione filiæ: *Divinos codices amet, in quibus non auri & pellis Babylonicæ vermiculata pictura, ſed ad fidem placeat emendata & erudita diſtinctio.* His igitur pellibus tricliniares lectos ſternere ſoliti erant Perſæ. *Valeſ.*

h *Labra omnium vinciuntur.*] Patrium fuit apud Perſas in menſa ſilentium ſervare, ut teſtis eſt Menander Protector lib. 2. Hiſt. his verbis, ὁ δὲ περσῶν πρεσβευτὴς τοῦ δείπνου ἤδη συντονώτερον ἐπεισκαλοῦντος περιφρονήσας τὸν νόμον τῆς σιωπῆς τὸν ἰσχύοντα παρ' αὐτοῖς ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν, ἀπὸ τραχήλου ἤρξατο διαλέγεσθαι. Accedit Theophylactus lib. v. Hiſt. cap. 5. ubi ait Choſroem epulantem manu ſignificaſſe, ut neſcio quis ultimo ſupplicio afficeretur: οὐ γὰρ εὐωχουμένοις θέμις τοῖς Πέρσαις διαλαλεῖν. Atque hinc fortè eſt, quòd apud Xenophontem lib. 8. Cyrus inducitur in ſollemni convivio non niſi finitis epulis cum convivis loquens. Sunt alioquin Parthi naturâ taciturni, ut prodit Juſtinus lib. 41.

[Heic autem docet Ammianus, quod nuſquam alibi legere memini, apud Perſas labra famulorum miniſtrantium ad menſam & adſtantium vincta fuiſſe pellibus, ita ut nec hiſcere, nec loqui, ac ne ſpuere quidem poſſent. Quod factum puto, ne famuli dapes quas menſis inferebant, halitu ſuo inficerent. Sed *proſtratis pellibus* quid heic ſignificet, planè ignorare me fateor.] *Idem.*

i *Leges -- latæ contra ingratos*] Tzetzes Hiſtor. Chil. ε. cap. 98.

Νόμος κοινός τις Περσικός ἐστι, κατ' ἀχαρίστων
Τοὺς δυναμένους σύμπαντας χάριν ἀποδιδόναι,
Καὶ μὴ διδόντας ἰσχυρῶς εὐθύνειν, καὶ κολάζειν.
Τοὺς ἀχαρίστους εἶναι καὶ γὰρ πρὸς τὴν πατρίδα,
Καὶ πρὸς γονεῖς, καὶ πρὸς Θεόν, ἀξιοπιστάτους εἶναι. *Lindenbr.*

k *Ob noxiam unius omnis propinquitas perit*] Exempla duri hujus moris apud Herodotum lib. III. Eſther cap. 8. Neque mitior lex Macedonum, *quâ cautum erat, ut propinqui eorum, qui Regi inſidiati eſſent, cum ipſis necarentur.* Curtius lib. VI. At in Romano Imperio ultra auctores ſuos delicta non plectebantur. Dionyſius Hal carn. id notat in conjuratione Marſici & civilis belli, li VIII. τὸ ἔθος τοῦτο Ρωμαίοις ἐπιχώριον γέγονεν, ἀφεῖσθαι τῆς τιμωρίας ἁπάσης τοὺς παῖδας, ὧν ἂν οἱ πατέρες ἀδικήσωσιν, &c. I que verum quàm diu reſpublica libera, niſi quòd M. C ceronis ſententiâ etiam ad Lepidi liberos bonis publicat parentis calamitas pervenit, ut ipſe Tullius ad Brutu ſcribens ait Epiſt. XI. & XIV. *Videtur illud eſſe crudel quòd ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna perveniret: ſ. id & antiquum eſt. & omnium civitatum, ſiquidem Themiſtoclis liberi eguerunt.* At poſtquam in unius pot ſtatem dominatio recidiſſet, etiam in perduellionur aut adfectatæ tyrannidis convictorum pignora ſævitur ut ſub Tiberio Sejani; ſub Severo Plautiani, Albini. N gri; ſub Theodoſio, Maximi nefandiſſimi tyrannorı pignora, ob parentum peccata miſerè periere. * Eti priſca Mediolanenſium lege in crimine læſæ majeſta corporaliter puniebantur collaterales, quantumvis ı nocentes: ſed Karolus V. Imp. novellis ſuis Conſtit tionibus Dominii Mediolanenſis, & hanc legem & decreta tyrannica ſancivit eſſe antiquata & corre * Quo etiam pertinent, quæ de Mararocuprenorum beris Ammian, lib. 28. ſcribit. Itaque Arcad. & Hon Impp. Conſtitutione, pœna quoque in partem ad fil extenditur, quorum parentes læſæ majeſtatis reatı incurrerunt. L. 5. C. ad L. Jul. Majeſt. *Idem.*

l *Ob noxam unius omnis propinquitas perit.*] Hoc n ximè ſupplicio plectebantur apud Perſas ii, qui Reg interfecerant. Quo fiebat ut rarò admodum Princip illorum vita inſidiis appeteretur, ut Claudianus canit Honorium:

Rarus apud Perſas Regum cruor: unaque toto
Pœna manet generi. quamvis crudelibus æquè
Paretur dominis. Valeſ.

m *Facundos juriſque publici peritiſſimos poſt indoctorum collocat terga.*] Aſſeſſores Magiſtratuum intelligit t civilium quàm militarium, qui erant juris publici, id juris civilis peritiſſimi. Nam cùm Magiſtratus ipſi pl rumque illiterati, interdum & barbari eſſent; nece erat ut juris peritos ſibi adjungerent quorum operâ jure dicundo ſublevarentur. Itaque hujuſmodi Aſſeſſ res, quaſi ὑποβολεῖς neceſſaria pro tempore ſuggeſtur poſt terga Magiſtratuum ſtabant: quod indignatur eti Syneſius in Orat. de Regno: νῦν γε καὶ τὴν βουλαίαν θέμιν οἶμαι καὶ τὸν θεὸν τὸν στράτιον ἐγκαλύπτεσθαι, ὅταν ὁ συνέδριον ἄνθρωπος ἐξηγῆται χλαμύδας ἐχόντων. καὶ ὅταν ἀποδὺς τὸ ὅπερ ἐν κωδίον περιβάληται τήβεννον, καὶ τοῖς Ρωμαίων τέλεσι συμφρονῶν περὶ τῶν καθεστώτων, προεδρείας παρ' αὐτοῖς τῷ τὸν ὕπατον, νομίμων ἀνδρῶν ὀπίσω θακούντων. *Nunc verò & Themidem conſ publici præſidem & Martem ipſum arbitror erubeſcer*

bli

blici peritiſſimos poſt indoctorum collocat terga. [n] Nam quòd [o] ſuperſidere corio damnati ob iniquitatem judicis judex alius cogebatur, aut finxit vetuſtas, aut olim recepta conſuetudo ceſſavit. Militari cultu ac diſciplina, proludiíſque continuis rei caſtrenſis & armaturæ, quam ſæpe formavimus, metuendi vel exercitibus maximis: equitatûs virtute confiſi, ubi deſudat [p] nobilitas omnis & ſplendor. Pedites enim [q] in ſpeciem mirmillonum contecti, [r] juſſa faciunt ut calones: Sequitúrque ſemper hæc turba tamquam addicta perenni ſer-

ùm vir pellitus præeſt chlamyde indutis, & depoſita pelle quâ amictus erat, togam ſumit, & cum Magiſtratibus Rom. de Rep. conſultat, in primis ſubſelliis juxta ipſum Conſulem ſedens, viris juris peritis poſt tergum ſedentibus. Ac fortaſſe νομικῶν ſcribendum eſt pro νομίμων. [Hîc invehitur Syneſius in Barbaros, Gothos, alióſque, qui apud Romanos dignitates civiles & militares conſecuti eſſent, & depoſitis pellibus ſuis, de Romanis judicarent, ac de Rep. conſilium haberent.] Valeſ.

n *Nam quod ſuperſidere corio*] Herodotus lib. v. Valerius Maximus lib. VI. cap. 3. *Lindenbr.*

o *Superſedere corio damnati.*] Minimè verò id finxit vetuſtas, ut ſuſpicatur Marcellinus. Nam præter exemplum à Cambyſe Rege editum in Siſamnem, quod refert Herodotus lib. v. alterum longè gravius refertur à Diodoro Siculo lib. 15. Cùm Tiribazus Præfectus delatus eſſet ab Oronte, quòd cum Lacedæmoniis occultè ſentiret, Artaxerxes Rex Perſarum ejus rei cognitionem tribus mandavit judicibus: quos cùm pecuniâ corruptos fuiſſe poſtea comperiſſet, vivis cutem detrahi juſſit, eamque cutem inſterni ſellis, quibus novi judices quos eorum loco legerat, ſeſſuri erant. Simile exemplum Pyrrhus in Niciam Tarentinum ſtatuiſſe memoratur, eo quòd Tarentum prodere voluiſſet. Sellam enim conſtrictam loris de Niciæ occiſi pelle reliquit Miloni, cui cuſtodiam arcis cum præſidio militari mandabat, ut ait Zonaras lib. 2. Hiſt. *Valeſ.*

p * *Nobilitas omnis & ſplendor.*] Hi ſunt, quos Xenophon in libris de Inſtitutione Cyri paſſim appellat ὁμοτίμους, qui erant equites. Ceteri δημόται, id eſt plebeii vocabantur. Perſæ igitur in duo genera diviſi erant, in Nobiles ſeu ὁμοτίμους, & plebeios ſeu δημότας. Et Nobiles quidem militaribus ſtudiis exercebantur, atque ex equo pugnabant. Plebeii autem in bello ſarcinas Nobilium portabant quaſi calones ut docet Xenophon in libro 2. de Inſtitutione Cyri pag. 53. ubi Pheraulas nomine plebeiorum ita loquitur: ἡμεῖς δέ γε, ἔφη, ἐν μεγάλοις φορτίοις καὶ βαδίζειν καὶ τρέχειν ἠναγκαζόμεθα. Idem.

q *In ſpeciem Mirmillonum contecti.*] Sic lib. 16. in fine de Romano milite dixit Marcellinus: *Vulneribus declinandis intentus, ſeque in modum Mirmillonis operiens*: ſcilicet Mirmillones cùm adverſus retiarium in arena pugnabant, oblongo ſcuto tegere ſeſe ac genu inflexo ſubſidere ſolebant. Auſonius in Ep. Eidyllii 17. *Et Mirmillo in armis ſubſidens.* Hinc Myrmillonica ſcuta, à veteribus dicta eſſe non dubito, eo quòd ſcutis Mirmillonum eſſe ſimillima. De his in Feſti Pompeii Epitome hæc leguntur: *Myrmillonica ſcuta, cum quibus ſolet pugnari de muro.* Erant enim ad hoc ipſum apta. Ex quo patet Myrmillonem per υ Græcum ſcribi debere, quemadmodum in Edit. Rom. hîc & in Regio codice, * Vatic. * [ac Colb.] utrobique exaratur. Placétque opinio Turnebi, qui à Græca voce μυρμιδὼν Latinam vocem deducit in lib. 3. Adverſ. Porro Perſicos pedites ejuſmodi ſcuta geſtaſſe, docet Procopius lib. 1. τοὺς δὲ θυρεοὺς τοιούτους τὸ μέγεθος περιβέβληνται μόνον, ὅπως αὐτοὶ πρὸς τῶν πολεμίων ἥκιστα βάλλωνται. Sed quid vetat, quominus Auſonii locum, quando hîc ſe offert occaſio, explicemus? quem Scaliger in lib. 2. Auſon. Lect. prorſus infeliciter enarravit. Is ſic habet: *Simile ludicro quod Græci* στομάχιον *vocavêre. Oſſicula ea ſunt, ad ſummam 14. figuras Geometricas habent: harum verticularum variis coagmentis ſimulantur ſpecies mille formarum: elephantus bellua, aut aper beſtia, anſer volans, & myrmillo in armis ſubſidens, &c.* His verbis loculum Archimedium intelligi dico, de quo Atilius Fortunatianus in lib. de metris ſic ſcribit: *Nam ſi loculus ille Archimedius 14. eboreas lamellas, quarum anguli varii ſunt, in quadratam formam incluſas habens, componentibus nobis aliter atque aliter, modò galeam, modò ſicam, modò navem figurat, & innumerabiles efficit ſpecies: ſolebátque nobis pueris hic loculus ad confirmandam memoriam plurimum prodeſſe, &c.* Adde Ennodium in Epigram. 133. quod eſt de Stomatio. *Valeſ.* Non ſuſtinui mutare illam varietatem Valeſianæ ſcripturæ in principio vocis mirmillo, etſi parum decoram; nedum ut invideam illi infelicem electionem etymologiæ, qua longe præſtantiorem alii dederunt. Satis lepidum quoque tunc mirmillones utique ſubſidere in armis, quum componuntur cum retiario, non etiam in pugna cum Threce. *Gron.*

r *Juſſa faciunt ut calones.*] Idem teſtatur Procopius lib. 1. Perſic. apud quem Beliſarius hæc de peditibus Perſicis dicit: τὸ γὰρ πεζὸν ἅπαν οὐδὲν ἄλλο ἢ ὅμιλός ἐστιν ἀγροίκων οἰκτρῶν. οἳ ἐς τὴν παράταξιν ἐπ' ἄλλῳ οὐδενὶ ἔρχονται ἢ τεῖχός τε διορύττειν καὶ τοὺς τεθνεῶτας σκυλεύειν. καὶ τἄλλα τοῖς στρατιώταις ὑπηρετεῖν. Hanc ob cauſam ab Agathia lib. 3. in Phaſidis obſidione dicuntur ἀχθοφόροι & ἐργοπόνοι & ὑπηρέται. Et innominatus Auctor apud Suidam θῆτας vocat: οἱ αὐτοὶ ἐς τὸν πόλεμον Πέρσαι θητικὸν ἐπήγοντο πλεῖστον ὅσον, καὶ παιδία καὶ γυναῖκας οὓς κατά τινα δὴ πάτριον νόμον ἐς τοὺς κινδύνους θεατὰς τῆς οἰκείας ἀλκῆς ἦγον. Quem locum equidem Dionis eſſe crediderim: ſtilus enim neſcio quid Dionis refert. Sed quod ſeu Dio, ſeu quis alius hîc ait, ſolitos eſſe Perſas ſecum ad bella feminas quoque educere, idcirco ut fortitudinis ipſorum ſpectatri-

vitio, [s] nec ſtipendiis aliquando [t] fulta nec donis. Et gentes plurimas præter eas quas abundè perdomuit, ſub jugum hæc natio miſerat, ita audax & ad pulveres Martios erudita; [v] ni bellis civilibus externíſque adſidue vexarentur. [x] Indumentis plerique eorum ita operiuntur [y] lumine colorum fulgentibus vario, ut licèt ſinus [z] lateráque diſſuta relinquant flatibus agitari ventorum, inter calceos tamen & verticem nihil videatur intectum. Armillis uti monilibúſque aureis, & gemmis, præcipuè margaritis quibus abundant, adſuefacti [a] poſ

ces ſint, vereor ut omnino verum ſit. Magíſque placet quod Libanius ſcribit in *βασιλικῷ*: ideo mulieres à Perſis in exercitu circumduci, ut ſervilia miniſteria exhibeant: *ἀγείρουσι δὲ τὰς γυναῖκας σκευοφόρους εἶναι τῇ στρατιᾷ.* Hujus Perſici moris meminit etiam Herodianus lib. 6. *Valeſ.*

[s] *Nec ſtipendiis aliquando fulta*] Scribit Herodianus in lib. 6. Perſas militantes nulla ab Rege ſtipendia accipere, ſed quoties ad bella proficiſcendum eſt, Regis edicto promiſcuam virorum, interdum & mulierum multitudinem convenire, ac peracto bello ſuas quemque domos repetere, eáque dumtaxat commoda militiæ habere, quæ ex hoſtili agro diripere potuerint. Porro non omiſerim pedites à Perſis vocari *κάρδακας*, ut docet Cornelius Nepos in Datame: *Habebat Autophradates barbarorum equitum* xx. *peditum centum millia, quos illi Gardates vocant.* lege *Cardaces.* Sic enim dicebantur milites apud Perſas à voce *κάρδα*, quæ fortem ſignificat: quamquam Heſychius nomen id gentis videtur exiſtimaſſe: ſic enim ſcribit: *Κάρδακες οἱ στρατευόμενοι βάρβαροι ὑπὸ Περσῶν, καὶ εἰς ἀσίαν οὕτω καλοῦσι τοὺς στρατιώτας ἀπὸ ἔθνους ἢ τόπου.* Eorum meminit & Polybius lib. v. in exercitu Antiochi Magni: *καὶ κάρδακες οἱ μετὰ Λυσιμάχου τοῦ γαλάτου χίλιοι.* Et Plutarchus in libro, *ὅτι οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν κατ' Ἐπίκουρον. οὐδὲ γὰρ*, inquit, *ἱερῶν γ' ἂν οὐδὲ ἄτλαντος, οὐδὲ ἀρχίλοχος ἐπιδεῖξαι στεφανίδην καὶ ἐυεργετίδην καὶ μελανιππίδην καὶ κρατῆτας καὶ διοδότους ἀναστήσαντες κατακλῖναι κάρδακας καὶ ἀγροίκους μετ' αὐτῶν καὶ καλλίας γελωτοποιούς.* Denique Ammonius Grammaticus eorum quoque mentionem facit, & Euſtathius in Iliad. lib. 2. ex Pauſaniæ & AElii Dionyſii Vocabulariis. *Idem.*

[t] *Stipendiis fulta.*] Sic loquuntur Impp. in lege xi. Codicis Theod. de filiis militarium: *Si filii primipilarium reperti fuerint, qui ingreſſi legitimos annos nullis ſtipendiis fulciuntur.* Eodem ſenſu noſter quoque Marcellinus in lib. 22. dixit in Juliano ad expeditionem Perſicam properante: *Reliquit Conſtantinopolim incrementis maximis fultam.* Et Paulinus in Carmine ad Jovinum.

Hujus divino mortales munere fulti.

Apuleius quoque in Apologia: *Neque enim diu eſt, cùm te crebræ mortes propinquorum immeritis hereditatibus fulſerunt.* Idem.

[v] *Ut in bellis civilibus & externis adſidue vexaretur.*] Hujus loci emendatio codici Regio debetur, in quo ita perſcriptus eſt: *Ni bellis civilibus & ext. adſ. vexarentur.* quemadmodum in * Toloſ. & Vatic. Mſſ. * & in vetuſtiſſima quoque Editione Romana ſcriptum eſſe memini. Cujus lectionis veritatem pluribus confirmare nihil neceſſe eſt. Satis eſt eam lectori proponere: quod & alibi jam fecimus, & poſtea facturi ſumus, quoties manifeſta veritas argumentis non egebit. Perſas porrò civilibus & externis adſiduè bellis exercitos eſſe præter Amm. Marcellinum teſtatur & Philo in lib. 2. de ſpecialibus legibus idque inceſtis eorum connubiis attribuit: *ἀεὶ γὰρ ἐν στρατείαις καὶ μάχαις εἰσί, κτείνοντες καὶ κτεινόμενοι καὶ τότε μὲν τοὺς περιοίκους καταστρέφοντες, τότε δὲ τοὺς ἐπανισταμένους ἀμυνόμενοι πολλοὶ δὲ πολλαχόθεν ἐπανίστανται τοῦ βαρβαρικοῦ μὴ πεφυκότος ἠρεμεῖν. πρὶν γοῦν καταλυθῆναι τὴν ἐν χερσὶ στάσιν, ἑτέρα φύεται ὡς μηδένα τοῦ ἔτους ὑπεξῃρῆσθαι καιρὸν εἰς ἡσυχίαν, ἀλλὰ καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ ὁπλοφορεῖν, πλείονα χρόνον ἐν τοῖς στρατοπέδοις ὑπαίθρῳ ταλαιπωροῦντας ἢ ἐν ταῖς πόλεσιν οἰκοῦντας διὰ τὴν ἔνδειαν εἰρήνης.* Idem.

[x] *Indumentis plerique eorum ita operiuntur*] De veſti Perſarum multa Briſſonius de Reg. Perſar. lib 11. *Ludenbr.*

[y] *Lumine colorum vario.*] Idem ait Herodianus l. 4. *ἐσθῆτι χρυσῷ καὶ βαφαῖς διαφόροις πεποικιλμένῃ.* Sextus quoque in lib. 1 Hypotyp. *Πέρσαι μὲν ἀνθοβαφεῖ ἐσθῆτι καὶ ποδήρει χρῆσθαι νομίζουσιν εὐπρεπὲς εἶναι.* *Perſæ veſtibus varii coloris talaribus uti decorum putant.* Valeſ.

[z] *Lateraque diſſuta relinquant flatibus agitari.*] Id exprimit Herodianus lib. 3. de Perſis: *παρηωρημέναις ἐσθῆσι κοσμούμενοι.* & lib. 4. *χαῦνον ἐσθῆτα* vocat, itemque *χιτῶνα ἐναιωρημένην περὶ τοῖς σκέλεσι.* Juſtinus fluidam dicit Manili

Et Syriæ gentes & laxo Perſis amictu. Idem.

[a] *Poſt Indiam victam & Cræſum*] In Regio * & Toloſ. * codice diſertè ſcribitur, *poſt Lydiam*: [in C bert. *Ludiæ*:] quam ſcripturam veram eſſe arbitror. pag. 78. *à Rom. & Pompeio.* Hegeſippus lib 1. cap. 14 Joſepho pag. 718. Ita enim ſcribit quoque Herodotu Perſas antequam ſubigerent Lydos, nihil lautum nec opiparum habuiſſe, neque in victu neque in veſtitu: *Πέρσῃσι γὰρ πρὶν Λυδοὺς καταστρέψασθαι, ἦν οὔτε ἁβρὸν οὔτε ἀγαθὸν οὐδέν.* Sed & Dionyſius Characenus, ejuſque interpres Ru Feſtus Avienus in Situ Orbis idipſum teſtatur his verſibus:

---- *Jam longi tempore ſæcli*
Ex quo Mæonios (id eſt Lydos) *bello trivere cruentos*
Illudunt auro veſtes, & cuncta teguntur
Auro membra viris, auro veſtigia condunt.

In his verſibus *illudunt* ſcripſi: nam *illidunt* non placet apud Paulinum in Epithal. in Julianum legitur: *Hos & inluſas auro vel murice veſtes*: & alibi apud eumdem Paulinum *camera muſivo inluſa* dicitur. [Virgilius in Georgicon *illuſas auro veſtes* vocat.] Sed ut ad rem redeam, firmat hanc quoque emendationem Juſtinus lib. 41. *Parthis veſtis primùm ſui moris; poſteaquam acceſſere opes, ut Medis perlucida ac fluida.* De aureis Perſarum d

Lydiam victam, & Crœſum. [b] Reſtat, ut ſuper ortu lapidis hujus pauca ſuccinctiùs explicentur. [c] Apud Indos & Perſas margaritæ reperiuntur in teſtis marinis robuſtis & candidis, permiſtione roris anni tempore præſtituto conceptæ. Cupientes enim velut [d] coïtum quemdam, humores ex lunari aſpergine capiunt denſiùs oſcitando. Exindéque [4] gravidulæ edunt minutas binas, aut ternas, vel [5] [e] uniones ideo ſic appellatas, quòd [f] eviſceratæ conchulæ ſingulas aliquoties pariunt, ſed majores. Idque indicium eſt ætherea potiùs derivatione, quàm ſaginis pelagi hos oriri fetus & veſci: quòd guttæ matutini roris iiſdem infuſæ claros efficiunt lapillos & teretes: veſpertini verò [g] flexuoſos contrà, & rutilos, & maculoſos interdum. Minima autem vel magna pro qualitate hauſtuum figurantur caſibus variatis. Concuſſæ verò ſæpiſſime metu fulgurum maneſcunt, aut debilia pariunt, aut certè vitiis diffluunt abortivis. Capturas autem difficiles & periculoſas, & amplitudines pretiorum illa efficit ratio, quòd frequentari ſueta litora propter piſcantium inſidias declinantes, ut quidam conjiciunt, circa devios ſcopulos & marinorum canum receptacula deliteſcunt. [h] Quod genus gemmæ etiam in Britannici receſſibus maris gigni legique, licèt dignitate diſpari, non ignoramus.

4 *Mſ.* gravidulæ. 5 *al.* uniones ſic appellatas, quòd ejus terræ conchulæ.

is loquitur etiam Libanius in eleganti Epiſtola ad Moſtum, quâ illum podagrâ laborantem conſolatur: μέ-ϛον δ' ὅτι χρυσοφορῶ περὶ τοῖν σφυροῖν κατὰ τοὺς περσικοὺς σατράπας. lianus in Orat. 2. ad Conſtantium. *Valeſ.*

b *Res ſtatuit ut.*] In Regio cod. & Edit. Rom. deeſt rticula *ut.* Sic enim ſcribitur: *Reſtatuit ſuper:* quare mplector lectionem quam exhibet Mariangeli Accurſii ditio: *Reſtat ut.* In libro quidem 16. legitur: *Res movit ſuper eodem Eutherio:* & lib. 23 *Res adegit huc prolapſ.* Idem.

c *Apud Indos & Perſas margaritæ reperiuntur*] Vid. Athenæus Dipnoſ. lib. III. Plinius lib. IX. cap. 35. Solinus c. 56. AElianus de Animal. lib. X. cap. 14. Theophylactus Bulgar. in Matth. cap. 13. Procopius Perſicor. lib. I. Marbodus cap. LXI. * *Lindenbr.*

d *Coïtum quemdam humoris.*] Hunc locum ſic diſtingui mallem: *Cupientes enim velut coïtum quemdam, humores ex lunari aſpergine capiunt: &c.* Hæc porrò omnia fere tranſcripta ſunt ex Solini cap. 56. *Valeſ.*

e *Uniones ideo ſic appellatos, quòd eviſceratæ conchulæ*] Nil verius hac lectione, quam ſine ulla litura exhibet M. Flor. Corruptè verò retrò Editiones, *quod ejus terræ conchulæ.* Optimè ad Ammiani verba Jul. Solin. cap. 5. *In aqua mollis eſt unio, duratur eviſceratus: nunquam duo ſimul reperiuntur, unde unionibus nomen datum.* Lindenbr.

f *Eviſceratæ conchulæ ſingulas aliquoties pariunt.*] Solinus in capite 56. ex quo pleraque hauſit de margaritis Marcellinus, ſic loquitur: *In aqua mollis eſt unio: duratur eviſceratus:* ubi in veteri codice Lipſii legitur *exemtus,* quemadmodum ait Ant. Delrio.] *Valeſ.*

g *Flexuoſos contra & rutilos.*] Hunc locum Cl. Salmaſius in tomo 2. Solinianarum Exercit. ſic corrigendum putavit: *Veſpertini verò fuſcos: Sol contra & rutilos & maculoſos interdum.* Sanè Plinius in lib. 9. & ex eo Solinus concharum fetus Sole rubeſcere ac fuſcari ſcribunt; ideóque conchas ut præcipuum cuſtodiant, pelago altiùs mergi. Sed nulla hîc emendatione opus eſt. Ait enim Marcellinus, conchas magis de cælo quàm ex mari fetus edere: idque ex eo probat, quòd pro qualitate roris & ſerenitate cæli margaritas edunt candidas aut obſcuras. Quòd verò Sole fuſcentur, non probat, conchis ſocietatem eſſe cum cælo, non magis quàm hominibus, quorum vultus à Sole coloratur. Ceterùm quod de rotunditate & flexuoſitate margaritarum Marcellinus hîc dicit, admenſus eſt de ſuo. *Idem.*

h *Quod genus gemmæ etiam in Britannici receſſ.*] De margaritis Britannicis Tacitus in Vita Agricol. Plinius lib. IX. cap. 35. Solinus cap. 56. Beda Angloſax. Hiſtor. Eccleſ. lib. I. cap. I. Jordanes de Gothis pag. 6. * Marbodus cap. 61.

Gignit & inſignes antiqua Britannia baccas. *

Tertull. de Habitu mulieb. cap. 6. *Sed & ſi quid de mari Britannico aut Indico ambitio piſcatur, conchæ genus eſt, non dico conchylio, aut oſtreo, ſed nec peloride gratius de ſapore. -- Quòd ſi concha illa aliud intrinſecùs puſtulat, vitium ejus magis debet eſſe, quàm gloria. Et licet margaritum vocetur, non aliquid tamen intelligendum, quàm conchæ illius aliqua dura & rotunda verruca.* * Lindenbr.

Explicit Liber XXIII.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XXIV.

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XXIV. continentur.

Caput I. *Julianus cum exercitu Aſſyriam ingreditur, & Anathan caſtel lum ad Euphratem in fidem recipit, ac incendit.*

C. II. *Imperator caſtellis & opidis aliis intentatis, aliis quæ deſerta eran incenſis; Piriſaboram in deditionem accipit ſuccenditque.*

C. III. *Julianus A. ob rem bene geſtam centenos viritim denarios militibu promittit, & exiguum donativum dedignantes, modeſta oration ad ſanitatem revocat.*

C. IV. *Opidum Maozamalcha expugnatum à Romanis atque exciſum.*

C. V. *Munitiſſimum ſitu & opere caſtellum expugnant Romani ac incen dunt.*

C. VI. *Perſarum duobus millibus & quingentis interfectis, & vix LX ſuorum amiſſis, Julianus multos coronis pro concione donat.*

C. VII. *Imperator à Cteſiphontis obſidione deterritus, cunctas naves ſu temere jubet exuri, & à flumine recedit.*

C. VIII. *Imperator cùm jam nec pontes facere, nec parti copiarum ſuaru poſſet adjungi, per Corduenam reverti ſtatuit.*

Caput I. POſt [a] exploratam alacritatem exercitus, uno paríque ardo [1] impetrabilem [b] Principem ſuperari non [2] poſſe, Deum uſ

1 *Al.* impenetrabilem. 2 *Mſ.* poſſe, Deum uſitato clam.

a *Poſt exploratam alacritatem exercitus.*] In omnibus bellicis expeditionibus, ſive ad cladem, ſive ad victoriam maximum momentum afferunt militum animi: qui perinde ac metu ſeu alacritate præditi fuerint, de eventu ac ſumma re ſpes concipi poteſt. Proinde duces inprimis animos militum explorare debent, antequam prœlium ineant, aut obſidionem aggrediantur, aut quidvis magni momenti agendum ſuſcipiant: quod quidem prudentiſſimè factum ab Agamemnone docet Homerus *α. β.*

Πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι, ἣ θέμις ἐστί.

Idem præceptum frequenter inculcat Polybius πάντω ait, τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἐγχειρημάτων μεγίστην ῥοπὴν ἔχουσι καὶ τὸ λείπεσθαι καὶ πρὸς τὸ νικᾶν αἱ ψυχαὶ τῶν ἀγωνιζομένων. q Polybii verba citat Suidas in λείπεσθαι & Vegetius in 3. cap. ult & Leo in Tacticis Conſtit. xx. §. 49. Exe pla autem in ſummis ducibus paſſim Hiſtoriæ ſupp tant. Tacitus in 2. Ann. initió de Germanico, Theop lactus in fine lib. 1. de Philippico. *Valeſ.*

b *Principem ſuperari non poſſe uſitato clamore teſtant*] Mſ. *non poſſe, Deum uſitato clamore teſtati*: idque hau

tato clamore teſtati, Julianus ſummæ rei finem impenendum maturiùs credens, extracta quiete nocturna [c] itinerarium ſonare lituos jubet: præſtructiſque omnibus quæ difficultates arduæ belli poſcebant, candente jam luce Aſſyrios fines ingreſſus, celſo præter alios ſpiritu obequitans ordinibus, æmulatione ſui cunctos ad officia fortitudinis incendebat. Utque ductor uſu & docilitate firmatus, metuens ne per locorum inſolentiam inſidiis caperetur occultis, agminibus incedere quadratis exorſus eſt. [d] Excurſatores quidem quingentos & mille ſenſim præire diſpoſuit, qui cautiùs gradientes ex utroque latere, itidémque à fronte, ne quis repentinus irrueret proſpectabant. Ipſe verò medios pedites regens, quod erat totius roboris firmamentum, dextrà legiones aliquas cum Nevitta ſupercilia fluminis [3] præſtringere juſſit Euphratis. Cornu verò lævum cum equitum copiis [e] Arinthæo tradidit & Hormiſdæ, ducendum confertiùs per plana camporum & mollia. Agmina verò poſtrema Dagalaïphus cogebat & Victor, ultimúſque omnium [f] Oſdruenæ Dux Secundinus. Deinde ut hoſtibus ſi erupiſſent uſquam, vel conſpicantibus procul timorem multitudinis majoris incuteret, laxatis cuneis jumenta dilatavit & homines, ut [g] decimo pæne lapide poſtremi diſpararentur à ſigniferis primis: quod arte mira ſæpe feciſſe [h] Pyrrhus ille Rex dicitur Epirotes, opportunis in locis caſtra metandi, armorúmque ſpeciem diffundendi ex induſtria, vel attenuandi perquam ſcientiſſimus; ut ubi uſu veniſſet plures æſtimarentur, aut pauci. Sarcinas verò & calones & apparitionem imbellem, impedimentorúmque genus omne inter utrumque latus inſtituit procedentium ordinatim, ne qua vi ſubita raperentur, ut ſæpe contigit, improtecta. Claſſis autem licèt per flumen ferebatur adſiduis flexibus tortuoſum, nec reſidere, nec præcurrere ſinebatur. Emenſo itaque itinere bidui prope [i] [k] civitatem venimus Duram deſertam, marginibus amnis im-

3 *Mſ.* præſtringere.

e exemplo eſt. Sic enim lib. XXVI. *Reduxerunt ad castra; teſtati more militiæ Jovem, invictum Procopium fo-e.* Lindenbr.

c *Itinerarium ſonare lituos jubet.*] Planè ut Græci, προσημαίνειν τὸ εἰς ἐφόδιον Pollux. *Idem.*

d *Excurſatores quidem quingentos & mille*] Zoſimus lib. III. χιλίους ἔγνω καὶ πεντακοσίους προπέμψαι, κατασκεψαμένους εἴ τι πολέμιον, ἢ προφανῶς, ἢ δι' ἐνέδρας ἐπίῃ. Idem.

e *Arinthæo tradidit & Hormiſdæ.*] Zoſimus in lib. 3. τὸ μὲν πεζὸν Βίκτορα στρατηγὸν καταστησάμενος, Ὁρμίσδαν δὲ τῆς ἵππου καὶ Ἀρινθαῖον σὺν αὐτῷ. Valeſ.

f *Oſdruenæ Dux.*] Meliùs ſcriberetur *Oſdroenæ*. Sic enim ſemper Marcellinus & Latini omnes appellant: at Græci Ὀσροηνὴν ab Oſroë quodam ejus regionis tunc cùm Perſis pareret Regulo: ut ſcribit Procopius in lib. I. Perſic. Eſt autem Ὀσρόης idem qui Χοσρόης, Latini Choſroëm dicunt. Sic Pauſanias Eliac. I. Ὀσρόην vocat Regem Parthorum ſub Trajano, quem Arrianus Χοσρόην apud Suidam in γνωσιμαχ. Aurelius Victor *Choſdroem*. Idem.

g *Decimo fere lapide.*] Conſentit & Zoſimus: τὸ δὲ λοιπὸν ἡ στρατιὰ εἶχε σταδίους διεστῶσα ἑβδομήκοντα. Idem.

h *Pyrrhus ille Rex dicitur Epirotes, opportunis in locis caſtra metandi.*] Livius Lib. XXXV Pyrrhum ait *caſtrametari primum docuiſſe, ad hoc neminem elegantiùs loca cepiſſe, præſidia diſpoſuiſſe.* Eumdemque de militari arte & aciei inſtruendæ ratione Commentarios ſcripſiſſe Plutarchus in ejus Vita teſtatur. Vide Frontin. Strateg. lib. IV. capite I. *Lindenbr.*

i *Civitatem venimus Duram, in quo loco greges*] Zoſimus lib. III. ἦλθε καὶ ἐντεῦθεν εἰς Δοῦρα, ἴχνη μὲν, ὡς ἄρα ποτὲ πόλις ἦν, φέρουσαν, τότε δὲ ἔρημον. ἐν ᾗ Γορδιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐδείκνυτο τάφος, ἔνθα καὶ πλῆθος ἐλάφων φανὲν, οἱ στρατιῶται κατατοξεύσαντες, ἅλις ἐχρήσαντο τῇ ἐκ τούτων τροφῇ. Idem.

k *Civitatem venimus Duram.*] Rectiùs in codice Regio, * Toloſ. * [& Colbert] & in Editione Rom. *Duram* legitur. Δοῦρα enim Zoſimus appellat, & Stephanus πόλις Μεσοποταμίας ὡς Πολύβιος. Locus Polybii eſt in lib. 5. ubi de Molone: τὴν μὲν Μεσοποταμίαν μέχρι πόλεως Εὐρώπου κατα-

poſitam. In quo loco greges cervorum plures inventi ſunt, quorum alii confixi miſſilibus, alii ponderibus [4] eliſi remorum, ad ſatietatem omnes paverunt: pars maxima natatu adſueta veloci alveo penetrato, incohibili curſu evaſit ad ſolitudines notas. Exin dierum quatuor itinere levi peracto, veſpera incedente cum expeditis mille impoſitis navibus, Lucillianus Comes [l] imperitiâ præceps mittitur [m n] Anathan munimentum expugnaturus: quod ut pleraque alia circumluitur fluentis Euphratis. Et navibus ut præceptum eſt per opportuna diſperſis, obſidebatur inſula, nebuloſa nocte obumbrante impetum clandeſtinum. Sed poſtquam advenit lux certa, aquatum quidam egreſſus, viſis ſubitò hoſtibus ululabili clamore ſublato, excitos tumultuoſis vocibus propugnatores armavit Et mox ſpeculâ quadam altiſſimâ explorato ſitu caſtrorum, quamociſſimè cum duarum præſidio navium amnem ſupermeat Imperator, ponè ſequentibus navigiis multis, quæ obſidionales machinas advehebant. Jamque muris propinquans, cùm non abſque diſcriminibus multis conſideraret eſſe certandum, ſermone cum leni, tum aſpero & minaci hortabatur ad deditionem defenſores qui ad colloquium petito Hormiſda, promiſſis ejus & juramentis illecti, multa ſibi de lenitudine Romana ſpondebant. Denique [o] præ ſe bovem coronatum agentes, quod eſt apud eos ſuſceptæ pacis indicium, deſcendêre ſuppliciter: & ſtatim munimento omni incenſo, [p] Puſæus ejus Præfectus, Dux Ægypti poſtea, honore Tribunatus adfectus eſt. Reliqui verò cum caritatibus ſuis & ſupellectile, [5] humaniore cultu [q] ad Syriacam civitatem Chalcida tranſmiſſi ſunt Inter hos miles quidam, cùm Maximianus perrupiſſet quondam Perſicos fines in his locis æger relictus, prima etiamtum lanugine juvenis, ut aiebat, uxores ſortitus gentis ritu complures, cum numeroſa ſubole tunc ſenex incurvus, exſultans proditioniſque auctor ducebatur ad noſtra, teſtibus affirmans, & præ

4 *Mſ:* inſcramorum. 5 *Mſ.* humaniore.

τεῖχει, τῶν δὲ μεσοποταμίαν ἕως Δύρων. Marcellinus ait marginibus Euphratis appoſitam eſſe. Iſidorus Characenus in Deſcriptione Meſopotamiæ & Babyloniæ nominat Δοῦρα, quam Seleucus condidit, Europum à Græcis vocatam. Et quidem Dura in Babylonia, cujus meminit Daniel in cap. 3. *Valeſ.*

l *Imperitia Principis.*] Hæc de Juliano dici ratio non patitur. Itaque aut *imperitia præceps* ſcribendum eſt, aut *imperio Principis.* Idem.

m *Anathan munimentum*] Rem narrat Zoſimus, ſed caſtelli nomen tacet, cujus ſitum Theophylactus Simocat. indicat. lib. v. τὸ Ἀνάθαν φρούριον, τὸ πρὸς τῷ Κιρκησίῳ παρὰ τὸν Εὐφράτην ᾠκοδομημένον. Lindenbr.

n *Anathan.*] Iſidorus Characenus in Babylonia memorat Ἀναθὰ νῆσον ἡ κατὰ τὸν Εὐφράτην. Theophylactus autem Simocatta in lib. 4. cap. x. Ἀνάθαν vocat caſtellum juxta Euphratem trans Circeſſium: & ita in lib. 5. Libanius p. 312. φρούριον dicit ἐν χερρονήσῳ τοῦ ποταμοῦ. Valeſ.

o *Præ ſe bovem coronatum ag.*] Mos hic Syrorum fuiſſe videtur. Sic Palmyreni ab Aureliano Imp. obſeſſi cum deditionem feciſſent, extra opidum effuſi ſunt, dona & victimas adducentes, teſte Zoſimo in lib. 1. τῆς πόλεως ἐξῄεσαν δῶρα καὶ ἱερεῖα προσάγοντες. * Eodem referri ſoleo locum Xenophontis in libro 5. de Inſtitutione Cyri pag. 120. ubi de Gobria Aſſyrio loquitur, & pag. 135. *Idem.*

p *Puſæus ejus Præfect.*] Zoſimus in lib. 3. Πουσαῖον δὲ τοῦτον ἡγούμενον δοὺς ταξιάρχου φροντίδα, τὸ λοιπὸν ἐν τοῖς ἐπιτηδείοις εἶχε, πιστοῦ πειραθείς. *Puſæum caſtri Præfectum, Tribunatus honore donatum, deinceps in numero amicorum habuit, cùm fidum eſſet expertus.* Idem. Idem nomen ſub Imp. Leone occurrit in codice Juſtiniani ſub titulo de præpoſitis ſacri cubiculi, & alibi, ſed utrobique ſcribitur *Puſeo.* Gron.

q *Ad Syriacam civit. Chalcida tranſmiſſi ſunt.*] De h loquitur Libanius in Legatione ad Julianum pag. 158. ἐπάγων δὲ τὸ σίδηρον τοῖς ἐντυχοῦσι. &c. Et mox: καὶ τρέψαντα φρουρὰν ἐγγὺς ᾗ κατεσκήνωσε. * Valeſ.

ciſſe ſe olim, & prædixiſſe, quòd centenario jam contiguus ſepelietur in ſolo Romano. Poſt quæ Saraceni procurſatores quoſdam partis hoſtium obtulere ætiſſimo Principi, [6] & [r] munerati ad agenda ſimilia ſunt remiſſi. Acciderat liud poſtridie dirum. Ventorum enim turbo exortus, pluréſque vertigines concitans, ita confuderat omnia tecta, ut tabernacula multa [7] conſcinderentur, & ſupini plerique milites ſternerentur vel proni, [8] [ſ] ſpiritu ſtabilitatem veſtigii ſubvertente. Nec minus eodem die aliud periculoſum evenit. Amne enim repente [9] extra margines evagato, merſæ ſunt quædam frumentariæ naves, [t] cataractis avulſis, ad [1] defundendas reprimendáſque aquas rigare ſuetas opere ſaxeo ſtructis: quod utrum per inſidias, an magnitudine acciderit fluentorum, ſciri non potuit. Poſt perruptam incenſámque urbem omnium primam, & captivos tranſmiſſos, certiore jam ſpe provectus exercitus ad fiduciam, elatis vocibus in favores Principis conſurgebat, affore ſibi etiam deinde cæleſtem exiſtimans curam. Et quia per regiones ignotas de obſcuris erat ſuſpectior cura, [2] aſtus gentis & ludificandi varietas timebatur. Ideóque Imperator nunc antegnanus, nunc agminibus cogendis inſiſtens cum expeditis velitibus, ne quid lateret abſtruſum, frutecta ſqualida valléſque ſcrutabatur: licentiores militum per longinqua diſcurſus affabilitate nativa prohibendo vel minis. Hoſtiles tamen agros omni frugum genere diuites cum ſegetibus & tuguriis inflammari permiſit ita demum, cùm uſui neceſſaria abunde ſibi quiſque collegiſſet: & hoc modo nuciabatur ſalus hoſtium neſciorum. Bellatores enim libenter quæſitis dextris propriis utebantur, alia virtutis ſuæ horrea reperiſſe exiſtimantes, & læti quòd vitæ quoque ſubſidiis affluentes, alimenta ſervabant quæ navigiis vehebantur. [v] Hîc vino gravis quidam temerarius miles, ad ulteriorem ripam nullo urgente tranſgreſſus, in conſpectu noſtro [3] ab hoſtibus captus, occiſus eſt.

CAP. II. Quibus tali caſu patratis, ad caſtra pervenimus nomine Thilutha,

6 *Mſ.* & minerat ad agenda. 7 *Mſ.* conſcenderentur. 8 *Mſ.* diſpiritu. 9 *Steph.* circa. 1 *Mſ.* defundendas. 2 *Al* actus. 3 *Mſ.* ab hominibus.

r *Et iterum ad agenda ſimilia.*] In Editione Rom. & Mſ. Flor. [ac Colbert.] legitur *& minerat.* In codice item Regio * & Toloſ. * *& munerat.* unde certiſſimâ conjecturâ locum ſic emendavi, *& munerati, &c.* Valeſ.

ſ *Spiritu ſtabilitatem veſtigii ſubvertente*] Hujuſmodi ventos certis anni tempeſtatibus vehementes in Galliæ partibus oriri, Diodorus Siculus ſcribit lib. v. Ἀπὸ μὲν ... δύσεως καὶ ἄρκτου πνεῖν εἰώθασιν ἄνεμοι τηλικαύτην ἔχοντες ... σφοδρότητα καὶ δύναμιν, ὥστε ἀναρπάζειν ἀπὸ τῆς γῆς λίθους χειροπληθεῖς τοῖς μεγέθεσι, καὶ τῶν ψηφίδων ἁδρομερῆ κονιορτόν. καθόλου δὲ καταιγίζοντες λάβρως, ἁρπάζουσιν ἀπὸ μὲν τῶν ἀνδρῶν τὰ ὅπλα, καὶ τὰς ἐσθῆτας, ἀπὸ δὲ τῶν ἵππων τοὺς ἀναβάτας. Vt Varro in Originibus ait, Circius has vires habet: *Ventus Circius cum loquare buccam implet: armatum hominem, plauſtrum oneratum percellit.* A. Gellius lib. 11. cap. 24. Apul. in libello de Mundo. *Lindenbr.*

t *Cataractis avulſis ad diff.*] Id quidem fusè narrat Libanius in Oratione funebri p. 313. & Aſſyriorum fraude, non fortuito caſu id factum eſſe teſtatur. De foſſis & cataractis in Aſſyria loquitur Strabo in lib. 16. qui & στόματα τῶν διωρύγων ἐξανοίγειν Græcè dicit, quod Marcellinus noſter cataractas avellere. Polybius autem in lib. v. τὰς διώρυγας ἀναστομοῦν. Duplicem autem uſum cataractæ præſtabant, tum ad rigandos agros, tum ad incurſiones hoſtium cohibendas. *Valeſ.*

v *Hic vino gravis.*] Eam rem intelligit Libanius in Orat. funebri pag. 313. ἤσθιον, ἔπινον, οὐ μὴν μέχρι μέθης· οὐ γὰρ εἴα τοῦ διὰ μέθην ἀρτίως (ſic Mſ.) ἀποσφαγέντος ὁ φόβος. *Edebant ac potabant, citra ebrietatem tamen. Neque enim inebriari ſinebat cædes illius, qui nuper ob vinolentiam jugulatus fuerat.* Idem.

in medio fluminis ſita, locum immenſo quodam vertice tumeſcentem, & pote
ſtate naturæ velut manu circumſeptum humana: cujus ad deditionem incol
tentati molliùs, ut decebat, quoniam aſperitas edita vim ſuperabat armorum
intempeſtivam tunc defectionem eſſe firmabant. Sed hactenus reſponderunt
cùm interiora occupaverint protinus gradientes Romani, ſe quoque, [x] utpo
regnorum ſequelas, victoribus acceſſuros. Et poſt hæc prætermeantes ip
mœnia naves noſtras cum verecundia quietè ſpectabant immobiles. Quo tran
to, cúm ad munimentum aliud Achaïachala nomine veniſſemus, fluminis ci
cumitione vallatum, arduúmque tranſcenſu, [4] refutati pari reſponſo diſceſ
mus. Alia poſtridie caſtra ob muros invalidos derelicta, prætereuntur incen
[5] Poſtera igitur & inſequenti die ſtadiis ducentis emenſis, ventum eſt ad locu
[6] Baraxmalcha. Unde amne tranſito, miliario ſeptimo diſparata [y] Diacira i
vaditur civitas, habitatoribus vacua, frumento & ſalibus nitidis plena, in q
templum alti culminis arci vidimus ſuperpoſitum: quâ incenſâ, cæſiſque m
lieribus paucis quæ repertæ ſunt, trajecto fonte ſcatenti bitumine, [z] Ozog
dana occupavimus oppidum, quod formidine advenientis exercitus itidem d
ſeruere cultores: in quo Principis Trajani tribunal oſtendebatur. Hac quoq
exuſtâ, biduo ad refectionem corporum dato, prope extremum noctis quæ ſ
cundum diem ſecuta eſt, [a] Surena poſt Regem apud Perſas promeritæ digni
tis, & Malechus Podoſaces nomine, [b] [c] Phylarchus Saracenorum Aſſanitaru

4 *Al.* confutati. 5 *Mſ.* Poſtera igitur. 6 *Mſ.* Baraxmalcha.

x *Utpote regn. ſequelas victoribus acceſſuros.*] Sic loquitur Tacitus in lib. I. Hiſt. ſub finem de Cæcina: *Sed metu ne amitteret præmiſſas jam cohortes alaſque, ſimul reputans plus gloriæ retentâ Italiâ, & ubi certatum foret, Noricos in cetera victoriæ præmia acceſſuros.* Valeſ.

y *Diacira invaditur.*] Zoſim. *Dacira*, lib. III. *Lindenbr.*

z *Ozogardana occupavimus, in quo Principis Trajani tribunal*] Zoſimus *Zaragardiam* vocat. Εἰς Ζαραγαρδίαν πόλιν ἦλθεν, ἐν ᾗ βῆμα ἦν ὑψηλὸν ἐκ λίθου πεποιημένον, ὃ Τραϊανοῦ καλεῖν εἰώθασιν οἱ ἐγχώριοι. Idem.

a *Surena poſt Regem apud Perſas promeritæ dignitatis*] Zoſimus: Σουρήνας, ἀρχῆς δὲ τοῦτο παρὰ Πέρσαις ὄνομα. Ammianus lib. XXX. *Advenit Surena poteſtatis ſecundæ poſt Regem.* Vid. Barnab. Briſſon. de Reg. Perſar. lib. I. *Idem.*

b *Phylarchus Saracenorum*] Dignitatis hoc apud Saracenos nomen eſt, ut bene Julianus Antecéſſor C. P. interpretatur illa verba Juſtiniani Imp. ex Novell. 102. μήτε τῷ περιβλέπτῳ δουκί, μήτε τῷ φυλάρχῳ. *Neque ducem, neque phylarchum, id eſt Saracenorum ducem.* Procopius Perſicor lib. I. Οὐδεὶς δὲ οὔτε Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἄρχων, οὔτε δὲ ... καλοῦσιν, οὔτε Σαρακηνῶν τῶν Ῥωμαίοις ἐνσπόνδων ἡγούμενος, οἳ φύλαρχοι ἐπικαλοῦνται. Theophylactus Simocat. lib. II. φύλαρχοι -- τῆς συμμάχου τῶν Ῥωμαίων δυνάμεως, οὓς Σαρακηνοὺς εἰθίσμεθα Λατίνοις ἀποκαλεῖν. Malchus in Excerptis legation. ... φύλαρχος τῶν ὑπὸ Πετραίων ὑπὸ Ῥωμαίοις ὄντων Σαρακηνῶν. Et ſtatim idem Amorſecus τῶν φυλῶν ἄρχων voca... Menander in Eclogis legation. τῶν Σαρακηνῶν φύλαρχος Ἀμβρος. * Vid. Aldreti Antiq. Hiſpan. lib. I. cap. 28. 117. * *Idem.*

c *Phylarchus Saracenorum.*] Saraceni in Phylas tribus diviſi erant duodecim, ut Nonnoſus docet & ...roſius in Prooemio Hiſtoriæ. Singulis tribubus pr...rant Phylarchi. Strabo in lib. 16. Scenitarum Arab... (quos Saracenos eſſe docet Marcellinus) Phylarc... commemorat, & partim Romanis, partim Perſis noxios eſſe dicit. Dicebantur & φυλάρχαι, ut docet ve... Auctor apud Suidam: ξυμβάλλει τῷ Τραϊανῷ ὁ Ἄβγαρος ὁ Ὀσροηνῆς χώρας δυνάστης, οὕσπερ φυλάρχας ὀνομάζουσιν ἐκεῖνοι, ὅτι τὰ χωρία αὐτῶν φυλαὶ ὀνομάζονται. *Trajano occurrit Acba... Oſdroenæ Regulus, quos illi Phylarchas vocant, eo q... regiones ipſæ phylæ ſeu tribus vocantur.* Rufus etiam ...ſtus in Breviario: *Phylarchi*, ait, *Saracenorum in ...droene ſuperati.* Sed & barbari ferè omnes in tribus φυλὰς dividebantur. Nam & Eunapius in Fragmentis ...gationum, & Zoſimus Optimates Gothorum τοὺς ἐκ φυλῆς ἡγουμένους vocant, & Olympiodorus Phylarc... Burgundionum memorat. Turcos quoque in XII ...bus diviſos fuiſſe docet Menander Protector. Eodem ...ferre ſoleo Perſarmeniorum ...φυλάρχας, quorum i... meminit Menander [& *Faras* Langobardorum a... Paulum.] *Valeſ.*

fam i

famoſi nominis latro, omni ſævitia per noſtros limites diu graſſatus, ſtructis Hormiſdæ inſidiis, quem ad ſpeculandum exiturum incertum unde præſenſerant, ideo ſunt tentamento fruſtrati, quòd [d] anguſta fluminis interluvies & præalta tranſiri vado non potuit. Et primo lucis exordio, cùm eſſent hoſtes jam in contuitu, viſi tunc primitus coruſci galeis, & horrentes indutibus [7] rigidis: milites in procinctum impetu veloci tendentes, eos involavere fortiſſimè. Et quamvis arcus validis viribus flecterentur, & ſplendor ferri intermicans Romanorum metum augeret: irâ tamen acuente virtutem, clypeorum denſitate conſecti, ne poſſent emittere coëgerunt. [e] Animatus his vincendi primitiis miles, ad vicum Macepracta pervenit, in quo ſemiruta [8] murorum veſtigia videbantur: qui priſcis temporibus in ſpatia longa protenti, [9] tueri ab externis incurſibus Aſſyriam dicebantur. [f] Hinc pars fluminis ſcinditur largis aquarum agminibus, ducens ad tractus Babylonios interiores, uſui agris futura & civitatibus circumjectis: alia [g] Nahamalcha nomine, quod *fluvius Regum* interpretatur, Cteſiphonta prætermeat: cujus in exordio turris in modum phari celſior ſurgit: hunc peditatus omnis pontibus cautè digeſtis tranſivit. Equites verò cum jumentis armati clementiores gurgites fluminis obliquati tranſnarunt: alii multitudine ſubita petiti telorum hoſtilium, quos egreſſi auxiliares ad curſuram leviſſimi, fugientiúmque cervicibus inſiſtentes, laniatu avium proſtraverunt. Quo negotio itidem glorioſè perfecto, [h] [i] ad civitatem Piriſaboram ventum,

7 *Mſ.* rerigidis. 8 *Al.* muri. 9 *Mſ.* tueri.

d *Anguſta fluminis interluvies & præalta*] Sic ſup. lib. XIV. *Magnitudine anguſti gurgitis & profundi. Interluviem* Zoſimus διώρυχα dixit, lib. III. οὐδὲ σὺν τοῖς ὅπλοις οὔσης ὂν-τ διανήξασθαι τὴν διώρυχα, τοῦτε βάθους οὐκ ἐνδιδόντος, καὶ τοῦ [illegible]. Lindenbr.

e *Animatus hujuſmodi primitiis.*] Hæc lectio ex conjectura Gelenii nata eſt. Nam priores Editiones ſic præferebant: *Animatus his veſcendi primitiis*: prout Editio quoque Rom. & codex Regius * ac Toloſ. * [& Colbert.] ſcriptum habent Sed quid facilius erat quàm veram ſcripturam inde elicere? hanc ſcilicet; *Animatus his vincendi primitiis miles, &c.* Sic enim loquitur Marcellinus in lib. 16. cap. 3. *Valeſ.*

f *Hinc pars fluminis ſcinditur.*] Id quidem Zoſimus ſic narrat: εἴς τινα τοῦ Εὐφράτου διώρυχα διῆλθεν, ἐκτεινομένην μὲν εἰς μέχρι τῆς Ἀσσυρίων, συμπαρατεινομένην δὲ πάσῃ τῇ πέρα τοῦ Τίγριτος χώρᾳ. *Venit ad quandam foſſam Euphratis, quæ in illam quidem uſque ad Aſſyriam extenditur, prætenta autem eſt univerſæ trans Tigrim regioni.* Meminit ejuſdem Herodotus in lib. 1. ubi de rebus Aſſyriorum, & Plinius in lib. 4. cap. 26. qui circa vicum Maſſicen Euphratem ſcindi ſcribit. Maſſice igitur idem eſt qui Macepracta. *Idem.*

g *Naarmalcha nomine, quod fluvius Regum interpretatur.* Inf. *Ventum eſt hinc ad foſſile flumen Naarmalcha nomine, quod amnis Regum interpretatur.* Græci ποταμὸν Βασίλειον vocant. Strabo lib. XVI. Μεταξὺ δὲ τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριδος ῥεῖ καὶ ἄλλος ποταμὸς, Βασίλειος καλούμενος. * Αρμακάλη, Euſeb. de Præp. Evang. * Plinius lib. VI. cap. 26. *Euphratem Gobaris Præfecti opere deductum, ubi eum diximus findi, ne præcipiti curſu Babyloniam infeſtaret, ab Aſſyriis verò univerſis appellatum Armalchar, quod ſignificat regium flumen.* In Mſ. Plinio *Amachael* legitur, ἀντὶ τοῦ *Armalchar*: ſed utrumque corruptum eſt, & *Neharmalcha* legendum, ad Syriacæ linguæ veritatem, jam olim monuit Nobiliſſ. Joſeph. Scaliger lib. V. de Emendatione temp. *Malchus* enim Syris Rex eſt. Eunapius in Porphyr. Μάλχος δὲ κατὰ τὴν Σύρων πόλιν ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα, τοῦτο δὲ δύναται βασιλέα λέγειν. Atque inde ſimili formantur compoſitione *Braxa-malcha*, *Maiaza-malcha*: & à *Naar*, quod fluvium notat, *Naarda*, apud Zoſim. Ammian. Stephan. & alios. *Lindenbr.*

h *Ad civitatem Piriſaboram*] *Berſaboram* vocat Zoſimus lib. III. Ἐλθὼν δὲ εἰς πόλιν ᾗ Βηρσαβῶρα ἦν ὄνομα, τὸ μέγεθος ἐσκόπει τῆς πόλεως, καὶ τὸ τῆς θέσεως ὀχυρόν: & quæ porrò ſequuntur, ſitum munitiſſimæ civitatis notantia. *Idem.*

i *Ad civitatem Piriſaboram.*] De qua ſic loquitur Libanius in Oratione funebri p. 315. ἦν πόλις Ἀσσυρίων μεγάλη τοῦ τότε βασιλεύοντος ἐπώνυμος, &c. *Urbs erat Aſſyriæ haudquaquam exigua, ei qui tunc regnabat cognominis.* Certè Piriſabora extremam partem nominis à Saporo

eſt, amplam & populoſam, ambitu inſulari circumvallatam. Cujus obequi-tans mœnia Imperator & ſitum, obſidium omni cautela cœptabat, quaſi ſol[a] formidine oppidanos à propugnandi ſtudio ſubmoturus. Quibus per colloqui[a] ſæpe tentatis, cùm nec promiſſis quiſquam flecteretur nec minis, ſuſcipit[ur] oppugnandi exordium: & [k] armatorum triplici corona circumdatis muris, d[ie] primo aduſque noctis initium miſſilibus certabatur. Tum defenſores anim[o] præſtantes & viribus, per propugnacula [l] ciliciis undique laxiùs panſis, qu[æ] telorum impetus cohiberent, obtecti [m] ſcutis vimine firmiſſimo textis, & cru-dorum tergorum denſitate veſtitis, validiſſimè reſiſtebant, [n] ferrea nimiru[m] facie omni: quia laminæ ſingulis membrorum liniamentis cohærenter aptatæ fido operimento totam hominis ſpeciem contegebant. Et aliquoties Hormi-dæ & indigenæ & Regalis colloquia petentes obnixe, propinquantem prob[ris] atque conviciis ut malè fidum inceſſebant & deſertorem: [1] hac lentâ cavillati-ne diei maximâ parte exemptâ, tenebrarum ſilentio primo multiformes a[d-] motæ ſunt machinæ, cœptáque altitudo complanari foſſarum. Quæ vixd[um] ambiguâ luce defenſores [2] intentiùs contemplati, eo accedente quòd angu-[la]rem turrim ictus foravit arietis violentior, relictis civitatis duplicibus muri[s], continentem occupant arcem, aſperi montis interrupta planitie ſuperpoſitam; cujus medietas in ſublime conſurgens, tereti ambitu [o] Argolici ſcuti ſpeci[em] oſtendebat, niſi quòd à Septemtrione id quod rotunditati deerat, in Euphra[tis] fluenta projectæ cautes eminentiùs tuebantur: in qua excellebant minæ mu[ro-]rum, [p] bitumine & coctilibus laterculis fabricatæ, [q] [r] quo ædificii genere

1 *Al.* ac. 2 *Al.* intentè.

Rege trahit, quem σαϐάρλω Agathias & Theophanes ap-pellant, & Sozomenus, aliique. *Valeſ.*

* k *Armatorum triplici corona circumdatis muris.*] Lipſius in Poliorceticis cap. 4. triplicem militum ſeriem interpretatur. * *Idem.*

l *Ciliciis undique laxiùs panſis*] Gloſſarium Nomic. Κιλίκια, τράγοι ἀπὸ κιλικίας, οἱ δασεῖς. πάνυ γὰρ ἐκεῖσε ὑπάρχουσιν οἱ τοιοῦτοι τράγοι ὅθεν καὶ τὰ ἐκ τῶν τριχῶν συντιθέμενα κιλίκια λέγονται. Feſtus Avien. in Ora maritima:

Hirtæ hic capellæ & multus incolis caper
Dumoſa ſemper intererrant ceſpitum:
Caſtrorum in uſum & nauticis velamina,
Productiores & graves ſetas alunt.

Procopius Perſicor. lib. II. Προκαλύμματα ἐκ τραγείων τριχῶν ἃ δὴ καλοῦσι κιλίκια. Vid. Liv. lib. 38. Joſephus de Bello Jud. lib. III. Solin. cap. 36. Iſidorus. Origin lib. XVIII. cap. 11. *Lindenbr.*

m *Scutis vimine firm. textis.*] Eunapius in Hiſtoria hanc Perſarum armaturam egregiè deſcribit: οἱ δὲ τῶν Πάρθων οἰσυΐνας ἀσπίδας ἔχοντες καὶ κράνη οἰσύινα τρόπον τινα πάτριον πεπλεγμένα. *At Parthi clypeos vimineos, galeaſque ſimiliter geſtantes patrio quodam more textas.* Ea ſcuta diceban-tur γέῤῥα, ut notat Harpocration & auctor Etymol[ogici] ex Herodoti lib. 7. & Xenophonte. Vide Feſtu[m in] *Gerrones.* Valeſ.

n *Ferrea nimirum facie*] Sic lib XIX. *F[e]rreus eq[ui]tus.* Eſt autem Salluſtiana imitatio, cujus hoc frag[men]tum apud Nonium exſtat: *Equites cataphracti ferr[ea o]mni ſpecie.* Lindenbr.

o *Argolici ſcuti.*] Sumptum id videtur ex Virgilii [lib.] 3. ubi legitur:

Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis inſtar.

Ad quem locum Servius notat. *Cauſâ*, inquit, *m[agni]tudinis. Græcorum enim clypei rotundi: ut Cato* 1 *C[...]num ait*: quod confirmat Scholiaſtes Comici in Veſ[parum i]nitio, & auctoritate Æſchyli in Perſis demonſtrat. [...] & Homerus ἀσπίδας εὐκύκλους & ὀμφαλοέσσας paſſim n[omi]nat. Erant tamen & clypei quidam oblongi, [...] [...]cti, ut ex veteribus ſcholiis docet Euſtathius in Il. ξ. [Ce]terùm etſi Virgilius Argolicum clypeum pro Græc[o] [...] videtur poſuiſſe, peculiaris tamen clypei Argolici f[or]ma fuit, ut innuit in Argolicis Pauſanias, & Julius Po[llux]. *Valeſ.*

p *Bitumine & coctilibus laterculis fabricatæ*] Zo[sim]us πύργοι δὲ εἰστήκεισαν περὶ τὸ τεῖχος μεγάλοι. τὰ μὲν ἀπὸ γῆς [...] μέσου, διὰ πλίνθου πλίνθων δεδεμένης ἀσφάλτῳ, τὰ δὲ μετὰ τ[...]

iil eſſe tutius conſtat. Jámque ferocior miles pervaſâ urbe, quam viderat vacu-
im, adverſus oppidanus ab arce multimoda tela fundentes acri contentione pu-
gnabat. Cùm enim iidem prohibitores catapultis noſtrorum urgerentur atque
allistis: ipſi quoque ex edito arcus erigebant fortiter tenſos: quibus panda utrim-
que ſurgentia cornua ita lentiùs flectebantur, ut nervi digitorum acti pulſibus vi-
lentis arundines ferratas emitterent, quæ corporibus illiſæ contrariis letaliter fi-
ebantur. Dimicabatur nihilominus utrobique ſaxorum manualium nimbis: &
eutrobi inclinato momento, prœlium atrox à lucis ortu ad initium noctis deſti-
atione magna protractum, pari ſorte diremptum eſt. Proinde die ſecuto cùm
ertaretur aſperrimè, multíque funderentur altrinſecus, & [3] æquæ vires geſta
brarent: Imperator omnes aleæ caſus inter mutuas clades experiri feſtinans,
uneatim ſtipatus, denſatíſque clypeis ab ictu ſagittarum defenſus, veloci ſaltu
omitantibus promptis [ſ] prope portam venit hoſtilem, craſſo ferro cruſtatam.
t licèt ſaxis & glande ceteríſque telis cum periculo ſalutis premeretur, fodi-
are tamen paratos valvarum latera ut aditum patefacerent, vocibus increpans
rebris, non antè diſceſſit, quàm telorum congerie quæ ſuperjaciebantur, ſe
m cerneret obruendum. Evaſit cum omnibus tamen, paucis leviùs vulnera-
s, ipſe innoxius, verecundo rubore ſuffuſus. Legerat enim [t] AEmilianum
cipionem, cum hiſtoriarum conditore Polybio Megalopolitano Arcade, &
triginta militibus, portam Carthaginis impetu ſimili ſubfodiſſe. Sed fides
cepta ſcriptorum veterum recens factum defendit. AEmilianus enim teſtu-
ne lapidea [5] tectam ſucceſſerat portam, ſub qua tutus & latens, dum moles
xeas detegunt hoſtes, urbem nudatam irrupit: Julianus verò locum patentem
aggreſſus, obumbrata cæli facie fragmentis montium & miſſilibus, ægrè re-
ulſus abſceſſit. His raptim ac tumultuariè agitatis, cùm operoſitas vinearum
aggerum impeditiſſima à ceteris urgentibus cerneretur: machinam quæ cog-
ominatur helepolis, juſſit expeditiùs fabricari: quâ ut ſuprà docuimus
Rex uſus Demetrius, ſuperatis oppidis pluribus Poliorcetes appellatus eſt.
d hanc molem ingentem, ſuperaturam celſarum turrium minas, prohibito-
s oculorum aciem intentiùs conferentes, itidémque inſtantiam obſidentium

3 *Mſ.* æqui mores. 4 *Vulg.* triginta millibus. 5 *Al.* tus. 6 *Al.* ingreſſus. 7 *Mſ.* eſt uſus Demetr.

πύθῳ τε ὁμοίᾳ καὶ γύψῳ δεδομημένα. Lindenbr.

q *Quo ædificii genere nihil tutius eſſe conſtat*] Cui & ferum cedere ait Codinus in Deſcriptione novæ Romæ. Ταύτην δὲ ἀσφάλειαν ποιεῖ τοῖς κτίσμασιν ἡ ἄσφαλτος, ὥστε ταῖς ὀπταῖς πλίνθοις καὶ τοῖς λεπτοῖς λίθοις συμμιγεῖσα, ἰσχυρότερα γίνεσθαι πάντως σιδήρου. Idem.

* r *Quo ædificii genere nihil eſſe tutius conſtat.*] Idem Cryſoſtomus teſtatur tomo 2. pag. 995. ædificia ex bitumine & latere coctili eſſe omnium firmiſſima. * *Valeſ.*

ſ *Prope portam venit hoſtilem, craſſo ferro cruſtatam*] Ita Sidonius Apollin. carm. XI. *Limina craſſus Onyx cruſtat.* Atque hinc Itali dicunt, *Tempio di marmo cruſtato.* Lindenbr.

t *AEmilianum portam Carthag.*] Polybii locus in quo hæc fusè narrabantur, hodie deſideratur. Itaque ejus facinoris memoria obſcura eſt. Nam neque Appianus in Libyco, neque Zonaras id diſtinctè memorant. Quippe uterque Scipionem ait perfractam à militibus, qui jam in urbem intraverant, portam introiſſe, non ipſum ſuffodiſſe portam. Zonaras tamen dicit: ὑπὸ τὴν πυλίδα παραδραμὼν καὶ τὸν μοχλὸν διακόψας, &c. *Valeſ.*

perpenſantes, ſubitò vertuntur ad preces: circumfuſique per turres ac mœnium minas, & fidem Romanam panſis manibus proteſtantes, vitam cum venia poſtulabant. Cúmque ceſſaſſe [8] opera, & munitores nihil tentare viderent ulterius, quod quietis erat indicium certum: copiam ſibi dari conferendi ſermonis cum Hormiſda poſcebant. Hócque impetrato, [v] Mamerſides præſidiorum Præfectus demiſſus per funem, [9] ductúſque ad Imperatorem, ut obſecravit, vitâ cum impunitate ſibi conſortibúſque ſuis firmiter pactâ, redire per miſſus eſt. Geſtíſque nuntiatis, plebs omnis utriuſque ſexus ad ſententiam ſuam cunctis acceptis, pace fœderata cum religionum conſecrationibus fidis, patefactis egreditur portis, ſalutarem Genium affulſiſſe ſibi clamitans Cæſarem magnum & lenem. [x] Numerata ſunt autem dediticiorum duo millia & quingenti: nam cetera multitudo obſidium antè ſuſpectans, navigiis parvis per meato amne diſceſſit. In hac arce armorum alimentorúmque copia repert eſt maxima: unde neceſſariis ſumptis, reliqua cum loco ipſo exuſſere victores.

Cap. III. Poſtera die quàm hæc acta erant, perfertur ad Imperatorem c bos per otium capientem nuntius gravis, Surenam Perſicum ducem procurſ torum partis noſtræ tres turmas inopinum aggreſſum, pauciſſimos trucidaſſe inter quos ſtrato Tribuno unum rapuiſſe vexillum. Statímque concitus ira in mani, cum armigera manu feſtinatione ipſa tutiſſimus pervolavit: & graſſato ribus fœda conſternatione depulſis, reſiduos [y] duos Tribunos ſacramento ſo vit ut deſides & ignavos: [z] decem verò [a] milites ex his qui fugerant; exaucto ratos capitali addixit ſupplicio, ſecutus veteres leges. Incenſa denique urbe ut memoratum eſt, conſtructo Tribunali inſiſtens, actis gratiis exercitui co vocato, cunctos ad paria facienda deinceps hortabatur: [b] & argenteos num mos centenos viritim pollicitus, cùm [c] eos parvitate promiſſi percitos tumu tuari ſenſiſſet, ad indignationem plenam gravitatis erectus, *En*, inquii

8 *Mſ.* operam & venitores. 9 *Al.* Deductuſque.

---

v *Mamerſides præſidiorum Præfectus*] Zoſimo Μομόσειρος τούτων ἡγούμενος. Lindenbr.

x *Numerata ſunt autem dediticiorum duo millia*] Longè major numerus apud Zoſim. Ἄνδρες ἀπεσώθησαν πεντακισχίλιοι περί που τὸν ἀριθμόν, δίχα τῶν πλοίοις μικροῖς διὰ τὸ διώρυγος ἄπωθι γενομένων διαφυγεῖν. Reliqua ut Ammianus. *Idem.*

y *Duos Tribunos ſacramento ſolvit, ut deſides & ignavos*] Deſidia in pagano vitium eſt, in milite crimen. Arrius Menander de Re milit. *Omne delictum eſt militis, quod aliter quàm diſciplina communis exigit, committitur, veluti ſegnitiæ crimen, vel contumaciæ, vel deſidiæ.* L. 6. ff. de re milit. More majorum igitur Julianus egit, cùm inutiles militiæ ſacramento ſolvit. *Idem.*

z. *Decem verò milites ex iis.*] Decimationis ſupplicium haud dubiè intelligit. Ceterùm hanc fiduciam, & auctoritatem Juliani in puniendis fugacibus magnopere Libanius effert in Orat. funebri, p. 315 inter cetera: κατασάζων ὡπλισμένους πολλοὺς αὐτὸς ἔχων δορυφόρους οὐδὲ τρεῖς. Id eſt, *Exauctorans tot numero armatos, ne tres quidem circa ſtipatores habens.* Valeſ.

a *Milites ex his qui fugerant, exauctoratos capitali a ſupp. ſecutus veteres leges*] Menander de Re milit. lib. 1 *Qui in acie prior fugam fecit, ſpectantibus militibus prop exemplum capite puniendus eſt.* Rufus in Legibus militaribus: Ὁ πρῶτος ἐν παρατάξει φυγὼν ἐπ' ὄψει τῶν στρατιωτῶν κεφαλικῶς τιμωρεῖται. Lindenbr.

b *Argenteos nummos centenos*] Zoſim. ἐβασάνιζε στρατευόμενος τὸ στράτευμα, λέγων τὰ καθήκοντα εἶπε, καὶ ἑκατὸν ἀργυροῖς ἑκάστῳ νομίσμασιν ἐδωρεῖτο. Idem.

c *Eos parvitate*] Mſ. *patruitate prom.* i. *parvi. prom.* Idem.

Perſæ circumfluentes rerum omnium copiis: ditare vos poterit opimitas gentis, ſi unum ſpirantibus animis fortiter fecerimus. Ex immenſis opibus egentiſſima eſt tandem, credite, Romana Reſpublica per eos, qui ut augerent divitias, [d] *docuerunt Principes auro* [1] *quiete à barbaris redempta redire.* [e] *Impetitum ærarium eſt, urbes exinanitæ, populatæ provinciæ: mihi nec facultates, nec propinquitas generis ſuppetit, quamvis ortu ſim nobilis, præter pectus omni liberum metu:* [f] *nec pudebit Imperatorem cuncta bona in animi cultu ponentem, profiteri paupertatem honeſtam. Nam & Fabricii familiari re pauperes rexere bella graviſſima, gloriâ locupletes. Hæc vobis cuncta poterunt abundare, ſi imperterriti Deo méque, quantum humana ratio patitur, cautè ductante mitiùs egeritis: ſin reſiſtitis ad ſeditionum revoluti dedecora priſtinarum, pergite. Ut Imperatorem decet, ego ſolus* [g] *confecto tantorum munerum curſu moriar ſtando, contempturus animam,* [h] *quam mihi febricula eripiet una. Aut certe diſcedam,* [i] *nec enim ita vixi, ut non poſſim aliquando eſſe privatus. Præque me fero & lætor, ductores ſpectatiſſimos eſſe nobiſcum,* [k] *perfectos bellicarum omni genere doctrinarum.*

1 Mſ. *quietem à barbaris redemptam.*

---

d *Docuerunt Principes auro quiete a barbaris redempta.*] Conſtantinum intelligit, ut opinor, de quo etiam in Cæſaribus hæc dicit: τά γε μὴν εἰς τοὺς βαρβάρους ἦν αὐτῷ γελοῖα. φόρους γὰρ ὥσπερ ἐτετελέκει. Idque ejus filii poſtea factitarunt: ut de Conſtante ſcribit Aurelius Victor, cum obſides à barbaris pretio quæſitos accepiſſe. Porrò id ſemper & ubique facere, extremæ ignaviæ eſt. Sed interdum eæ neceſſitates temporum occurrunt, quæ omnino hoc remedio uti cogant. At tum demum nullum in eo dedecus eſt, modò cum moderatione fiat ac dignitate. Primus ex Impp. Rom. id uſurpavit Domitianus: at id quantopere Plinius vituperavit? Trajanus deinde etiam ipſe id factitavit, ſed parcè, & cum decore ac dignitate. Armatus enim barbaris ſupplicantibus munera largitus eſt. Hoc verò laudat idem Plinius in illa Gratiarum actione: *Accipimus obſides ergo, non emimus: nec ingentibus damnis immenſiſque muneribus paciſcimur, ut vicerimus: rogant, ſupplicant: largimur, negamus; utrumque ex imperii majeſtate.* Poſt Domitianum ignaviſſimus quiſque his artibus adverſus barbaros eſt uſus, ut Commodus, & Caracalla, de quibus id narrant Herodianus & Dio. Hadrianus autem & Juſtinianus prudenti conſilio id fecêre. De Juſtiniano Agathias in lib. ult. Menander in 1. *Valeſ.*

e *Impetitum ærarium eſt.*] Editio Rom. * & Toloſ. Codex * [ac Colb.] *impetum.* Codex Regius *imptum*, & ad marginem emendatur *inops.* Idem. Miror cur non potius ediderint viri doctiſſimi *impeditum*, ùt ſæpe ſolent illa verba expedire & impedire ad rationes pecuniarias transferri, quod eſt notiſſimum. Sed attente conſiderans veterem ſcripturam, nullus dubito quin ea corrupta ſit pro *implicitum.* Gron.

f *Nec pudebit Imp. profiteri paupertatem.*] Sic Pericles apud Thucydidem in lib. 2. καὶ τὸ πένεσθαι, inquit, οὐχ ὁμολογεῖν τινὶ αἰσχρὸν, ἀλλὰ μὴ διαφεύγειν ἔργῳ αἴσχιον. *Neque turpe eſt paupertatem profiteri: ſed eam minimè omni opere evitare turpius.* * Et Ariſtides, cùm ei Callias pecuniam offerret, conſtanter recuſans aiebat, plus ſibi gloriæ afferre paupertatem quàm Calliæ opes, Multos enim reperiri, qui bene aut ſecus divitiis uterentur; paupertatem verò qui conſtanter ferrent, pauciſſimos eſſe; erubeſcere verò de paupertate eos tantùm, qui egerent inviti: ut refert Plutarchus in Ariſtide ſub finem. *Valeſ.*

g *Confecto tantorum munerum curſu moriar ſtando*] Tale fuit dictum Veſpaſiani: *Stantem Imperatorem excedere terris decet.* Aur. Victor in Veſpaſian. Et de Turbone Præfecto ſcribitur, eum hanc vocem in ore habuiſſe: τὸν ἔπαρχον ἑστῶτα ἀποθνήσκειν δεῖ. Xiphil. in Hadriano. * Zonaras p. 204. * *Lindenbr.*

h *Quam mihi febricula eripiet una*] B. Eucherius Epiſc. Homil. 2. pag. 377. *A poſſeſſore ſuo una febricula veniente novimus repoſcenda* Idem.

i *Nec enim ita vixi, ut non poſſim aliquando eſſe privatus*] Reſpexit dubio procul ad id, quod Nerva Imp. jam olim dixerat, Οὐδὲν τοιοῦτον πεποίηκα, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν ἀρχήν τε καταθέσθαι, καὶ ἀσφαλῶς ἰδιωτεῦσαι. Xiphilinus in Nerva. *Idem.* Fortaſſis ita. Sed etiam manifeſte alludit ad ſententiam Ciceronis de Dionyſio lib. V. Tuſcul. cap. 21. *Atque ei ne integrum quidem erat, ut ad juſtitiam remigraret, civibus libertatem & jura redderet. iis enim ſe adoleſcens improvida ætate irretierat erratis, eaque commiſerat, ut ſalvus eſſe non poſſet, ſi ſanus eſſe cœpiſſet.* Gron.

k *Perfectos bellicarum o. genere doct.*] Hæc eſt quidem Editionis Rom. ſcriptura: ſed Codex Regius cum Aug.

Hac modeſta Imperatoris oratione, inter ſecunda & aſpera [2] medii, miles pro tempore delenitus, aſſumptâ cum meliorum exſpectatione fiduciâ, regibilem [ſe fore pollicitus & morigerum, cunctorum adſpirante conſenſu,] auctoritatem ejus ſublimitatémque cordis extollebat in cælum: [m] quod cùm verè atque ex animo dicitur, [n] ſolet [3] armorum crepitu leni monſtrari. Repetitis poſt hæc tentoriis, pro copia rei præſentis victu ſe recreavit & quiete nocturna. Animabat autem Julianus exercitum, cùm non per caritates, ſed per [4] inchoatas negotiorum magnitudines dejeraret adſiduè: [o] *Sic ſub jugum mitteret Perſas: ita quaſſatum recrearet orbem Romanum:* ut Trajanus fertur aliquoties jurando dicta [5] conſueſſe firmare: *Sic in provinciarum ſpeciem reductam*

2 *Al.* meante. 3 *Al.* amor ex crepitu. 4 *Mſ.* inchoatas negotiorum magnitudines. 5 *Mſ.* conſueſſe.

Editione ſcriptum habet *perfunctos.* Valeſ.

m *Quod cum vere dicitur, ſolet armorum crepitu leni monſtrari.*] Hic mos fuit etiam veterum Gallorum, ut teſtatur Cæſar in lib. 7. Nam poſt Vercingetorigis orationem ſic ait: *Conclamat omnis multitudo, & ſuo more armis concrepat, quod facere in eo conſueverunt, cujus orationem approbant.* In militibus autem Rom. exempla paſſim ſuppeditat Marcellinus, ut in lib. 21. cap. 13. *Idem.*

n * *Solet armorum crepitu*] Sic omnino legendum. Cæſar de Bello Gallico lib. 7. *Conclamat omnis multitudo, & ſuo more armis concrepat: quod facere in eo conſueverunt, cujus orationem approbant.* Lindenbr.

o *Sic ſub jugum mitteret Perſas.*] Antiqui per vota ſua jurabant, ut Vatinius: *Ita Conſul fiam.* Quod tantam indignationem movit Catullo, ut diceret:

Per Conſulatum pejerat Vatinius.
Miſer Catulle, quid moraris emori?

Et Cleopatra quoties jurare volebat, maximum id votum concipiebat: *Sic in Capitolio jura reddam*, teſte Dione in lib. 50. & Otho ipſum Neronem adhuc privatus alloquens, ſic juraviſſe ab eodem dicitur: οὕτω με Καίσαρα ἴδοις, *Sic me Cæſarem videas.* Omitto Plancum in Epiſt. 9. lib. x. M. Tullii, Senecam in Suaſoria ult. Senecam alterum in Epiſt. 117. * Ex his intelligendus eſt Chryſoſtomi locus in Homilia xx. ad populum Antiochenſem, ubi Theodoſium Imper. ſic loquentem inducit: καὶ εὐχῆς μοι δυνατὸς ἔργον ἦν, τὴν πόλιν ἐκείνην ἰδεῖν; καὶ τοσοῦτον ἐποιούμην ὅρκον πρὸς πάντας. Nec aliter ſoleo interpretari locum Senecæ in libro 11. de Clementia: ubi vocem illam Neronis, *Vellem neſcire litteras*, tantopere laudat. *O vocem in concionem omnium mortalium mittendam! in cujus verba Principes Regeſque juramentum faciant*: quod quidem nec Muretus nec Lipſius intellexit. Optat Seneca, ut ex his Neronis verbis juramentum Reges ac Imperatores faciant hoc modo. Ita velim neſcire litteras! Sic vellem mea manu damnatum neminem. * [Palladius in Dialogo de vita Chryſoſtomi, loquens de Dioſcoro Epiſcopo Ammonii fratre, qui ſepultus fuerat extra portam Conſtantinopolis: ὡς τὰς πλείστας τῶν γυναικῶν καταλειψάσας τὰς Μάρτυρας, τοὺς ὅρκους κατὰ τῶν εὐχῶν Διοσκόρου ὀμνύειν. Jurabant igitur hæ mulieres: Ita me Dioſcorus ſuis precibus adjuvet.] Adjurandi etiam potentiſſima ratio hæc erat. Sic apud Virgilium:

------ per ſpem ſurgentis Juli.

& alibi:

Sic tibi cùm fluctus ſubter labere Sicanos,
Doris amara ſuam non intermiſceat undam.

Adde & Suidam in ὅρκος. Sed & omne juſjurandum tacitum habet & votum, & exſecrationem: pœnam enim imprecatur ſibi qui jurat, ſi pejeraverit. Ut apparet in juramentis Græcorum apud Demoſthenem & Æſchinem, & Romanorum apud Feſtum in *lapidem.* Et rectè Plutarchus in Quæſtionibus Romanis, cap. 44. πᾶς ὅρκος εἰς κατάραν τελευτᾷ τῆς ἐπιορκίας: *Omne jusjurandum in exſecrationem perjurii deſinit.* Et Servius in lib. 2. Æn. *Exſecratio*, inquit, *eſt adverſorum deprecatio: jusjurandum verò optare proſpera.* Utrumque etiam jungit Ariſtophanes in Avibus, ubi Piſthetærus ait:

Κατόμοσόν νυν ταῦτά μοι.

Chorus reſp. Ὄμνυμι ἐπὶ τούτοις πᾶσι νικᾶν τοῖς κριταῖς,
Εἰ δὲ παραβαίην, ἑνὶ κριτῇ νικᾶν μόνον.

Ubi Scholiaſtes fallitur, qui ὄμνυμι poſitum ait eſſe pro εὔχομαι. Neque enim Chorum ibi jurare, ſed optare tantùm. Illud ad extremum addam, hanc mihi cauſam videri, cur antiqui illi exta, quibus tactis conceptum erat jusjurandum, in mare projicerent, neque quidquam de victima edendum putarent, quod teſtatur Euſtathius in Il τ. & Pauſanias Eliac 1. ob adjunctas ſcilicet juri jurando exſecrationes. *Valeſ.* Non id agitur, ut locus Senecæ accipiat interpretationem; ſed ut alienarum manuum ſcriptura quæ ex ipſo vocabulo *juramentum* ſatis patere credita viris doctis, abigatur, verâ reſtitutâ: quando ſententia illius ſcriptoris ultro ſatis clare ſe oſtendet. Quum itaque tam notabiliter ibi hæreant veteres libri, & præſertim Nazarianus declaret, quantopere omnia ſint illic conſpurcata, hoc agendum eſt, non exquirendæ otioſæ & tantum placentes iis, a quibus inventæ ſunt, interpretationes. Et id jam præſtitum eſt ſatis luculente. *Gron.*

videam Daciam: [p] *Sic pontibus Hiſtrum &* [6] *Euphraten ſuperem*, & ſimilia plurima. Poſt hæc decurſis millibus paſſuum quatuordecim, ad locum quemdam eſt ventum, arva aquis abundantibus fecundantem: quo itinere nos ituros Perſæ prædocti, ſublatis cataractis undas evagari fuſiùs permiſerunt. Itaque humo latè ſtagnante, altero die militi requie data, Imperator ipſe prægreſſus, conſtratis [7] ponticulis multis [q] ex utribus, & [8] coriaceis navibus, [9] itidémque confectis palmarum trabibus, exercitum non ſine difficultate traduxit. In his regionibus agri ſunt plures conſiti vineis varióque pomorum genere: ubi oriri arbores aſſuetæ palmarum, per ſpatia ampla [r] aduſque Meſenem & mare pertinent magnum, inſtar ingentium nemorum. Et quaquà inceſſerit quiſquam, [ſt] termites & ſpadica cernit adſidua, [v] quorum ex fructu mellis &

6 Mſ. *Aufidum.* 7 *Mſ.* periculis. 8 *Mſ.* procia navibus. 9 *Mſ.* itidemque.

[p *Sic pontibus Hiſtrum & Euphraten ſuperem.*] P. Pithœus ad marginem Ammiani ſui notat, hoc loco in veteribus libris pro *Euphraten* ſcriptum eſſe *Aufidum*, & nos remittit ad Strabonem, & ad Mellam ac Plinium, qui Aufidi fluminis meminere. Quaſi Aufidus à tribus iſtis Auctoribus multiſque aliis memoratus, amnis in Italia non magnus, Canuſium Apuliæ Dauniæ opidum præfluens, locum heic ullum habere poſſit, aut cum Hiſtro jungi termino Imperii Romani: quaſi demum optaturus fuerit Trajanus parvo, eique toti utrimque ſuæ ditionis flumine pontes imponere. Trans Hiſtrum erat Dacia, quam Trajanus in formulam provinciæ redigere cupiebat, ſicut & fecit: trans Aufidum & circum erant ſoli Apuli, aliæque Italiæ nationes ipſi ſubjectæ. Tamen nihilominus in codice Colbertino ſcriptum diſertè reperio; *Sic pontibus Hiſtrum & Aufidum ſuperem!* Aut igitur heic vitioſa ſunt Ammiani exemplaria; aut certè *Aufidi* appellatione aliquod flumen nobis incognitum, fines Imperii Rom. principatu Trajani terminans deſignatur.] *Valeſ.* Certe Euphratis mentionem eſſe hîc ſuppoſititiam colligitur facile ex præcedenti formula, ubi ſolius Daciæ meminit, non item Parthicæ cujuſdam regionis. Nec Pithæus, quia diligens fuit in animadvertenda vetere ſcriptura, meruit talem cavillationem, qui ex illis auctoribus, quos citavit, ſatis notum habuit, ubi eſſet Aufidus, nec potuiſſe Trajanum de eo vovere. Certe quum ab Dacica Iſtri ripa complures ſint fluvii, eorum aliquem ſic nominatum a Trajano & Ammiano crediderim. *Gron.*

q *Et utribus ſubliciiſque navibus.*] Sic primus emendavit Caſtellus, quem ceteri deinceps ſecuti ſunt. At in Editione Rom. ſic legebatur: *Conſtratis periculis m. & utrib. & projici à navib. itidem confectis palm. trabibus, &c.* Cui ſubſcribunt codex Regius & * Toloſ. * [Colbert.] & Florentinus, niſi quòd in his legitur, *procia navibus itidémque, &c.* Ego verò ſic emendandum hunc locum exiſtimo: *Conſtratis ponticulis m. ex utribus, & coriaceis navibus, itidemque confectis palmarum trabibus, &c.* quod confirmat Libanius pag. 316. ἐντεῦθεν τοίνυν ἐχώρουν ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἆθλον τὰς διώρυγας: & poſt nonnulla quæ operæpretium erit ibi legere, addit: καὶ αὐτίκα πλείους μὲν ἐπὶ γῆς οἱ φοίνικες, συχναὶ δὲ ἀπὸ τούτων αἱ γέφυραι. *Et confeſtim palmæ plurimæ cæduntur, ex quibus multi pontes facti ſunt.* Quod ſpectat ad coriaceas naves, earum in apparatu bellico Juliani meminit Zoſimus, & νῆες ἀπὸ δερμάτων vocat, opponitque eas ταῖς ἀπὸ ξύλων. Libanius etiam pag 317. in obſidione Majozamalchæ τὰ σκύτινα τῶν πλοίων appellat. Eorum navigiorum frequens uſus fuit in Aſſyria, ut docet Herodotus in lib. 1. Denique pontes ex utribus memorantur etiam in lib. 25. Aſcogephyros Græco vocabulo recentiores Latini dixerunt, quos deſcribit Auctor de rebus bellicis poſt Imperii Notitiam editus. *Valeſ.*

r *Aduſque Meſenen.*] Meſene regio eſt Parapotamiæ, ut docet Plinius in lib. 6. ſic dicta, quòd inter duo flumina ſita ſit media, ut ex Aſinio Quadrato docet Stephanus. Ἀπάμεια, inquit, ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ τῷ Τίγρητι περιεχομένη, ἐν ᾗ σχίζεται ὁ Τίγρης ποταμός· καὶ ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ μοίρᾳ περιέρχεται ποταμὸς Δέλας· ἐν δὲ ἀριστερᾷ Τίγρης ὁμώνυμος τῷ μεγάλῳ. *Apamea eſt in Meſene regione, Tigri fl. cincta: ubi fl. Tigris in alveos duos ſcinditur: dextrâ Delas, ſiniſtrâ Tigris labitur, magno illi cognominis.* Xiphilinus in Hadriano Meſſenem inſulam eſſe dicit in Tigri. Incolæ Meſſenii dicuntur in Prologo 42. Trogi Pompeii, * & ab Eutropio in lib. 6: ubi de Trajano hæc dicit: *Seleuciam & Cteſiphontem, Babylonem & Meſſenios vicit ac tenuit.* Sic enim legendum eſſe & Mſſ. & Pæanii verſio docent. *Idem.*

ſ *Termites & ſpadica*] Vide Gell. lib. 2. cap. 26. lib. 3. c. 9. * *Lindenbr.*

t *Termites & ſpadica.*] Σπάδικα Græci vocant avulſum è palma termitem cum fructu, ut ait Agellius in lib. 2. & 3. & Plutarchus in lib. 8. συμποσ. cap 4. Corrupta hæc dictio jamdudum eſt in lib. 4. Porphyrii de abſtinentia: Κοίτη δὲ αὐτοῖς ἐκ τῶν σπαδίκων τοῦ φοίνικος, ἃς καλοῦσι βαΐς, ἐπέπλεκτο: quæ Porphyrii verba ſic vertit D. Hieronymus in lib. 2. contra Jovinianum: *Lectus illis de foliis palmarum, quas baias vocant.* Apparet jamtum ætate D. Hieronymi eum locum depravatum fuiſſe. Nam ſi tunc vera ſcriptura ἐκ τῶν σπαδίκων eo loci fuiſſet, numquam folia palmarum vertiſſet Hieronymus, ſed termites, aut ſpa-

vini conficitur abundantia: & [x] maritari palmæ ipſæ dicuntur, [1] faciléqu ſexus poſſe diſcerni. Additur etiam, generare feminas ſeminibus illitas ma rium, ferúntque eas amore mutuo delectari: hócque inde clarere, quòd con tra ſe [2] viciſſim nutantes, ne turgidis quidem flatibus avertuntur. Et ſi ex mo re femina maris non illita fuerit ſemine, abortus vitio fetus emittit [3] intempe ſtivos. Et ſi qua femina cujus arboris amore perculſa ſit ignoretur, unguent ipſius inficitur truncus, & arbor alia naturaliter odoris dulcedinem concipit híſque indiciis velut coëundi quædam proditur fides. Quâ cibi copiâ ſatur ex ercitus, plures prætergreſſus eſt inſulas: & ubi formidabatur inopia, ibi timo ſaginæ gravis inceſſit. Sagittariorum denique hoſtilium impetu [4] latenti tenta tus, neque inultus, [y] prope locum venit, ubi pars major Euphratis in rivo [5] dividitur multifidos.

C A P. IV. In hoc tractu [z] civitas, ob muros humiles ab incolis Judæis de ſerta, iratorum manu militum conflagravit. Quibus actis pergebat ulteriùs Im perator, placida ope numinis ut arbitrabatur erectior. Cùmque Maogamalch veniſſet, urbem magnam & validis circumdatam mœnibus, tentoriis fixis pr vidit ſollicitè, ne caſtra repentino equitatus Perſici turbarentur accurſu: cuj fortitudo in locis patentibus immane quantum gentibus eſt formidata. I hoc diſpoſito, ſtipatus velitibus paucis, ipſe quoque pedes civitatis ſitu diligenti inquiſitione exploraturus, in perniciosas præcipitatus inſidias, ex pſo vitæ diſcrimine tandem emerſit. Namque per latentem opidi portam Perſ decem armati degreſſi, ímáque clivorum pervadentes poplitibus ſubſidendo, r pentino impetu noſtros aggreſſi ſunt. E quibus duo conſpectiorem habitu Pri

1 *Mſ.* facileſque. 2 *Steph.* enixiſſime micantes. 3 *Mſ.* intempeſtuoſus. 4 *Mſ.* latenti. 5 *Mſ.* dividitur.

dices. *Valeſ.*

v *Quorum ex fructu mellis, & vini conf.*] Herodotus in lib. I. ait, Aſſyrios ex palmis cibum & mel, & vinum ſibi conficere. De vino quidem ex palmis, quod φοινικικὸν, ſeu φοίνιξ vocat Athenæus, pleni ſunt veterum libri. Nam & Xenophon in Expeditione Cyri, & Dioſcorides, & Plinius ejus meminere. Plutarchus in lib. 8. Sympoſ. cap. 4. ait, Babylonios præ ceteris arboribus palmam magnifacere, quippe quæ trecenta ſex utilitatum genera ipſis afferat. *Idem.*

x *Maritari palmæ ipſæ dicuntur*] Baſilius Epiſc. Homil. 5. in Hexamer. pag. 22. Τοὺς φοίνικας εἰς ἄῤῥενας καὶ θηλείας διιστῶσι, καὶ ἴδοις ἂν ποῦ τὴν παρ' αὐτῶν (φυλουργῶν) ὀνομαζομένην θήλειαν, καθεῖσαν τοὺς κλάδους οἷον ὀργῶσαν καὶ τῆς συμπλοκῆς ἐφιεμένην τοῦ ἄῤῥενος. τοὺς δὲ θεραπευτὰς τῶν φυτῶν ἐμβάλλοντας τοῖς κλάδοις, οἷον ἵνα σπέρματα τῶν ἀῤῥένων, τοὺς λεγομένους ψῆνας, καὶ οὕτως οἷον ἐν συναισθήσει τῆς ἀπολαύσεως γίνεσθαι καὶ ἀνορθοῦσθαι πάλιν τοὺς κλάδους, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον σχῆμα τοῦ φυτοῦ τὴν κόμην ἀποκαθίστασθαι. Quæ verba Euſtathius vetus Baſilii interpres ita vertit: *Palmas gemini eſſe ſexus affirmant. Nam vide quomodo apud eos quæ femina nominatur, ramos prop incurvat ad marem, velut ejus concubitum petens, ut po ex ejus admixtione concipere. Unde ingenioſi agricolæ ſub tos de maſculo certos oculos feminæ dicuntur inſerere; & quaſi coitu deſiderantur expleto. confeſtim ſubductus brac recurrit ad ſtatum.* Vid. Ambroſium Epiſcopum Medi Hexamer. lib. III. cap 13. Plin. lib. XIII. cap. 4. Theophylact. Simocat. Quæſt. Phyſic. cap. 4. *. & Epiſt. 18 *Lindenbr.*

y *Prope locum venit.*] Blithram hunc locum vocat Zoſimus. *Valeſ.*

z *Civitas ab incolis Judæis deſerta.*] Philo in Legatione ad Caium ait, plenum eſſe orbem terrarum Judæorum coloniis: & regionem ferè omnem trans Euphratem, Babyloniam, & reliquas Præfecturas quæ agrum fertilem habeant, à Judæis obtineri. Idem ſcribit & Joſephus. Theophylactus quoque in lib. 5. cap. 7. capti à Veſpaſiano Hieroſolymis, & everſo templo, pleróſque Judæorum metu atque odio nominis Rom. relictâ Palæſtinâ in Perſidem migraſſe dicit: atque ibi opibus auctos ad ſeditiones tandem erupiſſe. *Idem.*

cipe

cipem gladiis petiere diſtrictis: ſed occurrit ictibus erectum altiùs ſcutum: quo contectus magnâ elatâque fiducia unius lateri ferrum infixit: alterum ſtipatores multiplicatis ictibus occiderunt. Reſiduis, è quibus vulnerati ſunt aliqui, diſjectis in fugam, ſpoliatiſque ambobus, reducens incolumes ſocios cum exſuviis remeavit ad caſtra, omnium lætitiâ magnâ ſuſceptus. [a] Suſtulit in hoſte proſtrato aureum colli monile Torquatus: fudit confidentiſſimum Gallum alitis propugnatione Valerius, poſtea cognomento Corvinus: hácque gloriâ poſteritati ſunt commendati: non invidemus: accedat hoc quoque monumentis veteribus facinus pulchrum. Conſtratis poſtridie pontibus, exercitúque [6] trajecto, & metatis alibi ſalubriùs caſtris vallo duplici circumductis, quoniam (ut diximus) timebantur ſolitudines planæ, oppidi ſuſcepit obſidium, periculoſum fore exiſtimans, ſi gradiens prorſus, à tergo relinqueret quos timeret. Hæc dum magno molimine comparantur, Surena hoſtium dux jumenta adortus, quæ in lucis palmaribus veſcebantur, à cohortibus noſtris repulſoriis cum paucorum exitio habitus fruſtra diſceſſit. Et [b] duarum incolæ civitatum, quas omnes amplexi faciunt inſulas, parvâ ſui fiduciâ trepidi ad Cteſiphontis mœnia ſe contulerunt: pars per ſilvarum denſa; alii per paludes vicinas alveis arborum cavatarum invecti, ad unicum auxilium & potiſſimum itineris longi quod ſuperera dilabuntur, ulteriora petituri terrarum. E quibus reſiſtentes aliquos noſtri milites trucidabant: ipſi quoque lintribus & cymbis per varia diſcurrentes, captivos alios ſubinde perducebant. Id enim erat librata ratione diſpoſitum, ut dum copiæ pedeſtres muros oppugnant, equeſtres turmæ diviſæ per globos abigendis inſiſterent prædis: hôcque proviſo, nullo provincialium damno miles viſceribus hoſtium paſcebatur. Jámque Imperator muris duplicibus oppidum, ordine circumdatum trino ſcutorum, ſpe patrandi incepti maximis viribus oppugnabat. Sed ut erat neceſſarius appetitus, ita effectu res difficillima: nam acceſſus undique rupibus anfractu celſiore diſciſſis, flexuoſiſque exceſſibus, ob periculum anceps adeundi copiam denegabat: maximè cùm [c] turres celebritate & altitudine formidandæ, montem ſaxeum arcis naturaliter editum æquabant, & proclivis planities flumini imminens propugnaculorum firmitate muniebatur. Accedebat his haud levius malum, quòd lecta manus & copioſa quæ obſidebatur, nullis ad deditionem illecebris flectebatur, ſed tamquam ſuperatura vel devota cineribus patriæ, reſiſtebat adverſis. Jam ægrè retentabatur inferens ſe protervùs miles, & pugnam vel æquo campo juſtóque prœlio poſcens: cumque rece-

6 *Al.* trajecto.

a *Suſtulit ab hoſte proſtrato, &c.*] Livius lib. VII. Lucius Florus lib. I. cap. 13. Valer. Maximus lib. III. cap. 2. Aur. Victor de Viris illuſtrib. cap. 28. 29. *Lindenbr.*

b *Duarum incolæ civitatum*] Bezuchin harum civitatum alteram dictam ex Zoſimo ſcimus lib. III. *Idem.*

[c *Turres crebritate & altitudine formidandæ.*] In codice Colbertino legitur ſcriptum: *Turres celebritate & alt. formid.* Quemadmodum in veteribus libris Mſſ. Ammiani ſcriptum ſe reperiſſe notavit & Pithœus ad oram libri ſui. Quæ haud dubiè vera probáque eſt ſcriptura;

ptui caneretur, adſiduè animoſis hoſtem urgendi conatibus urebatur. Vicit tamen noſtrorum conſilium contentionem virium maximam: diviſiſque operibus, officia quiſque diſtributa capeſſit ociſſimè. Hinc enim ardui ſuggeſtus erigebantur: inde foſſarum altitudines alii complanabant: terrarum latibula concava oblongis tramitibus alibi ſtruebantur: locabant etiam artifices tormenta muralia, in funeſtos ſonitus proruptura. Et cuniculos quidem cum vineis Nevitta & Dagalaïphus curabant: ineundis autem conflictibus, & defendendis ab incendio vel eruptionibus machinis præerat Imperator. Cúmque apparatu omni exſcindendæ urbis labore multiplici conſummato, pugna flagitaretur: [7] Victor nomine dux reverſus eſt, [d] aduſque Cteſiphonta itineribus exploratis, nulla obſtacula nuntians offendiſſe. Quo efferati gaudio milites omnes, elatíque firmioribus animis ad certandum, ſignum opperiebantur armati. Jámque clangore Martio ſonantibus tubis ſtrepebant utrimque partes: & primi Romani hoſtem undique laminis ferreis in modum tenuis [8] plumæ conſeptum, fidentémque quòd tel rigentis ferri lapſibus impacta reſiliebant, crebris procurſationibus & minac murmure laceſſebant: nonnumquam compage ſcutorum, qua velut teſtudin inſigurabilium fornicum operiebantur aptiſſimè, adſiduis motibus laxiùs de hiſcente. Contrà Perſæ muris obſtinatiùs adhærentes quantum facere nitíq poterant, [e] eludere & fruſtrari exitiales impetus conabantur. Verúm ubi v mineas crates præ ſe ferentes oppugnatores jam mœnia perurgerent, cum ſagi tariis funditores, alii quinetiam ſaxa volventes ingentia, cum facibus & ma leolis eos longiùs propulſabant: tum aptatæ ligneis ſagittis balliſtæ flexu ſtrid réque torquebantur, creberrima ſpicula funditantes, & ſcorpiones, quocun que manus peritæ duxiſſent, rotundos lapides evibrabant. Iterum deinde ſæpe geminatis congreſſibus, æſtus in meridiem creſcens, efferveſcente vapor tiùs Sole, apparatu operum & ſtudio prœliandi intentos cunctos, revocaver fatigatos [9] & ſudore perfuſos. Eodem mentis propoſito ſecuto quoque die p varia certaminum genera controverſæ partes dimicantes inſtanter, [f] æquis ma nibus & pari fortuna diſcedunt. Verùm in omne diſcrimen armatis proxim Princeps civitatis urgebat excidium, [1] ne circa muros diu excubans, omitter majora quæ tentabat. Sed in diſtrictis neceſſitatibus [g] nihil tam leve eſt, quo non interdum etiam contra ſperata, rerum afferat momenta magnarum. Cù

7 τὸ nomine *deeſt al.* 8 *Mſ.* plumæ conceptum. 9 *Steph.* aut ſudore. 1 *In Steph. Editione hæc verba deſunt.*

Turres celebritate formidandæ ſunt & dicuntur, turres militum frequentiâ & multitudine hoſtibus metuendæ.] *Valeſ.*

d *Aduſque Cteſiphonta.*] Quæ ſtadiis LIX. ab urbe Maozamalcha diſtabat, ut Zoſimus ſcribit. *Idem.*

e *Claudere & fruſtrari exitiales impetus.*] Scribendum videntur *eludere. Idem.*

f *Æquis manibus.*] Metaphora videtur eſſe à G diatoribus ducta, quorum petitiones manus dicebant ut docet Quintilianus in libri 5. Inſtit. cap. 13. aut ſa manibus in ludo aleæ, de quibus Suetonius in Augu * Sumptum eſt ex T. Livii libro 27. in quo Marcellus lites ſuos objurgans, ſic loquitur: *Nempe æquis man heſterna die diremiſtis pugnam.* * Idem.

g *Nihil tam leve eſt*] Eſt palam imitatio Liviana ex 25. cap. 18. *Sed in bello nihil tam leve eſt, quod non ma interdum rei momentum faciat.* Gron.

enim, ut ſæpe, diſceſſuræ partes leviùs concertarent, abuſivè incuſſo ariete, qui paullo antè erat admotus, ſternitur reſiduis omnibus altior turris, latere coctili firmiſſimè ſtructa: cujus ruina muri contiguum latus ſecum immani fragore protraxit. Ibi tum varietate caſuum obſidentium labor, obſeſſorúmque induſtria viciſſim facinoribus ſpecioſis inclaruit. Nihil enim aſperum ira & dolore ſuccenſo militi videbatur: nihil munitoribus erat pro ſalute currentibus metuendum aut dirum. Nam cùm anceps pugna diutius fervens, ſanguine utrimque multis cædibus fuſo, diei finiſſet occaſu, tandem fatigationi conſulitur. Dúmque hæc luce agerentur ac palam, nuntiatur Imperatori pervigili cura diſtento, legionarios milites, quibus cuniculorum erant fodinæ mandatæ, cavatis tramitibus ſubterraneis [2] [g] ſublicibúſque ſuſpenſis, ima penetraſſe fundamentorum, jam ſi ipſe diſpoſuerit evaſuros. Cùm itaque noctis plerumque proceſſiſſet, æneatorum accentu ſigno dato progrediendi ad pugnam, ad arma concurſum eſt: & conſultò murorum invaduntur utrimque frontes, ut dum propulſaturi pericula defenſores ultro citróque diſcurrunt, nec proxima fodientis audiretur ferri tinnitus, nec quoquam intrinſecus obſiſtente, cuniculariorum ſubitò manus emergat. Quibus ita ut convenerat ordinatis & occupatis prohibitoribus, patefactíſque latebris, [h] evolat [3] Exſuperius de Victorum numero miles, poſt quem Magnus Tribunus, & Jovianus Notarius: quos audax multitudo ſecuta, his priùs confoſſis quos in æde per quam in lucem prodierant invenerunt, ſuſpenſis gradibus procedentes obtruncarunt vigiles omnes, [i] ex uſu [k] moris gentici juſtitiam felicitatémque Regis ſui canoris

2 *Mſ.* ſupplicibuſque ſuſp. *iſ.* ſublicibus ſuſp. *ut Feſtus & Cæſar.* 3 *Vulg.* ex ſuperius devictorum numero.

---

g *Sublicíſque ſuſpenſis*] Mſ. *ſupplicibuſque. iſ. ſublicibuſque.* Gloſſar. *Sublices.* καταπῆγες, οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες. Vid. Feſtum, Cæſarem, Vitruvium de Architect. lib. III. cap. 3. *Lindenbr.*

h *Evolat Exſuperius de Victorum numero miles*] Fœdè hunc locum corruperant, quibus & ſcribendi ratio, & antiquitas Romana parum perſpecta. Quid enim ineptius hac lectione, *evolat ex ſuperius devictorum numero miles*? Neque aliter in Mſ. cùm tamen certiſſimum ſit, ita legendum, ut nos edidimus. Zoſimus. lib. III. εἶτα τὴν ἐπικειμένην ἄχρι τῆς ἐπιφανείας γῆν διατρήσαντες, ἐφάνησαν οἰκίας ἐν μέσῳ, καθ' ἣν ἔτυχέ τις ἀλετρὶς γυνὴ, νυκτὸς οὔσης ἔτι βαθείας, σῖτον ἄλευρα εἶναι ἐργαζομένη. Ταύτην μὲν οὖν ὁ πρώτως ἀναδὺς, ἐκβοᾶν μέλλουσαν, παίσας ἀνεῖλεν. Ἦν δὲ Σουπεράντιος ἐν τῷ λόχῳ τῶν Βικτώρων οὐκ ἄσημος, ἐπὶ τούτῳ δὲ Μάγνος, καὶ τρίτος ὁ Ἰοβιανὸς, τοῦ τάγματος τῶν ὑπογραφέων προτεταγμένος. Et numeri Victores non hîc tantùm laudantur, ſed in Notitia Imperii perſæpe. *Superantium* autem Zoſimus vocat, quem Ammianus *Exſuperium*: eratque id amabile militibus, velut ominis boni nomen. * In Actis martyrii S. Mauricii *Exſuperius campiductor* laudatur p. 138. & in alia Inſcriptione: *Miles Potentianus ejuſque uxor Exſuperia.* Itaque etiam in delectu militum Valerius, Salvius, Statorius, ominis boni gratiâ primi nominabantur. Feſtus in LACUS LUCRINUS. Cicero de Divinat. lib. I. *In delectu Conſules obſervant, ut primus miles fiat bono nomine.* * Lapis vetus Pætovione. C. ATUCIO ALBANO VETERANO EX-PRAETORIO. ET AELIAE SABINAE VX. OPT. ET ATVCIAE AVENTINAE F. A. XXXIII. EXSUPERIUS MILES LEGIONIS. SEΠ. Θ. XXIII. *Idem.*

i *Ex uſu moris gentici juſtitiam fel. Regis ſui.*] Idem ſcribit Zoſimus his verbis; ἐπίσ[illegible]ζαν παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τοῖς πέρσαις ἄσματα λέγουσι ἐπιχώρια τὴν μὲν τοῦ σφῶν βασιλέως ἀνδρείαν ὑμνοῦντα, διαβάλλοντα δὲ τὴν τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἀνέφικτον ἐπιχείρησιν. *Præter omnem exſpectationem ſupervenerunt Perſis carmina quædam gentilia canentibus, quibus Regis quidem ſui fortitudinem celebrabant, Romani autem Principis conatus irritos vituperabant.* Ejuſmodi ſunt acclamationes Perſarum & Romanorum, antequam manus conſererent, relatæ in libro 19. *Noſtris*, inquit, *virtutes Conſtantii Cæſ. extollentibus, ut domini rerum & mundi. Perſis Saporem & Saanſaam vocantibus, & Piroſem, &c.* Ad eumdem morem pertinet etiam, id quod ſcribit Libanius in Orat. funebri pag 271. de Auguſtodunenſi obſidione: παρηβηκόσι ποσὶν ἔτρεχον τὸ τοῦ βασιλέως ὄνομα βοῶντες, καὶ ἐνίκων οἱ γέροντες ὥσπερ οἱ μυρωνίδες. *Pedi-*

vocibus extollentes. Exiſtimabatur Mars ipſe, ſi miſceri hominibus numina majeſtatis jura permittunt, adfuiſſe [l] [m] caſtra Lucanorum invadenti Luſcino. Hocque ideo creditum eſt, quòd in congreſſu flagranti ſcalas vehens viſus formidandæ vaſtitatis armatus, [n] poſtridie cùm recenſeretur exercitus, præcipuo ſtudio quæſitus, reperiri non potuit: cùm ſe ultro offerret, ſi miles fuiſſet, memorabilis conſcius facti. Sed ut tunc qui eſſet pulchri facinoris auctor penitus eſt ignoratum, ita nunc enituerunt ii qui fecêre fortiſſimè, obſidionalibus coronis donati, & pro concione laudati veterum more. Tandem nudatæ reſeratis aditibus multis, lapſura invaditur civitas: & ſine ſexus diſcrimine vel ætatis, quidquid impetus reperit, poteſtas iratorum abſumpſit: alii exitii imminentis timore, cùm hinc ignis, inde mucrones urgerent, ultimum flentes, è muris acti ſua ſponte præcipites, membríſque omnibus infirmati, vitam morte funeſtiorem paullisper dum cæderentur egerunt. Extractus eſt autem vivus cum ſatellitibus LXXX [o] Nabdates præſidiorum Magiſter, quem oblatum ſibi cum aliis ſervari juſſit intactum ſerenus Imperator & clemens. Diviſa itaque perpenſis meritis & laboribus prædâ, ipſe ut erat parvo contentus, mutum puerum oblatum ſibi ſuſcepit geſticularium, multa quæ callebat nutibus venuſtiſſimis explicantem, & tribus aureis nummis partæ victoriæ præmium jucundum ut exiſtimabat & gratum. Ex virginibus autem quæ ſpecioſæ ſunt captæ ut in Perſide, ubi feminarum pulchritudo excellit, nec contrectare aliquam voluit, nec videre: [p] Alexandrum imitatus & Africanum, qui hæc declinabant, ne frangerentur cupiditate, qui ſe invictos à laboribus ubique præſtiterunt. Inter hæc certamina noſtræ partis architectus, cujus nomen non ſuppetit, poſt machinam ſcorpionis fortè aſſiſtens, reverberato lapide quem a

bus præ ſenio debilitatis cucurrerunt, nomen Cæſaris clamantes, & ſenes victoriam reportarunt, perinde ac illi quondam duce Myronide, de quibus Thucydides in 1. *Valeſ.*

k *Moris gentici.*] Sic loquitur Tacitus in lib. 6. Annalium. *Idem.*

l *Caſtra Lucanorum invadenti Luſcino*] Valer. Maximus lib. 1 cap. 8. *Lindenbr.*

m *Caſtra Lucanorum invadenti Luſcino.*] Cùm Brutii, & Lucani duce Stenio Statilio Lucano, jam ſecundùm Thurios obſiderent: Romani Thurinis auxilium ferendum eſſe decreverunt. Miſſus itaque adverſus Lucanos C. Fabricius Luſcinus Conſul, caſtra eorum cepit, & XX. millia hominum interfecit. Victoriæ tantæ Mars auctor creditus, ob eam cauſam quam refert Valerius Maximus in lib. 1. cap. ult. Thurini obſidione liberati Fabricium ob id donavere ſtatuâ, ut refert Plinius in lib. 34. cap. 6. Hujus belli meminit etiam Dionyſius Halic. in Excerptis legationum. In Prologo lib. XI. Titi Livii id relatum eſt his verbis: *Item contra Lucanos res geſtas continet contra quos auxilium Tyrrhenis ferre placuerat*: ſcribe meo periculo, *Thurinis*. Valeſ. Tarde & ſero jactatur fiducia periculi, quum jam anno 1632 in editione Livii in literis exarata ſic fuerit exhibitum, quum Valeſiana quadriennio demum poſt prodierint Pariſiis. *Gron.*

n *Poſtridie cùm recenſeretur exercitus.*] Hic mos erat Imperatorum Rom. ut poſtridie quàm pugnatum erat exercitum recenſerent, & eos qui ſtrenuè ſe geſſerant præmiis militaribus pro concione donarent. Plenæ ſunt hiſtoriæ ejus moris, qui ſtante Rep. obtinuit. Sub Cæſaribus autem interdum etiam, quamquam non ita frequens, ejus obcurrit mentio. Sic Theophylactus lib. 2. poſt pugnam cum Perſis: τῇ δ' ἐπιούσῃ, ait, ὁ στρατηγὸς ἐξέτασιν τοῦ ὁπλιτικοῦ ἐποιεῖτο, καὶ δώροις τοὺς τραυματίας φιλοφρονήσατο. * De obſidionalibus coronis vide ipſius libri 5. de Mil cap. 17. *Idem.*

o *Nabdates præſidiorum Magiſter*] Zoſimus lib. 3. Ναβδάτης ὁ ἀρχιφύλαρχος: ubi forſan legendum ἀρχιφρούραρχος: ut inf. de eodem: Ναβδάτης, ὁ φρούραρχος, εἰς κε- ήγετο. Lindenbr.

p *Alexandrum & Africanum*] Polybius lib. X. V. Maximus lib. IV. cap. 3. Curtius lib. III. & IV. Jul. Frontinus Strateg. lib. II. cap. II. *Idem.*

tifex titubanter aptaverat fundæ, obliſo pectore [4] ſupinatus profudit animam, disjecta compage membrorum, adeo ut ne ſigna quidem totius corporis noſcerentur. Exin profecto Imperatori index nuntiaverat certus, circa muros ſubverſi oppidi [q] [r] fallaces foveas & obſcuras, quales in tractibus illis ſunt plurimæ, ſubſediſſe manum inſidiatricem latenter, ut improviſo inde [5] exorta agminis noſtri terga feriret extrema. Confeſtimque ad extrahendam eam miſſi ſunt compertæ fortitudinis pedites. Qui cùm neque pervadere foraminum aditus, nec amandatos intus prolicere poſſent ad decernendum, collectam ſtipulam & ſarmenta ſpecuum faucibus aggeſſerunt. Unde fumus anguſtiùs penetrans, ideóque ſpiſſior, quoſdam vitalibus obſtructis necavit: alios ignium afflatus immiſſus prodire in perniciem coëgit abruptam: & ita omnibus ferro incendióve conſumptis, ad ſigna repedavit ociùs miles. Hoc modo civitas ampla & populoſa virtute roboris exciſa Romani, in pulverem concidit & ruinas. Poſt quæ tam glorioſa tranſitis pontibus, multorum amnium concurſu continuatis, ad munimenta gemina venimus [ſ] ædificiis cautis exſtructa: ubi Victorem Comitem exercitus prævium à tranſitu fluminis Regis filius, progreſſus à Cteſiphonte cum Optimatibus & multitudine armata, prohibere conatus, catervis ſequentium militum viſis abſceſſit.

C A P. V. Pergentes itaque protinus ad lucos venimus, agróſque pube variorum ſeminum lætos: ubi reperta regia Romano more ædificata, quoniam id placuerat, manſit intacta. [t] Erat etiam in hac eadem regione [v] extentum ſpatium & rotundum, loricæ ambitu circumclauſum, deſtinatas regiis voluptatibus continens feras, cervicibus jubatis leones, armíſque hiſpidos apros, & urſos (ut ſunt Perſici) ultra omnem rabiem ſævientes, & alia lecta immania corpora beſtiarum: quas omnes diffractis portarum obicibus, equites noſtri venatoriis lanceis & miſſilium multitudine confoderunt. [6] Quæ loca pingui ſitu & cultu: [x] quibus [7] [y] Coche quam Seleuciam nominant, haud longiùs diſpa-

4 *Steph.* ſauciatus. 5 *Mſ.* exorta. 6 *Mſ.* quæ loco pinni ſitas. 7 *Mſ.* Coaequans.

q *Fallaces foveas & obſcuras, quales in tractibus illis ſunt plurimæ.*] Meminit horum ſubterraneorum, in quibus Perſæ vel ob metum vel inſidiarum cauſâ ſe occultare ſoliti, Theophylactus Simocatra Hiſtor. lib. II. Οἱ δὲ τῆς ξανλῶνς οἰκήτορες ὑπὸ τὰ τῆς γῆς διακενώματα καλεδύοντο. ἔχειν γὰρ εἴπες ἐς βάθος δίκλω κενῶν ἀντρωδῶν οἰκοδομημάτων κατασκευάς. Lindenbr.

r *Fallaces foveas & obſcuras.*] Id ante obſidionem urbis Maozamalchæ refert Libanius, pag. 316. πυκνὰς ἐποιεῖτο τὰς ἀναπαύλας, ὅπως τὸ μὲν ἄλλο στρατόπεδον ἐν χαρακώματι μένοι, ὅσοι δὲ κοῦφοι τε καὶ εὐρωστότεροι εἶεν διερευνᾶσθαι τὴν γῆν· οἱ καταγείους τε οἰκήσεις ἀνεῦρον, &c. *Frequenter requieſcere faciebat exercitum, eo ut milites partim in caſtris manerent, expediti verò & robuſtiores regionem ſcrutarentur: qui ſubterranea domicilia deprehenderunt.* Valeſ.

ſ *Ædificiis cavatis exſtructa.*] Sic correxit P. Caſtellus, cùm in Editione Rom. legeretur, *ædificiis cautis*, nec ſecus in codice Regio [& Colb.] * ac Toloſ. * Sed quanto expeditius erat ac ſatius ita emendare, *ædificiis lautis exſtructa*? Sæpe enim monui has litteras inter ſe confundi ſolere. In Regio codice ſuperſcriptum eſt *cautius.* Idem.

t *Erat in hac eadem regione extentum ſpatium*] Zoſimus lib. III. περιτυγχάνει δ' ἔτι καὶ εἰς περίβολον, ὃν Βασιλέως θήραν ἐκάλουν. ἦν δὲ τὸ τειχίον χωρίον ἀπειληφὸς ἔνδον πολὺ, δένδρεσι πεφυτευμένον παντοδαποῖς. ἐν τούτῳ θηρίων παντοίων ἐναποκεκλεισμένα γένη, τροφῆς τε οὐκ ἠπορεῖτο, διὰ τὸ καὶ ταύτην ἐπεισάγεσθαι καὶ παρεῖχον τῷ βασιλεῖ τὰς θήρας, ἡνίκα ἂν βουληθείη, ῥᾳστώνην. Lindenbr.

v *Extentum ſpatium & rotundum.*] Hujus loci meminit Libanius, pag. 319. *Valeſ.*

x *Quibus Coche quam Seleuciam nominant.*] Hujus

ratur: ubi vallatis opere tumultuario caſtris, & exercitu omni per aquarum & pabuli opportuna biduo recreato, antegreſſus cum procurſatoribus Princeps & [z] civitatem deſertam colluſtrans, [a] à Vero Principe quondam exciſam [8] in qua perpetuus fons ſtagnum ingens ejectat, in Trigidem defluens: [b] corpora vidit ſuffixa patibulis multa [9] neceſſitudinum ejus, quem prodidiſſe civitatem Piriſaboram retulimus ſuprà. Hic & Nabdates vivus exuſtus eſt quem extractum cum LXXX. latebris expugnatæ docui civitatis: eò quòd inter exordia obſidii cœpti clam pollicitus prodere, dimicavit acerrimè, adeptúſque veniam inſperatam, ad id proruperat inſolentiæ, ut Hormiſdam laceraret omnibus probris. Itaque aliquantum progreſſi, triſti percellimur facto dum enim tres procurſatorum cohortes [1] expeditæ cum cuneo Perſico decertarent, quem patefactis ſubitò portis profuderat civitas: proruptores alii e contraria fluminis ripa jumenta nos ſequentia cum pabulatoribus pauc licenter palantibus intercipiunt & obtruncant. Unde profectus Imperator iratus & frendens, jámque regionibus Cteſiphontis propinquans, [c] celſu

8 *Mſ.* in quo. 9 *Al.* neceſſariorum. 1 *Mſ.* expeditæ.

ſcripturæ primus auctor fuit Gelenius. Nam Caſtellus locum mirificè depravarat. In Editione quidem Rom. legebatur: *Quo loco pinguiſitas, & cultra quibus æquans Sedenciam nominant, &c.* At in Regio codice ſic exaratum inveni: *Quo loco pinguiſitas* (& ſuperſcriptum *ſitus*) *& cultu quibus cohærent quam Seleuciam nom.* [in Colbert. *quo loco pingui ſitas & cultu quibus coæquans Seleuciam nominant.*] Certè non immeritò dubitari poteſt, ſitne Coche eadem quæ Seleucia. Nam Seleuciam tunc deſertam fuiſſe, & à Vero Principe quondam exciſam ſubjicit Marcellinus. At Coche opidum tunc erat munitiſſimum, teſte Nazianzeno in Philippica 2. Deinde nonniſi diu poſt ea quæ hîc eveniſſe narrat Auctor noſter, exercitus Cochen verſus ſigna promovit, ut patet ex fine hujus paginæ. Poſtremo Arrianus in lib. x. Parthicorum Chochen à Seleucia apertè diſtinguit, his verbis: καὶ βασιλεὺς ἐξελαύνει ἐκ Σελευκείας ἐς πέραν τοῦ ποταμοῦ τοῦ Τίγρητος εἰς κώμην ᾗ τινι Χωχὴ ὄνομα: quæ Arriani verba citat Stephanus in Χωχή. Valeſ.

y *Coche quam Seleuciam vocant*] Σελευκείαν τὴν ἐπὶ τῷ Τίγρει, binominemque hanc civitatem fuiſſe dubium eſt nullum: ſed in priori appellatione mirè variant, non tam Scriptores ipſi, ut puto, quàm antiquarii: quorum incuriâ factum, ut modò *Coche* vocetur, modò *Colche*, vel *Corche*. Ruf. Feſtus: *Colchen & Cteſifontem urbes Perſarum nobiliſſimas cepit.* Eutropius lib. IX. *Corchen & Cteſiphontem urbes nobiliſſimas*: ubi tamen quædam exemplaria *Seleuciam & Cteſif.* habent. Longiùs hinc diſcedit Zoſimus, & *Zochaſen* videtur nominare, lib. III. pag. 724. Ζωχάσης, νῦν δὲ Σελευκείας ὀνομαζομένης. Nos *Cochen* retinuimus, meliorum codicum fidem ſequuti. Oroſius lib. VII. cap. 24. *Duas nobiliſſimas Parthorum urbes Cochen & Cteſiphontem cepit.* Quarum civitatum ſitum & nomina optimè declarat Gregor. Nazianz. Epiſc. in Julian. Orat. 2. pag. 303. ἡ γὰρ Κτησιφῶν, φρούριον ἐστι καρτερὸν καὶ δυσάλωτον, τείχει δὲ ἐπ' αὐτῆς πλίνθου, καὶ τάφρῳ βαθείᾳ, καὶ τοῖς τοῦ ποταμοῦ τενάγεσιν ὠχυρωμένη. ποιεῖ δὲ αὐτὴν ὀχυρωτέραν, καὶ ἕτερον φρούριον, ὃ προσηγορία Κωχή, μετὰ τῆς ἴσης ἀσφαλείας ἐγκείμενον. ὅσον τὸ φυσικὸν, καὶ ὅσον χειροποίητον, τοσοῦτον ἡνωμένην μίαν πόλιν δοκεῖν ἀμφοτέρας, τοῦ ποταμοῦ μέσου διειργομένας. Lindenbr.

z *Civitatem deſertam colluſtrans, ſacro Principe quondam exciſam*] Locus dubio procul corruptus: cujus tamen veram lectionem hanc aſſero: -- *colluſtrans, à Caro Principe q.* Natum vitium ex malè intellecta veteri ſcribendi ratione: quâ non obſervatâ plures paſſim errores committuntur. De Caro autem Principe hunc locum intelligendum, certum eſt ex Eutropio lib. IX. Oroſ. lib. VII. cap. 24. Hieronym. Chronic. Olymp. 2 Ruf. Feſt. Breviar. Fl. Vopiſco, Aurel. Victore, & al. *Idem.*

a *Sacro Principe q. exciſam.*] Affirmat quidem Lindenbrogius ſcribendum eſſe *à Caro Pr.* quam ejus emendationem confirmare videtur Zoſimus in lib. 3. Ego verò corrigendum potiùs eſſe arbitror, *à Vero Principe quondam exciſam.* Et conjectura noſtra ipſius Marcellini auctoritate nititur, qui in lib. 23. de Seleucia ſic dicit: *Quâ per duces Veri Cæſaris, ut antehac retulimus, expugnatâ, &c.* Sanè Carus Cochen quidem cepiſſe, & Cteſiphontem dicitur, non autem Seleuciam. *Valeſ.*

b *Corpora vidit ſuffixa patibulis multa, &c.*] Paulò hæc aliter Zoſimus lib. III. ἑώρα σώματα ἀνεσκολοπισμένα σταυροῖς, ἐμπροσθεν τῶν πυλῶν. ταῦτα δὲ ἦσαν συγγενῶν τοῦ διαβληθέντος τινὸς ὡς προδότου πόλεως γεγενημένου, ἣν ἔτυχεν ὁ βασιλεὺς Κάρος, Περσῶν οὔσαν, ἑλών. Veroſimiliora narrat Ammianus. *Lindenbr.*

c *Celſum caſtellum*] Minoſſabatha videtur appellare Zoſimus. *Valeſ.*

;aſtellum offendit & munitiſſimum : ad quod explorandum auſus acce-lere, obſcurior ut ipſe rebatur, cum paucis obequitans muros, paullóque vidiùs intra [2] jactum telorum repertus, latere non potuit: ſtatímque liverſorum miſſilium nube exagitatus oppetiſſet tormento murali, ni ulnerato Armigero, qui lateri ejus hærebat, ipſe ſcutorum denſitate ontectus, evitato magno diſcrimine diſceſſiſſet. [d] Quâ cauſâ concitus im-nanè, munimentum diſpoſuit obſidere, prohibitoribus acriter ad reſiſtendum itentis quòd loco fidebant propemodum inacceſſo, quodque Rex cum am-itioſis copiis paſſibus citis incedens propediem affore credebatur. Jámque vi-eis & reſiduis omnibus quæ poſcebat obſidium paratis, vigiliâ ſecundâ præci-iti, cùm nox caſu tunc Lunari ſplendore nitens, his qui propugnaculis inſiſte-ant apertè cuncta monſtraret: repentè in unum pondus coacta multitudo pa-efactis ſubitò portis erupit: cohortémque necopinantem adorta, noſtrorum ecidit complures: inter quos etiam Tribunus peremptus eſt, periculum pro-ulſare conatus. Quæ cum ita aguntur, pari modo ut antea, Perſæ ex adverſa uminis ripa partem adorti noſtrorum, interfectis quibuſdam vivos cepêre onnullos. Et timore, ſimul quia veniſſe in majorem numerum copiæ puta-antur hoſtiles, egêre noſtri tunc ſegniùs: ſed ubi animis in audaciam reſtitutis, miſque raptis inter tumultum, exercitus cantu concitus bucinarum, cum inaci murmure feſtinaret, eruptores perterriti reverterunt intacti. Et Impe-itor ira gravi permotus, [e] reliquos ex ea cohorte, qui abjectè ſuſtinuerant im-ptum graſſatorum, ad pedeſtrem compegit militiam, quæ oneroſior eſt, di-nitatibus imminutis. Flagrans poſt hæc ad eruendum caſtellum, ubi periclita-tus eſt, operam convertit & curam, nunquam ab anteſignanis ipſe digrediens, u inter primos dimicans militi ad fortiter faciendum eſſet exemplo ſpectator obatórque geſtorum. Quo inter diſcriminum vertices diu multúmque verſa-t, varietate munitionum atque telorum, & conſpiratione [3] oppugnatorum, iem caſtellum incenditur captum. Poſt quæ conſideratis aſperitatibus antè gſtarum rerum & impendentium, requievit exercitus labore nimio quaſſatus, ultis victui congruis affatim diſtributis. Vallum tamen ſudibus denſis & foſ-ſum altitudine cautiùs deinde ſtruebatur, cùm à vicina jam Cteſiphonte re-pntini excurſus, & alia formidarentur occulta.

CAP. VI. Ventum eſt hinc ad foſſile flumen Naarmalcha nomine, quod amnis Regum interpretatur, tunc aridum. [f] Id antehac [g] Trajanus, poſteá-

2 *Mſ.* ictum. 3 *Al.* pugnatorum.

d *Qua cauſa concitus immane munimentum,*] *Immane* non ad munimentum refertur, ſed adverbialiter ſumitur. Eſt ergo *concitus immanè* idem quod concitus ira immani, ut loquitur Marcellinus ſuprà libro 24. cap. 111. *Valeſ.*

* e *Reliquos ex ea cohorte.*] Lipſius in lib. 2. de Militia cap. 7. *cohortem* heic impropriè dici ait de equitibus. Cui non aſſentior. Loquitur enim Marcellinus de equitibus, qui in cohorte peditum erant. Quippe ſingulæ cohortes ſuos equites habebant, teſte Vegetio in libro 2. * *Idem.*

f *Id antehac Trajanus.*] Non omittenda ſunt Libanii verba, pag. 319. ἐζήτει διώρυχα ναυσιπόρον, (ſic Mſ. præ-

que Severus, egeſto ſolo fodiri in modum canalis ampliſſimi ſtudio curavera ſummo, ut aquis illuc ab Euphrate transfuſis, naves ad Tigridem commigra rent. Tutiſſimumque ad omnia viſum eſt eadem loca purgari, quæ quondan ſimilia Perſæ timentes mole ſaxorum obruêre multorum. Hácque valle purga ta, [4] avulſis cataractis undarum magnitudine claſſis ſecura [h] ſtadiis xxx de curſis, in alveum ejecta eſt Trigidis: & contextis ilico pontibus [5] tranſgreſ ſus exercitus, iter [6] Cochen verſus promovit. Utque laſſitudini ſuccedere quies opportuna, in agro conſedimus opulento, arbuſtis & vitibus & cupreſ ſorum viriditate lætiſſimo, cujus in medio [i] diverſorium opacum eſt & amœ num, [k] gentiles picturas per omnes ædium partes oſtendens, Regis beſtia venatione multiplici trucidantis: nec enim apud eos pingitur vel fingitur aliu præter varias cædes & bella. Proinde cunctis ex ſententia terminatis, Au guſtus altiùs jam contra difficultates omnes incedens, tantúmque à fortuna ſp rans nondum afflictâ, ut propius temeritatem multa crebrò auderet: validio res naves, ex his quæ alimenta portabant & machinas, [l] deoneratas octogen implevit armatis: retentóque ſecum claſſis robore firmiore, quam in tres div

4 *Mſ.* depulſis. 5 *Mſ.* congreſſus. 6 *Mſ.* Cothen.

fert.) καὶ ταύτην ἐκ βίβλων, ἔργον μὲν παλαιοῦ βασιλέως, ἄγουσαν τὸν Εὐφράτην ἐπὶ τὸν Τίγρητα τῶν δυοῖν ἀνωτέρω πόλεων. *Captis quibuſdam incolis foſſam navigabilem quærebat, eámque ex libris, quæ ab Imperatore quodam olim facta Euphratem Tigri conjungeret, paullo ſupra duo opida, Cochen ſcilicet & Cteſiphontem.* At Dio in Trajano id quidem eum aggreſſum eſſe ſcribit, ſed cùm Euphratis alveum multo excelſiorem eſſe Tigris alveo comperiſſet, ab incepto deſtitiſſe. Primùm autem Seleucus Nicator eam foſſam deduxerat, tunc cùm Seleuciam conderet, ut docet Plinius in lib. 5. cap. 26. Poſt expeditionem Juliani manſiſſe videtur hæc foſſa, nec à Perſis obruta fuiſſe, quod teſtatur Theophylactus lib. 5. cap. 6. *Valeſ.*

g *Trajanus, poſteaque Severus egeſto fodiri, &c.*] Zoſimus lib. III. Gregor. Nazianz. in Julian. Orat. 2. Sozomenus lib. 6. cap. 1. *Lindenbr*

h *Stadiis xxx. repulſa.*] In Editione Rom. & Mſſ. omnibus legitur *depulſis.* Unde corrigendum puto *decurſis.* Valeſ.

i *Diverſorium opacum eſt & amœnum.*] Zoſimus παράδεισον βασιλικὸν appellat. Solebant enim Reges Perſarum, utpote venationi admodum dediti, quibuſdam ſæptis ac vivariis feras omnis generis includere, ut quoties ſe equóſque exercere vellent, citra laborem venarentur: quam venationem, ut nimis mollem reprehendit Dio Chryſoſt. in Orat. 3. de regno: ἐκεῖνοι μὲν γὰρ παραδείσους περιλαβόντες, ὁπότε ἐπιθυμήσειαν, ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ τὰ θηρία ἔκτειναν, &c. *Illi enim ſæptis quibuſdam quaſi carceribus incluſas feras, quoties ſibi libitum erat, conficiebant abſque labore & periculo.* Hæc autem ſæpta ferè palatiis erant adjuncta, ut docet Xenophon in lib. 1. de expeditione C ri ſub initium. Et hic quidem ea loca παραδείσους appell non ibi tantùm, ſed etiam in lib. 4. Hiſt. ubi θήρας ἐν παραδείσοις περιειργασμένας opponit venationi ἐν ἀναπεπταμένοις: & rurſùs in OEconomico. Videtur autem hæc v Perſica eſſe: quamquam alii ab Hebraïca lingua eam ducünt. Certè nullatenus Græcæ originis eſt. [De diverſoriis Regum Perſarum, ſæptiſque ac nemorib Curtius in libro 7. Idem initio libri 8. deſcribit hæc r gna nemora, muris cincta, quibus nobilium feran greges clauduntur. In libro 18. Hiſt. Miſc. *Invener. Romani in his palatiis* Choſdrois *aviaria, dorcades, & nagros, pavones, & phaſianos infinitos, nec non in vi rio ejus apud Damaſtager leones ac tigres miræ magnitu nis.*] Idem.

k *Gentiles picturas Regis beſtias, &c.*] Petrus Tei ra in lib. 1. cap. 29. Relationis rerum Perſicarum, ait P ſarum olim Regem, & Optimates maximè addictos fu ſe venationi: & maximam partem bonorum in canes accipitres impendiſſe, eáſque picturas ſua magnitud dignas exiſtimaſſe. *Idem.*

l *Deoneratas octogenis implevit.*] In Mſ. Regio *oct gentis* legitur. Hoc Juliani ſtrategema luculenter deſc bit Libanius in Oratione illa funebri, pag. 320. καὶ φορτίων ἐκ παραγγέλσεως ἦσαν αἱ νῆες, &c. quæ cum Marce ni noſtri narratione mirificè conſentiunt. Miror tam Marcellinum noſtrum nullam ejus ſtrategematis fac mentionem, quo Julianus cùm ignaris hoſtibus mili trajicere vellet, ludos campeſtres per totum diem in pa edidit, quemadmodum narrat Libanius in loco cit de vita ſua pag. 45. Rufus Feſtus in Breviario. So menus in lib. 6. cap. 1. & vetus Scriptor apud Suidam γυμνικοί. Idem.

ſer

ſerat partes, unam cum Victore Comite quiete prima noctis emitti diſpoſuit, ıt flumine raptim tranſmiſſo ripæ occuparentur hoſtiles. Quod cùm acri metu :erriti duces concordi precatu fieri prohibere tentarent, neque deſtinationem lecterent Principis, ſublato vexillo, ut juſſum eſt, evolant è conſpectu quin-ıue ſubitò naves: & cùm ripas jam adventarent, facibus & omni materia quâ ılitur ignis petitæ adſiduis jactibus, cum militibus jam conflagraſſent, [m] ni reloci vigore pectoris excitus Imperator, ſignum ſibi datum noſtros, quòd nargines jam tenerent ut mandatum eſt, erexiſſe proclamans, claſſem omnem roperare citis remigiis adegiſſet. Quo facto & naves incolumes ſunt receptæ: c reſiduus miles, quamquam ſaxis & varietate telorum ex edito vexaretur, oſt concertationem acerrimam præaltas ripas & arduas ſupergreſſus, ſtabat nmobilis. Et miratur hiſtoria [n] Rhodanum arma & loricam retinente Sertorio ranſnatatum: cùm eo momento turbati quidam milites, veritíque ne rema-erent poſt ſignum erectum, ſcutis quæ patula ſunt & incurva, proni firmiùs dhærentes, eáque licèt imperitè regendo, per voraginoſum amnem velocita-:m comitati ſint navium. Contra hæc Perſæ objecerunt inſtructas cataphra-:orum equitum turmas ſic confertas, ut laminis coaptati corporum flexus plendore præſtringerent occurſantes obtutus, operimentis ſcorteis equorum ıultitudine omni defenſa: quorum in ſubſidiis manipuli locati ſunt peditum, ontecti ſcutis oblongis & curvis, [7] quæ texta vimine & coriis crudis geſtan-ts, denſiùs ſe commovebant. Poſt hos elephanti gradientium collium ſpecie, otúque immanium corporum propinquantibus exitium intentabant, docu-ıentis præteritis formidati. Hinc Imperator [o] catervis peditum infirmis me-ıum inter acies ſpatium, ſecundùm Homericam diſpoſitionem præſtituit, ne cati priores, cedentéſque deformiter cunctos averterent ſecum, aut poſtſi-ıani ponè omnes rejecti centurias, nullo [8] retinente licentiùs verterent terga: ıſe cum levis armaturæ auxiliis per prima poſtremáque diſcurrens. Ergo ubi ıciſſim contiguæ ſe cernerent partes, criſtatis galeis coruſci Romani, vibran-tſque clypeos, [p] [q] velut pedis anapæſti præcinentibus modulis leniùs proce-

7 *Mſ.* quæ tecta vimine & coriis crudis geſtantes.
8 *Steph.* renitente.

n *Ni veloci frigore pectoris.*] Scribendum arbitror, *oci vigore.* Valeſ.

1 *Rhodanum arma & loricam retinente Sertorio tranſnatatum*] Non minor virtus Sorani Batavi, de quo hæc vus Inſcriptio:

Hadriano potui qui judice vaſta profundi
Æquora Danubii cunctis tranare ſub armis.

Ante hos annos aliquot miles gregarius Pariſiis, ſpectante Rege Chriſtianiſſimo, ita armatus ut erat, tranſnavit Sequanam. *Lindenbr.*

Catervis peditum firmis mediam inter acies ſpatium, ſecundum Homericam diſpoſitionem præſtituit] Certa emendatio eſt, *catervis peditum infirmis.* Ea enim Homeri ordinatio, Iliad δ.

Ἱππῆας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφι
Πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν στῆσεν πολέας τε καὶ ἐσθλοὺς,
Ἕρκος ἔμεν πολέμοιο. κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν.

Quam aciei ordinationem etiam Pyrrhus imitatus eſt; ut Sext. Julius Frontinus ait, Strategem. lib. II. cap. 3. *Idem.*

p *Velut pedis anapæſti præcinentibus modulis*] Vid. Val. Max. lib. II. cap. 6. §. 2. Gell. lib. I. cap. II. Agathias Hiſtor. Juſtinian. *Idem.*

q *Velut pedis anapæſti præcin. modulis.*] Spartiatarum exercitus ad modum procedebat & tibiam, nec adhibeba-

debant: [r] & præpilatis miſſilibus per [9] procurſatores principiis pugnæ tentatis, excita undique [ſ] humus rapido turbine portabatur. Et cùm undique ſolito more conclamaretur, virorúmque alacritatem [1] ſonantia claſſica jam juvarent, haſtis & mucronibus ſtrictis hincinde comminus pugnabatur: ſagittarum periculis miles erat immunis, quantum interiora feſtinatiùs occupabat. Inter quæ Julianus pulſos fulcire ſubſidiis, incitaréque tardantes, quaſi conturmalis ſtrenuus properabat & rector. Laxata itaque acies prima Perſarum, [2 t] leni antè, dein concito gradu calefactis armis retrorſus gradiens, propinquam urbem petebat: quam ſequebatur miles itidem feſſus, in campis torridis adusque diei finem à lucis ortu decernens: ejúſque occipitiis pertinaciùs hærens omnem [v] cum Pigrane, & Surena, & [3] Narſeo potiſſimis ducibus aduſque Cteſiphontis muros egit præcipitem [4 x] adverſorum feriens ſuras & terga. [y] Perrupiſſétque civitatis aditus, lapſorum agminibus miſtus, ni Dux Victor nomine manibus erectis prohibuiſſet & vocibus, ipſe humerum & ſagittâ præſtrictus: & timens ne intra mœnium ambitus rapidus miles inconſultè repertus

9 *Ita mſ. & Steph. vulg.* procuratores 1 *Mſ.* ſonans claſſica jam juvaret. 2 *Mſ.* leniante & inconc 3 *Mſ.* Narteo. 4 *Al.* averſorum.

---

tur ulla ſine anapæſtis pedibus hortatio, ut ait Cicero in 3. Tuſcul. & Valerius Max. in lib. 2. cap. 1. cujus verba ſublegiſſe videtur Marcellinus. Sic enim ait Maximus de Spartanis: *Non antè ad dimicandam deſcendere ſolebant, quàm tibiæ concentu, & anapæſti pedis modulo cohortationis calorem animo traxiſſent.* Porro hæc anapæſta Tyrtæus compoſuerat Spartanis, teſte Pauſania in Meſſeniacis. Erant autem ejuſmodi:

Ἄγετ' ὦ Σπάρτας εὔανδροι
Κοῦροι πατέρων πολιῆται,
Λαιᾷ μὲν ἴτυν προβάλεσθε
Δόρυ δ' εὐτόλμως βάλλοντες,
Μὴ φείδεσθε ζωῆς.
Οὐ γὰρ πάτριον τᾷ Σπάρτᾳ.

Ut refert Dio in Orat. 2. de regno, & Tzetzes in Chil. 1. hiſt. 26. qui hæc *ἐμβατήρια μέλη* appellant. Et alioqui anapæſtis delectatos eſſe Spartanos, patet ex Athenæi lib. 4. ubi Hyacinthiorum ſollemne deſcribitur. Ait enim ibi Polycrates, pueros canentes ad tibiam, pulſaſſe citharæ chordas ſimul omnes ad pedis anapæſti modum: *ἐν ῥυθμῷ ἀναπαίστῳ μετ' ὀξέος δὲ τόνου τὴν θεὸν ᾄδουσι.* Celeri quippe & incitato Laconum ingenio hic anapæſticus modus, acutus & creber ac vegetus, conveniebat. *Valeſ.*

r *Et præpilatis miſſilibus.*] Malim *propilatis*, ut in lib. 16. *Propilabantur*, inquit, *miſſilia, &c.* id enim erat apud veteres initium pugnæ. Cæſar in lib. 1. & 2. de bello Gallico, *pilis miſſis* dicit. At præpilata miſſilia apud T. Livium ſunt, quæ obtuſa ſunt, & mucronis loco pilam præfixam habent. Polybius *ἐσφαιρωμένα* dixerat, & Xiphilinus in Nerone. *Idem.*

ſ *Humus rapido turbine portabatur.*] Hoc verò nimis poëticum, & planè *διθυραμβῶδες*. Sic Silius Italicus lib. x.

----ſublatum pulvere campum
Vulturius rotat.

Et Statius in 5. Theb.

----totúmque Notis portantibus æquor. Idem.

t *Leni & inconcito gradu.*] Sic Caſtello placuit, c[um] in Editione Rom. excuſum eſſet, *leni antè inconcito gradu*: prout etiam in Mſ. legitur Florentino, * & To[loſ.] * [ac Colbert.] At Codex Regius ita ſcriptum hab[et] *leni ante incitato gradu*: lego, *leni ante dein concito gra[du]* Sequitur enim, *calefactis armis retrorſus gradiens*, ut [ap]pareat eum curſum incitatum fuiſſe, qui antea lenis [fue]rat. *Idem.*

v *Cum Tigrane.*] Non ſum veritus Editionis R[om.] ſcripturam auctori ſuo reddere, quam & auctoritas [ex]emplaris Regii * & Toloſ. * [ac Colbert.] firma[t]. Accedit Zoſimus, qui Pigraxem hunc nominat. *τῶν δὲ ἡγησαμένων τῶν στρατηγῶν· ἦσαν δὲ οὗτοι Πιγράξης γένει καὶ ἀξιώματι προέχων ἁπάντων, καὶ Ἀνάρεος καὶ Σουρήνας.* *Fugæ initium D[ucis] fecere: Pigraxes ſummo loco, & dignitate aliis antecel[lens] & Anarreus*, (Narteus in Mſſ. Regio. Fl. & Valent. Colbert.] dicitur) *& Surenas.* Sex autem millia Pe[rſa]rum in hoc prœlio occubuiſſe prodit Libanius pag. At Marcellinus 11: millia tantùm dicit, & 10. *Idem.*

x *Adverſorum feriens ſuras & terga*] Libro ſeq. 3. dicit *averſorúmque Perſarum & beluarum ſuffrag[ines] concidebat & terga.* Ut dubitem, an & nunc etiam [A]ita ſcripſerit. Alioquin adverſos ſolet ponere pro h[oſti]bus. *Gron.*

y *Perrupiſſetque civitatis aditus, ni Victor.*] A[n] ejus rei cauſam affert. Rufus Feſtus. *Perſas*, ait, *te[rr]e ſubito miſcuerint: verſiſque agminibus totius gentis, a[per]tis Cteſiphontem portis victor miles intraſſet, niſi major p[ræ]darum occaſio fuiſſet, quàm cura victoriæ.* Idem etiam i-

nullóſque inveniens exitus, multitudinis pondere circumveniretur. Sonent Hectoreas poëtæ veteres pugnas: fortitudinem Theſſali ducis extollant: longæ loquantur ætates [z] Sophanem, & Aminiam, & Callimachum, & [5] Cynægirum, Medicorum in Græcia [6] fulmina illa bellorum: non minùs illo die quorumdam ex noſtris inclaruiſſe virtutem, omnium confeſſione monſtratur. Poſt timorem depoſitum calcatáſque ruinas hoſtilium corporum, juſto ſanguine miles etiamtum cruentus, ad Imperatoris tentoria congregatus, laudes ei perhibebat & gratias, quòd ignoratus ubique dux eſſet an miles magis, tum ita rem proſperè geſſerat, ut [a] cæſis Perſarum plus minúſve duobus millibus & quingentis, LXX. caderent ſoli noſtrorum. Qui appellans pleroſque nominatim, quos ſtabili mente aliquid clarum feciſſe ipſe arbiter perſpexit, [b] navalibus donavit coronis, & civicis, & caſtrenſibus. Abunde ratus poſt hæc proſperitates ſimiles adventare, complures hoſtias Marti parabat Ultori: & ex tauris pulcherrimis decem ad hoc perductis, nondum aris admoti voluntate ſua novem procubuere triſtiſſimi: decimus verò qui diffractis vinculis lapſus, ægrè reductus eſt, mactatus ominoſa ſigna monſtravit. Quibus viſis exclamavit indignatus acriter Julianus, Jovémque teſtatus eſt, nulla Marti jam ſacra facturum: [c] nec [d] reſecravit, celeri morte præreptus.

CAP. VII. Digeſto itaque conſilio cum Primatibus ſuper Cteſiphontis obſidio, itum eſt in voluntatem quorumdam, facinus audax & importunum eſſe noſcentium id aggredi: quòd & civitas ſitu ipſo [7] inexpugnabilis defendebatur, & cum metuenda multitudine protinus Rex affore credebatur. Vicit ſententia melior: cujus utilitate Princeps ſollertiſſimus approbatâ, Arinthæum

5 *Mſ.* Cupegirum. 6 *Mſ.* culmina. 7 *Al.* inexpugnabili.

...rtè confirmat Libanius in Orat. funebri pag. 322. *Valeſ.*

z *Sophanem, & Aminiam, & Callimachum, & Cy...gyrum*] De his ſparſim Herodotus lib. VI. VIII. IX. ...ſtinus lib. II. * Valer. Max. lib. 3. cap. 2. * *Lin...enbr.*

a *Cæſis Perſarum plus minúſve duob. mill.*] In nu...ero cæſorum variat Soſimus lib. III. Ἔπεσον δὲ καὶ ἐν τῇ ...άχῃ Περσῶν μὲν πεντακόσιοι καὶ δισχίλιοι, Ῥωμαίων δὲ οὐ πλείους πέντε ...ἑβδομήκοντα. Idem.

b *Navalibus donavit coronis, & civicis, & caſtren...bus*] Protrita jam ſunt, quæ de hiſce coronis in vete...um libris leguntur. Vide Vegetium & ejus Scholiaſten. ...*lem.*

c *Nec reſecravit.*] Id eſt, nec ſe religione ſolvit, ...uam jurando contraxerat. Reſecrare enim eſt ſolvere ...ligione, ut ait Feſtus: ſed propriè de obſecrantibus ...cebatur. Cùm enim reus comitiis populum per Deos ...ſecraverat, ut periculo liberaretur: jubebat magiſtra...s eum reſecrare, ut populus Rom. religione ſolvere...r, quâ ſe obligatos eſſe putabant. quod per Deos eſ...ſent rogati. Hinc quoties aliquid poſtulantes ab altero *Obſecro* dixerant, ſtatim religionis cauſâ addebant *Reſecro*, ut docet Plautus in Aulularia. Interdum ipſi qui obſecrabantur, reſecrabant, ut apud eumdem Plautum in Perſa, Scena I. Reſecratio etiam exſecrationi nonnumquam opponitur, ut apud Cornelium Nepotem in Alcibiade. *Reſtituta ergo huic ſunt publicè bona, iidémque illi Eumolpidæ ac Ceryces, qui eum devoverant, rurſus reſecrare ſunt coacti.* τὰς ἀρὰς ἀφοσιώσασθαι dicit Plutarchus in Alcibiade. Diodorus Siculus in lib. 13. ἄρας τὴν ἀράν. Calliſthenes uno verbo ἀναρᾶσθαι, teſte Suida. * Pollux ἐπαναρᾶσθαι dicit in lib. V. Onomaſt. capite 24. * Ritus autem exſecrationis ac devovendi is erat Athenis, ut Sacerdotes & Antiſtitæ ſtantes verſus occaſum imprecarentur dira quædam, & puniceas veſtes excuterent ut tradit Lyſias in Orat. contra Andocidem. *Valeſ.*

d *Reſecravit*] * AEmil. Probus in Alcibiade pag. 35. b. *Reſecrare ſunt coacti, qui eum devoverant.* Plaut. Perſa pag. 551. *Obſecro te, reſecra, &c.* Id. Aulul. pag. 104. *Reſecroque mater, quod dudum obſecraveram.* * Vid. Feſtum in *Reſecrare.* Lindenbr.

cum manu peditum expedita ad populandas regiones circumſitas miſit, armentis lætas & frugibus, hoſtes pari perſecuturum induſtria, quos diſpalatos nuper denſi tramites & [c] latebræ texere [8] notiſſimæ: hinc opulenta. Sed ille avidæ ſemper ad ulteriora cupiditatis, [f] parvi habitis vetantium dictis, & increpitis Optimatibus, quòd ob inertiam [otiíque deſiderium [g] amitti ſuaderent propè jam] parta Regna Perſidis: flumine lævâ relicto, [h] infauſtis ductoribus præviis, mediterraneas vias arripere [9] citato propoſuit gradu. Et tamquam funeſta face Bellonæ ſubjectis ignibus [i] exuri cunctas juſſerat naves, [k l] præter minores duodecim, [m] quas profuturas pangendis pontibus diſpoſuit vehi carpentis: idque putabat utiliter ordinaſſe, ne relicta claſſis uſui hoſtibus foret, aut certè, ut ab expeditionis primordio factum eſt, armatorum ferè viginti millia in trahendis occuparentur iiſdem navibus & regendis. Dein cùm metuens ſibi quiſque muſſaret, monſtrarétque perſpicua veritas, quòd re pulſus forſitan ariditate vel altitudine montium, ad aquas redire non poteri

8 *Mſ.* notiſſimæ hinc opulenta. *Sed.* 9 *Mſ.* chato.

---

c *Latebræ texere notiſſimæ*] Poſt hæc verba in Mſ. Flor. Val. & Regio, [& Colbert.] * ac Toloſ. * legitur *hinc opulenta, ſed ille, &c.* Neque aliter in Editione Romana. Quare accedo libenter conjecturæ viri docti qui Regium exemplar manu ſua deſcripſit. Is enim ad oram libri adnotat ſuſpicari ſe, plurima hîc deeſſe. Deeſt autem primò legatio Saporis ad Julianum, de qua præter Libanium pag. 322. loquitur & Socrates in lib. 3. cap. 18. Deinde deſideratur narratio rerum, quas exercitus Rom. Ducibus Procopio & Sebaſtiano intra Tigrim relictus geſſerat, & quam ob cauſam Juliano in Aſſyria, prout ipſis mandatum erat, occurrere non potuerit. Hæc autem deſiderari ipſe docet Marcellinus in fine hujus libri pag. ſeq. his verbis: *Hiſque accedebat aliud malum, quòd nec adminicula, quæ præſtolabamur, cum Arſace & noſtris Ducibus apparebant, ob cauſas impedita prædictas.* Ubinam prædictas, niſi hoc in loco? Certè Libanius poſt legationem illam Saporis è Juliano occultè dimiſſam, ne pacis mentione frangerentur ac mollirentur animi militum, ſubjicit de Arſace & exercitu Rom. Poſtremò deſideratur in hac lacuna fraus Perſicorum transfugarum, quorum ſuaſu Julianus inductus, claſſem temere concremavit. De his enim ſe locutum hîc eſſe, ſatis indicat Marcellinus ſequentibus mox verbis. *Valeſ.*

f *Parvi habitis vetantium dictis.*] Ducum & Comitum, atque inter hos Regalis Hormiſdæ, qui transfugarum conſilio ac promiſſis dolum ſubeſſe admonebant, ut ſcribit Zonaras. *Idem.*

g *Amitti ſuaderent penè jam.*] Hanc integram memoriam primus Gelenius ex conjectura, ut opinor, adjecit. Nam in Mſ. Regio [& Colb.] & Editione Rom. deſiderantur hæc verba. *Idem.*

h *Infauſtis ductoribus præviis*] Ad Zopyri exemplum quemdam, non viæ ductorem tantùm ſe obtuliſſe, ſed auctorem quoque Juliano exſtitiſſe, ut naves reique alimentariæ copiam, qua abundabat, flammis daret, Nazianzenus ſcribit Στηλιτευτικῷ Oratione 11. cujus verba operæ pretium erit videre. * Ita Dani Saxoniam infeſtantes, cùm militem captivum ducem itineris feciſſent, loca difficiliora paludis cujuſdam perducti, facilè à Saxonibus qui inſequebantur, ſunt disjecti, & perierunt eis xx. millia. Nomen militis qui deduxit eos ad inviun fuit Hervvardus, qui perenni Saxonum laude celebratur. Heimoldus lib. 1. cap. 15. * *Lindenbr.*

i *Exuri cunctas juſſerat naves*] Zoſimus lib. III. Gregor. Nazianzenus in Julian. Orat. 11. Auguſtinus de Civitate Dei lib. IV. cap. 29. lib. V. cap. 21. *Idem.*

k *Præter minores duodecim*] Numerus apud Zoſimum auctior: *τὰ πλοῖα ἐμπρῆσαι, καὶ πάντα πλὴν ὀκτωκαίδεκα Ῥωμαϊκῶν, Περσικῶν δὲ τεσσάρων, ἐδαπανήθη τῷ πυρί.* Idem.

l *Præter minores* XII.] Conſentit Zonaras qui 70 triremes cum 400. onerariis incenſas fuiſſe dicit. At Libanius pag. 302. quindecim naves ad compingendos pontes ait eſſe ſervatas: qui quidem eo loci multum laborat ut hoc inconſultum & imprudens Achillis ſui facinus excuſet. Adde Auguſtinum in lib. V. de Civitate Dei, c. 29. *Valeſ.*

m *Quas profuturas pangendis pontibus diſpoſuit vehi carpentis*] Fl. Vegetius de Re milit. lib. III. cap. 7. *Commodius repertum eſt, ut monoxylos, hoc eſt paullo latiores ſcaphulas ex ſingulis trabibus excavatas, pro genere ligni ſubtilitate leviſſima, carpentis ſecum portet exercitus, tabulatis pariter & clavis ferreis præparatis. Ita abſque mora conſtratus pons, & funibus (qui propterea habendi ſunt) vinctus, lapidei arcus ſoliditatem præſtat in tempore.* Neque id mirum videri debet, in hunc uſum naves curribus vectas: cùm & Hunnos conſtet, alioſque Iſtri circumcolas, navigia ſua temere confecta de loco in locum ruſum hoc modo transferre ſolitos. Vid. Priſcus Rhet. in Eclogis legation. * Bello etiam quod Maximilianus I. & Ludovicus XII. Galliæ Rex contra Venetos geſſerunt, Germani ac Galli milites ſcaphis, quas carpentis ve

miles, [n] tortíque perfugæ apertè faterentur ſe fefelliſſe, concurſu maximo exſtingui juſſæ ſunt flammæ. Et quoniam ignis auctus immaniter pleraſque conſumpſit, XII. tantummodo naves potuerunt intactæ ſervari, quæ ut poſſint cuſtodiri diſcretæ ſunt. Hoc caſu claſſe cùm non oporteret abolita, Julianus conſociato fretus exercitu, cum armatorum nulli per diverſa [1] diſtringerentur, numero potior ad interiora tendebat, alimenta affatim opulentis ſuggerentibus locis. Quo cognito, hoſtes ut inediâ nos cruciarent, herbas cum adultis ſegetibus incenderunt: & conflagratione procedere vetiti, ſtativis caſtris dum flammæ ſeneſcerent [2] tenebamur. Inſultantéſque nobis longiùs Perſæ, nunc de induſtria ſe diffundebant, aliquoties confertiùs reſiſtentes: ut procul conſpicantibus viderentur adveniſſe jam Regis auxilia, ideoque eos æſtimaremus erupiſſe ad audaces excurſus & inſolita tentamenta. Mærebat tamen ob hæc Imperator & miles, quòd nec contabulandi pontis erat facultas, amiſſis navibus temere, nec occurri poterat hoſtis adventicii motibus, quem adeſſe [3] coruſcus nitor indicabat armorum, artè pro ſingulis membris inflexus. Híſque accedebat aliud haud exiguum malum: quòd nec adminicula quæ præſtolabamur cum Arſace & noſtris ducibus, apparebant, [o] ob cauſas impedita prædictas.

CAP. VIII. Has ob res ut ſolaretur anxios milites Princeps, [p] captivos graciles ſuapte naturâ, ut pæne ſunt Perſæ, & macie jam confectos juſſit in medium duci: noſtróſque reſpiciens, *En, inquit, quos Martia iſta pectora viros exiſtimant, deformes illuvie capellas & tætras, utque crebri docuerunt ventus, antequam manus conferant, abjectis armis vertentes ſemet in fugam.* Quibus dictis, remotíſque captivis, ſuper rerum ſumma conſultabatur. Et multis ultro citróque dictitatis, cùm reverti debere per loca quà venimus, plebs vociferaretur imprudens: reſiſtebat intentiùs Princeps, multis

1 *Al.* diſtinerentur. 2 *Al.* nitebamur. 3 *Mſ.* coruſcus.

ant. Silam fl. trajecerunt. Bembus Hiſtor. Venetæ lib. 11. pag. 167. b. Vid. Aimoin. lib. 5. cap. 7. pag. 273. *Linenbr.*

n *Tortique perfugæ.*] Id planè eodem modo refert Zonaras: ἤδη δὲ ἐκείνων ἐκπυρωθεισῶν ἐπεὶ πολλοὶ τῶν ταξιαρχῶν ἐδραν καὶ δόλον ἐνίσταντο εἶναι τὰ παρὰ τῶν αὐτομόλων ἐκείνων λεγόμενα, μόλις πως κατένευσεν ἐτασθῆναι τοὺς ψευδαυτομόλους· οἳ ἐκδοθέντες βασάνοις ἐξέφηναν τὸ ἀπόρρητον. *Cum jam univerſæ naves conflagraſſent, pleriſque Tribunorum contendentibus ea quæ transfugis dicerentur fraudem & inſidias eſſe, vix permiſit, ut quæſtioni transfugæ ſubderentur: qui tormentis adacti, tandem veritatem aperuere.* Valeſ.

o *Ob cauſas impedita prædictas.*] Arſaces quidem Armeniæ Rex ſeu proditione, ut ei objicit Libanius, ſeu quòd regionem ſuam nudare Perſis nolebat, copias ſuas Juliano obviam mittere ſuperſedit. Chiliocomum tamen vaſtavit, ut legitur p. 300. Exercitus autem Rom. qui cis Tigrim relictus fuerat, partim ignaviâ ac metu, quòd conſortes ſuos in Tigri lavantes ſagittis Perſarum occiſos viderant, partim diſcordiâ Ducum, cùm ſibi invicem obtrectarent, & altero proficiſci jubente, alter ut manerent hortaretur, inertiâ ibidem & otio commarcuit. Libanii verba ſunt p. 301. eò enim recurrendum eſt poſt finem paginæ 322. ob tranſpoſitionem paginarum, qua hæc Oratio miſere depravata eſt. *Idem.*

p *Captivos graciles juſſit in medium duci.*] Hoc ſtrategemate ad ingenerandum militibus hoſtium contemptum antiqui Imperatores ſæpe uſi ſunt: & Leo Imperator in Tacticis id magnopere ſuadet. Simili arte Ageſilaus captivos Perſas nudos divendi ante ora militum juſſit, ut milites cùm eorum mollitiem cernerent, cum mulierculis ſibi bellum fore ſperarent, teſte Xenophonte in lib. 3. & Plutarcho in Ageſilao. *Idem.*

cum eo nequaquam fieri poſſe monſtrantibus per effuſam planitiem pabulo abſumpto & frugibus, vicorúmque reliquiis exuſtorum inopiâ ſqualentibus ultimâ: quódque liquentibus jam brumæ pruinis omne immaduerat ſolum, & ruptis riparum terminis aucti inhorruere torrentes. [4] [q] Eo etiam ad difficultatem accedente negotii, quòd per eas terras vapore ſideris caleſcentes, muſcarum & culicum multitudine referta ſunt omnia, earúmque volatu dies & aſtrorum noctu micantium facies obumbratur. Et cùm nihil humani proficerent ſenſus, diu fluctuantes & dubii, exſtructis aris cæſiſque hoſtiis conſulta numinum [5] ſcitabamur: utrum nos per Aſſyriam reverti cenſerent, an præter radices montium leniùs gradientes, Chiliocomum prope Corduenum ſitam ex improviſo vaſtare: [r] quorum neutrum extis inſpectis confore dicebatur. Sedit tamen ſententia, ut omni ſpe meliorum ſucciſa [6] Corduenam arriperemus: & XVI Kal. Julias promotis jam ſignis, [7] progreſſo Imperatore cum lucis exordio, fumus vel vis quædam turbinata pulveris apparebat: ut opinari daretur aſinorum eſſe greges agreſtium, quorum multitudo in tractibus eſt illis innumera, ideo ſimul incedens, ut conſtipatione denſa feroces leonum fruſtrentur aſſultus. Quidam arbitrabantur [ſ] Sacenæ duces adventare jam noſtros, rumoribus percitos, quòd Imperator Cteſiphonta magnis viribus oppugnaret: [t] nonnulli Perſas nobis [8] viantibus incubuiſſe firmabant. Ideo inter hæc ita ambigua ne quid adverſum accideret, revocantibus agmina claſſicis, in valle graminea prope rivum, multiplicato ſcutorum ordine in orbiculatam figuram metatis tutiùs quievimus caſtris. Nec enim aduſque veſperam aëre concreto diſcerni potuit, quidnam eſſet [v] quod diu ſqualidius videbatur.

4 *Mſ.* Ego etiam. *iC.* Eo etiam. 5 *Mſ.* citabantur. 6 *Mſ.* Corduam. 7 *Vulg.* progreſſo jam lucis. 8 *Mſ.* viantibus.

---

q *Ergo etiam ad difficult.*] *io.* *Eo etiam ad difficult.* Lindenbr.

[r *Quorum neutrum extis inſpectis confore dicebatur.*] Terentius in Andria hoc utitur verbo: *Reſtat Chremes, qui mihi exorandus eſt: & ſpero confore.* Ubi Donatus *confore* malè à *confit* deducit. Putat Petrus Pithœus eſſe hoc verbum extiſpicum, ut ad oram libri ſui notavit.] *Valeſ.*

[ſ *Sacenæ duces adventare*, &c.] Ita præ ceteris codex Colbert. Legendum tamen puto *Saracenos duces adv. &c.*] Idem.

t *Nonnulli Perſas novis motibus incubuiſſe firmabant* Mſ. *novis viatibus* legendum *nobis viantibus*, ut libro XV pag. 100. *viantibus opportunas.* lib. XIX. cap. 8. *terga viantium aggreſſa.* Libro XX. cap. 9. *intenti ad viandum.* Libro XXV. cap. 3. *viantes catervas.* Qui eſt idiotiſmus Auctorum coætaneorum, id eſt, nobis iter carpentibus. Oiſelius. Ita & P. Pithæus legendum ait *nobis viantibus* per eadem loca, quia in vett. libris pro *novis motibus* ſcriptum eſt *nobis viatibus.* Had. Valeſ.

v *Quod his ſqualidius videbatur.*] Emendavi, *quod diu ſqua. videbatur*: cùm viderem in hac eadem pagina paullo ſuprà pro *diu fluctuantes & dubii*, in Mſſ. & Edition. Rom. ſcriptum eſſe *diis fluct.* eodem errore. *Henr. Valeſ.*

Explicit Liber XXIV.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XXV.

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XXV. continentur.

CAPUT I. *Perſæ Romanos iter facientes adorti, fortiter reprimuntur.*
C. II. *Inopiâ frumenti & pabuli premitur exercitus: Julianus terretur oſtentis.*
C. III. *Imperator, dum ad repellendos Perſas qui undique inſtabant, omiſſâ loricâ temere ſe prœliis inſerit, haſtâ vulneratur, ac in tabernaculum refertur.*
C. IV. *Romanis hinc victoribus, inde fuſis, Julianus in tentorio jacens circumſtantes alloquitur, ac poſt epotam frigidam moritur.*
C. V. *Virtutes ejus ac vitia, forma corporis, & ſtatura.*
C. VI. *Jovianus, Primicerius Domeſticorum Protectorum, tumultuariè eligitur Imperator.*
C. VII. *Romanos ex Perſide redire properantes, procedenteſque, crebris prœliis laceſſunt Perſæ & Saraceni, ac magno cum detrimento repelluntur.*
C. VIII. *Fame & inopiâ ſuorum adductus Jovianus A. pacem cum Sapore neceſſariam ſed turpiſſimam facit, traditis* v. *regionibus cum Niſibi & Singara.*
C. IX. *Romani fluvio Tigri tranſito, poſt diuturnam & maximam cibariorum inopiam fortiter toleratam, tandem in Meſopotamiam perveniunt. Jovianus A. res Illyrici atque Galliarum utcumque ordinat.*
C. X. *Bineſes nobilis Perſa Niſibin urbem inexpugnabilem, nomine Saporis à Joviano recipit: opidani inviti patriâ excedere, & Amidam migrare compulſi.* v. *regiones cum urbe Singara &* XVI. *caſtellis ex pacto Perſis Optimatibus aſſignantur.*

C. XI. *Jovianus metu rerum novarum per Syriam, Ciliciam, Cappadociam, & Galatiam celeriter itinere facto, Ancyræ cum Varroniano filio infante Conſulatum init, ac mox Dadaſtanæ repentina morte fungitur.*

CAPUT I. ET hanc quidem noctem nullo ſiderum fulgore ſplendentem ut ſolet in arduis rebus & dubiis, exegimus, nec ſedere quoquam auſo nec flectere in quietem lumina præ timore. Ubi verò primùm dies inclaruit, radiantes [1] [a] loricæ limbis circumdatæ ferreis, & coruſci thoraces longè proſpecti, adeſſe Regis copias indicabant. Hócque viſo accenſum [2] properantem congredi militem dirimente fluvio brevi prohibuit Imperator & non procul à vallo ipſo inter excurſatores noſtros & Perſicos prœlio acri conſerto, [b] Machamæus cecidit ductor unius agminis noſtri. Cui propugnaturu Maurus frater, Dux poſtea Phœnices, cùm germani trucidaſſet interfectc rem, obvium quemque perterrens, infirmatus & ipſe humerum telo, palleſcen tem morte propinqua Machamæum extrahere pugna viribus valuit magnis. E cùm fatiſcerent vix toleranda æſtuum magnitudine crebríſque congreſſibi partes, ad ultimum hoſtiles turmæ gravi ſunt repulſa diſcuſſæ. [c] Hinc rec dentibus nobis longiùs, [3] Saraceni noſtrorum metu peditum repedare compu ſi, paullo poſtea innexi Perſarum multitudine tutiùs irruebant, Romana in pedimenta rapturi: verùm viſo Imperatore ad alas ſubſidiarias reverterun Qua ex regione profecti [d] ad Hucumbra nomine villam pervenimus: ubi p biduum omnibus ad eſum congruis, & ſatietate quæſita frumenti ultra ſpem r creati diſceſſimus: & confeſtim, abſque his quæ tempus vehi permiſit, reliq flammis exuſta ſunt. Poſtridie [e] exercitu ſedatiùs procedente, extremos q eo die forte cogendorum agminum officia ſuſtinebant, nec opinantes Perſæ a orti, negotio levi interfeciſſent, ni proximus equitatus noſter hoc [4] oci intellecto, per patulas valles latè diffuſus tantam molem diſcriminis, vulner tis qui ſupervenerant, [5] repuliſſet. In hac cecidit pugna [f] Adaces nobilis S

1 *Mſ.* loricæ nimbis circumd. 2 *Mſ.* proferentem. 3 *Mſ.* Saraceni ſunt & noſtrorum. 4 *Mſ.* acutiùs. 5 *Mſ.* repuliſſent.

a *Loricæ niveis limbis circumd.*] Sic emendavit Caſtellus, cùm in Editione Rom. legeretur, *nivibus lumbis.* Ego verò cùm in omnibus Mſſ. Regio, Val. & Flor. repererim, *loricæ nimbis circumdatæ ferreis*, eam ſcripturam ſequi malui. *Limbis* tamen equidem prætulerim Sic enim loquitur Marcellinus in lib. 16. *Sparſique cataphracti equites quos Clibanarios dictitant Perſæ, thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti.* [Sanè in Mſ. Colb. ſcriptum eſt, *lumbis circ. fer.* ſed correctum eadem manu, *nimbis.*] Hi ſunt quos ὠμοζύγους καὶ σιδηροῦς θώρακας vocat Plutarchus in Craſſo. *Valeſ.*

b *Machamæus cecidit.*] Zoſimo in lib. 3. μαχαμαῖ Eumdem intelligit Libanius pag. 302. cùm dicit: ... ὁ τὸν ἡμίτην τιθεὶς (ſic Mſſ.) ... Idem.

c *Hinc recedentibus nobis.*] Ad locum qui Baraphe dicitur, teſte Zoſimo *Idem.*

d *Ad Hucumbram nomine villam.*] σύμβραν vocat Z ſimus villam mediam inter duas urbes Niſcharam & N chanabem, quæ cùm fluvio Tigri dirimantur, ponte utilitatem commerciorum fabricato junguntur. [*Huc bra* ſcriptum eſt in codice Colb.] *Idem.*

e *Exercitu ſedatius procedente.*] Ad locum, qui eſt ter Danabam & Symam opida, teſte Zoſimo. *Idem.*

f *Adaces legatus q. ad Conſtantium.*] Idem dicit Z ſimus: ἀνῃρέθη γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ ςατράπης τις τῶν ὀνομαστῶν Δάκης, (ſcrib. Ἀδάκης) ὃς ἔτυχε ποτε πρεσβείαν

trap,

trapa, legatus quondam ad Conſtantium Principem miſſus, ac benignè ſuſceptus: cujus exuviis interfector Juliano oblatis, remuneratus eſt ut decebat. Eodem die [g] Tertiacorum equeſtris numerus à legionibus incuſatus eſt, quòd cùm ipſæ hoſtium adverſas irrumperent acies, illi paullatim dilapſi, alacritatem pæne totius minuiſſent exercitus. Unde ad indignationem juſtam Imperator erectus, ademptis ſignis haſtíſque diffractis, omnes eos qui fugiſſe arguebantur, inter impedimenta & ſarcinas & captivos agere iter impoſuit, ductore eorum, qui ſolus fortiter decertarat, aliæ turmæ appoſito, cujus Tribunus turpiter prœlium deſeruiſſe convincebatur. Abjecti ſunt autem ſacramento etiam alii quatuor ob flagitium ſimile vexillationum Tribuni: hoc enim correctionis moderamine leniori, impendentium conſideratione difficultatum contentus eſt Imperator. Progreſſi itaque LXX. ſtadia attenuatâ rerum omnium copiâ, herbis frumentíſque crematis, ex flammis ipſis raptas fruges & pabula, ut quiſque vehere potuit conſervavit. Hoc etiam loco relicto, cùm [h] ad tractum Maranga appellatum omnis veniſſet exercitus, prope lucis confinia immenſa Perſarum apparuit multitudo, cum Merene equeſtris Magiſtro militiæ, filiíſque Regis duobus, & Optimatibus plurimis. Erant autem omnes catervæ ferratæ, ita per ſingula membra denſis laminis tectæ, ut juncturæ rigentes compagibus artuum convenirent: humanorúmque vultuum ſimulacra ita capitibus diligenter apta, ut imbracteatis corporibus ſolidis, ibi tantùm incidentia tela poſſint hærere, quà per cavernas minutas & orbibus oculorum affixas parcius viſitur, vel per ſupremitates narium anguſti ſpiritus emittuntur. Quorum pars contis dimicatura ſtabat immobilis, ut retinaculis æreis fixam exiſtimares: juxtáque [k] ſagittarii (cujus artis fiduciâ ab incunabulis ipſis gens prævaluit maximâ) tendebant divaricatis brachiis flexiles arcus, [l] ut nervi mammas præſtringerent dexteras, ſpicula ſiniſtris manibus cohærerent: ſummáque peritiâ digitorum pulſibus argutùm ſonantes arundines evolabant, vulnera perni-

καυϛάντιον ἀπεϛαλμέν☉. Valeſ.

g *Tertiacorum equeſtris numerus*] Forſan ſcripſit Amman. *Tertianorum equeſt. num.* ut in Notitia Imp. *Legiones Comitatenſes triginta duæ, Secundani Italicani, Germanicani juniores, tertiani, ſive tertia Italica, Tertia Fcculia.* Lindenbr.

h *Adtractum Maranga appellatum*] Zoſim. *Maranſa:* ἐν Μάρανζα παρεγένοντο κώμῃ. Idem.

Pars contis dimicatura.] Dio in lib. 40. de Perſica armatura: ἀσπίσι μὲν, inquit, ἐδὲν νομίζουσιν· ἱπποτοξόται δὲ καὶ ἀκοντοφόροι (ſcribe ex Mſ. κοντοφόροι) τὰ πολλὰ κατάφρακτοι ϛρατεύονται. *Clypeo quidem uti minime curant: ſagittarii autem ex equo, & contis dimicantes, cataphracti plerumque in pugnam prodeunt.* Adde Herodianum in fine lib. 4. *Valeſ.*

k *Sagittarii, cujus artis fiducia ab incunabulis ipſis gens prævaluit.*] Tria nempe hæc ab ipſa infantia diſcebant Perſæ, equitare, ſagittare, vera dicere. Herodotus lib. I. Strabo lib xv. Plura huc ſpectantia collegit V. Cl. Barn. Briſſon. de Reg. Perſar. lib. II. & III. *Lindenbr.*

l *Ut nervi mammas præſtringerent.*] Ut apud Homerum Pandarus Iliad. 4.

Νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν, τόξῳ δὲ σίδηρον.

Quod ſagittandi genus παρὰ μαζὸν dicebatur. Erat & altera jaculandi ratio παρὰ δεξιὸν ὠτίον, itémque παρ᾽ ὦμον, ut docet Euſtathius in Il. x. Quibus adde & quartum jaculandi modum ab inguine, quem Parthis familiarem fuiſſe docet Perſius in Sat. 5. Propertius in lib. 4. de Virdomaro:

Illi virgatis jaculantur ab inguine bracis.

Sic enim corrigendum eum verſum exiſtimo. Quintus denique modus ſagittandi fuit, pede vicem manus implente: qua ratione uſos eſſe Arabas ſcribit Suidas in Ἀραβες. Vide & Servium in librum IX. AEneid. *Valeſ.*

cioſa portantes. Poſt hos elephantorum fulgentium formidandam ſpeciem, & truculentos hiatus vix mentes pavidæ perferebant: ad quorum ſtridorem odoremque & inſuetum adſpectum magis equi terrebantur. Quibus inſidentes magiſtri, [m] manubriatos cultros dexteris manibus illigatos geſtabant, acceptæ apud Niſibin memores cladis: & ſi ferociens animal vires exſuperaſſet regentis, ne reverſum per ſuos, ut tunc acciderat, colliſam ſterneret plebem, [6] vertebram, quæ caput à cervice diſterminat, ictu maximo terebrabant. [n] [o] Exploratum eſt enim aliquando ab Haſdrubale Hannibalis fratre, ita citiùs vitam hujuſmodi adimi belluarum. Quibus non ſine magno horrore perſpectis, ſtipatus armatarum cohortium globis cum Primatibus fidentiſſimus Imperator, ut flagitabat [p] major vis & atrocior, [q] lunari acie ſinuatiſque lateribus occurſuros hoſti manipulos inſtruebat. Et ne ſagittariorum procurſus noſtrorum cuneos disjectaret, [r] illatis concitatiùs ſignis ſpiculorum impetum fregit: datóque ad decernendum ſollemniter ſigno, denſati Romani pedites confertas hoſtium frontes niſu protruſerunt acerrimo. Et fervente certaminum mole, clypeorum ſonitus, & virorum armorùmque lugubre ſibilantium fragor, nihil perpetiens jam remiſſum, campos cruore & corporum ſtrage contexit, effuſiùs cadentibus Perſis: quibus ſæpe languidis in conflictu, artiùs pes pede conlatus graviter obſiſtebat, pugnare fortiter eminus conſuetis, & ſi inclinatas ſuorum copias ſenſerint, cedendo in modum imbrium [ſ] pone verſus directis ſagittis hoſtes à perſequendi fiducia deterrere. Pulſis igitur pondere magnarum virium Parthis, miles Solis curſu flammeo diu laxatus, ſigno in receptum [7] dato, in tentoria repedat, ad audendum deinceps majora ſublatus. In hoc prœlio Perſarum majo

6 *Mſ.* venam. 7 *Mſ.* dato, in tentoria repetat.

m *Manubriatos cultros*] Livius: *Fabrile ſcalprum cum malleo.* Lindenbr.

n *Exploratum eſt enim ab Haſdrubale*] Totum hunc locum optimè Livii verba illuſtrant, lib. XXVII. *Elephanti plures ab ipſis rectoribus, quàm ab hoſte interfecti. Fabrile ſcalprum cum malleo habebant: id, ubi ſævire belluæ ac ruere in ſuos cœperant, magiſter inter aures poſitum ipſa in compage, qua jungitur capiti cervix, quanto maximo poterat ictu adigebat. Ea celerrima via mortis in tantæ molis bellua inventa erat, ubi regendi ſpem viciſſet; primuſque id Haſdrubal inſtituerat, dux cùm ſæpe alias memorabilis, tum illâ præcipuè pugnâ.* Idem.

o *Exploratum eſt enim ab Haſdrubale.*] Id Haſdrubalis conſilium refert Zonaras in tomo 2. pag. 90. παρήγγειλε ὁ Ἀσδρούβας τοῖς ἐπ' αὐτῶν καθημένοις τοὺς τιτρωσκομένους τῶν θηρίων παραυτίκα σφάζειν· ῥᾶστα δὲ σιδηρίῳ τινὶ ὑπὸ τὸ οὖς νυττόμενοι ἐκτιννύοντο. *Præcepit Haſdrubal Indis qui belluis inſidebant, ut vulneratos elephantos confeſtim interficerent. Cultro autem quodam ſub aurem percuſſi facillime necabantur.* [Ceterùm paullo ſupra pro *vertebram*, *venam* ſcriptum reperi in codice Colbertino: & ita in veteribus libris ſcriptum ſe inveniſſe notavit P. Pithœus.] *Valeſ.*

p *Major vis & trucior.*] In Editione Rom. legebatur *major juſſit atrocior.* quam ſcripturam Caſtellus miris modis depravarat. Sed Accurſius quidem ſic edidit, *majo vis ita trucior.* Gelenius autem hoc modo, *major vis ita atrocior*: quo modo in exemplari Regio ſcriptum reper [In Colb. *major viſit atrocior*, omnino pro *major vis & atrocior.*] Idem.

q *Lunari acie, ſinuatiſque laterib.*] Vide AElian. d acie inſtr. *Lindenbr.*

r *Illatis concit. ſignis ſpiculorum impetum fregit.*] Ider in illa celebri Marathonia pugna obſervavit Miltiades qui Athenienſes effuſo curſu juſſit Perſas aggredi, qu ſcilicet ante ictus ſagittarum ad hoſtem venirent, ut ſcr bit Herodotus in VI. & Juſtinus in 2. Vegetius quoque i lib. 1. cap. 9. hoc præceptum Ducibus inculcat. * Nec ſi cus Ventidius adverſus Parthos, teſte Frontino libri cap. 2. * *Valeſ.*

ſ *Ponè verſus directis ſagittis*] Exercitatio hæc Pa thorum ſive Perſarum fuit, ut non tantùm ſtataria co greſſione ſagittis exertè uterentur, ſed etiam cùm ter vertiſſent. Plutarchus in Craſſo, Virgilius III. Georg. *Fidentemque fugâ Parthum, verſiſque ſagittis.* Lindenb

ut dictum eſt apparuit ſtrages; noſtrorum admodum levis. Eminuit tamen inter varios certaminum caſus Vetranionis mors viri pugnacis, [t] qui [v] legionem Ziannorum regebat.

Cap. II. Poſt quæ triduo indutiis deſtinato, dum ſuo quiſque vulneri medetur vel proximi, commeatibus nos deſtitutos inedia cruciabat jam non ferenda: & quoniam frugibus exuſtis & pabulis, homines in diſcrimen ultimum venerant & jumenta, ex eo cibo quem animalia Tribunorum [8] vehebant & Comitum, imæ quoque militum plebi penitus indigenti pars diſtributa eſt magna. Et Imperator, cui non cupediæ ciborum ex regio more, ſed ſub columellis tabernaculi parvis cenaturo, pultis portio [9] parabatur exigua, etiam munifici faſtidienda gregario, quidquid ad miniſteria poſtulabatur, per contubernia paupertina ſui ſecurus egeſſit. Ipſe autem ad ſollicitam ſuſpenſámque quietem paulliſper protractus, cùm ſomno (ut ſolebat) depulſo, ad æmulationem Cæſaris Julii quædam ſub pellibus [1] ſcribens, [x] obſcuro noctis altitudine [2] ſenſus cujuſdam Philoſophi teneretur, vidit ſqualidius, ut confeſſus eſt proximis, [y] ſpeciem illam Genii publici, quam cùm ad Auguſtum ſurgeret culmen conſpexit in Galliis, [3] velatâ cum capite Cornucopiâ per aulæa triſtiùs diſcedentem. Et quamquam ad momentum hæſit ſtupore defixus, omni tamen ſuperior metu, ventura decretis cæleſtibus commendabat: relictóque humi ſtrato cubili, adulta jam excitus nocte, & numinibus per ſacra depulſoria ſupplicans, [z] flagrantiſſimam facem cadenti ſimilem viſam, aëris parte ſulcata evanuiſſe exiſtimavit: horroréque perfuſus eſt, ne ita apertè minax Martis

8 *In Steph. hæc verba*, & Comitum imæ quoque militum, *deſunt*. 9 *Mſ.* poſtulabatur. 1 *Mſ.* ſcribens. 2 *Mſ.* ſenius. 3 *Al.* velata cum cornucopia.

---

t *Qui legionem Ziannorum regebat.*] In Notitia Orientalis Imperii *Tzanni* dicuntur ſub diſpoſitione Magiſtri militum per Thracias. Sic enim in Mſ. codice legitur, cùm vulgò *Thaanni* legatur & *Thanni*. Erant autem Tzanni populi Lazis finitimi & Armeniis, ut docet Procopius in lib. 1. Perſic. Agathias in libro v. & Juſtinianus in Novella 28. de moderatore Helenoponti. *Zanni* dicuntur à Marcellino Comite in Chronico ſub Theodoſio Minore. Euſtathius in Dionyſium, οἱ μάκρωνες, inquit, ἔθνος ποντικόν. τούτους νῦν ζάννους φασὶ, ἰδιωτικώτερον δὲ τζάνους, ὡς καὶ τὴν κελζηνὴν κελτζηνήν. Sanè Zanni, & Sanni, Tzanni, & Thanni ſola pronuntiandi ratione differunt, ut Zangæ & Tzangæ, Tabenneſiotæ & Zabenneſiotæ in Chronico Victoris Turonenſis; Turullus & Tzurullus opidum Thraciæ in Procopio & Suida. Ex his quæ diximus, apparet Tzannos longè ante Juſtiniani tempora fœderatos Rom. & auxiliares fuiſſe. *Valeſ.*

v *Legionem Ziannorum regebat*] * Zanorum mentio in Novell. Juſtiniani 1. & 28. Agath. lib. 5. * Legionis nomen non ponit Zoſimus, rem tamen ita narrat: ἀπόλλυσιν ἄλλους τε στρατιώτας, καὶ Βρεττανίωνα τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντα τοῦ λόχου, ἀνδρείως ἀγωνισάμενον. In Notitia Imperii nominatur *Cohors* IX. *Thanorum Nitriæ*: & fortaſſis-an in ſcriptura tantùm variatio eſt; reipſa verò eadem hæc cum illa, cujus hîc mentionem Ammianus facit. *Lindenbr.*

x *Sententiis cujuſd. Philoſophi.*] Sic conjecit P. Caſtellus, cùm in Editione Rom. & Mſſ. omnibus legeretur *ſenius cui*. Unde ſcribendum exiſtimo *obſcuro noctis*, (ſic in Mſ. Reg. * & Toloſ. * & Edit. Rom.) *altitudine ſenſus cujuſd. Phil. teneretur.* [Sanè in Colb. legitur, *obſcuro noctis altitudine ſenius cujuſdam Philoſophi tenerentur.*] *Valeſ.*

y * *Speciem Genii publici cum cornucopia*] Cornu pomiferum vocat Arnobius lib. vi. Fortuna cum cornu pomis, ficubus, aut frugibus autumnalibus pleno depingebatur. Ib. * *Lindenbr.*

z *Flagrantiſſimam facem cadenti ſimilem*]. Iterum inf. *facem* vocat, ut Apul. de Mundo: *Sunt & alia ejuſmodi imaginum genera, quas Græci faces --nominant.* Ariſtot. ſive quis alius auctor libelli de Mundo, λαμπάδας dixit; *globum* Aurel. Victor. in Julian. *Ac ne noctu quidem viſus ingens globus cælo labi, diem belli cautum præſtiterit.* * Gell. lib. 19. cap. 1. *Fumigantes globi.* * Idem.

apparuerit ſidus. Erat enim nitor igneus iſte,[a] quem[b] διαΐσσοντα nos appellamus, nec cadens umquam nec terram contingens. Corpora enim qui credit cælitus poſſe labi, profanus meritò judicatur & demens. Fit autem hic habitus modis compluribus, è quibus ſufficiet pauca monſtrare.[c] Scintillas quidam putant ab ætherio cadentes vigore, parúmque porrectiùs tendere ſufficientes exſtingui: vel certè radiorum flammas injectas nubibus denſis acri ſcintillare[4] contactu: aut cùm lumen aliquod cohæſerit nubi. Id enim in ſtellæ ſpeciem figuratum, decurrit quidem dum viribus ignium ſuſtentatur: amplitudine verò ſpatiorum exinanitum,[d] in aërium ſolvitur corpus, ad ſubſtantiam migrans,[e] cujus attritu incaluit nimio. Confeſtim itaque ante lucis primitias Etruſci Haruſpices accerſiti,[5] conſultique quid aſtri ſpecies portenderet nova, vitandum eſſe cautiſſimè reſponderunt, ne quid tunc tentaretur: ex[f g] Tarquitianis libris, in titulo *De rebus divinis* id relatum eſſe monſtrantes: quòd face in cælo viſa committi prœlium, vel ſimile quidquam non oportebit. Quo etiam id inter alia multa ſpernente, orabant Haruſpices ſaltem aliquot horis profectionem differri: & ne hoc quidem ſunt adepti, Imperatore omni vaticinandi ſcientiæ reluctante: ſed exorto jam die, promota ſunt caſtra.

CAP. III. Hinc nos egreſſos, Perſæ cùm ſæpe afflicti peditum[6] ſtabiles pugnas horrerent, ſtructis inſidiis occultè comitabantur, altrinſecus viantes catervas à celſis collibus explorando: ut id ſuſpicans miles adusque perpetuum diem nec vallum erigeret, nec ſudibus ſe communiret. Dúmque teguntur firmiter latera, & exercitus pro locorum ſitu quadratis quidem ſed laxis incedit agmi-

4 *Steph.* contractu. 5 *Mſ.* conſultique quid. *quod placet.* 6 *Mſ.* ſtabiles pugnas.

a *Quem* ΔΙΑΙΣΣΟΝΤΑ.] Id ſignum ab antiquis infauſtum eſſe habitum docet Homerus Il. 4.

Οἷον δ' ἀστέρα ἧκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
Ἢ ναύτῃσι τέρας, ἠὲ στρατῷ εὐρέϊ λαῶν
Λαμπρόν. τοῦ δέ τε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται.

Ubi Euſtathius rectè notat: ἀστέρα δὲ λέγει οὐ κυρίως, ἀλλά τι ἀστεροειδὲς, οἷον κομήτην. ἢ ὁποῖοι οἱ διάττοντες, ὧν ὁ γένεσις αἰσχρὰ στροφή· διὸ καὶ ἀνέμους ὡς ἐπιπολὺ δηλοῦσι. Ventorum quidem id ſignum eſſe teſtatur Aratus in Prognoſtico. *Valeſ.*

b ΔΙΑΙΣΣΟΝΤΑ *nos appellamus*] Achilles Satius in Arati Phænomena, περὶ κομητῶν. Οἱ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετερχόμενοι καλοῦνται ἄττοντες, καὶ διάττοντες· γίνεται δὲ τοῦτο, τῶν ἀστέρων ὑπὸ πνεύματος βιαζομένων, καὶ οἱονεὶ σπινθῆρας ἀφιέντων. διὸ καὶ σημεῖον ἀνέμων εἶπεν Ἄρατος τοῦτο. Quæ eadem apud Heronem Alex. leguntur. Arati autem locus hic eſt:

---- ὄπιθεν ῥυμοὶ ὑπολευκαίνονται,
Δειδέχθαι κείνοις αὐτὴν ὁδὸν ἐρχομένοιο
Πνεύματος, &c. *Lindenbr.*

c *Scintillas ab ætherio cadentes vigore.*] Idem ſentit Theon in Arati Prognoſtica. Sic enim definit has imagines: σπινθῆρές εἰσιν ἃς ἀποπέμπει ὁ αἰθήρ· ὥστε τοῦ αἰθέρος ἐστὶ πόνησίς τι τοιοῦτο. *Valeſ.*

d *In æſtum ſolvitur corpus.*] Sic emendavit Gelenius cùm ex Caſtelli conjectura antè legeretur *iners tum ſolv.* At in Editione Rom. ſic legebatur *inertium ſolv. corpus.* Sed cùm in codice Regio ſcriptum repeririſſem *in ærtum ſolv. corp.* [in Colbert. *inertum ſolv. corpus*:] ſtatim emendavi, *in aërium ſolvitur corpus*: quæ emendatio confirmatur verbis ſequentibus, *ad ſubſtantiam migrans, cujus attritu incaluit nimio.* Quidam enim ex attritu aëri hæc proſilientia formari ſidera dicebant, inter quas Anaxagoras teſte Diogene, & Seneca in lib. 2. Natur. quæſt. cap. 14. *Idem.*

e *Cùm adtritu incaluit*] Οἱ γὰρ διάττοντες, ἀστέρες μὲν οὐκ εἰσὶ, γίνονται δὲ πυρὸς φερομένου ἐκ παρατρίψεως ἀστέρων ut Theo Alexand. inquit, in Commentario ad modò laudatos Arati verſus. *Lindenbr.*

f *Tarquitianis*] Vid. Petr. Pithœi Adverſar. lib. 1. cap. xx. *Idem.*

g *Tarquitianis libris.*] Tarquitius libros de Etruſca diſciplina, & Oſtentarium Tuſcum conſcripſerat, teſte Plinio, & Macrobio * in libri 3. Sat. cap. 7. * Is ipſe eſt opinor, cujus mentio fit in hac Inſcriptione veteri: *Tarquitio. L. F. Pom. Etruſco. Sulpiciano. Scribæ. Quæſtorio.* Valeſ.

nibus, invaſa ſubitò terga poneverſùs arma cogentium Principi indicatur, etiamtum inermi ad ſpeculanda anteriora progreſſo. Qua concitus clade, [h] oblitus loricæ, ſcuto inter tumultum arrepto, properans ultimis ferre ſuppetias, revocatur alio [7] metu, qui etiam anteſignanos unde diſceſſerat, paria perpeti nuntiabat. Quæ dum ſine reſpectu periculi ſui redintegrare feſtinat, ex alia parte cataphractorum Parthicus globus centurias adoritur medias: ac ſiniſtro cornu inclinato acriter ſuperfuſus, [i] fætorem ſtridorémque elephantorum impatienter tolerantibus noſtris, contis & multiplicatis miſſilibus decernebat. Verùm Principe volitante inter prima diſcrimina prœliorum, exſilivit noſtra ſuccinctior armatura [k] averſorúmque Perſarum & beluarum ſuffragines concidebat & dorſa. Quos cùm Julianus cavendi immemor diffluxiſſe trepidos, elatis vociferando manibus apertè demonſtrans, iráſque ſequentium excitans, ardenter effunderet ſemet in pugnam, [l] clamabant hinc inde Candidati, quos disjecerat terror, ut fugientium molem, tamquam ruinam malè compoſiti culminis [8] declinaret: & [m] incertum [n] ſubita equeſtris haſta cute brachii ejus præſtri-

7 *Al.* motu. 8 *Mſ.* declararet.

h *Oblitus loricæ.*] Zonaras idem ſcribit: ἔτυχε δ' διὰ βάρος καὶ τὴν ἐκ τοῦ ἡλίου φλόγωσιν (θέρους γὰρ ἦν ἀκμή) τὸν θώρακα ἐκδυσάμενος. Ideſt: *Quippe loricam ob pondus, & Solis ardorem (medium enim tunc tempus erat æſtatis) depoſuerat.* At Libanius in Orat. funebri, pag. 303. colorem hîc affert minimè probabilem. Ait enim inermem tunc fuiſſe Julianum, eo quòd Perſas ubique vicerat: quæ nimia ſui fiducia in tanto duce nequaquam ferenda eſt. Itaque meritò in Victoris Epitome reprehenditur. *Valeſ.*

i *Fætorem ſtridoremque elephantorum impatienter tolerantib. noſtris*]. Addidimus τὸ *ſtridorem*, ex Mſ. ſenſu leniore perfectioréque. Sic paullo retrò hoc eodem libro: *Elephantorum fulgentium formidandam ſpeciem, & truculentos hiatus vix mentes pavidæ perferebant: ad quorum ſtridorem odoremque & inſuetum tunc aſpectum magis equi terrebantur.* Iterum lib. XIX. *Adjectis elephantorum agminibus, quorum ſtridore immanitateque corporum nihil humanæ mentes terribilius cernunt.* Q. Curtius lib. VIII. de Pori Regis elephantis: *Magnum belluæ injecere terrorem, inſolituſque ſtridor non equos modò, tam pavidum ad omnia animal, ſed viros quoque ordineſque turbaverat.* * Florus lib. I. cap. 18. *Quorum* (elephantorum) *cum magnitudine, tum deformitate, & novo odore ſimul ac ſtridore conſternati equi.* * Magna hinc Romanis bello Tarentino clades: fœdiór tamen Caſſovellani Britannorum Regis pavor, qui ne ad unius quidem elephanti adſpectum durare potuit, cùm ad eum Cæſar tranſitum pararet. A quo malo, ut ſibi præcaveret Perſeus, εἰδώλοις ξυλίνοις ἐλεφάντων ἰδέαν καὶ χροιὰν ἐχομένοις, ſtridoreque tubarum acuore, paullatim equos ſuos verorum elephantorum barritum & magnitudinem ferre docuit. Florus lib. I. cap. 8. Polyænus Strategem. lib. 4. & 8. *Lindenbr.*

k *Averſorumque Perſarum & belluarum ſuffragines concidebat*]. Simile ſtrategema Alexandri Mag. de quo Curtius lib. 8. *Anceps ergo pugna nunc ſequentium, nunc fugientium elephantos, in multum diei varium certamen extraxit, donec ſecuribus (id namque genus auxilii præparatum erat) pedes amputare cœperunt.* * Quale & illud, de quo Helmold. Chronic. Slavorum lib. I. cap. 68. *Fuit pugna vehemens, & victoria utrimque ambigua, quouſque unus partium Comitis proclamavit, ut poplites equorum, quos hoſtes inſidebant, fortiter cæderentur: factumque eſt, ut cadentibus equis, ſeſſores quoque loricati collaberentur, gladiiſque noſtratium protriti ſunt.* pag. 54. * *Idem.*

l *Clamabant hinc inde Candidati*] Candidatorum ſignificatio non una: ſed quorum hîc mentio, ii è Scholarium numero ob corporis proceritatem electi, primi Scutarii Protectoreſque Principis erant. De his iterum Ammian. lib. XXXI. Procopius Gothicor lib. III. ὢν δ' οὗτος ἀνὴρ βασιλέως μὲν Ἰουστινιανοῦ δορυφόρος, ἐπεὶ ἐς τοὺς κανδιδάτους καλουμένους τελῶν ἔτυχε. τῶν δὲ ἱππικῶν καταλόγων ἦρχεν. Vid. Cedren. in Juniore, pag. 211. *Idem.*

m *Incertum ſubita equeſtris haſta, &c.*] De morte Juliani alia longè diverſa Sozomenus lib. VI cap. 2. Nicephorus Calliſt. lib. X. cap. 34. Gregorius Nazianz. Epiſc. in Julian. Orat. 2. Amphilochius in Vita Baſilii Magni Archiep. Chryſoſtomus de Babyla Martyre, Auguſtinus de Civitate Dei lib. IV. cap. 29. *Idem.*

n *Subita equeſtris haſta.*] Libanius pag. 303. δόρυ δ' ἱππέως ἐπ' αὐτὸν ἐνεχθὲν ἄοπλον διὰ τοῦ βραχίονος ἔδραμεν εἰς τὴν πλευρὰν ἐσέδυ, &c. *Haſta equeſtris in eum inermem illata, per brachium in latus irrepſit.* Et hic quidem ejus cædis auctores Chriſtianos fuiſſe contendit, qui à Juliano depreſſi ac vexati, cùm inſidias ei dudum compararent, tandem oblata occaſione facinus peregerunt, ut dicit pag. 323. quem Libanii locum profert etiam Sozomenus in lib. 6. Sed Eutropius qui huic Perſicæ expeditioni interfuit, & Rufus Feſtus, ac Victoris Epitome ab hoſtium equite, & quidem fugiente, conto percuſſum eſſe memorant. *Valeſ.*

cta, coſtis perfoſſis hæſit in ima jecoris fibra. Quam dum avellere dextera manu
conatur, acuto utrimque ferro digitorum nervos ſenſit exciſos: & provolutus
jumento, præſentiúmque veloci concurſu relatus in caſtra, medicinæ miniſte-
riis fovebatur. Móxque ubi lenito paullisper dolore timere deſiit, magno ſpi-
ritu contra exitium certans, arma poſcebat & equum: ut reviſo prœlio ſuorum
fiduciam repararet, ac videretur ſui ſecurus alienæ ſalutis ſollicitudine vehemen-
ter adſtringi: eo vigore, licèt in negotio diſpari, quo [o] Epaminondas ille Dux
inclytus, letaliter apud Mantineam ſaucius & revectus ex acie, conquirebat ſol-
licitè ſcutum. Quod cùm vidiſſet propius, lætior vi vulneris interiit: & qui a-
nimam intrepidus amittebat, jacturam clypei formidavit. Sed cùm vires parum
ſufficerent voluntati, ſanguiníſque profluvio vexaretur, manſit immobilis
ideo ſpe deinceps vivendi abſumptâ, quod percunctando [p] Phrygiam appellar
locum ubi ceciderat comperit. Hîc enim obiturum ſe præſcripta audierat ſorte
Reducto ad tentoria Principe, incredibile dictu eſt quanto ardore miles ad vin
dictam ira & dolore ferventior involabat, haſtas ad ſcuta concrepans; etian
mori ſi tuliſſet fors obſtinatus. Et quamvis offundebatur oculis altitudo pulve
ris, & æſtus caleſcens officeret alacritati membrorum; tamen velut exauctoratu
amiſſo ductore, ſine parcimonia ruebat in ferrum. Contrà animoſiùs Perſæ ſa
gittarum volantium crebritate conſpectum [9] ſui rapiebant [1] oppoſitis: quo
elephanti tardiùs [2] præcedentes, magnitudine corporum criſtarúmque horror
pavorem jumentis incutiebant & viris. Concurſus itaque armatorum, & ca
dentium gemitus, equorum flatus, tinnitus ferri procul audiebatur, quamdi
ſatietate vulnerum partibus feſſis, nox diremit certamina jam tenebroſa. Quin
quaginta tum Perſarum Optimates & Satrapæ cum plebe maxima ceciderunt
inter has turbas Merena & [3] Nohodare potiſſimis ducibus interfectis. Obſtr
peſcat magniloquentia vetuſtatis diverſis in locis [q] [r] prœlia xx. Marcelli
[4] [ſ] [t] Sicinium Dentatum adjiciat, ornatum militarium multitudine coronarum

9 *Mſ.* ſolis. 1 *Mſ.* oppoſitis quos elephantis. 2 *Mſ.* præcedites. 3 *Mſ.* Novodare. 4 *Al.* Siccium.

---

o *Epaminondas ille dux inclytus*] Val. Maximus lib. III. cap. 2. Juſtinus lib. VI. *Lindenbr.*

p *Phrygiam appellari locum ubi ceciderat.*] Julianus cùm eſſet Antiochiæ, noctu in ſomnis juvenem viderat rutilâ comâ, qui ipſum in Phrygia moriturum ei viſus erat prædicere. Cùm igitur letaliter vulneratus, locum illum in quo caſtra habebat, Phrygiam appellari didiciſſet, exclamâſſe dicitur: O Sol, Julianum perdidiſti: ut narrat Zonaras, & auctor Chronici Alexandrini: ſed in hoc φαγία perperam exaratum eſt pro φρυγία. *Valeſ.*

q *Prœlia* XX. *Marcelli*] Major numerus apud Plinium lib. VII. cap. 25. *Solus* (Jul. Cæſ.) *M. Marcellum tranſgreſſus: qui undequadragies dimicaverat.* Solinus cap. VI. *Lindenbr.*

[r *Prœlia viginti Marcelli*] At Plinius in libri 7. c
pite 25. & Solinus in capite 6. multo plura M. Marce
prœlia commemorant, & ſignis collatis undequadragi
dimicaviſſe cum ſcribunt. Quod autem paullo infra:
Ammianus, ultimum ex Sergii poſteris, *Catilinam cl
ras gloriarum ejus adoreas ſempiternis maculis obumbrav
ſe*, id accepit à Solino ut ſolet, cui in capite VI. Coll
ctaneorum dicitur Catilina *tantas* Sergii *adoreas odio a
mnati nominis obumbrâſſe.*] *Valeſ.*

ſ *Sicinium Dentatum*] Ita Mſ. ut & Valerius Ma
mus lib. III. cap. 2. A Gellius lib. II. cap. 11. At vulg
quidam codd. *Siccium* vocant, uti & Dionyſius Halic
lib. X. pag. 662. Λεύκιος Σίκκιος Δεντάτος. Plinius lib. V
cap. 28. Solinus cap. VI. * Varro apud Fulgent. in N
FRENDES. * *Lindenbr.*

t *Sicinium Dentatum.*] L. Siccius Dentatus emend.
dici debet: ſic enim præter Dionyſium Halic. vocat Z

iretur ſuper his [v] Sergium, qui [s] vicies & ter vulneratus eſt in variis pugnis, t fertur: cujus poſteritatis ultimus Catilina claras gloriarum adoreas ſempiernis maculis obumbravit. Deformabat tamen triſtitia lætiores eventus. Dum æc poſt diſceſſum Ducis ubique aguntur, exercitûs cornu dextro defatigato, [x] Anatolio interfecto, qui tunc erat officiorum Magiſter: Sallûſtius Præfetus actus in exitium præceps, & operâ ſui Apparitoris ereptus, Sophorio miſſo Conſiliario qui ei aderat, caſu evaſit & fuga: quidámque milis per multa diſcrimina [y] occupato caſtelli vicini præſidio, poſt diem enique tertium jungi exercitui potuerunt. Quæ dum ita aguntur, Julnus in tabernaculo jacens circumſtantes allocutus eſt demiſſos & triſtes: *dvenit ô ſocii nunc abeundi tempus è vita impendio tempeſtivum, [z] quam repoſcenti naturæ [a] ut debitor bonæ fidei redditurus exſulto: non ut quidam oinantur adflictus & mærens: Philoſophorum ſententiâ generali perdoctus, qantum corpore ſit beatior animus, & contemplans quoties conditio melior à ateriore ſecernitur, lætandum eſſe potiùs quàm dolendum. Illud quoque advrtens, quòd etiam Dii cæleſtes quibuſdam piiſſimis [b] mortem tamquam ſmmum præmium perſolverunt. Munus autem id mihi delatum optimè ſcio,*

Mſ. viciens.

ns in tomo 2. Annalium, quos ex Dione compoſuit, pa 27. λεύκιον Σίκιον, & Fulgentius Planciades de verbis anquis ex Varrone. De eodem Siccio Dentato vide Feſtm in *Obſidionalis corona.* * *Valeſ.*

Sergium, qui vicies & ter vulneratus] Plinius lib. vi. cap. 28. Solinus cap. 6. apud quem ipſiſſima ferè Ammni verba: *Beatus profectò tot ſuffragiis gloriarum, ni hereis poſteritatis ejus ſucceſſione Catilina, tantas adoreas odicamnati nominis obumbraſſet.* Lindenbr.

Anatolio interfecto, qui tunc erat Officiorum Magiſter] In Zoſimo perperam *Antonius* ſcribitur pro *Anatolio*: …ῆς δὲ καρτερᾶς γενομένης ἔπεσεν Ἀντώνιος, ὁ τῶν περὶ τὴν αὐλὴν …γούμενος τάξεων, ὃν καλοῦσι Ῥωμαῖοι Μάγιστρον. Idem.

Occupato caſtelli vicini præſidio.] Id Zoſimus paulo iter refert his verbis: ἄνδρες ἑξήκοντα μόνοι, σφῶν καὶ τοῦ Ῥωμαίων ἀξιώματος μεμνημένοι, παραβαλλόμενοί τε ἄχρι θανάτου, τοῦ φρουρίου γεγόνασιν ἐγκρατεῖς, ἀφ᾽ οὗ τοῖς Ῥωμαίοις ἐπεξελθόντες οἱ Πέρσαι πλεονεκτεῖν ἔδοξαν· καὶ τρεῖς ἡμέρας τῶν πολεμίων ἐφεδρευόντων, …ου μέχρις τοῖς πολιορκοῦσιν ἐπιθέμενοι περιεσώθησαν. *LX. milite ſui & dignitatis Rom. memores, ad mortem uſque audatr decertantes, caſtellum illud occuparunt, ex quo Perſæ in Rm. iter facientes impetum fecerant: & ab hoſtibus per tridum obſeſſi, aggreſſi tandem oppugnatores ipſos, incolumes vaſerunt.* Infrà, pag. 297. hoc caſtellum Vaccatum dicur. *Valeſ.*

[z] *Quam repoſcenti naturæ ut debitor bonæ fidei redditurus ſulto*] Non minùs prudenter, quàm piè, Joſephus apud Egeſipp. lib. III. cap. 17. *Deus omnipotens theſaum nobis optimum dedit, atque incluſum in hoc vaſe fictili & conſignatum commiſit nobis cuſtodiendum, quoad ipſi placeat repoſcere. Nonne in utroque crimen eſt, vel rejicere depoſitum non repoſcente qui dederit, vel repoſcenti negare? Si hominis depoſitum violare pœna infamiæ eſt, quanto magis violare depoſitum Dei?* Lindenbr.

[a] *Ut debitor bonæ fidei redditurus exſulto.*] Sapienter id quidem & ex præcepto D. Marci, quem Julianus ſibi imitandum propoſuerat. Hic enim in libris de vita ſua nihil frequentiùs inculcat, quàm hilari ac libenti animo mortem eſſe exſpectandam, gratias quinetiam Deo habendas eſſe. In libro autem 4. eâdem utitur metaphorâ quâ Julianus hoc in loco: περιμένων τὸ ἀνακλητικὸν ἐκ τοῦ βίου εὔλυτος, μήτε ὅρκου δεόμενος μήτε ἀνθρώπου τινὸς μάρτυρος. *Signum receptui * ex hac vita * exſpectans expeditus, ut nec juramento opus ſit nec teſtibus.* Et paullo pòſt ſubjicit, hominem ſapientem eadem facilitate & conſtantia digredi è vita, quâ ad aliam quam actionem verecundè ac decenter obeundam ſe conferret: neque umquam imperfectam ejus vitam tamquam fabulam nondum ultimo actu finito intercipi à fato. *Valeſ.*

[b] *Mortem tamquam ſummum præmium*] Notæ ſunt hiſtoriæ, jam ab antiquo in Scholis tractatæ, Cleobis & Bitonis: quibus cùm mater precata eſſet ab Argiva Junone, *ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari poſſet à Deo, mane inventi ſunt mortui.* * Item Argamedis atque Trophonii, qui cùm Deo Pythio templum ædificaſſent, quodque optimum foret precarentur, confeſtim ſomno preſſi nunquam poſtea ſurrexerunt. Xenocrates Platonicus de Morte pag. 116. Cicero Tuſcul. lib. 1. Plutarch. de Conſolat. * Ad quæ exempla haud dubiè ſive Julianus ſive Ammianus reſpexit. *Lindenb.*

ne difficultatibus ſuccumberem arduis, néve me projiciam umquam aut proſternam: expertus quòd dolores omnes ut inſultant ignavis, ita perſiſtentibu cedunt. Nec me geſtorum pœnitet, aut gravis flagitii recordatio ſtringit, ve cùm in umbram & angulos amandarer, vel poſt principatum ſuſceptum: quen tamquam à cognatione Cælitum defluentem, immaculatum (ut exiſtimo) con ſervavi, & civilia moderatiùs regens, & examinatis rationibus bella inferen & repellens: tametſi proſperitas ſimul utilitáſque conſultorum non ubique con cordent, quoniam cœptorum eventus ſuperæ ſibi vindicant poteſtates. Reputan autem juſti eſſe finem imperii, obedientium commodum & ſalutem, ad tran quilliora ſemper ut noſtis propenſior fui, [c] *licentiam omnem actibus meis exterminans, rerum corruptricem & morum: gaudénſque,* [6] *adeo ſciens, quò* [7] *ubicumque me velut imperioſa parens conſideratis periculis objecit Reſp. ſte fundatus, turbines calcare fortuitorum aſſuefactus. Nec fateri pudebit, inte iturum] me ferro dudum didici fide fatidica præcinente. Ideóque ſempite num veneror numen, quòd non clandeſtinis inſidiis, nec longa morborum aſper tate,* [d] *vel* [8] *damnatorum fine decedo: ſed in medio curſu florentium gloriaru hunc* [e] *merui clarum* [9] [f] *è mundo digreſſum. Æquo enim judicio juxtà timid eſt & ignavus, qui cùm non oportet, mori deſiderat: & qui refugiat, cùm opportunum. Hactenus loqui vigore virium labente ſufficiat.* [g] [h] *Super Im*

6 Mſ. & Steph. *adeo ſciens.* 7 Steph. *quod ubicumque.* 8 Al. *delicatorum.* 9 Al. *e medio.*

c *Licentiam omnem actibus meis exterminans*] Magna laus in celſa poteſtate, cùm Principes nil ſibi ampliùs licere putant, quàm privatis, ut Plinius in Panegyr. ait. Et præclarè Impp. Leo & Anthem. in libro L L. Anthemii Aug. Tit. 3. *Neque enim aliud Imperatoriæ majeſtati, cui ſemper debet æquitas inhærere, & vigere juſtitia, videtur accommodum, quàm commune jus omnibus reſervare ſubjectis, & nihil ampliùs bonis licere Principibus, niſi quod liceat privatis.* * Iſidorus Sentent. lib. 3. cap. 51. *Juſta eſt vocis eorum* (Principum) *auctoritas, ſi quod populis prohibent, ſibi licere non patiantur.* Gratianus diſtinct. 9. c. *Juſtum eſt.* * Idem.

d *Vel damnatorum fine decedo*] Sic rectè in Florentino Mſ. ut ſup. lib. XV. *Damnatorum ſorte Pœmenius raptus ad ſupplicium interiit.* Et de hoc ipſo Juliano lib. XVIII. *Oppetere dimicandoglorioſè magis optabat, quam damnatorum ſorte, ſicut ſperabant, ut frater Gallus, occidi.* Igitur quod vulgo legitur, *delicatorum f.* corruptum eſſe facilè apparet. *Idem.*

e *Merui clarum è mundo digreſſum*] Al. *clarum è medio.* Sed Mſ. lectio, quam expreſſimus, verior. Sic lib. XXI. *E mundo citiùs digreſſurum.* Lib. XXIX. *Cùm mundo digredi ſtatuiſſet.* Lib. XXXI. *Fortuitis caſibus mundo digreſſos.* Caſſiodorus Variarum lib. VI. Epiſt. 2. *Cingulum fidele, quod neſcit antè deſerere, quàm de mundo homines contingat exire.* Idem.

f * *E mundo digreſſum*] Sic Tertull. ad Uxorem c 1. *Chriſtianis ſæculo digreſſis nulla reſtitutio nuptiarum* Idem.

g *Super Imp. vero creando caute reticeo.*] Libani pag. 323. διομένων δὲ, ait, τῶν φίλων ἀποφῆναι τὸν ἀρχῆς κληρονόμον, οὐδένα αὐτῷ παραπλήσιον ἰσχὺς ὁρῶν, ἀφῆκε τῇ στρατιᾷ δικάζειν. *Cúmque amici rogarent, ut ſucceſſorem Imperii nun pararet, ipſe qui neminem ſibi parem circumſpiceret, ſuf giis militum rem permiſit.* Videtur autem Julianus exe plum Galbæ Aug. reformidaſſe: qui affecta ætate c Piſonem Cæſarem nuncupaſſet, & ſibi, & Piſoni p niciem creavit. Namque Otho prælatum ſibi Piſon ægrè ferens, in Principem conſpiravit, ut in Hiſtoriis fert Tacitus. Valeſ. Egregia vero comparatio. Et Ga incolumi, & bene valenti & conſiderato cum judici ordinationem iſtam aggreſſo & hinc inſidias perpeſſ milis eſt Julianus & hic letaliter vulneratus & in h mortem venturam proſpiciens, hoc ſcilicet agit, ut tuat repentinum Othonem. Quis credat? Immo vult tari Magnum Alexandrum, ſi ex imitatione alicuju hanc rationem venit, & imperii cauſam rite agit: alic metus ille tradendi alicujus in ultimum diſcrimen no manifeſte reſpicit hiſtoriam Auguſti itidem delibera de hac re apud Tacitum lib. 1. Annal. cap. 13. & quid nominandis quibuſdam effecit? Nempe ait ibidem *mneſque præter Lepidum, variis mox criminibus, ſtru Tiberio, circumventi ſunt.* Gron

h *Super Imperatore verò creando*] Aur. Victor in liano: *Circa noctis ferè medium defecit, præfatus con*

ratie

ratore verò creando cautè reticeo,[i] *ne per* [1] *imprudentiam dignum prætercam: aut nominatum quem habilem reor, antepoſito forſitan alio in diſcrimen ultimum trudam. Ut alumnus autem Reip. frugi, opto bonum poſt me reperiri rectorem.* Poſt hæc placidè dicta, familiares opes junctioribus velut ſupremo diſtribuens [2] ſtilo, Anatolium quæſivit officiorum Magiſtrum: [k] quem cùm beatum fuiſſe Salluſtius reſpondiſſet Præfectus, intellexit occiſum: acritérque amici caſum ingemuit, qui [3] elatè antè contempſerat ſuum. Et flentes inter hæc omnes qui [l] aderant, [m] auctoritate integra etiamtum increpabat: humile eſſe, cœlo ſideribúſque conciliatum lugeri Principem dicens. Quibus deo jam ſilentibus, ipſe [n] cum Maximo & Priſco Philoſophis ſuper animorum ſublimitate perplexiùs diſputans, hiante latiùs ſuffoſſi lateris vulnere, & ſpiritum tumore cohibente venarum, epotâ gelidâ aquâ quam petiit, medio noctis horrore vitâ faciliùs eſt abſolutus, [o] anno ætatis altero & [4] triceſimo: natus apud Conſtantinopolim: à pueritia uſque parentis obitu deſtitutus Conſtantii, quem poſt fratris Conſtantini exceſſum inter complures alios turba con-

1 Mſ. *imprudentiam.* idque rectius puto. 2 *Al.* ſtudio. 3 *Mſ.* eletantem. 4 *Mſ.* tricenſimo.

ſe de Imperio nihil mandare, ne, uti ſolet, in multitudine diſcrepantibus ſtudiis amicorum, ex invidia Reip. DISCORDIA EXERCITUS *periculum faceret.* Lindenbr.

i *Ne per impudentiam dignum prætercam*] Melius in Mſ. *per imprudentiam.* Idem.

k *Quem cùm beatum fuiſſe Salluſtius reſpondiſſet*] Beati felices mortui dicuntur, ἐπ' εὐφημισμοῦ, ut Græcè μακαρῖται. Heſych. Μακαρίτης, ὁ τεθνεώς, ὁ μακάριος, ὁ νεκρός. Suidas in Μακαρίτας. Plutarchus in Παραμυθητικῷ. Julianus in Epiſtola ad Hermog. Ἐκεῖνο μὲν δή, ἐπειδὰν μακαρίτης ἐγένηται, εὐφημία, καθάπερ λόγος. Idem.

l *Cum beatum fuiſſe*] Th. Marcilius dubitat an non melior lectio ſit *beatum & fuiſſe*, quod ſane nimis captatum, nec ad genium Ammiani. *Gron.*

m *Auctoritate etiamtum integra increpabat.*] Neque id omiſit Libanius, cujus hæc ſunt verba: ἁπάντων γὰρ τῶν παρεστηκότων εἰς θρῆνον πεπτωκότων καὶ οὐδὲ τῶν φιλοσοφούντων δυναμένων καρτερεῖν, ἐπετίμα τοῖς τε ἄλλοις καὶ οὐχ ἥκιστα δὲ τούτοις, &c. *Et cùm circumſtantes in fletum univerſi effunderentur, neque ipſi Philoſophi à gemitu poſſent temperare; cunctos increpabat, ſed hos maximè: quòd cùm rebus à ſe in omni vita geſtis aditum ſibi ad Deorum ſedes aperuiſſet, ipſi haud ſecus ac tartaro dignum lugerent.* Deinde tabernaculum illud Juliani carceri comparat. quo moriturum Socratem amici convenerant. *Valeſ.*

n *Cum Maximo & Priſco Philoſophis ſuper animorum ſublimitate perplexiùs diſputans*] Magnorum virorum exemplo. Sic Thraſea, cùm jam Neronis ſcelere juſſa morte ſibi obeundum intellexiſſet, maximè intentus Demetrio Cynicæ inſtitutionis doctori, *de natura animæ & diſſociatione ſpiritus corporiſque inquirebat.* Tacitus Annal. Sic Socrates: * *Cùm potionem publicè mixtam ebiberet, de morte diſputavit uſque ad ipſam.* Seneca cap. 3. * Diogenes Laert. in ejus Vita: Καὶ δεθεὶς μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ἔπιε τὸ κώνειον, πολλὰ καλὰ κἀγαθὰ διαλεχθείς, ἃ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνί φησι. Ceterùm de Maximo & Priſco plura Eunapius in Vitis Philoſophor. *Lindenbr.*

o *Anno ætatis altero & triceſimo.*] Id eſt, ſecundo ac triceſimo. Sic enim ferè loquuntur Latini, ut Quintilianus in Dialogo de cauſis corruptæ eloquentiæ. *Uno & viceſimo Cæſar Dolabellam, altero & xx. Aſinius Pollio C. Catonem inſecuti ſunt.* Neque aliter Eutropius in lib. 9. de Maximiani Galerii pugna, & alii paſſim. Obſervavi tamen interdum eam vocem pro uno ſumi, ut apud Velleium alicubi legere memini. Sed hoc in loco à Marcellino pro ſecundo accipitur, ut dixi. Cui enim potiùs de Juliani ætate quàm Juliano ipſi credamus: At is in Epiſt. 51. ad Alexandrinos, 32. annos natum ſe eſſe dicit, tum cùm eam Epiſtolam ſcriberet. Idem in Miſopogone ſignificat his verbis: ἐτῶν δὲ τριάκοντα μελέτην ἀφιέναι παγχάλεπον ἐμοί δὲ καὶ πλείω τούτων ἐστίν. At Socrates in lib. 3. Julianum anno ætatis 1. & xxx. interiiſſe ſcribit: quod ex ipſomet Socrate refellere facillimum fuerit. Scribit enim in lib. 3. cap. 1. poſt obitum Conſtantini Magni cùm Dalmatius Cæſar eſſet occiſus, Gallum & Julianum in diſcrimen vitæ pariter adductos eſſe. Sed Gallum quidem morbo, quo tunc graviſſimo laborabat, inſtanti exitio ereptum: Julianum vero ob teneram adhuc ætatem ſervatum fuiſſe, quippe qui vix tum eſſet octennis. Idem etiam ſcribit Sozomenus in lib v. Igitur ſi id diſcrimen Juliano contigiſſe ponamus anno 337. quo Conſtantinus eſt mortuus; efficietur profectò Julianum 4. & 30. annis vixiſſe. Mortuus eſt enim anno Domini 363. Sed ſi Cedrenum ſequimur, qui cædem Dalmatii, & diſcrimen illud Juliani refert in annum 2. ab obitu Conſtantini M. tum id efficietur quod nos poſuimus, 32. annos vixiſſe Julianum. Caſſiodorus anno ætatis 32. Julianum obiſſe dicit. *Valeſ.*

ſumpſit Imperii ſucceſſorum, [p] & Baſilina matre, jam inde à majoribus nobili.

CAP. IV. [q] Vir profectò heroïcis connumerandus ingeniis, claritudine rerum & coalita majeſtate conſpicuus. Cùm enim ſint, ut ſapientes definiunt, [r] virtutes quatuor præcipuæ, Temperantia, Prudentia, Juſtitia, Fortitudo, eíſque accidentes extrinſecùs aliæ, ſcientia rei militaris, auctoritas, felicitas atque liberalitas: [ſ] intento ſtudio coluit omnes ut ſingulas. Et primùm ita inviolata caſtitate enituit, ut poſt amiſſam conjugem nihil umquam venerium [5] agitaret. illud advertens quod [t] apud Platonem legitur, Sophoclem tragœdiarum ſcriptorem ætate grandævum interrogatum, ecquid adhuc feminis miſceretur, negantem id adjeciſſe, quòd gauderet harum rerum amorem ut rabioſum quemdam effugiſſe dominum & crudelem. Item ut hoc propoſitum validiùs confirmaret, recolebat ſæpe dictum lyrici Bacchylidis, quem legebat jucundè, id aſſerentem, quòd ut egregius pictor vultum ſpecioſum effingit, ita pudicitia celſiùs conſurgentem vitam exornat. Quam labem in adulto robore juventutis ita cautè vitavit, ut ne ſuſpicione quidem tenus libidinis ullius vel [6] citerioris vitæ miniſtris incuſaretur, ut ſæpe contingit. Hoc autem temperantiæ [7] genus creſcebat in majus, juvante parcimonia ciborum & ſomni

5 *Mſ.* augis latens. 6 *Al.* ſecretioris. 7 *Al.* genus immanis juvit parſimonia.

p *Et Baſilina matre.*] Supple ἀπὸ κοινοῦ *deſtitutus.* Nam Baſilina cùm Julianum primum, atque adeo unicum, peperiſſet, paucis pòſt menſibus deceſſit, ut teſtatur Julianus ipſe in Miſopogone. Hæc Baſilina erat Juliani filia Præfecti Prætorio, quemadmodum ſcribit Libanius in Orat. funebri pag. 260. Ejuſdem meminit Athanaſius in Epiſt. ad Solitarios, ubi de Eutropio Hadrianop. Epiſcopo ſcribit, qui in exſilium miſſus eſt ſtudio & inſtinctu Baſilinæ. Βασιλῖνα γὰρ ἦν ἡ πάνυ κατ' αὐτοῦ σπουδάζουσα. *Baſilina enim magnopere eum inſectabatur.* Ideo fortaſſe quòd Eutropius Euſebium Nicomed. Epiſcopum (affinem Baſilinæ, ut ſuprà notavi) acriter reprehendebat. Meminit & Georgius Alex. in Vita Chryſoſtomi, ubi ait objectum fuiſſe Chryſoſtomo, quòd prædium à Baſilina Eccleſiæ Conſtantinop. legatum, vendiderat, & pretium in ſuos uſus verterat: ὅτι διαφέρον τῇ ἐκκλησίᾳ ἴδιον ὅπερ Βασιλῖνα ἡ τοῦ Ἰουλιανοῦ μήτηρ κατέλιπε, πωλήσας ἐσφετερίσατο. Baſilinæ frater erat Julianus Comes Orientis, avunculus Juliani A. Malè Chryſoſtomus in Orat. contra Gentiles θεῶν περιττὸς vocat. *Vales.*

q *Vir profectò Heroïcis conn. ingeniis.*] Nihil mirum, ſi vir Græcanicæ ſuperſtitioni deditus, in Juliani ſui laudes effunditur. Sed & Chriſtiani quotquot abſque affectu animi ſincerè locuti ſunt, Juliano teſtimonium egregiæ indolis perhibuerunt. Audi Auguſtinum in lib. 5. de Civitate Dei cap. 21. *Ipſe apoſtatæ Juliano, cujus egregiam indolem decepit amore dominandi ſacrilega & deteſtanda curioſitas, &c.* Sed & Prudentius idem ingenuè confitetur in Apotheoſi his verſibus:

Principibus tamen e cunctis non defuit unus
Me puero, ut memini, ductor fortiſſimus armis,
Conditor & legum celeberrimus, ore manuque
Conſultor patriæ, ſed non conſultor habendæ
Religionis: amans tercentum millia Divûm
Perfidus ille Deo, quamvis non perfidus orbi.

[*Orbi*, id eſt orbi Romano, Imperio Romano. Sic enim malo, quàm quod in vulgaris Editionibus legitur, *Urbi* hoc eſt, urbi Romæ. Vult igitur dicere Prudentius, Julianum quamvis à Chriſto deſciverit, bonum tamen utilem Imperio Rom. Principem fuiſſe.] *Idem.*

r *Virtutes quatuor præcipuæ*] Vid. Cicer. de Offic. lib. 1. * B. Ambroſius de Offic. lib. 1. cap. 24. Marius Victorinus in Cicer. Rhetor. 1. pag. 80. * Porphyr. apud Stobæum Serm. 1. pag. 23. *Lindenbr.*

ſ *Intento ſtudio coluit omnes, ut ſingulas*] Egregia hæc ſanè laus eſt, & cui adſimilis illa, qua Stiliconem extollit Cl. Claudianus lib. 11.

Omnes præterea, puro quæ crimina pellunt
Ore Deæ, junxere choros, unoque receptæ
Pectore diverſos tecum cinguntur in uſus.
Juſtitia utilibus rectum præponere ſuadet,
Communeſque ſequi leges, injuſtaque nunquam
Largiri ſociis. Durum patientia corpus
Inſtruit, ut nulli cupiat ceciſſe labori.
Temperies, ut caſta petas. Prudentia, ne quid
Inconſultus agas. Conſtantia, futile ne quid
Infirmumque geras, &c. Idem.

t *Apud Platonem legitur, Sophoclem*] Plato de Rep. lib. 1. Cicero de Senectute, Stobæus cap. 6. *Idem.*

quibus domi foríſque tenaciùs utebatur. Namque [8] in pace victus ejus menſura atque tenuitas erat rectè noſcentibus admiranda, [v] velut ad pallium mox reverſuri: per varios autem procinctus, [x] ſtans interdum more militiæ [y] cibum brevem vilémque ſumere viſebatur. Ubi verò exigua dormiendi quiete recreaſſet corpus laboribus induratum, expergefactus explorabat per ſemetipſum vigiliarum vices & ſtationum, poſt hæc [9] ſerias ad artes confugiens doctrinarum. Et ſi nocturna lumina inter quæ lucubrabat, potuiſſent [1] voces ullæ teſtari, profectò oſtenderant, inter hunc & quoſdam Principes multum intereſſe, [2] quem norant voluptatibus ne ad neceſſitatem quidem indulſiſſe naturæ. Dein prudentiæ ejus indicia fuere vel plurima, è quibus explicari ſufficiet pauca. Armatæ rei ſcientiſſimus, & [3] togatæ: civilitati admodum ſtudens, tantum ſibi arrogans, quantum à contemptu & inſolentia diſtare exiſtimabat: virtute ſenior quàm ætate: [z] ſtudioſus cognitionum omnium, & indeclinabilis aliquoties judex: [4] [a] cenſor moribus regendis acerrimus, placidus, opum contemptor, mortalia cuncta deſpiciens: poſtremò id prædicabat, *turpe eſſe ſapienti,*

8 *Al.* in pace ejus menſarum tenuitas. 9 *Mſ.* ſerias. 1 *Mſ.* voces ullæ 2. *Mſ.* quemquem. 3 *Deeſt Steph.* 4 *Mſ.* cenſoriis.

v *Velut ad pallium mox reverſuri*] Etiam minabatur interdum ad vitam ſe diſceſſurum privatam, inf. hoc lib. *Ad pallium* autem, id eſt, ad vitam philoſophicam: talis namque Philoſophorum amictus. Apuleius Flor. 1. *Totam parari & voto & funeri, item pallio cadavera operiri, & Philoſophos amiciri.* Herodes Atticus apud Gell. ix. cap. 2. *Video barbam & pallium, Philoſophum non video.* * Lactant. Firmian. de quodam ſui temporis Philoſopho, de Juſtitia lib. 5. pag. 262. *Vitia ſua capillis & pallio prætegebat.* Tatianus contra Græcos pag. 208. * Lindenbr.

x *Stans interdum more militiæ.*] Idem teſtatur Mamertinus in Gratiarum actione: *Neque turbæ inſtitutorum ad delicias miniſtrorum, cui tam pauca ſint miniſtranda: neque tempus epularum ei, qui ſæpiùs ſtatarium prandium ad neceſſitatem humani corporis capiat, gaudens caſtrenſi cibo, miniſtro obvio, poculo fortuito.* Hic porrò mos erat militum Rom. ut in caſtris ſtantes cibum ſumerent. Unde Quintilianus in Milite Mariano ſic dicit: *Cùm alii excubent armati, alii clauſtra portarum tueantur, alii vallum foſſaſque ſcutis innixi cingant, cibum ſum ſtantes capiant: Tribunus inter ſcorta volutabitur.* Plutarchus etiam in Apophth. & ex eo Polyænus narrant, Scipionem cùm ad Numantiam veniſſet, juſſiſſe ut milites ſtantes quidem prandium ſumerent, cenarent autem ſedentes: tricliniares enim, & cubiculares lectos ex caſtris ſuſtulit, primus ipſe in vili ſtramento decumbens, teſte Appiano in Hiſpanienſi. Quam diſciplinam poſtea Rom. Duces ſervarunt. Tiberius enim majore parte æſtivarum expeditionum cenavit ſedens, ut ait Velleius lib. 2. Olim tamen in Rep. Rom. hunc morem non fuiſſe, ut ſtantes cibum ſumerent, docet Livius in lib. 34. ubi de Graccho, qui id multæ ac pœnæ militaris loco militibus iis indixit, qui ſegniùs ſe in pugna geſſerant. *Citatóſque ſingulos jurejurando adigam, niſi quibus morbus cauſa erit, non aliter quàm ſtantes quoad ſtipendia fecerint, cibum potúmque capturos eſſe.* Valeſ.

y *Cibum brevem vilemque.*] Libanius in Monodia de obitu Juliani: ὦ λόχοι ϛρατιωτῶν εἷς ἀπόλωλε βασιλεὺς, ταυτὰ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ ϛρατιᾶς σιτέμενος. Idem in Orat. Conſulari ad Julianum, ejus tenuitatem victûs magnopere prædicat: quam profectò admirabilem fuiſſe Marcellino facilè credo. Nam & Zonaras ejuſmodi illam fuiſſe affirmat, ut ab omni ructu & ſputatione liber eſſet. Et ſæpenumero dicebat, Philoſophum ne reſpirantem quidem exaudiri oportere. Itaque eleganter Libanius τεττίγων τροφὴν ei tribuit pag. 249. id eſt cibum cicadarum, quas aiunt ſolo aëre vivere, ut ait Philo in libro, Quod omnis probus liber eſt. Unde nata eſt hæc proverbialis locutio: μὴ πλεῖον τῶν τεττίγων ἐσθίειν, qua utitur idem Libanius in tomo 1. Declamat. 37. *Idem.*

z * *Studioſus cognitionum omnium, & indeclinabilis aliquoties judex.*] Sic initio libri 21. Ammianus Julianum appellat *eruditum, & ſtudioſum cognitionum omnium Principem*: & in libro 18. fuiſſe eum ait *indeclinabilem juſtorum injuſtorúmque diſtinctorem.* Auguſtinus in Epiſtola 48. ad Vincentium de Donatiſtis loquens ſic ait: *Quando Juliano Imperatori in ſua petitione dixerunt, quòd apud eum ſola juſtitia locum haberet.* * Idem.

a *Cenſor moribus regendis acerrimus.*] Nollem Sig. Gelenium hujus loci depravandi primum auctorem fuiſſe. Quid enim elegantius & planius hac Editionis Rom. ſcripturâ? *Cenſoriis moribus: regendis acerrimis placidus.* Sanè in Mſ. Regio, * Toloſ. * & Flor. legitur *Cenſoriis moribus*: in Valentino autem *Cenſorius*, teſte Antonio Loiſello, [ut & in Colb.] *Idem.*

cùm habeat animum, captare laudes ex corpore. Quibus autem juſtitiæ inclaruit bonis, multa ſignificant: primò, quod erat pro rerum & hominum diſtinctione ſine crudelitate terribilis: deinde, quòd paucorum diſcrimine vitia cohibebat: tum autem, quòd minabatur ferro potiùs quàm utebatur. Poſtremò, ut multa prætercam, conſtat eum in apertos aliquos inimicos inſidiatores ſuos ita conſurrexiſſe mitiſſimè, ut pœnarum aſperitatem [b] genuina lenitudine [5] caſtigaret. Fortitudinem certaminum crebritas, uſuſque bellorum oſtendit, & patientia frigorum immanium, & fervoris quoque. [c] Corporis munus à milite, ab Imperatore verò animi poſcitur. Ipſe trucem hoſtem ictu confecit audacter congreſſus, ac noſtros cedentes objecto pectore ſuo aliquoties cohibuit ſolus: regnáque furentium Germanorum excidens, & in pulvere vaporato Perſidis, augebat fiduciam militis dimicans inter primos. Caſtrenſium negotiorum ſcientiam plura declarant & nota: civitatum oppugnationes & caſtellorum inter ipſos diſcriminum vertices, acies figurâ multiformi compoſitæ, ſalubriter & cautè caſtra metata, prætenturæ ſtationéſque agrariæ [d] tutis rationibus ordinatæ. Auctoritas adeo valuit, ut dilectus artiſſimè dum timetur, ac ſi periculorum ſocius & laborum, & inter concertationes acerrimas animadverti juberet in deſides; & Cæſar adhuc, ſine ſtipendio regeret militem feris appoſitum gentibus. ut dudum eſt dictum; allocutúſque tumentes armatos, diſceſſurum ad vitam minaretur privatam, ni tumultuari deſiſterent. Denique id pro multis noſſe ſufficiet: [e] exhortatum eum ſimplici concione militem Gallicanum, pruinis adſuetum & Rheno, peragratis ſpatiis regionum extentis, per tepentem Aſſyriam aduſque confinia traxiſſe Medorum. Felicitas ita eminuit, ut ipſis quodammodo cervicibus [f] Fortunæ aliquamdiu bonæ gubernatricis evectus, victorioſis curſibus [g] difficultates ſuperſtaret immenſas. Et poſtquam ex occidua plaga digreſſus eſt: quoad fuit in terris, quievere [6] nationes omnes immobiles acſi quodam [h] caduceo leniente mundana. Liberalitatis ejus teſtimonia plu

5 *Al.* veſtigaret. 6 τὸ omnes *Steph. deeſt.*

b *Genuina lenitudine caſtigaret*] Vulg. *lenitudine veſtigaret*, corruptè: & animadverterat vitium vir Ampliſſ. Petrus Faber: itaque *mitigaret*, vel, ut nos nunc ex Mſ. edidimus, *caſtigaret*, legendum cenſebat, Semeſtr. lib. III. cap. 18. *Lindenbr.*

c *Corporis munus à milite, ab Imp. verò animi poſcitur*] Pauli Coſ. dictum eſt, apud Livium lib XL. *Militem hæc tria curare d cet, corpus ut quàm validiſſimum & perniciſſimum habeat, arma apta, animum paratum ad ſubita imperia: cetera Imperatori curæ eſſe debere.* Idem

d *Totis rationib. ordinatæ.*] Emendatum eſt ex conjectura noſtra *tutis rationibus*. Quam emendationem confirmat alter Marcellini locus in lib. XVI. cap. 12. *Hoſtes miſcuere diſcurſatores & leves, profectò ratione tuta poſcente.* Valeſ.

e *Exhortatum eum ſupplici concione.*] Apparet ſcribendum hîc eſſe *ſimplici concione.* Idem.

f *Fortunæ aliquand. bonæ Gubernatricis.*] Ex Terent: in Eunucho actu V. Scena 9. ubi Chærea:

Quid commemorem primùm aut laudem maximè,
Illum qui mihi dedit conſilium, ut facerem? an me
qui auſus ſiem
Incipere? an Fortunam collaudem, quæ gubernatrix
fuit? Idem

g *Difficult. ſuperaret immenſas.*] Neſcio quid cauſæ fuerit Caſtello, cur ſcripturam Editionis Rom. reſpuerct, *ſuperſtaret imm* quæ & elegans eſt, & metaphoræ illi quâ utitur Marcellinus, meliùs convenit. Sanè Mſ. Regio *ſupereſtaret* ſcriptum reperi. Sed media illa littera ibidem expuncta eſt. [in Colbert. legitur *ſupeſtaret* Idem.

h *Caduceo leniente mundane.*] Hæc loquendi for

rima ſunt & veriſſima: inter quæ, [i][k] indicta ſunt tributorum admodum levia, [l] [m] coronarium indultum, [n] remiſſa debita multâ diuturnitate cong:ſta, [o] æquata fiſci jurgia cum privatis, [p] vectigalia civitatibus reſtituta [q] cum fundis,

videtur poſſe confirmari altero loco lib. 22. qui ſic habet: *Ei orbem Rom placidè jam r genti, velut mundanam cornucopiam Fortuna geſtans propitia, cuncta glorioſa deferebat & proſpera.* Sed tamen magis nobis arridet conjectura noſtra, *ac ſi q. caduceo leniente mundana.* Valeſ.

i *Indicta ſunt tributorum admodum levia*] Eutropius lib. x *In provinciales juſtiſſimus, & tributorum, quatenus ferri poſſ t, oppreſſor; civilis in cunctos, mediocrem habens ærarii curam.* Hanc tributorum relaxationem tangit etiam Gregor. Nazianz. ita tamen ut reprehendat magis, quàm laudem mereri putet, Orat. 1. in Julian. *Lindenbr.*

k *Indicta ſunt tributorum adm. levia.*] Hanc Juliani laudem celebriorem reddidêre tributorum augmenta, à ſecutis Principibus excogitata: de qua illuſtris eſt locus S. Ambroſii in Orat. de obitu Valentiniani junioris: *Provincialibus nihil umquam indici paſſus eſt. Præterita, inquit, non queunt ſolvere: nova poterunt ſuſtinere? Hoc laudant provinciæ Julianum: & ille quidem in robuſta ætate; iſte in proceſſu adoleſcentiæ: ille plurima reperit, & exhauſit omnia, iſte nihil invenit, & omnibus abundavit.* Julianus ipſe de ſe in Miſopogone: οὐδ᾽ ἐπεγράψαμεν τὸ χρυσίον, οὐδ᾽ ᾐτήσαμεν ἀργύριον. *Neque aurum indiximus, neque argentum exegimus.* Eratque ei id in votis, ut bellum ita ſibi conficere à Diis concederetur, ut ad antiquam formam tributa reducere liceret, teſte Libanio in Orat. funebri, p. 326. *Valeſ.*

l *Coronarium indultum*] Aurum coronarium eſt, quod à victis gentibus datur propter conceſſam vitam; vel quod indulgentiarum lætitiâ, vel rebus proſperè geſtis admonitæ, in coronis aureis ſigniſque diverſis civitates Imperio Rom parentes obſerunt. L. 4. C. Theod. de aur. coron. Cicero in Orat. in Piſon. Servius Æneid. lib. 8. Ipſaque Conſtitutio, qua auri hujus præſtatio remittitur, etiamnunc in Cod. Theodoſ. exſtat lib. XII. tit. XIII. quam totam hîc adſcribere lubet: IMP. JULIANUS A. ad Salluſtium P. P. *Aurum coronarium munus eſt voluntatis, quod non ſolùm Senatoribus, ſed ne aliis quidem debet indici, licet quædam indictionum neceſſitas poſtulaverit, ſed noſtro arbitrio reſervari oportebit.* Lindenbr.

m *Coronarium indultum.*] Aurum coronarium illud eſt, quod coronarum nomine provinciæ, ac civitates miſſis legationibus Principi offerebant, ut docet Dio in fragmento illo luculentiſſimo lib. 77. quod abhinc bienno publicavi: ídque vel ob Imperii primitias, ut infrà in hoc libro, cap. IX. & in lib. 28. cap. VI. vel ob victoriam de barbaris, vel ob vota quinquennalia ac decennalia: ut in lege 4. de auro coronario Cod. Th. De bis loquitur Themiſtius in Orat. 13. οὐ χρυσοῦν δή τινα στέφανον χρυσοῦ ἀπίεθειν πολλῶν ταλάντων, οἵους πολλοὶ αὐτοῦ ἀφικνοῦνται καὶ πολλαχόθεν, τίμημα ὑμῶν ψηφισαμένων, &c. In his autem mittendis coronis inter ſe certabant civitates, ut pretio ac pondere ſeſe mutuò ſuperarent. Itaque hæ quidem mille ſolos, hæ bis mille, aliæ aliquanto plus pendebant. Quare cùm Julianus has non ſine incommodo exigi ſciret, legem tulit, ne pluſquam 70. ſolidorum pondo coronæ aureæ deinceps mitterentur, ut ſcribit Libanius in Orat. funebri pag. 305. eundem enim honorem eſſe in minori, quem in graviori pondere aiebat. Ceterùm avaritiæ extremæ eſſe, lucrum honoris ſpecie quærere. Quin etiam aurum coronarium arbitrio decurionum reliquit, ut videre eſt in lege 1. Cod. Th. de auro coronario: quò fortaſſe hæc illius verba referenda ſunt in Miſopogone, οὐδ᾽ ἐπεγράψαμεν τὸ χρυσίον. Ante Julianum autem Impp. Romani aurum coronarium remiſerant: primus Auguſtus, ut eſt in lapide Ancyrano, & apud Dionem in lib. 51. in V. Conſulatu Auguſti περὶ τῶν πόλεων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τὸ χρυσίον τὸ τοῖς στεφάνοις προσῆκον οὐκ ἐδέξατο: deinde Hadrianus: tum Antoninus Pius, ut Spartianus ſcribit: & Alexander Severus, teſte Lampridio. Ab hoc auro coronario diſtinguendæ ſunt coronæ aureæ, quæ olim liberâ Rep. Prætoribus aut Conſulibus dabantur à Regibus ac provinciis & civitatibus liberis ad ornamentum triumphi, quod aurum poſtea in ærarium referebatur. Sed cùm Imperatorum avaritia & cupiditas civitatibus damno maximo eſſet, Piſo legem tulit, ne aurum coronarium niſi decreto triumpho decerni à civitatibus, & ab Imperatoribus accipi liceret, ut ait Cicero in Piſonem. *Valeſ.*

n *Remiſſa debita multa diut. congeſta.*] Idem prædicat de ſe Julianus in Miſopogone: ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἐλλείμμασιν ἀνεῖται πᾶσι τῶν εἰθισμένων εἰσφορῶν τὸ πέμπτον. *Sed præter indulgentiam reliquorum, etiam quinta pars ſollemnium tributorum omnibus remiſſa eſt.* Exſtat etiam Epiſtola Juliani 47. ad Thracenſes, quâ eis tributorum reliqua uſque ad Indictionem tertiam remittit. Quæ cùm ita ſint, quo modo conciliari poſſint cum iis, quæ in lib. XVI. dicta ſunt, equidem non video: ſic enim de Juliano ibi loquitur Marcellinus: *Id eum aduſque imperii finem ſcimus utiliter obſervaſſe, ne per indulgentias, quas appellant, rei tributariæ concederet reliqua.* An dicemus hic loqui Marcellinum de reliquis non tributorum, ſed aliarum præſtationum, puta chryſargyri: quod confirmat lex 50. Cod. Th. de Decurion. *Idem.*

o *AEquata fiſci jurgia cum privatis.*] Ut ſcilicet quoties inter fiſcum & privatum lis eſſet, æquo jure uterque ageret, nec fiſci cauſa potior haberetur. Fecerat id Trajanus, de quo Plinius in Grat. actione ſic dicit: *Dicitur actori atque etiam procuratori tuo, In jus veni.* Et mox: *Sors & urna fiſco judicem aſſignat: licet rejicere, &c. Eodem foro utuntur principatus & libertas. Quæ præcipua tua gloria eſt ſæpius vincitur fiſcus, cujus mala cauſa numquam eſt niſi ſub bono Principe.* Idem.

p *Vectigalia civitatibus reſtituta cum fundis.*] Vectigalia ſunt portoria & hujuſcemodi redit*s*, qui conceſſione Principum civitatibus relicti ſunt ad reſtaurationem operum publicorum, & ad alias neceſſitates. Sic Alexander Severus, teſte Lampridio, vectigalia civitatibus ad proprias fabricas deputavit. Itaque & legata quæ civita-

abſque his, [r] quos velut jure venderere præteritæ poteſtates: quódque [ſ] numquam augendæ pecuniæ cupidus fuit, [t] quam cautiùs apud dominos ſervar exiſtimabat, id aliquoties prædicans, [v] *Alexandrum Magnum, ubi haberet theſauros interrogatum, apud amicos benivolè reſpondiſſe.* Digeſtis bonis qua ſcire potuimus, nunc ad explicanda ejus vitia veniamus, licèt dicta ſint carptim.[7] [x] Levioris ingenii: verùm hoc inſtituto rectiſſimo temperabat, emendari ſe, cùm deviaret à fruge bona, permittens. Linguæ fuſioris & admodum raro ſilentis: præſagiorum ſciſcitationi nimiæ deditus, ut [y] æquiperare videretu in hac parte Principem Hadrianum: ſuperſtitioſus magis quàm ſacrorum legitimus obſervator, [z] innumeras ſine parcimonia pecudes mactans: ut æſtimaretur, ſi revertiſſet de Parthis, boves jam defuturos: Marci illius ſimilis Cæſaris in quem id accepimus dictum: [a] [b] *οἱ λευκοὶ βόες Μάρκῳ τῷ Καίσαρι.* Αν σὺ νικήσῃς, ἡ

7 *Al.* Lentioris ing.

---

tibus relicta erant, eo nomine continebantur. Capitolinus in Gordiano, de Timeſicleo Præf. Præt. *Morbo*, inquit, *exſtinctus eſt, herede Rom. Rep. ut quidquid ejus fuerat, vectigalibus Urbis accederet.* Valeſ.

q *Cum fundis.*] Exſtat ipſa Juliani lex in Cod. Theod. de locatione fundorum juris emphyt. ad Secundum: *Poſſeſſiones publicas civitatibus jubemus reſtitui, ita ut juſtis æſtimationibus locentur, quò cunctarum poſſit civitatum reparatio procurari. PP. Id. Mart. Conſtantinop. Mamertino & Nevitta Coſſ.* Hujus legis pars eſſe videtur lex 1. Cod. Iuſt. de diverſis prædiis templorum & civitatum. Eamdem Iuliani conſtitutionem memorat etiam Libanius in προσφωνητικῷ ſub finem. ἧς δεῖ μὲν καὶ τὸ ταῖς πόλεσιν ἐπανορθῶσαι τὴν πενίαν ἐξεληλαμέναις ἀρχαίων τε καὶ δικαίων κτημάτων· ὃ τοὺς μὲν ἰδίους οἴκους μεγάλους ἐποίησε, τοῖς δὲ κοινοῖς περιῆχεν ἀμορφίαν. *Cujus & hoc eximium eſt, quòd civitatum egeſtatem ſublevaſti, quæ antiquis & legitimis poſſeſſionibus ſpoliatæ fuerant: unde privatis quidem ædibus magnitudo & opes acceſſerant, publicæ verò deformatæ & neglectæ jacebant.* Eodem pertinent lex 8. 9. & 10. ejuſdem Juliani in Cod. Th. de operibus pub. Porrò hæc prædia & agri civitatum dicebantur prædia vectigalia & agri vectigales, quoties in perpetuum locabantur, ut eſt in lege 1. D. ſi ager vectigalis, &c. Dicebantur etiam prædia Juris civilis, ut in Novella 30. Theodoſii Junioris, & in Novella 3. Marciani. Ceterùm eos civitatum agros Decuriones inter ſe dividere ſolebant, teſte Libanio in Orat. pro Rhetoribus in fine. *Idem.*

r *Quos velut jure vendidere pr. poteſtates.*] Puta Præfecti Prætorio, Comites Largitionum, & Rationales. Hi enim agros publicos civitatum occupare & vendere ſolebant ad juvandas neceſſitates ærarii, ut patet ex Novella 30. Theodoſii, & Novella 3. Marciani jam citatis. Maximè autem loca & prædia quæ ad jus templorum pertinebant, à Divis Conſtantino & Conſtantio vendita vel donata fuerant, ut ſupra adnotavi: quæ Julianus templis reſtitui præcepit. Sed poſtea Valentinianus eadem templis ablata, in fiſcum ſuum redigi juſſit, ut videre eſt in lege 7. Cod. Theod. de jure fiſci. *Univerſa*, inquit, *loca vel prædia quæ nunc in jure templorum ſunt quæque à diverſis Principibus vendita vel donata ſunt &c.* Idem. Quum anteced. ipſe vir doctiſſimus, per poteſtates Jac. Gothofredus ne magis judices intelligit, quam ipſos Principes, ad lege: VIII Cod. Theod. de operibus publicis. *Gron.*

ſ *Numquam augendæ pecuniæ cupidus fuit, quam cautiùs apud dominos ſervari exiſt.*] Similis in hoc Conſtant Aug. de quo Eutropius lib. x. *Fiſci commoda non admodum affectans, dicenſque meliùs publicas opes à priva. haberi, quàm intra unum clauſtrum reſervari.* Lindenbr.

[t *Quam cautius apud dominos ſervari exiſtimabat* Sic Conſtantius Chlorus Aug. avus paternus Juliani dicebat, aurum & argentum apud dominos tamquam apud fidos depoſitarum opum cuſtodes ſibi ſervari: tradit Euſebius in libri 1 de vita Conſtantini capite XI Unde & Pauper cognominatus eſt, quòd parvam in ærario pecuniam, nil ferè in domeſticis theſauris reconditum haberet.] *Valeſ.*

v *Alexandrum Mag. ubi haberet theſauros interrogatum*] Theon Sophiſta Chria 1. pag. 112 * Liban. Sophiſt. in Exemplis progymn. Chria 1. pag. 4. & Diſſert pag. 343. Plaut. in Trucul. Act. 4. pag. 722. *Verum eſt verbum quod memoratur; ubi amici, ibidem ſunt opes.* Micipſa apud Salluſtium Bell. Jugurth. *Non exercitus, neque theſauri præſidia regni ſunt, verum amici: quos neque armis cogere neque auro parare queas. Officio & fide parantur.* [* Ἀλέξανδρος ἐρωτηθεὶς παρά τινος, &c. ποῦ ἂν ἔχοι τοὺς θησαυρούς, τοὺς φίλους ὑπέδειξεν.] Stobæus Serm. 214. *Lindenbr.*

x *Levioris ingenii*] Lib. XXII. de hoc ipſo Juliano: *Levitatem agnoſcens commotioris ingenii ſui.* Itaque quod vulgatis libb. *lentioris ing*: habetur, corruptum eſt. *Idem.*

y *AEquiperare videretur in hac parte Principem Hadrianum*] Tangit eamdem hanc præſagiorum ſciſcitationem nimiam in Hadriano Tertullianus, cùm *curioſitatum omnium exploratorem* eum vocat, * in Apolog. cap. 5. * Idem.

* z *Innumeras ſine parcimonia pecudes mactans.*] Idem de Juliano Aug. affirmat Chryſoſtomus in Oratione 2. de S. Babyla Martyre, contra Gentiles, pag. 7[illegible] & 773. * *Valeſ.*

a * ΟΙ ΛΕΥΚΟΙ ΒΟΕΣ, *&c.*]

Οἱ βόες οἱ λευκοὶ Μάρκῳ τῷ Καίσαρι χαίρειν.

Ἂν δὲ σὺ νικήσῃς, ἄμμες ἀπωλόμεθα. * Lindenbr.

μεῖς ἀπωλόμεθα. Vulgi plauſibus lætus, laudum etiam ex minimis rebus intemperans [8] appetitor, popularitatis cupiditate cum indignis loqui ſæpe adfectans. Verumtamen cùm hæc eſſent, æſtimari poterat, ut ipſe aiebat, vetus illa Juſtitia, quam offenſam vitiis hominum Aratus extollit in cœlum, eo imperante rediiſſe rurſus ad terras, ni quædam ad arbitrium agens, interdum oſtenderet ſe diſſimilem ſui. Namque & jura condidit non moleſta, abſolutè quædam jubentia fieri vel arcentia, præter pauca. Inter quæ erat [9] illud inclemens, quòd docere vetuit Magiſtros Rhetoricos & Grammaticos Chriſtianos, [c] ni tranſiſſent ad numinum cultum. Illud quoque itidem parum ferendum, quòd [d] municipalium ordinum cœtibus patiebatur injuſtè quoſdam adnecti, vel peregrinos, vel ab iis conſortiis [e] privilegiis aut origine longè diſcretos. [f] Figura talis utique membrorum. Mediocris erat ſtaturæ, capillis tamquam pexiſſet mollibus,

8 *Mſ.* & potiore. 9 τὸ illud *deeſt vulg.*

[b ΟΙ ΛΕΥΚΟΙ ΒΟΕΣ ΜΑΡΚΩι ΤΩι ΚΑΙΣΑΡΙ. ΑΝ ΣΥ ΝΙΚΗΣΗιΣ, ΗΜΕΙΣ ΑΠΩΛΟΜΕΘΑ.] Johannes Georgius Grævius, vir optimus atque doctiſſimus, mihi Trajecto Batavorum reſcripſit menſe Maio anno M. DC. LXXX. ut verſus conſtet, legendum ſibi videri.

Οἱ λευκοὶ βόες Μάρκῳ τῷ Καίσαρι χαίρειν.

Αἲν δὲ νικήσῃς, ἄμμες ἀπωλόμεθα.

Addidit, huic voto non diſſimile alterum commemorari à Seneca in libri III. de beneficiis capite XXVII. ἄμμες quidem AEolicè dicitur pro ἡμεῖς: ſed cùm in codicibus Regiis omnibus Græca hæcce ſcripta reperiantur, ita ut à fratre olim meo ſunt edita; nihil mutandum: nihil addendum puto, ne temeritatis accuſer, ſi à codicibus conſentientibus ſine cauſſa receſſero, quorum auctoritatem plurimi faciendam eſſe nemo neſcit. Verſum quidem ſtare nihil neceſſe eſt. Ingenioſa tamen eſt amici noſtri conjectura: cui libenter acquieſcerem, ni conſpiratio codicum obſtaret.] *Valeſ.*

c *Ne tranſirent numinum cultu.*] Hæc quidem ut à Sig. Gelenio ſunt edita, ſenſu omni carent. Cauſa enim cur Julianus Chriſtianos Profeſſores publicè docere vetuit, non ea fuit, ne ipſi tranſirent à numinum cultu: ſi de diſcipulis eorum id intelligatur. Sed cùm in Mſ. Regio, * Tol. * [& Colb.] & in Editione Rom. ſic ſcribatur hic locus, *ne tranſiſſent numinum cultu*: non dubitavi quin ita corrigendus eſſet ut edidi, *ni tranſiſſent ad numinum cultum*. Valeſ. Iam Rittershuſius in lib. I. Sacrar. lection. 19. de ſuo publicavit *ni tranſiſſent ad numinum cultus*. Gron.

d *Mun. ordinum cœtibus pat. injuſte quoſdam adnecti.*] Erat certè Julianus non ſine cauſa in Curiarum favorem propenſior. Quippe plerique earum onera ſubterfugientes, alii ad militiam tranſierant; alii ut Senatores urbis Romæ aut Conſtantinop. fierent ambierant, ut docet Libanius in Orat. funebri p. 296. Pleriſque etiam Conſtantius immunitates & vacariones civilium munerum conceſſerat, quas Notarii & Eunuchi (qui eo imperante plurimùm potuere) pretio accepto vendebant, teſte ibidem Libanio. At Julianus lege lata cunctos ſine diſcrimine ad Curias revocandos eſſe ſtatuit: quo facto Curiæ quæ antea vacuæ erant, vix jam multitudinem introeuntium capiebant. τὸ γὰρ δὴ πολλῶν ἐπαίνων ἄξιον ἐκεῖνο γράμμα, τὸ δεῖν πάντα ἄνδρα εἰς βουλὴν καλεῖν, καὶ μηδὲν ἔχοντα ἰσχυρὸν εἰς ἄφεσιν, ἐγγράφειν, οὕτω τὸ πρᾶγμα ἐπηνώρθωσε, &c. ait Libanius. Id eſt: *Etenim dictum illud ſummis laudibus dignum, omnes ad Curiam retrahendos eſſe, & qui nihil cauſæ ad immunitatem ſuam afferrent, albo inſcribendos eſſe, adeo cuncta reſtituit, &c.* Illud tamen minimè ferendum erat, quòd ad Curiarum favorem nimis propenſus, injuſtè plures muneribus publicis adnectebat, ut teſtatur Marcellinus in lib. 21. cap. 12. adeo ut ægrè ſub eo à Curialibus quiſquam apperitus, licèt privilegiis, & ſtipendiorum numero, & originis penitus alienæ firmitudine communitus, obtineret æquiſſimum. ut idem ſcribit in lib. 22. cap. 9, qui locus cum hoc, quem nunc præ manibus habemus, componi debet. Adeo hîc pæne ad verbum cuncta repetit, quæ illic commemoraverat. *Valeſ.*

e *Privilegiis aut origine.*] Inter cetera Clericos Chriſtianos, quibus Conſtantinus & Conſtantius vacarionem civilium munerum conceſſerant, ad Curiam revocavit, ut ſcribit Sozomenus in lib. 5. cap. 5. Exſtátque lex ipſa Juliani in Cod. Th. de Decurionibus. *Idem.*

f *Figura talis utique membrorum*] Hæc eſt ſcriptura omnium librorum: quæ tamen an à Marcellini manu ſit, dubito. De Conſtantio ſic dixit in fine lib. XXI. *Figura tali ſituque membrorum.* Unde hîc quoque ita legendum videtur. Certè alterutrum in alterum refingendum erit. Porrò Julianum ſic deſcribit Gregorius Nazianz. Epiſcop. in Julian. Orat. 2. pag. 306. οὐδενὸς ἐδόκει μοι σημεῖον εἶναι χρηστοῦ, αὐχὴν ἀπαγής, ὦμοι παλλόμενοι καὶ ἀνασηκούμενοι, ὀφθαλμὸς σοβούμενος, καὶ περιφερόμενος, καὶ μανικὸν βλέπων. πόδες ἀστατοῦντες καὶ μετοκλάζοντες, μυκτὴρ ὕβριν πνέων καὶ περιφρόνησιν, προσώπου σχηματισμοὶ καταγέλαστοι τὸ αὐτὸ φέροντες, γέλωτες ἀκρατεῖς τε καὶ βρασματώδεις, νεύσεις καὶ ἀνανεύσεις σὺν οὐδενὶ λόγῳ. λόγος ἱστάμενος καὶ κοπτόμενος πνεύματι, ἐρωτήσεις ἄτακτοι καὶ ἀσύνετοι, ἀποκρίσεις οὐδὲν τούτων ἀμείνους, ἀλλήλαις ἐπεμβαίνουσαι καὶ οὐκ εὐσταθεῖς οὐδὲ τάξει προϊοῦσαι παιδεύσεως. Landulf. Sagax in.

hirſutâ barba in acutum deſinente veſtitus, [f] venuſtate oculorum micantiun flagrans, qui [g] mentis ejus anguſtias indicabant, ſuperciliis decoris, & naſo rectiſſimo, ore paullo majore, [h] labro inferiore demiſſo, opima & incurva cervice, humeris vaſtis & latis, ab ipſo capite uſque unguium ſumm. tates liniamentorum recta compage, unde viribus valebat & curſu. Et quoniar eum obtrectatores novos bellorum tumultus ad perniciem rei communis inſ mulant concitaſſe: ſciant docente veritate perſpicué, non Julianum, ſed Cor ſtantium ardores Parthicos ſuccendiſſe, [i] cum Metrodori mendaciis avidii acquieſcit, ut dudum retulimus [k] plenè. Unde cæſi ad internecionem exerc tus noſtri, capti militares aliquoties numeri, urbes exciſæ, rapta munimen vel diruta, provinciæ gravibus impenſis exhauſtæ: & ad effectum tendentib minis cuncta petebantur à Perſis aduſque Bithynos & litora Propontidis. At i Galliis bellorum tenore gliſcente, diffuſis per noſtra Germanis, jámque Alpib ad vaſtandam Italiam perrumpendis, [1] multa & nefanda perpeſſis hominibu [2] nihil præter lacrimas ſupererat & terrores: ubi & præteritorum recordatio rat acerba, & exſpectatio triſtior impendentium. Quæ omnia juvenis iſte : occiduam plagam ſpecie Cæſaris miſſus, Regéſque pro mancipiis agitans ign bilibus, cuncta pæne mirâ dictu celeritate correxit. Utque Orientem pari ſt dio recrearat, adortus eſt Perſas, triumphum exinde relaturus & cognomentu

1 *Steph.* nihil multa. 2 τὸ nihil *Steph. deeſt.*

in Hiſtoria Miſcell. lib. XI. *Corpore validus quidem, ſed brevis fuit, barba prolixa, oculi currentes huc illucque direcli.* Quæ ex integriore Sex. Aur. Victoris codice deſumpta videntur: nam deeſſe apud eum quædam, collatione cum Sagace facta, apertè patebit. *Lindenbr.*

f *Venuſtate oculorum micantium.*] Mamertinus in Gratiarum actione de Juliano loquens, *micantia ſidereis ignibus lumina.* Valeſ.

g *Mentis ejus anguſtias indicabant.*] *iτ. argutias ind.* Lindenbr.

h *Labro inferiore diviſo.*] Sic in Editione Rom. legitur. Sed huic ſcripturæ multùm anteponenda eſt codicis Regii, & Val. & Fauch. ſcriptura, quam etiam Accurſius in Editione ſua reſtituit, *labro inferiore demiſſo*: [in Colbert. *l.i. dimiſſo*:] Certè in veteribus nummis Iuliani etiamnum apparet, labeonem eum fuiſſe. Eodem autem modo loquitur in Eunucho Terentius:

Incurvus, tremulus, labiis demiſſis. Valeſ.

i *Cum Metrodori mendaciis avid. acquieſcit.*] Metrodorus quidam Philoſophus Conſtantini M. temporibus orbis perluſtrandi gratiâ ulteriorem Indiam penetraſſe dicitur. Cúmque ad Brachmanas veniſſet, frugalitatis & continentiæ cauſâ, & quia molas aquarias & balnea priùs illis ignota fabricarat, ab iis dilectus, cùm in adyta templorum religionis ſpecie introire permitteretur, multos lapillos unionéſque ſubripuit. Multas quoque ingentis pretii gemmas à Rege Indorum accepit, quas Conſtantino Regis nomine offerret. Igitur cùm Byzanti reverſus, hæc omnia Conſtantino non Regis Indoru ſed ſuo ipſius nomine obtuliſſet, admiranti gem Principi, ſe longè plura terreſtri itinere præmiſiſſe xit, ſed à Perſis cuncta eſſe direpta. Quibus auditis C ſtantinus litteras ad Saporem paullo avidiùs & aſper dedit, quibus lapides & cetera Regis Indorum mun ad ſe quamprimum remitti flagitabat. Sed Sapor acce litteris cùm nihil reſpondiſſet, pax eam ob cauſam in Rom. & Perſas ſoluta eſt, ut ſcribit Georgius Cedre in Chronico, anno XXI. Conſtantini M. cui uni expl tionem hujus loci debemus. Ejuſdem Metrodori Phi ſophi meminit Rufinus in lib. 1. Appendicis cap. 9. & co Socrates atque Sozomenus. Hieronymus deniqu Chronico: Anno 24. Conſtantini, *Metrodorus*, ait *P loſophus agnoſcitur.* Suſpicor autem hunc eſſe *Metro rum*, qui Cyclum feriarum quem ἑορταστικὸν Græci cant, conſcripſit, de quo Photius in Bibl. *Idem.*

k *Vindictæ ſiti ad ind. excitum ubi noſtri.*] Hunc loc ſic primus excudit Gelenius, qui in Editione Rom. codice Regio * ac Toloſ. legebatur hoc modo: *Vindi ſi ad ind. exercitus noſtri, &c.* [In Mſ. Colb. *plenæ vin ctæ ſi ad indignationem exercitus noſtri, &c.*] Ego v longè minori audacia locum priſtino nitori reſtitu mihi videor. Certè emendationem noſtram magno confirmat alter locus lib. 22. cap. 12. *Sciens & audie gentem aſperrimam per* L X. *ferme annos inuſſiſſe Orienti dium & direptionum monumenta ſæviſſima, ad interne nem exercitibus noſtris ſæpe deletis.* Idem.

ſi conſiliis ejus & factis illuſtribus decreta cæleſtia congruiſſent. Et cùm ſciamus experimento, adeo quoſdam ruere improvidos, ut [l] [m] bella interdum victi, & naufragi repetant maria & ad difficultates redeant quibus ſuccubuere ſæpiſſime, ſunt qui reprehendant paria repetiſſe Principem ubique victorem.

Cap. V. Nec fuit poſt hæc lamentis aut fletibus locus. Corpore enim curato pro copia rerum & temporis, ut ubi olim ipſe ſtatuerat conderetur: principio lucis ſecutæ, quæ erat quintum Kal. Julias, hoſtibus ex omni latere circumfuſis, collecti Duces exercitus, advocatíſque legionum Principiis & turmarum, ſuper creando Principe conſultabant. Diſciſsíque ſtudiis turbulentis, Arinthæus, & Victor, & è palatio Conſtantii reſidui, de parte ſua quemdam habilem ſcrutabantur: contra Nevitta, & Dagalaïphus, proceréſque Gallorum, virum talem ex commilitio ſuo quæritabant. Quæ dum ambiguntur, nulla variante ſententia, [n] [o] itum eſt voluntate omnium in Salluſtium: eóque cauſante morbos & ſenectutem, honoratior aliquis miles advertens deſtinatiùs reluctantem: *Et quid ageretis*, ait, *ſi illud bellum vobis* [3] *curandum commiſiſſet abſens, ut ſæpe factum eſt, Imperator? nonne poſthabitis ceteris militem inſtantibus ærumnis eriperetis? Id nunc agite: & ſi Meſopotamiam videre licuerit, utriuſque exercitus conſociata ſuffragia legitimum Principem declarabunt.* [p] Inter has exiguas ad tantam rem moras, nondum penſatis ſententiis,

3 Ita mſ. In vulg. τὸ *curandum* deeſt.

l *Bella interdum victi, & naufragi repetant maria*] Alp. Servatus in Carmine de Spe;

Naufragus hac cogente natat per fœta protellis
Æquora, cùm merſas viderit antè rates.
Captivus duras illa ſolante catenas
Perfert, & victus vincere poſſe putat. Lindenbr.

m *Bella interdum victi, & naufragi repetant maria.*] Ex Seneca lib. 1. de Beneficiis cap. 1. hæc tranſlata ſunt. Sic enim Seneca: *Adeóque adverſus experimenta pertinaces ſumus, ut bella victi, & naufragi maria repetamus.* Simile eſt illud Ovidii in lib. 1. de Ponto, Eleg. 6.

Saucius ejurat pugnas gladiator, & idem
Immemor antiqui vulneris arma capit.
Nil ſibi cum pelagi dicit fore naufragus undis:
Et ducit remos quâ modò navit aquâ.

Adde Ariſtotelem in Rhet. ex his autem apparet, hunc locum ſic corrigi debere: *Et cum ſciamus adeo adverſus experimenta quoſdam, &c.* præſertim cùm in Mſ. Reg. & Colb.] * ac Toloſ. * & in Editione Rom. legebatur, *adeo experimenta quoſd. &c.* Valeſ.

n *Itum eſt voluntate omnium ad Salluſtium*] Non poſt Juliani è terris digreſſum, ſed Joviani, purpuram Salluſtio oblatam Zoſimus ait in extremo. lib. III. * & Zonaras in Ioviano pag. 25 * *Lindembr.*

o *Itum eſt voluntate omnium in Salluſtium.*] At Zoſimus, & cum eo Zonaras, non tunc temporis, ſed poſt Joviani Aug. mortem omnium conſenſu delatum eſſe Salluſtio narrant: quod quidem ipſe ſenectutem cauſatus conſtanti animo recuſavit: filio verò quòd adhuc is junior eſſet, deferri noluit. Eumdem Zoſimus optimum & eminentiſſimum virum temporis ſui verè nominat. Quid enim præſtantius ad laudem, quàm ab omnibus uno conſenſu dignum Imperio exiſtimari? Quod contrà magni animi illuſtrius argumentum eſt, quàm Imperium, quod ceteri ferè omnes per ignes & gladios raptum ibant, id ſibi ultro delatum aſpernari? Quantus autem vir fuerit, præter jam dicta, abundè declarat teſtimonium Nazianzeni in στηλιτ. 1. his verbis: φασί τοι διὰ ταῦτα καὶ τὸν τηνικαῦτα ἔπαρχον (γενέσθαι γὰρ ἄνδρα Ἕλληνα μὲν τὴν θρησκείαν, τὸν τρόπον δὲ ὑπὲρ Ἕλληνα καὶ κατὰ τοὺς ἀρίστους τῶν πάλαι καὶ νῦν ἐπαινουμένων) &c. Eumdem Phœnicem vocat Libanius in Orat. Conſulari pag. 236. quod ut Achillem Phœnix, ſic ipſe Julianum præceptis imbuerat. *Valeſ.*

p *Inter has exiguas ad tantam rem moras*] Itaque quanto ſubitanea magis hæc ad ſublime culmen evectio Ioviani, tanto ab omni quoque ſubdola machinatione remotior, nemine gratia vel donis corrupto. Themiſtius Euphrad. in Oration. ad Iovian. Οἱ ἡμέτεροι ψηφοφόροι καὶ στρατιῶται τῆς τοῦ σώματος ἀγχιστείας τὴν τῆς ψυχῆς προεξήτασαν, καὶ ἀπέφηναν κληρονόμον τῆς ἀλουργίδος τὸν κληρονόμον τῆς ἀρετῆς. καὶ ταῦτα οὐκ ἐν σχολῇ, οὐκ ἐν εἰρήνῃ, οὔτε ἐνδιδόντος τοῦ καιροῦ θεραπείας, καὶ παραγγελίας, καὶ δικατισμοὺς, ἀλλ' ὡς ἐν ἀκμῇ τῆς ἐνυοῦς, ἐν τοῖς ξίφεσιν, ἐν τοῖς δόρασι φέροντες τὰς ψήφους, ἀπαράκλητον γνώμην, ἀκατασκεύαστον χειροτονίαν, ἣν ὁ καιρὸς ἐψηφίζετο, πρὸς ἣν ἡ χρεία ἐχειραγώγει. καὶ, τόγε ἔτι θαυμασιώτερον, ἐν ἐκκλησίᾳ ὑπερορίῳ, ἔξω τῆς Ῥωμαίων γῆς, ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Vid. Gregor. Na-

tumultuantibus paucis, ut in rebus extremis ſæpe eſt factum, Jovianus eligitu Imperator, q Domeſticorum ordinis primus, paternis meritis mediocriter com mendabilis. Erat enim r Varroniani notiſſimi Comitis filius, haud dudum poſ depoſitum militiæ munus ad tranquilliora vitæ digreſſi. Et confeſtim indu mentis circumdatus principalibus, ſubitóque productus è tabernaculo, per ag mina jam diſcurrebat proficiſci parantia. Et quoniam acies aduſque lapiden quartum porrigebatur, anteſignani quoſdam clamare Jovianum audientes Au guſtum, eadem multo magis ſonabant: gentilitate enim propè perciti nominis ſ quod una littera diſcernebat, Julianum recreatum arbitrati ſunt deduci ma gnis favoribus, ut ſolebat. Verùm cùm incurvus ille viſus & longior advent ret, ſuſpicati quod acciderat, in lacrimas effuſi ſunt omnes & luctum. Quo ſi gravis quidam æquitatis 4 ſpectator in ultimo rerum ſpiritu factum crimina tur improvidè: nauticos idem juſtiùs incuſabit, amiſſo perito navigandi mag ſtro, ſævientibus flabris & mari, 5 quòd clavos regendæ navis cuilibet pericu ſocio commiſerunt. t His ita cæco quodam judicio fortunæ peractis, Jovian rum ſignifer, quos Varronianus rexerat dudum, cum novo diſſidens Princip etiamtum privato, ut patris ejus obtrectator immoderatus, periculum ex in mico metuens jam communia ſupergreſſo, v diſceſſit ad Perſas: ac datâ dicen copiâ quæ ſciret, docet Saporem jam propinquantem, exſtincto, quem ve batur, turbine concitato calonum ad umbram Imperii Jovianum adhuc Prot ctorem adſcitum, inertem quemdam & mollem. Hoc ille audito, quod ſe per trepidis votis expetebat, & inopina proſperitate elatus, multitudine ex r gio equitatu adjuncta iis qui dimicavere nobiſcum, celeri diſpoſuit gradu a minis noſtri invadi terga poſtremi.

Cap. VI. Quæ dum ultro citróque ordinantur, hoſtiis pro Joviano 6 e tiſque inſpectis pronuntiatum eſt, eum omnia perditurum, ſi intra vallum r manſiſſet ut cogitabat: ſuperiorem verò fore, profectum. Proinde egredi ja cœptantes adoriuntur nos elephantis prævius Perſæ: ad quorum fremitum ceſſúmque terribilem equis inter initia turbatis, & viris, x Joviani & 7 He

4 *Mſ.* peccator. 5 τὸ quod *Mſ. deeſt.* 6 *Mſ.* extiſque. 7 *Al.* Herculani.

ziaoz. in Iulian. Orat. 2. *Lindenbr.*

q *Domeſticorum ordinis primus.*] Eutropius in lib. ult. *Jovianus*, ait, *qui tunc Domeſticus militabat*, *&c.* Hieronymus in Chronico: *Jovianus ex Primicerio Domeſticorum Imp. factus eſt.* Themiſtius in Orat. Conſulari ad Jovianum, αἰχμοφόρος ἐξεστράτευσας· ἐπανῆκες δὲ αὐτοκράτωρ. [Primicerius & primus unum idemque eſt. Sic Stephanus *Primicerius Martyrum* ab Auguſtino, & Petrus *Primicerius Apoſtolorum* à Baldrico dictus eſt.] *Valeſ.*

r *Varroniani notiſſimi Comitis filius.*] Zonaras: ψήφῳ κοινῇ ἰοβιανὸς εἰς τὴν αὐταρχίαν προχειρίζεται τότε χιλιαρχῶν, ὁ δ' ἐκ Βαρρωνιανοῦ χρηματίσαντος κόμητος. *Jovianus communi conſ ad Imperium eligitur, tunc Tribunus, Varroniani Con filius.* Domeſticorum eum Comitum fuiſſe prodit Z mus *Idem*

ſ *Quod una littera diſcernebat*] Litera nimirum O. I L. ſaltim tranſpoſita. Unde error Pomponii Læti pa ſir, *Juvianum* ſcribendum autumantis. *Lindenbr.*

t *His ita cæco quodam judicio Fortunæ peractis*] Reſ ad illud, quod Conſtantinus Imp. dicere ſolitus, *Im ratorem eſſe Fortunæ eſt*, Lampridius in Heliogab. *Id*

v *Diſceſſit ad Perſas.*] De hoc tranſfuga, qui Ju necem Perſis nuntiavit, Libanius de vita ſua pag. *Valeſ.*

x *Joviani & Herculiani.*] A Diocletiano Iovi &


D. N. IOVIANVS . P. F. AVG.



culiani [y] occiſis belluis [8] paucis, cataphractis equitibus acriter reſtiterunt. Deinde legiones Joviorum atque Victorum laborantibus ſuis ferentes auxilium, elephantos duos ſtraverunt cum hoſtium plebe non parva: & in lævo prœlio viri periere fortiſſimi, [z] Julianus, & Macrobius, & Maximus legionum Tribuni, quæ tunc primas exercitûs obtinebant. Híſque ſepultis ut rerum anguſtiæ permiſerunt: prope confinia noctis cùm ad [a] caſtellum Sumere nomine citis paſſibus tenderemus, jacens Anatolii corpus eſt agnitum, quod tumultuariâ operâ terræ mandatum eſt. Hîc & milites ſexaginta cum Palatinis recepimus, quos in munimentum Vaccatum confugiſſe retulimus. Secuto deinde die pro captu locorum reperta in valle caſtra ponuntur, velut murali ambitu circumclauſa, præter unum exitum eumdémque patentem, undique in modum mucronum præacutis ſudibus fixis. Hócque viſo, è ſaltibus nos hoſtes diverſitate telorum, ac verbis turpibus inceſſebant, ut perfidos & lectiſſimi Principis peremptores: audierant enim ipſi quoque referentibus transfugis, rumore jactato incerto, Julianum telo cecidiſſe Romano. Auſi denique inter hæc equitum cunei, portâ perruptâ Prætoriâ, prope ipſum tabernaculum Principis advenire: occiſis multis ſuorum & vulneratis, vi repulſi ſunt magna. Egreſſi exinde, proxima nocte [b] Charcham occupavimus locum: ideo tuti, quòd riparum aggeribus humanâ manu deſtructis, ne Saraceni deinceps Aſſyriam perſultarent, noſtrorum agmina nullus ut antè vexabat. Cùmque his Kal. Juliis ſta-

8 *Mſ.* paucis & cataphractis.

Maximiano Herculio ita dicti, ut teſtatur Vegetius in lib. 1. Victor. *Huic poſt à cultu numinis, Herculii cognomentum acceſſit, ut Valerio Jovii: unde etiam militaribus auxiliis in exercitu præſtantibus nomen impoſitum.* De iiſdem Sozomenus in lib. 6. cap. 6. Erant etiam Iovii & Herculii indidem appellati, de quibus Suidas in ἰόβιοι, & Notitia Imperii Rom. *Valeſ.*

y *Occiſis belluis paucis*] *Belluæ* hic elefantes ſunt, ut apud Q. Curt. lib. VII. *Bellua inſtincta rabie nondum ſaucia invehebatur ordinibus, donec rector belluæ Regem conſpexit fluentibus membris, omiſſiſque armis vix compotem mentis, tum belluam in fugam concitat.* Idem poſt pauca: *Undique & in pedites & in ipſum Porum tela congeſta ſunt, quis tandem gravatus labi ex bellua cœpit. Indus qui elephantum regebat, deſcendere eum ratus, more ſolito elephantum procumbere juſſit in genua.* * Silius Italicus lib. 16.

Multa viro terra, ac ſonipes, ac bellua terror
Bellorum, nec non Marti delecta juventus.

Erricus Altiſſiodor. in Vita B. Germani lib. 5. cap. 52.

--- Mox Alpina tepores
Senſit, Maura ducem veheret cùm bellua luſcum.

Quod Iuvenalis imitatione dictum eſt, Sat. x.

Cum Gætula ducem portaret bellua luſcum.

Iuvenal. Sat. XI.

--- Nabatæo bellua ſaltu.

Quintus Curtius libro 10. pagina 340. *Elephantis in conſpectu totius exercitus objicit: omneſque belluarum pedibus obtriti ſunt.* * Arnobii hæc verba multos hactenus exercitatos habuere, libro VII. *--- Camelos, belluas, leones*, & quod quiſque non intellexit, continuò mutare voluit. Sed ne facilè novis abſurdiſſimiſque emendationibus locum demus, per *belluas* interpretari poſſumus, * (nec enim de elephantis intelligendum, quippe quos ſtatim nominarat) * hyænas: ut in Gloſſ. Ὕαινα ζῶον, *bellua.* Sic apud Capitolin. in Gordiano tertio: *Leopardi manſueti* XXX. *belbi, id eſt hyænæ* X. Legendum, *Beluæ, id eſt, hyænæ.* Quæ cùm de marinis monſtris intelliguntur, piſtrices notant. Gloſſar. *Bellua*, Κῆτος; & alibi, Κῆτις, *Piſtrix de belua.* Item, *Belua marina*, Κῆτος: ut Suetonius in Nerone, cap 12. *Exhibuit naumachiam marinis aquis, innantibus belluis.* Lindenbr.

z *Julianus, & Macrobius & Maximus*] Non Maximum, ſed Maximianum hunc vocat Zoſimus lib. III. ἀπέθανον δὲ καὶ Ῥωμαίων τρεῖς λοχαγοί, γενναίως ἀγωνισάμενοι, Ἰουλιανὸς, καὶ Μαξιμιανὸς, καὶ Μακρόβιος. Idem.

a *Caſtellum Sumere*] Zoſim. Σοῦμα τὸ φρούριον. *Idem.*

b *Charcham.*] Sic Gelenius quidem edidit. At in Editione Aug. *Charcam*, in Regio codice *Carcham* ſcriptum inveni: in Editione Romana *Chartam*: [in Mſ. tamen Colbertino *Charcham.*] *Valeſ.*

diis xxx. confectis, civitatem nomine [c] Duram adventaremus, fatigatis jumentis, vectores eorum noviſſimi pedibus incedentes, à Saracena multitudine circumſepti protinus interiſſent, ni expeditiores turmæ noſtrorum opem laborantibus attuliſſent. Hos autem [d] Saracenos ideo patiebamur infeſtos, quòd ſalaria muneráque plurima à Juliano ad ſimilitudinem præteriti temporis accipere vetiti, queſtíque apud eum, ſolùm audierant, Imperatorem bellicoſum & vigilantem ferrum habere, non aurum. In hoc loco Perſarum obſtinatione tritum eſt quatriduum. Nam progredientes nos ſequebantur crebris laceſſitionibus retrahentes: cùm ſtaremus ut pugnaturi, gradum ſenſim referentes, moris diuturnis excruciabant. Jámque (ut ſolent extrema metuentibus etiam ficta placere) famâ circumlatâ, fines haud procul limitum eſſe noſtrorum, exercitus vociferans immodeſtè, dari ſibi copiam tranſeundi Tigridis flagitabat. Quibus oppoſitus cum rectoribus Imperator, tumentémque jam canis exortu ſideris amnem oſtendens, ne ſe periculoſis committerent gurgitibus exorabat: nandi imperitos adſerens eſſe complures, ſimúlque adjiciens, hoſtiles manus hinc inde margines ſuperfuſi fluminis occupaſſe. Sed cùm hæc ſæpe congeminando refragaretur incaſſum, miléſque conclamans magno contentionis fragore mi

c *Duram.*] Civitas eſt trans Tigrim ſita, cujus meminit Polybius in lib. 5. pag. 394. Differt à Dura Meſopotamiæ civitate, de qua ſuperiùs notavi. *Valeſ*

d *Saracenos ideo patiebamur infeſtos, quòd ſalaria, &c.*] Non tam hoſtis terrore, quàm prudenti conſilio factum arbitror, quibus tributum retro temporibus imperabant, illis ipſis id Romani Principes annuatim ut penderent, pacemque pecuniâ emercarentur. Sic Hadrianus Imp. *à multis Regibus pacem redemit*, ut inquit Spartianus. Gallus quoque Imp. Scythas, poſt Philippopolim captam ſtrageſque innumeras, à finibus hoc pacto potiùs, quàm armis expellere maluit. Zoſimus lib. 1. τὰ τῆς εὐημερίας τῶν βαρβάρων αὔξησιν ἐλάμβανεν. Οὐ γὰρ μόνον ἐπανελθεῖν αὐτοῖς ἐς τὰ οἰκεῖα ξυνεχώρει μετὰ τῆς λείας ὁ Γάλλος, ἀλλὰ καὶ χρημάτων τι μέτρον ἔτους ἑκάστου χορηγεῖν ὑπέσχετο. * Scythis tamen iterum negavit Valens Imp. Vid. Themiſt. Euphrad. Orat. 3. ad Valentem p. 216 * De Perſico fœdere ita Procopius Perſicor. lib. II. pag. 62. Δεῖν τοίνυν Ῥωμαίους ταχτόν τι φέρειν ἐπέτειον Πέρσαις. Οὕτω γὰρ αὐτοῖς ἔφη τὴν εἰρήνην Πέρσας βέβαιον ἕξειν. * B. Valerianus Epiſcop. Hom. XII. pag. 147. *Partem conſtat eſſe victoriæ, prælium oblato auri pondere redemiſſe.* * Siccum Attila Hunnorum Rege dextras renovantes Romani, hoc etiam jurare ſuſtinuerunt: φυλάττεσθαι καὶ διαμένειν τὰς συνθήκας ἑπτακοσίων λιτρῶν χρυσίου, ἔτους ἑκάστου τελουμένων παρὰ Ῥωμαίων τοῖς βασιλείοις Σκύθαις. Priſcus Rhet. in Eclog. legat. Similia de Gothis legimus. Ad quorum exemplum cùm Carpi etiam ſtipendium peterent, Julius Menophilus Mœſiæ Dux graviter reſpondit, quòd Imperator Rom. gentibus extraneis benefaciat, non neceſſitatis id eſſe aut ex alterius arbitrio debitum, ſed indigentibus ad vitæ ſubſidia munus gratuitum: Οτι Αὐτοκράτωρ πολλῶν χρημάτων κύριός ἐστι, καὶ τοῖς δεομένοις αὐτὰ χαρίζεται. Petrus Mag. in Eclog. legation. pag. 16. Exſtitere enim interdum cordatiores & Martis virtutis ſervantes Duces, qui ferro potiùs, quam auro quietem quærere optarunt. Ut à Juliano egregiè hoc loco dictum, *Imperatorem bellicoſum & vigilantem ferrum habere, non aurum.* Qua eadem animoſitate fretus tributum quoque Saracenis negavit: uti & Juſtinus Junior Avaribus & Perſis. Hiſtoria Miſcell. lib. XVI. *Impendebat Romanorum Imp. per ſingulos annos quingentas libras auri ut caſtra, quæ loco proxima erant, Perſæ cuſtodirent, ne ingreſſæ gentes utramque Remp. deſtruerent: communibusque ſumptibus caſtella muniebantur. At verò Juſtinus pacem diſſolvit, aſſerens opprobrium eſſe, Perſis ſolvere tributa Romanos.* Corippus lib. III.

---- lituoſque mihi campumque minatur
Gens Avarum, ni pacta damus? Terrore putatis
Id noſtrum feciſſe patrem? miſeratus egenis
Et profugis quòd dona dedit. Pietate regendi
Hoc facimus, gratiſque dari proviſa jubemus.

Quæ verba non multùm abludunt à Menophili modo laudato dicto. Sicque ſine more tempora noſtra calumniantur, qui quòd Barbaris ſtipendium & munera interdum damus, inſolens putant, atque infra majeſtatem imperantis indignum. Cum vel hinc ſcire poſſint, nihil nunc agi, quod non actum ſit priùs: præſtareque non numquam, honeſta lege quod fiat, auro quàm ferro hoſtis impetum frangere, & à finibus propulſare. * Scitum atque prudens Theodorici Regis dictum: *Quid interest, auro an ferro adverſariorum animos inclinemus? obtinuiſſe quod mentes capiat hoſti, viciſſe eſt: occluiſſe, ſuperari:* apud Ennodium Epiſc. Ticineus in Vita Epiphan. pag. 399. * *Lindenbr.*

naretur extrema, [e] id imperatur ægerrimè, ut miſti cum [f] Arctois Sarmatis Galli amnem primi omnium penetrarent: ut his magnitudine fluentorum abreptis, reſiduorum pertinacia frangeretur; aut ſi id perfeciſſent innocui, tranſitus fidentior tentaretur. Electíque ſunt ad id negotium habiles, qui maxima præ ceteris flumina tranſmeare in regionibus genuinis à prima pueritia ſunt inſtituti: & cùm latendi copiam nocturna quies daret, tamquam è tranſenna ſimul [9] emiſſi, ſpe citiùs ripas occupavere contrarias: Perſarumque conculcatis pluribus & truncatis, [1] quos loca ſervare diſpoſitos ſecuritas placido vinxerat ſomno, efficacis audaciæ ſignum elatis manibus [2] contortíſque ſagulis oſtendebant. Hoc longè conſpecto, ardens ad tranſitum miles eâ morâ tantummodo tenebatur, quòd utribus è cæſorum animalium coriis coagmentare pontes rchitecti promittebant.

Cap. VII. Quæ dum vanis conatibus agitantur, Rex Sapor & procul abſens, & cùm propè veniſſet, exploratorum perfugarúmque veris vocibus docebatur fortia facta noſtrorum, fœdas ſuorum ſtrages, & elephantos, quot numquam Rex antè meminerat, interfectos: exercitúmque Romanum continuis laboribus induratum, poſt caſum glorioſi rectoris non ſaluti ſuæ, ut memorabat, conſulere, ſed vindictæ, difficultatémque rerum inſtantium aut victoriâ ſummâ, aut morte memorabili finiturum. Ob quæ reputabat multa & formidanda: diffuſum abunde militem per provincias, levi teſſera colligi poſſe: expertus & ſciens populum ſuum poſt amiſſam maximam plebem ultimis erroribus deformatum: ſimul comperiens in Meſopotamia relictum haud multo minorem exercitum. Quæ ſuper omnia, hebetarunt ejus anxiam mentem uno paríque natatu quingenti viri tranſgreſſi tumidum flumen incolumes, cuſtodibúſque confoſſis, reliquos conſortes ſuos ad ſimilem fiduciam concitantes. Hæc inter cùm neque pontes compaginari paterentur undæ torrentes, & abſumptis omnibus quæ mandi poterant utilibus, exacto miſerabiliter biduo:

9 *Mſ.* emiſſis peritius. 1 *Al.* quos. 2 *Steph.* pectoris.

e *Edicit Imperator ut ſiſt. Agmen & aſſ. nare Galli.*] Hæc omnia ex depravatione P. Caſtelli nata ſunt, qui cùm in Editione Rom. ſic legeretur: *Id Imperator ut mixti cum Accto Iſermaris Galli, &c.* ita emendavit ut dixi. Sed in codice Vaticano & Fauch. hoc modò legitur: *Id Imperator ægerrimè ut mixti cum Arcto Iſarmaris Galli, &c.* In Toloſ. autem legitur, *ut mixti cum Arectois Sarmatis Galli, &c.* * [In Colb. *Id Imperator ægerrimè, ut mixti cum Arctois armatis Galli, &c.* Ego vero codicis Regii ſcripturam amplexus ſum, non quò eam veram ipſius Auctoris ſcripturam, ſed quòd meliorem & planiorem ceteris eſſe exiſtimarem. Ac videtur pro Sarmatis Germanos potiùs fuiſſe ponendos, ut elicitur ex cap. 8. Ceterùm etiam conjectura noſtra hujus loci emendationem adjuvimus. Reſtitui enim, *id impetratum ægerrimè* [Vel potiùs unâ litterulâ mutata, *id imperatur ægerrimè, ut miſti cum Arctois Sarmatis Galli, &c.*] Valeſ.

f *Adſueti nare Galli*] Sic Brennus contra Græcos belligeraturus, cùm ad Sperchium fluvium veniſſet, ὅσον μυρίους τῶν Γαλατῶν ἀπέλεξεν, ὁπόσοι τὸ νήχειν ἠπίσταντο ἐξ αὐτῶν. Pauſanias in Phocicis, ubi hæc porro addidit: Οὗτοι μὲν οὖν διαβαίνουσιν ἐν τῇ νυκτὶ διανηχόμενοι ὧδε τὸ λιμνῶδες τοῦ ποταμοῦ. καὶ τὰ ὅπλα τοὺς ἐπιχωρίους θυρεοὺς ἐποιεῖτο ἕκαστος ἀντὶ σχεδίας. Patrium hunc nandi uſum in Gallobelgis etiam Tacitus in Agricolæ Vita norat. Et vulgo jam notus eſt verſus Sidonii Apoll. carm. 7.

Curſu Herulus, jaculis Hunnus, Francuſque natatu.

Lindenbr.

furebat inediâ iráque percitus miles, ferro properans, quàm [g] fame, ignaviſſimo genere mortis, abſumi. Erat tamen pro nobis æternum Dei cæleſtis numen & [h] [i] Perſæ præter ſperata priores, ſuper fundanda pace oratores Surenam & Optimatem alium mittunt, animos ipſi quoque deſpondentes, quos omnibu pæne prœliis pars Romana ſuperior graviùs quaſſabat in dies. Condiciones autem ferebant difficiles & perplexas, fingentes humanorum reſpectu reliquia exercitus redire ſinere clementiſſimum Regem, quæ jubet ſi impleverit cum primatibus Cæſar. Contra hos cum Salluſtio Præfecto [k] mittitur Arinthæus & dum deliberatur examinatiùs quid fieri deberet, dies quatuor ſunt evolut inediâ cruciabiles, & omni ſupplicio triſtiores. Quo temporis ſpatio antequan hi mitterentur [3] ſi exabuſus Princeps paullatim terris hoſtilibus exceſſiſſet profectò veniſſet ad præſidia Corduenæ, uberis regionis & noſtræ, ex eo loc in quo hæc agebantur centeſimo lapide diſparatæ. Petebat autem Rex obſt natiùs, ut ipſe aiebat, ſua dudum à Maximiano erepta: ut docebat autem nego tium, pro redemptione noſtra, [l] [m] quinque regiones Tranſtigritanas: [4] [n] Arzan

3 *Mſ.* ſi exabuſus. 4 *Mſ.* Aſarzanænam.

g *Fame ignaviſſimo genere mortis.*] Hæc vera eſt lectio, quæ etiam in Mſ. reperitur: al. corruptè, *inaniſſimo g. m.* Sup. lib. XVII. *Fame ignaviſſimo mortis genere tabeſcentes.* Et lib. XIX. *famem ultimum malorum omnium* appellat, ut Dionyſ. Halicarn. lib. VI. & VII. *κάκιστον τῶν μέρων καὶ κακοδαιμονέστατον λιμόν.* Homer. Odyſſ. 12.

Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν.

* Quem locum etiam Columella laudat de Re ruſtica lib. 2. cap. 2. *Teterrimam comitem mortis famem* vocat, *ſi tamen Græcis camœnis habemus fidem clamitantibus,* λιμῷ δ' οἴκτιστον. G. Pomponius in Epiſtola ad Senatum apud Salluſtium in Fragm. Hiſtoriar. pag. 160. *Fame miſerrima omnium morte confeciſtis.* Livius lib. 27. pag. 664. *Fame ac frigore, quæ miſerrima mortis genera ſunt.* Vid. Senec. de Brevitate vitæ cap. 18. * *Lindenbr.*

h *Perſæ præter ſperata priores &c.*] Gregorius Nazianz. in Iulian. Orat. 2. Zoſimus lib. III. Rufus Feſt. in fine Breviarii. *Idem.*

i *Perſæ præter ſperata priores.*] Aſtum Saporis cum fuiſſe docet Libanius in Orat. funebri pag. 324. qui conſulto nomen pacis injecit, ut Rom. militum animi ea ſpe decepti minuerentur. Cúmque Romanos ad pacem omnes propenſos eſſe ſenſiſſet, ipſumque ante omnes Principem dulcedine quietis & otii delenitum eſſe; moras cœpit nectere, & interrogationibus ac reſponſis tempus terere, hoc admittendo, illud differendo: eo conſilio ut dum crebræ legationes ultro citróque commeant, alimenta Rom. conſumerentur. *Valeſ.*

k *Mittitur Arinthæus.*] Auctor Chronici Alexandrini ſcribit, Regem Perſarum Sabuarſacium (ſic enim Saporem vocat, cognomento Arſacem) nondum comperto Juliani interitu, percuſſum gravi timore, legatum ex Armenia miſiſſe Surenam nomine, qui pace ſuppliciter poſceret. Quam petitionem cùm Jovianus bentiſſimè eſſet amplexus, Arinthæus Patricius cu ſummo imperio miſſus eſt, de pacis condicionibus cu Surena tractaturus. Et induciis tridui datis, tandem p inter Rom. & Perſas convenit. *Idem.*

l *Quinque regiones Tranſtigritanas, Arzanenam &c.*] Zoſimus lib. III. Συνδίδωσι δὲ Ῥωμαῖοι τοῖς Βαρβάροις ἔθνη ἐκστῆναι τοῖς Πέρσαις, ἔτι Καρδουηνῶν, καὶ Ρημηνῶν, Ζαβδικηνῶν τε πρὸς τούτοις. Ita mirè variant hoc loco in nominibus. *Lindenbr.*

m *Quinque regiones tranſtigritanas.*] Perſæ ingen prœlio in Armenia à Galerio Cæſare ſuperati, Meſopotamiam cum quinque regionibus Tranſtigritanis red derant, ut ſcribit Rufus Feſtus in Breviario. Cur tem Tranſtigritanæ dicantur eæ regiones, ſæpenume dubitavi. Pleræque enim earum, Romanis quidem era cis Tigrim, ut patet ex lib. 21. ubi Sapor trajecto Tigri B ſabden in Zabdicena unâ è Tranſtigr. regionibus ſita oppugnat. Arzanene quoque trans Nymphium ſita non trans Tigrim, teſte Procopio in lib. 1. & 2. Per & in lib. 3. de ædificiis. Ad hæc Corduene ad Orient erat fontibus fluvii Tigris, teſte Ptolemæo. Quare R manis in Corduenem euntibus nil opus erat Tigrim tra cere. Neque Ammianus noſter cùm ad Jovinian Corduenæ Satrapam mitteretur, Tigrim ſe trajec dicit in lib. 18. Denique Petrus Patricius in illa pace q inter Rom. & Perſas inita eſt, quà Perſæ v. gen Tranſtigritanas reſtituerunt, cautum fuiſſe tradit, Tigris utriuſque Imperii limes eſſet. Non ergo tr Tigrim erant illæ regiones, ſed potiùs circa aut ſu Tigrim. * Quod quidem Rufus Feſtus egregiè con mat hiſce verbis: *Pace facta Meſopotamia eſt reſtituta: ſuper ripam Tigridis limes eſt confirmatus: ut quinque g tium trans Tigridem conſtitutarum ditionem aſſequerem*

nam, & Moxoenam, & [o] Zabdicenam, itidémque Rehimenam, [p] & Corduenam, cum caſtellis quindecim, & Niſibin, & Singaram, & caſtra Maurorum, munimentum perquam opportunum. Et cùm pugnari decies expediret, ne horum quidquam dederetur: adulatorum globus inſtabat timido Principi, Procopii metuendum ſubſerens nomen: eúmque adfirmans, niſi rediret, cognito Juliani interitu, cum intacto milite quem regebat, novas res nullo renitente facilè moliturum. Hac pernicioſa verborum ille adſiduitate nimia ſuccenſus, ſine cunctatione tradidit omnia quæ petebantur: difficilè hoc adeptus ut Niſibis & Singara ſine incolis tranſirent in jura Perſarum, à munimentis verò alienandis [q] reverti ad noſtra præſidia Romani permitterentur. Quibus exitiale aliud acceſſit & impium, ne poſt hæc ita compoſita, Arſaci poſcenti contra Perſas ferretur auxilium, amico nobis ſemper & fido. Quod ratione gemina cogitatum eſt, ut puniretur homo, qui Chiliocomum [5] mandatu vaſtaverat Principis, & remaneret occaſio, per quam ſubinde licenter invaderetur Armenia. Unde poſtea contigit, ut vivus caperetur idem Arſaces, & Armeniæ maximum latus Medis conterminans, & Artaxata inter diſſenſiones & turbamenta raperent Parthi. [r] Quo ignobili decreto firmato, ne quid committeretur per inducias contrarium pactis, obſidatûs ſpecie viri celebres altrinſecus dantur [6] [ſ] Remora, & Victor ex parte noſtrorum, & [7] Bellovædius,

5 *Mſ.* mandatu. 6 *Mſ.* Nemota. 7 *Mſ.* Bellovædius.

[Tranſtigritanæ ergo erant hæ v. regiones non Romanis, ſed Perſis.] *Valeſ.*

n *Arzanenam.*] Sic etiam nominat Petrus Patricius in Excerptis legationum, ubi has v. Tranſtigritanas regiones ſic enumerat: ὥστε καὶ τὸ ἀνατολικὸν κλίμα τὴν ἐντηλινὴν μετὰ σοφηνῆς καὶ Αρζανηνὴν μετὰ Καρδουχηνῶν καὶ ζαβδικηνῆς Ῥωμαίους ἔχειν, καὶ τίγριν τῆς ἑκατέρας πολιτείας ὁροθέσιον εἶναι. Arzanenam Theophylactus quoque vocat, & Procopius in 1. & 2. lib. Perſ. Sed in lib. 3. de ædificiis ἀρζανηνὴν appellat; quemadmodum & Menander Protector in lib. 8. Hiſt. pag. 103. Agathias in 4. ἀραξιανηνήν. A Strabone ἀραξηνὴ appellatur Armeniæ regio, & πεδίον ἀραξηνὸν ſic dictum ab Araxe fluvio, quem Barbari Etas nominant, teſte Theophylacto in lib. 3. cap. 6. Socrates in lib. 7. cap. 8. Azazenam eam regionem videtur vocare: [*Aſarzananam* codex Colbertinus vocat, *Arſarzanenam* codex Pithœi. Eutropius in libro VI. *Tigranocertam civitatem Arzianenæ nobiliſſ.* vocat. *Idem.*

o *Zabdicenam.*] Petrus Patricius ζαβδικηνὴν appellat, Zoſimus βαβδιχηνὴν mendosè pro ζαβδικηνὴν: ζαβδαῖον χωρίον vocat Sozomenus in lib. 2. cap. XI. Zerabden ejus caput. *Idem.*

p *Corduenam.*] Καρδουηνὴν vocat Petrus Patricius & Zoſimus. Sic etiam Rufus Feſtus de Trajano: *Carduenos*, inquit, *& Marcomedos obtinuit.* * In Notitia Imperii Rom. equites & *Cordueni* & *Cardueni* promiſcuè dicuntur. Xiphilinus in Trajano τὰ Καρδουχῶν ὄρη appellat. Sanè Gordyeni olim Carduchi dicebantur; teſte Strabone ac Stephano Byzantio. *Idem.*

q *Reverti ad noſtra præſ. Romana.*] Scribendum eſt *Romani*, ut Accurſius edidit. Pactus enim erat Jovianus, ut v. regiones Tranſtigritanæ cum XV. caſtellis dederentur Perſis una cum poſſeſſoribus & omni inſtrumento: Niſibis verò & Singara abſque incolis traderetur: atque ut ex illis XV. caſtellis Romani, quibus id libitum eſſet, ad alia Rom. caſtella migrare ſinerentur. *Idem.*

r *Quo ignobili decreto*] * Ammianus lib. 27. pag. 502. *pudendam pacem*; Agath. lib. 4. p. 131. *ignominioſas pactiones* vocant. * Eutropius lib. XI. *ignobilem pacem* vocat. Fuerit licet, ita tamen neceſſum fuit, à Juliano malè conflabellatum ignem ſopire. Oroſius lib. VII. cap. 31. *Fœdus cum Sapore Perſarum Rege etſi parum putant dignum, ſatis tamen neceſſarium pepigit.* Socrates Hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. 19. Gregor. Nazianz. in Iulian. Orat. 2. pag. 304. *Lindenbr.*

[ſ *Nevitta & Victor ex parte noſtrorum, & Mellobaudes.*] In Codice Colbertino ſcribitur: *Remora, & Victor ex parte noſtr. & Bellovædius.* In veteribus libris Mſſ. Ammiani, quos legit P. Pithœus, *Remora* quoque reperitur, ut ipſe ſua manu ad latus Ammiani ſui adnotavit: quamquam *Remoram* nomen viri proprium invenire uſquam non memini. *Nevitta* quidem heic locum habere non valet, ſub Juliano Magiſter armorum & Conſul: qui de Magiſtro militum Tribunus poſtea fieri non potuit Sed nec Mellobaudes vel Mallobaudes locum heic habet, Rex Francorum, & ex Tribuno Armaturarum Comes Do-

inſignium numerorum Tribuni: ex parte verò diverſa Bineſes è numero Nobilium Optimatum, tréſque alii Satrapæ non obſcuri. Fœderata [8] itaque pace annorum triginta, eáque jurisjurandi religionibus conſecrata, reverſi itineribus aliis, quoniam loca contigua flumini ut confragoſa vitabantur & aſpera, potûs inopiâ premebamur & cibi.

Cap. VIII. Et pax ſpecie humanitatis indulta, in perniciem eſt verſa multorum: qui fame aduſque ſpiritum lacerati poſtremum, ideóque latenter progreſſi; aut imperitiâ nandi gurgite fluminis [9] adhauriebantur: aut ſi undarum vi ſuperata venirent ad [1] ripas, à Saracenis vel [2] Perſis (quos, ut diximus paullo antè, exturbavere Germani) cædebantur ut pecora, vel longiùs amandati ſunt venumdandi. Ubi verò tranſeundi amnis apertè ſignum dedere buccinæ concrepantes, immane quo quantóque ardore [3] temere rapiendo momenta periculorum, ſemet quiſque reliquis omnibus anteponens, vitare multa & terribilia feſtinabat: & pars cratibus temere textis jumenta retinentes hincinde natantia; alii ſuperſidentes utribus, quidam diverſa in neceſſitatis abrupte verſantes, undarum occurſantium fluctus obliquis meatibus penetrabant. Imperator ipſe brevibus lembis, quos poſt exuſtam claſſem docuimus remanſiſſe cum paucis tranſvectus, eadem navigia ultro citróque diſcurrere ſtatuit, dum omnes conveheremur. Tandémque univerſi præter merſos ad ulteriores venimus margines, favore ſuperi numinis diſcrimine per difficiles caſus extracti Dum nos pendentium ærumnarum opprimit timor, compertum eſt procurſatorum indicio, Perſas pontem jungere procul è noſtro conſpectu, ut poſt firmatam pacem & fœdera ſopitis belli turbinibus, incurioſiùs gradientes ægros & animalia peterent diu defatigata: verùm cum ſe proditos advertiſſent, à conatu nefario deſtiterunt. Hac etiam ſuſpicione jam liberi, properantéſque itineribus magnis, [t] prope [v] Hatram venimus, vetus oppidum in media ſolitudine poſitum, olímque deſertum: quod diruendum adorti temporibus varii Trajanus & Severus Principes bellicoſi, cum exercitibus pæne deleti ſunt, ut in eorum actibus has quoque digeſſimus partes. Unde cognito per porrectam planitiem aduſque lapidem ſeptuageſimum in regionibus aridis nec aquam invenire poſſe præter ſalſam & fætidam, nec ad victum aliquid niſi [x] abroto-

8 *Al.* ita pace. 9 *Mſ.* adoriebantur. 1 *Mſ.* ripas rapti à Saracenis. 2 *Mſ.* percum. 3 *Mſ.* intenire.

---

meſticorum.] *Hadr. Valeſ.*

t *Prope Hatram venimus.*] Hatræ dicitur hoc opidum in Tabula Itineraria Peutingerorum, non longè à fluvio Tigri. Dio in lib. ult. τὰ Ἄτρα appellat. Sic enim in Mſ. codice exaratum erat, ex quo nuper Dionis Fragmenta edidimus, Opidum Trajani & Severi Principum obſidione memorabile. De Trajano quidem id refert Dio in lib. 68, pag. 785. quamquam ibi τοῖς ἀγαρηνοῖς vitiosè perſcriptum eſt pro ἀτρηνοῖς. Idem.

v *Hatram venimus vetus oppidum*] Stephan. Ἄτρα, πόλις μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγριδος. Ejus urbis ſitum deſcribit Herodianus lib. III. pag. 528. ἦν δὲ ἡ πόλις ἐπ᾽ ἄκρας ὑψηλοτάτης ὄρους, τείχει μεγίστῳ καὶ γενναίῳ περιβεβλημένη, πλήθει ἀνδρῶν τε τοξοτῶν ἀκμάζουσα. Vid. Xiphilin. in Severo pag 410. *Lindenbr.*

x *Abrotanum & abſinthium.*] In Editione Rom. & in Mſ. Toloſ. * [ac Colb.] *abrotonum* ſcribitur rectiùs. Sic enim Græci vocant. De abſinthio quo abund.

num, & abſinthium, [y] & dracontium, aliáque herbarum genera triſtiſſima: vaſa quæ portabantur, aquis impleta ſunt dulcibus: & mactatis camelis jumentíſque aliis, alimenta quæſita ſunt licèt noxia. Et viâ ſex dierum emensâ, cùm ne gramina quidem invenirentur, ſolatia neceſſitatis extremæ: Dux Meſopotamiæ Caſſianus, & Tribunus [z] Mauricius pridem ob hoc miſſus, [4] ad Ur nomine Perſicum venere caſtellum, cibos ferentes ex his, quos relictus cum Procopio & Sebaſtiano exercitus parciùs victitans conſervarat. Hinc Procopius alter Notarius, & [5] Memoridus [a] militaris Tribunus, ad tractus Illyricos mittuntur & Galliarum, nuntiaturi Juliani mortem, & Jovianum poſt ejus obitum ad culmen auguſtum evectum. Quibus mandaverat Princeps, ut Lucillianum ſocerum ſuum, poſt depoſitum militiæ munus digreſſum ad otium, morantémque eo tempore apud Sirmium, oblatis magiſterii equitum & peditum codicillis, quos iiſdem tradiderat, properare Mediolanum urgerent, res firmaturum ancipites: & quod magis metuebatur, ſi caſus novi quidam exſurgerent, opponendum. Quibus ſecretiores addiderat litteras, Lucillianum itidem monens, ut quoſdam lectos exploratæ induſtriæ fideíque duceret ſecum: adminiculis eorum uſurus pro incidentium captu negotiorum. Prudentíque conſilio Malarichum ex familiaribus negotiis agentem etiamtum in Italia, miſſis inſignibus [6] Jovino juſſit ſuccedere armorum Magiſtro per Gallias, gemina utilitate præſpeculata: ut & Dux meriti celſioris, ideóque ſuſpectus abiret è medio; & homo inferioris ſpei ad ſublimiora provectus, auctoris ſui nutantem adhuc ſtatum ſtudio fundaret ingenti. Juſſum eſt autem ad implenda hæc perrecturis, extollere ſeriem geſtorum in melius, & rumores quaquà irent [b] verbis diffundere, [7] concinentibus procinctum Parthicum exitu proſpero terminatum: additíſque feſtinando itineri noctibus, provinciarum militiæque rectoribus [8] inſinuare novi Principis ſcripta, omniúmque ſententiis occultiùs ſciſcitatis remeare velociter cum reſponſis, ut comperto quid in longinquis agatur, principatus [9] corroborandi matura conſilia quærantur & cauta. Hos tabellarios fama prægrediens, index triſtiorum caſuum [1] velociſſima, per provincias volitabat & gentes;

4 *Mſ.* adur. 5 *Al.* Memorius. 6 *Al.* Joviano. 7 *Mſ.* concinentibus. 8 *Mſ* inſinuarent. 9 *Mſ.* corroborandi. 1 *Mſ.* velociſſima.

Syria, Philoſtratus in 1. de vita Apollonii: ἡ χώρα δ' ἡ ἐπὶ Βαβυλῶνος ἀψινθίου πλήρης οὖσα. Valeſ.

* y *Et Dracontium.*] Dracontion deſcribitur à Theophraſto libri 7. Hiſt. plant. capite XI. ari ſpecies ita dicta, quòd caulem habeat inſtar pellis draconis varietate quadam interpictum. Vulgò Serpentina dicitur. Malè in Gloſſis *fel terræ*, δρακόντειος βοτάνη redditur. Nam fel terræ Centaurium eſt. * *Idem.*

z *Mauricius pridem ob hoc miſſus*] Zoſimus in libro 3. idem ſic narrat: *Μαυρίκιον μὲν τῶν λοχαγῶν ἕνα τροφὴν ἐκ Νισίβιος ἀγαγεῖν ἐκέλευσε τῷ στρατοπέδῳ, ἀπαντῆσαι δὲ μετὰ ταύτης ὡς ἂν οἷόν τε ᾖ πορρωτάτω. Mauricium Tribunum alimenta è Niſibi exercitui advehere & quam longiſſimè poſſet occurrere juſſit obviam.* Idem.

a *Militaris Tribunus.*] Sic dicuntur Tribuni militum, ad differentiam Tribunorum & Notariorum: & ita in lege un. Cod. Theod. qui à præbitione tironum, & apud Eutropium in Severo. *Idem.*

b *Breves diffundere concinentes.*] Hæc ſcriptura ex conjectura Gelenii profecta eſt. Nam in Editione Rom. perinde ac in codice Regio * & Toloſ. * [ac Colbert.] legitur in hunc modum, *brevis diff. concinentibus.* Unde conjici poteſt ſic à Marcellino ſcriptum fuiſſe, *rumores quaquà irent breviis diffundere concinentibus.* Sunt autem

maximéque omnium Niſibenos acerbo dolore perculſit, cùm urbem Sapori de-
ditam comperiſſent: cujus iram metuebant & ſimultates, recolentes quæ adſi-
duè pertulerit funera, eam ſæpius oppugnare conatus. Conſtabat enim [2] or-
bem Eoum in ditionem potuiſſe tranſire Perſidis, niſi hæc civitas habili ſitu &
mœnium magnitudine reſtitiſſet. Miſeri tamen licèt majore venturi pavore con-
ſtringerentur, ſpe tamen ſuſtentari potuerunt exigua: hac [3] ſcilicet, velut ſu-
opte motu, vel exoratus eorum precibus Imperator, eodem ſtatu retinebit ur-
bem, Orientis firmiſſimum clauſtrum. Dum geſtorum ſeriem ubique rumores
diffunditant varii, in exercitu abſumptis commeatibus paucis quos advectos
prædiximus, in corpora ſua neceſſitas erat humana vertenda, ni jumentorum
caro cæſorum aliquatenus perduraſſet: unde effectum eſt, [c] ut & armorum
pleraque projicerentur & ſarcinarum. Adeo enim atroci tabuimus fame, ut ſ
uſquam modius unus farinæ fuiſſet repertus, (quod raro contigerat) aurei
decem mutaretur ut minùs. Profecti exinde Thilſaphata venimus, ubi Sebaſtia
nus atque Procopius cum Tribunis Principiiſque militum ſibi ad tuendam Me
ſopotamiam commiſſorum, ut poſcebat ſollemnitas, occurrerunt: & ſequeban
tur benignè ſuſcepti. Poſt quæ itinere feſtinato, Niſibi cupidè viſa, [d] extra ur
bem ſtativa caſtra poſuit Princeps: rogatúſque enixè precante multiplici plebe
ut ingreſſus, Palatio more ſuccederet Principum; pertinaciter reluctatus eſt
erubeſcens agente ſe intra muros, urbem inexpugnabilem iratis hoſtibus [4] tra
di. Ibi tunc veſpera tenebrante, raptus à cena Jovianus, primus inter Nota
rios omnes, quem [5] in obſidione civitatis Majozamalchæ per cuniculum de
cuimus evaſiſſe cum aliis, ductúſque ad devium locum, & præceps actus in pu
teum ſiccum, obrutus eſt ſaxorum multitudine ſuperjecta: hanc profectò o
cauſam, quòd Juliano perempto, ipſe quoque nominatus à paucis ut imperi
dignus, nec poſt creatum Jovianum egit modeſtè: ſed ſuſurrans ſuper negoti
quædam audiebatur, invitabátque ad convivia ſubinde militares.

Cap. IX. Poſtridie Bineſes unus ex Perſis, quem inter alios excellere d
ximus, mandata Regis complere feſtinans, promiſſa flagitabat inſtanter:

---

2 *Al.* orbem eorum. 3 *Mſ.* ſcilicet velut ſuopte. 4 *Al.* tradit. 5 *Vulg.* τὸ in *deeſt.*

---

brevia chartulæ ſeu pittacia, quæ illi à Ioviano miſſi ſpar-
gere per opida ac provincias jubebantur. Henr. Valeſius.
[Sed magis placet ita ſcribi, *verbis diffundere concinenti-
bus, &c.*] Hadr. Valeſius. Si tamen & hæc quatuor al
phabeti elementorum omnium tranſpoſitio probanda eſt,
& id tantum agere debuerint, ut verbis diffunderent,
non etiam *literis*, quam vocem in τῷ *brevis* latere credi-
derim. *Gronov.*

c *Ut & armorum pleraque projicerentur.*] Fœda ac mi-
ſerabilis facies exercitus Romani amiſſo duce redeuntis:
quam optimè deſcribit Libanius in Orat. funebri, p
325. ὡς αὐτοί γε τὰ ὅπλα ῥίψαντες ἐκείνοις ἔχειν, ὥσπερ ἐκ ναυα
γυμνοὶ περισωθέντες οἱ πλείους ἐπανήκασι, &c. *Adeo illi pro
jectis armis, tamquam ex naufragio nudi plerique ac men
cantes redierunt. Quòd ſi quis dimidiatum clypeum, aut
ſtæ tertiam partem, aut ocrearum alteram ſuper humeros
tulerat, is verò Callimachus habebatur.* Adde Chryſoſ
mum in Orat. 2. de S. Babyla. *Valeſ.*

d *Extra urbem ſtativa caſtra poſuit Princeps.*] Conſ
rit Zoſimus in lib. 3. & auctor Chronici Alexandr
Proinde miror, cur Iohannes Antiochenus in Exc
ptis, quæ adhinc biennio edita ſunt, Iovianum biduo
ſibi commoratum eſſe ſcribat. Paullo pòſt ex Mſ. F

Principe permittente Romano civitatem ingreſſus, [e] gentis ſuæ ſignum ab arce extulit, [6] ſubmigrationem è patria civibus nuntians luctuoſam. Et vertere ſolum extemplò omnes præcepti, manus tendentes orabant, ne imponeretur ſibi neceſſitas abſcedendi, ad defendendos penates ſe ſolos ſufficere ſine alimentis publicis adfirmantes & milite, ſatis confiſi adfuturam juſtitiam pro genitali ſede dimicaturis, ut experti ſunt ſæpe. [7] Et hæc quidem ſuppliciter ordo & populus precabatur: ſed ventis loquebantur incaſſum, Imperatore, ut fingebat alia metuens, perjurii piacula declinante. Tum [f] Sabinus fortuna & genere inter municipes clarus, ore volubili replicabat, Conſtantium immani crudeſcente bellorum materiâ ſuperatum à Perſis interdum, deductúmque poſtremò per fugam cum paucis ad [g] Hibitam ſtationem intutam, panis fruſto vixiſſe precario, ab anu quadam agreſti porrecto, nihil tamen ad diem perdidiſſe ſupremum: & Jovianum inter exordia principatus provinciarum muro ceſſiſſe, [8] cujus obice jam inde à vetuſtate innoxiæ permanſerunt. Cúmque nihil promoveretur, jurisjurandi religionem Principe deſtinatiùs prætendente: cùm oblatam ei coronam aliquamdiu recuſans, coactus denique ſuſcepiſſet, [i] Silvanus quidam cauſarum defenſor confidentiùs [9] exclamavit. *Ita*, inquit, *Imperator à civitatibus reſiduis coroneris.* Quo verbo exaſperatus, intra triduum omnes juſſit excedere mœnibus, deteſtantes rerum præſentium ſtatum. Appoſitis itaque compulſoribus, mortem ſi qui diſtulerint egredi minitantibus, mœnia permiſta ſunt lamentis & luctu: & per omnia civitatis membra una vox cunctorum erat gementium, cùm laceraret crines matrona exſul fuganda laribus, in quibus nata erat & educata: orbatáque mater liberis [1] vel conjuge viduata, procul ab eorum Manibus pelleretur: & [k] turba flebilis poſtes pena-

6 *Mſ.* ſubmigratione. 7 *Mſ.* Et hæc. 8 *Vulg.* cujus obiiſſe. 9 *Steph.* exclamavit. 1 *Al.* & conjug.

& Colbert.] & Editione Rom. ſcribendum eſt: *Ut ingreſſus, Palatio more ſuccederet Principum.* Valeſ.

e *Gentis ſuæ ſignum ab arce ext.*] In Alexandrino Chronico id ſic relatum eſt: ὁ δὲ ἰοῦνιος ὁ τῶν περσῶν σατράπης ἀπελθὼν ἐν τῇ πόλει κατὰ κέλευσιν τοῦ βασιλέως, εἰς ἕνα τῶν πύργων σημεῖον περσικὸν ἐπέθηκε. *Junius Perſarum Satrapa permiſſu Imp. urbem ingreſſus, ſignum Perſicum ex quadam turre ſuſtulit.* Legendum βίνιος, Vinius, id eſt, *Bineſes* vel *Biniſes* Ammiano.] *Idem.*

f *Sabinus fortunâ & genere inter municipes clarus*] Zoſimus: Σαβῖνος τοῦ βουλευτικοῦ προεστὼς καταλόγου. Lindenbr.

g *Hibitam ſtationem intutam.*] Eadem eſſe videtur, quæ in Tabula Peuting. dicitur Thebeta 18. millibus diſtans ab urbe Niſibi: & inter Epiſcopos Meſopotamiæ, qui Nicæno Concilio ſubſcripſere, Iacobus Hebetenſis commemoratur. * Sed Iacobus Niſibites vel Niſibitenſis ſcribi debet, ex Gennadio aliíſque. * *Valeſ.*

h *Provinciarum muro*] Planè ut Zoſimus, qui προτείχισμα dixit lib. III. ἐδεήθησαν ἱκετεύοντες μὴ στερηθῆναι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν τοῦ προτειχίσματος. Sic Iordanes in Hiſtor. Goth. *Getas quaſi murum regni ſui contra ceteras gentes ſtatuit.* * Pentadius in tumulo Hectoris in Catalect. Poët. vet.

Defenſor patriæ, juvenum fortiſſimus Hector,
Qui murus miſeris civibus alter erat.

In altercatione Hadriani:

Quid eſt miles? murus imperii Lindenbr.

i *Silvanus q. cauſarum defenſor.*] Hunc Comitem & Decurionem appellat auctor Alexandrini Chronici: καὶ ἐξελθὼν πρὸς αὐτὸν Σιλβανὸς κόμης τὴν ἀξίαν καὶ πολιτευόμενος τῆς αὐτῆς πόλεως, προσέπεσε τῷ βασιλεῖ δεόμενος μὴ παραδοῦναι τὴν πόλιν πέρσαις.. ὡς δὲ οὐκ ἔπεισεν αὐτὸν, ὀμωμοκέναι γὰρ ἔφασκε, καὶ μὴ βούλεσθαι δόξαν ἐπιόρκου λαβεῖν, &c. *Et egreſſus Silvanus Comes, & Decurio Niſibenus ad Principis genua affuſus oravit, ne Perſis Niſibin traderet vellet. Quòd cùm perſuadere non poſſet, (aiebat enim Imp. ſe juramento obſtrictum eſſe, &c.)* Valeſ.

k *Turba flebilis poſtes penatium amplexa vel limina*] * Val. Flaccus lib. 4. Argonaut. *Vltima tum patriæ Tydeus*

tium amplexa vel limina lacrimabat. Exin variæ complentur viæ, quà quiſque poterat dilabentium. Properando enim multi furabantur opes proprias, quas vehi poſſe credebant, contemptâ reliquâ ſupellectili pretioſâ & multâ: hanc enim reliquerunt pænuria jumentorum. Tu hoc loco Fortuna orbis Romani meritò incuſaris, quæ difflantibus procellis Remp. excuſſa regimenta perito rei gerendæ ductori, [1] conſummando juveni porrexiſti: quem nullis anteactæ vitæ inſignibus in hujuſmodi negotiis cognitum, nec vituperari [2] eſt æquum nec laudari. Illud tamen ad medullas uſque bonorum pervenit: quod [m] dum extimeſcit æmulum poteſtatis, dúmque in animo [n] per Gallias & Illyricum verſat quoſdam ſæpe ſublimiora cœptaſſe, famam adventus ſui prævenire feſtinans, indignum imperio facinus amictu perjurii fugiendi commiſit, [o] Niſibi prodita: quæ jam inde à Mithridatici regni temporibus, ne Oriens à Perſis occuparetur, viribus reſtitit maximis. [p q] Numquam enim ab Urbis ortu inveniri poteſt annalibus replicatis, ut arbitror, terrarum pars ulla noſtrarum ab Imperatore vel Conſule hoſti conceſſa: ſed ne ob recepta quidem quæ direpta ſunt, verùm

2 *Al.* τὸ eſt *deeſt.*

dedit oſcula ripæ. Vid. Ovid. lib. Triſt. vel de Ponto. * Rutil. Claudius lib. I.

Crebra relinquendis infigimus oſcula portis,
Inviti ſuperant limina ſacra pedes. Lindenbr.

1 *Conſummando juveni.*] Sic honeſtè & verecundè dixit Marcellinus, cùm ob majeſtatem Auguſti culminis, inconſummatum nollet apertè dicere. Eſt igitur figura, quam Græci εὐφημισμὸν dicunt. Quâ uſus eſt etiam Demoſthenes in Orat. adverſus Leptinem, ubi ampliſſima munera olim ab Athen. civitate quibuſdam publicè data commemorat. τότε μὲν γὰρ ἡ πόλις ἡμῶν καὶ γῆς εὐπόρει καὶ χρημάτων, νῦν δὲ εὐπορήσει. δεῖ γὰρ τοῦτο λέγειν καὶ μὴ βλασφημεῖν. *Tunc enim civitas noſtra & agris, & pecuniis abundabat: nunc verò abundabit: hoc enim ſatius eſt dicere quàm male ominari.* Valeſ.

m *Dum extimeſcit æmulum poteſtatis.*] Eutropium imitatus videtur Marcellinus, qui ſic ait de Ioviano: *Sed dum æmulum Imperii veretur intra Orientem reſidens, gloriæ parum conſuluit.* Idem.

n *Gallias & Illyricum.*] Scribendum videtur, *per Gall. & Illyricum verſat, quoſdam ſæpe ſubl. tentaſſe.* Idem.

o *Niſibi prodita, quæ jam inde, &c.*] Severus quidem hac urbe recepta gloriari ſolebat, ſeſe eam Syriæ propugnaculum reddidiſſe. προβολον αὐτὴν τῆς Συρίας πεποιηκέναι. Sed Dio eam urbem plurimorum & bellorum ſimul, & damnorum cauſam fuiſſe Imperio. Rom. prodit. Ceterùm ex quo à Ioviano Perſis dedita eſt, à Rom. recuperari non potuit, teſte Zoſimo & Agathia. Cives quidem ipſi maxima pars Amidam ſe receperunt, cujus urbis ſuburbanum Iovianus eis incolendum dedit, ut ſcribit Zoſimus & auctor Alex. Chronici. Chryſoſtomus in Orat. 2. de S. Babyla contra Gentiles, Niſibin vocat propugnaculum orbis Romani: ὃ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ὥσπερ τεῖχος ἦν ἀρραγὲς, &c. Idem.

p *Numquam enim ab Urbis ortu inveniri poteſt*] Eutropius eadem verbis non multùm differentibus, qu[æ] hiſtoriæ illuſtrandæ cauſâ adſcribam: *Uno à Perſis atque altero prælio victus* (Iovianus) *pacem cum Sapore neceſſariam quidem, ſed ignobilem fecit, multatus finibus ac nonnulla Imperii Romani parte tradita: quod ante eum anni* M C I I X X. *fere, ex quo Romanum Imperium conditum erat, numquam accidit.* Rufus Feſtus: *Tanta reverentia Romani nominis fuit, ut à Perſis priùs ſermo de pace haberetur, ac reduci confectus inedia exercitus ſineretur, conditionibus, quod numquam antè accidit, diſpendioſis Romanæ Reip. impoſitis.* Falluntur autem, quòd Imperii Rom. fines ante hanc ignobilem Ioviani pacem mutatos atque reſtrictos negant: qui error ut craſſus nimis, ſic nemini in Hiſtoria Romana mediocriter verſato ignotus eſſe poteſt. Meliore itaque judicio Zoſimus: nam & is licèt in Ioviani invidiam multa ſcribat, Perſidis tamen terminos ad illa uſque tempora immotos tantùm dicit. Eum operæ pretium erit videre Hiſtor. lib. III. pag. 731. *Lindenbr.*

q *Numquam enim ab urbis ortu.*] Hoc Marcellini dictum Caſaubonus in Notis ad Spartianum in Hadriano & poſt eum Lindenbrogius ad hunc locum falſi arguunt. Exemplum enim Hadriani & Aureliani objicit Caſaubonus, & Diocletiani, qui Rom. Imperii limitem à meridie ſupra Ægyptum artavit teſte Procopio. Sed qui non videt horum Principum, & Ioviani longè diſſimilem eſſe cauſam? Illi enim ſapienti conſilio regiones quaſdam, quas ſine magno ſumptu & incommodo tueri non poterant, citra fœdus ullum dimiſerunt. at Iovianus turpi pactione quaſi victus, redemptionis loco provincias pop. Rom. Perſis tradidit. Verum itaque eſt quod Marcellinus noſter & Eutropius cum Rufo Feſto aſſerunt, numquam ab Urbe condita Ducem ullum Rom

ob amplificata regna triumphalis gloria fuiſſe delata. Unde P. Scipioni ob recuperatas Hiſpanias, Fulvio Capuâ poſt diuturna certamina ſuperatâ, & Opimio poſt diverſos exitus prœliorum, Fregellanis tunc internecivis hoſtibus ad deditionem compulſis, [r] triumphi ſunt denegati. Id etiam memoriæ nos veteres docent, [ſ] in extremis caſibus icta cum [3] dedecore fœdera, poſtquàm partes verbis juravere conceptis, repetitione bellorum ilico diſſoluta: ut temporibus priſcis apud Furcas Caudinas ſub jugum legionibus miſſis in Samnio, & per Albinum in Numidia ſceleſtè [4] pace cogitata, & auctore turpiter pactionis feſtinatæ Mancino dedito Numantinis. Proinde extractis civibus, & urbe tradita, miſſóque Tribuno Conſtantio, qui munimenta præſidiaria cum regionibus, Perſicis Optimatibus adſignaret: cum Juliani ſupremis Procopius mittitur, ea, ut ſuperſtes ille mandarat, humaturus [t] in ſuburbano Tarſenſi: Qui ad exſequendum profectus, confeſtim corpore ſepulto diſceſſit, nec inveniri uſquam potuit ſtudió quæſitus ingenti, niſi quòd multo poſtea apud Conſtantinopolim viſus eſt ſubitò purpuratus.

CAP. X. His hoc modo peractis, diſcurſiſque itineribus, Antiochiam venimus, ubi per continuos dies velut offenſo numine multa viſebantur & dira: quorum eventus fore luctificos gnari rerum prodigialium præcinebant. Nam & Maximiani ſtatua Cæſaris quæ locata eſt in veſtibulo regiæ, amiſit repentè [v] ſphæram æream, formatam in ſpeciem poli, quam geſtabat: & cum horren-

3 *Al.* ductore. 4 *Mſ.* pax.

pactione inita provincias hoſtibus conceſſiſſe. Quo maximè pax illa Ioviani plena dedecoris & infamiæ fuit, quanumvis eum excuſare Chriſtiani tentaverint, ut Gregorius Naz. in Philipp. 2. Auguſtinus in lib. 4. de Civitate Dei cap. 29. & in lib. 5. cap. 21. Itaque rectè Zonaras id fœdus indecorum, & indignum nomine Rom. fuiſſe dixit: κἀκεῖνος δεξάμενος τὴν ἀρχὴν, τοῖς πέρσαις ἐσπείσατο οὐ πρεπούσας ῥωμαίοις σπονδὰς ἐξ ἀνάγκης πεποιηκώς. Et Agathias in lib. 4. ait Iovianum omnibus modis feſtinantem ex hoſtico digredi, & numquam ſatis citò ſe in provincias pop. Rom. venturum eſſe credentem, turpem & ignominioſam ac damnoſam Reip. pacem feciſſe. *Valeſ.* Tangit hunc locum & Caſauboni de eo judicium Freinshemius ad Florum III. 3. *Gron.*

r *Triumphi ſunt denegati.*] Valerius Maximus lib. II. cap. 8. num. 4. & 5. *Lindenbr.*

ſ *In extremis caſibus icta cum dedecore fœdera*] Sic optimè ex Mſ. nam quod in vulg. eſt, *cum ductore f.* non placet. Hoc primum; nunc reliqua ex Eutropio adteram: *Quin etiam legiones noſtræ, ita & apud Caudium per Pontium Teleſinum, ita & in Hiſpania apud Numantiam, & in Numidia ſub jugum miſſæ ſunt, ut nihil tamen finium traderetur. Ea pacis conditio non penitus reprehendenda foret, ſi fœderis neceſſitatem, cùm integrum fuit, mutare voluiſſet, ſicut à Romanis omnibus his bellis, quæ commemoravi, factum eſt. Nam & Samnitibus, & Numantinis & Numidis confeſtim bella illata ſunt, neque pax rata fuit.* Vid. Liviumlib. IX. Flor. lib. I. cap. 16. lib. II. cap. 18. lib. III. cap. I. *Idem.*

t *In ſuburbano Tarſenſi.*] Vide Libanium in Orat. funebri, pag. 331. Gregorius in Philipp. 2. Iuliani cadaver præeuntibus mimis, & ludionibus ſcurriliter mortuum deridentibus Tarſum eſſe delatum ait: quod non per contumeliam factum eſſe putandum eſt, ſed ex more veteri; de quo Agellius in lib. 20. cap. 2. & Suetonius in Veſpaſiano, & ibi Caſaubonus. Memorabile eſt, quod ait idem Gregorius in Carmine de Virginitate, Iuliani cadaver in tumulo quaſi ebullire viſum eſſe.

Οὗ θεόθεν πληγέντος ἐπεὶ μόθον ἤρατο χερσὶ,
Θερμὸν ἔτι ζείουσα κόνις, μέγα θάμβος ἀπίστοις.

* Idem dicit in Oratione 21. de laudibus Athanaſii pag. 394. * *Valeſ.*

v *Sphæram æream form. in ſp. poli.*] Sic ferè imagines Imperatorum pingi ſolebant: ut docet Baſilius Seleuciæ Epiſcopus in Sermone 1 de Adam his verbis: ὥσπερ οἱ τὰς τῶν βασιλέων ἀποβλέποντες εἰκόνας, τῇ τῶν χρωμάτων λαμπρότητι μαρμαρυγὰς ἀφιείσας, ἁλουργίδα μὲν τὴν τῆς θαλάσσης ἀποστίλβουσαν ἄνθος, διάδημα δὲ τοῖς φέγγεσι τῶν λίθων ἀστράπτον, χεῖρα δὲ τῷ σφαιροειδεῖ σχήματι τοῦ κόσμου τὸν κύκλον τοῖς δακτύλοις φέρειν νομιζομένην, ἐκπλήττονται μὲν, &c. *Ut qui imagines Impp. adſpiciunt, quæ colorum fulgore præſtringunt oculos, chlamydem quidem purpuream marino flore collucentem, diadema*

do ſtridore ſonuerunt in conſiſtorio trabes: & viſa ſunt interdiu [x] ſidera cometarum, ſuper quorum natura ratiocinantes phyſici variant. Quidam enim eos hoc nomine ideo exiſtimant appellari, quòd tortos ignes ſpargunt ut crines, [y] in unum ſtellis multiplicibus congregatis. Alii eos arbitrantur ex halitu ſicciore terrarum igneſcere, paullatim in ſublimiora [5] ſurgente. Quidam [6] currentes radios Solis, denſiore nube objecta digredi ad inferiora prohibitos, ſplendore infuſo corpori craſſo, lucem velut ſtellis diſtinctam mortali conſpectu monſtrare. Sedit quorundam opinioni, hanc ſpeciem tunc apparere, cum [7] e- recta ſolito celſiùs nubes æternorum ignium vicinitate colluceat: vel certè ſtellas eſſe quaſdam ceteris ſimiles, quarum ortus obitúſque quibus ſint temporibus præſtituti, humanis mentibus ignorari. Plura alia de cometis apud peritos mundanæ rationis ſunt lecta: quæ digerere nunc vetat aliorſum oratio properans. Moratum paulliſper Antiochiæ Principem, curarúmque ponderibus diverſis adflictum, exeundi mira cupiditas agitabat: proinde nec jumento parcens nec militi, flagrante hieme [8] indę profectus, ſignis ut dictum eſt vetantibus plurimis, Tarſum urbem Cilicum nobilem introiit, cujus originem docuimu ſuprà. Exindéque egredi nimiùm properans, [z a] exornari ſepulcrum ſtatuit Juliani, in pomœrio ſitum itineris, quod ad Tauri montis anguſtias ducit: cuju ſuprema & cineres, ſi qui tunc juſtè conſuleret, non [b] Cydnus videre deberet

5 *Mſ.* ſurgentes. 6 *Mſ.* currenteſque. 7 *Mſ.* erecta. 8 *Mſ.* die.

...ntem lapillorum lumine coruſcans, manum denique quæ orbem terrarum in modum ſphæræ formatum digitis geſtare creditur; hærent attoniti, &c. Valeſ. Supra lib. XXI. cap. 14.

x *Sidera cometarum, ſuper quorum natura ratiocinantes Phyſici variant*] Vid. Achil. Stat. Alexandrin. in Arati Phænom. cap. περὶ κομητῶν pag. 102. Stob. in Eclog. Phyſic. cap. 26. * Seneca Natur. Quæſt. lib. ult. * Apul. de Mundo, Theophylact. Simocat. lib. VII. pag. 339. *Lindenbr.*

y *In unum ſtellis mult. congregatis.*] Quæ Democriti & Anaxagoræ fuit opinio, qui cometam nil aliud eſſe dicebant, quàm concurſum errantium ſiderum, teſte Ariſtotele in lib. 1. Meteor. & Diogene in Anaxagora. Sed hanc ſententiam refutat Seneca in lib. 7. Nat. quæſt. Sequens autem opinio cometas ex halitu ſicciore terrarum naſci, Ariſtotelis eſt, & Peripateticorum, ut Spori apud Theonem in Aratum pag. 120. Poſtrema omnium opinio hîc relata, Pythagoram habet auctorem, teſte Ariſtotele, & Plutarcho in lib. 3. de Placitis Philoſophorum. *Valeſ.*

z *Exornari ſepulcrum ſtatuit Juliani in pomœrio ſitum itineris*] De hoc ipſo ſepulcro Zoſimus lib. III. καὶ τοῦτο μὲν (Juliani corpus) εἰς Κιλικίαν ἀπενεχθὲν, ἐν τινι Ταρσοῦ προαστείῳ βασιλικῇ ταφῇ παρεδίδετο, καὶ ἐπίγραμμα προσεγέγραπτο τῷ τάφῳ τοιόνδε·

ΙΟΥΛΙΑΝΟϹ ΜΕΤΑ ΤΙΓΡΙΝ ΑΓΑΡΡΟΟΝ ΕΝΘΑΔ' ΚΕΙΤΑΙ
ΑΜΦΟΤΕΡΟΝ ΒΑϹΙΛΕΥϹ Τ' ΑΓΑΘΟϹ ΚΡΑΤΕΡΟ Τ' ΑΙΧΜΗΤΗϹ.

Aliter Cedrenus pag. 253. Τὸ δ' ὕστατον σῶμα ἀπεκομίσθη Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἐτέθη ἐν λάρνακι πορφυρᾷ κυλινδροειδεῖ, ᾗ ἐπιγέγραπται ἐλεγεῖον τόδε.

ΚΥΔΝΩ ΕΠ' ΑΡΓΥΡΟΕΝΤΙ, ΑΠ' ΕΥΦΡΗΤΑ ΡΟΑΩΝ
ΠΕΡϹΙΔΟϹ ΕΚ ΓΑΙΗϹ ΑΤΕΛΕΥΤΗΤΩ ΕΠΙ ΕΡΓΩ
ΚΙΝΗϹΑϹ ϹΤΡΑΤΙΑΝ, ΤΟΔΕ ΙΟΥΛΙΑΝΟϹ ΛΑΧΕ ϹΗΜΑ
ΑΜΦΟΤΕΡΟΝ ΒΑϹΙΛΕΥϹ Τ' ΑΓΑΘΟϹ, ΚΡΑΤΕΡΟϹ Τ' ΑΙΧΜΗΤΗϹ.

* Idem Epitaphium apud Zonaram quoque exſtat. C-terum cum Zoſimo conſentit, & cadaver Tarſum pe-latum, in proaſtio ibi ſepultum dicit * *Lindenbr.*

a *Exornari ſepulcrum ſt. Juliani.*] Idem tradit Zo-ras his verbis: ἐξ Ἀντιοχείας δὲ εἰς Ταρσὸν γεγονὼς, καὶ τὸ μνῆμα κοσμήσας τοῦ Ἰουλιανοῦ ἐπανίει. Idem Juliani cadaver Tar- Conſtantinopolim poſtea allatum eſſe ſcribit, quod co- firmat Cedrenus. *Valeſ.*

b *Cydnus gratiſſimus amnis*] Curtius lib. III. *Cy-nus non ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis: quip- leni tractu è fontibus labens puro ſolo excipitur, nec torre-tes incurrunt, qui placide manantis alveum turbent; itaq- incorruptus, idemque frigidiſſimus, quippe multa ripar- amœnitate inumbratus, ubique fontibus ſuis ſimilis in mare evadit.* Lindenbr.

quamvis [c] gratiſſimus amnis & liquidus: ſed ad perpetuandam gloriam rectè factorum [d] præterlambere Tiberis interſecans urbem æternam, [e] Divorúmque veterum monumenta præſtringens.. [9] Deinde Tarſo profectus, extentis itineribus venit opidum Cappadociæ Tyana: ubi ei reverſi Procopius Notarius & Memoridus Tribunus occurrunt, geſtorúmque aperiunt textum, hinc ut ordo poſcebat exorſi, quòd Lucillianus Mediolanum ingreſſus cum Seniaucho & Valentiniano Tribunis quos duxerat ſecum, cognito quòd Malarichus recuſavit ſuſcipere magiſterium, effuſo curſu petierat Remos. Et tamquam in alto gentis ſilentio, extra calcem ut dicitur procurrebat: & intempeſtivè parum etiamtum firmatis omnibus [f] ex Actuario ratiociniis ſcrutandis incubuit: qui fraudum conſcius & noxarum, ad militaria ſigna confugit: finxítque Juliano ſuperſtite in res novas quemdam medium ſurrexiſſe: cujus fallaciis turbo militaris acerrimè concitus Lucillianum & Seniauchum occidit. Valentinianum enim paullo poſtea Principem, trepidum & quò confugeret ambigentem, Primitivus hoſpes tutiùs amandarat. His ita triſtibus lætum aliud addebatur, miſſos à Jovino milites adventare, quos [gh] Capita ſcholarum ordo caſtrenſis appellat,

9 *Al.* Inde.

---

*c *Non Cydnus gratiſſ. amnis & liquidus.*] Idem dicit Dio in Tarſica 1. initio, & pag. 401. & 402. puriſſimas ejus fluvii aquas fuiſſe teſtatur, adeo ut Tarſenſes, ſi fortè Cydnus per urbem ſuam turbidior fluxiſſet; indignari ſolerent: aquam enim Cydni puriſſimam non bibere ſolùm, ſed etiam cernere cupiebant. * *Valeſ.*

d *Præterlaberetur Tiberis.*] Sic primus emendavit Gelenius, cùm in Editione Rom. & Bononienſi legeretur *præterlaberet.* In codice Regio, [& Colb.] ſcriptum reperi *præterlaberit Tyberis.* Ego verò non dubito, quin legendum ſit *præterlambere*, ſupple *deberet*: ſic enim loquitur Marcellinus in libro XVII. cap. 2. *Moſa fluvius præterlambit.* Certè in Editione Auguſt. legitur *præterlabere.* Idem.

e *Divorumque veterum monumenta præſtringens.*] Mauſolea enim Imperatorum erant in campo Martio juxta ripam Tiberis. De Mauſoleo quidem Auguſti id notiſſimum eſt ex Strabone in lib. 5. & Suetonio, ac Tacito in lib. 3. Annalium, ubi de Piſone loquitur: *Mari ac mox Tiberi devectus, auxit vulgi iras, quia navem tumulo Cæſarum applicuerat.* Sed & ſequentium Principum ferè omnium ſepulcra ibidem fuiſſe, Scriptores Aug Hiſtoriæ teſtantur. *Valeſ.* Si Mauſoleum & campum Martium quomodo hæc reſpiciunt; ubi Mauſoleum Hadriani? *Gron.*

f *Ex actuario ratiociniis ſcribendis*] Corruptè ferro Editiones, *ex Aucturio ratiociniis ſcribendis* qui idem error in Eutropio olim fuit, lib. IX *Acturio quodam machinante dolum*, ἀντὶ τοῦ *Actuario.* At rectè Aur. Vict. *Tantum Actuariorum, quorum loco Attitianus habebatur, in exercitu factiones vigent.* *Actuarii* in veteri Gloſſ. vocantur ὑπομνηματογράφοι; quorum ut officia diverſa, ſic nomina quoque. Ut *Actuarii ratiociniis ſcribendis*, id eſt, qui ratiocinia numerorum ſive caſtrenſium, ſive palatinorum & comitatenſium pertractant. L. 5. C. de erogat. mil. ann. L. 5. C. de Caſtrenſ pecul. *Actuarii equorum curulium civitatum diverſarum.* L. 7. C. de numer. Actuar. *Actuarii ſarcinalium Principis jumentorum.* Ammian. lib. XV. aliique, de quibus in libris legalis ſcientiæ mentio frequens. *Lindenbr.*

g *Capita ſcholarum ordo caſtrenſis appellat*] Scholæ militares multæ erant: & quidem Iuſtiniani Imp. undecim, L. fin. C. loc. cond. Qui iis adſcripti erant, dicebantur *ſcholares.* L. 34. Cod. Theod. de erog. milit. ann. Harmenop. lib. IV. Tit. 12. §. 28. eorumque Præpoſiti *Capita ſcholarum*, eodem modo ut *Capita contubernii*, apud Veget. de Re mil. lib. II. cap. 8. & 13. De his optimè Agathias lib. V. ἐκ τῶν ταγμάτων ἐκείνων οἱ ἐς τὸ διημερεύειν τε καὶ διανυκτερεύειν ἐν τῇ αὐλῇ ἀποκέκριντο, οὓς δὴ σχολαρίους ἀποκαλοῦσιν. οὗτοι δὲ στρατιῶται μὲν ὀνομάζονται, καὶ ἐγγεγράφονται τοῖς τῶν καταλόγων βιβλίοις. εἰσὶ δὲ οἱ πολλοὶ ἀστικοί τε καὶ φαιδροείμονες. καὶ μόνον οἶμαι ὄγκου τοῦ βασιλείου ἕνεκα, καὶ τοῦ ἐν ταῖς προόδοις μεγαλαυχίας ἐξευρημένοι, &c. Ammian. lib XIV. *Soliſque ſcholis juſſit eſſe contentum palatinis & Protectorum, cum ſcutariis & gentilibus.* Corippus African. de Laudib. Iuſtini, lib. III.

Ornata eſt Auguſta domus, juſſuque regentis
Acciti proceres omnes, ſchola tota palati eſt
Juſſa ſuis adſtare locis. Idem.

h *Capita ſcholarum.*] Horum mentio fit in lege pæn. Cod Iuſt. de erogat milit. ann. Porro Capita ſcholarum ſunt, quos Capita contuberniorum vocat Vegetius in lib. 2. Contubernium enim in armata militia idem eſt ac ſchola: ſic ſcholas idem Vegetius pro contuberniis poſuit ſeu manipulis, in lib. 2. cap. 21. Non enim pro centuriis ſumi poſſunt. Centuriis quippe præerant Centuriones, quos Centenarios ſua ætate dictos eſſe teſtatur Vegetius,

nuntiantes æquo animo Joviani imperium amplecti exercitum Gallicanum. Quibus compertis, Valentiniano qui [1] cum iiſdem redierat, regenda Scutariorum ſecunda committitur ſchola, & [i] Vitalianus Domeſticorum conſortio jungitur, Erulorum è numero miles, qui multo poſtea auctus Comitis dignitate, malè rem per Illyricum geſſit: confeſtímque mittitur in Gallias Arinthæus, ferens litteras ad [2] Jovinum, ut conſtanter ageret ſuum obtinens locum: eíque mandatum eſt, ut animadverteretur in concitorem tumultus, auctoréſque ſeditionis ad comitatum vincti tranſmitterentur. Poſt quæ ut videbantur expedire diſpoſita, apud Aſpuna Galatiæ municipium breve Gallicani milites viſi Principi, ingreſſique Conſiſtorium, poſt audita gratanter quæ pertulerant, munerati redire jubentur ad ſigna. Et cùm introiſſet Ancyram Imperator, paratis ad pompam pro tempore neceſſariis, Conſulatum iniit adhibito in ſocietatem trabeæ Varroniano filio ſuo admodum parvulo: cujus vagitus, pertinaciter [3] reluctantis ne in curuli ſella veheretur ex more, id quod mox accidit portendebat. Hinc quoque Jovianum celeri gradu præſcriptus vitæ finiendæ dies exegit. Cùm enim veniſſet Dadaſtanam, qui locus Bithyniam diſtinguit & Galatas, exanimatus inventus eſt nocte: ſuper cujus obitu [4] dubietates emerſere complures. [k l] Fertur enim recenti calce cubiculi illiti ferre odorem noxium nequiviſſe, vel extuberato capite periſſe ſuccenſione prunarum immenſa, au

1 *Al.* cum iis red. 2 *Mſ.* Jovianum. 3 *Mſ.* reluctantis. 4 *Al.* dubitationes.

Cùm igitur legio in cohortes, hæ in centurias, centuriæ in contubernia diſtributæ olim fuerint, ac cohortibus quidem Tribuni, Centuriones ſeu Centenarii centuriis, contuberniis verò Capita contuberniorum Præpoſiti. ſequitur Capita ſcholarum eoſdem eſſe ac contuberniorum Capita. At Lindenbrogius multa hîc de Scholaribus congeſſit, quæ profectò nihil ad hunc locum faciunt. Alii enim ſunt Scholares, de quibus in ſuperioribus libris affatim dixi. Eodem modo Capita officiorum dicuntur in lege 4. Cod. Th. de extraord. & ſord. & in lege 2. Cod. Iuſt. de proximis ſacr. ſcrin. *Valeſ.*

i *Vitalianus, qui multo poſt auct. Comitis dign.*] Vitalianus Comes rei militaris, à Gratiano miſſus eſt in Illyricum: ubi agente eo, duæ manus Gothorum, quarum alteri præerat Fritigernus, alteri Alatheus & Saphrax, cùm Galliis & Italiæ imminerent, eo neceſſitatis Gratianum adduxere, ut iis Pannoniam & ſuperiorem Mœſiam, quò à Galliis abſcederent conceſſerit, ut ſcribit Zoſimus, in lib. 4. Id autem contigit Gratiano V. & Theodoſio. Augg. Coſſ. anno Domini 380. paullo antequam Athanaricus à Gothis expulſus ad Theodoſium ſe reciperet. Zoſimus hunc στρατηγὸν Βιταλιανὸν vocat, ἄνδρα τοῖς ἐπιτυχοῦσι πράγμασι κατ' οὐδὲν ἀρκέσαι δυνάμενον. Idem.

k *Fertur enim recenti calce cubiculi, &c.*] Sozomenus lib. VI. cap. 6. Oroſius lib. VII. cap. 31. *Cùm in cubiculum quoddam novum ſeſe recepiſſet,* (Iovianus) *calore prunarum & madore parietum nuper calce illitorum aggravatus & ſuffocatus, octavo demum menſe, quam imperare cœperat, vitam finivit.* Hieronymus Epiſt. ad Heliodor. *Jovianus guſtatis tantùm imperialibus bonis fœtore prunarum ſuffocatus interiit.* Quo fati genere conſimili Q. Lutatius Catulus etiam interiit: de quo Appianus de Bello civ. lib. 1. Κάτυλος ἐν οἰκήματι νεοχρίστῳ τε ἔτι ὑγρῷ καύσας ἄνθρακας, ἑκὼν ἀπεπνίγη. * Vell. Patercul lib. 2. pag. 53. Zonaras in Ioviano p. 24 Εἰς Δαδάστανά τε καταλύσας, αἰφνίδιον τετελεύτηκεν ὡς μὲν ἔνιοι συγγεγράφασιν ἀρτιφυεῖς μύκητας δηλητηρίους φαγών· ἦν γὰρ λιτὸς περὶ δίαιταν, ὡς δ' ἕτεροι, χειμῶνος ὄντος, ἐν οἰκήματι κατέδαρθε νέον ἐμπεπλασμένῳ κονίᾳ. καὶ διὰ τὸ τῷ ψύχει πολλοὺς ἄνθρακας ἀναφθῆναι ἐκεῖσε, ἀτμὶς ἐκ τῆς κονίας πυρουμένης ἀνεδόθη πολλή, καὶ δι' αὐτῆς ἀπεπνίγη κοιμώμενος, μηδ' αἰσθόμενος τῆς πνιγμονῆς, ἐξ οἴνου καρηβαρῶν. *Dadaſtanis repente obiit, cùm (ut alii ſcribunt) recentes fungos venenatos comediſſet. Vili enim victu uſus eſt, ut alii, cùm hiberno tempore in conclavi tectorio recens inducto obdormiſſet. Nam cùm ob frigoris acrimoniam carbonibus intus accenſis magnus vapor e calce æſtuante extitiſſet, eo dormiens ſine ſenſu mortis ſuffocatus eſt, vino gravis: multo enim mero uſus eſſe fertur.* * Lindenbr.

l *Fertur enim.*] Ita quidem Socrates in lib. 3. Sozomenus in 6. Victoris Epitome, aliique narrant, ſed Zonaras quoſdam ait ſcripſiſſe, Iovianum comeſtis fungis recentibus venenatis necatum eſſe: cui conſentit vetus Auctor apud Suidam in Ἰοβιανός. Quin etiam Chryſoſtomus in Homilia XV. in Philippenſes, venenata potione exſtinctum eſſe Iovianum palam affirmat: ejuſdémque

cert

certè ex colluvione ciborum avida cruditate diſtentus. Deceſſit autem anno triceſimo ætatis & tertio. Cúmque huic & [m] AEmiliano Scipioni vitæ exitus ſimilis eveniſſet, ſuper neutrius morte quæſtionem comperimus agitatam. Incedebat autem motu corporis gravi, vultu lætiſſimo, oculis cæſiis, vaſta proceritate & ardua, adeo ut [n] diu nullum indumentum regium ad menſuram ejus aptum inveniretur. Et æmulari malebat Conſtantium, agens ſeria quædam aliquoties poſt meridiem: jocarique palàm cum proximis adſuetus. Chriſtianæ legis idem ſtudioſus, & nonnumquam honorificus, mediocriter eruditus, magíſque benivolus, & perpenſiùs, ut apparebat ex paucis quos promoverat, judices electurus: edax tamen, & [o] vino veneríque indulgens: quæ vitia imperiali verecundia forſitan correxiſſet. Dicebatur autem Varronianus pater ejus monitu cujuſdam ſomnii dudum præſciſſe quod evênit, idque duobus amicis commiſiſſe fidiſſimis, illo adjecto, quòd ipſi quoque deferretur trabea Conſularis. Sed impetrato uno, [p] adipiſci non potuit aliud. Audita enim filii celſiore fortuna, antequam eum videret, fatali præventus eſt morte. Et quia huic homini ampliſſimum magiſtratum portendi, per quietem prædictum eſt ſeni: Varronianus nepos ejus infans etiamtum, cum Joviano patre declaratus eſt, ut ſuprà retulimus, Conſul.

ilio Varroniano præ imminentium diſcriminum metu lterum oculum erutum eſſe. Adeo invidioſum erat ac ericuloſum, Auguſti filium, & Nobiliſſimum quondam nominatum fuiſſe. Verba Chryſoſtomi ſunt hæc: τερος πάλιν ὁ μετὰ τοῦτον ὑπὸ δηλητηρίων ἀνῄρητο φαρμάκων, καὶ τὸ ποτήριον ἦν αὐτῷ οὐκέτι πόμα, ἀλλὰ θάνατος, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ τὸν ὀφθαλμὸν ἐξορύττετο φόβῳ τῶν μελλόντων, οὐδὲν ἠδικηκώς. Poſtremò Marcellinus noſter annon ſatis apertè ſignificat roximorum inſidiis ſtrangulatum eſſe Iovianum? cum icit: *Cúmque huic & AEmiliano Scipioni vitæ exitus ſimilis contigiſſet, &c.* AEmiliano enim domi ſuæ quieſcenti noctu vis illata eſt, ut refert Cicero pro Milone: íque C. Carbo Trib. pl. vim attuliſſe eſt exiſtimatus, teſte eodem Cicerone in lib. 9. Ep. 21. & Fulvius Flaccus, eſte Plutarcho in Gracchis. *Valeſ.*

m *AEmiliano Scipioni*] Livius Epitom. lib. LIX. Velleius Paterc. lib. II. Valerius Maxim. lib. VIII. cap. 15. §. *Lindenbr.*

n *Diu nullum indumentum.*] Idem ſcribit Cedrenus: ἦν δὲ τὴν ἡλικίαν εὐμήκης, ὡς μηδὲ ἓν τῶν βασιλικῶν ἱματίων ἁρμόσαι αὐτῷ. Valeſ.

o *Vino veneríque indulgens.*] Eadem de Joviano tradit Zonaras: ὁ μὲν Ἰοβιανὸς εὐσεβὴς ἦν περὶ τὸ δόγμα καὶ ἀγαθοθελής, οἴνου δ' ἥττητο καὶ ἀφροδισίων. καὶ τὴν τοῦ σώματος ἀναδρομὴν εὐμήκης, καὶ γραμμάτων οὐκ ἄπειρος. *Jovianus quidem religioſus fuit erga Chriſtianam fidem, & benivolus. Vino tamen, veneríque indulgens. Procerus ſtatura, nec litterarum expers.* Idem.

p *Adipiſci non potuit aliud.*] Jovianus quidem Varronianum patrem ſibi in Conſulatu collegam adſciſcere decreverat: ſed eo dum iter faceret mortuo, Varronianum filium ſuum ſibi collegam adjunxit: ut docet Themiſtius in Orat. Conſulari, quam Cal. Januarii Joviano in urbe Ancyra Conſulatum ineunti dixit. Sed quia locus ille Themiſtii corruptus eſt, híc eum ut ex Mſ. legendus eſt, apponam. ποιεῖται γὰρ αὐτὴν βασιλείας ὁ μὲν ἆθλον, ὁ δὲ προοίμιον· κοινὴ δὲ ὑμῖν καὶ τὸ ἄθρουν τῆς εἰς τὰ ἀμείνω προόδου. ἄμφω γὰρ οὐδὲν προσελπίσαντες, σὺ μὲν αὐτοκράτωρ ἐξ ἰδιώτου, ὁ δὲ ἤδη ὕπατος, ἐφ' ἕτερον τῆς ὁρμῆς γεγενημένης. *Hunc enim (honorem Conſulatus) alter veſtrûm imperii præmium, alter primordium facit. Sed & utrique veſtrûm ſubita & repentina ad majorem ſtatum provectio communis eſt. Cùm enim neuter id antea ſperaſſet, tu ex privato Imperator, hic Conſul eſt factus, cùm in alterum animus propenderet.* Idem.

Explicit Liber XXV.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XXVI.

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XXVI. continentur.

CAPUT I. *Valentiniano, ſcholæ ſecundæ Scutariorum Tribuno, communi Magiſtratuum civilium & militarium conſenſu, Nicææ abſent. defertur Imperium: & de ratione Biſſexti.*

C. II. *Valentinianus cùm Ancyrâ evocatus Nicæam celeriter veniſſet, uni omnium voce iterum eligitur Imperator, purpuráque & diademate ornatus, Auguſtúſque appellatus, militem alloquitur*

C. III. *De Aproniani Præfectura Urbana Romæ.*

C. IV. *Valentinianus Valentem fratrem ſuum Nicomediæ Tribunum Stabuli; ac mox apud Conſtantinopolim in Hebdomo, conſentient exercitu, conſortem Imperii conſtituit.*

C. V. *Imperatores ambo Comites & militares numeros inter ſe partiuntur; & paullo pòſt alter Mediolani, alter Conſtantinopoli I. Conſulatum incunt. Alamanni Gallias vaſtant; Procopius in Oriente res novas molitur.*

C. VI. *Patria & genus, mores, ac dignitates Procopii; déque ejus ſu Joviano latebra: & qua ratione Conſtantinopoli Imperator ſi appellatus.*

C. VII. *Procopius Thracias ſine ſanguine in ſuam poteſtatem redigit, & equites peditéſque per Thraciam iter facientes, promiſſis in verba ſua adigit, necnon Jovios & Victores, à Valente adverſi ſe miſſos, ſibi oratione jungit.*

C. VIII. *Nicæa & Chalcedone obſidione liberatis, Bithynia in ditione Procopii redigitur: & mox Cyzico expugnato Helleſpontus.*

C. IX. *Procopius in Bithynia, in Lycia, & Phrygia à ſuis deſertus, & vivus Valenti traditus, capite truncatur.*

C. X. *Marcellus Protector, ejus cognatus, & multi Procopianarum partium ſupplicio capitis affecti.*

CAPUT. I. DICTIS impenſiore cura rerum ordinibus adusque memoriæ confinia propioris, convenerat jam [a] referre à notioribus pedem, ut & pericula declinentur veritati ſæpe contigua, & examinatores contexendi operis deinde non perferamus intempeſtivos, ſtrepentes ut læſos, ſi præteritum ſit quod locutus eſt Imperator in cena, vel omiſſum quam ob cauſam gregarii milites coërciti ſunt apud ſigna, & quòd non decuerat in deſcriptione multiplici regionum, ſuper exiguis ſilere caſtellis: quódque cunctorum nomina, qui [b] ad Urbani Prætoris officium convenere, non ſunt expreſſa: & ſimilia plurima præceptis hiſtoriæ diſſonantia, diſcurrere per negotiorum celſitudines adſuetæ, non humilium minutias indagare cauſarum: quas ſi ſcitari voluerit quiſpiam, individua illa corpuſcula volitantia per inane, atomos ut nos appellamus, numerari poſſe ſperabit. Hæc quidam veterum formidantes, cognitiones actuum variorum ſtilis uberibus explicatas non edidere ſuperſtites, ut in quadam ad Cornelium Nepotem epiſtola Tullius quoque teſtis reverendus adfirmat. Proinde inſcitia vulgari contempta, ad reſidua narranda pergamus. Hac volubilium caſuum diritate exitu luctuoſo finita, [c] obitúque intervallato brevi tempore Principum, corpore curato defuncti, miſſóque Conſtantinopolim ut inter Auguſtorum reliquias conderetur, progreſſo Nicæam verſus exercitu, quæ in Bithynia mater eſt urbium, poteſtatum civilium militiæque rectores magnitudine curarum adſtricti communium, intérque eos quidam ſpe vana ſufflati, moderatorem quæritabant diu exploratum & gravem. Et rumore tenus obſcuris paucorum ſuſurris nomen præſtringebatur Equitii, ſcholæ primæ Scutariorum etiamtum Tribuni: qui cùm potiorum auctoritate diſpliciuſſet, ut aſper & ſubagreſtis, tranſlata eſt ſuffragatio levis in Januarium Joviani adfinem, curantem ſummitatem neceſſitatum caſtrenſium per Illyricum. Quo itidem ſpreto, quia procul jacebat: ut aptus ad id quod quærebatur at-

a *Referre à notioribus pedem.*] Sic loquitur Solinus in Epiſtola ad Adventum: cujus quidem Solini phraſes Græculus noſter ſæpe uſurpat, ut obſervavi. *Valeſ.*

b *Ad Urbani Prætoris officium*] Prætoris officium illud propriè dicitur, cùm Prætor quo primùm die Magiſtratum inierat, (id autem tunc temporis fiebat Kal. Jan.) ab Honoratis deducebatur & plebeiis officii causâ. Sic Plinius in lib. 1. Epiſt. ad Voconium Romanum: *Ipſe me Regulus convenit in Prætoris officio*: & Spartianus in Hadriano: *Prætorum & Conſulum officia frequentavit.* Erátque hæc ſingularis ambitio Prætorum & Conſulum, ut quamplurimi & honoratiſſimi viri ad officium ſuum accederent. * Quo admirabilior eſt Trajani Principis moderatio, de quo hæc ait Plinius in Gratiarum actione: *Ipſius quidem officium tam modicum, tam temperatum, ut antiquus aliquis magnúſque Conſul ſub bono Principe incedere videretur.* Hæc ambitio à Magiſtratibus ſæcularibus tranſiit tandem ad Eccleſiæ Sacerdotes, qui ut plurimi & honoratiſſimi viri officio ſuo, id eſt, ordinationis ſuæ cærimoniis intereſſent, valde ambiebant, & ſportulas ſeu munera mittebant abſentibus, Magiſtratuum more: ut teſtatur Ruricius in Epiſtola ad AEonium Epiſcopum XIV. lib. 1. * *Idem.*

[c *Obitúque intervallato breve tempore Principum.*] Ut ſenſus conſtet, legendum omnino eſt: *Obitúque intervallato trium brevi tempore Principum.* Nam intra breve tempus, nimirum intra triennium & menſes quatuor ac dimidium tres Imperatores obierant, Conſtantius, Julianus, Jovianus. Conſtantius quidem III. Nonas Octobres Tauro & Florentio Coſſ. anno Chr. 361. Julianus A. Juliano A. IV. & Salluſtio Coſſ. anno Chr. 363. & Jovianus in ſuo Conſulatu A. Chr 364. die XVII. Februarii.] *Idem.* Niſi ex ſimilitudine literarum quibus terminatur verbum *intervallato*, interciderit, vox iiſdem literis conſtans, & idcirco non repetita, *obituque intervallato tot brevi tempore principum.* Gron.

que conveniens, Valentinianus nulla diſcordante ſententia, numinis adſpiratione cæleſtis electus eſt: agens ſcholam Scutariorum ſecundam, relictúſque apud Ancyram, poſtea ſecuturus, ut ordinatum eſt. Et quia nullo renitente hoc è Rep. videbatur, miſſis qui eum venire ociùs admonerent, [d] diebus decem nullus Imperii tenuit gubernacula: quod tunc eveniſſe, extis Romæ inſpectis haruſpex edixerat Marcus. Inter hæc tamen ne quid novaretur contrarium placitis, néve armatorum mobilitas ſæpe verſabilis in præſentium quemdam inclinaret arbitrium, attentè providebat Equitius, & cum eo Leo, adhuc ſub Dagalaïpho Magiſtro equitum rationes numerorum militarium tractans, exitialis poſtea Magiſter Officiorum, exercitus univerſi judicium, quantum facere nitíque poterant, ut Pannonii fautoréſque Principis deſignati firmantes. Qui cùm veniſſet accitus, implendique negotii præſagiis, ut opinari dabatur, vel ſomniorum adſiduitate, nec videri die ſecundo, nec prodire in medium voluit, [e][f] biſſextum vitans Februarii menſis tunc illuceſcens, quod aliquoties rei Romanæ fuiſſe dignorat infauſtum: cujus notitiam certam deſignabo. Spatium anni vertentis id eſſe periti mundani motus & ſiderum definiunt veteres, inter quos [1][g] Menon, & [h] Euctemon, & Hipparchus, & Archimedes excellunt, cùm Sol perenni rerum ſublimium lege [i][k] polo percurſo ſignifero, quem Zodiacum ſermo Græcus appellat, trecentis & ſexaginta quinque diebus emenſis &

1 *Mſ.* Memon.

---

d *Diebus decem.*] Deceſſit quidem Iovianus Aug. XIII. Cal. Mart. teſte Eutropio, ſeu 17. menſis Februarii, ut Socrates dicit. Valentinianus verò Imp. renuntiatus eſt v. Cal. Martias, ut Idatius in Faſtis, Socrates in lib. 4. Marcellinúſque teſtantur. Quare ab obitu Ioviani ad Valentiniani inaugurationem X. omnino dies interſunt, ſi utrumque terminum incluſeris, & bis VI. Cal. numeraveris: fuit enim annus ille biſſextilis, teſte Marcellino noſtro. Res clarior fuerit, ſi à die 17. Februarii ad 26. computaveris, quo levatus eſt Valentinianus, non autem 25. ut perperam ait Scaliger in Notis ad Euſebii Chronicon num. 2381. Hic autem annus erat Natalis Dominici 364. quem biſſextilem fuiſſe cæleſtis motûs ratio demonſtrat. *Valeſ.*

e *Biſſextum vitans Februarii*] De biſſexto ſic Matt. Blaſtaras: Τὸ τοῦ Βισέξτου ὄνομα ῥωμαϊκόν ἐστι, δηλοῦν τὸ δὶς ϛ. αἱ γὰρ ῥωμαϊκαὶ λέξεις, ἀντὶ τοῦ δ. τὸ β. προσλαμβάνουσι. λέγεται δὲ οὕτω, διὰ τὸ δὶς εἶναι ἐξ τὰς ὥρας τὰς περιλειπομένας τοῦ φεβρουαρίου ἡμέρας καὶ δὶς ϛ τῆς νυκτός. ἥτις κατὰ τετραετίαν εἴωθεν ἀπαρτίζεσθαι τοῦ περισσευομένου τεταρτημορίου τῆς ἡμέρας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν, εἰς μίαν ἡμέραν τῶν εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν συντιθεμένου. ἥτις καὶ προστίθεται τοῦ φεβρουαρίου ταῖς τούτου ἡμέραις. Infauſtum verò biſſextum Rei Róm. ſæpius, fuiſſe etiam Macrobius notat Saturnaliorum lib. 1. cap. 13. *Lindenbr.*

* f *Biſſextum vitans Februarii menſis tunc illuceſcens.*] Non modò huncce diem Romani infauſtum putabant, ſed etiam totum annum quo biſſextus fuerat. Auguſtinus Epiſtolâ 119. ad Ianuarium, ridet eos, qui ſuperſtitiosè dicere ſolebant: *Non plantem hoc anno vineam, quia biſſextus eſt.* * Valeſ.

g *Menon & Euctemon*] Mſ. *Memon & Euct.* Legendum *Meton & Euct.* Et ita rectè in veterib. Servii codicibus AEneid. 3. vocatur: nam in recenti Editione locum corrupêre. Diodorus Siculus lib. XII. ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις Μέτων ὁ Παυσανίου μὲν υἱός, δεδοξασμένος δ' ἐν ἀστρολογίᾳ ἐξέθηκε τὴν ὀνομαζομένην ἐννεακαιδεκαετηρίδα. Ab hoc Metone annus Metonis nomen invenit, de quo plura in opere arduo Joſ. Scalig. de Emendatione temp. lib. II. *Lindenbr.*

h *Euctemon.*] Hujus meminit Plinius in lib. 18. cap. 25. In Indice quidem ejus libri Eutemon perſcribitur, in ipſo capite Eudæmon. Vitruvius quoque in lib. 9. cap. 7. eum inter celebres Aſtrologos recenſet: *Siderum & occaſus & ortus, tempeſtatúmque ſignificatus Eudoxus, Euctemon, Callippus, Meto, Philippus, Hipparchus parapegmatorum diſciplinis invenerunt.* * Ubi mendosè legitur, *Eudæmon*, *Calliſtus*, *Melo.* [Pro *Menon* autem codex Colbertinus *Memon* ſcriptum habet: alii *Meton* præferunt Vitruvium ſuprà laudatum ſecuti.] *Valeſ.*

i *Polo percurſo ſignifero.*] Verior Scaligeri emendatio, *poli percurſo ſign.* Lindenbr.

k *Polo percurſo ſignifero.*] Nihil hîc opus erat emendatione Scaligeri. Nam Lucanus in lib 3. perinde dixit:

AEthiopúmque ſolum, quod non premeretur ab ulla
Signiferi regione poli. Valeſ.


D. N. FLA. VALENTINIANVS. P. F. AVG.

noctibus, ad eumdem redierit cardinem: ut verbo tenus, [1] ſi à [2] ſecunda particula elatus arietis, ad eam dimenſione redierit terminata. Sed anni intervallum veriſſimum memoratis diebus & horis ſex aduſque meridiem concluditur [3] plenam: anníque ſequentis erit poſt horam ſextam initium porrectum ad veſperam: Tertius à prima vigilia ſumens exordium, ad horam noctis extenditur ſextam. Quartus à medio noctis aduſque claram trahitur lucem. Ne igitur hæc computatio variantibus annorum principiis, & quodam poſt horam ſextam diei, alio poſt ſextam excurſa nocturnam, ſcientiam omnem ſqualida diverſitate confundat, & [m] autumnalis menſis inveniatur quandoque vernalis: placuit ſenas illas horas, quæ quadriennio viginti colliguntur atque quatuor, in unius diei noctíſque adjectæ tranſire menſuram. Hócque altè conſiderato, eruditis concinentibus multis effectum eſt, ut ad unum diſtinctúmque exitum circumverſio curſus [4] annui revoluta, nec vaga ſit nec incerta, nullóque errore deinceps obumbrata ratio cæleſtis appareat, & menſes tempora retineant præſtituta. Hæc nondum extentis fuſiùs regnis, diu ignoravere Romani, pérque ſæcula multa obſcuris difficultatibus implicati, tunc magis errorum profunda caligine fluctuabant, [n] cùm in Sacerdotes poteſtatem tranſtuliſſent intercalandi: qui licenter gratificantes publicanorum vel litigantium commodis, ad arbitrium ſuum ſubtrahebant tempora vel augebant. Hócque ex cœpto emerſerunt alia plurima quæ fallebant, quorum meminiſſe nunc ſupervacuum puto. [o] Quibus abolitis, Octavianus Auguſtus Græcos ſecutus, hanc inconſtantiam correcta turbatione compoſuit, ſpatiis duodecim menſium & ſex horarum magna deli-

2 *Ita mſ. & Steph. In aliis τὸ* particula *deeſt.* 3 *Steph.* plenum. 4 *Al.* anni.

1 *Si a* II. *particula elatus arietis.*] Dubitari meritò poteſt, cur ſecundam potiùs arietis quàm primam dixerit partem. Dionyſius quidem Petavius, vir undecumque doctiſſimus, in lib. 2. cap. 2. Uranologii, ſcribit Marcellinum in 2. parte arietis cardinem verni æquinoctii videri ponere, idque ex veteribus Aſtrologis Eudoxo, Euctemone, & Metone. Atque id ita vir ille doctiſſimus ibidem explicat. Antiqui circulos in LX. partes dividebant. Ergo ſingulis Dodecatomoriis imputabantur partes V. quarum unaquæque partes habebat ſeu gradus hodiernos VI. Itaque octavus ſignorum gradus ad 2. partem pertinebat. Hoc ſibi velle Marcellinum non quidem affirmat, ſed conjicit (tantum vir nunquam ſine honore nominandus: cujus conjecturæ equidem, ut debeo, multum tribuo: vix tamen in animum inducere poſſum, tantam ſubtilitatem in hoc loco contineri. Nam Marcellinus de ſpatio anni vertentis hîc agit, non de cardine Solaris circuitus Zodiaci. Annum autem à cardine ſeu puncto, ſeu æquinoctiali, ſeu ſolſtitiali incipere nihil neceſſe eſt. Igitur exempli gratiâ 2. particulam arietis pro quovis determinato initio anni poſuit. Etenim ut ait Macrobius in Somnium Scipionis lib. 2. cap. XI, annum Solis vocamus non ſolùm à Cal. Ian. uſque ad eaſdem Cal. ſed & à ſequente poſt Cal. die uſque ad eumdem diem, & à quocumque cujuſlibet menſis die in diem eumdem reditus, annus vocatur. Et Theo in Arati Phænomena: *ὅταν γὰρ ἀφ' οὗ τις ἄρξηται σημείου ἢ χρόνου, ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἔλθοι, ἐνιαυτὸς ἐστί.* Valeſ.

m *Autumnalis menſis inveniatur quandoque vernalis*] Solin. cap. 3. *Cùm hæc ſic forent conſtituta, moduſque intercalandi interdum cumulatior, interdum fieret imminutior, vel omnino diſſimulatus præteriretur, nonnumquam accidebat, ut menſes, qui fuerunt hieme tranſacti, modò in æſtivum, modo in autumnale tempus inciderent.* Lindenbr.

n *Cùm in Sacerdotes poteſtatem tranſtuliſſent intercalandi*] Ipſiſſima pæne verba apud Solin. *Tranſlata in Sacerdotes intercalandi poteſtate: qui plerumque gratificantes rationibus publicanorum pro libidine ſua ſubtrahebant tempora, vel augebant.* Idem.

o *Quibus abolitis Octavianus Aug. Græcos ſequutus*] Primus accuratæ hujus correctionis auctor Iulius Cæſar exſtitit. Octavianus autem annum à D. Iulio ordinatum, ſed poſtea negligentiâ conturbatum atque confuſum, rurſus ad priſtinam rationem redegit. Sueton. lib. 1. cap. 40. lib. 11. cap. 31. Vide Iul. Solin. cap. 3. Macro-

berationе collectis: per quæ duodecim ſiderum domicilia Sol diſcurrens motibus ſempiternis, anni totius intervalla concludit. Quam rationem biſſexti probatam; etiam victura cum ſæculis Roma adjumento numinis divini fundavit. Proinde pergamus ad reliqua.

CAP. II. Elapſo die parum apto ad inchoandas rerum magnitudines, ut quidam exiſtimant, propinquante jam veſpera monitu Præfecti Salluſtii ſub exitii denunciatione ſtatutum eſt prompta conſenſione cunctorum, ne potioris quiſquam auctoritatis, vel ſuſpectus altiora conari, procederet poſtridie mane. Cúmque multorum tædio, quos votorum inanitas cruciabat, tandem finitâ nocte lux adveniſſet: in unum quæſito milite omni, progreſſus Valentinianus in campum, permiſſuſque tribunal aſcendere celſiùs ſtructum, comitiorum ſpecie, voluntate præſentium ſecundiſſimâ, ut vir ſerius, rector pronuntiatur Imperii. [p] Mox principali habitu circumdatus & coronâ, Auguſtúſque nuncupatus cum laudibus amplis, [q] quas novitatis potuit excitare dulcedo, præmeditata dicere jam parabat. Eóque ut expeditius loqueretur brachium exertante, obmurmuratio gravis exoritur, concrepantibus centuriis & manipulis, cohortiúmque omnium plebe urgentium deſtinatè, confeſtim Imperatorem alterum declarari. Quod licèt nonnulli exiſtimarunt paucis corruptis ad gratiam fieri deſpectorum: ex eo tamen id fruſtra creditum videbatur, quòd non emercati ſed conſoni totius multitudinis paria volentis clamores audiebantur, documento recenti fragilitatem pertimeſcentis ſublimium fortunarum. Dein ex ſuſurris immaniter ſtrepentis exercitus cieri tumultus violentior apparebat, & confidentia militis erumpentis interdum ad pernicioſa facinora timebatur. Quod Valentinianus magis præ cunctis ne fieret extimeſcens, elatâ proſperè dextera [r] vi Principis fiduciâ pleni, auſus increpare quoſdam ut ſeditioſos & pertinaces, cogitata nullis interpellantibus abſolvebat. *Exſulto, provinciarum fortiſſimi defenſores, & præ me fero, ſempérque laturus ſum, nec ſperanti, nec appetenti moderamina orbis Romani mihi, ut potiſſimo omnium,*

bium Saturnal. lib. 1. cap. 14. *Lindenbr.*

p *Mox princip. habitu circumd. & corona.*] Scutóque pedeſtri impoſitus, ut ſcribit Nicephorus Calliſtus in lib. XI. cujus verba quia ex optimo ſcriptore mihi videntur hauſta, hic adducere placuit: βουλῇ τοῦ στρατοπέδου παντὸς καὶ τῶν τὰς μεγάλας διεπόντων ἀρχὰς, καὶ μάλιστα Δατίου τοῦ πατρικίου ἐκ Γαλατίας διαμηνυσαμένου, Σεκούνδου τε τοῦ ὑπάρχου καὶ Ἀρινθαίου τοῦ στρατηγοῦ καὶ . λαΐου (τῶν δομεστίκων δ' οὗτος ἡγεῖτο) εἰς τὸ βασιλεύειν αἱρεῖται. καὶ δὴ τὰ σύμβολα περιθέμενος, καὶ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος (ὡς ἔθος) ὀχούμενος στρατὸς ἐδεῖτο κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς προσλαβεῖν. *Suffragiis exercitus & eorum qui ſummas dignitates gerebant, maxime Datiani Patricii, & Secundi Præfecti Præt. & Arinthæi Magiſtri militum, & Dagalaiphi Domeſticorum Comitis Valentinianus eligitur Imperator. Qui cum inſignia Imperii accepiſſet, & ex more ſcuto impoſitus eſſet: univerſus exercitus rogare cœpit ut collegam Imperii adſciſceret.* Valeſ.

q *Quas novit potuit excogitare dulcedo.*] Quid cauſæ fuerit, cur Caſtellus Editionis Rom. ſcripturam interpolaret, equidem non video. Nonne enim recta erat hæc lectio? *Laudibus amplis quas novitatis pot. excitare dulcedo*: quo modo & Reg. codex [& Colb.] & Auguſtana habet Editio. *Idem.*

r *Ut Princeps fiducia plenus*] Sic primus edidit Gelenius, cùm in Rom. cámque ſecutis Editionibus legeretur, *in Principis fiducia pleni.* At in exemplari Regio ſcriptum reperi, *ni Principes fid. pleni*: & ſuperſcriptum ex conjectura, *ut Princ.* * quemadmodum in Toloſano ſcriptum eſt. * Ego verò ſi quid meæ ſententiæ eſt, ita ſcriptum malim, *vi Principis fiducia pleni*, [uti legitur

veſtras detuliſſe virtutes. [f] *Quod erat igitur in manu poſitum veſtra, nondum electo Imperii formatore, utiliter & glorioſè compleſtis, adſcito in honorum verticem eo, quem ab ineunte adoleſcentia ad hanc uſque ætatis maturitatem ſplendidè integréque vixiſſe experiundo cognoſcitis. Proinde pacatis auribus accipite quæſo ſimplicioribus verbis, quod conducere arbitror in commune. Adhiberi oportere in omnes caſus ſocia poteſtate collegam, contemplatione poſcente multiplici nec ambigo, nec repugno, curarum acervos & mutationes varias accidentium ipſe quoque ut homo formidans: ſed ſtudendum eſt* [t] *concordiæ viribus totis, per quam res quoque minimæ convaleſcunt: quod impetrabitur facile, ſi patientia veſtra cum æquitate conſentiens, id mihi quod mearum eſt partium conceſſerit libens. Dabit enim (ut ſpero) fortuna conſiliorum adjutrix bonorum, quantum efficere & conſequi poſſum* [v] *diligenter ſcrutantibus temperatum. Ut enim ſapientes definiunt,* [x] *non modò in imperio, ubi pericula maxima ſunt & creberrima, verum etiam in privatis quotidianíſque rationibus,* [y] *alienum ad amicitiam, cùm judicaverit quiſquam prudens, adjungere ſibi debebit, non cùm adjunxerit, judicare. Hæc cum ſpe lætiorum polliceor: vos firmitatem factorum retinentes & fidem, dum hiberna patitur quies, animorum reparate vigorem atque membrorum,* [z] *ob nuncupationem Auguſtam debita protinus accepturi.* Finita oratione, quam auctoritas erexerat inopina, flexit Imperator in ſuam ſententiam univerſos: conſiliique ejus viam ſecuti qui paullo antè flagrantiſſimis vocibus aliud poſtulabant, circumſeptum aquilis & vexillis, agminibúſque diverſorum ordinum ambitioſè ſtipatum, jámque terribilem duxerunt in regiam.

in Mſ. Colb.] *Valeſ.* Sed & Pricæus ad Apulejum exigit, ut ſcribatur *propere*. Gron.

f *Quod erat igitur in manu poſitum veſtra*] Vocem cordatam Imperatoris ſtrenui Valentiniani Aug. cùm conſortem ſuum eligere vellet, hanc ponit Theodoretus lib. IV. cap. 5. Ὑμέτερον ἦν, ὦ στρατιῶται, βασιλέως οὐκ ὄντος, ἐμοὶ δοῦναι τῆς βασιλείας τὰς ἡνίας, ἐπειδὴ δὲ ταύτην ἐδεξάμην ἐγώ, ἐμὸν λοιπὸν οὐχ ὑμέτερον, τὸ περὶ τῶν κοινῶν διασκοπεῖσθαι πραγμάτων. Lindenbr.

t *Concordiæ viribus totis, per quam res minimæ convaleſcunt*] Salluſt. in Iugurt. *Concordiâ parvæ res creſcunt, diſcordiâ maximæ dilabuntur.* Idem.

v *Diligenter ſcrutanti temperamentum.*] Huic Gelenii conjecturæ ſcripturam codicis Regii [& Colb.] * ac Tol. * & Editionis Rom. equidem multùm antepono: *Dabit enim, ut ſpero, fortuna conſ. adjutrix bon. quantum eff. & conſ. poſſum, diligenter ſcrutantibus temperatum.* Id eſt: Dabit enim nobis fortuna diligenter inquirentibus, ut ſpero, moderatum & ſobrium collegam. In Editione Rom. ne quid diſſimulem, excuſum eſt *temperatim*: ex quo P. Caſtellus ineptam hanc ſcripturam excuderat, *diligenter perſcrutari temperantiam.* Valeſ.

x *Non modo in imperio, verumetiam in priv. rat. alienum ad amicit. &c.*] Sumpſit id Marcellinus ex Cicerone in Epiſtola I. ad Q. fratrem. * *Idem.*

y *Alienum ad amicitiam, cùm judicaverit quiſquam prudens, adjungere*] * Cicero de Amicitia: *Quum judicaris, diligere oportet; non cùm dilexeris, judicare.* Publ. Syrus in Mimis: *Honeſtius eſt cùm judicaveris, amare, quàm cùm amaveris, judicare.* * Nicoclis autem præceptum eſt, apud Stobæum. Serm. 213. Δεῖ κρίναντας φιλεῖν, οὐ φιλήσαντας κρίνειν. * Quod alii ex Theophraſto laudant. Plutarch. περὶ φιλαδελφίας. * Seneca Epiſt. 3. * *Præpoſtere officio permiſcent, qui contra præcepta Theophraſti, cùm amaverint, judicant, & non amant, cùm judicaverint.* Pub. Rutilius Lupus de Figur. lib. I: *Theophraſtus dicitur dixiſſe, prudentis eſſe officium, amicitiam probatam appetere, non appetitam probare.* Lindenbr.

z *Ob nuncup. Aug debita.*] Mos erat Principibus Romanis, ut ſimulatque Auguſti à militibus nuncupati erant, donativum eis erogarent, quò militum benevolentiam conciliarent ſibi: ídque etiam Auguſtorum filii, cùm in Imperium quaſi hereditario jure ſuccederent, nihilo minùs obſervabant, ut de Commodo ſcribit Herodianus in lib. I. Hoc donativum recentior Latinitas Au-

Cap. III. Dum hæc in Oriente volubiles fatorum explicant ſortes, Apronianus regens Urbem æternam, judex integer & ſeverus, inter curarum præcipua, quibus hæc Præfectura ſæpe ſollicitatur, id primum operâ curabat enixâ, ut veneficos qui tunc rareſcebant, captos, póſtque agitatas quæſtiones nocuiſſe quibuſdam apertiſſimè confutatos, indicatis conſciis morte multaret, atque ita paucorum diſcrimine reliquos ſi qui laterent formidine parium exturbaret. Hæc egiſſe ideo efficaciter fertur, quòd Juliani promotus arbitrio agentis etiamtum per Syrias, in itinere unum amiſerat oculum: ſuſpicatúſque artibus ſe nefariis appetitum, juſto quidem ſed inuſitato dolore hæc & alia magnâ quæritabat induſtriâ. unde quibuſdam atrox viſus eſt, [a] in amphitheatrali curriculo [b] undatim coëunte aliquoties plebe, cauſas diſpiciens criminum maximorum. Denique poſt hujuſmodi vindicata complura, [5][c] Hilarinum aurigam convictum atque confeſſum, vixdum pubeſcentem filium ſuum venefico tradidiſſe, docendum ſecretiora quædam legibus interdicta, ut nullo conſcio adminiculis juvaretur internis, capitali animadverſione damnavit: qu laxiùs retinente carnifice, ſubitò lapſus [d] confugit ad ritûs Chriſtiani ſacrarium

5 *Mſ.* Hilarinum. *& ita quoque infr.*

guſtaticum dixit. Sic Marcellinus Comes in Chronico, Paulo ſolo Conſule: *Auguſtatico*, inquit, *ſuo dudum Anaſtaſius militibus præſtito; donativum quoque hoc fratre Conſule tribuit.* Quinquennalibus etiam ac decennalibus, quòd hæc quædam quaſi renovatio erat Imperii, ut ſcribit Dio, donativum militibus Principes erogabant: ſingulis ſcilicet aureos quinque: quem ſollemnem Principum morem tandem Juſtinianus abolevit, ut tradit Procopius in Anecdotis pag. 108. De hac conſuetudine loquitur Libanius in Orat. in Ellebuchum pag. 526. ubi cauſam ſeditionis illius Antiochenæ Theodoſii Aug. temporibus hanc affert: *χρημάτων ἐδέησε βασιλεῖ πρὸς τὴν τῶν ὅλων σωτηρίαν· καὶ μάλιστα δὴ τῷ μὲν εἰς ἔτος δέκατον, τῷ παιδὶ δὲ πέμπτην τῆς βασιλείας προϊόντος. νόμος δὲ ἐν τοῖς τοιούτοις χρόνοις χρυσὸν εἶναι παρὰ τῶν κρατούντων τοῖς στρατιώταις εἰς χεῖρας.* *Principi ob neceſſitates imperii pecuniâ opus fuit, maximè cùm ipſi quidem decimus, filio autem quintus imperii annus procederet: quo tempore ſolent Imperatores aurum militibus largiri.* Ex quo interim loco annus ſeditionis Antiochenæ colligitur: Valentiniano ſcilicet III. & Eutropio Coſſ. qui fuit annus Natalis Dominici 387. hoc enim anno Arcadii quinquennalia acta eſſe Marcellinus Comes Idatiúſque teſtantur. *Valeſ.*


a *In amphitheatrali curriculo.*] Sic & Accurſius & Gelenius ediderunt. At in Editione Rom. legitur, *in amphitheatrali circulo*, * ut lib. XXXI. cap. 10. * quod fortaſſe rectius eſt. Nam curriculum de amphitheatro quomodo dici poſſit, non ſatis capio. In Regio codice ſcriptum inveni *amphith. judicio*, mendosè ut arbitror: [in Colbert. *in amphith. curriculo.* [* In Toloſano codice legitur etiam *curriculo.* Sed hoc leve & minimi momenti. Illud potiùs notatu dignum, Magiſtratus olim Rom. in medio amphitheatro capitalia judicia exercuiſſe & in ſontes animadvertiſſe: cujus ſeveritatis exemplum retulit Marcellinus in libro XV. de Leontio loquens Præf. Urbi: alterum exemplum affert Socrates in libri 7. capit. 13. de Oreſte Præfecto Auguſtali, qui Hieracem quemdam comprehenſum, ut ſeditioſum publicè in theatro torqueri præcepit: & in capite 14. de eodem Oreſte. * *Idem.*

b *Undatim coëunte plebe.*] Sic loquitur Oroſius in libri 6. capite 21. *Ita omnes ad experientiam belli deciſionémque fœderis undatim gentes commovebantur.* * Idem

c *Hilarium aurigam convictum atque confeſſum, vixdum pubeſcentem filium ſuum venefico*] Infames valde erant agitatores circenſis veneficii ſuſpicione. Nam ut in curſura vincerent, tanta concertatio eorum erat, ut etiam magicis imprecationibus artibuſque malis adverſariorum equos impedire conarentur. Hieronymus in Vita Hilarionis: *Hic igitur* (Italicus) *æmulo ſuo habente maleficum qui dæmoniacis quibuſdam imprecationibus & hujus impediret equos, & illius incitaret ad curſum, venit ad B. Hilarionem, & non tam adverſarium lædi, quàm ſe defendi obſecravit, &c.* De iiſdem iterum Ammianus lib. XXVIII. *Marcianus quidam & Euſaphius omnes clariſſimi arceſſiti in crimen, quòd ejuſdem conſcii veneficii aurigam fovere dicebantur Auchenium.* Idem: *A aurigam confugit audentem omnia prælicenter, eumque in veneficum curat urgeri.* * Arnobius adverſ. Gentes lib. 1. pag. 32. *In curriculis equos debilitare.* Vid. Ræward. Var. lib. 5. cap. 13. * Contra hos aurigas veneficos ſcripta eſt in partem Conſtitutio Valentin. Theodoſ. Arcad. Impp. quæ eſt L. 9. C. de malef & mathem. *Lindenb*

d *Confugit ad ritus Chriſtiani ſacrarium*] Gloſſar. *Sacrarium*, ἱερὸν, θυσιαστήριον. Ut de Germano, qui ad altare perfugium fecerat, apud Theophylactum Simoc. lib. VIII. ἦν καὶ δὴ Μαυρίκιος τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου κάτοχ

rium


D . N . VALENS . PERP . AVG .

rium, abſtractúſque exinde ilico abſciſſa cervice conſumptus eſt. Verùm hæc ſimiliáque tum etiam ut coërcenda mox cavebantur, & nulli vel admodum pauci, in his verſati flagitiis, vigori publico inſultarunt: ſed tempore ſecuto, longæva impunitas nutrivit immania, uſque eò graſſante licentia, ut imitatus Hilarinum quidam Senator, ſervúmque ſuum modò non per ſyngrapham arcanis piacularibus inducendum commiſiſſe doctori malarum artium confutatus, ſupplicium redimeret opima mercede, ut crebrior fama vulgarat. Iſque ipſe hoc genere quo jactum eſt abſolutus, cùm vitæ pudere deberet & culpæ, non abolendæ incubuit maculæ: ſed tamquam inter multos probroſos ſolus vacuus ab omni delicto, equo phalerato inſidens diſcurrénſque per ſilices, multa poſt ſe [6] nunc uſque trahit agmina ſervulorum, per novum quoddam inſigne curioſiùs ſpectari adfectans: ut [e] Duillium accepimus veterem, poſt glorioſa illa navalis rei certamina id ſibi ſumpſiſſe, ut tibicine leniùs præcinente rediret ad ſua poſt cenam. Sub hoc tamen Aproniano ita jugiter copia neceſſariorum exuberavit, ut nulla ſaltem levia murmura ſuper inopia victui congruentium orirentur: quod aſſiduè Romæ contingit.

CAP. IV. At in Bithynia Valentinianus Princeps (ut prædiximus) declaratus, dato in perendinum diem ſigno proficiſcendi, convocatis Primoribus, uaſi [f] tota conſilia quàm ſibi placentia ſecuturus, percunctabatur quemnam d Imperii conſortium oporteret adſumi: ſilentibúſque cunctis, Dagalaïphus unc equeſtris militiæ rector reſpondit fidentiùs: [g] *Si tuos*, inquit, *amas, mperator optime, habes fratrem; ſi Rempublicam,* [hi] *quære quem veſtias.* Quo dicto aſperatus ille, ſed tacitus & occultans quæ cogitabat, Nicomediam tineribus citis ingreſſus Kal. Martiis, Valentem fratrem ſtabulo ſuo cum Tri-

6 *Al.* unicus.

ρμανὸν γεγονέναι. De hoc ritu jam olim ad Hiſtoriam Lonobard. quædam à me notata ſunt aliaque ad L L. Germanor. mox edenda. *Lindenbr.*

e *Duillium accepimus veterem*] Livius lib. XVII. Florus lib. II. cap. 2. Valer. Maximus lib. VII. cap. 6. Cicero Catone. *Idem.*

f *Tota conſilia tamquam ſibi pl.*] Hunc locum præclarè mihi videor reſtituiſſe. Nam cùm in codice Reg. [& Colb.] *ac Toloſ.* & Editione Rom. legi comperiſſem, *ta conſilia quàm ſibi placentia*, ſic corrigendum eſſe xiſtimavi, *tuta conſilia quàm ſibi placentia ſecuturus*: id eſt *ta potiùs quàm ſibi placentia*: quod loquendi genus famiare Græcis, & Marcellino noſtro non infrequens eſt, t ſuprà adnotavi. *Henr. Valeſ.* Mſ. habet *conſilia quam bi.* Id eſt, magis quam, Græco more; ut libro XVI. ap. 12. *cito quam conſiderato curſu.* libro XX. cap. 4. *juſ morte oppetere quam.* Eodem libro cap. 7. *multis acceis quam illatis vulneribus.* libro XXVII. cap. 3. *Linter* pro *libentius*. Item *ſanguinis avidi quam prædarum.* bro XXVIII. cap. 4. *Expedit peregrinos jure interficere ibuslibet, quamquam rogatis ad convivium excuſare.* Legendum puto, *quam rogatos ad convivium excuſare*, Pro magis quam. Oiſelius. Petrus Pithæus qui eumdem codicem Ammiani, quem Oiſelius Valentiæ evolverat, idem etiam notat ad oram Ammiani ſui hunc ipſum locum. *Tanquam ſibi placentia: quam* (inquit) vett. libri μᾶλλον ut ſæpe alias. *Hadr. Valeſ.*

g *Si tuos, inquit, amas Imp. optime habes fratrem*] Cedrenus in Valentiniano, pag. 254. Μετὰ δὲ τὸ εἰσελθεῖν εἰς τὸ Βυζάντιον, ἐπεί τινες ἠξίουν συγκοινωνὸν προσειληφέναι τῆς βασιλείας, ἔφη. Λήψομαι ὃν ἂν ἐθέλω κοινωνόν. Πρὸς ὃν Δαγαλάϊος συγκλητικὸς ἀπεκρίνατο. Εἰ τοὺς σοὺς φιλεῖς, ἔχεις ἀδελφόν. εἰ δὲ τὴν πολιτείαν, σκόπησον ὅτῳ ἂν τὴν ἁλουργίδα περιβαλεῖς. Lindenbr.

h *Quære quem veſtigas*] ſ. q. *quem veſtias.* Id enim eſt, quod Cedrenus dicit, ὅτῳ ἂν τὴν ἁλουργίδα περιβαλεῖς. Idem.

i *Quære quem veſtigas.*] Laudo acumen Lindenbrogii, qui ex Cedreni auctoritate hunc locum emendandum eſſe perſpexit. Sic veſtire dixit Idatius in Faſtis. Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Coſſ. *His Coſſ. depoſuerunt purpuram privati effecti Diocletianus & Maximianus: & veſtierunt Severum & Maximinum.* Et Themiſtius in Orat. 13. ſub finem: ἠμφίασε ὁμοῦ ὁ γεννήτωρ τό τε ἄστυ τῷ κύκλῳ καὶ τὴν νέαν τῇ ἁλουργίδι. Valeſ.

bunatus dignitate præfecit. Indéque cùm veniſſet Conſtantinopolim, multa ſecum ipſe divolvens, & [k] magnitudine urgentium negotiorum jam ſe [7] ſuperari conſiderans: nihil morandum ratus, [8] [l] [m] quintum Kal. Aprilis [n] produ-

7 *Mſ.* parari. 8 τὸ quintum *in aliis libb. deeſt.*

k *Magnitudine urgenti neg. jam ſeſe parare.*] Hunc locum ſic primus edidit Gelenius. Sed cùm in Editione Rom. & in codice Regio [& Colb.] * ac Toloſ. * ſcriptum eſſe vidiſſem, *magnitudine urgentia negotiorum jam ſe ſeparari*, leviſſima mutatione veram ut puto ſcripturam aſſecutus ſum. Quid enim elegantius & planius hac ſcriptura? *Magnitudine urgentium negotiorum jam ſe ſuperari conſiderans.* Valeſ.

l *Quintum Kal. Aprilis*] Vulg. τὸ *quintum* deeſt. Eaque locutio aliis minùs uſitata, Ammiano tamen frequens eſt. Sic lib. xxv. *Principio lucis ſequutæ, quæ erat quintum Kal. Julias.* Inf. hoc libro: *Diem duodecimum Kal. Auguſtas Coſ. Valentiniano.* Lindenbr.

m *Quintum Cal. Aprilis.*] Idatius in Faſtis & Chronicum Alexandrinum ante diem iv. Kal. Apr. Valentem Auguſtum à fratre renuntiatum eſſe ſcribunt. Sed Marcellino noſtro ſuffragatur Socrates in lib. 4. cap. 1. qui triceſimo pòſt die quàm Valentinianus Aug. erat nuncupatus, id factum eſſe teſtatur. *Valeſ.*

n *Productum Valentem in ſuburbanum.*] Hoc ſuburbanum Septimum dicebatur, quod ſeptimo ab urbe Regia milliario abeſſet. Idatius in Faſtis, Joviano & Varroniano Coſſ. *Ipſo anno*, inquit, *levatus eſt Valens Aug. Conſtantinop. in milliario* vii. *in Tribunali à fratre ſuo Valentiniano die* iv. *Kal April.* Quæ iiſdem verbis in Chronico Alexandrino ſic referuntur Græcè: τούτῳ τῷ ἔτει ἐπήρθη Οὐάλης αὔγουστος εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐν τῷ ἑβδόμῳ ὑπὸ Οὐαλεντινιανοῦ αὐγούστου πρὸ δ' καλανδῶν ἀπριλλίων. In eo loco Valens Tribunal illud in quo creatus erat Auguſtus, gradibus marmoreis & ſtatuis ornavit, teſte Themiſtio in fine Orat. 16. quæ Philadelphus inſcribitur: πῶς οὐκ ἄτοπον τὴν μὲν ἐσχατιὰν ἐν ᾗ τὴν ἁλουργίδα ἐνῆψαι, περιφανεστέραν ποιῆσαι κρηπῖδι καὶ βήματι καὶ ἀνδριᾶσι, &c. Unde etiam Tribunal is locus dicebatur, teſte Nicephoro Calliſto in lib. 13. initio, & in lib. 18 cap 41. Dicebatur etiam Campus, ut ſcribit Theophylactus Simocatta in lib. 8 cap. 12. quia ſcilicet lata ibi planities erat, quemadmodum canit Claudianus in Rufinum lib. 2.

Urbis ab Auguſtæ tractu quà vergit in Auſtrum,
Planities vicina patet: (nam cetera Pontus
Circuit, exiguo dirimi ſe tramite paſſus.)

& paullo pòſt de Rufino loquens ait:

Increpat Auguſtum, ſcandat ſublime Tribunal:
Participem ſceptri, ſocium declaret honoris.

Quippe poſt Valentem cuncti ferè Impp eo loci coronabantur, ut de Arcadio & Honorio ſcribit Marcellinus Comes, de Leone Victor Turonenſis in Chronico. *Henr. Valeſ.*

[*Productum eumdem Valentem in Suburbanum, Auguſtum pronuntiavit.*] Meretur Suburbanum iſtud, in quo quidam graviter erraverunt, à nobis exactè explicari atque deſcribi. A re nomen habuit. Græcis enim Ἕβδομον, Latinis interdum *Hebdomum*, plerumque *Septimum* appellabatur, propterea quòd vii. millia paſſuum ab urbe Conſtantinopoli aberat. *Septimium* ſemper Hiſtoria Miſcella mendosè vocat pro *Septimum.* Sozomenus τὸ Ἕβδομον μίλιον: Faſti Conſulares ſub nomine Idatii a Sirmundo editi *milliarium Septimum* ſemel atque iterum nuncupant: *Septimum ab Urbe milliarium* Marcellinus Comes in Chronico: Suburbanum nomine Hebdomum, προάστειον καλούμενον Ἕβδομον, Procopius in libro 1. de AEdificiis Juſtiniani. Hebdomi partes erant, *Baſilica Johannis Baptiſtæ* ampliſſima ac pulcherrima, à Theodoſio majore exſtructa, & capite Præcurſoris Domini noſtri huc ex Bithynia translato honorata: *Campus; Tribunal;* & Palatium *Secundianæ. Campus* erat lata patenſque planities, in qua exercitus explicari, & inſtrui acies poterat Ibi Arcadius A milites poſt confectum bellum Eugenianum domùm reverſos excepit, priorque ex more Duce ac ſigna ſalutavit. Quippe Imperatores copiis ſuis advenientibus honoris cauſâ extra portas occurrere conſue verant. In Campo milites exercebantur: ibi nonnum quam damnati ſupplicio afficiebantur, & eorum capit ibidem erecta oſtentabantur. Ibi & cùm aliàs, tum præc puè vii. Kal. Febru. ſupplicationes fiebant: & Epiſcopu Conſtantinopolitanus lecticæ inſidens, comitante Cle ro & pópulo, interdum etiam præſente ipſo Imperato re, ab Urbe ad *Campum* pſallendo procedebat. Campur Scriptores Græci Latino nomine κάμπον appellitant; & κάμπον τοῦ τριβουναλίου, campum Tribunalis; Nicephoru Patriarcha Conſtantinopolitanus in Breviario Hiſtoric capite 11. τὸ πεδίον τὸ πρὸ τῆς πόλεως ὃ Ἕβδομον καλοῦσι, nuncu pat, Campum Hebdomi Hebdomumque confunden Nobiliſſima pars Hebdomi fuit Tribunal excelſum, he pro temporario perpetuum à Valente A. factum, ſtatui que & tabulis ac gradibus marmoreis è porphyrite lapic ornatum: quod adſcendebat Imperator, ut ſtans Duc bus ac Tribunis ſignisque & aquilis circumdatus, debe lo & pace milites alloqueretur, ſive ut aliquem ex eoru ſententia Imperii conſortem aut Cæſarem faceret. Ibi gitur Valens à Valentiniano fratre, ibi Arcadius & Hc norius fratres alter poſt alterum à patre ſuo Theodoſi ibi ab Arcadio Theodoſius junior, à Pulcheria Marcianu ejus demum ſucceſſor Leo Auguſti ſunt appellati. I Baſiliſcus fugato Zenone, Mauricius à Tiberio Conſta tino ſocero, Phocas deſtituto Mauricio, & Leo ceden Michaële ab exercitu Imperatores conſalutati. *Tribun* iſtud Hebdomi ac ſimul *Campum* adjacentem libro 11. Rufinum Claudianus commemorat: Hiſtorici Gra Romano nomine, ſed Græca terminatione Τριβουνάλιον aut Τριβουνάλιον τοῦ Ἑβδόμου; noſtri nonnumquam & *Tribunalium* appellant: differebatque à *Tribunali* intramu no porphyreticis gradibus exſtructo, quod ante Pa tium, nec procul à Curia in 2. regione Urbis poſitu Ammianus Marcellinus in libro xxvii. & Zoſimus rebus Procopii Tyr. memorant; & quod Suidas *Trib*

nal Palatii, quidam *Tribunal novemdecim accubitorum*, τὸ Τριβουνάλιον δεκαέννεα ἀκκουβίτων, cognominant: Liutprandus domum altam & pulchram juxta Hippodromum eſſe ait. De Palatio Secundianis infra dicemus. *Hebdomum* autem ſæpe *Campus*, ſæpe & *Tribunal* promiſcuè appellatur: ut ſolent loca celebria nobiliorum partium ſuarum nominibus non raro deſignari. Eadem ratione in Diſceptationis de Baſilicis capite I. & II. olim docui, Gregorium Turonicum Epiſcopum præter ceteros Monaſteria nunc *Oratoria*, nunc *Baſilicas*, ſæpe & *Cellulas* à duobus maximis ac præcipuis cujuſque Cœnobii membris vocaviſſe.

Hebdomum ſive Septimum ab urbe Conſtantinopoli millia paſſuum ſeptem ſemper abfuiſſe, unde & nomen acceperit, nec umquam pomœrio Urbis incluſum eſſe conſtat: mirum ut ſit Petrum Gillium hominem doctum & diligentem aliter ſenſiſſe, & quoſdam recentiores in errorem induxiſſe. Certè Valentinianus, *cùm veniſſet Conſtantinopolim, productum Valentem in Suburbanum* (hoc eſt in Hebdomon) *Auguſtum pronunciavit, & in eodem vehiculo ſecum reduxit*: ſicuti ſcribit Ammianus Marcellinus in libro XXVI. Qua de re Idatius, ſeu quivis alius ita loquitur in Faſtis, *Levatus eſt Valens A. Conſtantinopoli in miliario* VII. *in Tribunali à fratre ſuo Valentiniano. Suburbanum* igitur, & *miliarium Septimum* una res erat: *Miliarium* inquam VII. ab urbe Regia Conſtantinopoli, ſuo Tribunali inſtructum, in Chronico Alexandrino Ἕβδομον nominatum. Ejuſdem Idatii de Arcadio verba ſunt hæc: Merobaude II. & Saturnino Coſſ. *Levatus eſt Arcadius A. Conſtantinopoli in Miliario* VII. *in Tribunali à Theodoſio A. patre ſuo*: quem Marcellinus Comes *à patre ſuo Theodoſio A. conſortem imperii* VII. *ab Urbe miliario coronatum* dicit; Chronicum Alexandrinum in Tribunali Hebdomi, ἐν τῷ Τριβουναλίῳ τοῦ Ἑβδόμου. Quod igitur uni eſt *miliarium Septimum*, alteri *Tribunal Hebdomi*, à Marcellino Comite apertiſſimis verbis dicitur VII. *ab Urbe miliarium*: ne quis forſitan dubitare poſſit, *Hebdomon*, aut *Septimum* cum *Tribunali* ſeptem ab urbe Auguſta millia paſſuum abfuiſſe. Hermias Sozomenus in libri VII. capite XXIV. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ de Theodoſio Magno ad bellum Eugenii proficiſcente ſic ſcribit: *Cùm egreſſus Conſtantinopoli ad Septimum miliare perveniſſet, Deum illic oraſſe dicitur in Eccleſia, quam Johanni Baptiſtæ exſtruxerat.* λέγεται δὲ τότε τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκδημῶν, πρὸς τῷ Ἑβδόμῳ μιλίῳ γενόμενος, προσεύξασθαι τῷ Θεῷ ἐν τῇ ἐνθάδε ἐκκλησίᾳ, ἣν ἐπὶ τιμῇ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἐδείματο. Ἕβδομον μίλιον, ubi erat Eccleſia Johannis Baptiſtæ à Theodoſio A. exſtructa, ſi verbum verbo reddas, idem eſt quod *miliarium Septimum* ſemel atque iterum Idatio in Faſtis, *Septimum ab Urbe miliarium* Marcellino Comiti, non ob aliud quàm quia Hebdnmon cum ſua Johannis Baptiſtæ Baſilica ſeptimo ab urbe Regia lapide diſtabat. Socrates quoque in libri VI. capite VI. Hebdomi ab urbe Conſt. diſtantiam diſertè declarat his verbis: Γαϊνᾶς βάρβαρος ὑποκρινόμενος δαιμονᾶν, ὡς εὐξόμενος τὸ μαρτύριον τοῦ Ἀποστόλου Ἰωάννου (ἑπτὰ δὲ σημείοις ἀπέχει τοῦτο τῆς πόλεως) καταλαμβάνει. *Gaina natione Barbarus arrepticium ſe ſimulans, tamquam orationis causâ confert ſe ad Eccleſiam Johannis Apoſtoli, quæ ſeptem millibus paſſuum ab Urbe abeſt.* Quid clarius? Quid apertius? Si non ſufficit unum Socratis veteris graviſque Hiſtorici teſtimonium; addemus ejuſdem & alterum ex libri VI. Hiſt. Eccleſ. capite XII. quod tale eſt de Epiphanio Epiſcopo: προσορμήσας τῷ ἐπὶ Ἰωάννου μαρτυρίῳ, ἀπέχει δὲ τοῦτο ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως, καὶ ἐξελθὼν τῆς νεὼς, αὖθις εἰς τὴν πόλιν εἰσέρχεται. *Cùm ad Baſilicam Johannis appuliſſet* VII *millibus ab Urbe diſtantem; nave egreſſus collectam ibi celebravit, & ordinato Diacono, poſtea civitatem* (Conſt.) *intravit.* Hoc *Martyrium Johannis*, vel *Johannis Apoſtoli*, Sozomenus de Gaïna ſcribens, *Eccleſiam Johannis Baptiſtæ, à patre Imper. Arcadii in Hebdomo ædificatam* vocat; Theophylactus Simocatta in libri VIII. capite X. *Eccleſiam Prophetæ S. Johannis Baptiſtæ in Hebdomo* appellat; Theophanes *ædem S. Johannis Prodromi; templum ſancti Johannis Baptiſtæ* Anaſtaſius Bibliothecarius qui Theophanem tranſtulit, & Hiſtoriæ Miſcellæ liber XVII. Omnino igitur Johannes Baptiſta ab Socrate dictus eſt *Apoſtolus* pro Præcurſore vel Prodromo. Nam Apoſtolus nuntium miſſumque ſignificat: qualis utique fuit Johannes Baptiſta, qui præmiſſus eſt Domino, *& ante ejus faciem præivit ad parandas vias ejus*; & de quo Johannes in Evangelio ſcripſit: *Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Johannes.* Nec enim credo Socratem Johannis Apoſtoli nomine Johannem Apoſtolum unum de XII. & Euangeliſtam deſignare voluiſſe, quandoquidem Conſtantinopolim patriam ſuam, ubi natus eſt, ubi & vitam egit & hiſtoriam ſcripſit, ac ſuburbana Conſt. in primis Hebdomon vir tantus ignorare non potuit, & quo Baſilica Hebdomi patrono tituloque cenſeretur. Cùm itaque Baſilica Johannis Baptiſtæ in Hebdomo ſtatuta eſſet à Theodoſio A. & ut ſemel atque iterum affirmat ſuprà Socrates, ſeptimo lapide ab Urbe diſtaret: quis non videt Hebdomon eadem ratione VII. millia paſſuum ab urbe Regia Conſtantinopoli abfuiſſe?

Situm erat in Thracia Hebdomum ad mare Conſtantinopolim inter & Rhegium, locum in veteri Itinerario à Burdigala Hieruſalem uſque memoratum: ſicuti docent Theophanes, quem Anaſtaſius in Latinum ſermonem tranſtulit, & Hiſtoria Miſcella in libro XVII. ubi hæc de Phocæ promotione leguntur: *Praſini exeuntes in Rhegium, magnis laudibus tyrannum Phocam efferebant, & perſuadent ei venire in Septimum. Dirigit igitur Phocas Theodorum à Secretis: qui ingreſſus magnam Eccleſiam, coram populo legit, ut tam Patriarcha quàm Senatus & vulgus venirent in Septimum. Hoc igitur facto, & cunctis convenientibus apud Septimum, pronuntiatur malus, & dominus ſceptrorum tyrannus provehitur. Denuntiatio verò tyranni in templo S. Johannis Baptiſtæ effecta eſt: ubi duobus moratus diebus, tertia die introivit Regalia, ſuper imperialem ſedens carrucam.* E loco Thraciæ Rhegio venit in Septimum ſive in Hebdomon Phocas, ubi appellatus eſt Auguſtus; & ex Hebdomo Conſtantinopolim ac Palatium petiit. Ex quo apparet Hebdomum Rhegium inter & Conſtantinopolim medium fuiſſe. Et cùm Phocas poſt acceptum diadema in Martyrio Johannis Baptiſtæ, heic biduum commoratus dicatur: videtur mihi iſta Johannis Baptiſtæ Baſilica Regiam aliquam adjunctam habuiſſe, in qua novus Imperator unà cum Palatinis offi-

ciis, totoque comitatu aliquamdiu habitare potuerit. Nimirum erat tum in Hebdomo Palatium Secundianæ apud Gregorium Magnum memoratum initio libri XI. Epiſtolarum hiſce verbis: *Coronatus eſt Phocas & Leontia Auguſta in Septimo, Palatio quod dicitur Secundianæ.* Idem narrat Theophylactus Simocatta in libri VIII. capite X. nimirum Praſinos apud Rhegium Phocam fauſtis acclamationibus ac laudibus proſecutos eſſe, eique perſuaſiſſe ut ſe conferret in Hebdomum, VII. tantùm millibus ab urbe Conſtantinopoli diſtans: ubi eum à Patriarcha Cyriaco diademate redimitum eſſe Zonaras tradit. Quin & Mauricius A. anno principatus IX. egreſſus Conſtantinopoli, primò ad Septimum ſive Hebdomon, mox ad Rhegium pervenit, Thraciam & Hunnos Avares petens: ut in Hiſtoriæ Miſcellæ libro XVII. invenimus. *Anno imperii ſui IX. cùm ver inciperet, & agmina perveniſſent ad Thracem, exivit cum eis Mauricius videre quæ à Barbaris eſſent everſa. Exeunte autem eo ad Septimum, Solis eclipſis facta eſt: cumque eſſet apud Rhegium, multitudines pecuniis animavit.* XII millibus diſtabat à civitate Conſtantinopoli *manſio Regium*, ut docet Itinerarium Burdigalenſe ſuprà laudatum. Inter utraque loca medium erat Hebdomum ſeu Septimum, à CP. VII. à Regio V. millibus diſſitum.

Zonaras in Theodoſio & in Phoca, Cedrenus in Arcadio & in Juſtino, ac plurimi alii Hebdomi meminerunt. Ibi & multas leges ab Imperatoribus latas eſſe, aſſerit Guidus Pancirolus in Deſcriptionem Conſtantinopolis Notitiæ Imperii Rom. præfixam. Longum ac etiam pæne ſupervacaneum eſſet, laudare ſingulos ac univerſos Scriptores, qui Hebdomon, aut de ejus partibus unam aliquam commemorant, tamquam non extramuranam modò, ſed etiam ab urbe Conſtantinopoli notabili intervallo diſſitam. Sufficiet de pluribus Auctoribus & Hiſtoricis qui Hebdomi mentionem faciunt, paucos attingere. Hiſtoria Miſcella, cujus auctor Paullus Aquileienſis Diaconus creditur, complura ex Theophane gravi Hiſtorico accepta complectitur. In ejus Hiſtoriæ libro XIV. hæc reperio: XXX. *imperii Theodoſii* (junioris) *anno terræmotus magni facti ſunt Conſtantinopoli per* IV. *menſes; ita ut timentes Byzantii, extra civitatem in loco qui dicitur Campus, eſſent perſeverantes, unà cum Epiſcopo* (Proclo) *ad Deum precibus & litaniis vociferantes.* Theodorus Lector in libro I. Hiſtoriæ Eccleſ. ejuſdem *Campi*, & ſupplicationum ibi fieri ſolitarum non ſemel meminit. Dicitur enim Marcianus Theodoſii ſucceſſor ad ſupplicationes quæ fiebant in *Campo*, (ἐν τῷ Κάμπῳ) pedes extra Urbem progreſſus, multas & magnas egentibus pecunias donaviſſe, Anatoliumque Epiſcopum hortatus eſſe, ut juxta morem Epiſcoporum novæ Romæ *à Tauro* uſque *ad Campum* lecticâ vectus ad ſupplicationem procederet: qui cùm Marcianum pedibus incedentem videret, ipſe quoque pedes proceſſerit. Idem memoriæ prodidit, Marcianum A. iterum ad ſupplicationem proceſſiſſe *in Campum* VII. Kalendas Februarias. Utrubique hic eſt *Campus Hebdomi. D. Joviano & Varroniano Coſſ. levatum eſſe Valentem A. Conſtantinopoli in milliario* VII. *in Tribunali*, Faſti à Sirmundo editi docent: item *Merobaude II. & Saturnino Coſſ. levatum eſſe Arcadium A. Conſtantinopoli* (id eſt prope Conſtantinopolim, apud Conſtantinop.) *in milliario* VII. *in Tribunali.* Ex quibus Valens *in Suburbano* factus Imperator dicitur in libro XXVI. Ammiani M. *in Hebdomo*, ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, in Chronico Alexandrino. Arcadium autem Marcellinus Comes in Chronico VII. *ab Urbe milliario coronatum* refert: Chronicon Alexandrinum Conſtantinopoli *in Tribunali* Hebdomi, ἐν τῷ Τριβουναλίῳ τοῦ Ἑβδόμου. Ibi Rufinus Præfectus Prætorio à militibus, quibus ex Italia domum redeuntibus Arcadius extra Urbem occurrerat, eſt interfectus: quam cædem ad pedes Imperatoris *in Tribunali*, ἐν τῷ λεγομένῳ Τριβουναλίῳ, factam eſſe Philoſtorgius in libro XI. & Nicephorus Calliſtus in libro XIII. ſcribunt. Hi Auctores apertiſſimè indicant *Hebdomum* cum ſuo *Tribunali* ſeptimo ab urbe Regia milliario abfuiſſe: quod Socrates & Sozomenus ſupra jam laudati cum de *Baſilica Joannis Baptiſtæ* non ſemel dicunt, eâdem operâ & de *Hebdomo* dicunt. Theodorus Lector in libro I. auctor Chronici Alexandrini, Nicephorus Calliſtus in fine libri XIV. aliique tradunt, Marcianum *in Septimo*, ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, Auguſtum appellatum eſſe: quem Idatius in Chronico latè & impropriè *apud Conſtantinopolim à militibus factum Imperatorem* dicit. Baſiliſcus *in Campo*, ἐν τῷ Κάμπῳ, poſt depulſum Zenonem Imperator eſt conſalutatus: uti refert in libro I Theodorus Lector: *Tiberius Conſtantinus A. accito Patriarcha Johanne & Senatu, in Tribunalium lecticâ eſt deportatus, & cum conſilio Sophiæ A. Mauricium generum ſuum pronuntiavit Imperatorem:* ſicut in Hiſtoriæ Miſcellæ libro XVII. traditur. De provectione Phocæ ſuprà diximus: *Phocas Tyrannus peremit Mauricium unà cum maſculis V. pueris ejus, & horum capita juſſit poni in Campo Tribunalii diebus multis: & exivit ab Urbe, & contemplabatur ea*, quorum nuda corpora *in Tribunal* abjecta eſſe ait Nicephorus in libro XVIII. *Anno imperii* VII. *Phocas Macrobium Scribonium juſſit ſagittari apud Septimum, pendentem in lancea in qua tirones exercebantur quaſi conſcium inſidiarum ſuarum*: quemadmodum docet Hiſtoria Miſcella in libro XVII. Nimirum in *Campo Hebdomi* ad lanceam ibi fixam ſolebant tirones exerceri. Militum autem exercitationes campeſtres extra urbes fiebant. Ex quibus omnibus apparet, uſque ad Maurici & Phocæ principatum *Hebdomum* cum Martyrio Joannis Bapt. cùmque *Campo* & *Tribunali* non ſolùm extra urbem Auguſtam fuiſſe, ſed etiam ab ea procul abfuiſſe. In libro Hiſtoriæ Miſcellæ XIX. hæc reperio de Conſtantino Pogonato ſive Barbato Heraclii A. pronepote: *Anno* V. *imperii Conſtantini Deum impugnantium Saracenorum ſtolus adſcendens applicavit in Thracenſibus partibus à ſummitate videlicet Septimi quæ vergit ad Occidentem & rurſus uſque ad arcem quam Cyclobium dicunt, quæ ſpectat ad Orientem.* Et infrà: *A brachialio Aureæ portæ uſque Cyclobium.* Hoc eſt quod prodit Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus in rebus Heraclii A. & ejus filiorum ac nepotum, initio principatus Conſtantini Pogonati maximam Saracenorum claſſem *ad Hebdomon* Conſtantinopolis ſuburbanum appuliſſe. Nimirum anno V. regni Conſtantini Barbati, Chriſti DCLXXIII. ad loca propinqua urbi Regiæ quam obſidere decreverant

appulere Saraceni; Urbem utique ipſam non intravere. Idem Theophanes ab Anaſtaſio Bibliothecario tranſlatus, Zonaras & Cedrenus ſcribunt. Ex quibus facilè intelligitur, *Hebdomon* aliquot paſſuum millia tum ab urbe Conſtantinopoli abfuiſſe: cùm pars Hebdomi, quam *ſummitatem Septimi* Hiſtoria Miſcella, Gillius *promuntorium Hebdomon* appellat, longè ab Urbe abfuerit. In libro XXIV. Hiſtoriæ Miſcellæ de Leone Armenio hæc leguntur: *Leo veniens ad Tribunal ante Urbem poſitum unà cum Prætoribus & exercitibus, valde legitimus Romanorum Imperator oſtenditur, & die media Conſtantinopolim per Carſii portam ingreditur, & ad Regalia pervenit: poſtera verò die coronatus eſt à Nicephoro Patriarcha in ambone majoris Eccleſiæ.* Ubi legendum videtur non *Carſii portam*, ſed *Chryſen portam*, id eſt Auream portam. Cedrenus enim eadem enarrans eiſdem ferè verbis ait, διὰ τῆς χρυσῆς πόρτης. Cùm igitur *in Tribunali Hebdomi* Leo à militibus conſalutatus Imperator, mox Conſtantinopolim ac Palatium intramuranum Aureâ portâ ingreſſus, poſtridie demum in majore Eccleſia coronam acceperit: apparet anno Domini DCCCXIII. imperii Leonis Armenii primo, *Hebdomon*, ac partem Hebdomi *Tribunal* procul ab Urbe diſſitum, & portæ Aureæ adverſum ac longo intervallo objectum exſtitiſſe. Leo Grammaticus in Vita Conſtantini Porphyrogenneti tradit, Symeonem Bulgarum Regem cum magno exercitu ad urbem CP. veniſſe, & foſſam à Blachernis uſque ad portam Auream duxiſſe: ſed perſpecta Urbis mœnium firmitate, cognitiſque opidanorum viribus & machinis de expugnatione deſperantem, in Hebdomon ſe recepiſſe, ibique de pace egiſſe. Idem in capite V. ſcribit, Romanum Cæſarem cum Conſtantino A. genero ſuo *ad Tribunal* ſe contuliſſe, & poſtquam ibi ſtipendium militibus erogaviſſet, in palatium mox revertiſſe. Subjicit in capite VIII. Mariam Chriſtophori A. filiam, Imper. Romani neptem, Conſtantinopoli Petro Bulgarum Regi nupſiſſe: quam in Bulgariam cum viro ſuo proficiſcentem parentes uſque *ad Hebdomon* honoris cauſâ ſint proſecuti. Anno autem Chriſti DCCCCXII. Conſtantinus Porphyrogennetus Leonis Philoſophi filius imperare cœpit: anno DCCCCXIX. Romanus Lecapenus ejus ſocer, primùm Cæſar, mox Auguſtus eſt appellatus. Tum ergo adhuc *Hebdomon*, & *Tribunal*, vel potius Campus Hebdomi, quò milites ſtipendium aut certè donativum accepturi convenerant, non modò extra urbem CP. erat, ſed etiam ab ea ſat longè diſtabat. Quid apertius? Georgius Pachymeres res geſtas Imperatorum Michaëlis & Andronici Palæologorum ſcripſit. Is in libri 2. capite 11. tradidit, quoſdam de exercitu Imperatoris, qui caſtrum Galari à Genuenſibus occupatum terrâ marique obſidebat, veniſſe *in Hebdomon*, & ibi Monaſterii reliquias, ac Eccleſiæ quæ in ſtabulum mutata erat, ruinas, corpuſque integrum Imper. Baſilii Bulgaricidæ repeiiſſe: quem Romani A. filium à cæde plurimorum Bulgarum Græci Βουλγαροκτόνον cognominavere. Hæc ruinoſa Eccleſia in ſtabulum converſa, haud dubiè erat ipſa Johannis Baptiſtæ Eccleſia in Hebdomo, VII. ab urbe Regia CP. lapide diſtans: in qua Baſilius A. Baſilii Macedonis abnepos ſepeliri ſe juſſerat. Nondum autem Franciſ Michaël Palæologus Conſtantinopolim eripuerat. Ut appareat circa annum Chriſti M. CCLX. Hebdomon ſive Septimum unà cum ſuo Johannis Baptiſtæ Martyrio ab urbe CP. procul adhuc abfuiſſe.

Pluribus argumentis ad rem tam manifeſtam probandam nobis opus non eſt. Præſtat rationes adverſariorum refellere: quos inter Gillius qui Conſtantinopolim ſuam nobis reliquit, facilè primas tenet; vel potius unus eſt inſtar omnium. Qui igitur Gillium refellere potuerit, cenſendus erit in eo uno omnes ejus opinionis ſectatores proſtraviſſe. Ac primùm verba ſuprà laudata Sozomeni in libri VII. capite XXIV. ſcribentis, *Theodoſium egreſſum Conſtantinopoli, cùm ad VII. miliare perveniſſet, Deum ibi oraſſe in Johannis Bapt. Eccleſia à ſe exſtructa*: ita exponit Petrus Gillius in libri IV. de Conſtantinopoli capite 1. *Theodoſius egreſſus unum miliare extra Conſtantinopolim, in æde Johannis Bapt. quam ipſe conſtruxerat in Hebdomo ſuburbio, Deum precatus eſt.* Hæccine eſt verborum ac ſenſus Sozomeni expoſitio; an potiùs impoſitio, vel aliorum pro aliis ſuppoſitio; πρὸς τῷ Ἑβδόμῳ μιλίῳ γενόμενος, *egreſſus unum miliare extra Conſtantinopolim*? An Gillius talem interpretationem aut probavit ipſe, aut aliis perſuaderi poſſe ſperavit? Si hæc nobis in veteres Auctores licent, quid non licebit? Pergit Gillius: *Qui neſciunt Hebdomum eſſe ſuburbanum Conſtantinopolitanum, interpretarentur ad VII. miliare Theodoſium extra Urbem progreſſum. At Hebdomum ſuburbium eſt ex eodem Sozomeno, quum alibi dicit* (lib. VII. c. XXI.) *Theodoſium caput Johannis Baptiſtæ ex vico Coſilai qui Pantichio Calchedonenſis agri loco proximus erat, tranſtuliſſe, & poſuiſſe ante Conſtantinopolim* (πρὸ τοῦ ἄστεως Κωνσταντινουπόλεως) *in loco Hebdomo dicto: quem nos ſuburbium olim fuiſſe, nunc intra Urbem eſſe mox declarabimus.* Hæc ille. Eſt quidem *Hebdomon* Conſtantinopolis *ſuburbanum*, cùm ab Ammiano præter ceteros ſic appelletur: ſed (ut vel nomine ſuo ſolo indicat) ab Urbe nihilominùs VII. millibus paſſuum diſtat: non autem uno milliario ab ea diſcretum eſt, ſicut Gillio placet: nec umquam Conſtantinopolis mœnibus incluſum fuit. In Defenſione Diſceptationis meæ de Baſilicis pag. 339. 340. & ſequentibus docui, Latinis Scriptoribus *ſuburbana*, Græcis προάστεια dici loca, quæ V. VI. VIII. X. XII. millibus paſſuum, itinere etiam diei ab urbibus abeſſent. Nimirum ſuburbanorum vel προαστείων (quod maximè notandum) duo ſunt genera. Altera enim ſunt ſuburbana propriè dicta, videlicet muris portiſque urbium proxima ac pæne continua, quæ plerique ſuburbia, recentiores noſtri Scriptores *burgos ac forenſes burgos* appellant; qualia ſuburbana ſola Gillius agnovit haud dubiè, & præter quæ nulla alia videtur nota habuiſſe; ita ut *Hebdomon* quia *ſuburbanum* Conſtantinopolis nonumquam vocatum eſt, urbis Regiæ muris proximum, & ab ea uno tantùm lapide diſſitum deinde intramuranum factum fuiſſe crediderit. Altera ſuburbana ſunt latè atque impropriè ſumta, loca ſcilicet remotiora à mœnibus, VI. VIII. X. & ampliùs milliariis ab urbibus ſeparata: quale eſt *Hebdomon* noſtrum, *ſuburbanum* Conſtantinopolis Ammiano dictum, in libro XXVI. ubi Valens à fratre Imperator eſt factus. Tale ſuburbanum Naiſi vel Næſſi, opidi Daciæ mediterraneæ, cujus meminit idem in eodem libro hiſce verbis:

ctum eumdem Valentem in ſuburbanum, univerſorum ſententiis concinentibus (nec enim audebat quiſquam refragari) Auguſtum pronunciavit: decoréque Imperatorii cultus ornatum, & tempora diademate redimitum in eodem vehiculo ſecum reduxit: participem quidem legitimum poteſtatis, ſed in modum Apparitoris morigerum, ut progrediens aperiet textus. Quibus ita nullo interturbante perfectis, ° conſtricti rapidis febribus Imperatores ambo

In ſuburbano, quod appellatum Mediana à civitate (Næſſo) III. *lapide diſparatur, &c. Daphnen amœnum & ambitioſum Antiochiæ ſuburbanum* Ammianus in libro XIX. Uſuardus in Babyla *ſuburbium Antiochiæ* appellat; προάστειον Johannes Chryſoſtomus; ἐπώνυμον τῆς Ἀντιοχείας προάστειον Sozomenus in libro V. Et Daphne cum templo Apollinis & fonte Caſtalio, & cum luco Daphnenſi ac Baſilica Babylæ M. XI. ſtadia ſeu V. millia paſſuum aberat ab urbe Antiochia, quæ ab eo ſuburbano cognominata eſt Antiochia Epidaphnes. *Suburbanum fretum* in libri V. Epigrammate I. nuncupat Martialis mare ad Antium, *Albam* item *ſuburbanam* in Epigrammate ad Criſpum: cùm Antium ab urbe Roma itinere diei, Alba XII. milliariis abſit. *Decimum* ſuburbanum Carthaginis ſimiliter dixere, quod tamen (ut ait Procopius) ab ea diſtabat ſtadiis LXXVIII. ſive milliaribus decem. Supervacuum eſſet pluribus exemplis rem adeo certam & manifeſtam confirmare.

Nihil igitur obſtat, quo minùs *Hebdomon* ſeu *Septimum* quod VII. ab urbe Conſtantinopoli millibus diſtat, *Suburbanum* tamen à Latinis Auctoribus, προάστειον vocetur à Græcis, & περὶ τοῦ ἄστεως Κωνσταντ. fuiſſe à Sozomeno dicatur, à quibuſdam etiam *apud Conſtantinopolim, & Conſtantinopoli*: cùm veteres & recentiores Scriptores linguæ Latinæ peritiſſimi paſſim ita locuti ſint. Diximus ſuprà Gillium ad unum milliarium extra Conſtantinopolim *Hebdomum* ſuburbanum & Eccleſiam Johannis Baptiſtæ gratis & citra ullam auctoritatem poſuiſſe, ut nimirum facilius legentibus perſuaderet, *Hebdomon* iſtud cum Martyrio Johannis Bapt. aucto pomœrio Urbis mœnibus incluſum fuiſſe. Sed quoniam intelligebat ſuam hancce de tantula Hebdomi ab urbe Regia diſtantia opinionem ſolo nomine ſatis refelli: novam homo ingenioſus commentus eſt hujus appellationis originem, affirmavitque *à ſeptenario numero ſuburbiorum, quæ nomina retinuerint etiam incluſa in Urbem, Hebdomon dictum eſſe.* Sed quàm confidenter hæc aſſeruntur, tam facilè negantur à nobis. Quando enim, aut ſub quo Principe adeo promota ſunt Conſtantinopolis pomœria, ut ſeptem ſuburbana ſua illa ſuis muris incluſerit, & unum ex his ſeptem *Hebdomum* à numero ſuburbiorum dictam veterem ſuam appellationem ſervaverit; An quod anno Chriſti MCCLX. nondum factum erat, poſtea prævalentibus Turcis & velut jugulo Imperatorum Orientis cotidie imminentibus fieri potuit, ut Conſtantinopolis tantis incrementis augeretur, & ſeptem ſuburbana iſta muris includeret? Turcis quidem Conſtantinopoli dominantibus hæc contigiſſe nemo ſanus crediderit. Futile ſit his nugis refellendis diutius immorari, cùm nullo firmo fundamento nitantur. Poſtremò Gillius in capite IV. libri V. de Topographia CP. adjicit quæ ſequuntur: *Suburbium Hebdomum in VI. colle fuiſſe, qui nunc eſt intra Urbem, oſtendit ædes Johannis Baptiſtæ, quam etiamnum Græci vulgò vocant Prodromi, maxima ex parte diruta.* Si qua fuit vivo Gillio, ſeu Franciſco. I. regnante, ſ qua eſt & nunc Conſtantinopoli qualiſcumque Eccleſi ſancti Johannis Prodromi; planè differt ab Eccleſia ejuſdem Prodromi & Baptiſtæ in Hebdomo ſita, cùm VII ab ea millibus paſſuum diſtet, & præter Patroni appellationem nihil hæc habet cum illa commune. Prætere Græci (ut ſunt nunc omnium antiquitatum, omniu ferè omnes litterarum ignari) in aſſignando titulo iſtiu Eccleſiæ Johannis Bapt. & Prodromi facillimè errar poſſunt, fallaci majorum traditione decepti. Nemo enir veterum quos quidem legerim, Eccleſiæ ſancti Johanni Prodromi Chriſti intra muros Conſtantinopolis ulla mentionem fecit. Guidus quidem Pancirolus de opinione Gillii ſic loquitur: *Gillius nunc intra urbem Regiam eſſe vult Hebdomum in* VI. *colle, & à numero ſuburbioru Septimum* (ſive Hebdomon) *vocari.* Sed nihil adjicit ita ut omnino à Gillio diſſentire videatur. Sextum porr iſtum *collem*, in quo Hebdomon ſitum fuerit, & qui un cum Hebdomo poſtea urbe incluſus ſit, omnes ignoran Jam verò ſi quando incluſum Conſtantinopoli eſſ Hebdomum, non ſolùm cum Baſilica ſua Joannis Baptiſtæ & Prodromi, ſed etiam cum reliquis ſuis membr ſimul & ſemel utique eſſet incluſum. Oſtendant erg nobis qui ita ſentiunt, *in* VI. *colle ſuo* intra Conſtantinopolim cum *Eccleſia Prodromi Tribunal*; oſtendant *Campum*; oſtendant *Palatium Secundianas*, vel ſaltem triur iſtarum Hebdomi partium reliquias ibi aliquas, ſed indubitatas, aliqua certa veſtigia. Hoc Petrus Gillius, & inter Gillii ſectatores Freſnius Cangius, qui noviſſima Conſtantinopolis Deſcriptionem vulgavit, adeo no fecere, ut ne harumce quidem Hebdomi partium uſqua meminerint: quas tamen ſimul cum Hebdomo & Baſilicâ Prodromi ex ſuburbanis unâ eâdemque operâ ei demque ingenioſi alicujus machinis Conſtantinopoli transferri oportebat. Ex his quæ ſuprà diximus app ret vel cæco, Hebdomon ſive Septimum cum IV. ſu partibus, quas primi diligenter explicuimus, nimiru cum *Campo*, cum *Tribunali*, cum *Martyrio* vel *Eccleſi Johannis Baptiſtæ*, & cum *Palatio Secundianis*, non modò ſemper extra Conſtantinopolim poſitum fuiſſe, ſe etiam ab Urbe VII. millia paſſuum ſemper abſuiſſe: id e ſemper *ſuburbanum* exſtitiſſe, numquam intramur num; ſemper verè *Hebdomon* ac nominis ſui, & unit ejuſdemque videlicet VII. milliariorum ab Urbe diſta tiæ.] *Hadrian. Valeſ.*

o *Conſtricti rapidis febribus.*] Idem ſcribit Zoſim

diu, ſpe vivendi firmata, ut erant in inquirendis gnaviores quàm in componendis, ſuſpectas morborum cauſas inveſtigandas acerrimè Urſacio Officiorum Magiſtro Delmatæ crudo, & Juventio Siſciano Quæſtori tunc commiſerunt: ut loquebatur pertinax rumor, invidiam cientes Juliani memoriæ Principis, amiciſque ejus, [p] tamquam clandeſtinis præſtigiis læſi. Sed hoc evanuit facilè, ne verbo quidem tenus inſidiarum indicio ullo reperto. Hoc tempore velut per univerſum orbem Romanum bellicum canentibus bucinis, excitæ gentes ſæviſſimæ limites ſibi proximos perſultabant. Gallias Rætiáſque ſimul Alamanni populabantur; Sarmatæ Pannonias & Quadi; Picti, Saxonéſque & [q] Scotti, & [9] Atacotti Britannos ærumnis vexavêre continuis; [r] Auſtoriani Mauricæque aliæ gentes Africam ſolito acriùs incurſabant; Thracias & diripiebant prædatorii globi Gothorum. Perſarum Rex manus Armeniis injectabat, eos ad ſuam ditionem ex integro vocare vi nimia properans, ſed injuſtè; [ſ] cauſando quòd poſt Joviani exceſſum cum quo [1] fœdera firmarat & pacem, nihil obſtare [2] debebit quo minùs ea recuperaret, [t] quæ antea ad majores ſuos pertinuiſſe monſtrabat.

CAP. V. Acta igitur tranquilliùs hieme, concordiſſimi Principes, unus nuncupatione prælatus, alter honore ſpecie tenus adjunctus, percurſis Thraciis Næſum advenerunt: ubi in [3] ſuburbano, quod appellatum Mediana à civitate

9 *Mſ.* Attacitti. 1 *Mſ.* fœdera. 2 *Mſ.* debebit. 3 *Steph.* ſuburbio.

---

in lib. 4. niſi quòd Valentinianum ſolum febre correptum fuiſſe prodit, idque cùm à Nicæa Conſtantinop. peteret. *Valeſ.*

p *Tamquam clandeſt. præſtigiis læſi.*] Zoſimus, ὑποψία, inquit, αὐτὸν εἰσῄει ψευδὴς ὡς ἔκ τινος γοητείας ἐκ τῶν Ἰουλιανοῦ φίλων αὐτῷ σκευωρηθείσης νοσεῖν. *Suſpicio quædam eum perculit falſa, ne ex præſtigiis amicorum Juliani, ac maleficis in morbum incidiſſet.* Subjicit deinde Zoſimus viros dignitate conſpicuos ejus rei inſimulatos eſſe, ſed induſtria & dexteritate Salluſtii Præfecti Præt. diſcuſſas eſſe calumnias. *Idem.*

q *Scotti & Attacotti Britannos ærumnis. &c,*] Ita lib. XXVII. *Attacotti bellicoſa hominum natio, & Scotti,* ut hinc vicinam eſſe gentem conjicere liceat. In Notitia quoque Imperii nominantur *Attecotti juniores*, *Attecotti ſeniores*: & inter auxilia Palatina *Honoriani Attecotti juniores.* Lindenbr.

r *Auſtoriani, Mauricæque aliæ gentes*] Inf. lib. XXVIII. *Auſturiani his conterminant.* Utrobique legendum videtur, *Auſuriani* . vel *Auſoriani.* Johannes CP. in Eclogis legationum ex Priſco: Ἐς τὴν Λιβύην διαβάντα ἐπὶ τῇ πρὸς Αὐσοριανοὺς μάχῃ. Syneſius Αὐσουριανοὺς vocat, Epiſt. LVII. & in Cataſtaſi de Pentapoleos calamitate. *Idem.*

ſ *Cauſando quòd poſt Joviani exceſſum, cum quo fœdus*] Non caret res exemplo. Sic enim Fidenates, poſtquam Romulus in terris eſſe deſiiſſet, iterum in Romanos arma moverunt, ac ſi cum Romulo ſaltim, non cum Romanis pacis fœdere coiiſſent. Dionyſius Halicarn. lib. III. τοῖς παραγενομένοις ἐκ Ῥώμης πρεσβευταῖς πυνθανομένοις τὴν αἰτίαν τῆς ἀποστάσεως ἀπεκρίναντο (Fidenates) μηδὲν αὐτοῖς ἔτι πρᾶγμα πρὸς τὴν Ῥωμαίων πόλιν εἶναι κοινόν, ἐξ οὗ Ῥωμύλος ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἐτελεύτησε, πρὸς ὃν ἐποιήσαντο τὰ φιλίας ὅρκια. Nec ſecius arbitrati Apuli, & reliqui Latini omnes Anco Marcio mortuo; itaque & agros incendere, prædaſque agere ut hoſtes incepere. Turnus quoque Herdonius dicebat, fœdus quod Latini cum Tarquinio Priſco icerant, morte illius interveniente ruptum, τὰς συνθήκας, ἃς ἐποιήσαντο πρὸς τὸν πάππον αὐτοῦ (Tarquinium Priſcum intelligit) παραδιδόντες τὴν ἡγεμονίαν, λελύσθαι λέγων μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον, διὰ τὸ μὴ προσγεγράφθαι ταῖς ὁμολογίαις τὴν αὐτὴν εἶναι δωρεὰν καὶ τοῖς Ταρκυνίου ἐκγόνοις. Dionyſius Halicarn. lib. IV. Tale fuit reſponſum Perſei Macedonum Regis, *Fœdus cum patre ictum ad ſe nihil pertinere.* Livius lib. XLII. Aliaque ſimilia exempla in priſca Hiſtoria, ſæculi præſertim medii, in facili eſt obſervare. *Idem.*

t *Quæ antea ad maiores ſuos pertinuiſſe.*] Armenia primò quidem Perſis paruit: eámque Satrapa miſſus à Rege Perſarum adminiſtrabat: poſtea victis ab Alexandro Perſis, in Macedonum ditionem venit, & Syriæ Regibus obtemperavit uſque ad tempora Antiochi Magni: quo à Romanis ſuperato, Artaxias & Zariadres, cùm antea Regis illius in Armenia Satrapæ fuiſſent, regnum occupaverunt, ut ſcribit Strabo in lib. XI. Tandem à Parthis regnum illud occupatum eſt, & Parthorum Rex fratrem ſuum Arſacem nomine Armeniis Regem impoſuit, ut colligo ex Procopii lib. 2. Perſ. initio, & ex lib. ejuſdem 2. de Fabricis Juſt. *Valeſ.*

tertio lapide diſparatur, quaſi mox ſeparandi, partiti ſunt Comites. Et Valentiniano quidem, cujus arbitrio res gerebatur, Jovinus evenit, dudum promotus à Juliano per Gallias Magiſter armorum, & Dagalaïphus, quem militiæ rectorem provexerat Jovianus: in Orientem verò ſecuturus Valentem ordinatus eſt Victor, ipſe quoque judicio Principis antedicti provectus, cui junctus eſt Arinthæus. Lupicinus enim [4] pridem à Joviano pari modo promotus Magiſter equitum, partes tuebatur Eoas. Tunc & Æquitius Illyriciano præponitur exercitui, nondum Magiſter, ſed Comes: & Serenianus olim ſacramento digreſſus, [v] recinctus eſt ut Pannonius, ſociatúſque Valenti Domeſticorum præfuit ſcholæ. Quibus ita digeſtis, & militares partiti numeri. Et poſt hæc cùm ambo fratres Sirmium introiſſent, diviſo palatio, ut potiori decuerat, Valentinianus Mediolanum, Conſtantinopolim Valens diſceſſit. Et Orientem quidem regebat poteſtate Præfecti Salluſtius; Italiam verò cum Africa & Illyrico Mamertinus, & Gallias provincias [5] Germanianus. Agentes igitur in memoratis urbibus Principes, ſumpſerunt primitus trabeas Conſulares: omníſque hic annus diſpendiis gravibus rem Romanam afflixit. Alamanni enim perrupêre Germaniæ limites, hac ex cauſa ſolito infeſtiùs moti. Cùm legatis eorum miſſis ad comitatum certa & præſtituta ex more munera præberi deberent, minora & [6] vilia ſunt attributa: quæ illi ſuſcepta, furenter agentes, ut indigniſſima projecêre. Tractatíque aſperiùs [x] ab Urſacio tunc Magiſtro Officiorum,

4 *Mſ.* pridie. 5 *Mſ.* Germanianus. 6 *Mſ.* vilia.

v *Recinctus eſt.*] Recingi dicitur, qui cingulum militare rurſus accipit. quod ἀναζωννύεσθαι Græci vocant. Sic Themiſtius in fine Orat. 6. *ἀλλ' ἀπαυδῶντα καὶ παρειμένον ἤδη τινὰ εὐδόκιμον παλαιστρατιώτην ἀνακαλεῖται καὶ ἀναζώννυσι. Sed fatiſcentem & fractum, tamquam magni nominis veteranum revocat, & recingit.* Valeſ.

x *Ab Urſacio tunc Magiſtro Officiorum.*] Magiſter Officiorum legationes tractabat, unde & ſub diſpoſitione ſua habebat ſcrinia ſacra, ut legationibus non civitatum ſolùm, ſed etiam exterarum gentium reſponderet. Scrinium quoq; Admiſſionum ſub ejus erat adminiſtratione, ut teſtatur Imperii Notitia, quò legatos nationum in Conſiſtorium introduceret. Quocirca à Caſſiodoro in lib. 6. Epiſt. 6. *adſpectus Regii haud irritus promiſſor* dicitur, *collocutionis Regiæ glorioſus donator, aulici Conſiſtorii quaſi quidam Lucifer.* Et paullo pòſt: *Per eum exteris gentibus ad laudem Reip. noſtræ ordinatur humanitas, & volentes redeunt, quos mærentes exceperat: per eum quippe legatorum quamvis feſtinantium prænuntiatur adventus.* Quod ſic intelligo. Sub Magiſtro Officiorum erat ſchola Agentum in rebus, ex qua ſchola Curioſi per omnes provincias, & ad limites mittebantur: per eos Curioſos in limite conſtitutos nuntiabatur Magiſtro Offic. ſi qua legatio à barbaris gentibus ad Imp. mitteretur. Nam ut ait Priſcus Rhetor in Hiſtoria pag. 26. *πασῶν γὰρ τῶν βασιλέως βουλῶν ὁ μάγιστρος κοινωνὸς διὰ δὴ τοὺς τε ἀγγελιαφόρους καὶ ἑρμηνέας καὶ στρατιώτας τοὺς ἀμφὶ τὴν βασιλείαν φυλακὴν ὑπ' αὐτὸν τεταγμένων. Omnium Imp. conſiliorum Magiſter Offic. particeps eſt, tum propter Veredarios, ſeu Agentes in rebus, & interpretes, tum ob milites circa palatium excubantes, qui omnes ſub illius adminiſtratione ſunt poſiti.* Hinc apud eumdem Priſcum Legatos Gobazis Regis Lazorum Euphemius Magiſter Off. in Conſiſtorium induxiſſe dicitur: & apud Corippum in lib. 3.

Legatos Avarum juſſos intrare Magiſter
Ante fores ſacras divinæ nuntiat aulæ,
Orantes ſeſe veſtigia ſacra videre
Clementis Domini: quos voce & mente benigna
Imperat admitti.

* Lucianus de Dea Syria εἰσαγγελέα vocat quem Romani Magiſtrum Officiorum ſeu Admiſſionum. Sic enim ait: ἀπίξομαι δὲ παρ' ἡμέας ἄνευ εἰσαγγελέων.* Atque idcirco Magiſter Offic. ante velum ſacri Conſiſtorii ſtabat: ut præter Corippum in hoc quem adduxi loco, teſtatur S. Athanaſius in Apologia ad Conſtantium ſub initium, ubi purgat ſeſe nec umquam niſi honorificè de Conſtantio apud Conſtantem verba feciſſe aſſerit: *ἐδύνατο καὶ Εὐγένιος ὁ γενόμενος μάγιστρος μαρτυρῆσαι· αὐτὸς γὰρ εἱστήκει πρὸ τοῦ βήλου, καὶ ἤκουεν ἅπερ ἠξιοῦμεν αὐτόν, καὶ ἅπερ αὐτὸς κατηξίου λέγειν ἡμᾶς. Poteſt etiam Eugenius, qui tum Magiſter erat Off. teſtimonium dicere hic enim ante velum ſtabat, & quæ petebamus nos, & quæ ille nos dicere volebat, audiit omnia.* Eidem Off. Magiſtro legati exterarum gentium referebant ea, de quibus cum Imp. acturi venerant. Hinc apud Menandrum Protect. in

iracun-

iracundo quodam & ſævo, regreſſi factúmque exaggerantes, ut contumelioſè deſpectas gentes immaniſſimas concitarunt. Et circa id tempus, aut non multo poſteriùs, in Oriente Procopius in res ſurrexerat novas: quæ prope Kal. Novembris venturo Valentiniano Pariſios, eodémque nuntiata ſunt die. Et Alamannis quidem occurſurum Dagalaïphum pergere maturè præcepit: qui vaſtitatis propinquioribus locis longiùs diſceſſerant incruenti. Super appetitu verò Procopii antequam adoleſceret reprimendo, curis 7 diducebatur ambiguis, ea potiſſimùm ratione ſollicitus, quòd ignorabat, utrùm Valente ſuperſtite an exſtincto 8 memoratus Imperium adfectarat. AEquitius enim relatione Antonii Tribuni accepta, 9 agentis in Dacia mediterranea militem, qui nihil præter negotium ipſum auditum obſcurè ſignificabat: ipſe quoque nondum liquida fide comperta, ſimplicibus verbis Principem geſtorum conſcium fecit. His

7 *Mſ.* diducebantur. 8 *Al.* memoratum Imperium. 9 *Mſ.* agentis.

lib. 8. cùm is, qui à Secretis erat Hormiſdæ Perſarum Regis, legatos Rom. interrogaſſet, ecquid acturi venerant: nequaquam ipſi, ſed illi qui à Latinis Magiſter Off. dicitur, id enuntiandum eſſe dixerunt. Sed quando in tractationem hanc incidimus, operæpretium facturus mihi videor, ſi & reliquas illius dignitatis partes ſummatim attigero, quò perfectior ejus notitia lectoribus ingeneretur. Igitur ſub ejus diſpoſitione fuerunt officia Palatina, & Scholæ: quod & Rutilius in lib. 1. Itinerarii declarat:

Officiis regerem cùm regia tecta Magiſter.
Armigeráſque pii Principis excubias.

Poſterior enim verſus de Scholis Palatii intelligendus eſt: de quibus ad lib. XIV. dixi. Idque teſtatur præter Notitiam Imperii Caſſiodorus in formula Magiſteriæ dignitatis lib. 6. & totus titulus in Codice Juſt. de officio Mag. Off. Prior autem verſus ad officia regiæ domus pertinet, quæ Magiſter regebat, unde etiam nomen habuit. Græci quoque ἡγούμενον τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων vocant ut Zoſimus in lib. 2. & 3. Zonaras in Conſtantio. At Procopius, & Agathias ac Menander μάγιστρον ſeu προεστῶτα vocant τῶν ἐν τῇ αὐλῇ ταγμάτων: quæ parum inter ſe differunt. τάξεις quidem propriè ſunt officia, ut in Juliani & Syneſii Epiſtolis occurrit; & in Gloſſis veteribus, τάξις ἄρχοντος, *Officium. Apparitio.* ταξιώτης, *Officialis.* Inter officia autem quæ Magiſtro Off. parebant, primi numerantur Menſores in Notitia Imperii. Hi erant qui hoſpitia ſingulis in palatio militantibus metabantur, ut docet lex 4. & 5. Cod. Th. de metatis, quæ ad Magiſtros Off. directæ ſunt. Menſores etiam dici poſſunt, qui menſuras & pondera annonæ publicæ tractabant: unde & cum cellariis recenſentur in lege ult. Cod. de diverſis off. Peræquatores victualium rerum vocat Caſſiodorus in formula Magiſteriæ dignit. Ejus enim erat, menſuras & pondera ſpecierum annonar. in urbe Regia conſtituere, ut ibi docet Caſſiodorus. Quo ſenſu Menſores dicuntur in Cod. Th. lege 1. de Canone frum. urb. Romæ; & lege 9. de piſtoribus: & in antiquis Inſcriptionibus. Poſt Menſores ſequuntur in Notitia Lampadarii: quos ſub Magiſtro Off. fuiſſe docet Novella Theod. de Lampadariis, data ad Opilionem Mag. Off. His jungendi ſunt Curſores & Decani: hæc enim tria officia conjunctim numerantur in lege ult. Cod. de div. off. Curſores ſunt, qui ante agmen Imp. comitatus præcurrebant, cum Lampadariis ignem ſeu lampadem præferentibus. De quibus Corippus in lib. 3.

--- prænuntius antè
Signa dedit Curſor, poſitâ de more lucernâ.

Horum Primicerius Protocurſor dicitur in lib. 17. Hiſt. Miſcellæ. De Lampadariis vide Gloſſarium Meurſii. Decani autem erant, qui faſces Principi præferebant. Cedrenus enim ait Decanos à Romanis dici τοὺς ῥαβδούχους. De his Chryſoſtomus in Epiſt. ad Hebræos, Homilia 13. καὶ τῶν λεγομένων δεκανῶν τόπον ἐπέχοντες ἐν τοῖς βασιλείοις: gravi errore Meurſii, qui in Gloſſario hos cum lecticariis illis Eccleſiæ qui ſepulturas curabant, confudit: quem refutant verba Chryſoſtomi, & Imp. in lege 2. Cod. de Decanis, Ambroſius in Epiſt. 33. denique Corippus in lib. 3. qui & hos ſub Magiſtro Off. fuiſſe ſatis indicat.

--- ſchola cuncta Palati
Juſſa ſuis adſtare locis: jámque ordine certo
Turba Decanorum, Curſorum, in rebus Agentum,
Cúmque Palatinis ſtans Candida turba Tribunis,
Et Protectorum numeris: mandante Magiſtro
Omnis ſacrorum vis adfuit Officiorum.

Ubi & Protectorum ſcholam ſub Magiſtro Off. fuiſſe ſignificat: quod notandum eſt. Sed & lex 2. Cod. de Decanis ad Helionem Mag. Off. dirigitur. Ad hæc ſcrinia ſacra ſub ejus diſpoſitione fuêre, ut Notitia declarat: unde in ſacris Scriniis militantes apud Magiſtrum Off. conveniri oportebat lege 12. Cod. de proximis ſac. ſcrin. & totius ferè tituli leges ad Magiſtros Off. ſcriptæ cernuntur. Denique officium Admiſſionum eis parebat, de quibus ſuprà dixi. Præter hos Caſtrenſiani ac Miniſteriani ejus juriſdictioni ſubjacebant, ut obſervavi ex lege 3. & 4. de Caſtrenſ. quæ datæ ſunt ad Mag. Officiorum. *Valeſ.*

cognitis Valentinianus eodem y AEquitio aucto Magiſterii dignitate, repedare ad Illyricum deſtinabat, ne perſultatis Thraciis perduellis jam formidatu invaderet hoſtili excurſu Pannonias. Documento enim recenti impendiò terrebatur, reputans paullo antè Julianum, contempto Imperatore bellorum civilium ubique victore, nec ſperatum antè nec exſpectatum, ab urbe in urbem incredibili velocitate tranſiſſe. Verum ardens ad redeundum ejus impetus molliebatur conſiliis proximorum, [1] ſuadentium & orantium, ne interneciva minantibus barbaris exponeret Gallias, néve hac cauſatione provincias deſereret [z] egentes adminiculis magnis: [2] iiſque legationes urbium acceſſere nobilium precantes ne in rebus duris & dubiis impropugnatas eas relinqueret, quas præſens eripere poterit diſcriminibus maximis, metu ambitioſi nominis ſui Germanis incuſſo. Tandem denique utilitate rei perpenſiùs excogitata, in multorum ſententias flexus, replicabat aliquoties, hoſtem ſuum fratríſque ſolius eſſe Procopium; Alamannos verò totius orbis Romani: ſtatuítque nuſquam interim extra confinia moveri Gallorum. Et aduſque Remos progreſſus, ſollicitúſque ſuper Africa ne repentè perrumperetur, [a] Neotherium poſtea Conſulem tunc Notarium, ad eamdem tuendam ire diſpoſuit, & Maſaucionem Domeſticum Protectorem ea conſideratione, quòd diu ſub patre Cretione quondam Comite educatus, ſuſpecta noverat loca; híſque & Scutarium adjunxit Gaudentium, olim ſibi cognitum & fidelem. Quia igitur uno eodémque tempore utrobique turbines exarſere mæſtiſſimi, competenti loco ſingula digeremus nunc partem in Oriente geſtorum, deinde bella barbarica narraturi: quoniam pleraque & in Occidentali & in Eoo orbe iiſdem menſibus ſunt excitata: ne dum ex loco ſubinde ſaltuatim redire feſtinamus in locum, omnia confundentes, ſqualiditate maxima rerum ordines implicemus.

Cap. VI. Inſigni genere Procopius in Cilicia natus & educatus, ea conſi

1 Mſ. valentium. 2 Mſ. mœniſque.

---

y *Equitio aucto Magiſterii dignitate.*] AEquitius ex Comite rei militaris Magiſter militum à Valentiniano factus, poſtea etiam Conſulatum geſſit cum Gratiano, anno Domini 374. de quo Hieronymus in Chronico ad annum 373. hæc dicit: *Equitius Comes Illyrici iniquiſſimis tributorum exactionibus antè provincias quas regebat, quàm à barbaris vaſtarentur evertit.* AEquitius autem in codice Regio ferè ſemper ſcribitur cum diphthongo, ſemel in Editione Auguſtana. In Chronico Alexandr. & Faſtis Idatii Mſſ. AEquitius ſimiliter exaratur, & in Victoris Epitome, ut teſtatus eſt Schottus. Zoſimus tamen & Socrates Equitium vocant. *Αἰκύτιος* quidam recenſetur ejuſdem nominis in Canonibus Eccleſiæ Africanæ. *Valeſ.*

z *Egentes adminiculis ejus.*] Sic primus edidit Gelenius. Anteriores enim Editiones ſic præferebant, *adminiculis in ejuſque legationes, &c.* Ego verò cùm in codice Reg. & Flor. * Toloſ. * [& Colbert.] legi viderem, *adminiculis mœniſque*: non dubitavi quin locus hunc in modum reſtituendus eſſet, *egentes adminiculis magnis. Iiſque leg. &c.* Idem. At vere hoc eſt ſpecimen ſupplementorum Caſtellianorum. Utique non inſerendo literas, ultro ex Mſſ. procedit *egentes adminiculis magnis. Quo legationes.* &c. Gronov.

a *Vulterium poſtea Conſulem.*] Hujus viri nomen primus corrupit P. Caſtellus, quem ceteri poſtea ſunt ſecuti. At in Editione Rom. excuſum erat *ne Vulterio* Ego verò cùm in codice Reg. * Tol. * [& Colbert. *Neulterium* diſtinctè perſcriptum oſtendiſſem, levi negotio veram ſcripturam elicui. *Neuterius* in Faſtis Idatii dicitur: in Codice Theod. *Neotherius*, quod magis placet Eſt enim Græca vox *νεώτερος*. Hic Præfectus Præt. fuit in Occidente ſub Valentiniano Juniore, Conſulatu Arcadii I. & Bautonis, ut colligitur ex Cod. Th. titulo


DN PROCOPIVS PF AVG

leratione qua propinquitate Julianum poſtea Principem contingebat, à primo gradu eluxit: & ut vita moribúſque caſtigatior, licèt occultus erat & taciturnus, Notarius diu perſpicaciter militans & Tribunus, jámque Summatibus proximus: poſt Conſtantii obitum in rerum converſione velut Imperatoris cognatus altiùs anhelabat, [3] adjunctus conſortio Comitum:. & apparebat eum, ſi umquam potuiſſet, fore quietis publicæ turbatorem. Hunc Julianus Perſidem ingrediens, conſociato pari poteſtatis jure Sebaſtiano, in Meſopotamia cum manu militum reliquerat valida: mandarátque, ut ſuſurravit obſcurior fama, (nemo enim dicti auctor extitit verus) pro cognitorum ageret nextu, & ſi ſubſidia rei Romanæ languiſſe ſenſiſſet, Imperatorem ipſe ſe provideret ociùs nuncupari. Qui injuncta civiliter agens & cautè, Juliani letaliter vulnerati funus, & [b] ad regenda communia comperit Jovianum evectum: falſóque rumore diſperſo, inter abeuntis anhelitus animæ eumdem Julianum vero mandaſſe, placere ſibi, Procopio [c] clavos ſummæ rei gerendæ committi: veritus ne hac ex cauſa indemnatus occideretur, [d] è medio ſe conſpectu diſcrevit, maximè poſt Joviani territus necem Notariorum omnium primi, quem Juliano perempto veluti dignum Imperio paucis militibus nominatum, nováque exinde cœptare ſuſpectum, cruciabiliter didicerat interfectum. Et quia ſe quæri induſtriâ didicerat magnâ, vitans gravioris invidiæ pondus, [e] ad abdita longiúſque remota diſceſſit. Cúmque à Joviano exploratiùs indagari latibula ſua ſentiret, & [f] ferinæ vitæ jam fuiſſet pertæſum: (quippe à celſiore ſtatu dejectus ad inferiora, etiam edendi pænuriâ in locis ſqualen-

3 *Mſ.* adjunctus. 4 τὸ vero *in aliis libb. deeſt.*

...Vulg. crim. & tit. de extraordin. ſive ſord. mun. & aliis locis. Fuerat jam antea Præfectus Præt. Gratiano V. & Theodoſio Aug. Coſſ. ut eſt in Cod. Th. de Decurionibus. Conſul denique fuit anno Dom. 390. cum Valentiniano Aug. IV. eíque ob hanc dignitatem gratulatur Symmachus in lib. 5. Epiſt. eodémque anno Præfectus Præt. lege 7. Cod. Th. de Curioſis. * In veteri Inſcriptione Rufii Voluſiani ſcribitur abſque adſpiratione ſic: D. N. VALENTINIANO AUG. ET NEOTERIO CONSS. Præſtat igitur hanc ſcripturam ſequi: ut ſit Græcè νεώτερος, ut Proterius, Deuterius, & ſimilia. * *Valeſ.*

b *Ad regenda communia,*] Et hîc græciſſat Marcellinus. Græci enim τὰ κοινὰ dicunt Rempublicam, ut Themiſtius aliíque. *Idem.*

c *Clavos ſummæ rei gerendæ committi*] Bene ita in Mſ. lib. XXI. *Clavos pro fluctuum motibus erigens.* Lib. XXV. *Clavos regendæ navis cuilibet periculi ſocio commiſerunt.* Nota eſt Ciceronis loquendi forma in Orat. pro P. Sextio: *Quis enim clavum tanti Imperii tenere, & gubernacula Reip. tractare in maximo curſu ac fluctibus poſſe arbitratur.* Lindenbr.

d *E medio ſe conſpectu diſcrevit*] Vulg. *diſſeruit.* haud placet. Lib. XXIX. *Inſonis gradibus relicto cubili manibus repens & pedibus longiùs ſeſe diſcrevit.* Lib. XXXI. *Quindecim millibus paſſuum à civitate diſcreti.* Idem.

e *Ad abdita longiuſque remota diſc.*] Zoſimus in lib. 4. ſcribit, Procopium Juliano mortuo ad Jovianum veniſſe, eique chlamydem purpuream quam à Juliano acceperat, tradidiſſe, ac rogaſſe ut militiæ ſacramento ſolutus domum reverti ſineretur. Quo impetrato, Cæſaream Cappadociæ cum uxore & liberis ſe contulit, ubi multa prædia poſſidebat. Pòſt cùm Valentinianus & Valens qui hominem ſuſpectum habebant, eum comprehendi juſſiſſent, ille milites miſſos fruſtratus, in Euxinum Pontum aufugit, & ibi conſcenſa nave ad Tauricam Cherſoneſum delatus eſt. Sed cùm incolas ſuſpectos haberet, inde Byzantium noctu profectus, divertit apud quemdam notum ſibi vetuſta conſuetudine: tandémque re cum Eugenio Eunucho communicata, imperium arripuit. *Valeſ.*

* f *Formæ vitæ jam fuiſſet pertæſum.*] Hujus loci emendatio debetur Priſcæo, qui jampridem emendavit *ferinæ vitæ.* Atque ita loquitur Gellius, cujus verba imitari ſolet Marcellinus. Hanc emendationem confirmant Mſſ. codices, Regius & Toloſanus, in quibus ſcriptum eſt, *& ferme vitæ jam fuiſſent pertæſum.* * [In Colbertino, *& fermæ vita jam fuiſſet pertæſum.*] Idem.

tibus ſtringebatur, hominúmque egebat colloquiis) poſtremæ neceſſitatis impulſu deviis itineribus ad [5] Chalcedonos agrum pervenit. Ubi, [6] quoniam & illud firmius viſum eſt receptaculum; apud fidiſſimum amicorum deliteſcebat, Strategium quemdam [g] ex Palatino milite Senatorem, Conſtantinopolim quantum fieri poterat clanculo ſæpe intermeans: ut indicio ejuſdem Strategii patuit, poſtquam ſæpius in factionis conſcios eſt inquiſitum. Ritu itaque ſollertiſſimi cujuſdam ſpeculatoris, [7] ignotus ob ſqualorum vultus & maciem rumuſculos colligebat tunc crebreſcentes, ut ſunt acerba ſemper inſtantia, incuſantium multorum Valentem, quaſi cupiditate aliena rapiendi ſuccenſum. Cujus diritati adjectum erat incentivum exitiale ſocer Petronius, [h] ex Præpoſito Martenſium militum promotus repentino ſaltu [i] Patricius, animo deformis & habitu: qui ad nudandos ſine diſcretione cunctos immaniter flagrans, nocentes pariter & [8] inſontes poſt exquiſita tormenta [k] quadrupli nexibus vinciebat, debita jam inde à temporibus Principis Aureliani perſcrutans, & impendio mærens, ſi quemquam abſolviſſet indemnem. Cujus morum intolerantiæ hæc quoque pernicies accedebat, quòd [l] cùm ditaretur lu

5 *Al.* Chalcedonium. 6 *Mſ.* quoniam & illud. 7 *Al.* ignotus vultu ob ſqualorem & maciem. 8 *Mſ.* inſontes.

g *Ex Palatino milite Senatorem.*] Palatini propriè dicebantur, qui rei privatæ & largitionales titulos exigebant, de quibus vide titulum in utroque Cod. de Palat. ſact. larg. Qui verò in hoc officio militaverant, tranſactis ſtipendiis inter Senatores ſeu Clariſſimos allegebantur: & quidem inter Conſulares, ut ex lege Theodoſii 19. apparet in Cod. Th. de Palatinis, & lege ult. eodem tit. Solebant enim, qui poſt laborioſæ militiæ decurſa ſtipendia loco præmii allegebantur in Senatum, inter Prætorios aut Conſulares allegi, ut onere Præturæ ac Quæſturæ, quæ maximis ludorum impenſis gerebantur, immunes forent: quod docet Symmachus in lib. 7. Epiſt. 95. his verbis: *Sed adjicienda eſt ei prærogativa militiæ, ut beneficio allectionis utatur. His quippe tantùm munia relaxari Divalia ſtatuta voluerunt, quos caſtrenſis honor illuminat. Si igitur & hoc inſigne detuleris, prono curſu inter Conſulares allegetur.* Sic Domeſtici Protectores, cùm tranſactis ſtipendiis exibant, inter Clariſſimos ex Conſularibus allegebantur, nec ad ullas Senatorii ordinis expenſas vocabantur lege 7. & ſeqq. Cod. Th. de Domeſticis. Hujuſmodi allectionum frequentia à Conſtantini M. temporibus cœpit, qui innumeros ex omni hominum genere in Senatum allegit, ut ſcribit Nazarius in Panegyr. ad Conſtantinum. Commodus quoque, cùm pleroſque inter Prætorios allegiſſet, Senatum miſcuit: ut in Pertinacis vita ſcribit Capitolinus. *Valeſ.*

h *Ex Præpoſito Martenſium.*] Præpoſiti à Tribunis diſtinguuntur in lege un. Cod. Th. de Comitibus & Trib. Schol. & in lege 1. de erogat. militaris annonæ, lege 1. de commeatu: & apud Vegetium in lib. 2. cap. 12. denique apud Rufinum in lib. 1. cap. 18. & lib. 2. cap. 3. Hegeſippus tamen in lib. 1. cap. 28. Præpoſitos vertit, quo χιλιάρχους dixerat Joſephus, & Apuleius in x lib. Idem Hegeſippus in lib. 2. cap. 14. Galbam Præpoſitum ducdecimi ordinis vocat, quem Joſephus ἡγεμόνα, id eſt legatum vocat. Eorumdem meminit Athanaſius in Epiſt. ad Solitarios: ὁ μὲν στρατηλάτης Σεβαστιανὸς ἔγραφε τοῖς κατὰ τόπον πραιποσίτοις καὶ στρατιωτικαῖς ἐξουσίαις. Hi minori videntur fuiſſe dignitate præditi quàm Tribuni, licèt Rufinus hoc ordine eos recenſeat, *Tribuni, Præpoſiti, Comites*. Præerant autem cohorti perinde ac Tribuni, ut docet Vegetius in citato loco. *Idem.*

i *Patricius.*] Petronius Patricius dicitur in lege Cod. Theod. de filiis militarium pater Albiæ Dominicæ, quæ Valentis Aug. conjux fuit. Procopium tamen Valentis κηδεστὴν, id eſt ſocerum vocat Zoſimus in lib. hominem ſævum & humanitatis expertem: ſed in nomine fortaſſis error eſt. Ceterùm de Patriciatus dignitate à Conſtantino M. inſtituta quæ ceteras omnes anteibat vide eumdem Zoſimum in lib. 2. De iis Priſcus in Hiſt. 56. ἐν τοῖς πατρικίοις συνέκειτο καταλεγόμενοι· οἳ δὴ τὰς ἀρχὰς ἀναβεβήκασι πάσας. *Nomum, qui unà cum Anatolio inter Patricios cenſebatur, quæ dignitas ceteras omnes antecedit.* Idem.

k *Quadruplicibus nexibus vinciebat*] Vetus codex *quadruplici*, ut L. 8. de jure fiſci. L. 1. de his qui ex publ. r. C. quæ his Coſſ. datæ ſunt. Oiſelius. Petrus Pithæus tamen ita legi ait in Mſ. codem *quadrupli nexibus vinc.* Colbert. codice ſcriptum etiam reperio *quadrupli nexibus*, non *quadruplici*: ita ut forſitan dicere figurate voluerit Ammianus Petronium Patricium ſocerum Valentis A. eos quos nudare volebat, quadrupli condemnaſſe. *H. Valeſius.*

l *Cùm ditaretur luctibus alienis*] Inf. *Ditandus caſibus alienis.* Ut Claudian. 4. Conſ. Honor.

ctibus alienis erat inexorabilis & crudelis, & in rabido corde duriſſimus, nec reddendæ nec accipiendæ rationis umquam capax: [m] inviſior Cleandro, quem agentem ſub Imperatore Commodo Præfecturam, ſublatâ vecordiâ diverſas legimus vexaſſe fortunas: & [n] oneroſior Plautiano, qui Præfectus itidem ſub Severo, ultra mortale tumens cuncta confuderat, ni gladio periſſet ultore. Hæc lacrimoſa, quæ incitante Petronio ſub Valente clauſere multas paupertinas & nobiles domos, impendentiúmque ſpes atrocior, provincialium & militum paria gementium ſenſibus imis hærebant: & votis licèt obſcuris & tacitis permutatio ſtatus præſentis ope numinis ſummi, concordi gemitu poſcebatur. Quæ Procopius latenter accipiens, arbitratúſque ubi felicius [9] acciderit fatum, negotio levi ad apicem ſummæ poteſtatis aſſumi, ſubſidebat ut prædatrix beſtia, viſo quod capi poterat protinus eruptura. Cui hæc quæ maturabat ardenti, fors hanc materiam dedit impendiò tempeſtivam. Conſumpta hieme feſtinans ad Syriam Valens, [1] jámque fines Bithynorum ingreſſus, docetur relationibus ducum, gentem Gothorum ea tempeſtate intactam [2] ideóque ſæviſſimam, conſpirantem in unum ad pervadenda parari collimitia Thraciarum: hócque cognito, ut impræpeditò ipſe pergeret quò tendebat, ſufficiens equitum adjumentum & peditum mitti juſſit ad loca, in quibus barbarici timebantur excurſus. Dimoto itaque longiùs Principe, Procopius ærumnis diuturnis attritus, & vel atrocem mortem clementiorem ratus malis quibus afflictabatur, aleam periculorum omnium jecit abruptè: extremáque jam perpeti nequaquam timens, præeunte perdita ratione facinus adoritur audaciſſimum, [o] Diviténſes Tungricanóſque juniores ad procinctum urgentem per Thracias inter alios celerare diſpoſitos & Conſtantinopoli moraturos ſollemniter biduum, per quoſdam ex iiſdem numeris notos ſollicitare properans: quia cum omnibus loqui periculoſum erat & arduum, fidem paucorum elegit. Qui pellecti ſpe præmiorum ingentium, ſub conſecratione jurisjurandi promiſere ſe quæ vellet cuncta facturos: favorem quoque polliciti conturmalium, inter quos ipſi potiorem locum obtinebant in ſuadendo, [p] ſtipendiis excellentes &

9 *Mſ.* adſiderit. 1 *Al.* jam fines. 2 *Al.* eamdemque ſæviſſime.

- - - *privatis creſcunt æraria damnis.* Lindenbr.

m *Inviſior Cleandro*] Spartianus in Commodo. *Idem.*

n *Oneroſior Plautiano*] Spartianus & Herodianus in Severo. *Idem.*

o *Divitenſes Tungritanoſque juniores*] Levis variatio lib. XXVII. *Divitenſibus præſidebat & Tungricanis.* Ut etiam in Notitia Imperii: *Sub diſpoſitione viri illuſtris Magiſtri peditum Præſentalis, Divitenſes ſeniores, Tungricani ſeniores.* Idem.

p *Stipendiis excellentes & meritis.*] Uſu & lege Caſtrenſi id receptum erat, ut non æqualia cunctis militibus ſtipendia numerarentur: ſed novitiis quidem ac tironibus minora, promotioribus autem mediáque jam in matricula inſcriptis majora: Veteranis autem qui mox dimittendi eſſent, multo majora: quò & ipſi ſacramento ſoluti reliquum vitæ feliciùs degere, & poſteris ſuis ſolatii loco aliquid poſſent tranſmittere. In horum autem abeuntium locum milites ordine inferiores ſuccedere ſolebant, & ampliora ſtipendia pro loco & gradu ſuo conſequi, ut ſcribit Procopius in Anecdotis p. 104. Qua autem ratione hæ promotiones in militia fierent, docet Vegetius in lib. 2. cap. 21. Igitur qui militiæ nomen dabat, poſtremum legionis locum obtinebat, donec decedentibus ſubinde aliis atque aliis, ad altiorem

meritis. Utque condictum eſt, ubi excanduit radiis dies, idem Procopius diductus in cogitationes varias, [q] [r] Anaſtaſianas balneas petit, à ſorore Conſtantini cognominatas, ubi locata noverat ſigna: doctúſque per arcanorum conſcios omnes in ejus ſtudium conſenſiſſe ſocietate coïta nocturna, [3] fide ſalutis data libenter admiſſus, conſtipatione vendibilium militum cum honore quidem ſed in modum tenebatur obſeſſi: qui [ſ] ut Prætoriani quondam poſt Pertinacis necem licitantem Imperii præmia Julianum ſuſceperant, ipſi quoque Procopium infauſti dominatus exordia molientem, attenti ad omne compendium defenderunt. Stetit itaque ſubtabidus, (excitum putares ab inferis) nuſquam reperto paludamento, tunicâ auro diſtinctâ ut regius miniſter indutus, à calce in pubem [t] in pædagogiani pueri ſpeciem, [v] purpureis opertus tegminibus pedum: haſtatúſque purpureum itidem pannulum læva manu geſtabat, [x] ut in theatrali ſcena ſimulacrum quoddam inſigne per aulæum vel mimicam cavillationem ſubitò putares emerſum. Ad hoc igitur dehoneſtamentum honorum omnium ludibriosè [4] ſublatus, & ancillari adulatione beneficii allocutus auctores, opéſque pollicitus amplas & dignitates ob principatûs primitias, pro-

3 *Mſ.* fidelitatis. 4 *Al.* ſublatis.

gradum paullatim adſcenderet. Itaque ut novum & inſolitum in Marciano notat Evagrius in principio lib. 2. quòd ob eximiam fortitudinem à militari quodam numero adſcitus eſt non poſtremo loco, ut moris eſt, ſed in locum cujuſdam militis nuper mortui. Idem etiam in militia Palatina. & in Officio Præfecturæ Præt. & aliorum judicum ad exemplum armatæ militiæ obſervabatur: quod divinum inſtitutum non immeritò Vegetius appellat. *Valeſ.*

q *Anaſtaſianas balneas*] Quæ in regione U. C. P. IX. erant, ut in ejus Deſcriptione veteri habetur. *Lindenbr.*

r *Anaſtaſianas Balneas a ſorore Conſtantini cogn.*] Anaſtaſia Conſtantii Chlori filia, Conſtantini Magni ſoror, Baſſiano Cæſari nupſit, ut legitur in Excerptis de Conſtantino, quæ cum hac noſtra Marcellini Editione vulgavimus. Ab ejus nomine dictæ ſunt balneæ Anaſtaſianæ Conſtantinop. in regione IX urbis. At Sozomenus in lib. 6. cap. 9. Anaſtaſianas & Caroſianas balneas ab Anaſtaſia & Caroſia Valentis filiabus ita appellatas eſſe prodit: quem ſecutus eſt Nicephorus & Auctor Chronici Alexandr. Ceterùm hunc Procopii proceſſum ex Anaſt. balneis egregiè deſcribit Themiſtius in Orat. IX. *Valeſ.*

ſ *Ut Prætoriani quondam poſt Pertinacis necem licitantem Imperii præmia Iulian.*] Spartianus in Didio Juliano. *Poſteaquam in caſtra ventum eſt, quum Sulpiciano Præfecto Urbi, ſocero Pertinacis, concionante ſibique Imperium vindicante, Julianum è muro nullus admitteret, primum Julianus monuit Prætorianos, ne eum facerent Imperatorem, qui Pertinacem vindicaret, --ſane quum vicena quina millia militibus promiſiſſet, tricena dedit.* Lindenbr.

t *In pædagogiani pueri ſpeciem*] Lib. XXIX. *Adultus quidam ex his, quos pædagogianos appellant.* De his ſatis jam ab aliis dictum eſt ad Taciti Annal. lib. XV. *Idem.*

v *Purpureis opertus tegminibus pedum*] Faſtus hic erat Impp. Romanorum, ut purpuræ ac muricis uſum Auguſto tantùm ac principali cultui convenire putarent. Quemadmodum igitur indumenta reliqua hoc colore ſuperbirent, ſic ipſa quoque pedum tegumenta; de quo ritu optimè Corippus lib. II.

Purpureo ſuræ reſonant fulgente cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vinclis,
Parthica Campano dederant quæ tergora fuco;
Qui ſolet edomitos victor calcare tyrannos
Romanus Princeps, & barbara colla domare.
Sanguineis prælata roſis, laudata rubore,
Lectaque pro ſacris tactu molliſſima plantis.
Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti,
Sub quorum eſt pedibus Regum cruor: omne profecto
Myſterium certa rerum ratione probatur.

Eum habitum creſcente luxu mox etiam Papa Rom. & Patriarcha CP. ſibi vindicarunt, ἐκ προστάγματος τοῦ ἁγίου μεγάλου Κωνσταντίνου, ut ait Theod. Balſamon in Explicatione Concilior. Ioh. Curopalates, magnus Drungarius Viglæ, in Hiſtoria Iſaaci Comneni, pag. 129. *Aggreſſus eſt etiam* (Patriarcha) *cocco tincta induere calciamenta, antiqui ſacerdotii morem hunc aſſerens, & oportere his uti novum quoque Archiepiſcopum. nam inter ſacerdotium & regnum nihil intereſſe, vel admodum parum.* Scitum autem ac prudens hîc Baſilii Imp. monitum eſt, in Exhortationibus ad Leonem fil. cap. LXIII. Πορφύρα δέ σε κοσμήσει, ἐὰν ἡ σωφροσύνη ταύτῃ συνεπενδύσει, καὶ τὸ ποδῶν σε τὸ ἐρυθρὸν κοσμήσει ὑπόδημα, ἐὰν αὐτοῖς τὴν φλόγα τοῦ τύφου καταπατήσεις. ἐκεῖνα μὲν γὰρ πρόσκαιρόν σοι τὴν βασιλείαν χαρακτηρίζει. ταῦτα δὲ καὶ τῆς αἰωνίου κολάσεως ῥύεται, καὶ τὴν ἀθάνατόν σοι προξενεῖ βασιλείαν. Idem.

x *Ut in theatrali ſcena ſimulacrum*] Zoſimus lib. IV. ἐθεῶντο Προκόπιον ὥσπερ ἀπὸ σκηνῆς βασιλέα χειροτονηθέντα. Idem.

ceſſit in publicum multitudine ſtipatus armorum: ſigniſque ſublatis erectiùs ire pergebat, circumclauſus horrendo fragore ſcutorum lugubre concrepantium, [y] quæ metuentes ne à celſioribus tectis ſaxis vel tegularum fragmentis conflictarentur, denſiùs ipſis galearum criſtis aptabant. [z] Huic intimidiùs incedenti nec reſiſtebat populus, nec favebat: accendebatur tamen inſita pleriſque vulgarium novitatis repentina jucunditate, ea re potiùs incitante, quòd Petronium ut prædiximus divitias violenter augentem, omnes eadem mente deteſtabantur, qui [a] [b] ſepulta jamdudum negotia, & [c] redivivas nebulas debitorum in diverſos ordines excitabat. Cùm itaque [d] Tribunal idem adſcendiſſet Procopius, & cunctis ſtupore defixis timeretur ſilentium triſte: procliviorem viam ad mortem (ut ſperabat) exiſtimans adveniſſe, per artus tremore diffuſo implicatior ad loquendum, diu tacitus ſtetit: pauca tamen interruptâ & moribundâ voce dicere jam exorſus, quibus ſtirpis propinquitatem imperatoriæ prætendebat, leni paucorum ſuſurro pretio illectorum, deinde tumultuariis ſucclamationibus plebis Imperator appellatus inconditè, petit Curiam raptim. Ubi nullo Clariſſimorum, ſed ignobili paucitate inventa, Palatium peſſimo pede feſtinatis paſſibus introiit. Mirantur quidam profectò irriſione digna principia, incaute cœpta & temere, ad ingemiſcendas erupiſſe Reip. clades, ignari forſan exemplorum, hæc accidiſſe primitus arbitrantes. Sic [e] Adramyttenus Andriſcus de genere quidam infimæ ſortis, aduſque Pſeudophilippi nomen [5] evectus, bellis Macedonicis tertium addidit grave. Sic Antiochiæ Macrino Imperatore agente, ab Emeſa Heliogabalus exivit Antoninus. Ita inopino

5 *Mſ.* erectus.

---

* y *Quæ metuentes ne a tectis ſaxis conflictarentur, galearum criſtis aptabant.*] Sic Herodianus in libro II. de Juliani A. per urbem Romam proceſſu loquitur, & milites Didii Juliani à caſtris Prætoriis Urbem ingreſſos, capita ſua ſcutis texiſſe prodit. * *Valeſ.*

[z *Huic timidiùs incedenti.*] In Mſſ. codicibus cum Colbertino, tum his quos P. Pithœus perlegit, legitur diſertè *intimidiùs* eodem planè ſenſu. Nam ut Propertio *intactus cupidinibus* pro *tactus* dicitur, Plauto *clunes infracti* pro *fracti*; Velleio in libro II. ſimiliter *Tigranes Luculli armis infractus*, pro *fractus*: ita *intimidus* pro *timidus*, & *intimidè* ab Ammiano Marcellino uſurpatur pro *timide*.] *Idem.*

a *Sepulta jam dudum negotia*] Id eſt, taciturnitate ſopita. Juſtinian. L. 3. Cod. de annal. except. * Vel ſententiis definitivis, aut tranſactionibus deciſa. Novell. Theod. Tit. 2. pag. 524. Ubi idem Imp. *reſuſcitare lites* dixit, ut Ammian. *excitare*. * Lindenbr.

[b *Sepulta jamd. negotia, & redivivas tabulas debitorum.*] Notat P. Pithœus ad oram Ammiani ſui, in veteribus Ammiani libris quos legit, ſcriptum ſe reperiſſe, *rediv. nebulas debitorum*. Idem quoque diſertè ſcriptum inveni in codice Colbertino: quæ ſcriptura vulgatæ præferenda eſt haud dubie. *Nebulas debitorum*, vel nebuloſa debita metaphoricè appellavit Marcellinus debita obſcura, & diuturnitate temporis tamquam tenebris aut nebulis operta, longa tecta caligine ob idque ignota.] Had Valeſ. An ergo quum Macrobius libro I. commentarii in ſomnium Scipionis ſcribit *in prima ſomni nebula*, quum Petronius notat in muliere *nebulam lineam* reſpectu obſcuritatis, & tenebrarum accipi debent, & non tenuitatis, quæ nihil haberent ſolidum & ſubſiſtens. Nimis plene hæc in commentariis doctioribus enarrata ſunt. Immo apud noſtrum initio libri 14. quum dicuntur *per ſuſpicionum nebulas æſtimati quidam noxii*, utrum oportæ nebulis, an venæ & nulla ſoliditate nixæ erant? *Gron.*

c *Redivivæ tabulæ*] Παλίνζωον χρέος. Contrà verò, *Tabulæ novæ*, χρεῶν ἀποκοπαὶ Gloſſar. *Lindenbr.*

d *Tribunal idem adſcend.*] Zoſimus in hujus hiſtoriæ narratione τὸ περὶ τῆς αὐλῆς βῆμα appellat. Eſt ergo illud Tribunal purpureis gradibus ſtructum, quod juxta Curiam locatum erat in regione 2. ut legitur in Deſcriptione urbis Conſtantinop. Nam Curia ipſa ſita erat è regione Palatii, teſte Zoſimo in lib. 5. Hinc Suidas in v. ςήλη Tribunal Palatii vocat. *Valeſ.*

e *Adramyttenus Andriſcus degenere*] Sup. in fine lib. XIV. De reliquis quorum hîc mentio, abunde Hiſtoriæ

impetu Maximini Alexander cum Mamæa matre confoſſus eſt. In Africa ſuperior Gordianus in imperium raptus, adventantium periculorum angoribus implicatus, vitam laqueo ſpiritu intercluſo profudit.

Cap. VII. Igitur cupediarum vilium mercatores, & qui [f] intra regiam apparebant, aut parere deſierant, quíque cœtu militarium nexi ad pacatiora jam vitæ diſceſſerant, in inſoliti caſus ambigua partim inviti, alii volentes adſciſcebantur: nonnulli omnia tutiora præſentibus rati, è civitate occultè dilapſi, Imperatoris caſtra petivere itineribus feſtinatis. Hos omnes [g] Sophronius vivaciſſimo curſu prægreſſus, tunc Notarius, Præfectus poſtea Conſtantinopoleos, Valentem à Cæſarea Cappadocum jam profecturum, ut [h] vaporatis æſtibus Ciliciæ jam lenitis [i] ad Antiochiæ percurreret ſedes: textu narrato geſtorum, ſpe dubia in talibus percitum & ſtupentem, avertit Galatiam, res adhuc trepidas arrepturum. Qui dum itineribus properat magnis, attentiſſimâ curâ Procopius in dies agitabat & noctes, [k] ſubditivos quoſdam oſtentans, qui aſtutia confidenti partim ab Oriente, alii è Galliis ſe veniſſe, & Valentinianum obiiſſe fingentes, cuncta patere novo & favorabili Principi memorabant. Et quia res novæ petulanter arreptæ celeritate muniri ſolent interdum, ne quid formidandum omitteretur, [6] cum feſtinatione [l] Nebridius in locum [m] Salluſtii Præfectus Prætorio factione Petronii recens promotus, &

6 *Mſ.* cum feſtinatione.

Augg. Scriptores agunt. *Lindenbr.*

f *Intra regiam apparebant, aut parere deſierant*] Virgil. Æneid. 12 --*ſævique in limine Regis Apparent.* - ubi Servius: *Apparent, id eſt, præſtò ſunt; unde etiam Apparitores conſtat eſſe nominatos.* Tertullianus Apologet. cap. 13. *Quo differt ab epulo Jovis ſilicernium? à ſimpuvio obba? ab Haruſpice pollinctor? nam & Haruſpex mortuis apparet.* Idem.

g *Sophronius.*] Cæſareâ Cappadociæ oriundus, ut indicat Baſilius Magnus in Epiſt. 332. ad eumdem. Fuit Præfectus urbi Conſtantinop. Exſtátque ad eum Gregorii Nazianz. Epiſtola hoc titulo, *σωφρονίῳ ὑπάρχῳ*. Poſtea Magiſter Officiorum creatus eſt, ut indicant Baſilii plures Epiſtolæ, *σωφρονίῳ μαγίστρῳ*. Valeſ.

h *Vaporatis æſtibus Ciliciæ.*] Intolerabilem in Cilicia æſtum fuiſſe teſtatur Hieronymus in Epiſt. ad Rufinum: *Cùm me Thracia, Pontus atque Bithynia, totúmque Galatiæ & Cappadociæ iter, & fervido Cilicum terra fregiſſet æſtu: Syria mihi velut portus occurrit.* Q. etiam Curtius in lib. 3. *Et tunc*, inquit, *æſtus erat, cujus calor non aliam magis quàm Ciliciæ oram vapore Solis accendit.* Idem.

i *Ad Antiochiæ perc. ſedes.*] At Socrates in lib. 4. cap. 2. & 5. & poſt eum Sozomenus in lib. 6. cap. 7. Valentem Antiochiam veniſſe ſcribunt hoc anno, metu ne tricennales indutiæ violarentur à Perſis: & in ea civitate aliquamdiu commoratum eſſe. Sed Marcellini in hac parte potior eſt auctoritas; cui ſubſcribit Libanius de vita ſua. *Idem.*

k *Subditivos quoſdam oſtentans.*] De quibus Themiſtius in Orat. IX. ad Valentem pag. 205. *τὰς αὐτόπτους φήμας, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοὺς ἐκ τῶν πραγματειῶν κεκονιαμένους, τοὺς μὲν ἐξ Ἰλλυριῶν, τοὺς δὲ ἐξ Ἰταλίας*, &c. Subjicit deinde legationes ementitas diverſarum gentium & provinciarum, in Conſiſtorium introductas eſſe. *Idem.*

l *Nebridius in locum Salluſtii Præf. Præt.*] Zoſimus idem ſcribit: Νεβρίδιον ἀντὶ τῆς αὐλῆς μετὰ Σαλούστιον παρέδωκεν ἀρχὴν, &c. Hic Nebridius paullo pòſt in carcere mortuus eſt, ut videtur indicare Themiſtius in Orat. IX. his verbis: *τοῖν δ' ἀρχόντοιν τοῖν κορυφαίοιν ὁ μὲν τεθνηκὼς ἠπιστεῖτο· ὁ δὲ ζῶν ἐπιστεύθη τεθνάναι.* *E ſummis verò magiſtratibus alter qui erat vere mortuus, non credebatur: qui vivebat, mortuus putabatur.* Hi enim ſummi magiſtratus alii eſſe non poſſunt, quàm Nebridius Præf. Præt. & Cæſarius Urbi Præfectus. Quorum Nebridius quidem cùm brevi pòſt abiiſſet è vita, adhuc vivere fingebatur, ut litteris ejus nomine inſcriptis abuteretur Procopius. Quod ex Marcellino quoque noſtro confirmari videtur. Subdit enim: *Et Nebridii litteris adhuc clauſi violenter expreſſis.* Idem.

m *In locum Salluſtii.*] *Salutii* legitur in codice Regio [& Colb.] & in Auguſtana Editione. Et ita quoque in principio hujus libri, & in lib. 23. 24. & 25. codex Regius ſemper, & interdum Editio Romana præferunt. Quid, quòd & Eunapius in Maximo Σαλούτιον appellat? Hic ſub Juliano quidem Præfectus Præt. Galliarum fuerat, itémque ſub Joviano. Poſtea verò diviſione Impe-

Cæſa-

Cæſarius Conſtantinopolitanæ urbis Præfectus in vincula compinguntur: & ubetur civitatem curare ſolita poteſtate Phronemius, eſſéque Magiſter Officiorum Euphraſius, ambo Galli, inſtitutis bonarum artium ſpectatiſſimi: & administratio negotiorum caſtrenſium Gomoario & Agiloni revocatis in ſacramentum committitur inconſultè, ut docuit rerum exitus proditor. Quia gitur Julius Comes per Thracias copiis militaribus præſidens, oppreſſurus rebelles ſi comperiſſet conata, ex propinquis ſtationibus timebatur, commentum excogitatum eſt validum: & quaſi juſſu Valentis ſeria ſuper barbaricis motibus tractaturus, Nebridii litteris adhuc clauſi violenter expreſſis accitus Conſtantinopolim, ſtrictiùs tenebatur. Hácque callida fraude bellatrices Thraciæ gentes ſine cruore acquiſitæ, adminicula auſis tumultuariis maxima compararunt. Poſt quæ ita eventu lætiore completa, Araxius exambitâ regiâ Prætorio Præfectus acceſſit, velut Agilone genero ſuffragante: aliíque plures ad aulæ varios actus & adminiſtrandas provincias ſunt admiſſi, quidam inviti, alii ultro ſemet offerentes cum præmiis. Utque in certaminibus inteſtinis uſu venire contingit, emergebant ex vulgari fæce nonnulli, deſperatione conſiliiſque ducantibus cæcis: contráque quidam orti ſplendidè, à culminibus ſummis adſque mortes & exſilia corruebant. Ubi per hæc & ſimilia factio firmiter videbatur eſſe compoſita, reſtabat ut abundans cogeretur militum manus: & impetratum eſt facilè, id quod in publicis turbamentis aliquoties auſa ingentia, vel juſtis exorſa primordiis impedivit. Tranſeuntes ad expeditionem per Thracias concitatæ equitum peditúmque turmæ, blandéque acceptæ & liberaliter cùm eſſent, omnéſque in unum ſitæ, jámque exercitus ſpecies appareret: promiſſis uberrimis inhiantes, ſub exſecrationibus diris in verba juravere Procopii: hanc polliciti pertinaciam, quòd eum ſuis [7] armis defenſabunt. Inventa eſt enim occaſio ad alliciendos eos perquam opportuna: quòd Conſtantii filiam parvulam, cujus recordatio colebatur, ſinu ipſe circumferens, neceſſitudinem prætendebat & Juliani. Adeptúſque eſt aliud tempori congruum: quòd Fauſtinâ matre puellæ caſu præſente, quædam acceperat habitûs inſignia principalis. Adjungit his aliud veloci diligentia maturandum: & lecti quidam ſtoliditate præcipites ad capeſſendum Illyricum miſſi ſunt, nullo

7 *Steph.* animis.

inter Valentinianum ac Valentem facta, *Præfectus* Præt. fuit per Orientem, donec Nebridius in ejus locum ſffectus eſt, Valentiniano & Valente Coſſ. Orta deinde Procopii tyrannide, cùm Nebridius ab eo comprehenſus fuiſſet, Saluſtius iterum Præfectus Præt Orientis à Valente factus eſt, ut teſtatur Eunapius in Maximo. Tandem Lupicino & Jovino Coſſ. Valens cùm adverſus Gothos exercitum moturus eſſet, Marcianopoli degens Auxonium Præfectum Præt conſtituit, Saluſtio ob ſenecturem remoto, qui jam ſecundùm eam poteſtatem geſſerat, ut ſcribit Zoſimus in lib. 4. & Eunapius in Maximo his verbis: τοῦ γοῦν Σαλουστίῳ τὴν ἀρχὴν ἀπολύσας, Αἰξόνιον ἐπινόησε τοῖς τῆς αὐλῆς ἔργοις. ſcribe Αὐξόνιον ἐπέστησε, &c. Ceterùm hic Saluſtius cum unico l in codice Regio & Editione Rom. ſemper ſcribitur ut obſervavi. Julianus quoque & Zoſimus, Socrates, Suidas, aliíque Σαλούστιον appellant. *Valeſ.*

præter petulantiam adjumento confiſi, aureos ſcilicet nummos effigiatos in vultum novi Principis, aliáque ad illecebras aptantes: quos correptos Æquitius per eas regiones militum rector exſtinxit genere diverſo pœnarum. Pariáque deinde metuens, obſtruxit tres aditus anguſtiſſimos, per quos provinciæ tentantur Arctoæ, unum [n] per ripenſem Daciam, alterum per Succos notiſſimum, tertium per Macedonas, quem [o] appellant Acontiſma. Hácque cautelâ, vana perſuaſione rapiendi Illyrici deſtitutus uſurpator indebitæ poteſtatis, magna perdidit inſtrumenta bellorum. Dùm hæc ita aguntur, atrocitate nuntii Valens perculſus, jámque revertens per Galló-Græciam, auditis apud Conſtantinopolim geſtis, diffidenter incedebat & trepidè: ac repentino pavore vias providendi turbante, eouſque deſponderat animum, ut auguſtos amictûs abjicere tamquam gravem ſarcinam cogitaret: feciſſétque profectò, ni vetantibus proximis detractûs à deformi propoſito, firmatúſque meliorum ſententiis, agmina duo [8] præire juſſiſſet, quibus nomina ſunt Jovii atque Victores, caſtra perduellium irrupturos. His jam propinquantibus, ipſe Procopius [9] à Nicæa regreſſus quò nuper advenerat, cum Divitenſibus deſertorumque plebe promiſcua, quam [1] dierum brevi ſpatio congregarat, [p] Mygdum acceleravit: qui locus Sangario adluitur flumine. Ubi cum legiones jam pugnaturæ congrederentur, inter reciprocantes miſſilia quaſi procurſatione hoſtem laceſſens, ſolus prorupit in medium. Et ſecundioris ductu fortunæ ex contraria acie velut agnitum quemdam Vitalianum, quem ſi norat ambigitur, Latinè ſalute data blandè produxit: [q] eúmque porrectâ dexterâ ſuaviatus omnibus hincinde attonitis, *En*, inquit, [r] *cana Romanorum exercituum fides, &* [2] *religionibus firmis juramenta conſtricta! Placet, fortiſſimi viri*

8 *Steph.* præcedere. 9 *Mſ.* Anticea. 1 *Mſ.* dierum brevi ſpatio. 2 Al. *regionibus.*

---

n *Per ripenſem Daciam*] Duæ ſunt Daciæ in regionibus Mœſiæ & Dardaniæ; quarum altera ſupra Danubium, ideoque *Ripenſis*: altera trans Danubium, & *Mediterranea.* Ut *Noricus Ripenſis ſupra Danubium, & Noricus Mediterranea*, in veteri Notitia regionum. Rufus Feſt. *Trajanus Dacos ſub Rege Decibalo vicit, & Daciam trans Danubium in ſolo barbarico provinciam fecit, quæ in circuitu habet decies centena milia paſſuum. Sed ſub Gallieno Imp. amiſſa eſt, & per Aurelianum tranſlatis exinde Romanis, duæ Daciæ in regionibus Mæſiæ ac Dardaniæ factæ ſunt.* Lindenbr.

o *Appellant Acontiſma*] Sup. lib. XXII. & Antonius in Itiner. *Iter quod ducit à Dyrrachio per Macedoniam & Thraciam Byzantium uſque -- Neapoli, Acontiſma, Topiro.* Idem.

p *Mygdum acceleravit.*] Videtur intelligi opidum quod Mideum dicitur in Tabula Peutingerorum ſic: *A Nicæa Agrillo m. 24. Dorylæo 35. tranſis Sangarium fl. Mideum 25.* Ptolemæus Δορύλαιον & Μίδαιον vocat Phrygiæ opida. Ad hanc porrò expeditionem Procopii pertinent hæc Eunapii verba: ὁ δὲ προκόπιος τοὺς χαρακτῆρας ἀναλαβὼν ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἅπαντα διὰ χρυσίας συνέπλεπτο. Citat Suidas in χαρακτῆρες. Valeſ.

q *Eumque porrecta dextera ſuaviatus.*] Hic ſuaviandi mos celeberrimus fuit apud veteres, ut manum ad os latam deinde porrigerent. Dio in lib. 64. de Othone φιλήματά τε ὡς ἑκάστοις διὰ τῶν δακτύλων ἐπέμπε. Quod Tacitus in 1. Hiſt. ſic dixerat: *Nec deerat Otho protendens manus adorare vulgum, jacere oſcula.* De eodem more Libanius in Orat. προσφωνητικῷ, cùm dicit, καὶ τιμῶν τοὺς διὰ χειρὸς φιλήματι. Denique Hieronymus in Epiſt. ad Pammachium contra Johannem: *Salutatáque, ait, & voce & manu Eccleſia, &c.* Quod oſculorum genus neſcio cur divinum vocet Lipſius in lib. 2. Electorum. Nam in privatis quotidianiſque ſalutationibus & olim uſurpatum eſt, ut dixi, & nunc ſollemni uſu receptum eſt. *Idem.*

r *Cana Romanorum fides*] Virgil. Æneid. 1. *Cana fides & Veſta.* ubi Serv. *Canam fidem dixit, vel quòd in canis hominibus invenitur, vel quòd albo panno involuta m*

pro ignotis tot ſuorum conſurrexiſſe mucrones : utque Pannonius degener [ſ] *labefactans cuncta & proterens, Imperio quod ne votis quidem concipere auſus eſt umquam, potiatur, ingemiſcere nos veſtris noſtríſque vulneribus. Quin potiùs ſequimini culminis ſummi proſapiam,* [t] *non [ut rapiat aliena, ſed in integrum majeſtatis avitæ] reſtituatur, arma juſtiſſima commoventem.* Hac ſermonis placiditate molliti omnes, qui acriter venerant pugnaturi, [v] ſignorum apicibus aquilíſque ſummiſſis deſcivere libentes ad eum: & pro terrifico fremitu quem barbari dicunt barritum, nuncupatum Imperatorem ſtipatúmque de more, conſentientes in unum reduxerunt ad caſtra, teſtati more militiæ Jovem, invictum Procopium fore.

CAP. VIII. Huic perduellium proſperitati lætior acceſſit. [x] Rumitalca enim Tribunus in ſocietatem Procopianorum adſcitus, & ſusceptâ curâ Palatii, digeſto maturè conſilio permiſtóque cum militibus, mari ad Drepanum antea, nunc Helenopolim venit, exindéque Nicæam ſpe celeriùs occupavit. Ad quam obſidendam cum hujuſmodi pugnarum peritis Vadomario miſſo ex Duce & Rege Alamannorum, Valens Nicomediam pergit. [3] Exindéque profectus, oppugnationi Chalcedonis magnis viribus inſiſtebat: cujus è muris

3 *Al.* Exinde.

n ei ſacrificabatur, per quod oſtenditur, fidem debere eſſe ecretam. * Prudentius Hamartigenia: *Tunc poſtliminio redeuntem ſuſcipit alto Cana fides gremio.* Inde Symmach. lib. 4. Epiſt. 42. *Alba velamina, non ſegmentati amictus idem veſtiant.* * Lindenbr.

ſ *Labefactans cuncta.*] In codice Regio, [& Colb.] & in Editione Aug. legitur *aliefactas cunctas.* Unde ſuſpicor legendum eſſe, *labefactans cunctos & proterens.* Valeſ.

t *Ut rapiat aliena, ſed in int. maj. avitæ.*] Hæc verba tam in exemplari Regio [& Colb.] quàm in Auguſtana Editione deſunt, & à Sig. Gelenio ex conjectura, ut opinor, adjecta ſunt. Poterat tamen minori negotio locus ſic reſtitui: *Sequimini culminis ſummi proſapiam, ut reſtituatur, arma juſtiſſima commoventem.* Idem.

v *Signorum apicibus aquilíſque ſubmiſſis.*] Quod aperiſſimum ſignum eſt defectionis & deditionis: unde apud Lucanum in VI. miles quidam Cæſarianus ait:

Pacem gladio ſi quærit ab iſto
Magnus, adorato ſubmittat Cæſare ſigna.

Cujus moris illuſtre exſtat exemplum apud Zonaram in Gallicno, ubi ait ſigniferum Macriani caſu quodam pronum ipſum inclinaſſe vexillum: quòd ceteri ſigniferi conſpicati, cum cauſam ignorarent, ſuſpicati ſunt illum deditione factâ Imperatori ſignum ſubmiſiſſe: ſtatímque ipſi ſignis omnibus ſubmiſſis Gallieni Aug. nomen acclamaverunt. Similis propè caſus refertur ab Oroſio in lib. ult. de Maſcizele: *Signiferum*, ait, *quemdam gladio percuſſit in brachio, eúmque manu debilem ipſo vulnere coëgit inclinare vexillum. Quo viſo, reliquæ cohortes deditionem jam fieri priorum exiſtimantes, certatim ſe Maſcezili ſignis tradidere converſis.* Denique Pacatus in Panegyrico ad Theodoſium: *Quanto meliùs*, inquit, *manus illa conſuluit, quæ ſubmiſſis precabunda vexillis petiit veniam neceſſitatis, & terram oſculis premens*, &c. Omitto Velleium in lib. 2. ubi de pugna Actiaca. *Idem.*

[x *Rumitalca Tribunus, &c.*] In codice Colbertino nunc *Rumith.* nunc *Rumitalica* corruptè ſcriptum reperio. Hic autem ex Tribuno Cura Palatii Procopii, qui & Nicæam occupavit, & Valentem Aug. à Chalcedonis obſidione diſcedentem pæne circumvenit: haud dubiè natione Thrax fuit, ut nomen ejus indicat. Nam *Ræmetalces Thraciæ Rex*, ſocius & amicus Auguſti, à Velleio Paterculo in libro II. & à ceteris Hiſtoricis Græcis Latiníſque memoratur. *Rhæmetalces* iſte Ρυμητάλκης à Dione vocatur in libro LIV. & ſub Auguſto patruus & tutor filiorum Cotys fuiſſe dicitur: & in libro LV. Ρυμητάλκης Θρᾷξ nuncupatur. *Rumetalces* autem vel *Rhymetalces*, & *Ræmetalces*, ac *Rumitalca* unum idémque nomen eſt. Quippe *υ* Græcum ſæpe Latini in *æ* vertunt, ut ex Μυσία fecerunt *Mæſiam*: quin & pro *u* poſuerunt *æ*, & pro muris dixerunt *mæros*, unde *pomærium* quaſi poſtmurium.] *Had. Valeſ.* Magnus tamen etiam hodiernis antiquariis labor pergit eſſe hujus regis nomen; de quo tamen quum veriſſime annotaverit Valeſius, rideri merentur, qui quoniam in nummis perpetue occurrit ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΗΣ, inde in ſcriptoribus appellationem Rhymetalces vel Ρυμητάλκης pro auctoritate jubent exſulare contra tantam tamque certam veritatem librorum vetuſtorum. *Gron.*

probra in eum jaciebantur, & injurioſè compellabatur ut Sabaiarius. [y] Eſt autem Sabaia [z] ex ordeo vel frumento in liquorem converſis paupertinus in Illyrico potus. Feſtus denique inopiâ commeatuum, & obſtinatione nimia defenſorum, diſcedere jam parabat: cùm inter hæc clauſi apud Nicæam, patefactis ſubitò portis egreſſi, munitorum magna parte proſtrata, ductore fidentiſſimo Rumitalca properabant ardenter, circumventuri Valentem à tergo; nondum à Chalcedonos ſuburbano digreſſum: & patraſſent conata, ni rumore quodam præverſo imminens exitium ille perdoctus, inſtantem veſtigiis hoſtem [a] per Sunonenſem lacum & [b] fluminis Galli ſinuoſos amfractus properè diſcedendo fruſtra ſequentem luſiſſet. Et hoc caſu Bithynia quoque in Procopii ditionem redacta eſt. Unde cùm Ancyram Valens citis itineribus reverti ſſet, comperiſſetque [c] Lupicinum ab Oriente cum catervis adventare non con

y *Eſt autem Sabaia ex ordeo & frumento in liquorem converſus paupertinus in Illyrico potus*] Confirmat hæc Ammiani verba Hieronym. lib. VI. cap. 19. in Eſaiam: Ζύθον, *quod genus eſt potionis ex frugibus aquaque confectum, & vulgò in Dalmatiæ Pannoniæque provinciis, gentili barbaroque ſermone appellatur Sabaium.* Cereviſia nimirum & alia potionum genera pro mutatione provinciarum nomina quoque mutant. Quæ hodie *Biera* in omni Teutonum natione dicitur, ea erat olim *Cereviſia* in Gallia, nomine ibi nato, re cum aliis nationibus communi. Et quæ Danis & Suecis *Oel*, Scottis *Hel*, ea *Celia* erat Hiſpanis. Florus lib. II. cap. 18. *Celiæ, ſic vocant indigenam ex frumento potionem.* De Numantinis loquitur, de quibus etiam Oroſ. lib. V. cap. 7. *Subito portis erumpunt, largâ priùs potione uſi, non vini, cujus ferax is locus non eſt, ſed ſucco tritici per artem confecto, quem ſuccum à calefaciendo Celiam vocant.* * Johan. Saresberienſ. Epiſt. 85. *Cælia, quæ à noſtratib. uſu vulgari cereviſia nuncupatur.* * De hujuſmodi potionibus etiam * Ditmarus Epiſcop. lib. 7. pag. 90. *Quia defecit aqua, medone exſtinguunt.* * Plinius lib. XXII. cap. 25. Herodotus lib. II. pag. 133. Diodorus Sicul. lib. V. Caſſianus Baſſus de Agricult. lib. VII. cap. 34. Columella lib. X. L. 9. ff. de tritic. vin. oleo. Julianus in Epigram. Antholog lib 1. cap. 95. Aliaque incognita potionum nomina Gregorius P P. enumerat lib. V. Epiſt. 37. ad Eulogium Epiſc. Alexandrinum. *Quia colatum ac juritheum non libenter bibo; præſumens cognidium requiro, quod in hac urbe poſt multa tempora veſtra innoteſcere tranſacto anno ſanctitas fecit. Nam nos hic à negotiatoribus nomen cognidii & non ſubſtantiam comparamus.* Quale etiam illud, quod in veteri Gloſſar. *Curmen,* Ζύθος ἀπὸ σίτου. * *Caranum*, Auguſtin. lib. 2. de Morib Manich. pag 176. Appius locis permultis, Apicius lib. 5. * Sic *Medo* jam olim fuit Germanis, & præſertim Septemtrionalibus populis uſitatiſſimus: cujus mentio in Concilio Triburienſi Pœnitentiali Rom. Ditmaro Epiſcop. Merſburg. * Athenæo ex Polyb. Deipnoſ. lib. 1. pag 16. * Priſco Soph in Eclogis Hiſtoriæ Gothicæ pag 42. ἐχορηγεῖτο δὲ ἡμῖν κατὰ κώμας (τῶν Σκυθῶν) τροφαί, ἀντὶ μὲν σίτου κέγχρος, ἀντὶ δὲ οἴνου ὁ μέδος ἐπιχωρίως καλούμενος, ἐκομίζοντο δὲ καὶ οἱ ἑπόμενοι ἡμῖν ὑπηρέται κέγχρον, καὶ τὸ ἐκ κριθῶν χορηγούμενον πόμα, κάμον οἱ βάρβαροι καλοῦσιν αὐτό. * Ubi & illud de Camo notandum: quamquam vocem eam apud Apicium lib. 5 legimus, & Ulpian. lib. 9. ff. de tritico, vino, oleo leg. Ut vel hinc pravis emendationibus renuntient, qui locum Juriſconſulti de vitio ſuſpectum habent. Errant enim inſigniter, & dum eorum laudator exiſtit, errorem in partem venit V. Cl. Jacob. Menochius Præſumpt. lib. 4. * At verò Græcis *medo* eſt hydromel, vel χυμὸς, ἐκ τῆς χύσεως τοῦ μέλιτος, apud Zonaram in Schol. ad Canon. Apoſtolor. 3. Et *pomatium*, *piratium*, Hebræorumque *ſicera*, ex Hieronymo aliiſque Scriptoribus nota ſatis. *Lindenbr.*

z *Ex ordeo vel frum. in liq. converſus.*] *Converſis* ſcribendum videtur. Hic autem potus * ex ordeo vel tritico, quem Sabaiam vocabant, uſitatus erat in Pannonia maximè. Unde Valens utpote Pannonius, ortus Cibalis opido, * Sabaiarius vel * Sabiarius (ſic in Reg. codice [& Colb.] ac in Editione Rom.) per ludibrium vocabatur. Eumdem Pannoniorum potum fuiſſe teſtatur Dio in lib. 49. Ait enim Pannonios victu duriſſimo uti, nec vinum oleúmque niſi admodum rarum habere: ordeum enim ac milium eſui ſimul ac potui illis eſſe. *Valeſ.*

a *Per Sunonenſem lacum.*] Sic Accurſius & Gelenius edidêre, [& ita habet Colb. Mſ.] Sed in Editione quidem Rom. *Simonenſem*; in codice autem Regio *Sumonenſem* legitur. Videtur porrò hic Sunonenſis lacus idem eſſe qui Aſcanius à Geographis dicitur, juxta Nicomediam. Evagrius in lib. 2 cap. 14. Hiſt. βοάνην λίμνην nuncupat haud procul Nicomedia. *Idem.*

b *Flum. Galli ſinuoſos amfractus.*] Gallus fl. in Phrygia eſt, teſte Strabone, & Stephano, & Ovidio in Faſt. Sed de hujus ſinuoſis amfractibus nihil legi. Fuit quidem Draco fl. juxta Helenopolim in Bithynia ita flexuoſus, ut vicies a viatoribus trajiceretur in Bithynia, teſte Procopio in lib. 5. de Fabricis. *Idem.*

c *Lupicinum ab Oriente.*] Hic à Joviano promotus fuerat Magiſter militum per Orientem, ut ſuprà retulit Marcellinus. Idem videtur eſſe, qui à Conſtantio Magiſter armorum per Gallias datus eſt Juliano Cæſari,

temnendis: ſpe proſperorum erectior, Arinthæum lectiſſimum Ducem occurſurum hoſtibus miſit. Qui ubi Dadaſtanam tetigit, in qua ſtatione periſſe diximus Jovianum, [d] Hyperechium ſibi oppoſitum repente vidit cum copiis, antehac [4] [e] Caſtrenſis Apparitorem, cui ut amico Procopius auxilia ductanda commiſit. Et dedignatus hominem ſuperare certamine deſpicabilem, auctoritatis & [f] celſi fiduciâ corporis, ipſis hoſtibus juſſit ſuum vincire rectorem: atque ita turmarum anteſignanus umbratilis [5] comprenſus ſuorum manibus. Quæ dum hoc modo procedunt, Venuſtus quidam Largitionum Apparitor ſub Valente, multo antè Nicomediam miſſus, ut aurum ſuſceptum ſtipendii nomine militibus per Orientem diffuſis viritim tribueret, hac triſtitiâ cognitâ alienum pervidens tempus, Cyzicum cum iis quæ ſuſceperat ſe citiùs contulit. Ubi fortè Serenianus repertus Domeſticorum tunc Comes, [g] miſſus ad theſauros tuendos, urbem inexſuperabili mœnium ambitu monumentis quoque veteribus cognitam, fretus tumultuario præſidio cuſtodiebat: ad quam expugnandam Procopius [h] ut poſſeſſâ Bithyniâ ſibi etiam [6] Helleſpontum jun-

4 *Mſ.* Caſtrenſis. 5 *Mſ.* compreſſus. 6 *Mſ.* bellis pontum.

quo Marcellinus in lib. xx. Julianus poſtea cùm Imperator creatus eſſet, eum ut ſuſpectum in cuſtodia habuit. Sed mortuo paullo pòſt Conſtantio, non modò liberavit, ſed etiam ejus operâ uſus eſt. Idem cùm ſtrenuam operam Valenti navâſſet Procopiano bello, Conſulatum meruit in ſequentem annum: quo anno Libanius ei Antiochena in urbe panegyricum dixit, ut ſcribit ipſe in vita ſua p.54. ubi inter cetera eum vocat τὸν στρατηγὸν πολλοῦ μὲν ἄξιον Ἰουλιανῷ γενόμενον, πολλοῦ δὲ ὄντα τότε τῷ βασιλεῖ, φοβερὸν μὲν πολεμίοις. Et paullo pòſt: τὸ δὲ μὲν γὰρ τοῦ κρατοῦντος ἦν αὐτῷ τὸ ἐν ὑπάτοις εἶναι, παρ᾽ ἐμοῦ δὲ * * * Sic enim in Mſ. codice locus aſteriſco notatus eſt. *Valeſ.*

* d *Hyperechium.*] Hyperechius Maximi filius, optimæ indolis adoleſcens memoratur a Libanio in libro iv. Epiſtolarum: ubi Libanius eum commendat Celſo atque Datiano: & inter cetera rogat Datianum, ut juveni Præſidatum provinciæ alicujus impetret à Principe. Eumdem igitur eſſe arbitror, cujus heic meminit Marcellinus. * *Idem.*

e *Recte Gaſtrenſis Apparitorem, id eſt ventris.*] In codice Reg. & Flor. [ac Colb.] & in Editione Rom. *Caſtrenſis* legebatur. Sed Caſtellus cùm ventris miniſtrum interpretari vidiſſet, *Gaſtrenſis* emendavit. Ego verò jampridem odoratus ſum, hunc locum putido gloſſemate eſſe inquinatum. Scripſerat enim procul dubio Marcellinus, ut & nos edidimus: *Hyperechium repentè ſibi oppoſitum vidit cum copiis, antehac Caſtrenſis Apparitorem.* Sed cùm in quodam exemplari *Gaſtrenſis* exaratum eſſet, Grammaticus neſcio quis ad oram adnotavit: *Recte Gaſtrenſis Apparit. id eſt ventris miniſtrum & gutturis.* Atque hoc ſcholium ex margine poſtea in textum, * atque adeo in ipſos Mſſ. codices * à librariis admiſſum eſt. Porro Caſtrenſis Apparitor is eſt, qui Caſtrenſianus uno verbo dicitur, qui ſcilicet in officio ſeu apparitione viri Spectabilis Caſtrenſis ſacri Palatii militabat. *Idem.*

f *Celſi fiducia corporis.*] Mira quædam de hoc viro tradit Baſilius M. in Epiſt. 186. quâ Arinthæi viduam conſolatur. Ait enim pulcritudine & ſtaturâ conſpicuum illum fuiſſe, & corporis robori virtutem animi parem habuiſſe; prorſúſque à Deo creatum eſſe, ut humani generis ſpecimen eſſet: adeo ut omnes in eum oculos conjicerent, ejus facinora omnium ore prædicarentur: pictores ac ſtatuarii in fingendis illius imaginibus ac ſtatuis longè ab exemplari ſuperarentur: hiſtorici verò qui ejus geſta narrabant, fabulas referre viderentur. Quo factum eſt, ut plúrimi triſtem illum nuntium minimè credendum putarent, neque in animum inducere poſſent, mortuum eſſe Arinthæum. Atque hic tantus vir, pæne alter Hercules, uxoris hortatu ac monitis paullò ante obitum ſacrum baptiſma ſuſcepit, ut docet ibidem Baſilius. Vide ejuſdem Epiſt. 202. Exſtat etiam ejuſdem Baſilii Epiſtola 380. ad Arinthæum. Ejuſdem meminit Claudianus in Eutropium. *Idem.*

g *Miſſus ad theſauros tuendos.*] Theſauri erant in urbe Cyzico, ut ex hoc loco apparet, iiſque Comes Theſaurorum præerat: qui erat ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum Largitionum, ut ex Notitia diſcimus. Duo autem numeroſa corpora erant Cyzici, Monetariorum, & Linyphorum, qui quotannis certum numerum, hi quidem aureorum nummorum, illi verò veſtium militarium fiſco pendebant, ut docet Sozomenus in lib. 5. cap. 15. *Idem.*

h *Ut poſſeſſâ Bithynia.*] Cui Procopius Conſularem mox præfecit Andronicum ex Conſulari Phœnices, quem ſub initium tyrannidis Conſtantinopolim evocaverat. Idem paullo pòſt in Thracias miſſus cum Vicarii poteſtate, auctori ſuo fidem integram præſtitit. Cúmque Valentis partes ſuperiores eſſent, fugâ ſibi aut latebris conſulere noluit, ſed victoribus ſemetipſum tradi-

geret, validam deſtinaverat manum. Morabantur autem effectum ſagittis & glandibus ceteríſque jaculis obſidentium ſæpe globi [7] confixi, & propugnatorum ſollertiâ clauſtrum per catenam ferream valde robuſtam ori portus inſertum, quæ ne roſtratæ irruerent naves hoſtiles, erat altrinſecus colligata. Hanc poſt varios militum labores & ducum, fatigatorum acerrimis prœliis, Aliſo quidam Tribunus abſcidit, [8] exſertus bellator & prudens, hoc modo. Conjunctis tribus navigiis, teſtudinem hac ſpecie ſuperſtruxit. Denſatis cohærentes ſupra capita ſcutis, primi tranſtris inſtabant armati, alii poſt hos ſemet curvantes humiliùs, tertiis gradatim inclinatis ſubmiſsè, ita ut noviſſimi ſuffraginibus inſidentes formam ædificii fornicati monſtrarent. Quod machinæ genus contra murales pugnas ideo figuratur hac ſpecie, ut miſſilium ictus atque ſaxorum per decurſus cadentium labiles, inſtar imbrium evaneſcant. Itaque conjectu telorum Aliſo paulliſper defenſus ingenti corporis robore, ſuppoſito ſtipite eamdem catenam fortiùs bipenni concidens ita confregit, ut disjecta patefaceret aditum latum: hócque exitu civitas hoſtili impetu patuit improtecta. Quâ cauſâ exſtincto poſtea proterviæ totius auctore, cùm in factionis participes ſæviretur: hic idem Tribunus contemplatione facinoris clari vitam cum militia retinens, diu pòſt in Iſauria oppetiit vaſtatoria manu confoſſus. Hoc marte Cyzico reſerata, Procopius ad eam properè feſtinavit: veniáque univerſis qui repugnavêre donatis, Serenianum ſolum injectis vinculis juſſit duci Nicæam ſervandum artiſſimè. Statímque [i] Hormiſdæ maturo juveni, Hormiſdæ Regalis illius filio poteſtatem Proconſulis detulit, & [k] civilia more veterum & bella recturo. Qui agens pro moribus leniùs, à militibus quos per devia Phrygiæ miſerat Valens, ſubito corripiendus incurſu, tanto vigore evaſit, ut adſcenſa navi quam ad caſus pararat ancipites, ſequentem ac pæne captam uxorem ſagittarum nube diffuſa defenſam averteret ſecum: matronam opulentam & nobilem, cujus verecundia & deſtinatio glorioſa abruptis poſtea diſcriminibus maritum exemit. Eâ victoriâ ultra homines Procopius ſeſe efferens, & ignorans quòd [l] quivis beatus verſâ rotâ fortunæ ante veſperum poteſt eſſe miſerrimus: Arbetionis domum, cui ante

7 *Al.* confuſi. 8 *Mſ.* exſertas.

dit. Mox abſciſſa cervice periit, bonáque ejus publicata ſunt, ut ſcribit Libanius in Apologia adverſus doctrinæ ſuæ obtrectatores. Idem in Orat. de vita ſua pag. 56. Andronici necem Hierii potiùs fraudi ac mendaciis, quàm Valenti adſcribendam eſſe dicit. Erat autem Andronicus Tyro oriundus, diſcipulus olim Libanii: ad quem exſtant complures Libanii Epiſtolæ, & aliquot D. Baſilii. *Valeſ.*

i *Hormiſdæ mat. juveni.*] De quo Zoſimus in lib. 4. *Idem.*

k *Civilia more veterum & bella recturo.*] Proconſules enim Reip. Rom. temporibus bellicas res, & civili negotia in provinciis adminiſtrabant: quod primus mutavit Auguſtus, qui cùm provincias quæ ſine militari imperio regi non poterant, ſibi retinuiſſet, ceteras pacatiores populo Rom. & Proconſulibus reliquit. Atque exinde Procoſſ. nec chlamydem, nec gladium geſtare licuit, niſi quibus ſpeciali privilegio Princeps jus gladii dediſſet. Eſt autem jus gladii poteſtas animadvertendi in milites, ut docet Dio in lib. 53. *Idem.*

l *Quivis beatus verſâ rotâ Fortunæ ante veſperum poteſt eſſe miſerrimus.*] Pertinet huc proverbium vetus apud

tamquam eadem ſibi ſentientis parcebat ut propriæ; juſſit exinaniri, [9] [m] [n] mobilis cenſus inæſtimabilis plenam: ideo indignatus, quod venire ad eum accitus aliquoties diſtulit, cauſatus incommoda ſenectutis & morbos. Et licèt hac ex cauſa præſumptor momentum pertimeſceret grave; tamen cùm obſiſtente nullo ſe in Orientales provincias effundere libenti cunctorum aſſenſione jam licentiùs poſſet, avidas novitatem quamdam viſere tædio aſperioris imperii quo tunc tenebantur: erga alliciendas quaſdam civitates Aſiæ, legendóſque eruendi peritos auri, ut ſibi profuturos prœliis quæ magna exſpectabat & crebra, ſegniùs commoratus; in modum acuti mucronis obtuſus eſt. Ut quondam [o] Peſcennius Niger ad ſubveniendum ſpei rerum extremæ à populo Romano ſæpe accitus, dum diu cunctatur in Syria, à Severo ſuperatus in ſinu Iſſico (qui eſt in Cilicia, [p] ubi [q] Dareum Alexander fudit) fugatúſque, in ſuburbano quodam Antiochiæ gregarii manu militis interiit.

CAP. IX. Hæc adulta hieme Valentiniano & Valente Coſſ. agebantur, Tranſlato verò in Gratianum adhuc privatum & Dagalaïphum ampliſſimo magiſtratu, aperto jam vere ſuſcitatis viribus, Valens juncto ſibi Lupicino cum robuſtis auxiliis [r] Peſſinunta ſigna propere tulit; Phrygiæ quondam, nunc Galatiæ oppidum. Quo præſidiis ociùs communito, ne quid inopinum per eos emergeret tractus; præter radices Olympi montis excelſi tramiteſque fra-

9 *Mſ.* mobiles.

* Varronem in Satyra Menippea, * & Titum Livium: *Neſcis quid ſerus veſper vehat.* Nihil enim æquè metuentes prudentiores eſſe debent; quàm τὸ περὶ τὴν τύχην ἀπιστεῖν, ut bene Valentinianum Imp. monet Themiſtius Euphrad. Orat. 9. Et Iſidori Peluſiotæ dictum hoc elegans eſt, lib. 11. Epiſt. 105. Πολλοῖς αἱ ἐξ ἀρχῆς ἐπιτυχίαι κακῶν ἀμυθήτων γεγόνασι πρόξενοι. Εἰ γὰρ που ἢ δεύτερον παρὰ τὴν ἀξίαν ςτήσαντες τρόπαιον, ἅτε χωρησάσης αὐτῆς εἰς ἐλπίδα τῆς τόλμης, ἐπαρθέντες τῇ ἀδοκήτῳ εὐπραγίᾳ, καὶ εἰς μείζους ἑαυτοὺς ῥίψαντες, ἐκινδύνευσαν ἐσχάτως. Lindenbr.

m *Ob illos caſus inæſtimabiles plenam*] Locus corruptus, neque à Mſ. auxilii quidquam: itaque alii viderint. *Idem.*

n *Ob illos caſus inæſt.*] Nollem Sig. Gelenium hujus loci corrumpendi auctorem fuiſſe. In Editione Rom. legebatur, *mobiles caſus inæſtimabilis plenam.* Neque aliter Mſſ. codices Reg. Flor. Valent. & Fauch. [ac Colb.] præferunt. Quare certiſſimâ conjecturâ hunc locum mihi videor ſic reſtituiſſe: *Arbetionis domum juſſit exinaniri mobilis cenſus inæſtimabilis plenam.* Quæ emendatio confirmatur altero loco, qui eſt in lib. 28. initio: *Projectoque in ignem mobili cenſu, &c.* Valeſ. Mſ. codex pro *ob illos* habet *mobiles.* An *mobilibus cenſibus inæſtimabilibus plenam*? ut intelligat domum Arbetionis ob ſimiles Procopii caſus mobilibus pretioſis & inæſtimabilibus plenam refertamque fuiſſe? Nam & libro XVI. lectum eſt Arbetionem circumlatratum invidia, velut ſumma adepturum, decora cultus Imperatorii præſtruxiſſe. & e gregario ad magnum militiæ culmen erectum eſſe. Qua in re ſimilis fuit Procopio. Sic libro XXVIII cap 6. *cum rem mobilem ſcrutaretur.* Et in eodem libro cap 1. *projecto in ignem mobili cenſu.* Oiſelius.

o *Peſcennius Niger*] Herodian lib. III. Xiphilinus in Severo, Spartianus in Peſcennio. *Lindenbr.*

p *Ubi Darium Alexander fudit.*] Idem ſcribit Herodianus in lib. 3. Nigrum ſcilicet eodem in loco, in quo Darium Alexander vicerat, à Severo eſſe ſuperatum. Neque hîc ſolùm, ſed & multis aliis in locis obſervavi, Marcellinum noſtrum Herodiani veſtigiis inſtitiſſe, ut verbi gratiâ cap. 6. cùm Procopii proceſſum ex balneis deſcribit. Annon enim verba, *circumſeptus horrendo fragore ſcutorum, &c.* converſa ſunt ex illis Herodiani in lib. 2. de Didio Juliano; quod manifeſtè ſentietur, quiſquis locum utrumque inter ſe contulerit. Mitto qua de Peſinuntis urbis origine dixit Marcellinus in lib. 22. quæ ex Herodiani lib. 1. tranſcripta eſſe ſatis apparet. *Valeſ.*

q *Darium*] In Editione Aug. & codice Regio, * Toloſ. * [& Colbert.] *Dareum* hîc & in lib 23. ſemper exaratum inveni. Neque aliter in caſtigatis Ciceronis Editionibus legitur. Certè in lib. 23 Editio Romana *Dareum* ubique ſcriptum exhibet. *Idem.*

r *Peſſinunta ſigna propere tulit Phrygiæ quondam, nunc Galatiæ oppidum*] Strabo adhuc Phrygiæ adnumerat, lib. XII. Τελέσαγες ὅ τὰ περὶ τὴν μεγάλην Φρυγίαν, τὴν κατὰ τὴν Πεσσινοῦντα. Stephanus Galatiæ: Πεσινοῦς, πόλις Γαλατίας.

goſos ire tendebat ad Lyciam, oſcitantem ibi [1] Gomoarium adgreſſurus. Cui pertinaci conſpiratione multorum hac maxima conſideratione reſiſtebatur, quòd hoſtis ejus ut antè relatum eſt Conſtantii filiam parvulam cum matre Fauſtina & in agminibus, & [s] cùm propè in acie ſtarent, lecticâ circumferens ſecum, ut pro imperiali germine cui ſe quoque junctum addebat, pugnarent audentiùs, iras militum accendebat. [t] Sicut aliquando dimicaturi Macedones cum Illyriis, [2] Regem adhuc infantem in cunis locavêre poſt aciem, cujus metu ne traheretur captivus, adverſos fortiùs oppreſſerunt. Contra has calliditatis argutias ſagaci opitulatione nutanti negotio conſuluit Imperator: & Arbetionem ex Conſule agentem jam dudum in otio, ad ſe venire hortatus eſt, ut Conſtantiniani ducis verecundiâ truces animi lenirentur: neque ſecus evenit. Nam cùm omnibus provectior natu & dignitate ſublimior, canitiem reverendam oſtenderet multis ad perfidiam inclinatis, publicum graſſatorem Procopium; milites verò ſecutos ejus errorem, filios & laborum participes priſtinorum appellans orabat, ut ſe ac ſi parentem magis ſequerentur feliciſſimis ductibus cognitum, quàm profligato morem gererent nebuloni deſtituendo jam & caſuro. Quibus cognitis Gomoarius, cùm cluſis hoſtibus unde venerat redire poſſet innoxius, ad caſtra Imperatoris opportunitate intervalli proximi, captivi colore tranſivit, velut accurſu multitudinis viſæ ſubito circumſæptus. Quâ ſucceſſus alacritate [v] Valens caſtra promovit ad Phrygiam: & [3] prope Nacoliam collatis manibus, [4] [x] partium dux in ancipiti [5] Agilo rem excurſu prodidit repentino: eúmque ſecuti complures jam pila quatientes & gladios, ad Imperatorem tranſeunt [y] cum vexillis ſcuta perverſa geſtantes, quod

1 *Mſ.* Obigomarium. 2 τὸ Regem *mſ. deeſt.* 3 *Mſ.* propenſacolium. 4 *Mſ.* partiundum. 5 *Mſ.* jaculorum excurſus.

υἱὸς Γάλλου Πετρωνίου. Lindenbr.

[s] *Cum propinquæ acies ſtarent.*] Sic primus edidit Gelenius. In Editione Rom. excuſum erat, *cùm prope in acies ſtarent.* Unde Caſtellus proclivi conjectura correxerat, *cùm prope acies ſtarent*: quo modo in exemplari Regio ſcriptum reperi. Sed Accurſius ita edi juſſit, *cùm propinqua acies ſtaret.* In Mſ Colbert. legitur, *cùm prope in acie ſtarent*, optimè: id eſt, cùm jam ferè milites ſtarent in acie. Ita & P. Pithœus ſcriptum ſe in vett. libris Ammiani reperiſſe teſtatur.] *Valeſ.*

[t] *Sicut aliquando dimicaturi Macedones*] Diodorus Sicul. lib. XIV. Juſtinus lib. VII. Panegyr. Nazarii: *Puer Eropus in cunis deductus ab Illyricis in prælium, animoſiores ſuos reddidit.* Lindenbr.

[v] *Valens caſtra promovit ad Phrygiam.*] Superato, vel potiùs dedente ſe ad Thyatira Lydiæ oppidum Gomoario, Valens Sardes venit: ibíque aliquantiſper moratus, Phrygiam petiit, & in Nacolienſibus campis in Phrygia Salutari acie collata, cùm Agilo ſigna ad eum tranſtuliſſet, Procopii factionem oppreſſit. Procopius enim à ſuis comprehenſus, & Valenti oblatus, mox ſupplicio affectus eſt, ut ſcribit Zoſimus in lib. 4. Idatius in Faſtis VI. Cal. Junias, Gratiano & Dagalaifo Coſſ. *Valeſ.*

[x] *Partium dux in ancipiti Agilo rem excurſu prodidit*] Haplonem vocat Zoſimus, corruptè ut putò. Τοὺς Σέρβιον ὁπλίτας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Φρυγίαν ἐλάσας, εὑρὼν δὲ τὸν Προκόπιον ἐν Νακωλείᾳ τῇ πόλει, κἀνταῦθα πάλιν Ἄπλωνος τοῦ Προκοπίου στρατηγοῦ τὸ πρᾶγμα πρὸς τὸ τοῦ βασιλέως λυσιτελὲς διαθέντος, ἐνίκα κατὰ κράτος ὁ Οὐάλης. Vide Socratem lib. IV. cap. 5. *Lindenbr.*

[y] *Cum vexillis ſcuta perverſa geſtantes.*] De hac defectione ſic Themiſtius loquitur in Orat. 9 ἅμα τοῦ ἐσχάτου ἐντὸς τῶν ὀφθαλμῶν, ὑπὸ μάλης ἔκρυπτον τὰς ἀσπίδας, ὥσπερ φῶρες ἐγχειρήματι καταληφθέντες ἐπ' αὐτοφώρῳ. *Simul atque ſub conſpectum tuum venere, clypeos ſub axillis occultaverunt, perinde ac fures deprehenſi rem furtivam occultare ſolent.* Eleganti ſimilitudine defectionem Procopianorum militum his verbis exprimit Themiſtius. Sub axillis enim geſtare ſcuta, nil aliud eſt quàm perverſa ſcuta gerere. Nam perverſa tunc ſunt ſcuta, cùm ope anſarum ſeu lororum ſubalis appenſa retinentur. Quod quidem furto rectè comparat Themiſtius. Græci enim ὑπὸ μάλης de re

defe-

defectionis ſignum eſt apertiſſimum. Hoc præter ſpem omnium viſo, Procopius ſalutis intercluſo ſuffragio verſus in pedes, circumjectorum nemorum ſecreta & montium petebat: Florentio ſequente & Barchalba Tribuno, quem per ſæviſſima bella jam inde à Conſtantii temporibus notum, neceſſitas in crimen traxerat, non voluntas. Majore itaque noctis parte conſumpta, cùm à veſpertino ortu Luna prælucens in diem metum augeret, undique facultate evadendi exempta conſiliorum inops Procopius, ut in arduis neceſſitatibus ſolet, cum fortuna expoſtulabat luctuoſa & gravi, merſúſque multiformibus curis, ſubitò à comitibus ſuis artiùs vinctus, relato jam die ductus ad caſtra, Imperatori offertur reticens atque defixus: [z] ſtatímque abſciſſa cervice, diſcordiarum civilium gliſcentes turbines [6] ſepelivit & bella, ad veteris Perpennæ exemplum: qui poſt Sertorium inter epulas obtruncatum dominatione paulliſper potitus, à [7] fructectis ubi latebat extractus, oblatúſque Pompeio, ejus juſſu eſt interfectus. Paríque indignationis impetu [a] Florentius & Barchalba qui eum duxerunt, confeſtim non penſata ratione ſunt interfecti. Nam ſi Principem legitimum prodidiſſent, vel ipſa juſtitia jure cæſos pronuntiaret: ſi rebellem & oppugnatorem internæ quietis ut ferebatur; [b] amplas eis memorabilis facti oportuerat deferri mercedes. Exceſſit autem vitâ Procopius anno quadrageſimo, ampliùs menſibus decem: corpore non indecoro, nec mediocris ſtaturæ, ſubcurvus, humúmque intuendo ſemper incedens, pérque morum triſtium latebras illius [c] ſimilis Craſſi, quem in vita ſemel riſiſſe Lucillius affirmat & Tullius: & quod eſt mirandum, quoad vixerat incruentus.

CAP. X. Iiſdem ferè diebus [d] Protector Marcellus, ejuſdem cognatus,

6 *Al.* ſepelivit, ad veteris. 7 *Mſ.* frutectis ubi latebat.

…rtiva & occulta ſolent dicere: ut Ariſtophanes in Ly…ſtrata, Demoſthenes in 3. contra Aphobum, & Cale…us apud Dionem in lib. 46. Porrò in defectione ſcuta …erverſa non ſub alis tantùm geſtari, ſed etiam capiti ſu…erponi ſolita docet Appianus in lib. 2. de bellis civilibus, …bi de Afranianis: οἱ δ' ἐπέθεσαν ταῖς κεφαλαῖς τὰς ἀσπίδας, …περ ὅτι σύμβολον ἑαυτοὺς παραδιδόντων. De vexillis autem in…erſis locus eſt Oroſii in lib. ult. quem ſuprà adduxi: …ertatim ſe Maſcezili ſignis tradidère converſis. Et Spar…ani in Severo: *Prælatis ſignis quæ Prætorianis ademerat, …pinis, non erectis.* Valeſ.

z * *Statimque abſciſſa cervice*] At Zonaras ſcribit, …rocopium proditum à ſuis, cruribus innexum duabus …boribus vi inclinatis, eiſdem reſurgentibus & arrectis …iſerè eſſe divulſum. * *Lindenbr.*

a *Florentius & Barchalba, qui eum duxerunt*] Non …os, ſed Agilonem & Gomoarium ponunt, Socrat. Hi…or. Eccleſ. lib. IV. cap. 5. Sozomenus lib. VI. cap. 8. Ni…phorus Calliſt. lib. XI. cap. 4. Qui etiam de ſupplicii ge…ere longè diverſa narrant *Idem.*

b *Amplas eis memorabilis facti oportuerat deferri mercedes*] Impp. Arcad. & Honor. L. 5. C. ad L Jul. Majeſt. *Si quis ex his in exordio initæ factionis, ſtudio veræ laudis accenſus initam prodiderit factionem; & præmio & honore à nobis donabitur.* Salluſtius in Catilin. *Si quis indicaſſet de conjuratione, quæ contra Remp. facta erat, præmium decrevere ſervo libertatem & ſeſtertia centum, libero impunitatem ejus rei, & ſeſtertia ducenta.* Sic ſæpe apud Dionyſium Halic. & Tit. Livium conjurationem indicantibus ſervis libertatem, ingenuis milia aliquot æris, & præter ea interdum quoque alia munera donata legimus. *Idem.*

c *Similis Craſſi, quem in vita ſemel riſiſſe Lucill. affirmat & Tullius*] Ciceronis locus exſtat de Finib. lib. V. *M. Craſſo, quem ſemel ait in vita riſiſſe Lucillius, non contigit, ut ea re minùs ἀγέλαστος, ut ait idem, vocaretur.* Hieronymus Epiſt. ad Chromat. *Semel in vita Craſſum riſiſſe ait Lucillius.* Idem.

d *Protector Marcellus.*] At Zoſimus in lib. 4. Marcellum ait juſſu Procopii Cyzicum veniſſe, & Serenianum Domeſticorum Comitem comprehenſum occidiſſe: quod falſum eſt. Mortuo enim Procopio Serenianus occiſus eſt, ut teſtatur hîc Marcellinus; qui & Procopii

agens apud Nicæam præſidium, proditione militum & interitu Procopii cognito, Serenianum intra palatium clauſum medio noctis horrore incautum adortus occidit: cujus mors ſaluti plurimis fuit. Nam ſi victoriæ ſuperfuiſſet incultis moribus homo & nocendi acerbitate conflagrans, Valentíque ob ſimilitudinem morum & genitalis patriæ vicinitatem acceptus: occultas voluntates Principis introſpiciens ad crudelitatem propenſioris, multas innocentium [8] ediderat ſtrages. Quo interfecto, idem Marcellus occupata celeri curſu Chalcedone, concrepantibus paucis quos vilitas & deſperatio trudebat in ſcelus, umbram principatus funeſti capeſſit gemina ratione fallente: quòd & Gothorum tria millia Regibus jam lenitis ad auxilium erant miſſa Procopio, Conſtantianam prætendenti [9] neceſſitudinem, quæ ad ſocietatem ſuam parva mercede traduci poſſe exiſtimabat: quódque geſta in Illyrico etiamtum latebant. Inter quæ tam trepida, ſpeculationibus fidis AEquitius doctus converſam molem belli totiùs in Aſiam, digreſſus per Succos Philippopolim clauſam præſidiis hoſtium, Eumolpiadam veterem reſerare magna vi conabatur, urbem admodum opportunam, & impedituram ejus [1] adventus, ſi ponè relictâ, adjumenta Valenti laturus (nondum enim apud Nacoliam geſta compererat) feſtinare ad AEmimontum cogeretur. Verum paullo poſtea cognita levi præſumptione Marcelli, milites miſſi ſunt audaces & prompti, qui eum raptum ut deditum noxæ mancipium, in cuſtodiam compegerunt. Unde poſt dies productus, lateribus ſulcatis acerrimè, pariáque [2] perpeſſis conſortibus interiit, hoc favorabilis [3] ſolo, quòd abſtulit Serenianum è medio, crudelem ut Phalarim: [4] [e] * illi & illi fidum ad doctrinarum diritatem, [5] quam cauſis inanibus prætexebat. Exſtirpatis occaſu ducis funeribus belli, ſævitum eſt in multos acriùs quàm errata flagitaverant vel delicta: maximéque in Philippopoleos defenſores, qui urbem ſéque ipſos nonniſi capite viſo Procopii quod ad Gallias portabatur, [6] ægerrimè dediderunt. Ad gratiam tamen precantium coërciti ſunt aliqui leniùs: inter quos eminebat Araxius, in ipſo rerum exuſtarum [7] ardore adeptus ambitu Præfecturam: [8] & Agilone intercedente genero ſupplicio inſulari multatus, breve poſt tempus evaſit. Euphraſius verò itémque Phronemius miſſi ad occiduas partes, arbitrio objecti ſunt Valentiniani: & abſoluto Euphraſio Phronemius Cherroneſum deportatur, inclementiùs in eodem pu

8 *Mſ.* ediderat. 9 τὸ quæ *mſ. deeſt.* 1 *Steph.* adpetitus. 2 *Mſ.* perpenſis. 3 *Mſ.* ſolo. 4 *Mſ.* ille & ille fidum. 5 τὸ quam *mſ. deeſt.* 6 *Mſ.* acerrimè dividerunt. 7 *Mſ.* ad ardorem. 8 *Mſ.* & Agilonem.

imperium ἀναίμακτον, id eſt incruentum fuiſſe teſtatur. *Valeſ.*

e *Illi & illi fidum ad doctrin. dir.*] Hunc locum ſic primus excudit Gelenius. Nam in Editione Rom. ac Bononienſi ita legebatur: *Ille & ille fidem ad doctrinarum diritatem cauſis inanibus prætexebat.* Neque aliter codex Regius, & Flor. & Valentinus; niſi quòd in iis ſcriptum eſt *fidum*, [ut & in Colb.] Per doctrinarum autem diritatem, intelligit Ammianus præſagiorum & divinandi malas artes, quibus deditum fuiſſe Serenianum docuit lib. XIV. cap. 7. *Idem.*

nitus negotio, ea re quòd divo Juliano fuit acceptus: [f] cujus memorandis [9] virtutibus ambo fratres Principes obtrectabant, nec ſimiles ejus nec ſuppares. His accedebant alia graviora, & multo magis quàm in prœliis formidanda. Carnifex enim & unci & cruentæ quæſtiones, ſine diſcrimine ullo ætatum & dignitatum per fortunas omnes & ordines graſſabantur, & pacis obtentu judicium deteſtandum agitabatur, infauſtam victoriam exſecrantibus univerſis, internecivo bello quovis graviorem. Nam inter arma & lituos conditionis æquatio leviora facit pericula: & Martiæ virtutis poteſtas aut id quod auſum occupat; aut [1] inopinata mors ſi acciderit nullum ignominiæ continet ſenſum, finémque ſecum vivendi ſimul & dolendi perducit: ubi verò conſiliis impiis jura quidem prætenduntur & leges, & [g] Catonianæ vel [h] Caſſianæ ſententiæ fuco perliti [2] reſident judices, agitur autem quod [3] agitur ad voluntatem prætumidæ poteſtatis, & ex ejus libidine [i] incidentium vitæ necíſque momenta penſantur, ibi capitalis vertitur pernicies & abrupta. Nam ut quiſque ea tempeſtate ob quamlibet voluerat cauſam, regiæ properè accedens, & aliena rapiendi aviditate exuſtus, licèt apertè inſontem arceſſens, ut familiaris ſuſcipiebatur & fidus, ditandus caſibus alienis. Imperator enim promptior ad nocendum, criminantibus patens, & funereas delationes adſciſcens, per ſuppliciorum diverſitates effrenatiùs exſultavit: ſententiæ illius Tullianæ ignarus docentis, infelices eſſe eos qui omnia ſibi licere exiſtimarunt. Hæc implacabilitas [k] cauſæ quidem piiſſimæ, ſed [4] victoriæ fœdioris, innocentes tortoribus expoſuit multos, [l] vel ſub eculeo caput incurvos, aut icti carnificis torvi ſubſtra-

9 *Mſ.* virtutibus ejus ambo. 1 *Mſ.* nobilitate &. 2 *Mſ.* reſiderendi. 3 *Mſ.* agatur. 4 *Mſ.* victoriæ fœdioris.

---

f *Cujus mem. virtutibus ambo fratres.*] Valentinianum cum fratre Valente Juliani memoriæ obtrectaſſe & invidiam conciviſſe docuit Marcellinus ſuprà, cap. 4. Docent id quoque plures eorumdem Conſtitutiones in Codice relatæ, quibus leges à Juliano latas abrogârunt. Hinc eſt, quòd Themiſtius in Orat. IX. ad Valentem in fine, Juliani Principis memoriam Valenti aſſentando perſtringit. Quid enim hæc verba: ὁ δὲ πώγωνα καθειμένος τοῦ φιλοσοφωτάτου τῶν βασιλέων μεταποιούμενος. Annon ſatis apertè Julianum deſignant, qui & barbam ſubmittebat, & Marci Antonini ſtudia ac mores ſe imitari profitebatur, ut ad lib. XVI. notavi? *Valeſ.*

g *Catonianæ vel Caſſianæ ſententiæ*] M. Cato Porciæ familiæ auctor, & C. Caſſius Longinus, Juris peritiſſimi fuere. Et Catonis regula etiam nunc in Pandectis ſæpiſſime laudatur: à Caſſio verò ſecta Caſſianorum originem invenit. L. 2. §. fin. ff. de orig. Jur. Plinius lib. 11. Epiſt. 24. * Vide ſuprà pag. 44. Obſervationum ad librorum XXII. * *Lindenbr.*

h *Vel Caſſianæ ſententiæ.*] Caſſiana ſeveritas dicta eſt à L. Caſſio, de quo ad lib. XXII. adnotavi ad eum locum: *Sed ill judicibus Caſſiis triſtior, & Lycurgis, &c.* Sic etiam in fine lib. 30. de Valentiniano: *Lycurgos inveniſſe ſe prædicabat, & Caſſios, columina juſtitiæ priſca.* Et alioquin univerſæ Caſſiorum genti erat innata ſeveritas: unde Caſſiana ſeveritas ac diſciplina proverbio celebrata eſt. Divus Marcus in Epiſtola ad Præfectum Præt. *Puto*, inquit, *me non erraſſe: ſiquidem & tu notum habes Caſſium, hominem Caſſianæ ſeveritatis & diſciplinæ.* Et Cicero in Verrem actione 1. * *Non quæro judices Caſſianos: veterum judiciorum ſeveritatem non requiro.* * Valeſ.

i *Vitæ incidentium*] Scribendum videtur *incedentium*, ut locutus eſt Marcellinus noſter in lib. 19. ad calcem de Paullo Notario: *Cujus ex nutu, propè dixerim, pendebat incedentium omnium ſalus.* Idem.

k *Cauſæ quidem piiſſimæ, ſed victoriæ fœdioris.*] Imitatur locum Ciceronis, qui in lib. 2. de Officiis habetur de Julio Cæſare: *Secutus eſt, qui in cauſa impia, victoria etiam fœdiore, non ſolùm ſingulorum civium bona publicaret, ſed univerſas provincias regionéſque uno calamitatis genere comprehenderet.* Rectè ergo & ordine fecimus, cùm eam ſcripturam, præſertim omnium exemplarium conſenſu firmatam hîc reſtituimus, exploſâ P. Caſtelli conjecturâ, qui *victoriam fœdantis* ediderat. *Idem.*

l *Vel ſub eculeo caput incurvos.*] Eodem modo loquitur in lib. 28. de Hymetio Africæ Proconſule: *Induſtriſ-*

vit: quibus ſi pateretur natura, vel denas animas profundere præſtabat in pugna, quàm lateribus fodicatis omni culpa immunes, fortunis gementibus univerſis, quaſi læſæ majeſtatis luere pœnas, dilaniatis antè corporibus, quod omni eſt triſtius morte. Exin cùm ſuperata luctibus ferocia deflagraſſet, proſcriptiones, & exſilia, & quæ leviora quibuſdam videntur, quamquam ſint aſpera, viri pertulêre ſummates: & ut ditaretur alius, genere nobilis & fortè meritis locupletior, actus patrimonio præceps, truſúſque in exſilium conſumebatur angore, aut ſtipe precaria victitabat: nec modus ullus exitialibus malis impoſitus, quamdiu Principem & proximos [m] opum ſatietas cepit & cædis. Hoc novatore adhuc ſuperſtite, cujus actus multiplices docuimus & interitum, [n] diem duodecimum Kal. Auguſtas, Conſule Valentiniano primùm cum fratre, horrendi terrores [5] per omnem orbis ambitum graſſati ſunt ſubitò, quales nec fabulæ nec veridicæ nobis antiquitates exponunt. Paullo enim poſt lucis exortum, denſitate prævia fulgurum acriùs vibratorum tremefacta concutitur omnis terreni ſtabilitas ponderis, maréque diſpulſum retrò fluctibus evolutis abſceſſit, ut retecta voragine profundorum, ſpecies natantium multiformes limo cernerentur hærentes: valliúmque vaſtitates & montium tunc, ut opinari dabatur, ſuſpicerent radios Solis, quos primigenia rerum ſub immenſis gurgitibus amandavit. Multis igitur navibus velut arida humo connexis, & licenter per exiguas undarum reliquias palantibus plurimis, ut piſces manibus colligerent & ſimilia: marini fremitus velut gravati repulſam, verſa vice conſurgunt, pérque vada ferventia inſulis & continentis terræ porrectis ſpatiis violenter illiſi, innumera quædam in civitatibus, & ubi reperta ſunt ædificia compla-

5 *Poſt hæc verba folium integrum in mſ. deſideratur.*

---

que in judicium quamquam incurvus ſub eculeo ſtaret, pertinaci negabat inſtantia. Eculeus, quantum ex veterum libris colligimus, ſtipes fuit ligneus, ſurſum ac deorſum perforatus, cujus in medio tranſverſarium erat lignum, cui noxius tamquam equo inſidebat, unde & machinæ nomen ductum. In infima parte ſtipitis ſex aut ſeptem erant foramina, aliud alio inferius, ad quæ fidicularum intenſionibus pedes noxii hominis adducebantur. In qua intenſione cùm hinc quidem pedes deorſum attraherentur: inde manus poſt tergum vincula cohiberent, neceſſe erat ut miſeri homines præ dolore totius corporis caput incurvarent. Hinc apud Sulpicium in lib. 2. de Vita B. Martini, *ſponte adſcenderet equuleum, &c.* Plura de eculeo vide apud Sigonium in lib. 3. de judiciis *Valeſ.*

m *Satietas opum cepit & cædis.*] Valentis tamen in puniendis factionis conſciis clementiam prædicat Themiſtius in Orat. IX. Sed cùm hæc Oratio ad Valentem ipſum præſentem habita ſit à Themiſtio, illud Oratoris illius teſtimonium non magnopere fidem meretur. Plus apud me ponderis habet teſtimonium Libanii, qui & amicus erat Procopii, & cum Hyperechio & Andronico Procopianæ factionis præcipuis auctoribus magna ſuit neceſſitudine conjunctus. Is igitur in vita ſua p. 55. Valentem laudat, quòd unà cum tyranno Procopio tyranni amicos necandos ſibi eſſe non putarit. ἀλλ' ἐπάνειμι πρὸς τὸν βασιλέα, ὃν ἔδειξε μὲν χρηστὸν, τὸ μὴ τοῦ τυράννου τοὺς τῷ τυράννῳ φίλους ἀποκτεῖναι. *Sed redeo ad Valentem, cujus benignitas in eo apparuit, quòd cum tyranno amicos tyranni minime occidendos putavit.* Idem.

n *Diem* XII. *Cal. Auguſtas.*] Conſentit Idatius in Faſtis: Valentiniano & Valente Coſſ. *mare ultra terminos ſuos egreſſum eſt die* XII. *Cal. Aug.* quæ iiſdem verbis (quod & in aliis plurimis locis notavi) in Chronico Alexandrino referuntur: τούτῳ τῷ ἔτει ἡ θάλασσα ἐκ τῶν ἰδίων ὅρων ἐξῆλθε μηνὶ πανέμῳ, πρὸ ιϛ΄ καλανδῶν Αὐγούστων. Ejuſdem terræmotus meminit Hieronymus in Chronico, & in vita Hilarionis: ubi his verbis utitur, quæ cum Marcellini narratione valde conſentiunt. *Ea tempeſtate terræ motu totius orbis qui poſt Juliani mortem accidit, maria egreſſa ſunt terminos ſuos, & quaſi rurſus diluvium Deus minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia, naves ad prærupta montium pependerunt.* Idem.

narunt: proinde ut elementorum furente diſcordia, involuta facies mundi miraculorum ſpecies oſtendebat. Relapſa enim æquorum magnitudo cùm minimè ſperaretur, o millia multa necavit hominum & ſubmerſit: recurrentiúmque æſtuum incitata vertigine, quædam naves, poſtquam humentis ſubſtantiæ conſenuit tumor, peſſumdatæ viſæ ſunt: p exanimatáque naufragiis corpora ſupina jacebant aut prona. Ingentes aliæ naves extruſæ rabidis flatibus, q culminibus inſedere tectorum, ut Alexandriæ contigit: & ad ſecundum lapidem ferè procul à litore contortæ ſunt aliquæ, ut Laconicam r prope Mothonem oppidum nos tranſeundo conſpeximus diuturna carie fatiſcentem.

o *Milia multa necavit hominum*] Quinquaginta hominum milia à refluo mari abſorpta fuêre, ut ait Cedrenus: Πέντε μυριάδες ἀνθρώπων κατεποντίσθησαν. Vide Michaëlem Glyc. Annal. tomo IV. pag. 355. *Lindenbr.*

p *Exanimataque naufragiis corpora ſupina jacebant aut prona*] Mixtim nempe muliebre & virile ſecus hac inundatione periiſſe notat: prona enim mulierum corpora, ſupina virorum aquis exſtincta natant. Plinius lib. VII. cap. 17. Solinus cap. V. *Idem.*

q *Culminibus inſedere tectorum*] Sub Juliano aut circa ea tempora hoc accidiſſe aiunt, Sozomenus lib. VI. cap. 2. Nicephorus Calliſt. lib. X. cap 35. * Similis ἀμπώτις primo Valentiniani & Valentis Impp. Conſulatu contigit. Socrates Hiſtor. Eccleſ. 14. cap. 3. & alia ſub Gratiano, ſi Georgio Cedreno fides, pag. 258. * *Idem.*

r *Prope Methonem opidum.*] Methone Laconicæ opidum memoratur à * Scylace atque * à Thucydide in lib. 2. eámque adhuc ſua ætate nomen id retinuiſſe ſcribit Euſtathius in Homeri Catalogum. Sed ceteri Meſſeniæ aſſignant, inter quas Mela ac Strabo, Plinius, ac Ptolemæus. Eámque * Scylax & * Pauſanias in Meſſenicis Mothonem nominant, perinde ac Porphyrius in lib. 2. de abſtinentia. μόγος, inquit, ὁ τῶν βασιλεὺς μαυρουσίων, ὁ ἐν Μοθώνῃ σφαγεὶς ὑπ' Ἀγρίππα. ſcribe βόγος ex Strabonis lib. 8. In Tabula quoque Peutingerorum *Mothone* dicitur. [Hodieque vulgò *Modon*.] Neque aliter hoc in loco tam Editio Rom. quàm Regius codex [& Colbertinus] ſcriptum habent. Quid, quòd & in Prologo 7. Trogi Pompeii *Mothone* dicitur, quæ à reliquis Methone, opidum Magneſiæ longè ab hoc noſtro diverſum. *Valeſ.*

Explicit Liber XXVI.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XXVII

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XXVII continentur.

CAPUT. I. *Alamanni, fuſis acie Romanis, Chariettonem & Severianum Comites interficiunt.*

C. II. *Jovinus Magiſter equitum per Gallias, unam & alteram Alamannorum manum imparatam cædit; tertiam barbarorum partem apud Catalaunos prœlio ſuperat, VI. hoſtium millibus interfe-*

ctis, IV vulneratis.

C. III. *De III Præfectis Urbi, Symmacho, Lampadio, & Juventio. Sub eo Damaſi & Urſini de Epiſcopatu Romano contentiones.*

C. IV. *Deſcribuntur populi, &* VI *provinciæ Thraciarum, ſingularúmque claræ urbes.*

C. V. *Valens Aug. Gothis, qui auxilia Procopio contra ipſum miſerant, bellum infert, & poſt triennium pacem cum eis facit.*

C. VI. *Gratianum filium Valentinianus conſentiente exercitu Auguſtum nuncupat, & puerum purpuram indutum ad fortiter faciendum hortatur, militibúſque commendat.*

C. VII. *Valentiniani A. iracundia, feritas, & ſævitia.*

C VIII. *Pictis, Attacottis, & Scottis, poſt Ducem & Comitem interfectos, Britanniam impune vaſtantibus, Theodoſius Comes fuſis prædam excuſſit.*

C. IX. *Mauricæ gentes Africam populantur. Iſaurorum latrocinia Valens compeſcit. De Prætextati Præfectura Urbana.*

C. X. *Valentinianus A. Rhenum tranſit, & Alamannos qui in celſiſsimos montes fugerant, non incruento utrimque certamine fundit fugátque.*

C. XI. *De Probi nobilitate, opibus, dignitatibus, & moribus.*

C. XII. *Romani & Perſæ de Armenia & Hiberia inter ſe pugnant.*

CAPUT I. DUM per Eoum orbem hæc quæ narravimus diverſi rerum expediunt caſus, Alamanni poſt ærumnoſas jacturas & vulnera, quæ congreſſi ſæpe Juliano Cæſari pertulerunt, viribus tandem reſumptis licèt imparibus priſtinis, ob cauſam expoſitam ſuprà, Gallicanos limites formidati jam perſultabant. Statímque poſt Kal. Januarias, cùm per glaciales tractus hiemis rigidum inhorreſceret ſidus, cuneatim egreſſa multitudo licentiùs vagabatur. Horum portioni primæ Charietto, tunc per utramque Germaniam Comes, occurſurus cum milite egreditùr ad bella ineunda promptiſſimo, adſcito in ſocietatem laboris Severiano itidem Comite, invalido & longævo, qui [a] apud Cabilona [b] Divitenſibus præſidebat & Tungricanis. Proin

[a] *Apud Calidona.*] In Exemplari Regio & Editione Aug. legitur *Calydona*, de quo loco nihil uſquam legere memini *Henr. Valeſ.* [In codice Colbertino ſcriptum reperio & *Calidona*. Sed non dubito ſcribendum eſſe *Cabilona*. Sic Marcellinus in libro XIV. *Cabillona* Græcanicè pro *Cabillonem* in IV caſu eam urbem bis appellat, *& militem omnem apud Cabillona collectum eſſe* ſcribit, Conſtantio A. per Arelate & Valentiam Rauracos ac Rheni ripam petente, ut Alamannis bellum inferret. Error ortus eſt ex tranſpoſitione trium litterarum, & ex ſimilitudine litterarum b & d, quarum altera in alteram facilè commutatur ab incautis. Ex *Cabilona* vel *Cabillona* ab his qui urbem non noverant, factum eſt, *Calibona* tranſpoſitis 3 litterulis: ex *Calibona* factum eſt *Calidona* & *Calydona*. Divitenſes autem & Tungricani tum in præſidio erant Cabillone ad Ararim, quibus præerat Severianus Comes: ex quibus Tungricani in codice Colbertino *Tungræcani* dicuntur: & in libro XXVI. Marcellinus *Divite*

de confertiùs agmine in unum coacto, pontéque brevioris aquæ firmâ celeritate tranſmiſſo, viſos eminus barbaros Romani ſagittis aliiſque levibus jaculis inceſſebant, quæ illi reciprocis jactibus validè contorquebant. Ubi verò turmæ congreſſæ ſtrictis conflixere mucronibus, noſtrorum acies [1] impetu hoſtium acriore concuſſa, nec reſiſtendi nec faciendi fortiter copiam reperit, cunctis metu compulſis in fugam, cùm Severianum vidiſſent equo deturbatum, miſſilíque telo [c] peroffenſum. Ipſe denique Charietto, dum cedentes objectu corporis & vocis jurgatorio ſonu audentiùs pertinet, pudendúmque diluere dedecus fiducia diu ſtandi conatur, oppetiit telo letali confixus. Poſt cujus interitum, [d] Erulorum Batavorúmque vexillum direptum, quod inſultando tripudiantes barbari crebrò ſublatum altiùs oſtendebant, poſt certamina receptum eſt magna.

CAP. II. [e] Quâ clade cum ultimo mœrore compertâ, [f] correcturus ſeciùs geſta Dagalaïphus à Pariſiis mittitur. Eóque diu cunctante, cauſantéque diffuſos per varia barbaros ſemet adoriri non poſſe, accitóque paullo pòſt ut cum Gratiano etiamtum privato ſuſciperet inſignia Conſulatus; Jovinus equitùm Magiſter accingitur: & inſtructus paratúſque, cautiſſimè obſervans utrumque ſui agminis latus, venit [g] [h] prope locum Scarponna: ubi inopinus majorem barbarorum plebem antequam armaretur, temporis brevi puncto præventam ad internecionem exſtinxit. Exſultantes innoxii prœlii gloriâ milites ad alterius globi perniciem ducens, ſenſimque incedens rector eximius ſpeculatione didicit fida, direptis propiùs villis vaſtatoriam manum quieſcere prope flumen:

1 τὸ hoſtium *deeſt Steph.*

es *Tungricanoſque juniores* conjungit, à quibus Procopius Auguſtus eſt conſalutatus. Ubi codex Colbert. ſcriptum habet *& Tuncgræcanos juniores*, pro *Tungrecanos* vel *Tungricanos.*] Hadr. Valeſius. Sane commodius & opportunius hoc remedium eſt illo, quod attulit Iac. Gothofredus ad librum v. codicis Theodoſ. tit. v. de poſtliminio, *apud Saliſona.* Gron.

b *Divitenſibus præſidebat & Tungricanis*] Vid. quæ ad lib. XXVI. notata. *Lindenbr.*

c *Telo per os fixum.*] Sic Accurſius & Gelenius ediderunt, quorum conſenſui equidem multum tribuo. In Regio codice ſcriptum inveni, *miſſilique telo perfoſſum* ut Valentinus codex teſte Ant. Loiſello ſcriptum habeat, *miſſ. telo peroffenſum*, [ut & Colbertinus,] * Vatic. ac Toloſ. * *Valeſ.*

d *Erulorum.*] In Regio codice, [& in Colbert.] ſcribitur *AErulorum*: & ita Zonaras in Geſtis Gallieni eos appellat, αἰρούλοις σκυθικῷ γένει καὶ γοτθικῷ ἐπεξελθὼν ἐκράτησε. Hos Dexippus in lib. 12. Chron. ἐλούρους uſitata Græcis trajectione vocaverat, ut docet Stephanus & Auctor Etymologici. Ablabius etiam Hiſtoricus ita appellarat, teſte Jordane in Gothicis: *Nam prædicta gens, Ablabio hiſtorico referente, juxta Mæoticas paludes habitans, in locis ſtagnantibus quæ Græci ἕλη vocant, Eluri nominati ſunt omnes.* Cui conſentit auctor Etymologici, cùm ait: ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἑλῶν Ἔλουροι κέκληνται. Ex his auxilia mercede conducere non Romani ſolùm, ſed etiam aliæ nationes pleræque conſueverant, ut ibidem Jordanes refert: erant quippe ſtaturâ proceri & ad curſum velociſſimi. De iiſdem multa Procopius in lib. 2. Gotth. ſcribit. *Idem.*

e *Qua clade cum ult. mærore comp.*] Zoſimus in lib. 4. p. 470. Valentinianum accepto hoc nuntio adeo exarſiſſe ſcribit, ut Batavorum numerum integrum exauctorare voluerit, quòd ſegniùs ſe in pugna geſſiſſent: ſed exoratum à proximis, tandem iis peperciſſe. *Idem.*

f *Correcturus hujusmodi geſta.*] In Regio & Vatic. codice legitur, *correpturus ſed ejus geſta.* [In Colbert. *correcturus ſed ejus geſta.*] Unde non ſine cauſa exiſtimavi ſcribendum eſſe, *correcturus ſeciùs geſta*: quemadmodum loquitur Marcellinus infrà cap. 8. *Quibus magno cum horrore compertis, Severum miſit correcturum ſeciùs geſta.* Idem.

g *Prope locum Scarponna*] Itinerarium Antonini Imp. *A. Durocortoro Dividurum-Tullum, Scarpona, Divodurum.* Tabula vetus Itiner. -- *Tullo Scarponna.* Lindenbr.

h *Prope locum Scarponna.*] Quod caſtrum duodecimo à Mettenſium urbe milliario ſitum eſt, ut ſcribit Paulus Diaconus de Epiſcopis Mettenſibus. *Valeſ.*

jámque adventans, abditúſque in valle denſitate arbuſtorum obſcura, videbat [i] lavantes alios, quoſdam comas rutilantes ex more, potantéſque nonnullos. Et nactus horam impendiò tempeſtivam, ſigno repentè per lituos dato latrocinalia caſtra perrupit: contráque Germani nihil præter inefficaces minas jactanter ſonantes & fremitum, nec expedire arma diſperſa, nec componere aciem, nec reſurgere in vires permittebantur, [2] [k] urgente inſtanter victore. Quocirca forati pilis & gladiis cecidere complures, abſque iis quos verſos in pedes texere flexuoſi tramites & anguſti. Hoc proſpero rerum effectu, quem virtus peregerat & fortuna, auctâ fiduciâ Jovinus militem ducens, diligenti ſpeculatione præmiſſa, in tertium cuneum qui reſtabat, properè caſtra commovit: & maturato itinere omnem prope Catelaunos invenit ad congrediendum promptiſſimum. Et vallo opportunè metato, ſuiſque pro temporis copia cibo recreatis & ſomno, primo auroræ exortu in aperta planitie compoſuit aciem dilatatam arte ſollerti, ut ſpatiis amplioribus occupatis æquiperare Romani hoſtium multitudinem apparerent, inferiores numero, licèt viribus pares. [3] Signo itaque per bucinas dato, cùm pede collato res agi cœpiſſet, ſueta vexillorum [4] ſplendentium facie territi ſtetêre Germani. Quibus hebetatis parumper, reparatíſque confeſtim, aduſque diei extimum concertatione protenta, validiùs imminens miles fructum rei bene geſtæ ſine diſpendio quæſiſſet, ni Balchobaudes Armaturarum Tribunus magniloquentia ſocordi coalitus, propinquante jam veſpera ceſſiſſet inconditè. Quem ſi ſecutæ reſiduæ cohortes abiiſſent, ad triſtes exitus eouſque negotium venerat, ut nec acta nuntiaturus quiſquam poſſet ſupereſſe noſtrorum. Sed reſiſtens animorum acri robore miles ita lacertis eminuit, ut hoſtium quatuor millibus ſauciis, ſex alia interficeret millia: ipſe verò [l] non amplius mille ducentis amitteret, ducentis tantummodo vulneratis. Noctis itaque adventu prœlio jam dirempto, refectíſque viribus feſſis, prope confinia lucis ductor egregius in agminis quadrati figuram producto exercitu, cùm comperiſſet occultantibus tenebris barbaros lapſos: ſecurus inſidiarum per aperta camporum ſequebatur & mollia, calcando ſemineces & conſtrictos, quos vulneribus frigorum aſperitate contractis dolorum abſumpſerat magnitudo. Exin progreſſus ulteriùs, revertens, ubi nullum repererat, didicit Regem ho-

2 *In Steph. Editione τὸ* inſtanter *deeſt.* 3 *Mſ.* Signo itaque. 4 *In Steph. deeſt.*

i *Lavantes alios, quoſdam comas rutilantes ex more, potanteſque nonnullos*] Simile illud, quod alibi refert Zoſimus: τοὺς μὲν μεθύοντας, ἄλλους δὲ τῷ ποταμῷ λουομένους, ἀπέσφαζον. De Germanorum verò rutila coma Diodorus Sicul lib. v. Procopius Wandalicor. lib. I. aliique Scriptores non pauci, ut jam ad Taciti Germaniam à viris doctis notatum eſt. *Linderbr.*

k *Inſtanter victore.*] *Inſtante* legitur in Regio exemplari, in quo etiam ex conjectura ſuperſcriptum eſt *urgenter.* [In Colb *urguent · inſtante victore.*] Certè non dubito, quin aut ſcribendum ſit, *urgenter inſtante victore*, aut ſanè *inſtanter urgente victore.* Valeſ.

l *Non amplius ducentis.*] Codex Regius vocem interſerit neceſſariam ut puto, *non ampliùs mille ducentis amitteret.* Vaticanus [& Colbert.] *ille ducentis* * pro *mille.* * Idem.

ſtilium

ſtilium agminum cum paucis [l] captum ab Aſcariis, quos ipſe [5] per iter aliud, ad diripienda tentoria miſerat Alamannica, ſuffixum patibulo. Ideóque iratus in Tribunum animadvertere ſtatuit, auſum hoc inconſulta poteſtate ſuperiore feciſſe: eúmque damnaſſet, ni militari impetu commiſſum facinus atrox, documentis evidentibus conſtitiſſet. Et poſt hæc redeunti Pariſios poſt claritudinem rectè geſtorum Imperator lætus occurrit: eúmque poſtea Conſulem deſignavit: illo videlicet ad gaudii cumulum accedente, quòd iiſdem diebus Procopii ſuſceperat caput à Valente tranſmiſſum. Præter hæc, alia multa narratu minùs digna conſerta ſunt prœlia per tractus varios Galliarum, quæ ſuperfluum eſt explicare, quoniam neque operæ pretium aliquod eorum habuere proventus, nec hiſtoriam producere per minutias ignobiles decet.

CAP. III. Hoc tempore vel paullo antè, nova portenti ſpecies [m] per Annonariam apparuit Tuſciam: ídque quorſum evaderet prodigialium rerum periti penitus ignorarunt. In oppido enim Piſtorienſi prope horam diei tertiam ſpectantibus multis aſinus [n] Tribunali adſcenſo audiebatur deſtinatiùs rugiens: & ſtupefactis omnibus qui aderant, quíque didicerant referentibus aliis, nullóque conjectante ventura, poſtea quod portendebatur evênit. [o] Terentius enim humili genere in Urbe natus & [p] piſtor, ad vicem præmii, quia peculatûs reum detulerat [q] [r] Orfitum ex Præfecto, hanc eamdem provinciam Correctoris adminiſtraverat poteſtate. Eáque confidentiâ deinceps inquietiùs agitans multa, [ſ] in naviculariorum negotio falſum admiſiſſe convictus, ut ferebatur, periit carnificis manu [t] regente Claudio Romam. Multo tamen antequam hoc

5 *Mſ.* pariter.

l *Captum ab Haſtariis.*] In Regio codice priùs ſcriptum fuit *Aſcariis*, * ut legitur in Vatic. * [& in Colb.] quod magis placet. Aſcarii enim inter Auxilia Palatina cum Erulis & Batavis recenſentur in Notitia Occidentalis Imperii. Haſtariorum autem numeri ita dicti, nullibi quod ſciam fit mentio. Ceterùm de hac victoria Alamannica loquitur Idatius in Faſtis. *Valeſ.*

m *Per annonariam apparuit Tuſciam*] Duæ erant Tuſciæ Annonaria & Urbicaria, ut Picenum annonarium & urbicarium. Caſſiod. lib. 4. Epiſt. 14. *Per Picenum ſive Tuſcias utraſque* Auctores Rciagrar. pag. 163. *Terminus teſtaceus in ped.* CCCCL. *per Tuſciam Urbicariam & Annonariam.* * Jornandes de Regnorum Succeſſione, in fine: *Ad cancellos Annonariæ Tuſciæ feliciter dimicans, fugat exercitum.* * L. 12. C. Theod. de indulg. debit. *Picenum & Tuſciam Suburbicarias regiones.* Et *Conſularis Tuſciæ Suburbicariæ*, in inſcriptione Novel. Conſtitutionis Leonis & Majoriani, Tit. IX. *Lindenbr.*

n *Tribunali adſcenſo*] Vaticanus liber clare *eſcenſo.* Hæc & talia non ſine crimine negligi placuit eis, qui optimum exemplar inſpexerunt. *Gron.*

o *Terentius enim humili genere in Urbe natus, provinciam Correctoris adminiſtraverat poteſtate.*] Ad quem etiam plurimæ Conſtitutiones in Cod. Theodoſ. exſtant. L. 4. de juriſdict. *Impp. Valentinianus & Valens AA. ad Terentium Correctorem Tuſciæ.* L. 61. & 65. C. Th. de Decurionib. & ſi quæ aliæ. *Lindenbr.*

p *Piſtor*] Horum conditio qualis fuerit, ſatis ex Cod. Theodoſ. Tit. de piſtor. & Catabolenſ. patet. *Idem.*

q *Officium ex Præfecto*] Sic *Officium judicantis*, L. 13. C. Theod. de erog. mil. ann. & *officiorum annonæ*, L. 19. Tit. eod. *Princeps officii*, L. 1. Cod. Theod. de offic. rect. provinc. *Idem.*

r *Officium ex Præfecto.*] *Orfitum* hìc reſtituendum eſſe dubium non eſt, qui peculatûs arceſſitus à Terentio, miſſus eſt in exſilium. Idem tamen precibus & ſtudio Vulcatii Rufini Præf. Præt. paullo pòſt bonis & patriæ reſtitutus eſt, ut ſcribit Marcellinus cap. 7. hujus lib. *Valeſ.*

ſ *In naviculariorum negotio*] De naviculariis vid. Cod. Theodoſ. lib. XIII. Tit. 6. Cod. Juſtin. lib. XI. Tit. 1. *Lindenbr.*

t *Regente Claudio Romam.*] Quem fuiſſe appellatum Claudium Julium AEdeſium Dynamium colligit Th. Reineſius ex inſcriptione, quam huic applicandam judicat, in epiſtola XIX. *Gron.*

contingeret, [v] [x] Symmachus Aproniano ſucceſſit, inter præcipua nominandus exempla doctrinarum atque modeſtiæ, quo inſtante Urbs ſacratiſſima otio copiiſque abundantiùs ſolito fruebatur: [[y] & ambitioſo ponte exſultat atque firmiſſimo, quem] condidit ipſe, & magnâ civium lætitiâ dedicavit ingratorum, ut res docuit apertiſſima. Qui conſumptis aliquot annis domum ejus in Tranſtiberino tractu pulcherrimam incenderunt, ea re perciti, quòd vilis quidam plebeius infixerat illum dixiſſe ſine indice ullo vel teſte, [z] libenter ſe vino proprio [a] calcarias exſtincturum, quàm id venditurum pretiis quibus ſperabatur. Advenit poſt hunc Urbis moderator [b] Lampadius ex Præfecto Prætorio, [6] homo indignanter admodum ſuſtinens, ſi etiam cùm ſpueret non laudaretur, ut id quoque prudenter præter alios faciens: ſed nonnumquam ſeverus & frugi. Hic cum [c] magnificos [d] Prætor ederet ludos, & uberrimè largiretur, plebis nequiens tolerare tumultum, [e] indignis multa donari ſæpe urgentis; ut libera-

6 *In Steph.* τὸ homo *deeſt.*

---

v *Symmachus Aproniano ſucceſſit*] Hic eſt ille Q. Aur. Symmachus P. U. ad quem varia Edicta & Reſcripta Valentiniani & Valentis Impp. in Codd. Theod. & Juſtinianeo exſtant: cujus quoque Epiſtolarum volumina ad noſtram memoriam pervenere: in quibus ingenium viri & ſtili facundiam meritò admiramur. *Lindenbr.*

x *Symmachus.*] De quo exſtat hæc vetus Inſcriptio: *L. Aurelio. Avianio. Symmacho. V. C. Præfecto. Urbi. Proconſuli Pro. Præfectis. Prætorio, &c.* Pater fuit Q. Aurelii Symmachi illius, cujus hodie Epiſtolæ leguntur. Præfecturam autem Urbanam iniit ſub exitum anni quo Jovianus Aug. & Varronianus Coſſ. fuêre, & ad exitum uſque inſequentis anni geſſit, ut ex Codice Theodoſiano colligitur. * De ejus domo à plebeiis incenſa vide Symmachi Epiſtolam 38. libri 1. Ob quam injuriam cùm Symmachus in agrum ſeceſſiſſet, Senatus non ſuffragiis modò, ſed etiam oratoribus miſſis ut rediret rogavit: quod teſtatur Symmachus filius in Epiſtola citata. * *Valeſ.*

y *Et amb. ponte exſultat atque firm. quem.*] Hæc verba tam in Editione Aug. quàm in codice Regio & Vatic. [ac Colbert.] omiſſa ſunt: quæ primus ſupplevit Gelenius: ex conjectura, an ex Hirsfeldenſi codice nequeo dicere. Quòd ſi vera eſt hæc ſcriptura, pontem Gratiani hîc intelligi oportet, quo in Inſulam Tiberinam trajici mos erat. De quo hæc eſt vetus Inſcriptio: *Domini. noſtri. Impp. Caeſſ. Fl. Valentinianus. Trib. pot.* VII. *Imp.* V. COS. II. *P. P. &. Fl. Valens. &. Fl. Gratianus. Pontem. felicis. memoriæ. Gratiani. in uſum. Senatus. ac pop. R. conſtitui. dedicariq. juſſerunt.* Idem.

z *Libentius ſe vino pr. calcarias exſtincturum.*] Calcem vino reſtingui docet Plinius in lib. 36. cap. 24. ubi de malta, * quod cæmenti genus eſt. Utebantur autem in eam rem vino viliſſimo, ut credibile eſt. Proinde ſenſus eſt, Symmachum dixiſſe, ſe potiùs vino proprio ad maltam faciendam abuſurum, quàm id vili pretio venditurum. * Sed hic locus ſimpliciter intelligendus eſt, ut Symmachus dixerit, ſe libentiùs vinum perditurum, & loco aquæ effuſurum, quàm tali aut tali pretio venditurum. Porro in codice Regio & Vat. [& Colb.] legitur *libenter*; non malè. Sic enim loqui amat Ammianus. *Idem.*

a *Calcarias exſtincturum*] Tertullianus de Carne Chriſti, cap. 6. *De calcaria ad carbonariam.* Lindenbr.

b *Lampadius ex Præfecto Prætorio*] Zoſim. lib. II. Λαμπάδιος ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἀνὴρ δυνάσθαι τὰ παρὰ τῷ βασιλεῖ πάντων ἀεὶ πλέον ἐπιθυμῶν. Idem.

c *Magnificos Prætor ederet ludos*] A Prætoribus novis ludos edi ſolitos, conſtat ex L. 13. & 14. C. Theod. de Prætor. & Quæſtor. Symmach. lib. 8. Epiſt. 14. * Vide quæ ex Photio notavi, ubi de Prætura agit. Tertull. de Spectacul. lib. cap. XII. *Licèt tranſierit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viventium, Quæſturas dico, & Magiſtratus.* Idem cap. ult in fine: *Ut talia ſpectes, ut talibus exſultes, quis tibi Prætor, aut Conſul, aut Quæſtor, aut Sacerdos de ſua liberalitate præſtabit?* * Idem.

d *Prætor ederet ludos.*] Prætores ludos ſcenicos, & Circenſes, & amphitheatrale munus populo Rom. dabant, ex inſtituto Auguſti, ut videtur. Conſtantinus verò omnes qui Senatores eſſent, ad Præturam & Editiones ludorum primus coëgit, ut illi objicit Zoſimus in lib. 2. Quo factum eſt, ut plerique ſpontaneo exſilio ab hujuſmodi impenſarum onere ſe redimerent. *Valeſ.*

e *Indignis multa donari ſæpe urgentis.*] Mimis enim, & hiſtrionibus, & aurigis immenſa ab editoribus munera dabantur, ut de Junio Meſſalla dicit Vopiſcus in Caro. * Chryſoſtomus Homiliâ 67. in Matthæum, & Hom 19. in Epiſtolam 2. ad Corinthios; Auguſtinus in Epiſtola 5. ad Marcellinum, & * in Sermone 5. eorum quos haud ita dudum edidit Jac. Sirmundus. Denique Ambroſius in Sermone 81. *Quòd ſi Magiſtratus*, ait, *in theatris mimis, athletis & gladiatoribus aliiſque hujuſmodi totum ferè patrimonium ſuum largitur ac prodigit, ut unius horæ favorem populi acquirat*, &c. ac paullo pòſt. *Divitias no-*

lem ſe & multitudinis oſtenderet contemptorem, [f] accitos à Vaticano quoſdam egentes opibus ditaverat magnis. Vanitatis autem ejus exemplum, ne latiùs evagemur, hoc unum ſufficiet poni: leve quidem ſed cavendum judicibus. Per omnia enim civitatis membra, quæ diverſorum Principum [7] exornarunt impenſæ, nomen proprium inſcribebat: non ut veterum inſtaurator, ſed conditor. Quo vitio laboraſſe Trajanus dicitur Princeps: unde eum [g] herbam parietinam jocando cognominarunt. Hic Præfectus exagitatus eſt motibus crebris: uno omnium maximo, cùm collecta plebs infima, domum ejus [h] [i] prope Conſtantinianum lavacrum injectis [k] facibus incenderat & malleolis, ni vicinorum

7 *Mſ.* ex-armarunt.

ſtras conſultè & utiliter diſponamus. Præparemus nova & præclariſſima munera. Edamus primam candidam in veſtitu nudorum: ſecundam verò non minùs nobilem, &c. Quo in loco Candida dicitur Editio, quæ fiebat à Magiſtratibus ſumptu ipſorum, non ex arca publica. Unde in Calendario Heruvartii in Decembri menſe *Munus arca* & *munus Kandida* opponuntur. * Hinc Hieronymus in Epiſtola ad Pammachium de obitu Paullinæ, munerarium & Candidatum conjungit: *Munerarius pauperum, & egentium candidatus.* In actis paſſionis Bonifatii Martyris nuper Romæ editis mentio fit hujus *Candidæ.* Sic enim de Aglaë matrona Romana ſcribitur. *Hæc ergo ter Candidam egerat apud urbem Romam ex Præfectura, habens ſub ſe 73. procuratores, qui curas agebant in poſſeſſionibus ejus, & unum majorem, qui erat ſuper omnes.* Ubi ſcribendum puto: *Ex Prætura.* Prætores enim & Quæſtores Candidati id munus edebant, unde & Candida nominata eſt. * [Græca tamen ſic habent: αὕτη δὲ τρίτον κάνδιδα ἔπραξεν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ἐπαρχότητα. Græcum contextum mihi communicavit V. CL. & eruditiſſ. amicus meus, Aimericus Bigotius: ut & verba ex Martyrio S. Eleutherii, ubi pater Eleutherii Nobiliſſimo ex genere Aniciorum *ter candidam Romæ dediſſe* dicitur: οὗτος ἔδωκε τρία κάνδιδα ἐν τῇ Ῥώμῃ.] Porrò cùm ejuſmodi largitionibus multi rem familiarem exhaurirent; primùm Tiberius eas donationes temperavit, teſte Suetonio: deinde Marcus, ut eſt apud Capitolinum. Poſtea Macrinus, ut ſcribit Dio in lib. 78 pag. 878. ac deinceps alii, ut legere eſt in Codice Theod. in tit. de Prætoribus, & in tit. de expenſis ludorum. * Porrò quod ait heic Marcellinus, plebem in Theatro ſæpe poſtulâſſe, ut indignis multa donarentur ab Editoribus ludorum; idem quoque ſcribit Auguſtinus in Pſalmum 136. hiſce verbis: *Si non timeret famem in domo ſua, qui clamat ut pantomimi veſtiantur*, & in pſalmum 149. *Quanta donant*, inquit, *quanta impendunt? Effundunt vires non patrimonii tantùm, ſed etiam animi ſui. Iſti faſtidiunt pauperem, quia populus non clamat ut pauper accipiat: clamat autem populus, ut venator accipiat.* * Valeſ.

f *Accitos à Vaticano q. egentes.*] Intelligo pauperes, qui in veſtibulo ædis Apoſtolorum quæ erat in Vaticano, ſtantes ſtipem petebant, teſte Procopio in Anecdotis pag. 117. & Paullino in Epiſt. ad Alethium: quod & in aliis Eccleſiis ſeu Baſilicis Chriſtianorum obſervabatur, ut docet Chryſoſtomus in tract. 2. de negatione S. Petri. * & in Homilia IX de Pœnitentia: ubi ait conchas quidem aquâ plenas pro foribus Eccleſiæ poſitas fuiſſe, ut fideles ingreſſuri manus abluerent: pauperes verò in veſtibulo ſediſſe, ut Chriſtiani per eleemoſynam animæ ſordes abſtergerent. Denique in Homil. 30. in Epiſtolam priorem B. Pauli A. ad Corinthios, mendicos valvis Baſilicarum affixos, ornamentum eſſe Eccleſiæ teſtatur, adeo ut abſque illis imperfectus eſſet Eccleſiæ cœtus. * Ceterùm piam Chriſtianorum conſuetudinem quæ tunc temporis obtinebat, tacitus præterire non poſſum. Simul atque enim Præturam aut Conſulatum Senatores erant adepti, ad ædem Apoſtolorum Deo gratias acturi currebant, & pauperibus pecuniam ac veſtes largiebantur. Sic enim Prudentius in lib. I. contra Symmachum.

Martyris ante fores Bruti ſubmittere faſces
Ambit, & Auſoniam Chriſto inclinare ſecurem.

& Ennodius in Apologia pro Synodo Palmari, in fine: *Mentior, niſi egena agmina Conſulatûs veſtri, ſubſidio miſeriarum, præſtolantur adventum.* Et paullo pòſt: *Ecce nunc ad geſtatoriam ſellam Apoſtolicæ Confeſſionis uda mittunt lumina Candidatos, &c.* Idem.

g *Herbam parietinam jocando cognominarunt*] Aur. Victor in Conſtantino: *Hic Trajanum herbam parietariam, ob titulos multis ædibus inſcriptos, appellare ſolitus eſt.* Lindenbr.

h *Prope Conſtantinianum lavacrum*] Conſtantinus Imp. cùm Byzantium vetus ſuo nomine appellaſſet, inter alia Urbis illuſtria monumenta, λουτρὰ etiam ſplendida exædificavit. Codinus in Originib. CP. Harum balnearum mentio quoque in veteri novæ Romæ Deſcriptione, ex qua in x. regione eas fuiſſe ſcimus. Unde P. Gillii viri doctiſſimi error detegitur Topograp. C P. lib. III. cap. ult. *Conſtantianas* legentis. Quas & ipſas quidem fuiſſe nemo negat, ſed poſt Chalcedonos murorum à Valente deſtructionem primùm exſtructas. Socrates Hiſtor. Eccleſ. lib. IV. cap. 8. *Idem.*

i *Prope Conſtantinianum lavacrum.*] Thermæ Conſtantinianæ in regione VI. urbis Romæ fuerunt, ut ſcribit P. Victor: à Conſtantino M. pòſt victoriam de Maxentio ædificatæ, teſte Aurelio Victore: *Circus Maximus excultus mirificè, atque ad lavandum inſtitutum opus, ceteris haud multo diſpar.* Valeſ.

k *Facibus incenderat & malleolis.*] Hujuſmodi periculis Præfecti urbis Romæ obnoxii erant, ut præter

& familiarium veloci concurſu à ſummis tectorum culminibus petita ſaxis & tegulis abſceſſiſſet. Eáque vi territus ipſe [8] primitus crebreſcentis ſeditionis in majus, ſeceſſit ad [l] Mulvium pontem, (quem ſtruxiſſe ſuperior dicitur Scaurus) adlenimenta ibidem tumultus opperiens, quem cauſa concitaverat gravis. AEdificia erigere exoriens nova, vel vetuſta quædam inſtaurans, non [m] ex titulis ſolitis parari jubebat impenſas: ſed ſi ferrum quærebatur, aut plumbum, aut æs, aut quidquam ſimile; Apparitores immittebantur, qui velut ementes diverſa, raperent ſpecies nulla pretia perſolvendo: unde accenſorum iracundiam pauperum [9] damna deflentium crebra ægrè potuit celeri vitare digreſſu. Advenit ſucceſſor ejus [n] [o] ex Quæſitore Palatii [1] Juventius, integer & prudens, Pannonius: cujus adminiſtratio quieta fuit & placida, copiâ rerum omnium fluens. Et hunc quoque diſcordantis populi ſeditiones terruere cruentæ, quæ tale negotium excitavêre. [p] [q] Damaſus & Urſinus ſupra humanum modum ad rapiendam Epiſcopatus ſedem ardentes, ſciſſis ſtudiis aſperrimè conflictabantur, aduſque mortis vulnerúmque diſcrimina adjumentis utriuſque progreſſis: quæ nec corrigere ſufficiens Juventius nec mollire, coactus vi magna ſeceſſit in ſuburbanum. Et in concertatione ſuperaverat Damaſus, parte quæ ei favebat inſtante. Conſtátque [r] in baſilica Sicinini, ubi ritus Chriſtiani eſt conventiculum, uno die centum triginta ſeptem reperta cadavera peremptorum: ef-

8 *Mſ.* primitus crebreſc. 9 τὸ damna *vulg. deeſt.* 1 *Mſ.* Juventius, *& ita infr.*

Symmachi exemplum proximè allatum docet Ambroſius in Ep. 29. ad Theodoſium: *Neque recordaris, Imperator, quantorum Romæ domus Præfectorum incenſæ ſint: & nemo vindicavit. Immò ſi quis Imperatorum voluit factum ſeveriùs reprehendere, ejus magis, qui tanto eſt perculſus diſpendio, cauſam gravet.* Valeſ.

l *Mulvium pontem*] De quo Livius lib. XXVII. Juvenalis Satyr. 6. Pub. Victor in Deſcriptione urbis Romæ. *Lindenbr.*

m *Ex titulis ſolitis.*] Puta ex conditis, formarum aut operum publicorum, & ex reliquis vectigalibus populi Rom. quæ ad reſtaurationem operum publicorum erant deputata, ut ſuprà notare memini. Vide Symmachum in lib. X. Ep. 33. & 50. *Valeſ.*

n *Ex Quæſitore Palatii Viventius*] Mſ. *Juventius.* Sed vulgata lectio recta Exſtantque ad hunc Viventium varia Impp. Valentin. Valent. & Gratian. Reſcripta. L. 4. C. Theod. de offic. rect. provinc. L. 30. C. eod. de curſu publ. aliaque alibi non pauca. *Lindenbr.*

o *Ex Quæſitore Palatii Juventius.*] De quo Marcellinus in lib. 26. non procul ab initio hæc dixit: *Morborum cauſas inveſtigandas acerrimè Urſacio Off. Magiſtro Delmatæ* (ſic enim Mſ. Reg. & Editio Rom.) *crudo, & Juventio Siſciano Quæſtori tunc commiſerunt.* Ejuſdem Juventii Præf. Urbi meminit Symmachus in lib. X. Epiſt. 43. His igitur teſtimoniis adductus *Juventium* hic edere malui, quàm cum Gelenio aut Lindenbrogio *Viventium*, præſertim cùm & Mſſ. Regius ac Flor. [& Colb.] cum Editione Aug. à noſtris partibus ſtent. Atque ita in Codice Th. emendandum cenſeo. [*Quæſitor* autem heic (ut & ait P. Pithœus) ponitur pro *Quæſtor.*] Valeſ.

p *Damaſus & Vrſicinus*] Ita Anaſtaſius & Liutprandus in Vitis P P. *Vrſinum* vocat Rufinus Hiſt. Eccleſ. lib. 11. cap X. *Vrſacium* Socrates lib. IV. cap. 24. Sozomenus lib. VI. cap. 23. *Vrſicium* Nicephorus Calliſtus lib. XI. cap. 30. *Lindenbr.*

q *Damaſus & Urſicinus.*] *Urſinus* in codice Regio & Valent. [& Colb] nominatur. Neque aliter hunc Damaſi competitorem appellat Hieronymus in Chronico, & in Epiſt. ad Damaſum, Socrates in lib. 4. cap. 29. & ex eo Caſſiodorus in lib. 8. Hiſt. Tripertitæ. Accedunt Epiſtolæ Concilii Aquileienſis, & Concilii Romani à Jac. Sirmundo nuper editæ, in quibus Urſinus dicitur, ut & apud Rufinum. De quo conſulendi ſunt Annales Illuſtriſſ. Cardinalis Baronii. *Valeſ.*

* r *In Baſilica Sicinini.*] Marcellinus Presbyter in Præfatione libelli precum, quem obtulit Valentiniano juniori, hanc *Baſilicam Liberii* vocat, eo quòd Liberius Papa illic Eccleſiam ædificaſſet. Mentio fit hujus Baſilicæ à Liberio Papa conſtructæ apud Anaſtaſium Bibliothecarium in geſtis Liberii. Verùm Anaſtaſius eam Baſilicam à Liberio ſtructam eſſe dicit in Macello Liviæ, non in Baſilica Sicinini. Macellum autem illud, & Sicinii Baſilica fuerunt in regione V. *Baſilicam Liberii* vocat vetus Scrip-

feratámque diu plebem ægrè poſtea delenitam. Neque ego abnuo, oſtentationem rerum conſiderans Urbanarum, hujus rei cupidos ob impetrandum quod appetunt omni contentione laterum jurgari debere: cùm id adepti, futuri ſint ita ſecuri, [ſ t] ut ditentur oblationibus matronarum, [v] procedántque vehiculis inſidentes, circumſpectè veſtiti, epulas curantes profuſas, adeo ut eorum convivia regales ſuperent menſas. Qui eſſe poterant beati revera, ſi magnitudine Urbis deſpecta quam vitiis opponunt, ad imitationem Antiſtitum quorumdam provincialium viverent: [x] quos tenuitas edendi potandique parciſſi-

tor, qui hiſtoriam hujus ſchiſmatis litteris mandavit: Socrates in libri IV. capite 49. *Baſilicam Sicinam*, τόπον τῆς βασιλικῆς Σικίνης. * Valeſ.

ſ *Vt ditentur oblationibus matronarum. &c.*] Nimis pol hoc verum: & inſatiabile habendi ſtudium in ſacri ordinis viris, non antiqua ſolùm, ſed * noſtra quoque tempora ſciunt. * Inſanum bene ad Ammiani mentem Hieronymus ad Euſtochium Epiſt. 22. *Quidam in hoc omne ſtudium vitamque poſuerunt, ut matronarum nomina, domos, moreſque cognoſcant, ex quibus unum, qui hujus artis eſt princeps, breviter ſtrictimque deſcribam, quo faciliùs magiſtro cognito, diſcipulos recognoſcas. Cum Sole feſtinus exſurgit, ſalutandi ei ordo diſponitur, viarum compendia requiruntur, & pæne uſque ad cubicula dormientium ſenex importunus ingreditur: ſi pulvillum viderit, ſi mantile elegans, ſi aliquid domeſticæ ſupellectilis, laudat, miratur, attrectat, & ſe his indigere conquerens, non tam impetrat, quàm extorquet: quia ſingulæ metuunt veredarium Vrbis offendere.* Vide locum. Idem Epiſtola ad Heliodorum 2. ad Nepotianum Epiſt. 2. * Cui tamen vitio in partem obviare conati ſunt Impp. Valentinianus, Valens & Gratianus A A A. ut ex eorum Conſtitutione ad ipſum hunc Damaſum Epiſc. urbis Rom. conſtat; cujus hæc ſunt verba L. 20. C. Theod. De Epiſc. Eccleſ. & Clericis: *Eccleſiaſtici aut ex Eccleſiaſticis, vel qui Continentium ſe volunt nomine nuncupari, viduarum ac pupillarum domos non adeant, ſed publicis exterminentur judiciis, ſi poſthac eos adfines earum vel propinqui putaverint deferendos. Cenſemus etiam, ut memorati nihil de ejus mulieris, cui ſe privatim ſub prætextu religionis adjunxerint, liberalitate quacumque, vel extremo judicio poſſint adipiſci. Et omne in tantum inefficax ſit, quod alicui horum ab his fuerit derelictum, ut nec per ſubjectam perſonam valeant aliquid vel donatione vel teſtamento percipere. Quinetiam ſi fortè poſt admonitionem Legis noſtræ aliquid hiſdem eæ feminæ vel donatione, vel extremo judicio putaverint relinquendum, id Fiſcus uſurpet. Ceterum ſi earum quid voluntate percipiunt, vel ad earum ſucceſſionem vel bona Jure Civili, vel Edicti beneficiis adjuvantur, capiant ut propinqui.* Lecta in Eccleſiis Rom. III. Kal. Auguſt. Valentin. & Valente III. A A. Cons. *Lindenbr.*

t * *Ut ditentur oblationibus matronarum.*] Epiſcopos urbis Romæ perſtringit Marcellinus, qui oblationes fidelium in proprios uſus convertebant: ἐπὶ προσφορῶν ὀνόματι τὴν δωροληψίαν ἐπιτεχνώμενοι, ut ait Apollonius de Montano hæretico apud Euſebium. Veteres Chriſtiani olim annonam & pecunias offerebant Sacerdotibus, quibus non ſolùm Clerici, ſed etiam pauperes matricularii alerentur. Poſtea Sacerdotes quidam has pecunias intervertere & in ſinum ſuum congerere cœperunt; & paucorum culpâ, ut reliqui omnes hac ſuſpicione contingerentur, effectum eſt. Quocirca Johannes Chryſoſtomus in Homilia 21. in Epiſtolam Pauli A. ad Corinthios ſuadet fidelibus, ut ipſi eleemoſynas ſuas erogent pauperibus, nec Sacerdoti ulteriùs offerant. Lege Gregorium Nazianzenum in Oratione 32. pag. 526. & de Epiſcoporum provincialium tenui victu, vili cultu, demiſſiſque oculis, eumdem in Carminibus pag. 11. * *Valeſ.*

* v *Procedantque vehiculis inſidentes, circumſpecte veſtiti, ep. cur. profuſas.*] De hoc non Antiſtitum modò Romanorum, ſed etiam ceterorum Patriarcharum & Archiepiſcoporum luxu loquitur Gregorius Nazianzenus, in Oratione funebri de laudibus Baſilii, paginâ 360. & in Oratione 32. pag. 526. * *Idem.*

[x *Si ad imitationem quorumdam Antiſtitum Provincialium viverent, quos tenuitas edendi potandique parciſſime, vilitas etiam indumentorum & ſupercilia humum ſpectantia commendant.*] Martinus Turonorum Epiſcopus, æqualis eorum temporum, *in Epiſcopatu idem conſtantiſſimè perſeverabat, qui priùs fuerat. Eadem in corde ejus humilitas; eadem in veſtitu ejus vilitas erat:* ut ſcribit Sulpicius Severus in vita S. Martini. Germanus quoque Autiſſiodorenſis Epiſcopus, Martino ſuppar, vili veſte utebatur, licèt numquam Monachus fuiſſet, ſicuti fuerat Martinus, *Germano* (inquit Conſtantius Preſbyter in libro de ejus vita) *indumentum cuculla & tunica indiſcretis fuere temporibus.* Cuculla autem & tunica indumenta tum erant plebis Romanæ. Cucullæ nomine deſignat heic Conſtantius veſtem cucullatam, & à cucullo capitis tegumento ita dictam: quæ tunica alio nomine capa dicebatur, quòd caput operiret: erat autem non cucullata modò, ſed etiam manicata vel manuleata, & talaris: *Supercilia humum ſpectantia* apud Ammianum, & *cordis humilitas* apud Sulpicium, una res eſt. Legimus Theodoſium Juniorem Aug. Cherſonenſis Epiſcopi, Conſtantinopoli mortui ſagum ſordidum magnâ curâ quæſiviſſe, & ob ſanctitatem hominis reverenter induiſſe. Severus Sulpicius in libri de vita S. Martini capite XXVI. *Sed nec cibo, inquit, aut ſomno quidem indulſit, niſi in quantum naturæ neceſſitas cogebat.* Idem in 2. Dialogi de virtutibus B. Martini capite I. *tunicam* & *amphibalum*

mè, vilitas etiam indumentorum, & ſupercilia humum ſpectantia, perpetuò numini veriſque ejus cultoribus ut puros commendant & verecundos. Hactenus deviaſſe ſufficiet, nunc ad rerum ordines revertamur.

CAP. IV. Dum aguntur antedicta per Gallias & Italiam, novi per Thracias exciti ſunt procinctus. Valens enim ut conſulto placuerat fratri, cujus regebatur arbitrio, arma concuſſit in Gothos, ratione juſta permotus: quòd auxilia miſere Procopio civilia bella cœptanti. Ergo convenit pauca ſuper harum origine regionum & ſitu transcurrere per brevem exceſſum. Erat Thraciarum deſcriptio facilis, ſi veteres concinerent ſtili: quorum obſcura varietas quoniam opus veritatem profeſſum non juvat, ſufficiet ea quæ vidiſſe meminimus expedire. Has terras immenſa quondam camporum placiditate aggerúmque altitudine fuiſſe porrectas, y Homeri perennis auctoritas docet, z Aquilonem & 2 Zephyrum ventos exinde flare fingentis: quod aut fabuloſum eſt, aut tractus antehac diffuſi latiſſimè, deſtinatique nationibus feris, cuncti Thraciarum vocabulo cenſebantur. Et partem earum habitavere Scordiſci, longè nunc ab iiſdem provinciis diſparati, ſævi quondam & truces, ut antiquitas docet, hoſtiis captivorum Bellonæ litantes & Marti, a humanúmque ſanguinem in oſſibus 3 capitum cavis bibentes avidiùs: quorum aſperitate poſt multiplices pugnarum ærumnas ſæpe res Romana vexata, b poſtremò omnem amiſit exercitum cum rectore. Sed ut nunc cernimus, eadem loca formata in cornuti ſideris modum, effingunt theatri faciem ſpecioſam. Cujus in ſummitate Occidentali montibus præruptis denſitate Succorum pateſcunt anguſtiæ, Thracias dirimentes & Daciam. Partem verò ſiniſtram arctois obnoxiam ſtellis 4 AEmimontanæ celſitudines claudunt, ut & Hiſter quà Romanum cæſpitem lambit, urbibus multis & caſtris contiguus & caſtellis. Per dextrum quod auſtrale eſt latus,

2 τὸ ventos *Steph. deeſt.* 3 *Mſ.* capitum cavis. 4 *Mſ.* Hæmimontanæ celſitudines clauduntur.

Martino Epiſcopo tribuit: & in capite IV. cum, cùm diœceſes viſitaret, *veſte hiſpida, nigro & pendulo pallio circumtectum* fuiſſe prodit, nec vehiculo, ac ne equo quidem, ſed *aſello ſuo* inſediſſe, & tantummodò *piſcem Paſchæ diebus edere conſueviſſe*: ut in Dialogi III. capite XIII. invenio.] *Valeſ.*

y *Homeri perennis auctoritas*] Iliad. IX.

Βορέης καὶ Ζέφυρος τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον
Ἐλθόντ᾽ ἐξαπίνης. Lindenbr.

z *Aquilonem & Zephyrum ventos exinde flare.*] Homeri verſum qui eſt in Il. 9. ſic explicat Strabo in lib. 1. ut Homerus non generaliter dixerit è Thracia Zephyrum flare; ſed tantùm incolis Thaſi, Lemni, ac Samothraciæ. Alii etiam aliter explicabant, ut ibidem refertur à Strabone. Sed fortaſſe & hoc dici poteſt, Homerum poëticâ licentiâ id dixiſſe. Nam Poëtæ omnes ventos è Thracia flare fabulantur, ibíque ventorum ſpecum eſſe: ut ſcribit ex Dionyſophane Scholiaſtes Apollonii pag. 39. & auctor Etymologici in Λεοντεύς. Valeſ.

a *Humanumque ſanguinem in oſſibus capitum humanis bibentes*] Rufus Feſt. *In Thraciæ regionibus etiam Scordiſci habitaverunt, pariter crudele & callidum genus. Multa de ſævitia prædictorum fabuloſa memorantur, quòd hoſtiis captivorum Diis ſuis aliquando libaverint, atque ſanguinem humanum in oſſibus capitum potare ſint ſoliti.* Florus lib. III. cap. 4. Vid. alia his ſimilia apud Herodot. lib. IV. & Auctorem libri περὶ τῶν καλῶν, Pomp. Melam lib. II. cap. 1. Solin. cap. 20. Iſidorum lib. IX. cap. 2. Paul. Vvarnefr. Hiſtor. Longobard. lib. 1. cap. 27. * Athenæum lib. 2. * *Lindenbr.*

b *Omnem amiſit exercitum cum rectore.*] C. Porcius Cato Conſul cùm Scordiſcis bellum intuliſſet, malè rem geſſit, ut ſcribit Eutropius in lib. 4. & Prologus libri 63. Titi Livii: exercitus enim (ſimile prodigio) pæne totus eſt interceptus, ut loquitur Florus in lib. 3. cap. 4. Dio in Fragmentis quæ nuper edidimus τὴν Κάτωνος συμφορὰν vocat. Sed nemo ex illis Scriptoribus Catonem

ſcopuli tenduntur Rhodopes: [c] unde [5] Eoum jubar exſurgit, finitur in fretum: cui undoſiùs ab Euxino Ponto labenti, pergentíque fluctibus reciprocis ad AEgæum, diſcidium panditur terrarum anguſtum. Ex angulo tamen Orientali Macedonicis jungitur collimitiis per artas præcipitéſque vias, [6] quæ cognominantur [d] Acontiſma: cui proxima [e] [f] Arethuſa convallis & ſtatio, in qua viſitur Euripidis ſepulcrum tragœdiarum ſublimitate conſpicui, & [g] Stagira, ubi Ariſtotelem, ut Tullius ait, fundentem aureum flumen, accepimus natum. Hæc quoque priſcis temporibus loca barbari tenuere, morum ſermonúmque varietate diſſimiles. E quibus præter alios ut immaniter efferati [7] timebantur Odryſæ, ita humanum fundere ſanguinem aſſueti, ut cùm hoſtium copia non daretur, ipſi inter epulas poſt cibi ſatietatem & potus, ſuis velut alienis corporibus imprimerent ferrum. Verùm auctâ Republicâ, dum Conſulare vigeret imperium, has gentes antehac ſemper indomitas, vagantéſque ſine cultu vel legibus, [h] Marcus Didius ingenti deſtinatione preſſit; Druſus intra fines continuit proprios; Minucius prope amnem Hebrum, à celſis Odryſarum montibus fluentem, ſuperatos prœlio ſtravit: poſt quos reſidui ab Appio Claudio Proconſule ſunt infeſta concertatione deleti. Oppida enim in Boſporo ſita & Propontide claſſes obtinuere Romanæ. [i] Advenit poſt hos Imperator Lucullus, qui cum [8] duriſſima gente Beſſorum conflixit omnium primus: eodémque impetu [k] AEmimontanos acriter reſiſtentes oppreſſit. Quo imminente, Thra-

5 *Mſ.* eo jubar. 6 *Al.* qua cognom. 7 *Al.* memorantur. 8 *Mſ* duriſſima.

Porcium in eo bello occubuiſſe ſcribit. *Valeſ.*

c *Vnde eorum jubar exſurgit*] Mſ. *Vnde eo jubar.* Scripſit Ammian. *unde eoum jubar*: quæ dicendi forma apud eum frequens. Sic lib. 18. *Ad tuendas partes Eoas.* Lib. xx. *Per Eoos tractus.* Lib. xxvii. *Per Eoum orbem, &c.* Lindenbr.

d *Acontiſma.*] Hunc aditum provinciæ Macedoniæ commemoravit in lib. 26. Fuit & Manſio in eo aditu ita dicta inter Topirum Rhodopæ, & Neapolim Macedoniæ opida: cujus meminit Antoninus in Itinerario. In Burdigalenſi Itinerario ſic notatur:

Civitas Topirum m. x.
Mut. Pardos m. 8. *finis Rhodopæ, & Macedoniæ.*
Manſio Acontiſma m. 9.

Sic enim ſcribendum eſt. Conſtantinus in lib. 2. περὶ θεμάτων Acontiſma inter urbes provinciæ Thraciæ numerat: cui non aſſentior. *Valeſ.*

e *Arethuſa convallis & ſtatio, in qua viſitur Euripidis ſepulcrum*] Plutarchus in Lycurgo, Pauſanias in Atticis, Plinius lib. xxxi. cap. 2. Dionyſius Antholog. lib. iii. * Vitruvius lib. 8. cap. 3. * *Lindenbr.*

f *Arethuſa convallis & ſtatio.*] Sic Gelenius edidit. At in codicibus * Mſſ. Vatic. Toloſ. * Regio [& Colbertino,] perinde ac in Auguſtana Editione ſcriptum reperi, *Arethuſa cures vales eſt ſtatio.* Unde ita ferè ſcriptum fuiſſe conjici poteſt, *Arethuſa circa valles eſt ſtatio.* Arethuſa urbs Græca in Macedonia recenſetur à Scylace Caryandeno. Ptolemæus Amphaxitidis opida numerat Ἀρέθουσα, ςάγειρα. In ea fuit mutatio curſus publici, ut ſcribitur in Burdigal. Itinerario ſic: *Manſ. Acontiſma* 9. *Mut. Neapolim m.* 9. *Civ. Philippis m.* x. *Mut. Ad duodecimum m.* 12. *Mut. Doberos m.* 7. *Civ. Amphipolim m.* 13. *Mut. Peripidis m.* x. *Ibi poſitus eſt Euripides poëta*: legendum eſt *Mutatio Arethuſa.* Valeſius. Sane quis neget ſic conjici poſſe? Sed quis etiam dicat tali conjecturæ ſententiam ſanam adeſſe? Erant hæc loca plena vallibus & collibus; ac tota quidem Thracia. An igitur hæc una per tam multiplices valles ſtatio? Quis id dixerit? aut quis recenſuit talem ſtationem, vel alteram circa montes. Haud dubie latet alterius hiſtoriæ alluſio. Mihi in mentem venit *Arethuſa arx Sitalcæ & ſtatio.* Gron.

g *Stagira ubi Ariſtotelem*] Pomp. Mela lib. ii. cap. 2. & alii plures. *Lindenbr.*

h *Marcus Didius, &c.*] Florus lib. iii. cap. 4. Rufus Feſt. *Marcus Didius vagantes Thracas repreſſit, Marcus Druſus intra fines proprios continuit, Minucius in Hebri fluminis glacie vaſtavit. Per Appium Claudium Proconſulem hi qui Rhodopen incolebant victi ſunt. Europæ maritimas urbes antea Romana claſſis obtinuit.* Idem.

i *Advenit poſt hos Imp. Lucullus*] Eutropius lib. vi. & alii. *Idem*

k *AEmimontanos acriter reſiſt.*] Hæc ferè omnia ex Rufi Feſti Breviario paucis immutatis tranſlata ſunt: ſic

ciæ omnes in ditionem veterum 9 tranſiere noſtrorum: hócque modo poſt procinctus ancipites, Reipub. 1 ſex provinciæ ſunt quæſitæ. Inter quas prima 1 m ex fronte quæ Illyriis eſt confinis, Thracia ſpeciali nomine appellatur: quam Philippopolis Eumolpias vetus, & Beroea amplæ civitates exornant. Poſt hanc AEmimontus Hadrianopolim habet, quæ dicebatur n Uſcudama, & Anchialon, civitates magnas. Dein o Myſia, ubi p Marcianopolis eſt, à ſorore Trajani Principis ita cognominata, & Doroſtorus, & Nicopolis, & q Odyſſus: juxtáque Scythia, r in qua celebriora ſunt 2 aliis oppida Dionyſopolis, & Tomi, & 3 ſ Calatis. Europa omnium ultima, præter municipia urbibus nitet duabus, t Apris & Perintho, quam Heracleam poſteritas dixit. Rhodopa huic adnexa Maximianopolim habet, & Maroneam, & v AEnum, quâ conditâ & relictâ AEneas Italiam auſpiciorum proſperitate perpetua 4 poſt

9 *Al* tranſivere. 1 *Al.* ex fronte quæ. 2 τὸ aliis *deeſt vulg.* 3 *Mſ.* Galati. 4 *Mſ.* τὸ poſt *deeſt.*

---

enim ait Feſtus: *M. Lucullus per Thracias cum Beſſis primùm conflixit. Ipſam caput gentis Thraciam vicit: AEmimontanos ſubegit: Eumolpiadam quæ nunc Philippopolis dicitur, Uſcadamam quæ modò Hadrianopolis nominatur, in ditionem noſtram redegit, Cabylem cepit, &c.* Sic enim in vetuſtiſſimo exemplari Bibliothecæ Regiæ hic locus Feſti perſcriptus eſt. *Valeſ.*

l *Sex provinciæ ſunt quæſitæ.*] Rufus Feſtus ſic habet, ut quidem in Mſ. Regio legitur: *Ita ditioni Reip. ſex Thraciarum provinciæ ſunt conquæſitæ: Thracia, AEmimontus, Mæſia inferior, Scythia, Rhodopa, Europa.* Et paullò ſuprà: *Per Appium Claudium Proconſulem, hi qui Rhodopam incolebant, victi ſunt.* In Itinerario Burdigalenſi *Rhodopea provincia* dicitur. In Notitia autem Imperii *Rhodopa*: ſic enim habet Mſ. *Idem.*

m *Quæ ex fronte Illyriis eſt confinis.*] Magis placet Codicis Regii [& Colbertini] * Toloſ. ac Vatic. * aliorúmque ſcriptura, *prima ex fronte, quæ Ill. &c.* Ait enim ex eo latere quod Illyrico contiguum eſt, primam è Thraciarum provinciis occurrere Thraciam próprié dictam, quod verum eſt: Thracia enim proprié dicta, Daciæ Illyrici provinciæ confinis eſt, ut ex Itinerario Burdigalenſi apparet. At in vulgata ſcriptura hæc verba *ex fronte* ſuperflua eſſent. Quòd ſi à fronte quæ Macedoniæ conterminat, cœpiſſet Ammianus, primam tunc Rhodopam poſuiſſet. *Idem.*

n *Uſcudoma.*] Rectiùs in exemplari Regio, * Toloſ. * [& Colb.] *Uſcudama*: ſic enim Feſtus, Jordanes & Marcellinus noſter alibi eam vocant. *Idem.*

o *Myſia.*] Hæc Mœſia inferior ſeu ſecunda appellatur, de qua Marcellinus in lib. XVII. cap. 12. *Pannonias Mæſiarúmque alteram cuneis incurſare diſperſis.* At ſuperior ſeu Mœſia prima inter provincias erat Illyrici, ut docet Notitia Imperii, & Rufus Feſtus. *Idem.*

p *Marcianopolis à ſorore Trajani*] Meminerunt civitatis Procopius de ædificiis, & Tabula vetus itineraria. De ſorore Trajani ita in antiqua inſcriptione: DIVI TRAJANI AUGUSTI ET MARCIANAE SORORIS AUG. * Cur autem ſororis nomine hanc urbem Trajanus appellarit, Jordanes narrat de rebus Geticis, pag. 50. De ſorore Trajani Plinius in Panegyr. * *Lindenbr.*

q *Odyſſus.*] Sic Ptolemæus appellat, & Procopius in lib. 4 de Fabricis. Sed Diodorus Siculus, & Strabo Odeſſum vocant Mileſiorum coloniam, inter Apolloniam & Callatim ex adverſo Heracleæ in Ponto nobiliſſimæ ſitam, ut ſcribit Diodorus in fine lib. XX. Quam ſcripturam firmant nummi veteres, quorum unum oſtendit mihi vir Clar. Johannes Triſtanus cum hac inſcriptione: ΘΕΟΥ. ΜΕΓΑΛΟΥ. & ad latus, ΟΔΗ. & alterum pulcherrimum in Theſauro Nobiliſſimi Aurelianenſium Principis ab ſe viſum eſſe teſtatus eſt inſcriptione integra: ΘΕΟΥ. ΜΕΓΑΛΟΥ. ΟΔΗϹΙΩΤΩΝ. Valeſ.

r *In qua celebriora ſunt aliis oppida*] *Celebria* eſſe antiquam lectionem, hoc eſt, haberi in Vaticano codice teſtatur Iſ. Voſſius ad Melam lib. II. cap. II. quæ perperam mutata ſit. *Gron.*

ſ *Et Calatis.*] Callatis geminato lambda ſcribi debet ex Ptolemæo, Procopio, Diodoro, Etymologico magno: quibus accedunt Tabula Peutingerorum, & Nummi veteres ΚΑΛΛΑΤΙΑΝΩΝ. Condita eſt ab Heracleenſibus in Ponto, ut ait Memnon & Strabo, & à vicina palude ſic nominata, ut ait Autor Etymologici. Κάλλατις, inquit, πόλις ἐστὶ κτισθεῖσα ὑπὸ ἡρακλεωτῶν. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς παρακειμένης λίμνης. Regius [& Colb.] codex hic ſcriptum habebat *Galati*: quomodo & in Rufi Feſti exemplaribus, & alibi dicitur: ut apud Diodorum in fine lib. 20. παρῆλθεν εἰς Ὀδησσὸν, ἣ κεῖται μεταξὺ τῆς Ἀπολλωνίας καὶ γαλατίας. ſcribe καλλάτιδος. Ptolemæus καλλατίαν vocat. *Valeſ.*

t *Apris.*] Ptolemæus in Thracia recenſet Ἄπρι· κολώνια ἡράκλεια. Procopius in lib 4. Goth. & Conſtantinus in lib. de Themat. ex Hierocle ἄπρον nominant. *Idem.*

v *AEnum quam conditam & relictam AEneas*] Pomp. Mela lib. II. cap. 2. *Eximia eſt AEnos ab AEnea profugo*

diuturnos

diuturnos occupavit errores. Conſtat autem, ut vulgavere rumores adſidui, omnes pæne agreſtes, qui per regiones prædictas montium circumcolunt altitudines, ſalubritate virium & prærogativâ quadam vitæ longiùs propagandæ nos anteire: ídque inde contingeres arbitrantur, quòd colluvione ciborum abſtinent calidis, & perenni viriditate roris aſperginibus gelidis corpora conſtringente, auræ purioris dulcedine potiuntur, radióſque Solis ſuapte naturâ vitales primi omnium ſentiunt, nullis adhuc maculis rerum humanarum [5] infectos. His ita digeſtis pedem referamus ad cœptum.

Cap. V. Procopio ſuperato in Phrygia, internarúmque diſſenſionum materiâ conſopitâ, Victor Magiſter equitum ad Gothos eſt miſſus, cogniturus apertè quam ob cauſam gens amica Romanis, [x] fœderibúſque [6] ingenuæ pacis obſtricta, armorum dederat adminicula bellum Principibus legitimis inferenti. Qui ut factum [7] firma defenſione purgarent, litteras ejuſdem obtulêre Procopii: ut generis Conſtantiniani propinquo imperium ſibi debitum ſumpſiſſe commemorantis, veniáque dignum aſſerentes errorem. Quibus eodem referente Victore compertis, Valens [8] parvi ducens excuſationem vaniſſimam, in eos ſigna commovit, motûs adventantis jam præſcios: & pubeſcente vere quæſito in unum exercitu, prope [y] Daphnem nomine munimentum eſt caſtra metatus: pontéque contabulato ſupra navium foros flumen tranſgreſſus eſt Hiſtrum, reſiſtentibus nullis. Jamque ſublatus fiduciâ, cùm ultro citróque diſcurrens nullum inveniret quem ſuperare poſſet vel terrere: omnes enim formidine perciti militis cum apparatu ambitioſo propinquantis, montes petivêre Serrorum arduos, & inacceſſos niſi perquam gnaris. [9] Ne igitur æſtate omni conſumpta ſine ullo remearet effectu, Arinthæo Magiſtro peditum miſſo cum prædatoriis globis, familiarum rapuit partem, quæ antequam ad dirupta venirent & flexuoſa capi potuerunt, per plana camporum errantes. Hócque tantùm quod fors dederat impetrato, rediit cum ſuis innoxius, nec illato gravi vulnere nec accepto. Anno ſecuto ingredi terras hoſtiles pari alacritate cona-

5 *Mſ.* infeſtos. 6 *Mſ.* juge. 7 *Al.* prima. 8 *Mſ.* parviducens. 9 τὸ igitur *in vulgatis libb. deeſt.*

---

condita. Procop. de AEdif. pag. 44. Stephan. in Αἴγεια. *Lindenbr.*

x *Fæderibus ingenuæ pacis obſtricta*] Mſ. *vige pacis.* Fortè ſcripſit Ammian. *fæderibus jugis pacis* ut inf. *juge ſilentium.* Vel *ingenuam pacem* vocat, quæ nullis ſophiſmatum technis fallit. Sed alterum rectius eſſe videtur. *Idem.*

y *Daphnem nomine munimentum.*] Daphne caſtrum fuit in Mœſia ſecunda, quod Conſtantinus Maximus adverſus Gothorum excurſus ædificavit, teſte Procopio in lib. 4. de operibus Juſtiniani. Unde in Nummis Conſtantini CONSTANTINIANA. DAFNE. dicitur, teſte Occone & Goltzio. Ad eodem caſtro dicti ſunt Balliſtarii Dafnenſes, & Conſtantini Dafnenſes inter militares numeros, qui Magiſtro militum per Thracias obtemperabant, ut legitur in Imperii Notitia. Procopius quidem hoc caſtrum in adverſa Danubii ripa collocare videtur ex adverſo Tranſmariſcæ caſtelli: ſic enim ait: μετὰ τὸ Κύντον τὸ Τρισμαρίσκας ὀχύρωμά ἐστιν, ὅπερ καταντικρὺ ἐν τῇ ἀντιπέραν ἠπείρῳ Κωνσταντῖνος ποτὲ Ῥωμαίων βασιλεὺς φρούριον οὐκ ἀπημελημένον ᾠκοδομήσατο Δάφνην ὄνομα, οὐκ ἀξύμφορον νενομικὼς ταύτῃ φυλάσσεσθαι τὸν ποταμὸν ἑκατέρωθεν. *Poſt Quintum Triſmariſcæ caſtellum ſequitur, cui ex adverſo in oppoſita continente Conſtantinus olim Imp. caſtrum non obſcurum exſtruxit, Daphnem nomine, è republica fore ratus, ſi utramque fluminis ripam eo modo cuſtodiret.* * Hæc cùm ego olim adnotâſſem, incidi poſtea in tomum III. Gret-

tus; fuſiùs Danubii gurgitibus vagatis impeditus, manſit immobilis, [z] [a] prope Carporum vicum ſtativis caſtris adusque autùmnum locatis emenſum. Unde, quia nihil agi potuit dirimente magnitudine fluentorum, Marcianopolim ad hiberna diſceſſit. Simili pertinacia tertio quoque anno [b] per Novidunum navibus ad tranſmittendum amnem connexis perrupto barbarico, continuatis itineribus longiùs agentes [c] Greuthungos bellicoſam gentem adgreſſus eſt: póſtque leviora certamina [d] [e] Athanaricum ea tempeſtate judicem potentiſſimum, auſum reſiſtere cum manu [f] quam ſibi crediderit abundare, extremorum metu coëgit in fugam: ipſéque cum omnibus ſuis Marcianopolim redivit, ad hiemem agendam ut in illis tractibus habilem. Aderant poſt diverſos triennii

ſeri de Cruce: ubi eadem à Gretſero obſérvata eſſe animadverti in libri 1. capite 31. * *Valeſ.*

z *Prope Carporum vicum*] Propemodum ex hiſce Ammiani verbis ſitum Carporum deprehendimus, quos vicinos fuiſſe Quadis veroſimiliter putat B. Rhenanus Rer. German. lib. 1. Certè poſt Quados, Aſtingos, Lacringos, etiam Κάρπων τὸ ἔθνος ſequuntur in Ecloga Legation. Petri Patr. pag. 16. *Lindenbr.*

a *Prope Carporum vicum.*] In Mœſia, ut videtur. Carpi enim à Galerio victi, deditione facta omnes in Rom. ſolum tranſlati ſunt, Tuſco & Anulino Coſſ. ut ait Victor, & Idatius, & Mamertinus in Panegyr. Conſtantio Cæſ. [*Corporum* ſcriptum eſt in Mſ. Colb. & quibuſd aliis.] *Valeſ.*

b *Per Novidunum.*] Caſtrum fuit in Scythia, ut docet Notitia Imperii Rom. & Procopius in lib. 4. de operibus publicis à Juſtiniano conditis, ubi omnes Thraciarum provincias cum caſtellis enumerat: Σκυθίας τρόσμις, ναϊδοῦνος, κάλλατις, &c. Ptolemæus Noviodunum Mœſiæ opidum fuiſſe ætate ſua teſtatur. * Hodie *Nivors*, teſte Cluverio in libri 3. capite 42. * Porro hoc tertio anno expeditionis Gothicæ, Valentiniano Nobil. puero & Victore Coſſ. Valentem Novioduni reſediſſe teſtantur lex 2. Cod. Th. de fiſci debitoribus, & lex 1. Cod. eod. de veſtibus holoveris. *Idem.*

c *Gruthungos bellicoſam gentem*] Lib. XXXI. *Gruthungis confinis Tanaitas -- tempus opportunum nacti Gruthungi.* Sic enim meliores codd. Mira autem in hoc nomine variatio: inter quas tamen tot diverſitates proximior ad Ammiani ſcripturam Zoſimus, qui eos *Prothingos* vocat lib. IV. Ἔθνος τι Σκυθικὸν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον ἐφάνη πᾶσιν ἄγνωστον τοῖς ἐκεῖσε νόμασιν. Ἐκάλουν δὲ Προθίγγους αὐτοὺς οἱ ταύτῃ βάρβαροι Iidem Claudiano *Gothunni* ſunt, in IV. Conſul. Honorii:

Auſi Danubium quondam tranſnare Gothunni,
In lintres fregere nemus.

* Idem in Eutrop. lib. 2. *Oſtrogothis* (ita leg. vulg. *Aſtrogothis*) *colitur miſtiſque Gothunnis Phryx ager.* Et poſtea: *Bene rura Gothunnus Excolet.* At *Gauthunni* Fl. Vopiſco in Probo; & *Vithungi* Sidonio Apoll. Carm. VII. *Trutungi* Pollioni in Claudio. Quinetiam *Juthungi* (de quibus Ammian. lib. XVII) iidem cum hiſce *Gruthungis* ſive *Prothungis*, eſſe videntur. *Lindenbr.*

d *Athanaricum ea tempeſtate Judicem potentiſſimum*] Non protritum hoc dicendi genus, ut *Judices* vocentur celſiores poteſtates. * In Letania Bavonis Abbatis Corbeienſ. *Omnibus Judicibus & cuncto exercitui Francorum vita & victoria.* * Quo ſignificatu vox hæc non ſemel ab Ammiano uſurpatur. Lib XXIX. *Adventu itaque plurium copiarum animati Judices.* Et de hoc ipſo Athanarico lib. XXX. *Athanaricus Thervingorum Judex.* Lib. XVII. *Vehebant cum Armigeris Principem, gentiſque Judicem.* * Concil. Afric. c. 61. Salvianus lib. 5. ubi de Bagaudis. Eodem libro pag. 116. *Judices variis populis præſidentes.* Jordanes de Regnor. Succeſſ. pag. 141. *Cyrillo, Marcello, Fara, aliiſque diverſis Judicibus dolo peremptis, in Ducem Salomonem ſæviebat.* Freculfus lib. 3. cap. 6. *Miſit in Hiſpaniam Judices.* Oroſ. lib. 7. cap. 42. *Africam ſtrenuè adverſum Judices ab eo miſſos tutatus eſt.* Quo ſenſu etiam pag. 146. *Iudices partim donis, partim blanditiis ſibi conſociat.* Ammian. lib. 17. pag. 179. *Optimates & Judices.* Hæc verò loquendi forma ex eo manat, quòd qui aries vel dux gregis dicitur, à Græcis appellatur Κριὸς ἀπὸ τοῦ κρίνειν. Artemidor. lib. 2. cap. 12. *Idem Judex & Dux idem.* Vid. Synod. Chalced. pag. 44. Marculf. Formul pag. 459. Panegyr. Mamertini in Julian. *Iudicum nomine à nefariis latronibus obtinebantur.* * De Athanaricho autem Zoſimus lib. IV. Ἀθανάριχόν τε παντὸς τοῦ βασιλείου τῶν Σκυθῶν ἄρχοντα γένους. Ammianus iterum lib. XXXI. *Alani Judices etiamnunc eligunt diuturno bellandi uſu ſpectatos.* Idem.

e *Athanaricum judicem potentiſſimum.*] Sic Gothorum Reges ſpreta Regis appellatione Judices dici malebant. De Athanarico id teſtatur Themiſtius in Orat. X. ad Valentem, quam ei poſt pacem cum Gothis initam dixit, Valentiniano III. & Valente III. Coſſ. οὕτω γοῦν τὴν μὲν τοῦ βασιλέως ἐπωνυμίαν ἀπαξιοῖ, τὴν τοῦ δικαστοῦ δὲ ἀγαπᾷ· ὡς ἐκεῖνο μὲν δυνάμεως πρόσρημα, τὸ δὲ σοφίας. *Idcirco enim Regis appellationem repudiat, uſurpat Judicis, tamquam hæc quidem potentiæ, illa verò ſapientiæ propria ſit.* Ceterùm in codice Regio *Adatharicus* hic Gothorum Rex ſemper dicitur. Auguſtana Editio hoc in loco *ad Athanaricum* præfert. [Codex Colbert *Adatharicum*, *Adathanirihcum*, & *Mathanaricum*.] Valeſ.

f *Quam ſibi crediderit*] *iv. crediderat.* Lindenbr.

caſus finiendi belli materiæ tempeſtivæ. Prima, quòd ex Principis diuturna permanſione metus augebatur hoſtilis: dein quòd g commerciis vetitis, ultimâ neceſſariorum inopiâ barbari ſtringebantur: adeo ut legatos ſupplices ſæpe mittentes 1 venialem poſcerent pacem. Quibus Imperator rudis quidem, verùm ſpectator adhuc æquiſſimus rerum, antequam adulationum perniciofis illecebris captus Remp. funeribus perpetuò deflendis affligeret, in commune conſultans pacem dare oportere decrevit. 2 Miſsique viciſſim Victor & Arinthæus, qui tunc equeſtrem ac pedeſtrem h militiam agebant: qui cùm propoſitis condicionibus aſſentiri Gothos docuiſſent litteris veris, præſtituitur componendæ 3 paci conveniens locus. Et quoniam aſſerebat Athanaricus ſub timenda exſecratione 4 jurisjurandi ſe eſſe obſtrictum, mandatíſque prohibitum patris, ne ſolum calcaret aliquando Romanorum, & adigi non poterat, indecorúmque erat & vile ad eum Imperatorem tranſire: rectè noſcentibus placuit, i navibus remigio directis in medium flumen, quæ vehebant cum armigeris Principem, gentíſque judicem inde cum ſuis, fœderari ut ſtatutum eſt pacem. Hócque compoſito & acceptis obſidibus, Valens k Conſtantinopolim rediit: ubi poſtea l Athanaricus proximorum factione genitalibus terris expulſus, fatali ſorte deceſſit, & ambitioſis exſequiis ritu ſepultus eſt noſtro.

1 *Mſ.* venalem poſcerent praecem. 2 *Al.* Emiſitque viciſſim Victorem & Arintheum. 3 *Mſ.* pacis. 4 *Mſ.* jurandi.

---

g *Commerciis vetitis.*] Romani veteres prudentiæ civilis magiſtri, fœderatis barbaris maximi beneficii loco commercandi in ſolo Rom. copiam dabant. Sed ne mercaturæ ſpecie barbari, utpote naturâ perfidi, inſidias ſtruerent, néve interna Reip. curioſiùs introſpicerent, certa in limite opida ei rei ſtatuebant, & quibus diebus ac quoties convenire cis cum Rom. liceret, præſcribere ſolebant, * cuſtodes quoque eiſdem apponebant Centuriones, qui eos deducerent: * ut de Marco & de Commodo ſcribit Dio in lib. 71. & 72. ubi de pace cum Marcomannis & cum Buris facta loquitur *: & ante eum Tacitus in libro IV. Hiſt. & in libro de Moribus Germanorum, de Hermunduris. * Et Gothis quidem initio certa in limite opida, in quibus commercarentur, præſtituta eſſe, dubium non eſt. Poſtremo tamen fœdere id à Rom. obtinuerant, ubicumque demum vellent, ibi commercatum ut exercere ſibi liceret, ut ſcribit Themiſtius in Orat. x. Sed Valens in pace illa quam cum Athanarico percuſſit, in duobus dumtaxat opidis ad Hiſtrum ſitis commercandi jus Gothis dedit, teſte ibidem Themiſtio. De his mercatibus ad Hiſtrum Dexippus, Priſcus paſſim, & Malchus in Hiſtoriis loquuntur. *Valeſ.*

h *Militiam agebant, qui.*] Tria hæc verba abſunt à codice Regio & Vat. [& Colb.] ultimum verò etiam ab Editione Auguſtana. Certè longè elegantius legetur hoc modo: *Miſſique viciſſim Victor & Arinthæus, qui tunc equeſtrem ac pedeſtrem militiam agebant; cùm propoſitis condicionibus, &c.* Victor enim Magiſter equitum, Arinthæus peditum erat, ut proximè dixit Marcellinus. *Idem.*

i *Navibus directis in medium flumen fœderari pacem*] Guicciardinus in lib. 2. ſcribit, Ludovicum Sfortiam Mediol. D. cùm à Carolo Rege Francorum in colloquium vocaretur, ad vitandas fraudes & inſidias ambos ſuo quemque lembo in medium flumen devehi, ac ibi colloquium haberi maluiſſe. Themiſtius Oratione v. de hac ipſa re loquitur, quum unam navem in qua Imperator (Valens) pacem fecit, Xerxis cum maximo exercitu Helleſpontum tranſeuntis claſſi præferendam eſſe affirmat. * *Lindenbr.*

k *Conſtantinopolim rediit, ubi poſtea Athanaricus prox. fact. genit. ter. exp. fat. ſort. deceſſit.*] Sub Theodoſio Imp. Athanaricus Conſtantinopolim venit, à quo etiam regio ſupremitatis honore ſepultus, cùm eodem quo venerat menſe mortuus eſſet. Zoſimus lib. IV. Ὡς Θεοδόσιον ἔδραμεν ἀρτίως ἀπαλλαγέντα νόσου, τὸν βίον αὐτῷ καταστησάσης εἰς ἀμφίβολον, ὁ φιλοφρόνως μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ βαρβάρων ἐδέξατο, πόρρω που τῆς Κωνσταντινουπόλεως περιελθών. Καὶ [illegible] ῥῆμα τελευτήσαντα, ταφῇ βασιλικῇ περιέστειλε. Vide Marcellinum Com. in Chron. Paulum Oroſ. lib. VII. cap. 34. Hiſtor. Miſcell. lib. XII. *Idem.*

l *Athanaric proxim. factione gen. terr. expulſus*] Gothi duce Fritigerno cùm Hiſtrum trajicere, & in Achajam ſe effundere decreviſſent, Athanaricum, qui Romanis fidem inviolatam ſervabat, priùs expellendum è ſedibus ſuis putarunt, ne Romanorum copiis à fronte occurrentibus, ille à tergo ſibi immineret. Pulſus ita-

CAP. VI. Inter hæc Valentiniano magnitudine quaſſato morborum, agitantéque extrema, [m] convivio occultiore Gallorum qui aderant in commilitio Principis, ad imperium Ruſticus Julianus tunc Magiſter memoriæ poſcebatur, quaſi afflatu quodam furoris beſtiarum more humani ſanguinis avidus, ut oſtenderat cùm Proconſulari poteſtate regeret Africam. In præfectura enim Urbana, quam adhuc adminiſtrans exſtinctus eſt, [n] tempus anceps metuens tyrannidis, cujus arbitrio tamquam inter dignorum inopiam ad id [5] eſſcenderat culmen, lenis videri cogebatur & mollior. Contra hos nitebantur aliqui ſtudiis altioribus in favorem Severi Magiſtri tunc peditum, ut apti ad hoc impetrandum: qui licèt aſper eſſet & formidatus, tolerabilior tamen fuit, & præferendus modis omnibus antedicto. [6] Sed dum hæc cogitantur incaſſum, Imperator remediis multiplicibus recreatus, vixque ſe mortis periculo contemplans extractum: Gratianum filium ſuum adulto jam proximum, inſignibus principatûs ornare meditabatur. Et paratis omnibus, militéque firmato ut animis id acciperet promptis, cùm Gratianus veniſſet, progreſſus in campum [o] tribunal aſſcendit: ſplendoréque nobilium circumdatus poteſtatum, dexterâ puerum apprehenſum productúmque in medium, oratione concionaria deſtinatum Imperatorem exercitui commendavit. [p] *Fauſtum erga me veſtri favoris indicium,*

5 *Mſ.* deſcenderat. *Forſan in antiquis codicibus ſcriptum fuit* eſcenderat, *ut ſuprà: idque in aliis libris jam olim quoque obſervatum fuit.* 6 *Al.* ſed cùm.

---

que Athanaricus, Conſtantinop. cum ſuis ad Theodoſium confugit: à quo benignè ſuſceptus, cùm eodem menſe deceſſiſſet, regali ſepultura ab Imp. honoratus eſt: quâ magnificentiâ capti Gothi, qui cum Athanarico venerant, fortiter deinceps pro Theodoſio pugnarunt, út ſcribit Zoſimus in lib. 4. Contigit Athanarici obitus anno Dom. 381. Syagrio & Eucherio Coſſ. teſte Idario, & Marcellino Comite. * Ejus rei meminit S. Ambroſius in procemio librorum de Spiritu ſancto ad Gratianum Aug. *Nam etiam Conſtantinopolis jam Dei verbum recepit, & evidentia meruit tui documenta judicii. Etenim quamdiu venena Arianorum ſuis fovebat incluſa viſceribus, bellis finitimis inquieta, muros armis circumſonabat hoſtilibus. Poſtea verò quàm fidei exſules abdicavit, hoſtem ipſum,* (id eſt Athanaricum Regem cum ſuis) *quem Regnum* (id eſt Imperium Rom. in Oriente) *ſemper timere conſueverat, deditum vidit, ſupplicem recepit, morientem obruit, ſepultum poſſidet.* * Valeſ.

m *Convivio occultiore Gallorum.*] Sic Gelenius edidit ex conjectura, ut opinor. Nam in codice quidem Regio [& Colbert.] ſcriptum reperi *convii occult.* * In Toloſ. Mſ. ſcriptum inveni, *colloquio occultiore Gall.* ut loquitur Marcellinus initio libri xxx. * In Auguſtana autem Editione *concitatione Gall:* Equidem ſi conjecturæ indulgere licet, libentiùs legerem *conſilio occult. Gallorum.* Valeſius. Admodum manifeſtæ ſunt Regii & Colbertini codicis veſtigia, quam ut non appareat, quo dirigant, nempe *coitu*, ut maluit Ammianus pro coitione, quam ſciebat priſcorum comitiorum propriam vocem fuiſſe, etſi non utique ſic uſurpatam. *Gron.*

n *Tempus anceps metuens tyrannidis.*] Maximi tyrannidem intelligit, qui occiſo Gratiano imperium quinquennio tenuit. Idem cùm Valentinianum Juniorem Gratiani fratrem acie ſuperaſſet, Italiam cum Roma occupavit, Valentiniano III. & Eutropio Coſſ. ut docet Sulpicius in lib. 1. de vita Martini, & Sozomenus in lib. 7. Eodémque anno Ruſticum Julianum Præfectum Urbi promovit. Fuit autem hic Julianus vir Græcè & Latinè doctiſſimus, ut teſtatur Symmachus in lib. 3. Epiſtol. Proconſul Africæ fuit Gratiano II. & Probo Coſſ. ut docet lex. 2. Cod. Theod. de ſcenicis, & anno ſequenti Modeſto & Arinthæo Coſſ. ut eſt in lege 12. Cod. Theod. de diverſ. off. *Valeſ.*

o *Tribunal aſſcendit*] In codice Vaticano ſunt hæ literæ *tribunale ſe condit*, apertis indiciis ſignificantes *tribunal eſcendit*, ut ſupra. *Gron.*

p *Auctum erga me.*] In * codice Toloſ. * & in Editione Auguſt. legitur *hauſtum erga me.* In Fauchetii autem libro [& in Colbert.] *Fauſtum, &c.* Ego verò ſic ſcribendum exiſtimo: *Fauſto erga me v. favoris indicio hunc loci princip. circumferens habitum, quo potior aliis judicatus ſum multis & claris, conſil. ſociis votorumque auſpicibus vobis pietatis officium aggrediar tempeſtivum, &c.* Certè codex Reg. [& Colb.] cum Editione Aug. ſcriptum habet *tempeſtivum.* Valeſius. Nimis apte & eleganter habitum illum Imperatorium Valentinianus dixit indicium favoris militaris per epexegeſin, quam ut mutare id quiſquam doctus cupiat. *Gron.*

hunc loci principalis circumferens habitum, quo potior aliis judicatus ſum multis & claris: conſiliorum ſociis votorúmque auſpicibus vobis, pietatis officium adgrediar tempeſtivum, proſpera Deo ſpondente: cujus ſempiternis auxiliis ſtabit Romana res inconcuſſa. Accipite igitur, quæſo, placidis mentibus, viri fortiſſimi, deſiderium noſtrum, id reputantes, quòd hæc quæ fieri caritatis ſanciunt jura, non tantùm tranſire voluimus per conſcientiam veſtram, verum etiam probata firmari, ut congrua nobis & profutura. Gratianum hunc meum adultum, quem diu verſatum inter liberos veſtros commune diligitis pignus, undique muniendæ tranquillitatis publicæ causâ in Auguſtum ſumere commilitium paro, ſi propitia cœleſtis numinis veſtræque majeſtatis voluntas parentis amorem juverit præeuntem: non rigido cultu ab incunabulis ipſis ut nos educatum, nec tolerantiâ rerum coalitum aſperarum, nec capacem adhuc Martii pulveris, ut videtis: ſed familiæ ſuæ laudibus majorúmque factis præſtantibus concinentem, [q] potioribus ([r] invidiæ metu dicitur) protinus [7] ſuccreturum. Ut enim mihi videri ſolet, mores ejus & appetitus, licèt nondum maturos ſæpe penſanti: ineunte adoleſcentiâ, quoniam humanitate & ſtudiis diſciplinarum ſollertium eſt politus, librabit ſuffragiis puris merita rectè secúſve factorum: faciet ut ſciant ſe boni intelligi: in pulchra facinora procurſabit, ſignis militaribus & aquilis adhæſurus: Solem nivéſque & pruinas & ſitim perferet & vigilias: caſtris ſi neceſſitas adegerit, aliquotiens propugnabit: ſalutem pro periculorum ſociis objectabit: & quod pietatis ſummum primúmque munus eſt, [ſ] Remp. ut domum paternam diligere poterit & avitam. Nondum finita oratione dictis cum aſſenſu læto auditis, [t] pro ſuo quiſque loco & animo milites alius alium anteire feſtinans, tamquam utilitatis & gaudiorum participes Gratianum declararunt Auguſtum, claſſicorum ampliſſimo ſonu blandum fragorem miſcentes armorum. Quo viſo majore fiducia Valentinianus exſultans, coronâ indumentíſque ſupremæ fortunæ ornatum filium oſculatus, jámque fulgore conſpicuum, alloquitur advertentem quæ [8] dicebantur. *En*, inquit, *habes mi Gratiane amictus, ut ſperavimus omnes, Au-*

7 Al. *ſurrepturum.* 8 *Mſ.* dicebantur.

q *Paucioribus invidiæ metu.*] Hunc locum ſic emendandum eſſe non dubito, *potioribus invidiæ metu, ut dicitur, protinus ſuccreturum.* Quod loquendi genus ſumptum videtur ex Livii lib. x. apud quem Fabius hæc dicit, *& ſe ſeniorum gloriæ ſuccreviſſe, & ad ſuam gloriam conſurgentes alios lætum adſpicere.* Sic etiam ferè Marcellinus in lib. 14. de Urſicini liberis, *ſuccreſcere imperio adultos ejus liberos muſſitantes.* Valeſ.

r *Invidiæ metu.*] Proverbiale id eſſe loquendi genus indicat Marcellinus: pro quo antiqui dicebant præfiſcine, id eſt ἀβασκάντως, teſte Chariſio, quoties aut ſe ipſi aut alterum quempiam laudabant. Græci dicere ſolebant τὴν ἀδραστείαν προσκυνῶ. Euripides in Rhœſo; σὺν δ' ἀδραστείᾳ λέγω. Credebant enim Adraſtiam ſeu Nemeſin, quæ eadem cum invidia eſt, ut ad libr. 14. notavi, hominibus nimium ſibi arrogantibus imminere. *Idem.*

ſ *Rempub. ut domum paternam diligere poterit & avitam*] Lib. xxxi. *Provinciarum æquiſſimus tutor, quarum ſingulas ut domum propriam cuſtodiebat indemnes.* Iſocrates ad Nicocl. Διοίκει τὴν πόλιν ὁμοίως ὥσπερ τὸν πατρῷον οἶκον. Hadrianus Imp. dicebat, *ita ſe Rempub. geſturum, ut ſciret populi rem eſſe non propriam.* Lindenbr.

t *Pro ſuo quisque loco animo læto.*] Cùm ultima vox abſit à codice Regio, * Toloſ. * [& Colbert.] eo adducor ut credam ſic à Marcellino ſcriptum fuiſſe, *pro ſuo quiſque loco & animo milites, &c.* quemadmodum loqui-

guſtos, meo commilitonúmque noſtrorum arbitrio delatos ominibus fauſtis. [v] *Accingere igitur pro rerum urgentium pondere, ut patris patruique collega: & aſſueſce impavidus penetrare cum agminibus peditum gelu pervios Hiſtrum & Rhenum: armatis tuis proximus ſtare: ſanguinem ſpiritúmque conſideratè pro his impendere, quos regis: nihil alienum putare quod ad Romani Imperii pertinet latus. Hæc pro tempore præcepiſſe ſufficiet, cetera monere non deſinam. Nunc reliqui vos eſtis rerum maximi defenſores: quos rogo & obteſtor, ut adcreſcentem Imperatorem fidei veſtræ commiſſum ſervetis affectione fundata.* His dictis ſollemnitate omni firmatis, [x] Eupraxius Cæſarienſis Maurus, Magiſter ea tempeſtate memoriæ, primus omnium exclamavit, *Familia Gratiani hoc meretur:* ſtatímque promotus Quæſtor, multa & prudentibus æmulanda bonæ fiduciæ reliquit exempla, nuſquam à ſtatu naturæ diſcedens intrepidæ, ſed conſtans ſemper [y] [z] legúmque ſimilis, quas omnibus una eadémque voce loqui in multiplicibus advertimus cauſis: qui tunc magis in ſuſcepta parte juſtitiæ permanebat, cùm eum recta monentem exagitaret minax Imperator & nimius. Conſurrectum eſt poſt hæc in laudes majoris Principis & novelli: [a] ma-

tur in lib. 14. cap. 10. *Valeſ.*

[v *Accingere igitur pro rerum urgentium pondere, &c.*] Imperator Romanus quotieſcumque poteſtatis conſortem ſibi parabat adjungere, ſive Auguſtum, ſive Cæſarem tantùm: primò convocatos milites pro Tribunali alloquebatur, ut eorum conſenſum obtineret: deinde verbis & donativi pollicitatione compos factus votorum ſuorum, novum Auguſtum vel Cæſarem, depoſita veſte privata tum demum purpurâ ornatum, ſenior Imperator alloquebatur, & ad bene fortiterque regendam Remp. coram exercitu hortabatur. Ita Conſtantius ſe geſſit, in nuncupatione Juliani Cæſaris, ut ſcribit Marcellinus in libro xv. Ita ſe geſſit & Valentinianus in nuncupatione Gratiani Aug. ut idem in hoc loco ac libro tradit. Honorium in Tribunali Hebdomi Auguſtum appellatum Theodoſius quoque, apud Claudianum de IV. Conſulatu Honorii, longa oratione alloquitur, ac præceptis ſalubribus inſtruit, ſed domi. Imperatores appellatos Juſtinus Tiberium, Tiberius Mauricium publicè in Tribunali ſunt allocuti. Carolus Magnus Ludovicum, conſortem Imperii de communi omnium ſententia conſtitutum præceptis ſimiliter coram cunctis inſtruxit, ut apud Theganum, ac in Chronico Moiſſiacenſi, & in Vita Ludovici Pii reperio. Hæc pauca de multis exempla ſufficient.] *Idem.*

x *Eupraxius Cæſarienſis Maurus.*] Id eſt, è Cæſarienſi Mauritania, * vel potiùs è Cæſarea Mauritaniæ. Sic *Neapolitanos Palæſtinenſes* dicit Spartianus in Severo Aug. * Hic autem Eupraxius poſtea Quæſtor ſacri Palatii fuit: tandemque Præfectus Urbi poſt Conſulatum Gratiani III. & AEquitii, ut eſt in Codice Theod. Ejus Præfecturam memorat & Symmachus in Ep. 45. lib. x. ſed corruptè ibi *Cupraſius* exaratur; [in Mſ. Colb. *Utpraxius.*] Idem.

y *Legum ſimilis, quas omnibus una eademque voce loqui in multiplicib. advertimus cauſis.*] * Ad imitationem Ciceron. de Officiis lib. 2. *Leges ſunt inventæ, quæ cum omnibus ſemper una atque eadem voce loquerentur.* Inde Livius lib. 1. *Leges rem ſurdam atque inexorabilem* dicit. * Eleganter Seneca: *Legis vultum omnibus exhibere.* * Seneca de Ira cap. 16. *Procedam in tribunal, non furens, nec infeſtus, ſed vultu legis.* * Indubiè autem ad Demoſthenis verba reſpexit, Oratione α. καθ' Ἀριστογείτ. Ἅπας ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, κἂν μεγάλην πόλιν οἰκῶσι, κἂν μικρὰν, φύσει καὶ νόμοις διοικεῖται. Τούτων δὲ ἡ μὲν φύσις ἐστὶν ἄτακτον καὶ ἀνώμαλον, καὶ κατ' ἄνδρα ἕκαστον ἴδιον τοῦ ἔχοντος. οἱ δὲ νόμοι κοινὸν καὶ τεταγμένον τὸ πᾶσιν. Lindenbr.

z *Legumque ſimilis, quas una eademque voce omnibus loqui.*] Hoc ſumptum eſt è Cicerone, qui in lib. 2. de Officiis ſic ait: *Cùm id non contingeret, leges ſunt inventæ: quæ cum omnibus ſemper una atque eadem voce loquuntur.* Idem Cicero in lib. 1. de Officiis, *Optandúmque*, ait, *ut ii qui præſunt Reip. legum ſimiles ſint, quæ ad puniendum non iracundiâ, ſed æquitate ducuntur.* Cui ſententiæ affine eſt illud apud T. Livium in principio lib. 2. *Leges rem ſurdam & inexorabilem eſſe, ſalubriorem inopi quàm potenti: nil laxamenti nec veniæ habere, ſi modum exceſſeris.* Et hæc apud Dionem Chryſoſt. in Orat. de ſervitute: καὶ μὴν ὁ μὲν νόμος αὐστηρός ἐστι καὶ ἀπηνής. ἔθους δὲ οὐδὲν ἥδιον. καθόλου τοὺς μὲν νόμους ἐᾶσι ποιεῖν δούλην πολιτείαν. Valeſ.

a *Maximeque pueri.*] Vix tum novennis erat Gratianus, cùm Auguſtus à patre Valentiniano declaratus eſt. Natus enim fuerat Euſebio & Hypatio Coſſ. anno Natalis Dominici 359. die IV. Cal. Maias, ut ſcribit Idatius in Faſtis. In Chronico Alexandrino x. Cal. Junias legitur. Auguſtus autem nuncupatus eſt in Galliis apud Ambianos, Lupicino & Jovino Coſſ. anno Domini 367. die 9. Cal. Septemb. ut Idatius & Socrates, & auctor Alex-

ximéque pueri, quem oculorum flagrantior lux commendabat, vultúſque & reliqui corporis jucundiſſimus nitor, & egregia pectoris indoles: quæ Imperatorem impleſſet cum veterum lectiſſimis comparandum, ſi per fata proximóſque [9] licuiſſet, qui virtutem ejus etiamtum inſtabilem [1] obnubilarunt actibus pravis. In hoc tamen negotio Valentinianus morem inſtitutum antiquitus ſupergreſſus, non Cæſares ſed [b] Auguſtos germanum nuncupavit & filium, benivolè ſatis. [c] Nec enim quiſquam antehac adſcivit ſibi pari poteſtate collegam, [d] præter Principem Marcum, [e] qui Verum adoptivum fratrem abſque diminutione aliqua auctoritatis Imperatoriæ ſocium fecit.

CAP. VII. His ex ſententia [2] Rectoris & militum ordinatis, vix dies interceſsêre pauci, cùm Mamertinum Præfectum Prætorio ab Urbe regreſſum, quò quædam perrexerat correcturus, [f] Avitianus ex Vicario peculatûs detulerat reum. Cùi ideo [g] Vulcatius ſucceſſit Rufinus omni ex parte perfectus, & velut apicem ſenectutis honoratæ prætendens, ſed lucrandi opportunas occaſiones occultationis ſpe numquam prætermittens. Qui nactus copiam Principis, Orfitum ex Præfecto Urbis ſolutum exſilio, patrimonii redintegra-

9 *Al.* licuiſſet & qui. 1 *Mſ.* adnubilarunt. 2 *Mſ.* ectoris.

Chronici conſentiunt. Ceterùm Gratianus urbem Ambianos in qua appellatus erat Auguſtus, poſtea ſtudiosè auxit & muniit, adeo ut ejus urbis conditor dicatur à Sigeberto in Chronico. *Valeſ.*

b *Auguſtos germanum nuncup. & filium.*] De hac prolixa Valentiniani liberalitate exſtat inter Sacra Poëmata Precatio Paullini Epiſcopi pro ſalute Auguſtorum, ubi hi leguntur verſus:

Talem terrenis ſpeciem ſpectamus in oris:
Auguſtus genitor, geminûm ſator Auguſtorum,
Qui fratrem natúmque pio complexus utrumque
Numine, partitur Regnum, neque dividit unum,
Omnia ſolus habens, atque omnia dilargitus.

Sed id carmen non Paullini, ſed Auſonii eſt, exſtatque inter ejus opera ſub hoc titulo, *Verſus Paſchales.* Huic Auſonii loco ſimillimus eſt alter Themiſtii in Orat. xv. ad Valentem, quæ φιλάδελφος inſcribitur: ὁ δὲ τέλεια μὲν λαβὼν, τέλεια δὲ νείμας· ἀδελφὸς καὶ πατὴρ, τὸ μὲν ἐκ τῆς φύσεως, τὸ δὲ αὐτὸς ποιήσας, ἴσα μὲν ἐδωρήσατο, σύμπαντα δὲ ἔχει διὰ εὐπείθειαν τοῦ κοινωνήσαντος. *Hic verò*, (Valentinianus) *qui cùm integrum accepiſſet, integrum diviſit: frater tuus ſimulque pater, quorum alterum à natura habet, alterum ipſe fecit ſibi: licèt æqualia ſit largitus, univerſa tamen retinet, ob ejus quem participem Imperii fecit obedientiam.* Idem.

c *Nec enim quiſquam antehac adſcivit ſibi pari poteſtate collegam, præter Principem Marcum*] Rufus Feſtus: *Marcus & Verus, hoc eſt, ſocer & gener pariter Auguſti, imperium orbis æquata primùm poteſtate tenuerunt.* Vide Spartianum in Hadriano, Capitolinum in Anton. Philoſ. & in Vero Impp. *Lindenbr.*

d *Præter Principem Marcum.*] Atqui nonne etiam Severus Baſſianum & Getam filios Auguſtos nuncupavit, teſte Herodiano in lib. 3. Quòd ſi quis ab exercitu, non autem à Severo appellatos eſſe Auguſtos cavillabitur, ut ſcribit Spartianus in Severo; tum Diocletiani exemplum opponam, qui Maximianum Herculium collegam Auguſti imperii ſibi adjunxit. Sed reſponderi poteſt, nec Diocletianum, nec Severum collegas ſibi Auguſtos ſtatim adſciviſſe, ſed initio Cæſares tantùm, ut de Baſſiano quidem ac Geta ſcribit Spartianus; de Maximiano autem Eutropius. At Valentinianus fratrem ac filium non Cæſares primùm, ac deinde Auguſtos; ſed ſtatim Auguſtos creavit. *Valeſ.*

e *Qui Verum adoptivum fratrem.*] Eutropius in lib. 8. *Tuncque primùm*, ait, *Romana Reſp. duobus æquo jure imperium adminiſtrantibus paruit.* Idem ſcribit Oroſius in lib. 7. Ceterûm notandum eſt, eum qui hîc Verus dicitur, à Græcis ferè Lucium dici: & qui Marcus, cum Verum ferè nominari. Sic apud Zoſimum in lib. 1. ἡ τῶν ἀδελφῶν συνωρὶς Βήρου καὶ Λουκίου: & apud Julianum in Cæſaribus. Dio quidem, & Galenus de libris ſuis, & contra eos qui de typis ſcripſere, & Hieronymus in Chronico eum qui Marcus dicitur, Verum appellant. Errátque Scaliger, qui ita appellatum eſſe Marcum negat, in Notis ad Euſebii Chronicum. *Idem.*

f *Avitianus ex Vicario.*] Ex Vicario Africæ ſcilicet: fuerat enim Avitianus Vicarius Africæ, Juliano IV. & Salluſtio Coſſ. ut legitur in Codice Theod. lege xv. de curſu publico, & lege 2. de itinere muniendo. Avitianus quidam Comes memoratur à Sulpicio in 3. Dialogi de Virtutibus B. Martini capite v. vir *barbaræ nimis & ultra omnes cruentæ feritatis.* Idem.

g *Vulcatius ſucceſſit Rufinus.*] Lupicino & Jovino Coſſ. quo anno reſcriptum exſtat Valentiniani ad eumdem directum in Cod. Theod. de Advocato Fiſci. *Idem.*

tâ jacturâ, remitti fecit in lares. Et quamquam [h] Valentinianus homo propalam ferus, inter imperitandi exordia ut aſperitatis opinionem molliret, impetus truces retinere nonnumquam in poteſtate animi nitebatur: ſerpens tamen vitium & [3] dilatum aliquamdiu, licentiùs erupit ad perniciem plurimorum: quod auxit ira acerbius effervescens. Hanc enim ulcus eſſe animi diuturnum, interdúmque perpetuum prudentes definiunt, naſci ex mentis [4] mollitia conſuetum: id aſſerentes argumento probabili, quòd [i] iracundiores ſunt incolumibus languidi, & feminæ maribus, & juvenibus ſenes, & felicibus ærumnoſi. Eminuit tamen per id tempus inter alias humilium neces, mors Dioclis ex Comite Largitionum Illyrici, quem ob delicta [5] levia flammis juſſit exuri: & Diodori ex Agente in rebus, triúmque Apparitorum [k] poteſtatis Vicariæ per Italiam, ob id necatorum atrociter, quòd apud eum [l] queſtus eſt Comes, Diodorum quidem adverſus ſe [m] [n] civiliter imploraſſe juris auxilium, Officiales verò [o] juſſu judicis auſos monere proficiſcentem, ut reſponderet ex lege. Quorum memoriam apud Mediolanum colentes nunc uſque Chriſtiani, locum ubi ſepulti ſunt, *Ad innocentes* appellant. Dein cùm in negotio Maxentii cujuſdam Pannonii, [p] ob exſecutionem à judice rectè maturari præceptam, trium oppi-

3 τὸ aliquandiu *Mſ. deeſt.* 4 *Mſ.* mollitia. 5 *Mſ.* brevia.

[h *Valentinianus homo propalam ferus.*] Idem de eo dicit Severus Sulpicius in 2. Dialogi de Virtutibus B. Martini capite 6. *Valentinianus tum major rerum potiebatur. . . . Etenim ad animum illius immitem ac ſuperbum uxor acceſſerat Ariana.* (nimirum Juſtina A. mater Valentiniani Junioris A.)] *Valeſ.*

i *Iracundiores ſunt incolumibus languidi*] * Plato in Theæteto: Οἵ τε ὀξεῖς, καὶ ἀγχίνοοι, καὶ μνήμονες, ὡς τὰ πολλὰ καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς ὀξύρροποί εἰσι, καὶ ἄττοντες φέρονται, ὥσπερ τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα, καὶ μανικώτεροι, ἢ ἀνδρειότεροι φύονται. *At vero ſagaces & ingenioſi & memorioſi ut plurimum etiam ad iram propenſi magis ſunt, & ſubſilientes feruntur, ut naves non ſaburratæ, & furioſi magis quàm fortes nati ſunt.* * Ariſtot. Rhetor. lib. II. cap. 2. Κάμνοντες, πενόμενοι, ἐρῶντες, διψῶντες, ὅλως ἐπιθυμοῦντες, καὶ μὴ κατορθοῦντες: ὀργίλοι εἰσὶ καὶ εὐπαρόρμητοι. * Seneca de Ira cap. 13. *Iracundiſſimi infantes, ſeneſque & ægri ſunt.* Et cap. 19. *Senes difficiles & queruli ſunt, ut & ægri.* Idem lib. 3. cap. 9. *Iracundiores ſunt, valetudine aut ætate feſſi.* * Lindenbr.

k *Poteſtatis Vicariæ per Italiam.*] Id eſt Vicarii Italiæ, ſub cujus diſpoſitione erant hæ provinciæ, Venetia & Iſtria, AEmilia, Liguria, Flaminia & Picenum Annonarium, Alpes Cottiæ, Rætia prima & ſecunda: quæ provinciæ Italia ſpecialiter appellantur, & diſtinguuntur ab Urbicariis regionibus, quæ ſubjacebant Vicario urbis Romæ. *Valeſ.*

* l *Queſtus eſt Comes.*] Comitem Italiæ hîc intelligi puto, vel Comitem Rei militaris per Italiam: qui erat ſub diſpoſitione Magiſtri militum Præſentalis, ut docet Notitia Imperii Occidentalis. * *Idem.*

m *Civiliter imploraſſe juris auxilium*] Sic: *Præfecti Prætorio, aut Comitis Orientis, vel alterius Spectabilis Judicis imploret auxilium*, L. 4. C. de juriſd. omn. Jud. *AEquitatem Præſidis implorare*, L. 3. C. Qui bonis ced. *Lindenbr.*

n *Civiliter imploraſſe juris auxilium.*] In Valentino & Fauch. codicibus legitur *inciliter*: [*inliciter* in Colbert. fortè pro *inciviliter*, vel *inlicitè*:] in Editione Auguſtana *velociter*: in exemplari Regio * ac Toloſ. * *viriliter.* Sed omnibus meo judicio præferenda eſt Gelenii ſcriptura. Nihil enim tam civile eſt, quàm adverſus violentiam hominum potentiorum juris præſidium implorare. Ideóque maximè judicia conſtituta ſunt, ut infirmioribus divitum potentiâ oppreſſis ſubveniretur. Et eo ferè ſenſu civiliter ſententiam promi dixit Apuleius in x. *Ut rite & more majorum judicio reddito, utrimque examinatis allegationibus civiliter ſententia promeretur, nec ad inſtar barbaricæ feritatis aut tyrannicæ impotentiæ, damnaretur aliquis inauditus.* Valeſ.

o *Juſſu judicis auſos monere proficiſc.*] Apparitores Vicarianæ poteſtatis juſſu ipſius Vicarii Comitem illum proficiſcentem ad Comitatum admonuerant ut ſe in judicio ſiſteret, & cauſam diceret. Hoc enim erat illorum officium, ut præter ceteros docet Symmachus in lib. x. Epiſt. 41. Hoc verò Comes ille apud Valentinianum conqueſtus eſt, quòd Apparitores id auſi fuiſſent: & Valentinianus qui Comitem ad Vicarii tribunal remittere debuerat, & adverſarium Comitis & Apparitores ob id interfici juſſit. Mediolani autem cæſos ſubjicit Marcellinus, quæ urbs cùm caput eſſet Italiæ, ſedes erat Vicarii Præfectorum per Italiam. *Idem.*

p *Ab executione a judice.*] In exemplari Regio ſcri-

rum

dorum ordines mactari juſſiſſet, interpellavit Eupraxius tunc Quæſtor; &, *Parcius*, inquit, *agito, piiſſime Principum: hos enim quos interfici tamquam noxios jubes, ut* [q] *martyras, id eſt divinitati acceptos, colit religio Chriſtiana.* Cujus ſalutarem fiduciam [r] Præfectus imitatus Florentius, cùm in re quadam veniâ dignâ audiſſet eum percitum irâ [6] juſſiſſe itidem ternos per ordines urbium interfici plurimarum, *Et quid agetur*, ait, [ſ] *ſi oppidum aliquod Curiales non haberet tantos? Inter reliqua id quoque ſuſpendi debet,* [t] *ut cùm habuerit occidantur.* Ad hanc inclementiam illud quoque accedebat dictu dirum & factu: quòd ſi quis eum adiſſet [v] judicium potentis inimici declinans, aliúmque ſibi poſtulans dari: hoc non impetrato, ad eumdem quem metuebat, licèt multa prætenderet juſta, remittebatur. Itémque aliud audiebatur horrendum, quòd [x] ubi [y] debitorum aliquem egeſtate obſtrictum nihil reddere poſſe dicebatur, interfici debere pronuntiabat. Hæc autem & ſimilia licenter ideo altiore faſtu quidam Principes agunt, quòd amicis emendandi ſecus cogitata vel geſta

6 *Mſ.* juſſiſſe item ternos.

tum reperi *ad executionem*: ſed omnino ſic corrigendum exiſtimo, *ob exſecutionem à judice rectè maturari præceptam trium opidorum ordines mactari juſſiſſet.* Sciendum enim eſt Curialibus inter cetera id quoque onus incubuiſſe, ut ſententias judicum exſecutioni mandarent: quod docet lex 39. Cod. Theod. de Decurionibus. Hinc etiam lex 32. de appellat. & lex 15. quorum appellation. in Codice Theod. ad Decuriones directæ ſunt. Igitur in cauſa Maxentii Pannonii, qui ſententiâ judicis erat condemnatus, cùm Curiales trium opidorum eam ſententiam, rectè à judice maturæ exſecutioni mandari præceptam, exſecuti fuiſſent: Valentinianus qui Maxentio utpote populari ſuo favebat, Curiales interfici juſſit. *Valeſ.*

q *Martyras, id eſt divinitati acceptos.*] Hæc non ita accipienda ſunt, quaſi velit dicere Martyras, ἐν αἰθ. ἰνὸς, ut Græci dicunt, idem eſſe ac divinitati acceptos ſeu θεοφιλεῖς. Neque enim Marcellinus, homo ut ipſe profitetur Græcus, adeo imperitus fuit ſuæ linguæ, ut neſciret μάρτυρας idem eſſe ac teſtes. Nam & in lib. 22. de iis hæc dicit: *AEdes illis exſtruerentur ut reliquis, qui deviare à religione compulſi, pertulere cruciabiles pœnas, adusque glorioſam mortem intemerata fide progreſſi, & nunc Martyres appellantur.* Sic autem Chriſtiani appellarunt primò quidem Apoſtolos & Diſcipulos Chriſti, qui ea quæ viderant ipſi teſtabantur, & quibus ipſe Chriſtus præceperat: *Eritis mihi teſtes in Hieruſalem & in Samaria.* Deinde verò omnes eo nomine vocaverunt, qui cùm fidem à primis teſtibus illis ſibi traditam accepiſſent, eam ſanguine ſuo teſtari eſſent: & qui pro Chriſto quem non viderant & credebant, teſtimonium dixiſſent. Nam ut ait Origenes in Procemio librorum contra Celſum: Ἰησοῦς μὲν οὖν ἀεὶ ψευδομαρτυρεῖται καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε κακίας οὔσης ἐν ἀνθρώποις οὐ κατηγορεῖται, καὶ αὐτὸς μὲν σιωπᾷ πρὸς ταῦτα· ἀπολογεῖται δὲ ἐν τῷ βίῳ τῶν γνησίων ἑαυτοῦ μαθητῶν, &c. Idem.

r *Præfectus Florentius.*] Præfectus Prætorio Galliarum, qui Germaniano ſucceſſerat: ad quem miſſa eſt lex v. Cod. Theod. de cenſu, Lupicino & Jovino Coſſ. *Idem.*

ſ *Si opidum aliquod Curiales non haberet tantos.*] Curiæ quæ imperante Juliano & dignitate & multitudine hominum floruerant, eo mortuo paullatim labi cœpere, cùm plerique earum onera vitantes, emptis ſuffragiis aut ad Palatinam militiam, aut ad civiles adminiſtrationes, aut ad militiæ armatæ ſacramenta tranſirent. Unde in quibuſdam opidis unicus ſupererat Curialis, qui munera univerſa ſolus impleret: ut queritur Libanius in Orat. πρὸς τὺς βαρὺ αὐτὸν καλέσαντας: & in Epilogo Orationis funebris p. 327. βουλευταὶ δὲ τὴν δικαιοτάτην θεραπείαν ὑπὲρ τῶν πατρίδων ἀποδράντες, τὴν ἄδικον ἐλευθερίαν ἐδίωξαν. *Curiales verò ſervire patriæ ſuæ dedignantes, quod juſtiſſimum obſequium eſt, libertatem & immunitatem injuſtam ambierunt.* Idem.

t *Ut cum habuerint.*] In Editione Auguſtana legitur *habuerit*, non malè: ferri tamen vulgata lectio poteſt, ſi ad τὸ *urbes* referatur. *Idem.*

v *Judicium potentis inimici declinans, aliumque ſibi poſtulans dari*]. Judex vel ob gratiam faventior, vel ob odium infenſior; à litigantibus ipſa æquitate jubente repudiari poteſt. L. 16. C. de judic. De quo pleniùs Janus Langlæus V. C. Semeſt. lib. 11. cap. 2. *Lindenbr.*

x *Vbi debitorum aliquem egeſtate obſtrictum nihil reddere poſſe dicebatur, interfici debere pron.*] Duriter hoc quidem à Valentiniano ſtatutum, non tamen ſine exemplo. Nam & Legibus XII. Tab. debitor non ſolvendus creditoribus adjudicabatur in partes ſecandus. Gellius lib. XV. cap. 13. lib. XX. cap. 1. Quintilian. lib. III. cap. 8. *Sunt enim quædam non laudabilia naturâ, ſed jure conceſſa, ut in* XII. *Tab. debitoris corpus inter creditores dividi licuit: quam Legem mos publicus repudiavit.* Rigida ſanè lex & plus quàm inhumana; nec ſolùm publico more repudiata, verùm etiam Lege Petilia Papyria abrogata: duravit enim ad V. C. annum CDXXVII. Tumque primùm C. Petilio,

copiam negant: inimicos loqui terrent amplitudine poteſtatis. z Nulla vacat quæſtio pravitatum apud eos, qui quod 7 volunt ipſi, maximas putant eſſe virtutes.

CAP. VIII. Profectus itaque ab Ambianis, Treveróſque feſtinans, nuntio percellitur gravi, qui Britannias indicabat barbarica conſpiratione ad ultimam vexatas inopiam: a Nectaridúmque Comitem maritimi tractus occiſum, 8 & Fullofaudem Ducem hoſtium inſidiis circumventum. Quibus magno cum horrore compertis, Severum etiam tum Domeſticorum Comitem miſit, ſi fors caſum dediſſet optatum, correcturum ſequius geſta: quo paullo poſtea revocato, Jovinus eadem loca profectus, 9 b c Proventuidem celeri gradu præmiſit, adminicula petiturus exercitus validi. Id enim inſtantes neceſſitates flagitare firmabant. Poſtremò ob multa & metuenda, quæ ſuper eadem inſula rumores adſidui perferebant, electus Theodoſius illuc properare diſponitur, officiis Martiis feliciſſimè cognitus: adſcitáque animoſa legionum & cohortium 1 pube, ire tendebat præeunte fiducia ſpecioſa. Et quoniam cùm Conſtantis Principis actus componerem; d motus adoleſcentis & ſeneſcentis Oceani, ſitúmque Britanniæ pro captu virium explanavi, ad eá quæ digeſta ſunt ſemel, revolvi ſuperfluum duxi: ut e Ulyxes Homericus apud Phæacas ob difficulta-

7 τὸ ipſi *deeſt al.* 8 *Mſ.* effullofaudem. 9 *Mſ.* Provertu idem. 1 *Mſ.* pubetere tend.

L. Papyrio Coſſ. ſancitum fuit, *pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium eſſe.* Livius lib. 8. * Quamvis nunc ad reprimendum pernicioſa machinatione rem frangentium fraudes, quibuſdam in locis capitalis eſſe cœperit. Tertullianus Apolog. cap. 4. pag. 34. *Sed & judicatos in partes ſecari à creditoribus leges erant; conſenſu tamen publico crudelitas poſtea eraſa eſt; & in pudoris notam capitis pœna converſa, bonorum adhibita proſcriptione, ſuffundere maluit hominis ſanguinem, quàm effundere.* * Lindenbr.

y *Debitorum aliquem.*] Debitores fiſcalium titulorum intelligit, qui debitores fiſci in Codice dicuntur. Hanc autem Valentiniani in exigendis tributis nimiam ſeveritatem etiam Zoſimus reprehendit in lib. 4 *Valeſ.*

z *Nulla vacat quæſtio pravit.*] Hic locus corruptiſſimus eſt. Et in Regio quidem & Vat. * ac Toloſ. * codicę ſic legitur; *Nulla vaſat vectio pravitatum apud eos qui quod ve ineff. . . maximas putant eſſe virtutes.* [In Colb. legitur *pravitatem*, & *ineffi*] In Auguſtana autem Editione: *Nulla vacat quæſtio pr. apud eos, qui quid vel ineffic acisſimas putant eſſe virtutes.* At Gelenius ita ediderat: *Nulla vocat miſtio pr. apud eos, qui quod vel maximas putant, &c.* * Ego verò ita ferè à Marcellino ſcriptum eſſe exiſtimo: *Nulla autem eſt correctio pravitatum apud eos, qui quod velint efficere, maximæ putant eſſe virtutis.* * Idem. Et illud *autem* nihili eſt, & interponere tot literas ad ſententiam replendam vere Caſtellianum eſt. Itaque dum conſidero lectionem ſcriptam, ſuſtineo proponere quod mihi obvenit, nempe: *Nulla fauſta invectio pravitatum apud eos, qui quò ducit (vel ducunt) affectus, maximas putant eſſe virt.* Imitatur vocem Tullii lib. 2. de Invent. 54. *Clementia eſt, per quam animi temere in odium alicujus invectionis concitati, comitate retinentur.* Gron.

a *Nectaridumque Comitem maritimi tractus.*]. Hic Comes litoris Saxonici per Britannias, dicitur in Notitia Imperii Romani. *Valeſ.*

b *Proventuſidem celeri gradu præmiſit*] Mſ. *Provertu idem.* Utrumque vitioſum puto. *Lindenbr.*

c *Proventus idem.*] Diviſis vocibus legendum *Proventus idem*, ut idem Valentinianus proventus præmiſerit, id eſt commeatus & inopiæ ſubſidium. Sic libro XXII. *proventibus fructuariis.* Oiſelius. At contra Mſſ. codices, in his Colbert. *Provertuidem* nomen viri proprium diſerte ſcriptum habent. *Hadr. Valeſ.*

d * *Motus adoleſcentis & ſeneſcentis oceani*] Sic Gellius libri XIV. capite 1. *Oceanus quaſi Lunæ comes: cum ea ſimul ſeneſcit, adoleſcitque.* * Lindenbr.

e *Ulyſſes Homericus.*] Rectè atque ordine fecimus, cùm codicis Regii, * Toloſ. * [& Colbertini] ſcripturam hic reſtituimus Ulyxem enim, non Ulyſſem dicebant veteres Latini; & cùm in vetuſtis exemplaribus Scriptorum ferè omnium Latinorum Ulyxes ſcribatur, mirum eſt tamen impreſſos códices alteram ſcripturam ubique præferre. Eſt autem dialectus hæc Dorica, quâ Οὐλίξην dicebant. Unde Cretenſes, quos dialecto Dorica uſos eſſe conſtat, in quadam inſcriptione ſic exaraſſe ait Plutarchus in Marcello: Ἵδρυμα δ' ἐστὶ Κρητῶν ἱερὸν τὸ αὐτόθι, καὶ δείκνυνται κράνη, τὰ μὲν ἔχοντα ὄνομα Μηριόνου, τὰ δ' Οὐλίξου τουτέστιν Ὀδυσσέως. *Valeſ.*

tem nimiam replicare formidat. Illud tamen ſufficiet dici, quòd eo tempore Picti in duas gentes diviſi, [f] [g] Dicalidonas & Vecturiones, itidémque Attacotti bellicoſa hominum natio, & Scotti, per diverſa vagantes multa populabantur: Gallicanos verò tractus [h] Franci & Saxones iiſdem confines, quò quiſque erumpere potuit terrâ vel mari, prædis acerbis incendiiſque, & captivorum funeribus [2] hominum violabant. Ad hæc prohibenda ſi copiam dediſſet fortuna proſperior, orbis extrema Dux efficaciſſimus petens, cùm veniſſet ad Bononiæ litus, quod à ſpatio controverſo terrarum anguſtiis reciproci diſtinguitur maris, attolli horrendis æſtibus adſueti, rurſúſque ſine ulla navigantium noxa in ſpeciem complanari camporum: exinde tranſmeato lentiùs freto defertur [3] [i] Rutupias, ſtationem ex adverſo tranquillam. Unde cùm conſecuti Batavi veniſſent & Eruli, Joviique & Victores, fidentes viribus numeri: egreſſus tendénſque ad [4] Lundinium vetus oppidum, quod Auguſtam poſteritas appellavit, diviſis plurifariam globis, adortus eſt vagantes hoſtium vaſtatorias manus, graves onere ſarcinarum: & properè fuſis qui vinctos homines agebant & pecora, prædam excuſſit, quam tributarii perdidere miſerrimi. His denique reſtituta omni, præter partem exiguam impenſam militibus feſſis, merſam difficultatibus ſuis antehac civitatem, ſed ſubitò quam ſalus ſperari potuit recreatam, in ovantis ſpeciem lætiſſimus introiit. Ubi ad audenda majora proſpero ſucceſſu elatus, [5] tutáque ſcrutando conſilia, futuri morabatur ambiguus, diffuſam variarum gentium plebem & ferocientem immaniter, non niſi per dolos occultiores & improviſos excurſus ſuperari poſſe, captivorum confeſſionibus & transfugarum indiciis doctus. Denique edictis propoſitis impunitatéque promiſſa, deſertores ad procinctum vocabat, & [6] multos alios per diverſa libero commeatu diſperſos. Quo monitu ut rediere plerique, incentivo

2 *Mſ.* omnium. 3 *Mſ.* Ruturias. 4 *Al.* Lundonium. 5 *Mſ.* totaque. 6 τὸ alios *deeſt vulg.*

f *Dicalidonas & Vecturiones*] Tangit hunc locum G. Cambdenus, vir in patria Hiſtoria illuſtranda accuratiſſimus; legendumque putat *Deucalidonios*, velut ſic nominatos ab occidua Scotiæ ora, quà Deucalidonius oceanus irrumpit. Quod monere volui: nam in re incerta certi quid pronuntiare arduum eſt. *Lindenbr.*

g *Dicalidonas.*] De quibus loqui videtur Eumenius in Panegyrico ad Conſtantinum M. ubi de Conſtantio Chloro illi ſermo eſt, qui poſt victoriam de Pictis Eboraci mortuus eſt. *Neque enim*, ait, *ille tot tantiſque rebus geſtis non Dicaledonum aliorúmque Pictorum ſilvas & paludes, ſed nec Hiberniam proximam, nec Thulen ultimam, nec ipſas ſi quæ ſunt Fortunatorum inſulas dignabatur acquirere, &c.* At in vulgatis Editionibus excuſum eſt, *non dico Caledonum, &c.* quod ſi quis præferre voluerit, eo quòd Caledonia in Britanniis memoratur à Tacito, & Caledonii Britanni à Claudiano dicuntur & Auſonio, equidem non magnopere repugnabo. In Mſſ. Vat. & Reg. legitur *Dicalydonas & Veſturiones*: [in Colbert. *Dicalydonas & Verturiones.*] Valeſ.

h *Franci & Saxones iiſdem confines.*] Inter Saxonas quippe & Alamannos ſita erat Francia, ut ſcribit Hieronymus in Hilarionis vita, & Itineraria Tabula Peutingerorum. Hincin Hiſtoriis ferè Franci Saxonéſque junguntur, ut apud Julianum in Orat. 1. Eutropium in lib. 9. de Carauſio: *Cùm apud Bononiam*, ait, *per tractum Belgicæ & Armoricæ pacandum mare accepiſſet, quod Franci & Saxones infeſtabant, &c.* Idem.

i *Rutupias ſtationem*] Oroſius & Beda *Rhutubi portum* vocant, ut jam antè ab ampliſſ. Marco Velſero in Obſervat. ad Tab. antiquam, & G. Cambden in Cantii Deſcriptione notatum. * Vid. Lucan. lib. 6. pag. 134. Zonaras pag. 217. Britanniæ populos duos præcipuè eſſe ait: Caledonios & Mæatas. Qui locus dignus, qui conſideretur. Vid. Excerpta. Tacit. in Vita Agricolæ. Jordanes de reb. Geticis. Panegyr. Conſtant. Conſt. F. dictus pag. 235. *Non Dicalidonum aliorumque Pictorum*

percitus, retentúſque anxiis curis, Civilem nomine recturum Britannias pro Præfectis ad ſe popoſcerat mitti, virum acrioris ingenii, ſed juſti tenacem & recti: itidémque Dulcitium, Ducem ſcientiâ rei militaris inſignem.

CAP. IX. Hæc in Britanniis agebantur. Africam verò jam inde ab exordio Valentiniani imperii exurebat barbarica rabies, per procurſus audentiores & crebris cædibus & rapinis intenta. Quam rem militaris augebat ſecordia, & aliena invadendi cupiditas, maximéque Romani nomine Comitis. Qui venturi providus, transferendæque in alios invidiæ artifex, ſævitiâ morum multis erat exoſus, hac præcipue causâ quòd ſuperare hoſtes in vaſtandis provinciis feſtinabat, affinitate Remigii tunc Magiſtri [7] Officiorum confiſus: quo prava & contraria referente, Princeps (ut præ ſe ferebat ipſe) cautiſſimus lacrimoſa diſpendia diutiùs ignoravit Afrorum. Geſtorum autem per eas regiones ſeriem plenam, & Ruricii Præſidis legatorúmque mortem, & cetera luctuoſa, cùm adegerit ratio, diligentiùs explicabo. Et quoniam adeſt liber locus dicendi: quæ ſentimus, apertè loquamur: hunc Imperatorem omnium primum in majus militares faſtus ad damna rerum auxiſſe communium, dignitates opéſque eorum ſublimiùs erigentem: & quod erat publicè privatímque dolendum, indeflexa ſævitiâ punientem gregariorum errata, parcentem potioribus; qui tamquam peccatis indultâ licentiâ, ad labem delictorum immanium conſurgebant: qui ex eo anhelantes, ex nutu ſuo indiſtanter putant omnium pendere fortunas. Horum flatus & pondera [k] inventores juris antiqui [8] mollientes, etiam inſontes quoſdam aliquotiens ſuppliciis aboleri cenſuere letalibus. Quod ſæpe contingit, cùm ob multitudinis crimina, nonnulli ſortis iniquitate plectuntur innoxii: id enim nonnumquam ad privatorum pertinuit cauſas. At in Iſauria globatim per vicina digreſſi prædones, oppida villáſque uberes libera populatione vexantes, magnitudine jacturarum Pamphyliam afflictabant & Cilicas. Quos cùm nullis arcentibus internecivè cuncta diſperdere [l] Aſiæ Vicarius ea tempeſtate [m] Mu-

7 *Ita mſ. & Steph. In al. τὸ* confiſus *deeſt.* 8 *Mſ* molientes.

ſilvas & paludes, ſed nec Hiberniam proximam, nec Tyln ultimam. * Lindenbr.

k *Inventores juris antiqui.*] Priſcos Athenienſes videtur intelligere, à quibus Romani leges XII. Tabularum acceperunt. Illi enim ſummos quoſque duces ſuos aut exſilio, aut morte multarunt. Ab iis etiam oſtraciſmus inventus eſt, quo eminentiſſimum quemque non aliud ob crimen, quàm quòd in libera civitate nimiùm ſupra ceteros exſtabat, teſtarum ſuffragiis è patria in decennium relegabant. *Valeſ.*

l *Aſiæ Vicarius.*] Qui Vicarius diœceſios Aſianæ in Notitia Imperii dicitur. Eamdem poteſtatem deſignat Eunapius in vita Maximi, ubi de Clearcho loquitur Aſiæ Vicario, cui ſucceſſit Muſonius: *τῆν ἀσίας ἀπάσης κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὁ Κλέαρχος ἐπιτάτει, ἔστι κατὰ τὴν ἐξουσίαν ἐφ' Ἑλλησπόντου διὰ Λυδίας καὶ Πισιδίας ἐπὶ Παμφυλίαν ἀφορίζεται. Toti tunc Aſiæ præerat Clearchus, quæ ab Helleſponto per Lydiam ac Piſidiam in Pamphyliam uſque porrigitur.* Ad hunc Clearchum Vicarium Aſiæ miſſa eſt lex unica in Cod. Theod. ne colonus inſcio Domino, Valentiniano & Valente Coſſ. Erat autem hæc dignitas ſubjecta atque obnoxia Præfecto Præt. quod & Eunapius ibidem ſatis indicat. Nam cùm Præfecti Præt. multas diœceſes adminiſtrarent, nec ſimul ac ſemel ubique præſtò eſſe valerent, Vicarii conſtituti ſunt, qui in ſua diœceſi Præfectorum Præt. munera ac vices implebant: ac præcipuè annonam, & tributa curabant, perinde ac Præfecti Præt. ut ex allato Eunapii loco de Muſonio Vicario abundè colligitur. *Idem.*

m *Muſonius, Athenis Att.*] Muſonius Proæreſii diſcipulus, cùm Athenis Sophiſticum thronum nactus eſſet,

ſonius advertiſſet, Athenis Atticis antehac magiſter Rhetoricus: deploratis noviſſimè rebus, luxúque adjumento militari marcente, [n] adhibitis ſemiermibus paucis, [o] quos Diogmitas appellant, unum graſſatorum cuneum; ſi patuiſſet facultas, adoriri conatus, per anguſtum quemdam tranſiens devexitatis amfractum, ad inevitabiles venit inſidias: & ibi cum his confoſſus eſt quos ducebat. Tali ſucceſſu latrones prætumidos, palantéſque per varia confidentiùs, interfectis aliquibus, ad [p] latebroſa [9] montium ſaxa quæ incolunt excitæ tandem copiæ contruſerunt: ubi cùm eis nec quieſcendi nec inveniendi ad victum utilia copia laxaretur, per indutias pacem ſibi tribui popoſcerunt, [q r] Germanicopolitanis auctoribus, quorum apud eos ut ſigniferæ manus ſemper valuere ſententiæ: obſidibúſque datis ut imperatum eſt, [ſ] immobiles diu manſere, nihil audentes hoſtile. Hæc inter [t] Prætextatus Præfecturam Urbis ſublimiùs curans, per integritatis multiplices actus & probitatis, quibus ab adule-

9 *Mſ.* animantium.

---

adverſus Proæreſium inſurrexit: ſed cùm imparem ſe tanto certamini intelligeret, mox ad gerendam Remp. ſe tranſtulit, ut ſcribit Eunapius in Proæreſio: qui & in Hiſtoriis illius mentionem à ſe factam eſſe ſubjungit. Quòd ſi quis Eunapii locum ex Hiſtoriis requirit, exſtat apud Suidam in Μουσώνιος. πάντα ὅσα ἦν ἄειστα, μικρὰ ἐφαίνετο πρὸς τὸν ὄγκον Μουσωνίου. δι᾽ ἃ κατὰ λόγον εὐδοκιμῶν, τήν τε αἰγιαλῖτιν χώραν τῆς Ἀσίας ἐπῆλθε, καὶ ὁ τὴν ἀνθύπατον ἔχων ἀρχὴν πρὸς τὰς ἐπιδημίας ἐξίστατο. κἀκεῖνος ἅπαντα ἐπιὼν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις, τὴν θάλασσαν ἐπλήρωσε τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας εἰσφορῶν, &c. *Quæcumque erant maxima, ea Muſonius quâ erat animi magnitudine, pro minimis ducebat. Quapropter cùm ut par erat ab omnibus celebraretur, maritimam oram Aſiæ peragravit, eique iter facienti Proconſul Aſiæ cedebat. Muſonius igitur cùm paucis diebus omnem illam oram perambulaſſet, Aſiaticis tributis ac vectigalibus in naves impoſitis mare implevit. Neque verò quiſquam de ulla injuria querebatur: ſed cuncti cum voluptate tributa inferebant. Eunapius quippe Rhetor ex Lydia ei negotio præfectus erat.* Ex his verbis ſatis apparet de Muſonio Aſiæ Vicario Eunapium ibi locutum eſſe. Ejuſdem meminit Zoſimus in lib. 5. μουσώνιος ἐλλὴν ἀνὴρ καὶ παιδείας ἥκων εἰς ἄκρον. Idem videtur eſſe, cujus encomium ſcripſit Himerius Sophiſta, cùm Proconſul eſſet Achaiæ, & ad quem exſtat Libanii Epiſtola 453. *Valeſ.*

n *Adhibitis ſemiermibus paucis, quos Diocmitas appellant*] Capitol. in Vita Ant. Phil. *Armavit & Diocmitas, emit & Germanorum auxilia contra Germanos.* At unde ſic dicti Diocmitæ, aliis diſquirendum relinquo. *Lindenbr.*

o *Quos Diocmitas appellant.*] Horum meminit Capitolinus in Marco. Aſſentior autem Turnebo, qui in lib. 25. Adverſ. cap. 18. Diocmitas eſſe dicit levis armaturæ milites, qui ad perſequendum hoſtem ipſa levitate habiles ſunt: dicti ſunt enim ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ. Eorum mentio fit à Symeone Metaphraſtè in vita Athanaſii: ζημίαν ζωῆς ὑφέξειν τοὺς διωγμίτας, εἰ μὴ τὸν Ἀθανάσιον ζῶντα παραστήσωσι. *Capitis ſupplicium ſubituros eſſe Diogmitas, niſi Athanaſium vivum adducerent.* Apparet igitur legendum eſſe *Diogmitas*, non *Diocmitas*. Valeſius. Tetigit & hos ipſos Freinshemius in notis ad Florum III. 19, qui profecto meliore fide tribuit Caſaubono quod eſt Caſauboni, a quo locus ille Metaphraſtæ diu fuit excitatus, antequam Valeſius Ammianum tractare poſſet. *Gron.*

p *Latebroſa montium ſaxa*] Quum Lindenbrogius notet in Florentino legi *latebroſa animantium*, putabat pater commode erui inde *latebroſa nimis montium ſaxa*, quod certe convenit ſtylo Ammiani: unde adſcripſit ex libro XXIX. cap. 2. *alta nimium poteſtate.* Idem.

q *Germanicopolitanis*] *Germanicopolin* alio nomine *Booſcæten* dictam Plinius ait, in Helleſponti Deſcriptione lib. V. cap. 32. Ptolemæus in Galatiæ ſitu Γερμανίκοπολιν vocat. *Lindenbr.*

r *Germanicopolitanis.*] Germanicopolis opidum Iſauriæ eſt, & quidem totius regionis quæ à Barbaris tenebatur, caput. Iſauriæ enim provinciæ quæ Romanis parebat, metropolis erat Seleucia, ut ſcribit Conſtantinus in lib. 1. de provinciis cap. 13. τὰ δὲ ἄνω σελευκείας καὶ μεσογαίας καλεῖται δεκάπολις. καὶ ἔστι πρώτη μὲν γερμανικόπολις, &c. Et in Notitia Epiſcoporum qui Chalcedonenſi Concilio ſubſcripſere, primus ex Epiſcopis Iſauriæ provinciæ nominatur Baſilius Seleucienſis, ultimus Tyrannus Germanicenſis. *Valeſ.*

ſ *Immobiles diu manſere.*] Paullo poſt Valentiniani ſenioris obitum Iſauri rurſus latrocinari cœperunt & finitimas provincias populati ſunt, à caſtellis dumtaxat abſtinentes, ut tradit Zoſimus in lib. 4. *Idem.*

t *Prætextatus præfect. Urbis*] Ad librum XXII. jam de eo notavit Valeſius, & ex inſcriptione, quam citat quoque Juretus ad Symmachi librum X. epiſt 26. ejus nomina reponit. Sed hunc locum opportune adduxit illuſtravitque Iac. Gothofredus ad Codic. Theodoſ. lib. XIII. tit. 3. de Medicis & Prof. *Gron.*

ſcentiæ rudimentis inclaruit, adeptus eſt id quod [v] rarò contingit, ut cùm timeretur, amorem non perderet civium, [1] minùs firmari ſolitum erga judices formidatos. Cujus auctoritate juſtíſque veritatis ſuffragiis tumultu lenito, quem Chriſtianorum jurgia concitarunt, [x] pulſóque [2] Urſino, alta quies [y] parta, propoſito civium Romanorum aptiſſima: & adoleſcebat gloria [3] præclari rectoris plura & utilia diſponentis. [4] Namque & [z] [a] mæniana ſuſtulit omnia, fabricari Romæ priſcis quoque vetita legibus: & [b] [c] diſcrevit ab ædibus ſacris privatorum parietes, iiſdem inverecundè connexos: [d] ponderáque per regiones inſtituit univerſas, cùm aviditati multorum ex libidine trutinas componentium occurri nequiret. In examinandis verò litibus ante alios id impetravit, [e] quod laudando Brutum Tullius refert, ut cùm nihil ad gratiam faceret, omnia tamen grata [5] viderentur eſſe quæ [6] factitabat.

Cap. X. Sub idem ferè tempus Valentiniano ad expeditionem cautè ut rebatur profecto, [f] Alamannus Regalis Rando nomine, diu præſtruens quod

1 *Al.* minis. 2 *Mſ.* Urſino. 3 *Mſ.* præclari. 4 *Mſ.* Namque &. 5 τὸ eſſe *deeſt al.* 6 *Al.* faciebat.

v *Rarò contingit ut cùm timeretur, amorem non perderet civium*] Vulgaris eſt Pub. Syri verſus: *Amor miſceri cum timore non poteſt.* Igitur ubi miſcetur, rari exempli ſpecimen eſt: idque meritò laudant, in Prætextato Ammianus, & in Honório Claudianus in Nupt. Honor. & Mar.

Non odium terrore moves, nec frena reſolvit
Gratia, diligimus pariter, pariterque timemus.

Lindenbr.

x *Pulſoque Urſicino*] Qui tamen Neapoli poſtea Epiſcopus conſtitutus fuit. Anaſtaſius in Vita Damaſi P P. *Idem.*

y *Pari jam propoſito.*] In codice Regio [& Colb.] *pariam* ſcriptum reperi, & eadem manu ſuperſcriptum, *paruit prop. &c.* * in Toloſano legitur, *patuit.* * Mihi quidem, ſi quid corrigendum eſt, ſic emendare ſatius videretur: *Pulſóque Urſino alta quies parta eſt, propoſito civium Rom. aptiſſima: & adoleſcebat gloria præclari Rectoris, &c.* Particulam autem copulativam ex fide Regii codicis addidi, quæ hîc omnino neceſſaria videtur. Ceterùm Vettius Agorius Prætextatus Præfecturam Urbanam iniit Lupicino & Jovino Coſſ. ut ex Codice Theod. conſtat: & in auctores & conſcios ſeditionis Urſinianæ ſeveriùs animadvertit, Clericis etiam nonnullis ſupplicio affectis, ut ſcribit Socrates in lib. 4. cap. 24. qui tamen Maximinum eum perperam appellat. *Valeſ.*

z *Mæniana ſuſtulit omnia*] Vid. L. 242. ff. de verb. ſignific. L. 11. C. de ædific. priv. Feſtus Pomp. in *Mæniana.* Lindenbr.

a *Mæniana ſuſtulit omnia.*] Mænius cùm domum ſuam venderet Catone & Flacco Cenſſ. ut ibi Baſilica Porcia ædificaretur: excepit ſibi jus unius columnæ, ſuper quam tectum projiceret ex provolantibus tabulatis, unde ipſe & poſteri ejus ſpectare munus gladiatorium poſſent: ut ſcribit Aſconius in Divinationem. Poſt hunc alii è lapide, alii è maceria ædificavere in porticibus mæniana, & foribus ac domibus adjecerunt: quod ex vetere Grammatico ſcribit Iſidorus in lib. xv. Originum. ξυλωνιξοχάς vocat Herodianus in fine lib. 7. Vide Briſſonium in lib. de verborum ſignif. Similia ſunt quæ προβολικὰ ... τάσια dicuntur in lege 39. Cod. Th. de operibus publicis. *Valeſ.*

b *Diſcrevit privatorum parietes ab ædibus ſacris*] Ita quoque Conſtitutione Arcad. Honor. & Theod. Imppp. ædificia privatorum publicis ædibus adhærentia ſive ſuperpoſita deſtrui tollique præceptum. L. 4. C. Theod de operib. publ. quæ eſt L. 9. C. Juſtin. de ædif. privat. * Vid. L. 17. C. de operib. publ. * *Lindenbr.*

c *Diſcrevit ab ædibus ſacris privatorum parietes.*] Non modò ædibus ſacris, ſed ne operibus quidem publicis, muríſvè urbium quidquam licet conjungere, lege 9. D. de rerum diviſione. *Valeſ.*

d *Ponderaque per regiones inſtituit univerſas*] De ponderibus publicis exſtat Conſtitutio Valentinian. Theodoſ. Arcad. Imppp. L. 9. de ſuſceptor. præpoſ. *Lindenbr.*

e *Quod laudando Brutum Tullius refert.*] Verba Tullii ſunt in Oratore ad Brutum: *Quid tam difficile quàm in multorum controverſiis dijudicandis ab omnibus diligi? conſequeris tamen, ut eos ipſos contra quos ſtatuis, æquos placatóſque dimittas. Itaque efficis, ut cùm gratiæ causâ nihil facias, omnia tamen ſint grata quæ facis.* Valeſ.

[f *Alamannus Regalis Rando Mogontiacum irrepſit.*] Heic P. Pithœus ad oram Ammiani ſui laudat *Hieronymum in libro de Monogamia ad Gerontiam*, ſeu potiùs in Epiſtola ad Agerochiam: quaſi verba Hieronymi ad rem valde pertineant. Ubi notandum eſt Valentiniano II. & Valente II. Coſſ. anno Chriſti CCCLXVIII. à Randone Alamanno clam irruptum direptumque eſſe Mogontiacum, & incolas ejus abductos. Sed iterum anno CCCCVI. aut ex aliis CCCCVIII. principatu Honorii iterum *Mogontiacum captum atque ſubverſum eſt, & in Eccleſia mul-*

cogitabat, Mogontiacum præſidiis vacuum cum expeditis ad latrocinandum latenter irrepſit. Et quoniam caſu Chriſtiani ritus invenit celebrari ſollemnitatem, imprædpedite cujuſquemodi fortunæ [7] [g] virile & muliebre ſecus cum ſupellectili non parva indefenſum abduxit. Parvo inde poſt intervallo inopina rei Romanæ ſpes lætiorum affulſit. Cum enim Vithicabius Rex Vadomarii filius, ſpecie quidem molliculus & morboſus, ſed audax & fortis, ardores in nos ſemper ſuccenderet bellicos, opera navabatur impenſior, ut qualibet [h] occumberet ſtrage. Et quia tentatus aliquotiens nullo genere potuit ſuperari vel prodi, fraude citerioris vitæ miniſtri, ſtudio ſollicitante noſtrorum occubuit: cujus poſt necem aliquatenus hoſtiles [i] torpuere diſcurſus. Interfector tamen præ metu pœnarum, quas verebatur ſi patuiſſet negotium, ad Romanum ſolum ſe celeri tranſtulit gradu. Parabatur poſt hæc lentioribus curis & per copias multiformes in Alamannos expeditio ſolitis gravior, deſtinatius id publica tutela poſcente, quoniam reparabilis gentis motus timebantur infidi: milite nihilominus accenſo, cui ob ſuſpectos eorum mores, nunc infimorum & ſupplicum, paullo poſt ultima minitantium, nullæ quieſcendi dabantur induciæ. Contracta igitur undique mole maxima catervarum, armis & ſubſidiis rei cibariæ diligenter inſtructa, accitoque Sebaſtiano Comite cum Illyriis & Italicis numeris quos regebat, [k] anni tempore jam [8] tepente Valentinianus cum Gratiano [l] Rhenum [9] tranſgreſſus reſiſtente nemine, diviſis agminibus quadratis

7 *Al.* virilem & muliebrem ſexum. 8 *Mſ.* terente.
9 *Mſ.* tranſtibuſque neminem diviſis.

ta hominum millia trucidata: & multa mala paſſæ ſunt plurimæ aliæ urbes Gallicanæ, quum Alani, Suevi, Vandali, Burgundiones, & Alamanni Gallias intrarunt, eaſque per annos aliquot impune vaſtarunt. De poſteriore hocce excidio Mogontiaci loquitur Hieronymus in Epiſtola ſupra laudata; de priore illa ſub Valentiniano ejuſdem urbis clade ſolus Ammianus: nec verba Hieronymi ad eam ulla ratione pertinent, ſicut exiſtimavit P. Pithœus.] *Had. Valeſ.*

g *Virile & muliebre ſecus.*] In exemplari Regio [& Colb.] & in Auguſtana Editione *ſexus* legitur rectius fortaſſe: nam τὸ *ſecus* pro ſexu nimis poeticum eſt. *Idem.* Sic judicat, quum tam frequens occurrat, & fere ſæpius apud hiſtoricos, qui proſa ſcripſerunt, quam apud poetas. Tantum differt uſus antiquiorum ab recentioribus in caſu, ut & in ipſo hoc ſcriptore variatur, de quo patet ad Livium xxvi. 47. *Gron.*

h *Concideret ſtrage.*] Sic Gelenius edidit. Sed cum in codice Regio [& Colb.] * ac Toloſ. ſcriptum invenerim, *comperet ſtrage*; ita potius a Marcellino ſcriptum eſſe exiſtimo, *ut qualibet occumberet ſtrage.* Accurſius autem, *comperta ſtrage*, infelici conjectura ediderat. *Valeſius.* Illud verbum *occumberet* τοῦ πάνυ ſe ingeſſit, quia ſtatim recurrere animadvertebat *occubuit.* Sed plane ferri nequit. Non enim prima navabatur opera ut occumberet, ſed ut ſuperaretur vel proderetur, ut manifeſte diſtinguit ſtatim auctor ipſe: quorum quum neutrum fieri poſſet, δεύτερος πλοῦς fuit, ut fraude domeſtica occumberet, ſicut occubuit. Ex literis verbi quod in ſcriptis libris exſtat, palam exiſtit *corriperet.* Hinc videtur lineola poſtremæ parti ſuperſcripta quondam exoleviſſe *corriperet* pro *corriperetur.* Gron.

i *Torpuere diſcurſus.*] In Regio codice legitur *tepuere.* Valeſ.

k *Anni tempore jam recente.*] Regius codex habet *jam tepente*, quam ſcripturam vulgatæ longe antepono. Nam & in Mſ. Flor. legi *jam terente* monuit Lindenbrogius, [ut & legitur in Colbertino.] *Idem.* Idque opinor magis genuinum, unde faciendum fuit *jam ferente.* Gron.

l *Rhenum tranſgreſſus.*] Multum ab hac Gelenii ſcriptura diſſentiunt noſtri codices. Nam in Regio ac Flor. [& Colb.] * ac Toloſ. * ſic legitur, *inhenum tranſtibuſque neminem diviſis agm. quadr. ipſe medebat.* At in Auguſtana Editione ita excuſum eſt, R*henum tramitibuſque Rheni diviſis agm. quadr. incedebat.* Ex quo apparet, quanto ſagacior ac felicior in conjiciendo Gelenius fuerit Accurſio. Eſt tamen, quod in illa Gelenii emendatione non probem, primo quod vocem illam *neminem* expunxit: deinde quod *indiviſis agminibus* edere maluit quam *diviſis.* Itaque ſic videtur legi potuiſſe commodius. *Rhenum tranſgreſſus reſiſtente nemine, diviſis agm. quad. ipſe medius incedebat.* Valeſius. Cui poteſt paulum humaniori placere iſte non artifex, ſed carnifex modus inte-

ipſe medius incedebat, Jovino & Severo Magiſtris rei caſtrenſis altrinſecus ordinum latera ſervantibus, ne repentino invaderentur aſſultu. Protinúſque inde ductantibus itinerum callidis, exploratis acceſſibus, per regiones longo itu porrectas ſenſim gradiens miles irritatior ad pugnandum, velut repertis Barbaris minaciter infrendebat. Et quoniam aliquot diebus emenſis nullus potuit qui reſiſteret inveniri, cuncta ſatorum & tectorum quæ viſebantur intacta, cohortium manu vorax flamma vaſtabat, præter alimenta, quæ colligi dubius rerum eventus adigebat & cuſtodiri. Poſt hæc leniore greſſu Princeps ulteriùs tendens, cum prope locum veniſſet, cui [1] [m] Solicinio nomen eſt, velut quadam obice ſtetit, doctus procurſantium relatione veriſſima Barbaros longè conſpectos. Qui nullam ad tuendam ſalutem viam ſupereſſe cernentes, niſi ſe celeri defendiſſent [2] occurſu, [n] locorum gnaritate confiſi, unum ſpirantibus animis montem occupavere præcelſum, per confragoſos colles undique præruptum & invium, abſque Septemtrionali latere, unde facilem habet devexitatem & mollem. Signis ilico fixis ex more cùm undique ad arma conclamaretur, imperio Principis & ductorum ſtetit regibilis miles, [o] vexillum opperiens extollendum: quod erat opportunè ſubeundæ indicium pugnæ. Ergo quia ſpatium deliberandi aut exiguum dabatur aut nullum, hinc impatientia militis [3] perterrente, inde horrenda circumſonantibus Alamannis, id conſilium ratio celeritatis admiſit: ut arctoam montium partem, quam clementer diximus eſſe proclivem, Sebaſtianus cum ſuis occuparet, fugientes Germanos ſi fors ita tuliſſet levi negotio confoſſurus: [p] quo ut placuit maturato, Gratianóque apud ſigna Jovianorum retro detento, cujus ætas erat etiamtum prœliorum impatiens & laborum, Valentinianus ut dux cunctator & tutus, centurias & manipulos capite intecto conluſtrans, nullo potentium in conſcientiam arcani adhibito, remota multitudine ſtipatorum, ſpeculatum radices aggerum avolavit cum paucis, quorum induſtriam norat & fidem: prædicans, ut erat ſui arrogans æſtimator, inveniri

1 *Mſ.* Soliconmo. 2 *Mſ.* occurſu, unde locorum. 3 *Al.* præterrente.

grandi auctores ex legentium ingenio, non ex veteri ſcriptura? Itaque & pater hac ratione offenſus ad Varias Lindenbrogii annotabat in mendoſo illo *tranſtibuſque* latere videri *tranſit obvioque nemine.* Sed præterea an Rhenus ſic erat ignotus ei, qui Ammianum deſcribebat, ut in ejus fluvii nomine ita nunc deberet hæſitare? Vide an magis placere queat, quod mihi in mentem venit, duntaxat propius ad veterem manum. *Valentinianus cum Gratiano Menum tranſit, viſoque nemine in diviſis* (vel *diverſis*) *quadratis ipſe medius erat.* Hinc & Auſonius in loco, quem mox citat ὁ πάνυ, non Rhenum, ſed Nicrum advocat. *Gron.*

m *Solicinio nomen eſt*] Mſ. *Soliconmo.* uti ferè etiam Rhenanus in ſuo cod. reperit, quem de hoc loco vide German. rer. lib. III. *Lindenbr.*

n *Locorum gnavitate*] Præpoſitum habet Florentinus, teſte Lindenbrogio *unde*, ex quo pater fingebat *nuda locorum gnaritate.* Gron.

o * *Vexillum opperiens extollendum*] Cæſar de Bello Gallico lib. 2. pag. 41. *Cæſari omnia uno tempore erant agenda. Vexillum proponendum, quod erat inſigne, cùm ad arma concurri oporteret; ſignum tuba dandum.* Idem mox poſt: *Signoque erecto, quod ſolet ad pugnam hortari, tubarum minacium accedente clangore.* Notat hunc ipſum morem Cæſar. * *Lindenbr.*

p *Quod haud placuit maturato.*] Scribendum omnino eſt, *quo ut placuit maturato, &c.* qua quidem emendatione certius nihil: ut mirer Gelenio homini acutiſſimo hoc in mentem non veniſſe. In Regio, * & Toloſ. * codice legitur, *quod aut pl. mat.* Valeſ.

poſſe,

poſſe, aliam viam ducentem ad arduos clivos, præter eam [q] quam inſpexere [4] [r] proculcatores. Per ignota itaque & paluſtres uligines devius tendens, inſidiatricis manus locatæ per [5] obliqua ſubito oppetiiſſet adcurſu, ni neceſſitatis adjumento poſtremo, per labilem limum incitato jumento digreſſus, legionum ſe gremiis immerſiſſet poſt abruptum periculum: cui adeo proximus fuit, ut galeam ejus cubicularius ferens auro lapillíſque diſtinctam, cum ipſo tegmine penitus interiret, nec poſtea vivus reperiretur aut interfectus. Proinde quiete reficiendis corporibus data, ſignóque erecto, quod ſolet ad pugnam hortari, tubarum minacium accendente clangore, fidentiſſimo impetu acies motas promptè ante alios præïere duo juvenes lecti in principiis adeundi diſcriminis, Salvius & Lupicinus, Scutarius unus, alter è ſchola Gentilium, fragore terribili concitantes: haſtáſque criſpando cùm ad rupium objecta veniſſent, trudentibúſque Alamannis evadere ad celſiora conarentur, [6] advenit omne pondus armorum, [7] iiſdémque anteſignanis per hirta dumis & aſpera magno virium niſu in editas ſublimitates erepſit. Acri igitur partium ſpiritu conflictus cuſpidibus tentatur infeſtis: & hinc arte belli doctior miles, inde licèt feroces, ſed incauti barbari dexteris coïere collatis: quos latiùs ſeſe pandens exercitus infuſis utrimque cornibus adflictabat, per fremitus territos & equorum hinnitus & tubas. Nihilominus tamen ipſi aſſumptâ fiduciâ reſtiterunt: æquatáque parumper prœliorum ſorte, haud parva mole certatum eſt, dum [8] turmarum funeribus mutuis res gerebatur. Disjecti denique Romanorum ardore, metúque turbati, miſcentur ultimis primi: dúmque in pedes verſi diſcedunt, verutis [9] hoſtilibus forabantur & pilis. Poſtremò dum anheli currunt & feſſi, pandebant ſequentibus poplites & ſuras & dorſa. Stratis denique multis, lapſorum partem Sebaſtianus, cum ſubſidiali manu locatus poſt montium terga, trucidavit ex incauto latere circumventam: diſperſi ceteri ſilvarum ſe latebris amandarunt. In hac dimicatione noſtri quoque oppetiêre non contemnendi: inter quos Valerianus fuit Domeſticorum omnium primus, & Natuſpardo quidam Scutarius, [ſ] exſertus ita bellator, ut Sicinio veteri comparetur & Sergio. Híſque tali ca-

4 *Al.* procurſatores. 5 *Mſ.* oblita. 6 *Al.* advenit huc omne. 7 *Al.* iis denique. *In mſ. neutrum habetur.* 8 *Mſ.* ruinarum. 9 *Mſ.* haſtilibus.

q *Quam inſpexere proculcatores*] Ita in Mſ. vulg. *procurſatores*. Et *proculcatores* hîc, uti in melioribus libb. Vegetii, & Notitia Imp. *Inter auxilia Palatina Exculcatores ſeniores, Exculcatores juniores.* Lindenbr.

r *Proculcatores.*] In codice Regio & Baſilienſi Editione *Procurſatores* dicuntur: ſed cùm Auguſtana Editio codici Flor. [& Colb.] conſentiat, non dubito quin præferenda ſit altera ſcriptura. Sunt autem Proculcatores iidem ac procurſatores, ſeu excurſatores, qui ſcilicet agmen præeuntes, incurſum hoſtium explorabant, ut videre eſt in principio lib. 24. Eos Vegetius in lib. 2. excultatores ſeu exculcatores vocat: Leo in Tacticis σκουλκάτωρες. Iidem Græci σκοῦλκαν & σκουλκεύειν vocant ſtationem ſeu vigilias, indidem deflexo vocabulo. * In Toloſ. codice *Procultatores* ſcriptum inveni. * *Valeſ.*

ſ *Exercitus ita bellator.*] Neſcio unde hæc ſcriptura in Lindenbrogii Editionem irrepſit. Nam in Regio quidem exemplari, & in Auguſtana Editione locus corruptus eſt hoc modo, *& Sextus ita bellator*: [in Colbert. Mſ. *ex ſextus.*] Gelenius verò ſic ediderat, *exſertus ita bellator*, optimè procul dubio. Sic enim in ſuperiore librò locutus eſt Marcellinus lib. XXII. cap. XI. *Aliſo quidam Tr. abſcidit exſertus bellator & prudens.* Idem.

ſuum diverſitate perfectis, milites ad hiberna, [t] Imperatores Treveros reverterunt.

CAP XI. Per hæc tempora Vulcatio Rufino abſoluto vita dum [1] adminiſtrarat; ad regendam Præfecturam Prætorianam ab Urbe Probus accitus, claritudine generis & potentiâ & opum amplitudine cognitus orbi Romano, per quem univerſum pæne patrimonia ſparſa poſſedit, juſtè an ſecus non judicioli eſt noſtri. Hunc [v] quaſi genuina quædam, ut fingunt Poëtæ, fortuna vehens præpetibus pinnis, nunc beneficum oſtendebat & amicos [2] ſublimiùs erigentem, aliquotiens inſidiatorem dirum, & per cruentas noxium ſimultates. Et licèt potuit quoad vixit [x] ingentia largiendo, & [y] intervallando poteſtates adſiduas: erat tamen interdum timidus ad audaces, contra timidos celſior: ut videretur cùm ſibi fideret, de cothurno ſtrepere tragico, & ubi paveret, omni humilior ſocco. Atque ut natantium genus elemento ſuo expulſum, haud tam diu ſpirat in terris; ita ille marcebat abſque præfecturis: quas jurgiis familiarum ingentium capeſſere cogebatur, numquam innocentium per cupiditates immenſas, utque multa perpetrarent impune, dominum ſuum mergentium in

1 *Al.* adminiſtrat. 2 *Al.* altiùs.

* t *Imperatores Treveros reverterunt.*] Ubi & triumphales ludos edidit Valentinianus, ut teſtatur Auſonius in Moſella ſub finem:

--- Auguſtæ veniens quòd mœnibus urbis
Spectavit junctos natique patriſque triumphos:
Hoſtibus exactis Nicrum ſuper & Lupodunum,
Et fontem Latiis ignotum annalibus Hiſtri.

Hanc enim haud dubiè Valentiniani victoriam Alamannicam deſignat, quæ contigit Valentiniano II. & Valente II. Coſſ. Quare valde miror, qua ratione Cluverius, vir alioquin diligentiſſimus, hos verſus Auſonii de Gratiani Argentuarienſi victoria acceperit: quod paſſim inculcat ac repetit in lib. 2. & 3. Germ. Ant. capite 4. Atqui apud Argentuariam LentienſesGratianus vicit poſt mortem patris, ut conſtat. Valentinianus verò tunc cùm hæc Auſonius ſcriberet, adhuc vivebat. *Sic* enim paullò pòſt ait:

Burdigalam cùm me in patriam nidumque ſenectæ
Auguſtus pater, & natus mea maxima cura Mittent.
&c.

Sed hic Cluverii error ex M. Freheri Commentariis hauſtus videtur. Interim demendus eſt alter Cluverii ſcrupulus, qui in ſupradicto capite 4. neſcire ſe ait, cur Auſonius *fontem Hiſtri Latinis ignotum* dixerit. Ego verò facilè id ſolvi poſſe aio, ſi meminerimus Danubium a fonte ad Mœſiam uſque appellari; inde ad Pontum uſque Hiſtrum. Itaque Hiſtri fontes Latinis ſeu Romanis nulli ſunt, ſed Danubii. *Idem.*

v *Quaſi gemina quædam, ut f. P. fortuna.*] Sic fere loquitur Valerius Max. in lib 6. cap. 11. *Namque Alcibiadem quaſi duæ fortunæ partitæ ſunt: altera quæ ei nobilitatem, &c.* Sed tamen in hac ſententia manco ſcribendum eſſe *genuina.* Eodem errore in Elogio Juliani quod eſt in lib. 25. ubi legitur, *ut pœnarum aſperitatem genuina lenitudine caſtigaret*: in Editione Rom. ſcriptum erat *gemina* & in Epiſt. 23. & 25. lib. 1. Symmachi plerique codices *gemina* pro *genuina* præferunt, teſte Jureto. *Idem.*

x *Ingentia largiendo.*] De liberalitate & munificentia Probi idem teſtatur Claudianus in Conſulatu Olybrii & Probini:

Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes: ſed largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas, &c.

Idem.

y *Interpellando poteſtates aſſiduas*] Reſtituta eſt hoc in loco vera ſcriptura, quam & Regius & Vatic. codex, [ac Colbert.] & Editio Auguſt. ſervaverat. Et eleganter intervallaſſe poteſtates dicitur Probus, quippe qui tot magiſtratus geſſerit ac præfecturas, ut numquam ferè ſine magiſtratu viſus ſit. Fuit enim primò Proconſul Africæ, Datiano & Cereale Coſſ. ut diſcimus ex lege 3. Cod. Theod. Quorum appellat. ac deinde Præfectus Præt. quater, ac poſtremò Conſul cum Gratiano A. anno Domini 371. ut docent veteres Inſcriptiones apud Gruterum p. 401. Primam quidem Præfecturam Præt. quam hîc commemorat Marcellinus, geſſit Valentiniano Nob. P. & Victore Coſſ. ut elicitur ex Codice Theod. Fuit autem Cœlii Probini filius, Petronii Probiani nepos, quorum uterque Conſul fuerat: ut ex vetuſta Inſcriptione docuit me Jac. Sirmundus. Itaque ex avi nomine dictus eſt Sextus Petronius Probus. Ejuſdem elogium exſtat apud Auſonium in Ep 3. * Narrat Paulinus in Vita Ambroſii, tantam ejus famam etiam apud exteras gentes fuiſſe, ut ex Perſide Romam nonnulli venerint, Probi potentiam ac divitias ſpectaturi. * *Idem.*

Rempub. Namque fatendum eſt, numquam illa magnanimitate coalitus, clienti vel ſervo agere quidquam juſſit illicitum: ſed ſi eorum quemquam crimen ullum compererat admiſiſſe, vel ipſa repugnante juſtitia, non explorato negotio, ſine reſpectu boni honeſtíque defendebat. Quod vitium [3] reprehendens [z] ita pronuntiat Cicero: *Quid enim intereſt inter ſuaſorem facti & probatorem? Aut quid refert, utrum voluerim fieri, an gaudeam factum?* [a] Suſpicioſus tamen, & [4] munitus ſuopte ingenio fuit, & ſubamarùm arridens, blandiénſque interdum ut noceat. Id autem perſpicuum eſt in ejuſmodi moribus malum, tum maximè cùm cælari poſſe exiſtimatur: [b] ita implacabilis & [5] directus, ut ſi lædere quemquam inſtituiſſet, nec exorari poſſet, nec ad ignoſcendum erroribus inclinari: ideóque aures ejus [6] non cerâ, ſed plumbis videbantur obſtructæ. In ſummis divitiarum & dignitatum culminibus anxius & ſollicitus, ideóque ſemper levibus morbis afflictus. Hæ per Occidentales plagas ſeries rerum fuere geſtarum.

CAP. XII. [c] Rex verò Perſidis longævus ille Sapor, & ab ipſis imperitandi exordiis dulcedini rapinarum addictus, poſt Imperatoris Juliani exceſſum & pudendæ pacis icta fœdera, cum ſuis paullisper nobis viſus amicus, calcata fide ſub Joviano pactorum, injectabat Armeniæ manum, ut eam, velut placitorum abolita firmitate, ditioni jungeret ſuæ. Et primò per artes fallendo diverſas, [7] nationem omnem renitentem diſpendiis levibus afflictabat, ſollicitans quoſdam Optimatum & Satrapas, alios excurſibus occupans improviſis. Dein per exquiſitas perjuriíſque miſtas illecebras [d] captum Regem ipſum Arſacem,

3 *Mſ.* reprehendens tam pronuntiat. 4 *Mſ.* munitus. 5 *Mſ* directus. 6 nonne eras ſed pluribus. *vulg.* non erant ſed pluribus. 7 *Mſ.* nationem hominum.

---

z *Ita pronuntiat Cicero.*] In Philippica 2. ſed & in jure ſuaſor criminis & laudator eâdem pœnâ tenentur. Nam Ulpianus in lege 1. D. de ſervo corrupto: *Et ſi erat ſervus omni modo fugiturus, vel furtum facturus; hic verò laudator hujus propoſiti fuerit; tenetur. Non enim oportet laudando augeri malum.* Idem.

[a *Suſpicioſus tamen & minutus ſuopte ingenio fuit.*] In codice Colbertino ſcriptum eſt: *Suſpicioſus tamen & munitus ſ. i. fuit*: quæ ſcriptio planè mihi arridet. *Munitus* vocatur Ammiano homo undique ſibi cavens, & ex omni parte veluti tectus adverſus inſidias & fraudes ac dolos. *Minutus* retinet Lindenbrogius, & explicat μικρόψυχος, id eſt timidus & puſilli animi: quod vitium in Probum etiam cadit.] *Idem.*

[b *Ita implacabilis & diruptus, &c.*] Quid heic *diruptus* ſignificet, haud facile dictu eſt. Huic enim loco nomen iſtud haudquaquam convenit. Codex Colbertinus præfert, *ita implac. & directus, ut nec exorari poſſet, nec ad ignoſcendum inclinari.* Quam lectionem mecum docti omnes ſunt probaturi. *Directum* appellat Marcellinus hominem immobilem, inflexibilem, & ut alibi loquitur indeclinabilem, in malo propoſito ſibi conſtantem ac firmum, & ſi quem lædere voluerit, nulla umquam ratione ad veniam flectendum atque convertendum. P. Pithœus ad oram Ammiani ſui notavit, cùm *munitus*, tum *directus* in veteribus libris legi.] *Hadr. Valeſius.* Eſt aliquid ex uno codice mutare contextum; quiquid ſignificet, facile dictu poteſt alteri eſſe. Potuit autem vir doctus ad ſpeciem hujus mutationis conſulere varias lectiones Lindenbrogii, qui teſtatur ſimiliter legi in Florentino. Etiam Accurſius prope ad hanc formam edidit *direptus*. Qui autem directus dicitur, cur in ſequiorem partem debet intelligi? Haud dubie poteſt & in bonam. *Diruptus* autem ſatis quoque eleganter & commode dicetur, nempe ab humanitate & ignoſcendi venia, ut *abruptum patri Torquatum* dixit Manilius, quem in iſta loquutione illuſtravit pater libro 1. obſerv. cap 6. Omiſit autem Ammianus rem, a qua diruptus erat (quum Manilius addiderit) perinde ut Velleio lib. 1. dicitur Lycurgus *diſciplinæ convenientiſſimæ vir*, non addito, cui convenientiſſima iſta diſciplina erat, unde magna illic moleſtia viris doctis, quam alibi removebimus. *Gron.*

c * *Rex Perſidis longævus ille Sapor*] Ad annum LXX. pervenit. Multa de eo Agathias in lib. IV. pag. 131. * *Lindenbr.*

d *Captum Regem ipſum Arſacem.*] Neſcio an is ſit Ar-

adhibitúmque in convivium juſſit ad latentem trahi poſticam : eúmque effoſſis oculis, [e] vinctum catenis argenteis, quod apud eos Honoratis vanum ſuppliciorum æſtimatur eſſe ſolatium, exterminavit ad caſtellum Agabana nomine, ubi diſcruciatus [8] cecidit ferro pœnali. Deinde ne quid intemeratum perfidia præteriret, [f] Sauromace pulſo, quem auctoritas Romana præfecit Hiberiæ, Aſpacuræ cuidam poteſtatem ejuſdem detulit gentis diademate addito, ut arbitrio ſe m‑nſtraret inſultare noſtrorum. Quibus ita ſtudio nefando perfectis, Cylaci ſpadoni & Artabanni, quos olim ſuſceperat perfugas, commiſit Armeniam, (horum alter antè gentis Præfectus, [g] alter Magiſter fuiſſe dicebatur armorum) iiſdémque mandarat, ut [h] Artogeraſſam intentiore cura exſcinderent, oppidum muris & viribus validum, quod theſauros & uxorem cum filio Arſacis tuebatur. Iniere ut ſtatutum eſt obſidium duces. Et quoniam munimentum poſitum in aſperitate montana, rigente tunc cælo nivibus & pruinis, adiri non poterat, eunuchus Cylaces aptúſque ad muliebria palpamenta, Artabanne adſcito, prope mœnia ipſa [9] fide non amittendæ [1] ſalutis accepta, propere venit: & cum ſocio ad interiora ſuſceptus ut poſtulavit, ſuadebat [2] minaciter defenſoribus & Reginæ, motum Saporis inclementiſſimi omnium lenire deditione veloci. Multis poſt hæc ultro citróque dictitatis, ejulantéque muliere truces mariti fortunas, proditionis acerrimi compulſores in miſericordiam flexi mutavêre conſilium : & ſpe potiorum erecti, ſecretis colloquiis ordinarunt, horâ præſtitutâ nocturnâ recluſis ſubitò portis validam manum erumpere, vallúmque hoſtile cædibus aggredi repentinis, ut lateant id tentantes, polliciti ſe pro-

8 *Mſ.* deciderat, 9 *Mſ.* deinde. 1 *Mſ.* ſaluti. 2 *Mſ.* minaciter.

ſaces Armeniorum Rex, quem à Pacurio Perſarum Rege una cum Baſilio Conſiliario evocatum, & in lethem conjectum eſſe, multis refert Procopius in lib. I. Perſic. *Valeſ.*

e *Vinctum catenis argenteis, quod apud eos honoratis*] Idem hic mos in AEthiopia uſitatus, ut reos nimirum aut bello captos in argenteis aureíſve catenis adſervarent. Herodotus lib. III. Heliodorus lib. IX. *Δεσμά τε ἀμείβειν καὶ χρυσᾶ ἐπιβάλλειν, ὅσα γὰρ σίδηρος παρ' ἄλλοις εἰς τὰς χρείας, ταῦτα παρ' Αἰθίοψιν ὁ χρυσὸς νομίζεται.* * Solinus lib. 3. cap. 10. *Apud hos* (AEthiopas) *plus auri, quàm Perſis eſt : ideo quod minus eſt, pretioſius cenſent. AEre exornantur, auro vincula ſontium fabricant.* * Tertullianus de Habit. mul. cap. 7. *Apud Barbaros quoſdam, quia vernaculum eſt aurum, & copioſum, auro vinctos in ergaſtulis habent, & divitiis malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores : aliquando revera inventum eſt, quomodo & aurum non ametur.* * Idem de Cultu fem. cap. 20. *Aurum ipſum, cujus vos gloria occupat, cuidam genti ad vincula ſervire referunt gentilium literæ.* * Sic igitur vinctus fuit Beſſi & Nabarzanis inſidiis circumventus Darius : ſic Cyrus, Aſtyages, Crœſus. Curtius lib. V. Juſtinus lib. V. & XI. Dio Chryſoſt. Orat. ult. Auſonius in Ludo VII. Sapient. *Lindenbr.*

[f *Sauromace pulſo, quem auctoritas Romana præfecit Hiberiæ.*] Sauromaces nomen apud Hiberos notum fuit. Plinio in libro X. Epiſtolarum *Rex Sauromaces* memoratur, & legatus *Sauromacæ Regis* Nicæam veniſſe dicitur: quem Regem Hiberorum fuiſſe alterum puto principatu Trajani A. qui præter cæteros Hiberorum Regem in fidem accepit, ut Eutropius tradit. Sed *Sauromates* & *Sauromatæ* Editiones Plinii habent pro *Sauromaces* & *Sauromacæ.*] Valeſ. Nec mirum ita haberi in editionibus, quum ſic ibi quoque habeant libri ſcripti : immo id verum etiam ſit nomen : ut docemur ex nummo, cui inſcribitur ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΑΥΡΟΜΑΤΟΥ, quem vidiſſe ſe teſtatur Spanhemius de præſtant. numiſm. pag. 463. ſed quod ibidem loquitur de Boſporo Thracico, riſum meretur, etſi de eodem quoque loqui & ſentire videatur ad Juliani Cæſares pag. 420. *Gron.*

g *Magiſter fuiſſe dicebatur armorum.*] In codice Regio poſt vocem *Magiſter* modicum ſpatium vacat: & ad oram antiquarius adnotat ſcribendum ſibi videri, *Magiſter alter fuiſſe, &c.* quod equidem verum eſſe exiſtimo. *Valeſ.*

h *Artogeraſſam*] Forſan eadem eſt cum Ptolemæi Ἀρταγιγάρτα, de qua in Deſcriptione Armeniæ. *Lindenbr.*

dituros. Quibus religione firmatis egreſſi, biduúmque ad deliberandum quid capeſſere debeant ſibi concedi clauſos petîſſe aſſeverantes, in deſidiam obſeſſores traduxerunt: & vigiliis quibus ob ſecuritatem altiore ſtertitur ſomno, civitatis [3] aditu reſerato juventus exſiluit velox: paſſibúſque inſonis expeditis mucronibus [4] repens, cùm caſtra nihil metuentium invaſiſſent, jacentes multos nullis reſiſtentibus trucidarunt. Hæc inopina defectio necêſque inſperatæ Perſarum, inter nos & Saporem diſcordiarum excitavêre cauſas immanes: illo etiam accedente, quòd Arſacis filium Param, ſuadente matre cum paucis è munimento digreſſum, ſuſceptúmque Imperator Valens apud [i] Neocæſaream morari [5] præcepit, urbem Polemoniaci ponti notiſſimam, liberali victu curandum & cultu. Qua humanitate Cylaces & Artabannes inlecti, miſſis oratoribus ad Valentem, auxilium eumdémque Param ſibi Regem tribui popoſcerunt. Sed pro tempore adjumentis negatis, per Terentium Ducem Para reducitur in Armeniam, [k][l] recturus interim ſine ullis inſignibus gentem: quod ratione juſta eſt obſervatum, ne fracti fœderis nos argueremur & pacis. Hoc comperto textu geſtorum Sapor ultra hominem efferatus, concitis majoribus copiis Armenias aperta prædatione vaſtabat. Cujus adventu territus Para, itidémque Cylaces & Artabannes, nulla circumſpectantes auxilia, [m] celſorum montium petivêre [6] receſſus, limites noſtros diſterminantes & Lazicam: ubi per ſilvarum profunda & flexuoſos colles menſibus quinque deliteſcentes, Regis multiformes luſêre conatus. Qui operam teri fruſtra contemplans ſidere flagrante brumali, pomiferis exuſtis arboribus, caſtelliſque munitis & caſtris quæ ceperat [7] ſuperata vel prodita, cum omni pondere multitudinis Artogeraſſam circumſæptam, & poſt varios certaminum caſus [8] laſſatis defenſoribus patefactam incendit:

3 *mſ.* aditura è ſtrato. 4 *mſ.* repens. 5 *mſ.* præcipitur. 6 *mſ.* receſſus. 7 τὰ vel prodita *in mſ. deſunt.* 8 *mſ.* laxatis.

i *Neocæſaream urbem Polemoniaci Ponti notiſſimam.*] In codice Regio reperi *nobiliſſimam* levi diſcrimine. * Sic Eutropius *Tigranocertam civitatem Armeniæ nobiliſſimam* vocat in libro 6. * Neocæſarea Ponti Polemoniaci metropolis fuit, ut patet ex Notitia Epiſcoporum, qui Chalcedonenſi Synodo ſubſcripſerunt. Pontus autem Polemoniacus pars eſt Euxini Ponti. Nam Pontus Euxinus pro gentibus quas alluit, varias ſortitus eſt appellationes. Præter Pontum enim propriè dictum eſt Pontus Galaticus, & Polemoniacus, & Cappadocicus; quibus nominibus etiam provinciæ appellantur, ut docet Ptolemæus in lib. 5. At Scaliger ad num. 2081. Euſebiani Chronici ſcribit, Pontum Polemoniacum ita dici ad diſtinctionem Ponti Pelagonii, qui mendosè per æ ſcribitur in veteri inſcriptiome, quæ exſtat in Editione Gruteri, p. 402. L. DIDIO. MARINO. V. E. PROC. FAM. GLADIAT. PER. ASIAM. HY. GALATIAM. CAPPAD. LYCIAM. PAMPHYL. CILICIAM. CYPRUM. PONTUM. PAELAG. Ex mox: BITHYNIAE. PONTI. PAELAG. Sed quis non videt in ea inſcriptione ſcribendum eſſe PAFLAG. Eodem errore *Pelagoniæ* pro *Paphlagoniæ* ſcribi in Facundi libro 7. notavit vir præſtantiſſimus Jacobus Sirmundus. Contra Paflagonia perperam ſcribitur in lib. 6. Marciani Capellæ, pro Pelagonia. Pontus igitur Pelagonius in Aſia nullus eſt. *Valeſ.*

k *Recturus ſinè ullis inſignibus gentem*] * Curius Fortunatianus Rhetor lib. pag. 64. *Faſces, lictores, toga prætexta, ſella curulis, imperia, provinciæ, magiſtratuum ornamenta ſunt. Conſularia inſignia*; Novell. 30. c. 6 *ὄχημά τι ἐξ ἀργύρου, καὶ πελέκεις καὶ ῥάβδους.* Novell. 24. cap. 4. Novell. 25. cap. 5. * De his inſignibus multa in Notitia Imperii. *Lindenbr.*

l *Recturus int. ſine inſignibus.*] Id eſt ſine diademate & regiis inſignibus. *Valeſ.*

m *Celſ. montium petivere ſeceſſus.*] In codice Regio [& Colb.] *receſſus* ſcribitur. Ceterùm hi montes qui Rom. limitem & Lazicam dirimebant, incipiebant à Rhiſæo opido, quod Rhiſuntem vocat Ptolemæus: in iiſque gens libera degebat, nec Romanis nec Lazis obnoxia, ut ſcribit Procopius in lib. 4. Goth. *Idem.*

Arſacis uxorem erutam inde cum theſauris abduxit. Quas ob cauſas ad eas regiones Arinthæus cum exercitu mittitur Comes, ſuppetias laturus Armeniis, ſi eos exagitare procinctu gemino tentaverint Perſæ. Inter quæ Sapor immenſum quantum aſtutus, & cùm ſibi conduceret humilis aut elatus, ſocietatis futuræ ſpecie Param ut incurioſum ſui per latentes nuntios increpabat, quòd majeſtatis regiæ velamento Cylaci ſerviret [n] & Artabanni: quos ille præceps blanditiarum illecebris interfecit, capitáque cæſorum ad Saporem ut ei morigerus miſit. Hac clade latè diffuſa, Armenia omnis periſſet [o] impropugnata, ni Arinthæi adventu territi Perſæ eam incurſare denuo diſtuliſſent: hoc ſolo contenti, quòd ad Imperatorem miſêre legatos, petentes nationem eamdem, ut ſibi & Joviano placuerat, non defendi. Quibus repudiatis, Sauromaces pulſus ut antè diximus Hiberiæ regno, cum duodecim legionibus & Terentio remittitur: & eum amni Cyro jàm proximum Aſpacures oravit, ut ſocia poteſtate conſobrini regnarent: cauſatus ideo ſe nec cedere, nec ad partes poſſe tranſire Romanas, quòd [9] Ultra ejus filius obſidis lege tenebatur adhuc apud Perſas. Quæ Imperator doctus, ut concitandas ex hoc quoque negotio turbas conſilio prudentiáque molliret, diviſioni adquievit Hiberiæ: ut eam medius dirimeret Cyrus, & Sauromaces [p] Armeniis finitima retineret & Lazis, Aſpacures Albaniæ Perſiſque contigua. His percitus Sapor, pati ſe exclamans indigna, quòd contra fœderum textum juvarentur Armeniæ, & [1] evanuit legatio quam ſuper hoc miſerat corrigendo, quódque ſe non aſſentiente nec conſcio dividi placuit Hiberiæ regnum: velut obſeratis amicitiæ foribus vicinarum gentium auxilia conquirebat, ſuúmque parabat exercitum, ut ſerenata cæli temperie ſubverteret omnia, quæ ex re ſua ſtruxere Romani.

9 *mſ.* ultra. 1 *mſ.* evanuit.

---

n *Et Artabanni.*] Regius codex *Arabanni* ſcriptum habet ubique: in principio autem libri 30. *Arrabannis*: [in Mſ. Colb nunc *Arabanni*, nunc *Arraboni*, & *Arrabannes.*] Valeſ.

o *Ni propugnatoris Arinthæi.*] Cùm in Reg. codice ſcriptum eſſe vidiſſem, *ne propugnatam*; exiſtimavi integrum locum haud paullo elegantiùs ſcribi poſſe hoc modo: *Armenia omnis periſſet impropugnata, ni Arinthæi*, &c. ſic enim loqui ſolet Marcellinus. *Idem.*

p *Armeniis finitima ret. & Lazis.*] Quippe Hiberia media eſt inter Lazos ac Perſas: ab Oriente enim Albaniam habet & Perſas: ab Occaſu autem Colchidem, quæ Lazica poſtea dicta eſt, ut ſcribit Procopius in lib. 1. Perſic. & Ptolemæus. Armenia autem Hiberis eſt ad Meridiem. *Idem.*

Explicit Liber XXVII.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XXVIII

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XXVIII continentur.

CAPUT I. *Multi, etiam Senatores, ac Senatorii generis feminæ, Romæ veneficiorum, ſtuprorum & adulteriorum accuſantur, & ſupplicio afficiuntur.*

C. II. *Valentinianus Aug. totam Rheni ripam Gallicam caſtris, caſtellis & turribus munit: Alamanni Romanos trans Rhenum munimentum exſtruentes interficiunt. Marathocupreni graſſatores in Syria juſſu Valentis A. cum liberis & vico ſuo deleti.*

C. III. *Theodoſius urbes Britanniæ à Barbaris vaſtatas reſtituit, caſtella reparat, & provinciam inſulæ recipit, quæ Valentia eſt appellata.*

C. IV. *De Olybrii & Ampelii Præfectura Urbana: & de vitiis Senatus populique Romani.*

C. V. *Saxones in Gallia, poſt factas indutias, à Romanis inſidiis circumventi. Valentinianus data fide jungendi copias, Burgundiones Alamanniæ immiſit, qui decepti ac illuſi, captivis omnibus occiſis domum redierunt.*

C. VI. *Clades Tripoli provinciæ, Leptitaniſque & OEenſibus ab Auſturianis illatæ, & fraude Romani Comitis Valentiniano occultatæ, & minimè vindicatæ.*

CAPUT I. DUM apud Perſas, ut ſuprà narravimus, perfidia Regis motus agitat inſperatos, & in Eois tractibus bella rediviva conſurgunt: [a] anno ſextodecimo & eo diutiùs [b] poſt Nepotiani exitium, ſæ-

[a] *Anno* XVI. *& eo diutius poſt Nepotiani exitium.*] Flavius Popillius Nepotianus Eutropiæ Conſtantini ſororis filius, cùm Magnentium cæſo Conſtante Imperium in Galliis invaſiſſe cerneret, & ipſe tamquam eo dignior Imperium concupivit. Cæſo igitur Urbi Præfecto Cœlio Probino, & armata gladiatorum manu Imperator renuntiatus, multos qui Magnentii partibus favebant occidit: adeo ut paſſim domus, fora, viæ, templáque cadaveribus complerentur. Sed mox miſſi à Magnentio duces, Heraclida Senatore prodente, factionem ejus oppreſſere: caput ejus pilo per Urbem circumlatum eſt. Graviſſimæ deinde proſcriptiones, & Nobilium qui Nepotiani partibus faviſſe ſuſpecti erant, cædes ſubſecutæ ſunt. Nam & Eutropia Nepotiani mater, & Spe-

viens per Urbem æternam urebat cuncta Bellona, ex primordiis minimis ad clades excita luctuoſas: quas obliteraſſet utinam juge ſilentium! ne forte paria quandoque tententur, plus exemplis generalibus nocitura quàm delictis. Ac licèt ab textu cruento geſtorum exquiſitè narrando, juſtus me retraheret metus multa reputantem & varia; tamen præſentis temporis modeſtiâ fretus, carptim ut quæque memoriâ digna ſunt explanabo: nec pigebit quid ex his, [1] quæ apud veteres acciderint, [2] timuerim, docere ſuccinctè. Bello Medico primo cùm diripuiſſent Aſiam Perſæ, [c] obſidentes [3] Miletum molibus magnis, minantéſque defenſoribus cruciabiles neces, injecere clauſis neceſſitatem, ut omnes magnitudine malorum adflicti, peremptis caritatibus propriis, projectóque in ignem mobili cenſu, arſuros ſe certatim congererent in communem pereuntis patriæ rogum. [d] Hoc argumentum paullo poſtea digeſtum tumore tragico Phrynichus in theatrum induxerat Athenarum: paulliſpérque jucundè auditus, cùm [4] cothurnatiùs ſtilus procederet lacrymoſus, indignatione damnatus eſt populi, arbitrati non conſolandi gratiâ, ſed probroſè monendi quæ pertulerat amabilis civitas, [e] [f] nullis auctorum adminiculis fulta, hos quoque dolores ſcenicis adnumeraſſe fabulis inſolenter. [g] Erat enim Athenienſium colonia Miletus, [h] deducta inter Jonas alios per [5] Nileum filium Codri, qui

1 *Mſ.* quæque apud. 2 *Al.* timuerim. 3 *Al.* militum. 4 *Mſ.* cothurnatiùs. 5 *Mſ.* Linae.

rantius, & Abuterius, aliíque plures capite pœnas dederunt, ut ſcribit Athanaſius in Epiſt. Apologetica ad Conſtantium pag. 676. καὶ ἀποδέχομαί σε σφάξαντα τοὺς ἐῤῥωμένη γνησίως ἡμᾶς ὑποδεξαμένους, τὴν μακαρίαν σου θείαν τὴν ὡς ἀληθῶς Εὐτροπίαν, καὶ Ἀβουτήριον τὸν γνήσιον ἐκεῖνον, καὶ Σπηρεάντιον τὸν πιστότατον, καὶ ἄλλους πολλούς. Porro id Nepotiani exitium contigit anno Domini 350. Sergio & Nigriniano Coſſ. ex ante diem III. Nonas Jun. uſque ad pridie Cal. Jul. ut ſcribit Idatius in Faſtis, & Chronicum Alexandrinum. *Valeſ.*

b *Poſt Nepotiani exitium*] Aurelius Vict. *Romæ Nepotianus Eutropiæ Conſtantini ſororis filius, hortantibus perditis, Auguſti nomen rapit: quem octavo die viceſimoque Magnentius oppreſſit.* Lindenbr.

c *Obſidentes Miletum molibus magnis*] Sic emendavimus certiſſimâ conjecturâ: nam corruptè hactenus editum eſſe, *obſidentes militum*, &c. nemo, cui cor ſapit, negabit. *Idem.*

d *Hoc argumentum poſtea digeſtum tumore tragico Phrynichus*] Herodotus lib. 6 Ἀθηναῖοι μὲν δῆλον ἐποίησαν ὑπεραχθεσθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσει, τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν, καὶ διδάξαντι, ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον, καὶ ἐζημίωσάν μιν, ὡς ἀναμνήσαντα οἰκήια κακὰ, χιλίῃσι δραχμῇσι, καὶ ἐπέταξαν μηκέτι μηδένα χρᾶσθαι τούτῳ τῷ δράματι. Cl. AElianus Variar. Hiſtor. lib. XIII. cap. 17. Longinus περὶ ὕψους, * Libanius Sophiſta Declamat. 13. p 404 Declamat. 19 pag. 506. * Tzetzes Chil. VIII. Hiſtor. CLV. *Idem.*

e *Nullis auctorum adminiculis fulta*] ἴσ. *aliorum adm.* Idem.

f *Nullis auctorum admin. fulta.*] Auctores dicuntur conditores, ſeu coloniæ deductores, quos Græci κτίστας vocant. Quo nomine non ſolùm ii cenſentur, qui primi urbem condidere, ſed etiam qui colonis frequentavere. Auctores eo ſenſu dixit Suetonius in Claudio cap. 25. Solinus cap. x. & Juſtinus in lib. 21. & 23. ut Livium Avienúmque præteream. Auctores igitur hoc in loco ſunt Athenienſes, qui coloniam in Aſiæ eam partem miſerunt, quæ Ionia dicitur. *Valeſ.*

g *Miletúmque relegatus eſt.*] Hæc verba abſunt à codice Regio, * & Tol. * [& Colb.] & Vaticano: rectè ut equidem cenſeo. Neque enim Phrynichus propter illam tragœdiam ab Athenienſibus relegatus eſt, ſed mille drachmis tantummodò multatus, ut ſcribit Herodotus in lib. 6. & Calliſthenes apud Strabonem in lib. 14. aliíque plures. Cùm autem duo fuerint Phrynichi Athenienſes tragici, alter Polyphradmonis filius, Theſpidis diſcipulus, alter filius Melanthæ: hic qui Mileti haloſim dedit, Melanthæ filius dicitur à Scholiaſte Ariſtophanis in Veſpas: cui ſubſcribit AElianus in lib. 13. cap. 17. In Editione etiam Auguſtana legitur, *Miletum relegatus eſt.* Sed non dubito quin hæc verba tum Accurſius, tum Gelenius ex conjectura addiderunt, ut ſequentia cum antecedentibus cohærerent: ſequitur enim narratio de conditu Mileti, cujus urbis nullam antea mentionem factam videbant. Etenim ubi legitur, *obſidentes Mil. tum molibus magnis*, utriuſque Editio perperam ſcriptum habebat, *obſid. militum, &c.* Idem.

h *Deducta inter Jonas alios per Nileum.*] Poſt mor-

fertur

fertur pro patria bello ſe Dorico devoviſſe. Sed ad propoſita veniamus. Maximinus regens quondam Romæ Vicariam Præfecturam,[i] apud Sopianas Valeriæ oppidum obſcuriſſimè natus eſt,[k] patre[l] Tabulario[m] Præſidialis officii, orto à poſteritate[n] Carporum quos antiquis excitos ſedibus Diocletianus tranſtulit in Pannoniam. Is poſt mediocre ſtudium liberalium[6] doctrinarum, defenſionémque cauſarum ignobilem, & adminiſtratas Corſicam itidémque Sardiniam,[o] rexit deinde Tuſciam. Unde morato in itinere diutiùs ſucceſſore, progreſſus ad curandam Urbis annonam, etiam provinciæ[7] moderamina retinebat: egítque conſideratione triplici inter exordia cautiùs: Primò quòd recalebant in auribus ejus parentis effata, quid augurales alites vel cantus monerent oſcinum apprimè callentis,[p] aduſque ſublimia regimenta, ſed periturum ferro pœnali: dein quòd nactus hominem Sardum, quem ipſe po-

6 *Al.* diſciplinarum. 7 *Mſ.* moderamine.

tem Codri Regis Athenienſium, inter filios ejus Medontem ac Nileum, qui ceteros fratres ætate anteibant, de regno orta contentio eſt. Permiſſâ oraculo Delphico controverſiâ, Apollo Medonti regnum adjudicavit. At Nileus fratri utpote claudo parere dedignatus, collecta Athenienſium juventute, cum reliquis fratribus aliiſque ex Græcia adjunctis comitibus, in Aſiam profectus eſt, & pulſis Caribus ipſe Miletum; ceteri alias in Jonia urbes condidêre: ut ſcribit Pauſanias in Achaïcis, Strabo in lib. 14. AElianus in lib 8. Variæ Hiſt. Conon in Narrat 2. apud Photium, Tertullianus de Pallio, aliíque. Contigit autem hæc Jonica migratio annis 140. poſt excidium Trojæ, teſte Ariſtarcho, & Eratoſthene atque Porphyrio. Ceterùm Nileus rectè ſcribitur. Nam & Herodotus in 6. & Marmora Arundelliana, & Pauſanias in Achaïcis, & Suidas νειλεὺς appellant. *Valeſ.*

i *Apud Sopianas.*] Sic etiam in Itinerario Antonini hoc opidum nominatur: in codice tamen Regio, * & Toloſ. * & in Auguſtana Editione ſcriptum reperi *apud Sopianum*, [in Colbert. Mſ. *Sopianus.*] Idem. Citat hunc locum Hieronym Surita in notis ad Itinerarium Auguſt. ubi occurrunt itinera *a Sopianis Acincum*, item *a Sopianis Bregetionem.* Juretus vero ad Symmachum x, 2 epiſt. allegat *Sopianos*, ubi etiam corrigebat *tabulario.* Gron.

k *Patre tabulario Præſidialis officii*] Mſ. hic nihil variat, legendum tamen videtur, *patre tabulario Præſ. off.* De Tabulariis exſtat Tit. C. Theod. lib. VIII. & Juſt. lib. x aliæque alibi Conſtitutiones non paucæ; ex quibus patet conditionales eos fuiſſe, & huic actui ita mancipatos, ne facilè ad aliam militiam aſpirare potuerint. Ergo Maximinum hunc obſcuriſſimè natum, utpote patre tabulario, rectè Ammian. ſcribit. Obſcuri enim revera hi cenſebantur, id eſt, ſtatus ferè ſervilis, (L. fin. C. de ſer. reip. man.) donec Arcadii & Honorii Impp. ſanctione non niſi liberi homines ad hoc officium admiſſi, L. 3. C. Theodoſ. de tabular. logogr. *Lindenbr.*

l *Tabulario Præſidialis officii.*] Ita diſtinctè ſcriptum eſt in Regio exemplari. Tabularius autem Præſidialis officii is eſt, qui tabulas publicas civitatum, & rei tributariæ rationes tractat. Hi cùm antea Numerarii dicerentur, Valens legem tulit, ut poſthac Tabularii dicerentur lege 9. Cod. Th. de Numerariis. Nec multo pòſt Theodoſius duos in ſingulis provinciis Tabularios collocari præcepit, quorum ad alterum fiſcalis arcæ ratiocinia, ad alterum largitionales tituli pertinerent, lege 12. codem tit. lege 30. de Suſceptoribus. Unde in Notitia Occidentalis Imperii, inter Officiales Conſularium, Correctorum & Præſidum Tabularii duo pro Numerario recenſentur. Videntur tamen Tabularii civitatum & provinciarum diſtincti fuiſſe à Tabulariis Præſidum: & ad eos ſpectat titulus in Cod. Th. de Tabulariis, & lex 1. de exaction. & Geſta purgationis Cæciliani, & Vetus inſcriptio: *Tabularius. Luſitaniæ. & Vettoniæ.* Valeſ.

m *Præſidialis officii*] Sic *Præſidialis apparitor* lib. XVII. In Cod. Theod tamen una littera minùs, nempe *Præſidale officium* vocatur; L. 2. de venat. ferar. L. 6. de fil. milit. L. 2. de veteran. *Lindenbr.*

n *Carporum, quos antiquis excitos ſedibus Dioclet. tranſtulit.*] Eutropius lib. IX. *Varia deinceps & ſimul & viritim bella geſſerunt, Carpis & Baſternis ſubactis, Sarmatis victis, quarum nationum ingentes captivorum copias in Romanis finibus locaverunt.* * Jordanes de reb. Geticis pag. 79. * *Idem.*

o *Rexit deinde Tuſciam*] Maximinus Corrector Tuſciæ fuit Gratiano Nob puero, & Dagalaïpho Coſſ. qui erat annus ſextus decimus poſt exitium Nepotiani. Id docet ſubſcriptio legis 8. de accuſationibus in Codice Theod. *Valeſ.*

p *Aduſque ſublimia regimenta.*] Deeſt *venturum*, aut quid ſimile. *Idem.* At id nequaquam eſt Valeſii, ſed Jureti ex notis ejus modo advocatis ad Symmach. lib. 10 epiſt. 2. Sed quamvis ita furtim raptum, tamen nullius momenti eſſe exiſtimo, & ideo rurſus delevi, quum Hadrianus ſuſtinuiſſet id uncis incluſum inſerere contextui. Nam *effata* dicens intelligit prædictiones de fortunarum ejus gradibus, & quidem *aduſque ſublimia regimenta*, ubi nihil deeſt, nec deſiderari poteſt. *Gron.*

ſtea per doloſas fallacias interemit, ut circumtulit rumor, eliciendi animulas noxias & præſagia ſollicitare larvarum perquam gnarum: dum ſupereſſet ille, timens ne proderetur, tractabilis erat & mollior: poſtremò quòd tamquam ſubterraneus ſerpens per humiliora reptando, nondum majores funerum excitare poterat cauſas. Principium autem unde latiùs ſe funditabat, emerſit ex negotio tali. q Chilo ex Vicario & conjunx ejus Maxima nomine, queſti r apud Olybrium ea tempeſtate Urbi Præfectum, vitámque ſuam venenis petitam aſſeverantes impetrarunt, ut hi quos ſuſpectati ſunt, illico rapti compingerentur in vincula: ſ organarius Sericus, & Asbolius palæſtrita, & Haruſpex Campenſis. Verùm negotio tepeſcente 8 ob diuturnam morborum aſperitatem qua tenebatur Olybrius: 9 morarum impatientes hi qui rem detulerunt, libello petiverunt oblato, ut examinandum jurgium t Præfecto mandaretur annonæ: idque ſtudio celeritatis conceſſum eſt. Acceptâ igitur nocendi materiâ Maximinus effudit genuinam ferociam, pectori crudo adſixam: v ut ſæpe faciunt amphitheatrales feræ, x diſſractis tandem ſolutæ poſticis. Cúmque multifor-

8 *Al.* ob. 9 *Al.* moræ.

---

q *Chilo ex Vicario.*] Chilo Vicarius Africæ dicitur in lege 4. Cod. Th. de excuſat. artif. Gratiano III. & Equitio Coſſ. ſed mendoſa eſt inſcriptio, ut innumeris in locis Codicis Th. ſcribendúmque eſt, *Chiloni Proconſuli Africæ*, ut patet ex inſcriptione legis 7. Cod. Th. de prædiis navicular. *Valeſ.*

r *Apud Olybrium ea temp. Urbi Præf.*] Prætextato Præfecto Urbi ſucceſſit Olybrius, qui Præfecturam urbanam iniit Valentiniano II. & Valente II. Coſſ. ut ex Codice Theod. rectè Onuphrius adnotavit in Faſtis: hic annus erat XVIII. ab exitio Nepotiani. Quare in principio hujus libri non rèctè vidotur ſcribi: *Anno* XVI. *& eo diutiùs poſt Nepotiani exitium, ſæviens per urbem æternam urebat cuncta Bellona, &c.* Idem.

ſ *Organarius Sericus.*] Gloſſar. Ὀργανάριος, *Organarius, Fiſtularius.* Item Ὑδραύλης, *organarius*, Ὑδραυλὶς, *organum.* Juvenal. Satyr. 6. *Organa ſemper in manibus.* Jul. Firmic. Matheſ. lib. III. cap. 14. *Ingenioſos, muſicos, vel organarios faciet.* Lindenbr.

t *Præfect. mand. annonæ.*] Hieronymus in Chronico ad annum Chriſti 371. ſic adnotat; *Maximinus Præfectus annonæ maleficos ab Imp. inveſtigare juſſus, plurimos Romæ Nobilium occidit.* Sed annus perperam aſſignatur. Eo enim anno 371. quo Gratianus iterum Conſul fuit cum Probo, Olybrius Præfecturâ urb. deceſſerat. & ab exitio Nepotiani annus is quem ponit Hieronymus, eſt viceſimus primus, quod a Marcellini noſtri epocha longiùs diſcedit. Fuit igitur Maximinus Præf. annonæ anno Dom. 368. Valentiniano II. & Valente II. Coſſ. ut colligo ex Codice Th. de annonis civicis, ubi Maximus dicitur perindeac à D. Hieronymo & Rufino. *Valeſ.*

v *Ut ſæpe faciunt amphitheatr. feræ.*] Feræ illæ quæ ad voluptates pop. Rom. ex omni orbe terrarum conquirebantur, ſæpe ex caveis elapſæ, in media civitate horrendas ſtrages edebant, ut teſtatur Tertullianus in lib. ad Martyras: *Quoties feræ & in ſilvis ſuis, & in mediis civitatibus elapſæ caveis, homines devoraverunt?* Libanius quoque in Encomio Dianæ quod eſt in tomo I. poſtquam Dianæ id munus ac beneficium eſſe dixit, quòd feræ ſe in ſilvis continent, nec in urbes & villas incurrunt ut homines lacerent, ſubdit: *Quis enim earum impetum ferre poſſet, quandoquidem ſi forte quædam ex illis beſtiis, quæ in vivariis diu maceratæ ſunt, elapſa è cavea per civitatem diſcurrere cæpit, ſolo adſpectu terrorem injicit: continuò ſibi quiſque perfugium quærit, januæ clauduntur, &c.* ὅπου γε ἦν εἴ τι τῶν τοιούτων ἐν τοῖς ζωγρείοις τεταλαιπωρημένων ὑπερβὰν τὸ ἑρκίον θέῃ διὰ τῆς πόλεως, βλέμματι μόνῳ ταράττει, &c. * Quibus adde hæc Plinii in libri 36. capite 5. de Praxitele quodam ſculptore: *Accidit ei, eùm in Navalibus ubi feræ Africanæ erant, per caveam intuens leonem cælaret, ut ex alia cavea panthera erumperet, non levi periculo diligentiſſimi artificis.* Adjungenda ſunt & verba Chryſoſtomi ex Homilia XXIX. in Matthæum ſub finem: καθάπερ θηρία χαλεπὰ ἀπὸ γαλεάγρας φυγόντα τὰς πόλεις θορυβεῖ: & in Homilia LX. ubi hujuſmodi vivaria, ubi beſtiæ caveis incluſæ ſervabantur, remota fuiſſe dicit à Curia, & à Prætorio ac Palatio, ne fortè beſtiis erumpentibus periculum his in locis cuiquam crearetur. Cujus rei illuſtre habes exemplum in libro 16. Hiſtoriæ Miſcellæ ad annum 23. Juſtiniani Aug. *Menſe Martio exſiluit elephas e ſtabulo noctu, & interfecit multos, alios verò debilitavit.* * Idem.

x *Diſſractis tand. ſolutæ poſticis.*] Poſticæ ſunt portæ amphitheatri, per quas feræ intromittebantur in arenam. Nam cùm de amphitheatralibus feris loquatur hîc Marcellinus, aliæ poſticæ intelligi nequeunt. * De his poſticis fit mentio in Actis Martyrii Tarachi, Probi, & Andronici: *Præſes confuſus & irâ excandeſcens, mandat*

miter quaſi in proludiis negotium ſpectaretur, & quidam ſulcatis lateribus nominaſſent, nobiles aliquos, tamquam uſos artificibus lædendi per clientes, alióſque humiles [1] notos reos & indices: [y] ſupra plantam (ut dicitur) evagatus tartareus cognitor, relatione maligna docuit Principem, nonniſi ſuppliciis acrioribus pernicioſa facinora ſcrutari poſſe vel vindicari quæ Romæ perpetravere complures. His ille cognitis efferatus, ut erat vitiorum inimicus acer magis quàm ſeverus, [z] uno proloquio in hujuſmodi cauſas, quas [a] arroganter propoſito Majeſtatis imminutæ miſcebat, omnes quos juris priſci juſtitia [b] divorúmque arbitria [c] quæſtionibus exemere cruentis, ſi poſtulaſſet negotium, ſtatuit tormentis affligi. Utque congeminata poteſtas erectáque ſublatius altiores conſarcinaret ærumnas, Maximino Romæ agere diſpoſito pro Præfectis, ſociavit [2] ad hæc cognoſcenda quæ in multorum pericula ſtruebantur, Leonem Notarium, poſtea Officiorum Magiſtrum, [d] buſtuarium quemdam latronem Pannonium, efflantem ferino rictu crudelitatem, etiam ipſum nihilominus humani ſanguinis avidiſſimum. Auxit obſtinatum Maximini ingenium

1 *Al.* notans. 2 *Mſ.* ad hos.

ſuis leænam provocare: quæ magno rugitu poſticam aggreditur, & tranſiit. Clamat populus timens magna voce: Aperiatur: & ſic poſtica deſtructa eſt. Ita quidem edidit Roſweidus. Sed in Mſ. codice ita ſcriptum inveni: *Quæ provocata, cum magno rugitu poſticam confregit: ut omnis populus cum timore clamaret; Aperiatur leænæ.* * Valeſ.

y *Supra plantam ut dicitur evagatus.*] Proverbialis locutio eſt, quæ unde initium ſumpſerit, docet Valerius Max. in lib. 8. cap. 13. *Mirifice*, ait, *& ille artifex, qui in opere ſuo moneri ſe à ſutore de crepida & anſulis paſſus, de crure etiam diſputare incipientem ſupra plantam aſſcendere vetuit.* [Hoc Apellis pictoris verbum, *Ne ſupra crepidam ſutor judicaret*, in proverbium venit: ut ait Plinius in lib. 35. cap. 10] Similis jocus Stratonici citharœdi refertur ab Athenæo, qui ſutori cuidam ſecum de Muſica diſputanti, minimè audiendum eum eſſe dixit, quippe qui ſupra plantam aſſcenderet: οὐ προσέχειν αὐτῷ ἔφη, ὅτι ἀνώτερον τοῦ σφυροῦ λέγει. Hoc autem adagio utitur Epictetus in Enchiridio cap. 61. ὑπὲρ πόδα ὑπερβῇς: & Lucianus in Dialogo pro imaginibus: ταῦτά σοι ἔκμετρα ἔδοξε καὶ ὑπὲρ τὸν πόδα. Quamquam eo loci proverbium ductum videtur ex calceis tragicorum, qui actoris pedem longè ſuperabant: quod indicat ipſe Lucianus in ejuſdem Dialogi principio: μηδὲ ὑπὲρ τὸν πόδα ἔστω τὸ ὑπόδημα, & eo ſenſu dixit Horatius:

Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt. Idem.

z *Vno proloquio*] Lib. XXIX. *Sub uno proloquio cunctos jubet occidi. Proloquium*, ἀπόφασις. Rufinus 2. Antiq. cap. 9. *Secundùm Dei proloquium.* Joſephus: κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόρρησιν. Lindenbr.

a *Arroganti propoſito.*] In Mſ. Regio legitur *arrrogat*: in Editione Auguſtana [& in Mſ. Colb.] *arrogant.* ſcribe, *quas arroganter propoſ. &c.* * Tamen ita loquitur libri 18. initio. * *Valeſ.*

b *Divorumque arbitria*] Id eſt, Imperialia conſtituta * Vel certè eodem ſenſu dictum, ut *cæleſte arbitrium.* in L. 2. C. Theod. de Fid. Cathol. Cæleſtes verò & Divos ſe Imperatores appellaſſe protritum eſt. * Sic *divale præceptum*, L. 6. C. Theod. de domeſt. & protect. *Divalia ſtatuta*, L. 5. C. Theod. de numer. actuar. *Divalis ſanctio*, Novell. Theod. XIX. *Lindenbr.*

c *Quæſtionibus exemere cruentis*] Excepta tormentis ſunt corpora honoribus præditorum, præter illa videlicet crimina, quæ Legibus demonſtrantur, id eſt, maleficii & majeſtatis læſæ. L. 7. C. de malef. L 11. C. Theod. de quæſtionib. cujus pars relata eſt in Cod. Juſtin. L. 16. Tit. eod. De Honoratorum privilegio hic exſtat locus Aur. Prudentii in Romano Martyr.

Incenſus his Aſclepiades, juſſerat
Eviſcerandum corpus equuleo eminus
Pendere, & uncis vinculiſque *creſcere.* (* *ſr. ungulíſque* *)
Apparitores ſed furenti ſuggerunt
Illum vetuſtâ nobilem proſapiâ,
Meritiſque multis eſſe primum civium.
Jubet amoveri noxialem ſtipitem,
Plebeia clarum pœna ne damnet virum. Idem.

d *Buſtuarium quemdam latronem.*] Buſtuarius quidem gladiator quis ſit, ex Cicerone in Piſonem, & ex Servio Grammatico didici: qui ſcilicet in nobilium virorum funere dimicabat. Sed buſtuarius latro is eſt, qui à Græcis τυμβωρύχος dicitur, id eſt ſepulcrorum effoſſor; quos Latini veſpillones uno verbo appellant, ut in lege 31. D. de evictionibus, & in lege 71. D. de ſolutionibus, & Antidamus Heracleopolites apud Fulgentium Planciadem de verbis antiquis. Poſtremò in Gloſſis veteribus,

ad lædendum adventus collegæ ſimilis, & [e] litterarum cum ampla dignitate dulcedo. Ideóque pedes huc & illuc exſultando contorquens, ſaltare non incedere videbatur, dum ſtudebat [f] inter altaria celſiùs gradientes, ut quidam memorant, imitari Brachmanas. Jámque lituis cladium concrepantibus internarum, rerum atrocitate torpentibus cunctis, præter multa cruda & immitia, quorum nec diverſitas comprehendi nec numerus poteſt, mors Marini cauſarum defenſoris eminuit: quem ut auſum [g] Hiſpanillæ cujuſdam artibus pravis adfectaſſe conjugium, tranſeunter indiciorum fide diſcuſſa, ſupplicio letali damnavit. Et quoniam exiſtimo forſitan aliquos hæc lecturos, exquiſitè ſcrutando notare, ſtrepentes id actum eſſe priùs, non illud, aut ea quæ viderint prætermiſſa: hactenus faciendum eſt ſatis, quòd non omnia narratu ſunt digna, quæ per ſqualidas tranſiere perſonas: nec ſi fieri fuiſſet neceſſe, inſtructiones vel ex ipſis tabulariis ſuppeterent publicis, tot calentibus malis, & novo furore ſine retinaculis imis ſumma miſcente: cùm juſtitium eſſe quod timebatur, non judicium apertè conſtaret. Tunc [h] Cethegus Senator adulterii reus delatus, cervice periit abſciſſa, & [i] Alypius nobilis adoleſcens, ob levem relegatus erro-

τυμβωρύχος, *ſepulcri violator, viſpilliator.* Valeſ.

e *Litterarum cum amp. dign. dulcedo.*] Litteræ ſunt codicilli Vicariæ Præfecturæ, quos Valentinianus Maximino Præfecto Annonæ miſerat. Hos πινακίδας Græci vocant: ſic enim Themiſtius in Orat. 17. καὶ οὐ προέκειται νῦν ἀρχῶν ἀγορὰ, &c. ἀλλὰ τὸ ἀρχαῖον τίμημα ἐπανελήλυθε τῇ δικαιοσύνῃ καὶ ἐμπειρίᾳ. κἂν τοῦτο εὑρίσκηταί τις κεκτημένος, οὐ δεήσεται τοῦ προσαιτεῖν πινακίδας, &c. *Non jam ampliùs magiſtratuum mercatus proponitur: ſed juſtitiæ, ac prudentiæ priſtinus honos rediit: & ſi quis his dotibus præditus reperiatur, non opus erit ut codicillos emendicet.* Gloſſæ veteres, πινακὶς βασιλικὴ, *codicillus.* Idem in Orat. 4. χρυσοπάστους δέλτους vocat codicillos auratos: Iſidorus Peluſiota in Epiſt. 5. libri 2. δέλτους ἐξ ἐλεφάντων vocat, id eſt codicillos eburneos. At Libanius γραμματεῖα appellat in Orat. Conſulari ad Julianum: καὶ γὰρ ἡγεῖται ἄτοπον εἰ τὰ μὲν γραμματεῖα τοῖς ἄρξουσιν αὐτὸς ἐγχειρίζει, &c. *Abſurdum enim judicat, ſi cùm codicillos ipſe manu ſua tradat iis qui provincias recturi ſunt, &c.* & in Epiſtola 767. ad Tatianum Præfectum Præt. ubi docet moris fuiſſe, ut Præfecti Præt. Imperatoribus inſinuarent eos, qui provincias recturi erant, Imperatores verò iiſdem codicillos darent: βασιλέως μὲν γὰρ τὸ δοῦναι τὸ γραμματεῖον· σὺ δ' ἐν τάξει ἄξιον διδάσκεις. Cum codicillis autem mittebantur inſignia: unde inſignia pro codicillis ſumuntur in lib. 25. pag. 302. & apud Themiſtium in Orat. 16. initio, & in Zoſimi lib. 4. & in Scholiis in Gregorii Philipp. 1. τὰ τῶν ἀρχῶν σύμβολα pro codicillis uſurpantur.* Chryſoſtomus in Homilia 11. de verbis Eſaiæ: καθάπερ γὰρ οἱ βασιλεῖς τοῖς ἑαυτῶν ὑπάρχοις χρυσᾶς ὀρέγουσι δέλτους, σύμβολον τῆς ἀρχῆς. Ex quo loco diſcimus, ſymbola magiſtratuum nihil aliud fuiſſe quàm Imperatoris codicillos ſed eos diverſos fuiſſe pro diverſitate magiſtratuum. Nam codicilli quidem delatæ Præfecturæ erant aurei; reliquorum verò magiſtratuum eburnei. ut ſuprà vidimus ex Iſidoro Peluſiota. * *Idem.*

f *Inter altaria celſiùs gradientes Brachmanas.*] Philoſtratus in lib. 3. de vita Apollonii cap. 4. ait Brachmanas duobus interdum cubitis ſupra terram elatos celſiùs gradi, idque non præſtigiarum aut ludicræ oſtentationis causâ, ſed ut Solis cui devoti ſunt, curſum eâ ratione imitentur: μετεωροποροῦντας δὲ ἰδεῖν τοὺς Βραχμᾶνάς φησιν ἀπὸ τῆς γῆς ἐς πήχεις δύο, οὐ θαυματοποιίας ἕνεκεν, ἀλλ' ὅπως τῷ ἡλίῳ συναποβαίνοντες τῆς γῆς δρῶσιν, ὡς πρόσφορα τῷ θεῷ πράττοντες. Brachmanas autem Solis cultui mancipatos fuiſſe, docet Hierocles apud Stephanum Byzantium, & generaliter gens Indorum omnis Solem colit. Manè enim è lecto ſurgentes Indi ad orientem Solem converſi, ſaltatione quadam Deum ſalutant, Solis curſum & choream imitantes: idémque faciunt veſperi cùm cubitum eunt, ut refert Lucianus de ſaltatione. *Idem.*

g *Hiſpanillæ cujuſdam artibus pravis adfectaſſe conjugium*] De his, qui magico ſuſurramine pudicos ad libidinem animos deflectunt, exſtat L. 4. C. de malef. & math. *Lindenbr.*

h *Cethegus Senator adulterii reus delatus cervice periit abſciſſa*] Conſtantini Imp. ad Evagrium Conſtitutio: *Sacrilegos nuptiarum corruptores gladio puniri jubet.* L. 30. C. ad L. Jul. de adulter. Cujus Legis plenior explicatio jam à multis tradita eſt. *Idem.*

* i *Alypius nob. adoleſcens ob levem relegatus errorem.*] Hic videtur eſſe frater Q. Hermogeniani Olybrii, de quo duæ ſunt inſcriptiones à Baronio relatæ ad annum Chriſti 395. FALTONIUS ALYPIUS. V. C. PRAEF. URBI. dicitur ſub Theodoſio Aug. * *Valeſ.*

rem, aliique humiles publica morte oppetiverunt: in quorum miſeriis velut ſui quiſque diſcriminis cernens imaginem, tortorem & vincula ſomniabat & diverſoria tenebrarum. Eodem tempore etiam [k] Hymetii præclaræ indolis viri negotium eſt actitatum: cujus hunc fuiſſe novimus textum. [l] Cùm Africam Proconſule regeret, Carthaginenſibus victus inopiâ jam laſſatis, [m] ex horreis Romano populo deſtinatis frumentum dedit: paullòque poſtea cùm proveniſſet ſegetum copia, integrè ſine ulla reſtituit mora. Verùm quoniam [n] denis modiis ſingulis ſolidis indigentibus venumdatis, emerat ipſe tricenos, [3] [o] [p] interpretii

3 *Al.* integrum comp.

k *Hymetii.*] Videtur is eſſe, qui vicarius Urbis fuerat Mamertino & Nevitta Coſſ. ad quem exſtat lex 29 Cod. Th. de appellationibus. Erat autem frater Toxotii, patruus Euſtochii virginis: ut colligitur ex Epiſtola D. Hieronymi ad Lætam de inſtitutione filiæ. Memoratur etiam à S. Baſilio in Ep. 330. quidam ejuſdem nominis ὑμήτιος. Valeſ.

l *Cum Africam Proconſul regeret*] Ita nuper dederunt Pariſienſes ex imperio Hadriani, non Henrici, non Lindebrogii, non aliorum ſuperiore ætate, qui *proconſule* habent, ut citat quoque Jac. Gothofredus ad librum XIII. Cod. Theod. tit. 5. de Naviculariis. Non potuit eſſe dubium, quos ſequerer. *Gron.*

m *Ex horreis Rom. populo deſtinatis.*] Olim AEgyptiæ & Africanæ meſſes populum Rom. paſcebant. Ac de AEgypto quidem id teſtatur Statius in *Silvis*, & Plinius in Panegyrico: de Africa autem præter ceteros Claudianus de bello Gildonico, ubi Romam ſic loquentem inducit:

Tot mihi pro meritis Libyam Nilúmque dedere,
Ut dominam plebem, bellatorémque Senatum
Claſſibus æſtivis alerent.

Sed poſtquam Conſtantinus Imperium Rom. diviſit; & urbem nominis ſui æmulam Romæ condidit; AEgyptus quidem Orientali Imperio ceſſit, ad plebem Conſtantinop. alendam: Africa verò Romano populo relicta eſt, ut ibidem Claudianus notat: cui ſubſcribit Eunapius in AEdeſii vita, & Deſcriptio veteris orbis à Jac. Gothofredo edita. Hinc in Oriente quidem erat Præfectus annonæ Alexandrinæ ſub diſpoſitione Præfecti Præt. Orientis: cujus mentio fit in lege 3. Cod. Th. de Suſceptoribus. At in Occidente erat Præfectus annonæ Africanæ ſub diſpoſitione Præfecti Præt. Italiæ & Africæ; ut docet Notitia Imperii Romani. Ille Alexandrinæ; hic Carthagine reſidebat, & officium habebat: ut patet ex lege 13. Cod. Th. de annona & tributis, lege 8. de exactionibus, lege 12. de Naviculariis. * Prudentius in libro 2. contra Symmachum, Siciliam & Sardiniam quotannis Romanos alere miſſa claſſe conſueviſſe ſcribit. * *Valeſ.*

n *Denis modiis ſingulis ſolidis venumdatis.*] Sic Julianus Antiochenſibus in illa annonæ pænuria cùm denos modios ſingulis aureis ſeu ſolidis vendi videret; ipſe ex fiſcali tritico quinos denos modios unico ſolido vendidit, ut ipſe dicit in Miſopogone. Apparet igitur caritatem annonæ fuiſſe non mediocrem, cùm modii Romani decem ſolido vænibant. Poſtea Valentinianus legem tulit, ut modii duodecim non pluris ſolido venumdarentur, ſi Suidæ credendum eſt. Is enim in v. Μαναίμ ſic ſcribit: ἐνομοθέτησεν Οὐαλεντινιανὸς πιπράσκεσθαι τὸν σῖτον μοδίους δώδεκα τῷ νομίσματι μηδενὸς ἀντιλέγοντος. Idem.

o *Interpretii compendium ad Princip. ærarium miſit*] Vulg. *Integrum comp.* Sic nempe corruperant locum hunc, qui vocem, quam nunc Ammiano ex Mſ. Flor. reſtituimus, non intellexerunt. Vetus Gloſſ. interpretatur, *Interpretium*, παράλλαγον. Quo ſenſu Caſſiodorus Var. lib. 11. Epiſt. XXVI. *Magnificentiam tuam, negotiatorum Apuliæ ſive Calabriæ ſupplicatione permoti, duximus inſtruendam, ut ob frumenta quæ per ſupradictos negotiatores publico comparantur, non iterum ab iiſdem interpreti nomine ſolidorum quantitas exigatur.* Novella Valentin. XV. *Centum millia æqui ponderis portionem de interpretiis juxta priora conſtituta præbeant.* Artemius Epiſc. ad numerarios fiſci Barcinoneus. in Collection. Concil. Hiſpan. pag. 250. *Pro inevitabilibus damnis, vel interpretiis ſpecierum, Siliquas* IV. Ita *interpræmium* in veteri Lege Saxon. Tit. XIV. *Lindenbr.*

p *Interpretii compendium.*] Cùm Hymetius denos modios ſingulis ſolidis vendidiſſet, ſequente anno ex illa pecunia quam ex frumenti publici venditione collegerat, triticum emit: & cùm ubertas ſegetum proveniſſet, qui priore anno decem modios ſolido vendiderat, triginta modios uno aureo comparavit. Ac horreis quidem populi Romani totidem modios quot ante meſſem inde abſtraxerat, fideliter reſtituit: interpretium autem (id erat XX. modii in ſolidum) ad Principis ærarium miſit. Interpretium rectè in Gloſſis παράλλαγον explicatur: ſed τίμημα ſuppleri debet. Interpretium enim dici non poteſt niſi habita ratione ad alterum pretium. Atque ut breviter definiam, interpretium eſt lucrum inter emptum ac venditum. Ut ſi quod pretio unius aurei emptum eſt, illud poſtea duobus aureis vendidero, interpretium erit unus aureus: aut quemadmodum in hac ſpecie, ſi cùm modios X. ſolido uno vendiderim, poſtea uno ſolido triginta modios comparavero, interpretii lucrum erunt duo trientes unius ſolidi, ſeu XX. modii. Propriè tamen interpretium nihil aliud ſignificat quàm duorum temporum pretium, vel duplex pretium: & tam pro damno quàm lucro accipi poteſt. Sic Artemius Epiſcopus pro diſpendio ſumit in eo loco quem Lindenbrogius adduxit. Nempe interdum accidit, ut quod certo pretio emeris, poſtea minoris vendere cogaris: & tunc inter-

compendium [q] ad Principis ærarium miſit. Ideóque Valentinianus per nundinationem ſuſpicatus parum quàm oportuerat miſſum, eum bonorum parte multavit. Ad cujus cladem exaggerandam id quoque iiſdem diebus acciderat non minùs exitiale. Amantius Haruſpex ea tempeſtate præ ceteris notus, [4] occultiore indicio proditus, quòd ob prava quædam implenda, ad ſacrificandum ab eodem eſſet adſcitus Hymetio, induċtúſque in judicium, quamquam incurvus ſub eculeo ſtaret, pertinaci negabat inſtantia. Quo infitiante, ſecretioribus chartis ab ejus domo prolatis, [r] commonitorium repertum eſt manu [5] ſcriptum Hymetii, petentis [ſ] ut obſecrata ritu ſacrorum ſollemnium numina erga ſe Imperatores [6] delenirent: cujus [t] extima parte quædam invectiva [7] legebantur in Principem, ut & [8] avarum & truculentum. Hæc Valentinianus relatione judicum doctus, aſperiùs interpretantium facta, vigore nimio in negotium juſſit inquiri. [v] Et quia [x] Frontinus Conſiliarius antedicti, miniſter fuiſſe conceptæ precationis arguebatur, conciſus virgis atque confeſſus, able-

4 *Mſ.* occultiores. 5 *Mſ.* inſcriptum. 6 *Mſ.* delenirent. 7 *Mſ.* legebantur. 8 *Mſ.* adavarum.

---

pretium non lucrum, ſed diſpendium habet. Hinc Marcellinus noſter hoc in loco non ſimpliciter interpretium dixit, ſed *interpretii compendium*: incrementa dicuntur in lege 1. Cod. Th. de frumento urbis Conſt. At Cujacius in lib. 16. Obſerv. cap. 4. interpretium ait eſſe pretium pretii, nimis obſcurè. *Valeſ.*

q *Ad Principis ærarium.*] Id eſt ad arcam Præfecturæ Prætorianæ: hic enim titulus annonarius ad arcam Præfectorum pertinebat, qui annonam curabant, ut ad libros ſuperiores adnotatum eſt. Hinc apud Caſſiodorum Epiſtola 26. lib. 2. quæ eſt de interpretiis annonariarum ſpecierum, ad Præfectum Præt. miſſa eſt. Cave igitur, ne ærarium hic privatum aut ſacrum intelligas. *Idem.*

r *Commonitorium repertum eſt, manu inſcriptum Hymetii*] Infrà *Commonitorium cum Auguſti litteris tradidit.* Gloſſarium Cyrilli Epiſc. Κομμονιτώριον ἐπιστολὴ ἐπισταλμένη εἰς χεῖρας. L. 10. C. Theod. de curioſ. *Commonitoriis competentibus atque mandatis inſtructi.* L. 2. C. Theod. Si cert. pet. *Solo commonitorio de ſuffragio nititur.* * Vid. Epiſt. Leonis P P. Cod. Can. pag. 369. in octavo. Hieronymus Epiſt. ad Celantiam: *Quaſi ad compendioſum quoddam commonitorium illa tibi Evangelii eligenda ſententia eſt, & ſuperſcribenda cordi tuo, quæ ad totius juſtitiæ breviarium domini ore profertur.* * Zonar in Concil. Carthag. Can. 101. ἔγγραφον ἐντολικὸν δεδώκασιν εἰς ὑπόμνησιν, ὡς ἔμελλον πρὸς τὴν βασιλέα εἰπεῖν, ὃ κομμονιτώριον ὠνόμασαν. Idem in Synod. Carthag. can. 1. pag. 386. τὸ κομμονιτώριον, ἤγουν τὸ ἔγγραφον ὑπομνημάτων προαχθέντων καὶ λαληθέντων — ἢ κομμονιτώριον τὴν ἐντολὴν τοῦ πάπα. φησὶ δὲ ὅτι ἐπεστείλατο ἔγγραφως κατὰ ὧν ἔμελλεν ζητηθῆναι. *Commonitorium, ſeu ſcriptis mandatus commentarius eorum quæ facta & dicta ſunt: vel commonitorium, Papæ mandatum, per quod in ſcriptis mandatum erat, quænam quæri deberent.* * Vide Suidam & Nomicum Gloſſarium in Κομμονιτώριον. Lindenbr.

ſ *Ut obſecrata ritu ſacrorum ſol. numina Imp. deleniret.*] Sic primus edidit Gelenius. At in Auguſtana Editione locus legitur hoc modo: *Ut obſecratores ſacrorum ſol. numina erga ſe Imp. delinirent.* Neque aliter in Regio codice, niſi quòd in eo ſic habetur, *ut obſecrationibus agrorum ſol.* &c. & ſuperſcriptum eſt ex conjectura *delinirentur.* [In Mſ. Colbert· *ut obſecratoribus agrorum ſol. numina*, &c.] Mihi ſic ſcribendus hic locus videbatur: *Ut obſecrato ritu ſacrorum ſollemnium numine erga ſe Imperatores* (Valentinianum & Gratianum ſcilicet) *deleniret:* vel ſanè, *ut obſecrata ritu ſacr. ſol. numina erga ſe Imperatores delenirent.* Commonitorium enim illud Hymetii nihil aliud erat quàm concepta precatio, quam ad Amantium Haruſpicem miſerat, cum brevi monito eorum quæ in illo ſacrificio obſervari volebat. *Valeſ*

t *In extima parte quædam invectiva legebantur in Principem*] Propter ſimilem in epiſtola quadam invectivam etiam Felix Diacon. in periculum capitis venit; de quo Optat. Milevit. lib 1. *Lindenbr.*

v *Et quia Frontinus Conſiliarius antedicti*] Vulg. libb. *Conſutarius antedicti.* Quæ perverſa ſcriptura variè viros doctos torſit, variáſque partim vero ſimiles, partim abſurdiſſimas emendationes extorſit; quorum interpretationes, ne errores ſimul repetam, tacere malo. Solebant autem Præſides provinciarum, Proconſules, vice ſacra judicantes, áliique in publicis adminiſtrationibus conſtituti, adſeſſores habere viros prudentiâ atque eruditione inſignes, quorum conſiliis in rebus arduis juvarentur: ut ex *Cod. Juſtin lib. 1. Tit 11. *De adſeſſorib. domeſt. & cancell.* conſtat. * Tertull. ad Scapul. cap. 4. *Aſper* (Præſes) *profeſſus inter advocatos & adſeſſores, dolere ſe incidiſſe in hanc cauſam.* * Gregorius Thaumaturg. Epiſcop. Neocæſar. in Panegyr. ad Origen. Κηδεστὴν μου ἄνδρα ἀδελφῆς ἐμῆς, ὁ τότε ἄρχων τῆς Παλαιστίνης, τοῦτον παραλαβὼν ἐξαίφνης ἄκοντα μόνον, κεχωρισμένον τῆς ὁμοζύγου. ἤγαγεν ἐνταῦθα, συναπελθόντα καὶ κοινωνήσοντα τῷ τοῦ ἔθνους ἄρχοντι πόνων. Νομικὸς γάρ τις ἦν, καὶ ἴσως ἔτι. * In Oratione Ciceron. pro Quintio: *C. Aqui-*

gatus eſt in exſilium ad Britannos: Amantius vero damnatus poſtea rerum capitalium interiit. Poſt hanc geſtorum ſeriem Hymetius ad oppidum ductus Ocriculum, audiendus ab Ampelio Urbi Præfecto de Maximino Vicario, confeſtímque perdendus ut apparebat, datâ ſibi copiâ rectius Imperatoris præſidium appellavit, nominíſque ejus perfugio tectus, ſervabatur incolumis. Super hoc Princeps conſultus, Senatui negotium dedit. Qui cùm rem libratâ juſtitiâ comperiſſet, eúmque ad Boas Dalmatiæ locum exterminaſſet, ægrè Imperatoris iracundiam tulit perciti vehementer, quòd hominem addictum ut ipſe propoſuerat morti, clementiori ſententia didicerat plexum. Ob hæc & hujuſmodi multa, quæ cernebantur in paucis, omnibus timeri ſunt cœpta. Et ne tot malis diſſimulatis paullatimque ſerpentibus, acervi creſcerent ærumnarum, Nobilitatis decreto legati mittuntur: Prætextatus ex Urbi Præfecto, & ex Vicario Venuſtus, & ex Conſulari Minervius, oraturi y ne delictis ſupplicia ſint grandiora, néve Senator quiſquam inuſitato & illicito more tormentis exponeretur. Qui cùm intromiſſi in Conſiſtorium hæc referrent, negantem Valentinianum ſe id ſtatuiſſe, & calumnias perpeti clamitantem, moderatè z redarguit Quæſtor Eupraxius: hácque libertate a emendatum eſt crudele præceptum, ſupergreſſum omnia diritatis exempla. Circa hos dies Lollianus primæ

lius Gallus Judex L. Lucullum, L. Quintilium, & M. Marcellum, tres Juriſperitos, in conſilium adhibuerat. * Sic Paulus & Ulpianus Papiniano, & Salluſtio P R. Phoſphorius, Maximinoque P. P R. Simplicius, Romano Com. per Africam Cæcilius, à conſiliis fuerunt. Spartianus in Peſcenn. Ammianus libb. XXV. & XXVIII. Sic ergo hic quoque Hymetio Africam Proconſule regenti conſiliarius fuit Frontinus. *Lindenbr.*

x *Frontinus Conſiliarius.*] Laudanda eſt Lindenbrogii conjectura, qui primus hunc locum rectè emendavit, cùm in antiquis Editionibus, adeóque in Mſſ. omnibus *Conſutarius* legeretur. In Mſ. quidem Regio *Conſularius* ſuperſcriptum eſt; ſed ſine dubio vitiosè. Conſiliarius autem ſive Aſſeſſor, is eſt qui Magiſtratui in judicando conſilium ſuggerit, de quibus ad lib. 23. nonnulla adnotavi. Eos Græci κοινωνοὺς τῶν πόνων appellant, ut præter Gregorii Thaumaturgi locum à Lindenbrogio allatum, docet Libanius in Ep. 376. ad Honoratum: Γαλατῶν ἀρχὴ τῶν Εσπερίων, καὶ Κυρίνου κλῆσις εἰς κοινωνίαν πόνων. * Gregorius quoque Nazianz. in Epiſtola 48. ad Aſterium, & in Epiſtola 175. ad Olympium, & Iſidorus Peluſiota in lib. 5. Epiſtola 40. ad Taurum Præf. Præt. * Sed & Priſcus Rhetor in Hiſtoria, pag. 29. ſe Conſiliarium ab Euphemio Offic. Magiſtro adſcitum eſſe ſignificat his verbis: ὃς καὶ Πρίσκον τὸν συγγραφέα τῶν τῆς ἀρχῆς φροντίδων ἐδέξατο κοινωνόν. Conſiliorum participes vocat Diocletianus in lege 1. Cod. de Aſſeſſoribus. Janus à Coſta doctiſſimus Anteceſſor Aſſeſſorem à Luciano deſignari exiſtimabat in Apologia de his qui mercenariam operam præſtant, his verbis: τὰς δίκας εἰσάγειν, καὶ τὴν τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν ἐπιτιθέναι, καὶ τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἁπάντων ὑπομνήματα γράφεσθαι, &c. Sed pace eruditiſſimi viri dictum ſit, non Aſſeſſorem, ſed Hypomnematographum ſe fuiſſe, his & ſequentibus verbis ſignificat Lucianus. Sic enim dicebantur Alexandriæ Actuarii ſeu Memoriales qui acta conficiebant, lege ult. Cod. Th. de Decurionibus: quod integer locus tam apertè demonſtrat, ut prorſus dubitari non poſſit. Gloſſæ veteres, ὑπομνηματογράφος, *Actuarius*, *Memoralius*. Aſſeſſoris autem officium perſpicuè deſignat Marcellus Memorialis in Epiſtola præfixa Collationi Carth. his verbis: *Ac jampridem in hanc operationem officii mei ſymbolam dedi, quum à V. Sp. Tribuno & Not. Marcellino curarum adſcitus in partem non tam merito meo quàm dignatione cenſentis, communicavi cum judice librandæ diſceptationis laborem.* Valeſ.

y *Ne delictis ſupplicia ſint graviora*] Quinimmo leviores culpis pœnas eſſe præſtat, καὶ τὰς τιμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων. Iſocrates ad Nicoclem. Iſæi quoque ſcitum elegans eſt: χρὴ τοὺς νόμους μὲν τίθεσθαι σφοδρῶς, πρᾳοτέρως δὲ κολάζειν, ἢ ὡς ἐκεῖνοι κελεύουσι. Ut Capitolinus de M. Antonino Imp. ſcribit: *Erat mos iſti Antonino, ut omnia crimina minore ſupplicio, quàm legibus plecti ſolent, puniret.* Lindenbr.

z *Redarguit Quæſtor Eupraxius.*] Qui ſcilicet illud reſcriptum juſſu Valentiniani dictaverat. Quæſtoris enim munus erat leges dictare, ut ſuprà monuimus. *Valeſ.*

a *Emendatum eſt crudele cœptum.*] Cum in Regio codice [& Colbert.] * ac Toloſ. * *receptum* reperiſſem, non dubitavi quin emendandum eſſet *crudele præceptum.* Eſt autem crudele præceptum illud, quod refertur ſuprà pag. 555. Conſtitutio verò ipſa, quâ id crudele reſcriptum emendatum eſt, exſtat in Cod. Theod. de quæ-

lanuginis adoleſcens, Lampadii filius ex Præfecto, exploratiùs cauſam Maximino ſpectante, convictus codicem noxiarum artium [b] nondum per ætatem firmato conſilio deſcripſiſſe, exſúlque mittendus ut ſperabatur, patris impulſu provocavit ad Principem: & [c] juſſus ad ejus Comitatum duci, de fumo (ut aiunt) in flammam; traditus Phalangio Bæticæ Conſulari, cecidit [9] funeſti carnificis manu. Super his etiam [d] Tarracius Baſſus poſtea Urbi Præfectus, & frater ejus Camenius, & Marcianus quidam, & Euſaphius, omnes Clariſſimi, arceſſiti in crimen, quòd ejuſdem [1] conſcii veneficii aurigam fovere dicebantur Auchenium: documentis etiamtum ambiguis, ſuffragante abſoluti ſunt Victorino, ut diſperſus prodidit rumor, qui erat amicus Maximino junctiſſimus. Nec minùs feminæ quoque calamitatum participes fuere ſimilium. Nam ex hoc quoque ſexu peremptæ ſunt originis altæ complures, adulteriorum flagitiis obnoxiæ vel ſtuprorum. Inter quas notiores fuere Claritas & Flaviana: [e] quarum altera cùm duceretur ad mortem, indumento quo veſtita erat abrepto, ne velamen quidem ſecreto membrorum ſufficiens retinere permiſſa eſt. Ideoque carnifex nefas admiſiſſe convictus immane, vivus exuſtus eſt. Paphius quinetiam & Cornelius Senatores, ambo venenorum artibus pravis ſe polluiſſe [2] confeſſi, eodem pronuntiante Maximino ſunt interfecti. Pari ſorte etiam Procurator monetæ exſtinctus eſt. Sericum enim & Asbolium ſupradictos, quoniam cum hortaretur paſſim nominare quos vellent, adjecta religione firmarat, nullum igni vel ferro ſe puniri juſſurum, [f] plumbi validis ictibus

9 *Mſ.* funeſti. 1 *Mſ.* conſciis veneficiis. 2 *Mſ.* confeſſi.

ſtionibus ad Olybrium Præf. Urbi, Valentiniano Nob. P. & Victore Coſſ. *Nullus omnino ob fidiculas præferendas, inconſultis ac neſcientibus nobis, vel militiæ auctoramento, vel generis aut dignitatis defenſione nudetur: exceptâ tamen majeſtatis causâ, in qua ſola omnibus æqua conditio eſt.* Quibus conferenda ſunt verba Marcellini noſtri in fine lib. 19 *Neque enim abnuimus ſalutem legitimi Principis ſtudio muniri deber cunctorum, cujus redimendæ causâ validiùs, ubi majeſtas pulſata defenditur, à quæſtionibus vel cruentis nullam Corn. leges exemere fortunam.* Chryſoſtomus in Homilia 13. ad populum Antiochenum: ἔνθα γὰρ ὢν ἡ καθοσίωσις, ἀξίωμα οὐδὲν ἀρκεῖ. *Ubi crimen eſt læſæ majeſtatis, dignitas neminem tegit.* Idem.

b *Nondum per ætatem firmato conſilio.*] Hujuſmodi adoleſcentum errata paternâ potiùs poteſtate caſtiganda ſunt, quam judicis ſeveritate. Itaque Lolliani mors eo atrocior omnibus viſa eſt, quòd nobilis adoleſcens per ætatis imprudentiam lapſus, leve delictum capite expiaverat. Atque hic miſerabilis caſus Lolliani occaſionem fortè dedit Conſtitutioni Valentiniani de emendatione propinquorum: quæ in Codice utroque exſtat etiamnum. *Valeſ.*

c * *Juſſus ad ejus Comitatum duci.*] Exſtat lex Valentiniani ad Ampelium Præfectum Urbi, in Codice Theodoſiano, de maleficis & mathematicis, quæ ad hoc negotium pertinet. * *Idem.*

d *Tarracius Baſſus poſtea urbi Præf.*] Hic eſt, ut exiſtimo, Anthemius Baſſus Præf. Urbi, prædeceſſor Q. Aurelii Symmachi, ut ipſe Symmachus dicit in lib. 10. Epiſt. 33. & 39. In Epiſt. 47. Anicius Baſſus dicitur * De eo exſtat vetus inſcriptio Romæ ad viam Nomentanam, quam abs ſe viſam mihi communicavit Marquardus Gudius: ANICIO. AUCHENIO. BASSO. V. C. QUAESTORI. CANDIDATO. UNO. EODEMQUE. TEMPORE. PRAETORI. TUTELARI. PROCONSULI. CAMPANIAE. PRAEFECTO. URBI. TRINI. MAGISTRATUS. INSIGNIA. FACUNDIAE. ET. NATALIUM. SPECIOSA. LUCE. VIRTUTIS. ORNANTI. CLARITATEM. GENERIS. PATERNIS AVITISQUE. FASTORUM. PAGINIS. CELEBRATAM. &c. *Idem.*

e *Quarum altera*] Prior Valeſiana & Lindenbrogiana *quorum*: eam generis mutationem ſuſpectam ſibi ſcripſit alibi pater, æque ac in l. 10 de Oblig & Action. *obligationes eorum.* ut & l. 16. §. 4. de Fidejuſſ. & mand. *Gron.*

f * *Plumbi validis ictibus interemit*] Plumbo puniri, vel plumbatis cædi, Acro ad Horatii Oden. 35. *Lindenbr.*

interemit.

interemit. Et poſt hæc flammis Campenſem haruſpicem dedit, in negotio ejus nullo ſacramento conſtrictus. Opportunum eſt, ut arbitror, explanare nunc cauſam, quæ ad exitium præcipitem Aginatium impulit, jam inde à priſcis majoribus nobilem, ut locuta eſt pertinacior fama: nec enim ſuper hoc ulla documentorum rata eſt fides. Anhelans flatu ſuperbo Maximinus etiamtum Præfectus annonæ, nactúſque audaciæ incitamenta non levia, tendebat aduſque Probi contemptum, viri Summatum omnium maximi, juréque Præfecturæ Prætorianæ regentis provincias. Quod [g] Aginatius indigniſſimè ferens, doléntque in examinandis cauſis Maximinum ab Olybrio ſibi prælatum, cùm eſſet ipſe Vicarius Romæ: familiari ſermone docuit Probum occultè, facilè vanum hominem recalcitrantem ſublimibus meritis poſſe opprimi, ſi ille id fieri cenſuiſſet. Has litteras, ut quidam aſſeverabant, Probus ad Maximinum, eruditiorem jam in ſceleribus commendatúmque Principi pertimeſcens, nullo conſcio præter bajulum miſit. Híſque recitatis ita homo ferus exarſit, ut machinas omnes in Aginatium deinde commoveret: velut ſerpens vulnere noti cujuſdam adtritus. Acceſſit his alia potior inſidiarum materia, quæ eumdem Aginatium obruit. Victorinum enim defunctum inſimulabat, ut Maximini actus, dum ſupererat, venditantem: cujus ex teſtamento legata ipſe ſumpſerat non aſpernanda: paríque petulantia Anepſiæ quoque ejus uxori lites minabatur & jurgia. Quæ hæc metuens, ut Maximini etiam muniretur auxilio, finxit maritum in voluntate quam condiderat nuper, argenti tria millia pondo eidem reliquiſſe. Qui aviditate nimia flagrans, (nec enim hoc quoque vitio caruit) petit hereditatis medietatem. Verùm etiam hoc ut parum ſufficienti nequaquam contentus, aliud commentus eſt ut arbitrabatur honeſtum & tutum: & [h] ne amitteret anſam ſibi oblatam lucrandi uberis patrimonii, Victorini privignam Anepſiæ filiam petit filio conjugem: ídque aſſentiente muliere promptè firmatum eſt. Per hæc & alia ſimili mærore deflenda, quæ decolorabant ſpeciem Urbis æternæ, graſſabatur per ſtrages multiplices fortunarum homo cum gemitu nominandus, ultra forenſes terminos ſemet extentans. Namque & reſticulam de feneſtra [3] Prætorii quadam remotâ dicitur ſemper habuiſſe ſuſpenſam, [4][i] cujus ſummitas [5][k] quædam velut clauſa colligaret, nullis qui-

3 *Mſ.* Prætoris. 4 *Mſ.* ejus. 5 *Mſ.* quædam velut damuſam collegaret.

g *Aginatius.*] Hic Conſularis Byzacenæ provinciæ fuerat Juliano Aug. IV. & Salluſtio Coſſ. ut docet lex 1. Cod. Th. de conlatione donat. poſſ. * Ad hunc eumdem Aginatium Vicarium urbis Romæ exſtat reſcriptum Valentiniani Aug. quod Baronius refert anno Chriſti 369. ex quo apparet civem Rom. fuiſſe. * *Valeſ.*

[h *Ne amitteret anſam ſ. o. lucrandi uberis patrimonii.*] In codice Colb. legitur, *amplam ſ. o. l. u. patrim.* de quo nomine ſuprà aliqua notavi.] *Hadr. Valeſ.*

i *Cujus ſummitas quamdam velut tamuſam colligaret*] Mſ. *ejus ſummitas quædam velut damuſam collegaret.* Sibyllæ voces hæ quidem ſunt, nec quid velint liquet. *Lindenbr.*

k *Quamdam velut tamuſam.*] Hic locus & Donatum Ponzanum & Lindenbrogium valde exercuit: quem nos ope Regii codicis minimo negotio reſtituimus. Nam cùm in Mſ. Regio & Flor. [ac Colb] & in Editione Auguſtana ſic legeretur: *Quamdam velut clam uſam collig. nullis quidem ind. fulta, ſed nocitura inſ. multis*; ita ſcribendum

dem indiciis fulta, ſed nocitura inſontibus multis: & Mucianum Barbarumque Apparitores aliquotiens diſcretim trudi jubebat, ad fallendum aptiſſimos. Hi tamquam ejulando caſus quibus ſe ſimulabant oppreſſos, judicis exaggerando crudelitatem, remedium nullum aliud reis ad obtinendam vitam ſupereſſe eadem replicando ſæpe adſeverabant, nî criminibus magnis petiſſent nobiles viros: quibus ad ſui ſocietatem adnexis, facilè eos abſolvi poſſe firmabant. [l] Ob quæ implacabilitate ultrà appoſita jam pergente, manus vinclis ſunt artatæ compluribus: ortúque nobiles inculti videbantur & anxii. Nec eorum culpari quiſquam debuit, cùm ſalutantes humum pæne curvatis contingentibus membris, perſæpe clamantem audirent ſpiritûs ferini latronem, nullum ſe invito reperiri poſſe inſontem. Quæ verba effectui properè juncta terruiſſent profectò [m] Numæ Pompilii ſimiles & Catonum. Prorſus enim ſic agebatur, ut nec in alienis malis quorumdam exareſcerent lacrimæ: quod in variis & confragoſis actibus vitæ plerumque contingit. A jure tamen juſtitiáque crebrò diſcedens ferreus cognitor, erat uno quaſi præcipuo tolerabilis. Interdum enim exoratus parcebat aliquibus, quod propè vitium eſſe in hoc loco [n] legitur apud Tullium: *Nam ſi implacabiles iracundiæ ſunt, ſumma eſt acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma levitas: quæ tamen, ut in malis, acerbitati anteponenda eſt.* Poſt hæc prægreſſo Leone, [o] acceptóque ſucceſſore, [p] ad Principis Comitatum Maximinus accitus, auctúſque Præfecturâ Prætorianâ, nihilo lenior fuit, & jam longiùs nocens, ut baſiliſci ſerpentes. In id tempus aut

eſſe exiſtimavi: *Cujus ſummitas quædam velut clauſa colligaret, &c.* Quænam porrò illa fuerint quæ velut clauſa funiculo colligata erant, divinare non opis noſtræ eſt. Suſpicari tamen datur quædam fuiſſe τετελεσμένα, id eſt magicis artibus conſecrata. *Valeſ.* An id vocabitur reſtituere? Quid ergo? ſi quæ nodo quodam erunt involuta & colligata, non dicentur clauſa, ſed velut clauſa? Quis poteſt id intelligere? *Velut*, quaſi, tanquam ſolent tum præponi, quum impropriè ſumpta verba ſequuntur; aut non penitus id ſignificari quis vult, quod ſignificant. Sic *velut clauſa* erunt non in totum clauſa, ſed paululum aperta, & ſic adſpici poterunt. Ut lib. 25. *Sequuto inde die caſtra ponuntur velut murali ambitu circumclauſa præter unum exitum, eundemque patentem undique*, ubi tamen *velut* non ad *clauſa*, ſed vicina reſpicit. Ex priore ratione quomodo clauſa dicentur? Ne dicam, quam procul id abeat ab Mſſ. *clam uſam*. Quid quod & male citat, quum utique in Auguſtana editione habeatur *quædam*, ut etiam Flor. apud Lindenbrogium, non *quandam*. Itaque primum hæc contemplans opinabar Græci aliquid latere, quod multiplex hic advocari poteſt, & quidem Valeſiano verius, certe propius. Sed quum conſiderarem Græca in hoc ſcriptore Græce ſcripta eſſe, attentius miras literarum & tranſpoſitiones & mutationes contemplarer, in hac tandem lectione acquievi, ut crederem ſcripſiſſe, *quædam, velut empuſam, colligaret*. Hoc faſcinum videtur nefarius ſed ſuperſtitioſus homo creditus ex feneſtra ſuſpendiſſe, ut recte & impune & conniventibus diis hominibuſque ſæviret. *Gron.*

l *Ob quæ impia vilitate.*] Nihil certius eſt quàm ſic corrigendum eſſe ut fecimus. Conjecturæ noſtræ ſuffragatur Regius [& Colb.] codex, in quo ſcriptum invenimus: *Ob quæ impla vilitate.* Valeſ.

m *Numæ Pompilii ſimiles & Catonem.*] Scribendum videtur, *& Catonum* Idem.

n *Legitur apud Tullium.*] In Epiſtola illa parænetica ad Quintum fratrem, quæ eſt in lib. 1. Epiſtolarum ad eumdem. *Idem.*

o *Acceptóque ſucceſſore.*] Urſicino ſcilicet, qui Maximino ſucceſſit: hæc enim verba ad Maximinum referenda ſunt. Fuit autem Urſicinus Vicarius urbis Romæ, Modeſto & Arinthæo Coſſ. ut patet ex lege 14. Cod. Th. de cenſitoribus, quæ ad Urſicinum Præfectum annonæ directa eſt iis quos dixi Coſſ. Aut igitur eo anno exeunte Urſicinus ex Præf. annonæ Vicarius Urbis eſt factus, aut certè ſecutis Coſſ. *Idem.*

p *Ad Principis Comitatum Maxim. accitus.*] Sic mos erat, cùm ſucceſſorem Magiſtratui alicui dare Imperator volebat, ut eum miſſis litteris ad Comitatum evocaret: ut docet Symmachus in Epiſt. 23. lib. x. in qua ſucceſſorem ſibi mitti poſtulabat. *Ament*, ait, *alii perpetuas poteſtates: Mihi ſummus eſt fructus felicitatis*, ut

non multo priùs, ſcopæ florere ſunt viſæ, quibus Nobilitatis Curia mundabatur: ídque portendebat extollendos quoſdam deſpicatiſſimæ ſortis ad gradus poteſtatum excelſos. Et quamlibet tempeſtivum eſt ad ordinem redire cœptorum, tamen nihil impedituri temporum curſus [q] immorabimur paucis, quæ per iniquitatem curantium Vicariam Præfecturam in Urbe contra quàm oportuerat geſta ſunt, quia ad nutum Maximini & voluntatem, iiſdem miniſtris velut Apparitoribus gerebantur. Poſt hunc venit Urſicinus ad mitiora propenſior: qui quoniam cautus eſſe voluit & civilis, retulerat Eſaiam cum aliis, ob commiſſum adulterium in Rufinam detentis, Marcellum maritum ejus ex Agente in rebus, reum imminutæ majeſtatis deferre conatis: ideóque ut cunctator contemptus, & ad hæc fortiter exſequenda parum conveniens, è Vicaria poteſtate diſceſſit. Huic ſucceſſit [r] Emonenſis [ſ] Simplicius, Maximini Conſiliarius ex Grammatico, [t] poſt adminiſtratam nec erectus nec tumidus, ſed obliquo adſpectu terribilis: qui compoſitis ad modeſtiam verbis acerba meditabatur in multos. Et primò Rufinam cum univerſis auctoribus adulterii commiſſi vel conſciis interfecit, ſuper quibus Urſicinum retuliſſe prædiximus: alios deinde complures nullo noxiorum diſcrimine vel inſontium. In cruento enim certamine cum Maximino velut antepilano ſuo contendens, ſuperare eum in ſuccidendis familiarum nobilium nervis ſtudebat: [v] Buſirim veterem & Antæum imitatus, & Phalarim, ut taurus ei ſolus deeſſe videretur Agrigentinus. His in hunc modum ac talibus actitatis, Heſychia quædam matrona ob intentatum crimen, in domo Apparitoris cui cuſtodienda eſt tradita, multa pertimeſcens & ſæva, [x] fulcro plumeo vultu contracto incubuit, & animam occluſo narium ſpiramento effudit. Adjunctum eſt his aliud haud mitius malum. Eumenius enim & Abienus ambo ex cœtu ampliſſimo, infamati ſub Maximino

coràm veſtrum numen advenerer, &c. Valeſ.

q *Immorabimur paucis.*] In Mſ. Regio [& Colb.] & Auguſtana Editione legitur *immoravimus*: fortaſſe ſcripſerat Ammianus *memorabimus*. Idem.

r *Emonenſis Simplicius.*] Emonâ oriundus, quod oppidum eſt Italiæ, proximum Norico, de cujus conditu fusè loquitur Zoſimus in lib. 5. ſed fallitur cùm inter ſuperiorem Pannoniam ac Noricum eam urbem ſitam eſſe dicit. Emona ſine adſpiratione dicitur in Itinerario Burdigal. & Peutingerorum, & ab Herodiano in lib 8. & in veteri Inſcriptione. Hic porrò Hemonenſis vel Emonenſis Simplicius, Vicarius Urbis fuit Gratiano IV. & Equitio Coſſ. ut patet ex lege 1. de his qui latrones occult. Ejuſdem Simplicii Vicarii mentio fit in reſcripto Gratiani ad Aquilinum Vicarium, quod ab Illuſtr. Card. Baronio publicatum eſt. *Idem.*

ſ *Simplicius, Maximini conſiliarius ex grammatico*] Inter profeſſores utriuſque Romæ connumerantur Grammatici Græci atque Latini, L. 2. 6. 11. C. de profeſſ. & med. L. unic. C. de ſtud. liberalib. Qui ſi ad xx. annos obſervatione jugi ac ſedulo docendi labore perveniſſent, eorum, qui ex vicariis erant, dignitate potiebantur, L. unic. C. Theod. & Juſtin. De profeſſor. qui in urbe C P. Itaque etiam ex grammatico Simplicius Urſicino, qui è vicaria poteſtate deceſſerat, ſucceſſit. *Lindenbr.*

t *Poſt adminiſtratam, nec erectus*] Hiulcus locus videtur, legendumque; *poſt adminiſtratam provinciam, nec erect.* ut lib. xxix. *Africanus cauſarum in urbe defenſor adſiduus, poſt adminiſtratam provinciam: ad regendam aliam adſpiravit.* Idem.

v *Buſirim veterem & Antæum*] Hyginus fab. xxxi. Fulgentius Mytholog. lib. ii. *Idem.*

x *Fulcro plumeo vultu contracto incubuit, & animam occl.*] Simile ferè fatum Tiberii. Tacitus Annal. lib. x. *Tiberius injectu multæ veſtis exſtinguitur.* * Johannes quoque PP. à Vvidonis Tuſciæ Marchionis militibus cervicali ſuper os poſito ſuffocatus fuit. Liutprandus lib. 3. cap. 12. * *Idem.*

in Fauſianam feminam non obſcuram, poſt Victorini obitum quo juvante vixere ſecuriùs, Simplicii adventu perterrefacti, non ſecus volentis magna cum minis, ad ſecreta receptacula ſe contulerunt. Sed Fauſianâ damnatâ inter reos recepti vocatíque edictis, ſemet abſtruſiùs amandarunt: quorum Abienus apud Anepſiam diu deliteſcebat. Sed ut ſolent inſperati caſus adgravare miſerabiles clades, Apaudulus nomine ſervus Anepſiæ, verberatæ conjugis dolore perculſus, negotium ad Simplicium detulit nocte progreſſus: miſsíque Apparitores indicatos è latebris abſtraxerunt. Et Abienus quidem exaggerato crimine ſtupri, quod intuliſſe dicebatur Anepſiæ, morte multatus eſt. Mulier verò ut continendæ vitæ ſpem firmam dilato poſſet habere ſupplicio, appetitam ſe nefariis artibus, vim in domo Aginatii perpeſſam aſſeveravit. Hæc ut geſta ſunt y mugitus ad Principem Simplicius retulit: agénſque ibi Maximinus, infeſtus ob cauſam quam ſuprà docuimus Aginatio, ſimultate unà cum poteſtate in majus accenſa, [oravit] impensè ut reſcriberetur eum occidi: & impetravit facilè malè ſanus incitator & potens. Metuénſque gravioris invidiæ pondus, ne pronuntiante Simplicio & conſiliario ſuo & amico, periret homo patriciæ ſtirpis; tenuit apud ſe paullisper Imperiale præceptum, hærens & ambigens quemnam potiſſimum exſecutorem atrocis rei fidum inveniret & efficacem. Tandémque ut z ſolent pares facilè congregari cum paribus, Doryphorianus quidam repertus eſt Gallus, audax aduſque inſaniam: cui hanc operam implere brevi pollicito deferri providit Vicariam, & commonitorium cum Auguſti litteris tradidit: inſtruens hominem ſævum quidem ſed rudem, qua celeritate Aginatium ſine ullo deleret obſtaculo, dilatione qualibet inventa forſitan evaſurum. Feſtinavit ut mandatum eſt Doryphorianus magnis itineribus Romam: & 6 a inter adminiſtrandi initia magnâ quæritabat induſtriâ, qua vi Senatorem perſpicui generis interficeret juvantibus 7 nullis. Cognitóque eum jam pridem

6 *Mſ.* & iterazdi initia. 7 *Mſ.* nullis.

y *Mugitus ad Principem.*] Quid ſibi velit mugitus equidem neſcio. Ac fortaſſe emendandus eſt locus hoc modo: *Hæc ut geſta ſunt, ociùs ad Principem Simplicius retulit.* Sanè in codice Vat. & Regio [ac Colb.] * & Tol.* ſcriptum eſt *retulit*. Huic autem Simplicii relationi reſcripſit Valentinianus in hunc formam: *Eos qui ſecum alieni criminis reos occulendo ſociarunt, par atque ipſos reos pœna exſpectet*: ut eſt in lege 1. de his qui latron. vel alios crim. reos occult. Codice Th. Quod Valentiniani ad Simplicium reſcriptum planè mihi videtur Aginatium ipſum petere. Aginatius enim Abienum & Anepſiam adulterii reos occultaverat. *Valeſius.* Poterat lenius occurri, ut ſcripſerit *mugiens*, ut innuat non ſimpliciter ſcripſiſſe, ſed grandi boatu & verbis ad amplificationem rerum ſelectis uſum. Sed verum eſt *minutius*, ut cap. ſeq. *per minutias geſta narrando.* Capite VI. ait *textum continentia rei totius.* Mox video in poſtrema Pariſienſi verbum continenter ſequens *oravit* includi lineolis, quod non fecit Henricus in priore, nec etiam Lindenbrogius in ſua. Sane quidem in Auguſtana non habetur, ut neſciam in hac varietate quid ſequi oporteat. Gron.

z *Solent pares facile congregari cum paribus*] Imp. Conſtantinus in Epiſtola ad Epiſcopos Numid. *Rectè proverbio ſignatum eſt, pares cum paribus congregari.* * Homerus: ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Vid. Democriti elegantem locum apud Sextum Empir. pag. 133. * *Lindenbr.*

a *Inter ſalutandi initia*] Accurſius in Editione ſua excudit, *inter intrandi initia*, parum felici conjectura, ut equidem cenſeo. Nec dubito quin in ſcripto illius exemplari exaratum fuerit perinde ac in Regio [& Colbert.] & Vaticano reperi, *interandi initia.* * Scribe ergo meo periculo, *inter adminiſtrandi initia.* * Valeſius. Nihilne potuit immanius aut periculoſius? ſimilitudo literarum erat attendenda, unde origo omittendi, quæ forſan fuit *inter indagandi* vel *rimandi* (quod totidem du-

repertum in villa propria [b] cuſtodiri, ipſe tamquam caput fontium paritérque Anepſiam [c] horrore medio tenebrarum audire diſpoſuit, quo tempore hebetari ſolent obſtrictæ terroribus mentes: ut inter innumera multa [d] [e] Ajax quoque Homericus docet, optans perire potiùs luce, quàm pati formidinis augmenta nocturnæ. Et quoniam judex, quin immo prædo nefandus ad id ſolum quod promiſit intentus, cuncta extollebat in majus, juſſo Aginatio ſtatui, agmina fecit introire carnificum: catenifque ſonantibus triſte, mancipia ſqualore diuturno marcentia in domini caput aduſque ultimum lacerabat exitium: [f] quod [g] in ſtupri quæſtione fieri vetuere clementiſſimæ leges. Denique cùm jam contigua morti tormenta ancillæ voces expreſſiſſent obliquas, indicii fide parum plenè diſcuſſa, Aginatius ad ſupplicium duci pronuntiatus abruptè, nec audi-

ctibus vides in Accurſiano eſſe) *initia. Gron.*

b *Vultu diro ipſe tamquam.*] Quanto rectiùs Accurſius hunc locum ediderat? Sic enim excudi juſſit: *Cognitóque cum jampridem repertum in villa propria cuſtodiri, ipſe tamquam capita fortium perque Anepſiam horrorem & tenebr. audire diſpoſuit.* At in Regio & Vat. * Toloſ. * [& Colbert.] codice ita perſcriptum hunc locum reperi: *In villa propria vulto diripſe tanquam capita fontium perque Anepſiam horrorem & tenebrarum, &c.* Ex quibus inquinatiſſimæ ſcripturæ veſtigiis veram, ni fallor, hujus loci emendationem aſſecutus ſum. *Valeſ.*

c *Horrore medio tenebr.*] Auctorem hujus emendationis habui Marcellinum ipſum, qui ita locutus eſt non ſemel: exempli gratiâ in lib. 25, cap. 3. & in libro 21. initio. Ceterùm triſtis ac ſupra modum ſeveri judicis eſt, horrore medio noctis de capite hominum judicare. Itaque eorùm judicum humanitas laudabatur, qui nonniſi à primo diluculo criminalibus cauſis vacabant. Et Libanius in Orat. ad Hellebichum Magiſtrum militum, qui in cauſa ſeditionis Antiochenæ cum Cæſario Trib. & Notario judex ſederat, id inter ceteras ejus laudes numerat: *χαρίζεται μὲν κἀνταῦθα μήτε ἐν μέσαις νυξὶ, μήτε ἐν πρώταις ἀλεκτρυόνων ᾠδαῖς ἥκειν ἐπὶ τὸν θρόνον· ὡς αὐτῶν τε ἐν αὐτοῖς τῶν καιρῶν ἐχόντων εἰς ἔκπληξιν ἀφορμάς.* Id eſt: *Hoc primùm nobis gratificatur, quòd non medio noctis horrore, aut ſub primum gallicinium tribunal ingreſſus eſt, eo quòd hæc tempora terrorem animis injicere ſoleant.* * Adde Senecam in libro III. de Ira, ubi adverſus crudelitatem Caligulæ, qui tres Senatores ad lucernam decollaverat, his verbis invehitur: *Quid tam inauditum quàm nocturnum ſupplicium? Cum latrocinium tenebris abſcondi ſoleat, animadverſiones quo notiores ſunt, plus ad exemplum emendationemque proficiunt.* Mentio fit nocturni judicii in Paſſione SS. Petri & Marcellini: *Poſt hæc Commentarienſes miſerunt ad Artemium Carcerarium, ut nocte præſto eſſet cum perſonis, quæ erant in carcere.* Et infrà: *Cùm primo pullorum cantu ſederet Serenus Vicarius, & juberet audiendas intromitti perſonas; ingreſſus Artemius dixit, &c* Idem.

d *Ajax quoque Homericus docet*] Homerus Ἰλιάδ. ρ.

Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας Ἀχαιῶν,
Ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.
Ἐν δὲ φάει καὶ ὄλεσσον, ἐπεί νύ τοι εὔαδεν οὕτως. Lindenbr.

e *Ajax Homericus docet.*] In Iliadis XVII. Ceterùm nec illud prætereundum eſt, Ajacem utpote hominem Deo acceptum, voti ſui compotem exſtitiſſe. Nam ſub diluculum manus ſibi attulit, ut ſcripſit auctor AEthiopidis apud Scholiaſtem Pindari Ode 4. Iſthmion. ὁ γὰρ τὴν Αἰθιοπίδα γράφων περὶ τὸν ὄρθρον φησὶν Αἴαντα ἑαυτὸν ἀνελεῖν. Valeſ.

f *Quod in ſtupri quæſtione fieri vetuere cl. leges.*] Olim florente Rep. de ſervis nulla quæſtio erat in dominum, niſi de inceſtu, ut ait Tullius in Orat. pro Milone. Inceſtus autem dicitur de eo, qui virginem Veſtalem, aut qui ſacra pop. Rom. inceſtaviſſet. Poſtea Julius Cæſar & Octavianus cùm leges de adulteriis coërcendis ferrent, ut in adulterii quæſtione ſervi in caput dominorum torquerentur ſanxere. Sed in quæſtione ſtupri, ſervi adverſus dominos tormentis interrogari non poterant, ut diſtinctè ait Papinianus in lege 17. D. de quæſtionibus. Proinde miror Lindenbrogium, qui dum Marcellinum noſtrum erroris hîc arguere nititur, magno ipſeſe obſtrinxit errore. Neque lex V. eodem tit. ab eo prolata, ejus ſententiam confirmat, immo planè deſtruit. Non enim ait Marcianus in ſtupro ſervos adverſus dominum torqueri: ſed cùm ſtupro inceſtum adjunctum eſt, putà ſi quis viduam cognatam ſuam, cum qua nuptias contrahere non poteſt, corruperit: & hoc caſu ob inceſtum adjunctum ſtupro, quæſtio de ſervis habetur, quæ aliàs in ſimplici ſtupro viduæ aut virgini illato non haberetur. Hîc autem de ſimplici ſtupro Anepſiæ viduæ illato agit Marcellinus. Ceterùm illud tacendum non puto, ſolitos eſſe veteres Rom. ne ex tormentis ſervorum crimen ipſorum detegeretur, ipſos ſervos criminis conſcios manumittere, antequàm judicium fieri cœpiſſet. Itaque judices plerumque jubebant, ut rei qui ſuſpecti erant de inceſtu, familiam ſuam in poteſtate haberent. Exemplum in Minucia Veſtali refert Livius in lib. 8. *Idem.*

g *In ſtupri quæſtione fieri vetuere clementiſſimæ leges*] Mirum hoc quidem, & verba legis expreſſim aliud ſtatuunt, L. 5. ff. de quæſtionib L. 1. C. eod. Atque in ſolo inceſtu ſervorum tormenta ceſſant, quia & Lex Julia ceſſat de adulteriis, ut ex Papiniano refert Ulpian. L. 4. ff. de quæſtionib. Sed cum Ammiano facit Tullius in

tus cùm magnis clamoribus appellaret nomina Principum, [h] ſublimis raptus occiditur, pari ſententia Anepſiâ interfectâ. Hæc agitante Maximino cùm adeſſet, pérque emiſſarios cùm procul ageret, funera Urbs deploravit æterna. Sed accelerarunt ultimæ diræ cæſorum. Namque ut poſtea tempeſtivè dicetur, & idem [i] Maximinus ſub Gratiano intoleranter ſe efferens, damnatorio jugulatus eſt ferro, & Simplicius in Illyrico truncatus: & Doryphorianum pronuntiatum capitis reum, truſúmque [8] [k] carcere Tulliano, matris conſilio Princeps exinde rapuit, reverſúmque ad lares per cruciatus oppreſſit immenſos. Unde huc fleximus revertamur: is urbanarum rerum ſtatus ut ita dixerim fuit.

CAP. II. At Valentinianus magna animo concipiens & utilia, Rhenum omnem à Rætiarum exordio aduſque fretalem Oceanum magnis molibus [9] communiebat, caſtra extollens altiùs & caſtella, turréſque aſſiduas [l] per habiles locos & opportunos, quà Galliarum extenditur longitudo: nonnunquam etiam ultra flumen ædificiis poſitis ſubradens barbaros fines. Denique cum reputaret munimentum celſum & tutum, quod ipſe à primis fundarat auſpiciis, præterlabente Nicro nomine fluvio, paullatim ſubverti poſſe undarum pulſu immani, meatum ipſum aliorſum vertere cogitavit: & quæſitis artificibus [m] peritis aquariæ rei, copioſáque militis manu arduum eſt opus adgreſſus. Per multos enim dies compaginatæ [n] [o] formæ è roboribus, conjectæque in alve-

2 *Mſ.* in Tertulliano in matre. 9 *Mſ.* commonebat.

Oratione pro Milone: *De ſervis nulla lege quæſtio eſt in dominum, niſi d inceſtu.* Quæ verba in mentem habuiſſe Marcell. veroſimile eſt. *Lindenbr.*

h *Sublimis raptus.*] Sic Plautus loquitur, & Terentius in Andria actu 5.

Sublimem hunc intro rape quantum potes.

Et in Adelphis. Appianus quoque in lib. 1. bellorum civilium: *οἱ δὲ μετέωροι περὶ τὴν σύγκλητον φερόμενοι τι καὶ περὶ τοῦ δῶν αὐτοῖς ἐπιλεγόμενοι*, &c. Interdum tamen rapi ſublimes dicuntur, qui ſuſpenduntur in eculeo. Sic cap 3. libro xv. & apud Libanium de vita ſua p. 55. *καὶ τῷ γε δὴ νέῳ γύμνῳ τι ἧς λω καὶ μετεώρῳ περὶ πληγάς*: & apud Procopium in Anecdotis pag. 78. *τοὺς ὑπηρέτας ἐκέλευε μετέωρον αἴρειν τὸν σατερνῖνον*, &c. Sed in hoc loco *raptus ſublimis* nihil aliud eſt quàm correptus, ut in cap. 3. libro xv. *Valeſ.*

i *Maximinus ſub Gratiano.*] Valente Aug. v. & Valentiniano juniore A. Coſſ. anno Domini 376. cæſus eſt juſſu Gratiani Principis Maximinus: quo tempore etiam Gratianus epiſtolam miſit ad Senatum urbis Romæ, quâ vetabat ne Præſides, aut Vicarii, aut Procoſſ. de capite Senatoris ſententiam ferrent, ut ſub Maximino Præſ. Præt. actum fuerat. Eam epiſtolam Symmachus in Senatu recitavit mandato Principis: quo nomine eidem gratias agit in Epiſt. 2. lib. x. Exſtat autem pars epiſtolæ Gratiani ad Senatum in Cod. Th. tit. de accuſationibus. Sed obſtare videtur lex ult. in Cod. Th. ad legem Corn. de Falſo, ubi Maximinus adhuc Præfectus fuiſſe dicitur poſt legem illam Gratiani. *Idem.*

k *In carcere Tulliano*] De carcere hoc Varro de Lingua Lat. lib. IV. Livius lib. XXIX. Salluſtius in Catilin. Calpurnius Declam. IV. Apuleius Mileſ. 9. Acta Mſſ. martyrii S. Chryſanthii: *Erat ima cuſtodia in carcere Tulliano, unde putor horribilis adſcendebat, quia cloacarum cuniculis digeſta domorum ſtercora illic jugiter decurrebant. Et in hoc decurſorio erat ima & lutea & ita tenebroſa cuſtodia, ut penitus lucifluus aër nec ſignum ibi diei, nec veſtigium aliquod lucis oſtenderet. In hac ergo habitatione ferro vinctus ſanctus Chryſanthius mittitur nudus.* Lindenbr.

l *Turres per habiles locos & opportunos*] Adhibenda quæ notat Jac. Gothofredus ad Cod. Theod. lib. XV. tit. 1. de operibus publicis leg. 13. *Gron.*

m *Peritis rei aquariæ*] *Aquæ libratores* hi appellantur L. 2. C. Theod. de excuſ. artif Qui aquarum inventos ductus & modos docili libratione oſtendunt, L. 5. eod. *Lindenbr.*

n *Formæ è roboribus*] *Formæ* ſunt fiſtulæ & cuniculi, quibus unda adducitur, aut derivatur, L. 4. & 8. C. Theod. de aquæd. Frontin. de aquæd L. 3. de calc. coctor. Sidon. Apoll. lib. 1. Epiſt. 5. Iſidorus Origin. XV. *Idem.*

o *Formæ e roboribus.*] Id eſt arcæ ſtipitibus robuſtis, & catenis incluſæ, ut loquitur Vitruvius in lib. v. cap. 12. Hinc formacei parietes dicebantur in Hiſpania, quòd formarum, ſeu arcarum modo utrimque duabus tabulis

um, fixis refixíſque aliquotiens propè ingentibus ſtilis, fluctibus erectis [1] [p] confundebantur, avulſæque vi gurgitis [2] interrumpebantur. Vicit tamen Imperatoris vehementior cura, & morigeri militis labor, mento tenus dum operaretur ſæpè demerſi: tandémque non ſine quorumdam diſcrimine caſtra præſidiaria [3] [q] inquietudine urgentis amnis exempta, nunc valida ſunt. Ac talibus lætus exſultánſque, [r] pro anni & temporis ſtatu dilapſos conducens, Reipublicæ curam habuit, ut officio Principis congruebat. Ratúſque aptiſſimum ad id quod deliberabat implendum, trans Rhenum in monte Piri, qui barbaricus locus eſt, munimentum exſtruere diſpoſuit raptim. Utque celeritas effectum negotii faceret tutum, per [ſ] Syagrium tunc Notarium, poſtea Præfectum & Conſulem, [t] Aratorem monuit Ducem, ut dum undique [v] altum

1 *Mſ.* confidebantur. 2 *Mſ.* interan vice. 3 *Mſ.* inrivecudinerrantis.

---

circumdati inſtruebantur, ut ait Plinius in lib. 35. cap. 14. Varro de re ruſt. cap. 14. Gloſſæ Iſidori. *Valeſ.*

p *Confundebantur.*] In codice Regio & Editione Aug. legitur *configebantur*; [in Colbert. *confidebantur*:] & paullo poſt pro *interrumpebantur*, in omnibus noſtris exemplaribus ſcribitur *interan.* ut ſuſpicer à Marcellino ſcriptum fuiſſe, *avulſæq. vi fluminis interibant.* Valeſius. Sed cur non tangitur prius, quod diſerte notat aliter in veriſſimis codicibus legi? nec potuerunt confundi, niſi jam eſſent ſolutæ, & ut ipſe ait, avulſæ. At palam notat auctor eas aliquamdiu concuſſas fuiſſe ab fluctibus, qua ratione paulatim diſtrahebantur. Id dicit Ammianus, ut clare ex Mſſtis videmus, *fluctibus erectis conlidebantur*; immo forſan dixit *fluctibus crebris collidebantur* ex Curtii libro IV. *crebriſque fluctibus compages operis verberatæ ſe laxavere.* Quid vocabimus autem *interire*? utrum quia mergebantur, an deferebantur interceptæ fluxu & lapſu amnis? Dubito an conveniat; & non potius videatur auctor nunc uſus verbo antiquo *interabant.* Feſtus enim teſtatur priſcos dixiſſe *interatim* pro *interim*, & hoc ex illo contractum eſſe. Hinc fit, ut colligamus antiquum verbum exſtitiſſe *interare*, de quo etiam aliquid pater ad Livii librum XXVIII. *Interabant* explico intervallum & interſtitium faciebant. *Gron.*

q *Inquietudine errantis.*] Poſtrema vox deeſt in Editione Auguſtana; & in Regio codice [ac Colbert.] in quo ſic ſcriptum eſt *inruietudiner ingentis*, *&c.* Equidem ſic à Marcellino ſcriptum eſſe exiſtimaverim, *caſtra pr. inquietudine ſtringentis amnis exempta*, *&c.* [aut potiùs *urgentis.*] Valeſ. Niſi περιπλικώτερον auctor *dixerit ringentis amnis*, ut *pontem indignatus Araxes.* Gron.

r *Pro anni & temp. ſtatu dilapſos conducens.*] Multum hîc ingenio ſuo Gelenius indulſit, cujus emendationem nullatenus probo: quid enim illud eſt, *dilapſos conducens*? Nam contra diſciplinam uſumque rei militaris eſt, milites dilabi à ſignis: & dilapſi non conducuntur, ſed pro deſertoribus puniendi ſunt. Verùm in Regio codice longè aliter [& Colb.] perſcriptus eſt hic locus: *Pro animi & temporis tudila conducens Reip. trudium, ut offer Principis congruebat.* Accurſius autem ſic edidit: *Pro animi & corporis tutela conducens Reip. ſtridium, ut operi Principis congruebat.* Ex quibus conjici poteſt ſic ſcribendum eſſe: *Exſultanſque quod pro anni tempore tutela conducens Reip. triduo perfecta principiis congruebat: ratuſque, &c.* ſic ferè lib. XVII. cap. 13. pag. 199. & lib XXVII. cap. 10. *Valeſius.* Quis credat hæc triduo perfecta eſſe? an non ipſe auctor dixit multos dies requiſitos ad compaginandas formas? quæ antequam in aqua firmæ ſtatuerentur, an non ex ſequenti graviſſimi operis deſcriptione auctor ſubindicat plures requiſitos? Denique quis tantam licentiam varietatis poteſt ſibi aut aliis indulgere? Conferas licet loca citata & inſpicias; ex illis utique hæc non probabuntur. Sed neque anni tempus huc quidquam confert, utpote de quo tanquam notabili præmiſit Ammianus nihil, neque hæc opera poſcuntur ab tempore anni, ſed reipublicæ, quacunque etiam anni parte. Locus certe nubilus, quem ſic ex lectione ſcripta illuſtrare conabar. *pio animi & temporis judicio, conducens reipublicæ ſtudium ut eſſet Principis, congruebat.* Gron.

ſ *Syagrium poſtea Præf. & Conſulem.*] Conſul fuit in Occidente, & collegam in Oriente habuit Eucherium anno Natalis Dominici 381. eodémque anno Præfectus fuit Prætorii, ut ferè mos fuit illorum temporum. At Onufrius in Faſtis Syagrium Orientis Conſulem fuiſſe dicit: quem refellit ſubſcriptio legis 88. & 89. Cod. Th. de Decurionibus. & teſtimonium Symmachi in Epiſt. 95. lib. 1. Ejuſdem Syagrii Præf. Præt. mentio fit in Codice Th. de appellat. Gratiano V. & Theodoſio I. Coſſ. Dicebatur autem Afranius Syagrius, teſte Sidonio in Epiſt. 7. lib. 1. non autem Poſtumus, ut ſine auctore ponit Onufrius in Faſtis. Præfectus Prætorio ter fuiſſe dicitur ab eodem Sidonio in Epiſt. 12. lib. 7. Fuerat antè Magiſter Offic. Auſonio & Olybrio Coſſ. ut legitur in Cod. Th. de commeatu. * Fuit autem inter præcipuos amicos Auſonii, ut patet ex Auſonii Epigrammate 1. *Valeſ.*

t *Aratorem.*] Regius codex [& Colb.] cum Auguſtana Editione conſentiens ſcriptum habet *Oratorem.* Idem.

eſſet ſilentium, id arripere conaretur. Tranſiit cum Notario Dux ut juſſum eſt ſtatim, foderéque per militem quem duxit fundamenta exorſus, Hermogenem ſuſceperat ſucceſſorem: eodémque puncto quidam Optimates [4] Alamanni venêre obſidum patres, quos lege fœderis manſuræque diutiùs pacis haud aſpernanda pignora tenebamus. Qui flexis poplitibus ſupplicabant, ne Romani ſecuritatis improvidi, quorum fortunam ſempiterna fides cælo contiguam fecit, pravo [5] deciperentur errore, pactiſque calcatis rem adorirentur indignam. Verùm hæc & ſimilia loquentes incaſſum, cùm nec audirentur, [6] nec quietum aliquid vel mite referri ſentirent, filiorum flentes exitium diſceſſerunt: hiſdémque [7] digreſſis, ex abdito collis propinqui barbaricus proſiluit globus, Optimatibus tum danda reſponſa, ut intelligi dabatur, opperiens: [8] adortúſque milites ſeminudos, [x] humum etiamtum geſtantes, expeditis agiliter gladiis [9] obtruncabant: inter quos etiam Duces ambo ſunt cæſi. Nec indicaturus geſta ſuperfuit quiſquam præter Syagrium: qui deletis omnibus [y] ad Comitatum reverſus, irati ſententiâ Principis ſacramento exutus, abiit ad lares, id [1] commeruiſſe ſævo judicatus arbitrio, quòd evaſerit ſolus. Hæc inter per Galliam latrociniorum rabies ſæva ſcatebat in perniciem multorum, obſervans celebres vias, fundénſque indubitantér quidquid inciderat fructuoſum. Denique præter complures alios, quos abſumpſerunt inſidiæ tales, Conſtantianus Tribunus ſtabuli, impetu eſt clandeſtino exceptus, móxque interfectus, Valentiniani adfinis, Cerealis & Juſtinæ germanus. At procul tamquam horum [2] ſimilia cientibus furiis per omne latus, [z] [a] Maratocu-

4 *Vulg.* Alemanni venere obſides Imperatoris, quos leg. 5 *Mſ.* deficerentur. 6 *Vulg.* audirentur nec aliquid mite referri. 7 *Mſ.* agrigreſſis. 8 *Mſ.* adortus multos. 9 *Mſ.* obcabant. 1 *Mſ.* id commeruiſſe. 2 *Mſ.* ſimilia actentibus.

---

v *Actum eſſet ſilentium.*] Lege *altum eſſet ſil.* ut in Faucherii codice legi monuerat Gruterus: ſic noſter in fine libri 25. *Valeſ.*

x *Humum etiamtum geſtantes expediti.*] In codice Regio legitur, *humum etiamtum ante ſexpeditum ag. gladiis obcabant.* Accurſius autem edidit hoc modo, *ante ſe expeditum ag. gladiis occabant.* Ego verò ſcribendum eſſe exiſtimavi, *expeditis agiliter gladiis*, quemadmodum loquitur Marcellinus tum alibi, tum in fine libri 27. cap. 12. In ceteris emendationem Gelenii ſequi malui, quàm variè conjiciendo halucinari. *Idem.* In qua tamen nunquam poterit probari illud *geſtantes*, quod ſine fulcro Gelenius ſupplevit, licet capiatur Valeſius. Hinc & aliter conatus eſt Accurſius. Sed ex ſcriptæ lectionis ordine videtur dediſſe auctor *humum etiam cumulantes.* Gron.

y *Ad Comitatum reverſus.*] In Regio codice exaratum eſt, *attutum reverſum*: in Editione Auguſtana, *adtutum reverſum*: [In Colbert. Mſ. *adtatum reverſum*, *&c.*] *Valeſ.*

z *Maratocupreni graſſatores*] Sæpius à graſſatoribus Imperium Romanum infeſtatum: quorum tamen potiſſima mentio, Iſauri ſunt, de quibus Ammian. loco non uno, & L. fin. C. Theod. de quæſtionib. L. 10. C. Juſt. de feriis. Strabo, Zonaras. Et Bagaudæ in Gallia, ductu Amandi & AEliani, de quibus Oroſius lib. VII. cap. 25. Eutropius lib. IX. Euſebius in Chronic. Salvianus de Gubern. lib. V. Et Auſuriani in Africa, Ammianus lib. XXVI. XXVIII. Syneſius Epiſt. 57. in Cataſtaſi, pag. 5. Et Saturiani cum Subafrenſibus, (niſi mendoſa ea lectio, & legend. *Auſuriani*) in Conſtit. Arcad. & Honor. in Cod. Theod. lib. VII. Tit. 19. *Lindenbr.*

a *Maratocupreni.*] Si hæc vera ſcriptura eſt, vicus ille in Syria Cœle prope Apamiam poſitus dicebatur μαραθόκυπρος, incolæ μαραθοκυπρηνοί. Sed in cod. Regio aliter ſcriptus eſt hic locus: *At procul tamquam horum ſimilia actentibus furiis per omne latus morati Cupræni, &c.* In Editione autem Auguſtana hoc modo: *Similia ardentibus furiis per omne latus morato Cupieni, &c.* Henr. Valeſ. [In codice Colbert. *At procul tamquam horum ſimilia actentibus furiis per omne latus Moratocupreni, &c.* lege *cientibus furiis*, ut in libro 31. cap. 10. loquitur Ammia-

preni

preni graſſatores acerrimi vagabantur, vici hujus nominis incolæ in Syria prope Apamiam poſiti, nimium quantum numero & exquiſitis fallaciis abundantes: ideóque formidati, quòd mercatorum militúmque honoratorum ſpecie [3] [b] ſine ſtrepitu ullo diffuſi, opimas domos, villas & [4] oppida pervadebant. Nec quiſquam adventum eorum cavere poterat inopinum, non deſtinata ſed varia petentium & longinqua, & [5] quoquò ventus duxerat [6] irrumpentium: quam ob cauſam præ ceteris hoſtibus [c] [d] Saxones timentur ut repentini. Et quamlibet [7] [e] conjurati multorum opes [8] attriverint, [f] œſtróque concepti furoris exagitati ſtrages edidere luctificas, ſanguinis nihilo minùs avidi quàm prædarum: tamen ne per minutias geſta [9] narrando operis impediam curſum, id unum ſufficiet eorum extiale poni commentum. Quæſitus in unum impiorum hominum globus, imitatus [g] Rationalis officium [h] ipſúmque judicem,

3 *Mſ.* ſineſtre ullo die ſoſiopimas. ἴσ. ſine ullo diſcrimine opimas domos. 4 *Mſ.* opes. 5 *Mſ.* quaque. 6 *Mſ.* corrumpentium. 7 *Mſ.* conjuratus. 8 *Mſ.* attribuerint. 9 *Mſ.* narrandor . . . . . enus.

---

nus. De his autem latrunculis intelligendus eſt Libanius in libri 4. Epiſtola 274. ad Alexandrum Conſularem Syriæ: qui cùm profectus eſſet Apameam, ut Pythia illic viſeret, plurimos latrones interceperat: ὅπως σοι καὶ λῃστικὲ πολλὰ καὶ σφοδρῶ, καὶ περὶ τὰς πύλας στρεφομένου παρεδόμενα ἴχνη.] Hadr. Valeſ.

b *Sine ullo diſcrimine domos.*] Longè alia codicis Regii ſcriptura eſt, * ac Toloſ. * *Sineſtre ullo die foſi opimas domos, & villas, & opes pervadebant*: [in Colbert. *foſi.*] Atque ita ferè Florentinus codex, & Aug. præfert Editio. Unde non dubito, quin ita ſcripſerit Marcellinus: *Quod mercatorum militúmque honoratorum ſpecie ſine ſtrepitu ullo diffuſi, opimas domos, & villas, & opida pervadebant.* Valeſius. An igitur cenſet volitaviſſe ut umbras Elyſiacis in campis? Multum & nimium eſt tales conjecturas immittere in contextum. Res ipſa dictat, *ſine jure ullo*, & ſic lege. *Gron.*

c *Saxones timentur ut repentini*] Paul. Oroſius lib. VII. cap. 32. *Saxones, gentem in Oceani litoribus & paludibus inviis ſitam, virtute atque agilitate terribilem.* Zoſimus lib. III. pag. 707. Σάξονες, οἱ πάντων δὴ καρτερώτατοι τῶν ἐκεῖσε νεμομένων βαρβάρων, θυμῷ καὶ ῥώμῃ καὶ καρτερίᾳ τῇ περὶ τὰς μάχας. * Julianus Imp. Oratione de laude Conſtantii Imp. pag. 116. προθυμότατοι Φράγγοι καὶ Σάξονες τῶν ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον καὶ τὴν ἑσπερίαν θάλατταν τὰ μαχιμώτατα γένη. *Franci & Saxones, omnium quæ ultra Rhenum atque Occidentis mare habitant, nationum bellicoſiſſimi.* * Lindenbr.

d *Saxones timentur.*] Saxones enim piraticis myoparonibus mare infeſtum habebant, ut ſcribit Hegeſippus in lib. 5. cap. 15. *Præſtantiores ceteris Saxones piraticis myoparonibus, non viribus nituntur, fugæ potiùs quàm bello parati.* [Idem Claudianus dicit, & Sidonius in libri 8. Epiſtola 6. Ammianus ipſe in libro XXX. *Saxones ſemper quò libet inexploratò ruentes* appellat.] Julianus in Orat. I. Francos & Saxones gentium quæ trans Rhenum Occid. Oceanum accolunt, bellicoſiſſimos eſſe dicit. Sed & Meratocuprenos piraticam perinde exercuiſſe ſatis indicat Marcellinus. *Valeſ.*

e *Conjuratis multorum opes adtribuerentur*] Mſ. *conjuratus mult. op. adtribuerint*: ἴσως, *q. conjurati multorum opes attriverint*: quæ forma loquendi Latinis frequens. *Lindenbr.*

f *Oeſtro tamen concepti.*] In Regio codice & Editione Aug. legitur: .·.·. *troque concepti furoris exagitatis r.·.·.es edidere luctificas, ſanguinis n. m. avidi quàm prædarum .·.·.·. reme per minutias, &c.* Unde uno ſpiritu locum ſic continuandum eſſe exiſtimavi: *Et quamlibet conjurati m. opes attriverint, œſtróque conc. fur. exagitati ſtrages edidêre luct. ſanguinis nihilo minùs avidi quàm prædarum; tamen ne per min. &c.* Quæ ſcriptura quin vulgatæ illi ex Gelenii conjectura profectæ præferenda ſit, nemo ut ſpero dubitabit. In Regio quidem * & Toloſ. * codice, ne quid diſſimulem, ſcriptum eſt, *exagitatis cædes edidêre*, prout Gelenius edidit: [in Colbert. *exagitatis eſe debere luctif. --- reme per minutas geſtinar randor enus operis, &c.*] Valeſ.

g *Rationalis officium.*] Rationales in provinciis conſtituti Officium, ſeu Apparitionem habebant, ut docet diſertè lex 7. de cohortalibus & lex 2. & 4. de bonis vacantibus, in Codice Theod. * Quibus adde Epiſtolam Flavii Himerii Rationalis Ægypti ad Præfectum Mareotæ, quam refert Athanaſius in Apologia; τὴν συνόψιν πεποιημένος, εἰς τὴν τάξιν ἀνενεγκεῖν. Sed & acta apud Rationalem confecta fuiſſe, ibidem docetur. Habebat ergo Officialem ab Actis. * Hi autem Rationales, damnatorum bona & ſententiâ judicis proſcriptorum occupabant, ut ſuprà monuimus. Erantque viri Perfectiſſimi, ut docet Symmachus in lib. X. *Valeſ.*

h *Ipſumque judicem.*] Id eſt rectorem Provinciæ. Cave enim hîc Rationalem intelligas. Nam Rationales ipſi, ut arbitror, judices non erant, ne in cauſa quidem pecuniaria inter fiſcum & privatos: ſed Comites rerum Privatarum ſoli juriſdictionem in cauſis fiſcalibus habebant. Ac licèt concederem Rationales juriſdictionem eo tempore habuiſſe, perinde ac olim Procuratores fiſci

veſpertinis tenebris lugubre clamante præcone civitatem ingreſſi, ambitioſam domum cujuſdam Primatis, ut proſcripti juſſique interfici, cum gladiis obſederunt: raptáque ſupellectili pretioſa, quia ſubitò perculſi familiares hebetatis ſenſibus non defenderant dominum, cæſis pluribus, ante revolutam lucem greſſu diſceſſere veloci. Verùm cùm [i] exuviis referti multorum, [1] rapiendi dulcedine nil prætermitterent; [k] intercepti imperiali motu, oppreſſi interiêre omnes ad unum: [l] eorúmque ſoboles parva etiamtum, ne ad parentum exempla ſubcreſceret, pari ſorte deleta eſt, & lares verſi, quos ambitioſè luctuoſis aliorum diſpendiis [2] conſtruxerunt. Et hæc quidem textu proceſſere narrato.

CAP. III. Theodoſius verò dux nominis inclyti, [m] animo vigore collecto ab Auguſta profectus, quam veteres appellavere Lundinium, cum milite induſtria comparato ſollerti, verſis turbatíſque Britannorum fortunis opem maximam tulit: opportuna ubique ad inſidiandum barbaris præveniens loca, nihil gregariis imperans, cujus non ipſe primitias alacri capeſſeret mente. Hócque genere cùm ſtrenui militis munia & præclari ducis curas expleret, fuſis variis gentibus & fugatis, quas inſolentia nutriente ſecuritate aggredi Romanas res inflammabat, in integrum reſtituit civitates & caſtra multiplicibus quidem damnis [3] adflicta, [4] ſed ad quietem temporis longi fundata. Evenerat autem eodem hæc agente facinus dirum, erupturum in periculum grave, ni

1 *Mſ.* pariendi. *ir.* rapiendi. 2 *Mſ.* conſtruxerunt. 3 *Mſ.* adflictis. *al.* affectas. 4 *Mſ.* & ad quietem temp.

quod innuit Symmachus in lib. x. Epiſt. 55. * & Euſebius in libri 8. capite 9. * certum eſt nihilo minùs in criminali cauſa Rationalem judicem eſſe non potuiſſe. Hîc autem agit Marcellinus de quodam Primate municipe, ſententiâ judicis proſcripto juſſóque interfici. Adde quòd Præconem hoc in loco commemorat Marcellinus. At Præco nonniſi judicibus ordinariis, & Proconſulibus, ac Præfectis apparebat, & ut uno verbo dicam, cunctis Magiſtratibus civilibus: iſque currum judicis anteire conſueverat, ut docet Chryſoſtomus in caput 1. Epiſtolæ prioris ad Corinthios: & Baſilius apud Stobæum cap. 162. Hieronymus ad Ruſticum Monachum: *Pomparum ferculis ſimiles procedunt in publicum, ut ſi præconem addideris, putes incedere Præfecturam.* Valeſius. Hunc judicem tamen ipſum Rationalem eſſe credidit Jac. Gothofredus, ut probant ejus commentaria ad librum x. cod. Theod. tit. 9. leg. 1. *Gron.*

i *Exuviis repleti multorum.*] In exemplari Regio [& Colbert.] & in Editione Auguſtana legitur: *Cum exuviis reperti mult. pariendi dulcedine prætermitteret, at interceptam imperiali, &c.* Quare ita ſcribendum potiùs videtur: *Cùm exuviis referti multorum, rapiendi dulcedine nil prætermitterent.* Valeſ.

k *Intercepti Imperiali motu oppreſſi*] Sic lib. 19. C. de pœnis: *Motum congruæ ſeveritatis excipiat.* Prudent. Cathemer. Hymn. VIII.

Offenſa tandem jugis indulgentiæ
Cenſura, juſtis excitatur motibus.

Et περὶ Στεφάνων Hymno in Laurent.

Abeſt atrocioribus cenſura fervens motibus.

Sic *commotio gravior*, L. 2. C. ut nemo ad uſum, L. 16. C. de re milit. L. 6. C. de curſ. publ L. 2. de apparit. Præf. Præt. *Lindenbr.*

* l *Eorumque ſoboles parva etiamtum.*] Memorabile exemplum, quo pueri ob parentum ſcelus interfecti ſunt, & vicus integer flammis abſumptus. Hujus rei meminit Libanius in Oratione ad Curiam Antiochenam, quem locum ſingularem ex Oratione Libanii nondum editum hîc totum apponam: ἀλλ' ἴσμεν δὴ τήν τι κώμην ἐκείνην καὶ τὸ ἐν αὐτῇ γένος εἰς ἐξήκοντα, μέχρι καὶ τῶν ἐν γάλακτι παιδίων παραδοθέντος τῷ πυρὸς· προσενεχθέντος εἶμαι τοῦ τότε Βασιλέως, ὅπως μὴ πάλιν ἀναφύηται τὸ δεινὸν ἐκεῖνο γένος· διὰ τοῦτο ἀπέσφαξαν τὰς ἀγκάλαις καὶ μητέρας τὰ τέκνα, ταῖς τῶν δημίων χερσὶν ἐνδεικνῦντο μετ' ὀργῆς εἰς τὴν φλόγα· εἰ δὲ τὸ αὐτὸ ἐποίουν οὗτοι καὶ ἐξιέναι, οὐκ ἂν ἐπὶ πλεῖστον κακῶς, οὐτ' ἂν ἀπέθνησκον. Supra locutus erat Libanius de Ruſticanis, qui relictis bobus & aratris ad latrocinia converſi, cædes faciebant, & viatores ſpoliabant. * *Valeſ.*

m *Animo vigore collecto*] *ir. animi vig. coll.* Lindenbr.

inter ipſa conatûs principia fuiſſet exſtinctum. [5] [n] Valentinus quidam in [o] Valeria Pannoniæ ſuperbi ſpiritûs homo, Maximini illius exitialis Vicarii, poſtea Præfecti conjugis frater, ob grave crimen actus in Britannias exſul, quietis impatiens malefica beſtia ad res pernicioſas conſurgebat & novas, in Theodoſium tumore quodam, quem ſolum reſiſtere poſſe nefandis cogitationibus advertebat. Multa tamen clam palamque circumſpiciens, creſcente flatu cupiditatis immenſæ exſules ſollicitabat & milites, pro temporis captu auſorum [6] illecebroſas pollicendo mercedes. Jamque propinquante tentatorum effectu, doctus hæc unde convenerat Dux alacrior ad audendum, & corde celſo ad vindictam compertorum erectus, Valentinum quidem cum paucis arta ſibi ſocietate junctiſſimis letali pœna plectendos Dulcitio dediderat Duci: militari ſcientia verò, qua ſuperabat præſentes, futura conjiciens, de conjuratis quæſtiones agitari prohibuit, ne formidine ſparſa per multos, reviviſcerent provinciarum [p] turbines compoſiti. Hinc ad corrigenda plura converſus & neceſſaria, periculo penitus dempto, cùm apertè conſtaret nulla ejus cœpta propitiam deſeruiſſe fortunam, inſtaurabat urbes & præſidiaria, ut diximus, caſtra, limiteſque vigiliis tuebatur & prætenturis: recuperatámque provinciam, quæ in [7] ditionem conceſſerat hoſtium, ita reddiderat ſtatui priſtino; ut eodem referente & rectorem haberet legitimum, & [q] Valentia deinde vocaretur [r] arbitrio [8] Principis velut ovantis. . . . Areanos genus hominum à veteribus inſtitutum, ſuper quibus aliqua in actibus Conſtantis retulimus, paullatim prolapſos in vitia à ſtationibus ſuis removit: apertè convictos, [9] acceptarum promiſſarúmque magnitudine prædarum allectos, quæ apud nos a-

5 *Mſ.* Valentinianus. 6 *al.* illecebras. 7 *Mſ.* ditiones. 8 *Mſ.* Principis velut ova. . t . . . tudio nuntio ineſt etima præcipua. Areanos. 9 *Mſ.* acecptarum promiſſarumque magnitudine præcarum.

---

n *Valentinus quidam.*] In codice Flor. & Regio, * Toloſ. * [& Colbert.] Valentinianus dicitur: & ita Zoſimus eumdem nominat in lib. 4. Hieronymus anno Chriſti 372. *Valentinianus in Britannia, antequàm tyrannidem invaderet, oppreſſus.* Paullo pòſt tamen Valentinum vocant noſtri libri, & Hiſtoria Miſcella. *Valeſ.*

o *In Valeria Pannonia.*] Magis placuit Editionis Auguſtanæ ſcriptura, *in Valeria Pannoniæ.* Nam Valeria quondam Pannoniæ pars fuit, quam Galerius Maximianus cæſis immanibus ſilvis & emiſſo in Danubium Peiſone lacu, uxoris nomine Valeriam appellavit, ut ait Victor Aurelius, & Marcellinus noſter in lib. XIX. Valeria autem Pannoniæ cum additamento dicitur, ad diſtinctionem Valeriæ alterius, quæ eſt Italiæ provincia. * *Valeriam Pannoniorum* vocat Ambroſius in fine libri 2. de Fide. * *Valeſ.*

p *Turbines compoſiti.*] Vel numerus ipſe quem in clauſulis ſervare ſolet Marcellinus, admonet ſic ſcribendum eſſe, *reviviſcerent provinciarum turbines conſopiti*: quemadmodum alibi Marcellinum loqui memini in libro 27. *Idem.*

q *Valentia deinde vocaretur.*] Hæc non de tota inſula dicuntur, ſed de ea parte dumtaxat quam occupaverant barbari. Ex qua cùm Theodoſius Comes barbaros expuliſſet, relatione ad Principem miſſa petiit, ut ea pars provinciæ Valentia diceretur, & in eam rector legitimus, Conſularis ſcilicet, mitteretur. Antea quippe Britannia quæ parebat Rom. quatuor omnino provincias habebat, Maximam Cæſarienſem, Flaviam Cæſarienſem, Britanniam primam, Britanniam ſecundam, ut ſcribit Rufus Feſtus in Breviario: quibus poſt hanc Theodoſii victoriam addita eſt Valentia, cujus etiam unà cum ceteris mentio fit in Notitia Imperii Rom. ſub diſpoſitione Vicarii Britanniarum. Porrò hanc Theodoſii Britannicam victoriam Pacatus in Pan. commemorat, & Claudianus in lib. de IV. Conſulatu Honorii, & Symmachus in Epiſt. 22. libri X. Miſſus erat in Britanniam anno Natalis Dominici ut videtur 368. Valentiniano II. & Valente II. Coſſ. Anno autem ſequente victor ex inſula reverſus eſt. *Idem.*

r *Arbitrio Principis.*] In Mſſ. adduntur hæc verba, *Principis velut ova . . . t . . . tudio nuntio ineſt haëtiam præcipua. Areanos, &c.* [In codice Colbert. eadem reperi, niſi quòd pro *haëtiam* legitur *etiam.*] Quibus ferè conſentit Editio Auguſtana. Apparet igitur ita ſcri-

gebantur aliquotiens barbaris prodidiſſe. Id enim illis erat officium, ut ultro citróque per longa ſpatia diſcurrentes, vicinarum gentium ſtrepitus noſtris ducibus intimarent. Ita ſpectatiſſimè antedictis rebus aliiſque adminiſtratis ſimilibus, ad Comitatum accitus, tripudiantéſque relinquens provincias, ut [f] Furius Camillus vel Curſor Papirius, victoriis crebris & ſalutaribus erat inſignis. Et favore omnium aduſque fretum deductus, leni vento transgreſſus, venit ad commilitium Principis: cúmque gaudio ſuſceptus & laudibus, [t] in locum Valentis Jovini ſucceſſit, qui equorum copias tuebatur.

C A P. IV. Diu multúmque à negotiis [1] diſcurſis urbanis, adigente cumulo feris geſtorum, ad ea ſtrictim exſequenda regrediar, exorſus ab Olybrii Præfectura tranquilla nimis & leni: qui numquam ab humanitatis ſtatu dejectus, ſollicitus erat & anxius, ne quod uſquam factum ejus aſperum inveniretur aut dictum: calumniarum acerrimus inſectator, fiſci lucra unde poterat circumcidens, [d] juſtorúmque diſtinctor & arbiter plenus, in ſubjectis admodum temperatus. Sed obnubilabat hæc omnia vitium parum quidem [2] nocens rei communi, ſed in alto judice maculoſum, quòd citeriorem vitam pæne omnem vergentem in luxum per argumenta ſcenica [x] amoréſque peregerat nec vetitos, nec inceſtos. Poſt hunc urbem rexit Ampelius, cupidus ipſe quoque voluptatum, Antiochiæ genitus, ex Magiſtro Officiorum [y] ad Proconſulatum geminum, indéque multo poſtea ad Præfecturæ culmen evectus, [3] lectus

1 *al.* digreſſus. 2 *vulg.* nocens, ſed. 3 *Mſ.* lætus alia.

ſcriptum fuiſſe, *& Valentia d. vocaretur arbitrio Principis velut ovantis.* Sequentia verò conjecturà aſſequi non adeo facile eſt. Videtur tamen tale quippiam deſiderari: *Inter ejus diſpoſitiones eſt hæc etiam præcipua. Areanos, &c.* Valeſ.

f *Furius Camillus, vel curſor Papirius*] Aurelius Victor de viris illuſtrib. cap. XXIII. XXXI. *Lindenbr.*

t *In locum Valentis Jovini.*] Valens Jovinus primùm à Juliano Magiſter equitum * per Illyricum, ac deinde * per Gallias promotus fuerat, ut ſcribit Marcellinus in lib. 21. Poſt Juliani obitum Malaricus à Joviano Aug ei ſucceſſor datus cùm Magiſterium recuſâſſet, Jovianus miſſis ad Jovinum litteris eidem Magiſterium militum confirmavit, ut dictum eſt in lib. 25. Eamdem dignitatem ſub Valentiniano retinuit, uſque ad hunc annum quo Theodoſium ſucceſſorem accepit, Valentiniano III. & Valente III. Coſſ. ut quidem exiſtimo, anno D. 370. Movet me locus, qui eſt in pag. 370. Itaque mendoſa eſt in Cod. Th. ſubſcriptio legis XI. de Veteranis, ad Jovinum Magiſtrum mil. Valentiniano & Valente Angg. IV. Coſſ. ſcribendúmque eſt III. Coſſ. Hic Jovinus poſtea Remis Baſilicam Jovianam exſtruxit titulo S. Agricolæ, in qua etiam ſepultus eſt. Ejus epitaphium refert Frodoardus in lib. 1. cap. 6. Hiſt: * Eccleſiæ Remenſis. *

Felix militiæ ſumpſit devota Jovinus
Cingula, virtutum culmen provectus in altum.
Biſque datus meritis equitum peditumque Magiſter,
Extulit æternum ſæclorum in ſæcula nomen, &c.

Ultimus hic verſus Conſulatum ejus notat, quem geſſit cum Lupicino. Plura de eo doctè adnotavit nuper Johannes Triſtanus in Commentariis Hiſtoricis ad numiſmata Auguſtorum, quos etiam Latinè legi Reip. litterarum intereſſet. Ceterùm Theodoſii Magiſtri equitum qui Jovino ſucceſſit, mentio fit in lege un. Cod. Th- de nuptiis gentilium. *Valeſ.*

v *Juſtorumque diſtinctor.*] Scribendum puto, *juſtorum injuſtorumque diſtinctor*, ut alibi loquitur Marcellinus. Porrò hic Olybrius eſſe videtur, qui poſtea Conſul fuit cum Auſonio: * de quo exſtat vetus Inſcriptio in Theſauro Gruteri pag. 5173. * *Idem.*

x *Amoreſque peregerat.*] Magis placet exemplaris Regii ſcriptura, *amoréſque peragebat*: idem tamen ex vulgata lectione ſenſus elici poteſt. *Idem.*

y *Ad Proconſulatum geminum.*] Fuit quidem Ampelius Proconſul Africæ ſub exordium Valentiniani, ut docet lex x. in Cod. Th. de naviculariis. * Antea fuerat Proconſul Achaiæ, teſte Himerio in propemptico, ὡς ἀμφίλεκτον ἀνθύπατον. * Iniit autem Præfecturam Urbanam Valentiniano III. & Valente III. Augg. Conſulib. ſub exitum anni, ut notat Onuſrius in Faſtis. Hunc inter Summates Senatus fuiſſe ait Symmachus in lib. v. Epiſt. 64. *Idem.*

alia, & ad populi favorem adipiſcendum aptiſſimus: nonnumquam tamen rigidus, atque utinam in propoſito perſeverans. Correxiſſet enim ex parte licèt exigua irritamenta gulæ & [4] ganeas tætras, nî flexus in molliora emiſiſſet gloriam diu victuram. Namque ſtatuerat, ne taberna vinaria ante horam quartam aperiretur, néve aquam vulgarium calefaceret quiſquam, vel ad uſque præſtitutum diei ſpatium [z] lixæ coctam proponerent carnem: vel honeſtus quidam mandens videretur in publico. Quæ probra aliáque his majora diſſimulatione jugi neglecta ita effrenatiùs exarſerunt, ut nec [a] [b] Epimenides ille Cretenſis, ſi fabularum ritu ab inferis excitatus rediſſet ad noſtra, ſolus purgare ſufficeret Romam: tanta pleroſque labes inſanabilium flagitiorum oppreſſit. Et primò Nobilitatis, ut aliquoties pro locorum copia fecimus, dein plebis digeremus errata, incidentia veloci conſtringentes exceſſu. Prænominum claritudine conſpicui quidam ut putant, in immenſum ſemet extollunt, cùm [c] Reburri, & [5] Fabunii, & Pagonii Gerionéſque appellentur, ac Dalii cum Tarraciis [d] & Perraſiis, aliíſque ita decens ſonantibus originum inſignibus multis. Nonnullos [e] fulgentes ſericis indumentis, [f] ut ducendos ad mortem, vel ut ſine diritate ominis loquamur, prægreſſo exercitu arma cogentes, manipulatim concitato

4 *Mſ.* galineas. 5 *Mſ.* Fabunii.

z *Lixæ coctam proponerent carnem.*] Lixæ ſunt qui aſſas, vel elixas carnes vendunt: [quales apud nos ſunt thermopolæ, quos vulgò à carnibus coquendis *Chaircutiers* vocamus.] Unde etiam in exercitu lixæ dicti, ut indicat Valerius Max. in lib. 2. cap. 2. de Metello: *Protinus namque lixas è caſtris ſubmovit, cibúmque coctum vænalem proponi vetuit.* In Gloſſis veteribus lixa ἀγοραῖος dicitur, id eſt propola. Et Pompeius Feſtus lixas dici ait, qui exercitum ſequuntur quæſtus gratiâ. *Valeſ.*

a *Epimenides ille Cretenſis*] Qui jam olim expiando luſtrandoque Athenas in melius compoſuerat. Diogenes lib. 1. in Epimenid. Plutarchus in Solone, Suidas in Ἐπιμενίδης. Lindenbr.

* b *Epimenides ille Cretenſis.*] Hic vir expiandi peritiſſimus fuit. Uſus eſt autem in luſtrationibus præcipuè ſcillâ: quare & ſcillæ quædam ſpecies ab ejus nomine ἐπιμενίδειος dicta. Theophraſtus in libri 7. capite XI. ἐδώδιμοι γὰρ οὐ μόνοι βόλβοι καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, ἀλλὰ καὶ ὁ τοῦ ἀσφοδέλου καὶ τῆς σκίλλης, πλὴν οὐ πάσης ἀλλὰ τῆς Ἐπιμενιδείου καλουμένης, ἥτις ἀπὸ τῆς χρήσεως ἔχει τὴν προσηγορίαν. Valeſ.

c * *Reburri & Flabunii Tarracii*] Inſcriptio vetus prope Wormat: apud Johan. Heroldum comment. de ſtation. mil. cap. 21. C. RABURRUS FESTUS PAGON. TARRATEIUS TRIB. LEG. VIII. G. F. PRAEF. ALAE SCUTATORUM JOVI. * *Lindenbr.*

d *Et Perraſiis.*] *Parraſiis* in Regio codice ſcriptum habetur: [*Perraſiis* in Colb.] *Valeſ.*

e *Fulgentes ſericis indumentis, ut ducendos ad mortem*] Vide quæ ſuperiùs notavimus ad lib. XVI. *Lindenbr.*

f *Ut ducendos ad mortem.*] Hæc non ita accipienda ſunt, ac ſi ducendi àd mortem fulgere ſoleant ſericis indumentis: ut accepit Lindenbrogius, qui lectorem rejicit ad ea quæ pag. 54. adnotavit. Neque enim hîc agit Ammianus de his qui efferuntur ad tumulum; ſed de his qui extremo ſupplicio condemnati, à carnifice ducuntur ad mortem. Sic enim loqui ſolet. Hæc igitur ſic conſtituenda ſunt: Ut eos qui ducuntur ad mortem, ingens populi turba anteire & ſequi ſolet; ita illos Nobiles ſequitur & comitatur multitudo maxima famulorum. Hunc autem horum verborum ſenſum eſſe, patet ex iis quæ adjicit Marcellinus, *vel ut ſine diritate ominis loquamur, prægreſſo exercitu arma cogentes.* Lucianus in Peregrino de hoc more loquitur: οὐκ εἰδὼς ὁ ἄθλιος ὅτι καὶ τοῖς ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀναπηγνυμένοις ἢ ὑπὸ τοῦ δημίου ἐχομένοις πολλῷ πλείους ἕπονται. *Demens qui ignorabat hos, qui ad patibulum abducuntur, & qui à carnifice rapiuntur, longè plures ſpectatores ſubſequi.* Olim autem damnati extra portas ad ſupplicium ducebantur, ut docet Herodotus in lib. 3. de Pſammeticho; Ariſtoteles in 2. Rhetor. de Antiphonte Poeta; Heliodorus in lib. 8. de Chariclea. Ac Romæ quidem extra portam Eſquilinam ſupplicia de noxiis ſumebantur; Conſtantinopoli ſautem in Sycæno ſuburbio, ut docet Zoſimus in lib. 3. de Proculo: ἀπάγεσθαι τοῦτον ἐν Συκαῖς τῷ προαστείῳ τὴν ἐπὶ θανάτῳ προσέταττεν. * Alexandriæ ad V. ab urbe lapidem, ex Johanne Moſcho in capite 72. Antiochiæ autem in loco, qui barathrum dicebatur extra civitatis portas, teſte Chryſoſtomo in Homilia 15. ad populum Antiochenum. Adde Aggenum in lib. de Limitibus agrorum, ubi de locis publicis agit; & Plutarchum in lib. de Curioſitate: * & Hieronymum in caput XXVI. Matthæi: *Extra urbem enim & foras portam loca ſunt, in*

fragore ſequitur multitudo ſervorum. Tales, ubi comitantibus ſingulos quinquaginta miniſtris [g] [h] tholos introierint balnearum, [6] [i] ubi ſunt noſtrum, minaciter clamant: ſi apparuiſſe ſubitò ignota compererint mancipia, aut oppidanæ quondam proſtibulum plebis, vel [k] meritorii corporis veterem lupam: certatim concurrunt, palpantéſque advenam deformitate magna blanditiarum ita extollunt, ut [l] Semiramim Parthi, vel [m] Cleopatras AEgyptus, aut Artemiſiam Cares, vel [n] Zenobiam Palmyreni. Et hæc admittunt hi, quorum apud majores [o] [p] cenſoriâ notâ Senator adflictus eſt, auſus dum adhuc non deceret, præſente communi filia conjugem oſculari. Ex his quidam cùm ſalutari pectoribus oppoſitis cœperunt, oſculanda capita in modum taurorum minacium obliquantes, adulatoribus offerunt genua ſuavianda vel manus, id illis ſufficere ad beatè vivendum exiſtimantes: & abundare omni cultu humanitatis [7] [q] peregrinum putantes, cujus fortè etiam gratiâ ſunt obligati, inter-

6 *Mſ.* ubi ſunt noſtrorum clamant app. 7 *Mſ.* peregrinum putantes, cujus.

---

quibus truncantur capita damnatorum, & Calvariæ, id eſt decollatorum ſumpſere nomen. * At hodie in mediis civitatibus patibula ſtatuuntur, & miſerorum hominum clamoribus, prope dixerim, ædes civium reſonant. *Valeſ.*

g *Tholos introierunt balnearum*] * Arnob. adverſ Gentes lib. 6. *Hirundines intra ipſos ædium circumvolantes tholos.* Lib. eodem: *Templa, quæ tholis ſunt aureis.* Varro apud Nonium in *Triſulcus*: *Pater Divûm triſulcum fulmen igni fervido actutum mittat in tholum Marcelli.*] * Gloſſ. θόλος *teſtudo*. Vid. Suid. *Lindenbr.*

h *Tholos intr. balnearum.*] Sic βαλανείων θόλους dixit Athenæus in lib. XI. quibus ſimiles ait eſſe phialarum umbilicos. Græci θόλους & θολίας dicebant propriè œcos rotundos: ut docet auctor Etymologici in v. σκιάς, & Harpocration in θόλος. Talis erat apud Romanos ædes Veſtæ & Panthei, quam Marcellinus in lib. 16. regioni tereti comparat ſpecioſa celſitudine fornicatæ. Rectè ergo Servius in lib. 9. AEn. *Alii*, inquit, *dicunt tholum ædium ſacrarum genus, fabricæ Veſtæ & Panthei ſimile. Ædes autem rotundas tribus Diis dicunt fieri debere, Veſtæ, Dianæ, Herculi, vel Mercurio.* Sed & tholus pro teſtudine ſumitur, id eſt camerâ rotundâ atque convexâ, ut notiſſimum eſt. *Valeſ.*

i *Ubi ſunt noſtrum, manaciter clamant*] Sic edidit Hadrianus, ut opinor, ſine ullo intellectu, tamen ex editione Auguſtana, quum Henricus dediſſet *ubi ubi ſunt, minaciter clamantes* ex imitatione priorum editionum, ex quibus Lindenbrogius teſtari videtur in Florentino τὸ *minaciter* non legi, ſed *ubi ſunt noſtrorum clamant.* Ecce quam præclarum inde eruit ac veriſſimum pater: *ubi ubi ſunt, monſtroſum clamantes.* Gron.

k *Meritorii corporis veterem lupam*] Non multùm abſimili locutione, *lupas popularium libidinum nundinas*, dixit Tertullianus de Pall. Ut *publicarum libidinum victimas, & expolitas libidinum victimas*, Hieronymus adverſus Helvid. & ad Gerontiam. *Lindenbr.*

l *Semiramim Parthi.*] Parthos pro Aſſyriis poſuit. *Valeſ.*

m *Cleopatras AEgyptus.*] In Regio codice & Editione Aug. legitur *Cleopatram.* Plures quidem in AEgypto regnavere Cleopatræ, jam inde à Cleopatra Antiochi Magni filia, quæ Ptolemæo Epiphani nupſit: ſed celeberrima omnium fuit Cleopatra Ptolemæorum ſtirpis ultima, quæ ab Auguſto ad Actium devicta eſt. *Idem.*

n *Zenobiam Palmyreni*] Zenobiam Odenati Regis uxorem, à Didone, à Semiramide, & Cleopatra generis ſui Originem ducentem. Trebell. Pollio in xxx. Tyrannis. *Lindenbr.*

o *Cenſoriâ notâ adflictus eſt Senator, auſus dum adhuc*] Cato Senatu Manlium movit, quòd interdiu uxorem filia ſpectante oſculatus eſſet. Plutarchus in Catone. *Idem.*

p *Cenſoria nota afflictus eſt Senator.*] M. Cato Cenſor Manilium Senatorem, quem omnium opinio jam Conſulem deſignabat, Senatu movit, quòd uxorem interdiu oſculatus fuiſſet præſente filia, ut refert Plutarchus in Catonis vita, & in præceptis connubialibus. Ac præclarè Plato in lib. 5. de legibus, pueros verecundiæ ac pudori aſſueſaciendos eſſe dicit non tam minis quàm exemplo ſeniorum. Seniores enim pueros maximè revereri debere, & cavere ne quis puerorum ipſos aut videat, aut audiat turpe aliquid agentes, aut loquentes. Quibus conſentit illa ſententia Juvenalis in Sat. 14.

Maxima debetur puero reverentia: ſi quid
Turpe paras, ne tu pueri contempſeris annos. Valeſ.

q *Peregrinum.*] In Mſſ Flor. & Regio, * Toloſ. * [& Colbert.] legitur, *pegrinum putantes cujus, &c.* Quibus adſtipulatur Editio Auguſtana. Nec dubito quin locus ita emendandus ſit: *Et abundare omni cultu humanitatis putantes, peregrino, cujus forte etiam gratia ſunt obligati, interrogato quibus thermis utatur, &c.* eleganti

rogatum quibus thermis utatur aut aquis, aut ad quam ſucceſſerit domum. Et cùm ita graves ſint & cultores virtutum ut putant, ſi venturos undelibet equos aut aurigas quemdam didicerint nuntiaſſe: [8] [r] ita velociter imminent, vident & percunctantur, ut [ſ] Tyndaridas fratres eorum ſuſpexêre majores, cùm priſcis illis victoriis indicatis gaudio cuncta compleſſent. Horum domus otioſi quidam garruli frequentant, variis adſentandi figmentis [t] ad ſingula altioris fortunæ verba plaudentes, paraſitorum [v] in comœdiis . . . . . . ætas affectando. Ut enim illi ſufflant milites glorioſos, obſidiones urbium & pugnas & millia hoſtium iiſdem ut heroïcis æmulis aſſignantes: ita hi quoque columnarum conſtructiones alta fronte ſuſpenſas mirando, atque [x] parietes lapidum circumſpectis coloribus nitidos, ultra mortalitatem nobiles viros extollunt. Poſcuntur etiam in [9] conviviis aliquoties trutinæ, ut appoſiti piſces & [y] volucres

8 *Mſ.* italos terhiminent vident & perc. 9 *Mſ.* connubiis.

ſenſu & expedito. *Henr. Valeſ.* [Ego in codice Colbertino lego: *Et abundare omni cultu humanitatis peregrinum putantes, cujus fortè etiam gratiâ ſunt obligati, interrogatum, quibus thermis utatur, &c.* Quare nihil heic mutandum exiſtimo. Verborum Ammiani talis eſt ſenſus: Putant Nobiles illi Romani vel Senatores abunde cultum à ſe eſſe peregrinum & humaniſſimè exceptum, ſi dignati fuerint eum interrogare, quibus thermis utatur, quibus in aquis lavetur, aut ubi habitet. *Abundare* ergo *omni cultu humanitatis* refertur non ad Nobiles Romanos, ſed ad peregrinum, ut ordo ipſe & collocatio verborum Ammiani ſatis indicat.] *Hadr. Valeſ.*

r *Ita imminent.*] In Mſſ. Flor. & Regio ſic legitur; *ita ter himinent, vident, & percunctantur*: atque ita ferè in Editione Auguſtana. [In Colb. *Italos ter himinent.*] Proinde non abſurdè quis conjecerit ita ab Ammiano ſcriptum fuiſſe: *Ita velociter imminent, vident, &c.* [vel potius: *Ita velociter hominem vident, &c.*] Ceterùm adeo in Circenſes ludos inſaniebat tum populus Rom. ut ſi quando Curules equos in Urbem advenire nuntiatum eſſet, omnes è portis effuſi obviam procurrerent eos ſpectaturi, ut teſtatur Symmachus in Ep. 22. lib. x. *Valeſ.*

ſ *Tyndaridas fratres*] Luc. Florus lib. 11. cap. 12. Valerius Maximus lib. 1. cap. 8. Plutarchus in Paulo AEmilio, Lactantius libro 11. capite 7. *Lindenbr.*

t *Singula altioris fortunæ verba.*] In codice Regio & Editione Aug. ſcriptum reperi *interioris fortunæ*. Atque ita quoque ſcriptum habebat codex Valenr. & Fauchetii. [In codice Colbert. *Ad ſing. interioris fortunæ verbari audentes.*] Valeſ.

v *In comœdiis. . . . . . etas.*] Scribendum puto: *Paraſitorum in comœdiis facetias affectando. Ut enim illi ſufflant milites glorioſos, &c.* Videtur enim Marcellinus imitatus eſſe locum hunc Ciceronis in Lælio: *Nec paraſitorum in comœdiis aſſentatio nobis faceta videretur, niſi eſſent milites glorioſi.* Idem.

x *Parietes lapidum circ. coloribus nitidos.*] Antiqui ſectis marmorum cruſtis varii coloris parietes ornabant, ut ex Plinii lib. 35. & utroque Seneca notum eſt. Quo ſpectant hæc Dionis Chryſoſtomi in Euboica pag. 122. καὶ ποικιλτικῇ πάσῃ σχεδὸν οὐκ ἐν ἐσθῆτι μόνον, ἀλλὰ καὶ χρωτὸς καὶ τριχῶν. ἔτι δὲ ἐν οἰκιῶν ὀροφαῖς καὶ τοίχοις καὶ ἐδάφει· τὰ μὲν χρώμασι, τὰ δὲ λίθοις, τὰ δὲ χρυσῷ, τὰ δὲ ἐλέφαντι ποικιλλόντων, τὰ δὲ αὐτῶν τοίχων γλυφαῖς. *Et pigmentaria non in veſte ſolùm, ſed cutis etiam & capilli. Ad hæc in cameris ædium, & parietibus ac pavimento, quæ partim picturis, partim marmore, partim auro & ebore variantur, partim anaglyphis.* Eodem ſenſu ποικίλλειν dixit Themiſtius in Orat. 6. ſub finem. Poſtquam enim Urbem novis ædificiis ornari dixit, & parietes ac pavimenta marmorum vario genere decorari, ſubdit: μεστὴ δὲ ἡ πόλις τεκτόνων καὶ οἰκοδόμων καὶ ποικιλλόντων. *Jam ipſa civitas plena fabris eſt, & architectis, & teſſellariis.* Quamquam verbum illud Græcum vix unico Latino exprimi poteſt. Comprehendit enim teſſellarios, muſivarios, & Phrygiones. In Gloſſis tamen ποικιλτὴς, *variator*, & ποικίλλω, *vario*, vertitur.* Sic apud Prudentium de templo Eulaliæ Mart. *Saxaque cæſa ſolum variant.* * Et apud Gregorium Tur. in lib. 5. *Eccleſiam fabricavit, quam fulcivit columnis, variavit marmore, muſivo depinxit.* Et Agathias in lib. 5. μάρμαρον δέ τι τῶν πλησιαίτατα τῆς κλίνης προσπεπηγότων τῇ οἰκοδομίᾳ, ὁποῖα πολλὰ ἐς ἐπίδειξιν κατακολλῶσι τοῖς τοίχοις οἱ πρὸς ταῦτα δὴ τὰ περιττὰ ποικίλματα διακεχλιδότες. *Marmor quoddam juxta torum parieti affixum: qualia multa oſtentationis causâ parietibus agglutinari ſolent ab iis, qui ejuſmodi varietatibus delectantur.* Idem.

y *Volucres ponderentur & glires*] Inter convivales delicias glirium uſus adeo celebris, ut eos cenſoriæ leges, princepſque M. Scaurus in Conſulatu non alio modo cenis adimere neceſſum habuerit, quàm conchylia, aut ex alio orbe convectas aves. Plinius lib. 8. cap. 57. lib. 36. cap. 1. * Nævius apud Nonium: *Præciſum, omaſum, pernam, callum, glires, glandia.* Atque inde Martial. lib. 3. Epigrammate 58.

Nec venit inanis ruſticus ſalutator:
Fert ille ceris cana cum ſuis mella,
Metamque lactis Sarſinate de ſilva

ponderentur & glires: quorum magnitudo [z] ſæpius replicata non ſine tædio præſentium, ut antehac inuſitata, laudatur adſiduè: maximè cùm hæc eadem numerantes Notarii triginta propè [1] adſiſtant cum thecis & pugillaribus tabulis, ut deeſſe ſolus Magiſter ludi litterarii [2] videretur. Quidam deteſtantes ut venena doctrinas, [a] Juvenalem & [b] Marium Maximum curatiore ſtudio legunt, nulla volumina præter hæc in profundo otio contrectantes: quam obcauſam, non judicioli eſt noſtri. Cùm multa & varia pro amplitudine gloriarum & generum lectitare deberent, audientes [c] [d] deſtinatum pœnæ Socratem, conjectúmque in carcerem, perrogaſſe quemdam [3] ſcitè lyrici carmen Steſichori modulantem, ut doceretur id agere dum liceret: interrogantéque muſico, quid ei poterit hoc prodeſſe morituro poſtridie, reſpondiſſe, ut aliquid ſciens ampliùs è vita diſcedam. Ita autem pauci ſunt inter eos ſeveri vindices [4] delictorum, ut ſi aquam calidam tardiùs attulerit ſervus, trecentis [5] adfligi verberibus jubeatur: ſi hominem ſponte occiderit propria, inſtantibus plurimis ut damnetur [6] [e] reus, dominus hactenus exclamat, [f] Quid faciat ma-

1 *Mſ.* adſiſtentes. 2 *Mſ.* viderentur. 3 *Mſ.* excite. 4 *Mſ.* tectorum 5 *Mſ.* adflicta. 6 *Mſ.* cremus.

Somniculoſos ille porrigit glires. Vid Caſaub. ad Sueton. * Petronii Satyricon, & Apicium lib. 8. cap. 9. *Lindenbr.*

z *Sæpius delicata.*] Non dubito, quin hanc ſcripturam Gelenius ex conjectura nobis invexerit. Certè in codice Regio [& Colb.] * ac Toloſ. * legitur, *ſæpiùs licata.* Accurſius autem cùm eamdem ſcripturam in codice reperiſſet, ita emendavit: *Quorum magnitudo ſæpius vulgata, non ſine tædio præſ. ut antehac inuſitata laudatur adſidue.* [Legendum eſt, *ſæpius replicata*: id eſt repetita in convivio.] *Valeſ.* At hoc ipſum eſt in τοῖς *laudatur aſſidue.* Tum illæ literæ *rep* ubi ſodes reſident? Itaque & patrem video adnotaſſe *ſæpius librata.* Verum ex ſimilitudine duarum præcedentis vocis literarum videtur fuiſſe *ſæpius velitata*, dum ſcilicet convivæ certant poſſe vel non poſſe majorem dari, donec tandem adulatio inuſitatam magnitudinem vindicat. *Gron.*

a *Juvenalem & Marium Maximum*] Juvenalem etiam pueri norunt. Marius Maximus Hiſtoricus qualis fuerit, Fl. Vopiſcus indicat in Firmo: *Marius Maximus homo omnium verboſiſſimus, qui & mythiſtoricis ſe voluminibus implicavit.* Vide Scholiaſten Juvenal. Satyr. 4. Spartianum, & alios Hiſtoriæ Augg. Scriptores. *Lindenbr.*

b *Marium Maximum.*] Marius Maximus vitas Cæſarum ſcripſit, ut ex Spartiano & Scholiaſte Juvenalis notum eſt. Fuit autem Præfectus Urbi, imperante Macrino, ut ſcribit Dio in lib. 78. & ſucceſſit Advento Præf. Urbi, ut idem Dio teſtatur. *Valeſ.*

c *Deſtinatum pœnæ Socratem*] Socrates jam ætate gravis fidibus canere didicit: μηδὲν λέγων ἄτοπον εἶναι εἴ τις μὴ οἶδεν, ἐκμανθάνειν. Diogen. in Socrate, Cicero in Catone, Val. Max. lib. 8. cap. 7. *Lindenbr.*

d *Deſtinatum pœnæ Socratem.*] Socrates jam ætate provectus, apud Connum Metrobii filium citharam pulſare diſcebat. Quare cùm rideretur ab adoleſcentibus, illud Solonis dictum eis reſpondit. Melius eſt ſerò diſcere quàm numquam, κρεῖττον ὀψιμαθῆ εἶναι ἢ ἀμαθῆ, ut refert Suidas in σαπέρδης, & Stobæus in cap. 117. Quibus conſentit Plato in Euthydemo initio: ubi & Connum ob id γεροντοδιδάσκαλον eſſe dictum commemorat: quo titulo etiam Varro Satyram ſcripſit. Solonis autem ἀπόφθεγμα ſi quis requirat, eſt hujuſmodi. Cùm forte in convivio fratris filius carmen quoddam Sapphûs bellè ceciniſſet, delectatus eo carmine Solon rogavit adoleſcentem, ut ſe id canticum doceret: & quum quidam eum interrogaret cur tantopere id cuperet: Ut, inquit, hoc doctior diſcedam è vita, ἵνα μαθὼν αὐτὸ ἀποθάνω: ut ſcribit AElianus apud Stobæum in cap. cit. Apparet igitur Solonis & Socratis exempla à Marcellino eſſe inter ſe confuſa. Similis eſt ſententia apud Julianum in lege 20. D. de fideicomm. libert. *Nam ego*, inquit, *diſcendi cupiditate, quam ſolam vivendi rationem optimam in 8. & 70. annum ætatis duxi, memor ſum ejus ſententiæ qui dixiſſe fertur*: κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην. *Etiamſi alterum in feretro pedem habeam, addiſcere aliquid velim.* Valeſ.

e *Unus dominus.*] In codice Regio, * Toloſ. * [& Colb] & in Auguſtana Editione ſcriptum reperi *iremus dominus* atque ita ferè in codice Florentino ſcriptum fuiſſe monet Lindenbrogius. Proinde non abſurdè quis conjecerit, ita Marcellinum ſcripſiſſe: *Dominus hactenus exclamet*: [aut potiùs, *ut damnetur reus, dominus h. excl.* Idem.

f *Quid faciat manioſus & nequam.*] Hæc eſt conjectura Gelenii. Non enim dubito, quin in Mſ. ejus codice perinde ſcriptum fuerit, ac in noſtris exemplaribus.

lus,

lus, 7 famoſus, & nequam? & ſi quis aliud ejuſmodi deinceps auſus fuerit, corrigetur. Civilitatis autem hoc apud eos eſt nunc, quòd expedit g peregrino fratrem interficere cujuſlibet, quàm 8 rogatus ad convivium excuſare: h defectum enim 9 patrimonii ſe oppidò perpeti Senator exiſtimat, ſi is defuerit, quem aliquoties libratis ſententiis invitaverit ſemel. Pars eorum ſi agros viſuri proceſſerunt longiùs; aut i alienis laboribus venaturi, Alexandri Magni itinera ſe putant æquiperaſſe vel Cæſaris: aut ſi à lacu Averni 1 lembis invecti ſunt pictis k Puteolos 2 vel Cajetam, maximè cùm id vaporato au-

7 *Mſ.* ma..... nioſus & nequam, & ſi quis ..... di deinceps auſus fuerit cortu ...... tis autem hoc apud eos nunc .... m quod expedit Civilitatis. 8 *Mſ.* rogatus. 9 *Mſ.* patrimoniis oppidi perpeti. 1 *Mſ.* Tembis. 2 *Mſ.* velle certamen.

Regio ſcilicet, & Flor. ac Fauchetii [& Colberti,] quibus ſubſcribit Editio Auguſtana hoc modo: *Quid faciat ma.......... moſus & nequam? & ſi quis .... di deinceps auſus fuerit cortu .... tis autem hoc apud eos * eſt nunc: quòd, * &c.* Ex quibus hanc ferè ſcripturam elicere poſſis: *Quid faciam? malitioſus eſt, & nequam. & ſi quis aliquid ejuſmodi deinceps auſus fuerit, corrigetur.* Quæ certè quin cum præcedentibus belliſſimè conveniant, nemo infitiari poteſt. Arguit enim Marcellinus iniquitatem Nobilium illorum, qui ſervos ob leve domeſticum delictum crudeliter verberari jubebant: eoſdem verò, ſi cædem extra domum feciſſent, inſtantibus occiſi propinquis, ut interfectorem noxæ dederet dominus, excuſabant his verbis contenti: *Quid vultis faciam? nequam eſt ſervus, &c.* Quæ verba leviora ſunt quàm pro gravitate delicti. [Poteſt & ex Mſſ. hic locus ita reſtitui: *Quid faciat malus, famoſus, & nequam? & ſi quis,* &c. ut ſit ſenſus: Vos dicitis à ſervo meo N. cædem factam. Quid aliud faciat malus ſervus & nequam? malus niſi malè agere non ſolet, non poteſt. Si tamen deinceps aliquis ex meis ſervis tale quid commiſerit, teſtor non impune laturum. Quæ ſunt verba Nobilis, pauperum de cæde à ſervo ſuo facta querimonias eludentis deridentiſque. Solebant autem alicujus delictum excuſaturi, qualicumque rationi defenſioníve præmittere hæc verba: *Quid faciat?* aut *Quidni faceret?* Sic Ovidius Helenam Menelai uxorem quæ Paridem ſecuta erat, excuſans ait:

Quid faciat? vir abeſt; & adeſt non ruſticus hoſpes:
Et timet in vacuo ſola cubare toro.
Viderit Atrides: Helenen ego crimine ſolvo.
Uſa eſt humani commoditate viri.

Salvianus in libro IV. de Providentia Dei: *Si pejeret Francus, quidni faceret? qui perjurium ipſum ſermonis genus putat eſſe, non criminis.*] Valeſ.

g *Peregrinos jure interfic. quibuſlibet.*] Hic locus prout à Gelenio eſt editus, ſenſu omni caret: & meliùs meo judicio fecit Accurſius, qui locum prout in Mſ. exemplari corruptum viderat, excudendum dedit. Cum Editione Auguſtana conſentit Regius codex [& Colb.] Sic enim habet .... *tis autem hoc apud eos eſt nunc .... m quod expedit peregrino frure interficere cujuſlibet quamquam rogatus, &c.* Unde non abſurdè, ut arbitror, ſic ſcribendum eſſe conjeci: *Civilitatis autem hoc apud eos eſt nunc ..... quod expedit peregrino fratrem interficere cujuſlibet, quàm rogatus ad convivium excuſare.* Ubi *rogatus* phraſi græcanica dicitur pro *rogato.* [vel ſcribe, *quam quum rogatur, &c.*] Vocem autem illam *Civilitatis* ex conjectura Gelenii profectam retinui, non quòd eam valde probem, ſed quia nulla potior ſuccurrebat: εἰρωνικῶς porrò accipienda eſt. *Idem.*

h *Defectum enim patrimonii.*] Quantopere excandeſcere ſoliti ſint beati illi, ſi quis ad cenam vocatus non adfuiſſet, docet Libanius in Declam. 7. ubi paraſitus ſe deferens ait: οἶδα πηλίκας τοῖς καλοῦσιν ὀργὰς προσιζάνουσιν, ἐπειδὰν τῶν κεκλημένων τις ἐκλίπῃ τὴν σύνοδον. οἶδα πηλίκα βρενθύεσθαι συνήθεις αὐτοῖς, κἂν ἀνάγκην, κἂν συμφορὰν οἱ κεκλημένοι προβάλωσι. *Novi quantopere iraſci ſoleant vocatores, cùm quis invitatus non adfuit. Novi quanto æſtu ſuccenſere conſueverint, tametſi neceſſitatem aut caſum aliquem allegent vocati.* * Porrò ex Mſſ. codicum veſtigiis hunc locum ita corrigendum eſſe ſuſpicor: *Defectum enim patrimonii ſibi portendi Senator exiſtimat, &c.* Idem.

i *Alienis laboribus venaturi.*] Servorum enim opera ad hoc utebantur, qui ſaltus luſtrarent, feras cubilibus excuterent, ac deinde conficerent: adeo ut domini ipſi tantùm ſpectatores eſſent. Hinc venari & agros colere inter ſervilia officia ponit Salluſtius in conjuratione Catilinæ: quem immeritò reprehendit Symmachus in lib. 5. Epiſt. 66. & P. Victorius in lib. 6. Variarum Lect. Conſtat enim Romanos tum in agris colendis, tum in venando uſus ſervorum miniſterio: unde venatores cum piſcatoribus paſſim in Hiſtoria Auguſta inter ſervilia officia numerantur. Contra has delicias Plinius in Procemio lib. 29. *Alienis*, ait, *pedibus ambulamus: alienis oculis agnoſcimus: alienâ memoriâ ſalutamus; alienâ vivimus operâ; perieruntque rerum naturæ pretia, & vitæ argumenta: nec aliud pro noſtro habemus quam delicias.* Idem.

k *Puteolos vel Cajetam.*] In codice Regio [& Colbertino,] & in Editione Auguſtana legitur, *lembis invecti pictis Puteolos velle certamen, &c.* An fortaſſe intelligitur certamen quinquennale, quod Puteolis inſtituit Antoninus Pius: de quo Spartianus in vita Pii, & Inſcriptiones antiquæ. Sed hæc conjectura non placet.

deant tempore. Ubi ſi [l] inter aurata flabella laciniis [3] ſericis inſederint muſcæ, vel [m] per [4] foramen umbraculi penſilis radiolus irruperit Solis, queruntur quòd non [5] ſunt apud Cimmerios nati. Dein cùm [n] à Silvani lavacro vel Mamææ aquis ventitant ſoſpitalibus, ut quiſquam eorum egreſſus tenuiſſimis ſe terſerit linteis, [o] ſolutis [p] preſſoriis veſtes [q] luce nitentes arbitra diligenter explorat, quæ [6] unà portantur ſufficientes [r] ad induendos homines undecim: tandémque electis aliquot involutus, receptis anulis, quos ne violentur humoribus, famulo tradiderat, [ſ] digitis ut [7] metatis abit. Enimverò ſi quis è militia

3 *Mſ.* ſertis. 4 *Mſ.* toramen. 5 *Mſ.* ſunt..... apud 6 *Mſ.* una p....ur. 7 *Mſ.* metatis. Ne id enimvero ſi quibus in mil....principis regens digreſſus..... rit in ....acur provectibus tali præſente.....irio..... lenu præſul exiſtimatur ceteri tacitur.....dicta ſolias pater familias tectu .... rant aliena & placentia referrent & urile pleraque fallendo...... Quidam.

Multo minùs emendatio Gelenii. Quippe ab urbe Roma ad Cajetæ portum euntibus nequaquam Avernus lacus eſt navigandus, utpote qui trans Cajetam ſit, ut Strabo & Plinius ſatis oſtendunt. *Valeſ.* In promptu ſatis eſt auctorem ſcripſiſſe *Puteolos vel Herclanium*, quomodo nunc quoque videtur appellaviſſe Ammianus ex ætatis ſuæ more, quod priores *Herculanium.* Gron.

l *Inter aurata flabella.*] Muſcaria pavonina laudat Martialis lib. XIV. Epigr. 67.

Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muſcas,
Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit.

Cl. Claudianus in Eutrop. lib. I.

Et cùm ſe rapido feſſam projecerat æſtu,
Patricius roſeis pavonum ventilat alis. Lindenbr.

m *Per foramen umbraculi penſilis.*] Umbracula ſunt, quæ ad arcendos Solis radios nobilibus feminis prætendi ſolebant. De quibus Ovidius in 2. Faſtorum, ubi de Iole:

Aurea pellebant tepidos umbracula Soles,
Quæ tamen Herculeæ ſuſtinuere manus.

& in lib. 2. Artis amandi:

Ipſe tene diſtincta ſuis umbracula virgis.

Sic etiam Claudianus appellat in lib. 2. in Eutropium. Græci [illegible] vocant, ſeu [illegible], ut Ariſtophanes in Avibus, Dionyſius Hal. in lib. 7. pag. 424. Gloſſæ, [illegible], *umbraculum.* Galli paraſolium vocamus. Adde Martialis Epigramma in lib. 14. cui titulus eſt *Umbella.* Valeſ.

n *A Silvani lavacro, vel Mamææ aquis.*] De Silvani lavacro nihil uſquam legere memini. Fuit quidem Romæ fons Silvani cum æde Herculis & Silvani in regione XIII. Urbis, quem deſcribere videtur Propertius in Elegia 4. libri 4. Sed Silvani lavacrum, de quo hîc loquitur Marcellinus, erat in Campania; ſi quidem hæc cum præcedentibus cohærent. Aquæ certè Mamææ erant in Bajano, ut indicat Lampridius in vita Alexandri Severi: *In matrem Mamæam*, inquit, *unicè pius fuit, ita ut Romæ in Palatio faceret diætas nominis Mamææ: & in Bajano Palatium cum ſtagno quod Mamææ nomine hodieque cenſetur.* Idem.

o *Solitis preſſoriis.*] Scribe omnino *ſolutis preſſoriis.* Antiqui enim veſtes accuratè complicatas ponderibus impoſitis ſplendere cogebant; ut docet Seneca de tranquillitate animi. Itaque cùm veſtes ſumere vellent, ejuſmodi præla ſeu preſſoria ſolvi oportebat. Sic Claudianus in Epithalamio Palladii & Celerinæ:

---prælisque ſolutæ
Mira Dionææ ſumit velamina telæ. Valeſius.

Quidquid ſit, certe ſatis impudenter hæc vir alioqui maximus: quum utique hæc ipſa diu publicata ante Valeſianam editionem videre poſſis & in Lipſii notis ad caput primum libri ex Seneca citari, & in Adverſariis Caſp. Barthii lib. XXXII. cap. 7. *Idem.*

p *Preſſoriis veſtes luce nitentes*] Gloſſ. *Preſſorium*, [illegible]. Sic in Notis Tironis, *Preſſorium*, *Suppreſſorium.* * Seneca de Tranquillitate vitæ, initio: *Non ex arcula prolata veſtis, non ponderibus aut tormentis ſplendere cogentibus preſſa.* * Lindenbr.

q *Luce nitentes arbitra.*] In Editione Auguſt. legitur *arbitria*: in Regio autem codice *arbitua*: [in Colb. *arbitrua*:] ut fortaſſe ita ſcripſerit Marcellinus: *Veſtes luce nitentes ambigua.* Sic in lib. 16. dixit, *non è pluma & ſtragulis ſericis ambiguo fulgore nitentibus.* Valeſ.

r *Adjuvandos homines undecim.*] Magis placet Editionis Auguſtanæ ſcriptura: *Ad induendos hom. undecim.* In Regio exemplari ſcriptum inveni *alluendos*, peſſime: in Faucheriano *ablumdos*: [In Colb. *ſufficient exalluendos.*] Idem.

ſ *Digitis ut metatis abit.*] In Regio codice * & in Tol. * [ac Colb.] ſcriptum eſt, *digitis & metatis. Ne id enimverò, &c.* Atque ita in Editione Auguſtana, niſi quòd in ea legitur, *digitis emetatis.* Et quamquam adeo corruptum locum ſatius eſſet deponere; tamen ut ſtudioſo lectori ſatiſfaciam, conjecturam meam hîc proponam. Sic ergo videtur commodiùs ſcribi poſſe; *Digitis ut mactatis redit.* Arguit enim luxum Senatorum illorum, qui digitos anulis onerabant, etiam medios articulos tranſeuntibus. De quibus Plinius in lib. 33. initio, Quintilianus in XI. cap. ult. Martialis in lib. XI.

Senos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit anulos;
Nec dum lavatur, &c.

Ubi obiter notandus eſt ille mos anulos ponendi dum la-

Principis recens digreſſus abierit in larem, aut provectibus, tali præſente. . . . itio . . . . . lenu præſul exiſtimatur: ceteri taciturni audiunt dicta . . . . . ſolus paterfamilias tectus narrans aliena & placentia referens & utile [t] pleraque fallendo. Quidam ex iis licèt rari aleatorum vocabulum declinantes, ideóque ſe cupientes [8] appellari teſſerarios: inter quos tantum differt, quantum inter fures & latrones. Hoc tamen fatendum eſt, quòd cum omnes amicitiæ Romæ tepeſcant, [v] aleariæ ſolæ, quaſi glorioſis quæſitæ ſudoribus, ſociales ſunt, & adfectu nimio firmitate plena connexæ: unde quidam ex his gregibus inveniuntur ita concordes, [x] ut Quintilios eſſe exiſtimes fratres. Ideóque videre licet ignobilem, artis teſſerariæ callentem arcana, [y] ut Catonem Porcium ob repulſam Præturæ nec ſuſpectam antea nec ſperatam, incedere gravitate compoſita mæſtiorem, quòd ei in majore convivio vel conſeſſu Proconſularis quidam eſt antelatus. [z] Subſident aliqui copioſos homines, ſenes aut juvenes, orbos vel cælibes, aut etiam uxores habentes & liberos, (nec enim in hoc titulo diſcrimen aliquod obſervatur) ad voluntates condendas allicientes [9] [b] eos præſtigiis miris: qui cùm ſupremis judiciis ordinatis, quæ habebant relique-

8 *Mſ.* appellari . . . . inter. 9 *Mſ.* poteſt regiis.

---

vatum itur; cujus moris hîc meminit Ammianus, & Terentius in Heauton. actu 4. * Hunc virorum luxum graviter & acerbè perſtringit Chryſoſtomus in Homilia 22. in Geneſim: ἀλλὰ καὶ ἀνδρῶν ὅσοι βλακώδεις καὶ περὶ τὴν τῶν γυναικῶν εὐτέλειαν ἑαυτοὺς κατάγουσι, δακτυλίους περιτιθέμενοι, καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ ὄγκῳ τῶν λίθων καλλωπιζόμενοι, ἐφ᾽ οἷς αἰσχύνεσθαι ἐχρῆν. * Valeſ. Equidem illi mactati digiti ſunt admodum ridiculi. Et quales intelligit? Utrum ut dii dicuntur mactati ſacrificiis & hoſtiis, an alio quo modo, quem, non percipio. Sed neque pater his potuit acquieſcere, cui in mentem veniebat *digitis himectatis redit*, ut ille *Ventilat æſtivum digitis ſudantibus aurum.* Sed nos aliud cenſemus, de quo alibi. *Gron.*

t *Et . . . . . . pleraque fallendo.*] In Mſ. Flor. & Regio legitur: *Et utile pleraque fallendo*: quibus conſentit Editio Auguſtana. [In Colb. *Et urile pl. fall.*] Ex quibus libris integram hanc periodum reſtituimus; quam Gelenius ob mendorum ac lacunarum frequentiam expunxerat: ſed & conjecturæ noſtræ aliquid indulſimus. *Valeſ.*

v *Aleariæ ſolæ.*] Quæ tamen impropriè amicitiæ dicuntur, quippe quæ non ex virtute profectæ ſint, ſed ex voluptate quadam in colludendo. Itaque ſublato ludo, hujuſmodi amicitiæ exſtingui ſolent, ut rectè notat Ariſtoteles in lib. 8. Mor. Nicom. & Plutarchus περὶ πολυφιλίας, & Cicero in Lælio. *Idem.*

x *Ut Quintilios eſſe exiſt. fratres.*] Hujus loci emendatio ſanè eximia debetur codici Regio & Auguſtanæ Editioni, de qua nemo, ut ſpero, dubitabit Nota enim eſt Quintiliorum fratrum concordia, qui cùm in omni vita cùm publicè tum privatim numquam à ſe mutuò disjuncti fuiſſent, multóſque adeo Magiſtratus & Conſulatum geſſiſſent ſimul, tandem à Commodo ſimul interfecti ſunt, ut refert Dio in lib. 72. Simili antea ſub Nerone concordia inſignes fuerant Scribonii fratres, planè gemini ut ita dixerim Quintiliorum: de quibus Tacitus in 4. Hiſt. & Dio in Nerone. *Idem.*

y *Ut Catonem Porcium ob repulſam Præturæ*] M. Porcius Cato Præturam geſſit: eamdem cùm Uticenſis Cato ambiviſſet, repulſam paſſus eſt. Livius & Plutarchus in Pompeio. *Lindenbr.*

z *Subſident aliqui turioſos homines, &c.*] Hanc heredipetarum pernicioſam avaritiam tangunt Imp. Leo & Majorianus Novel. VIII. *Inter cetera captatorum etiam aviditas comprimenda eſt, qui nonnunquam ignotorum pæne lectulis adſidentes, animos ipſa corporum ægritudine fatigatos, & ſincera jam judicia non habentes, ſimulata affectione depravant, ut plerique conſanguinitatis & neceſſitudinum ſuarum frequenter obliti, extraneos ſcribere videantur heredes, cùm inſidioſa munuſcula diriguntur, cùm ſubornantur medici, qui prava perſuadeant, & neglecto medendi ſtudio fiant alienarum cupiditatum miniſtri.* Talis fuit captator Regulus, de quo Plinius ad Calviſium Epiſtolar. lib. 2. *Lindenbr.*

a *Subſident aliqui curioſos homines.*] Amplector eam ſcripturam, quam in Fauchetii codice exſtare monuit Gruterus, *copioſos homines*, id eſt divites. Eodem errore in fine libri 27. ſcriptum erat *concitus majoribus curis*, cùm ſcribendum eſſet. *concitis majoribus copiis*, ut rectè in codice * Tol. * & Regio exaratum eſt. *Valeſ.*

b *Eos technis.*] In Mſſ. Flor. & Regio [& Colb.] * ac Toloſ. * legitur, *poteſt regiis*: neque aliter in Editione Auguſt. Quare opinor ita à Marcellino perſcriptum fuiſſe, *allicientes eos præſtigiis miris*, Idem.

rint iis, quibus morem gerendo teſtati ſunt, ilico [1] pereunt, [c] ut id impleri ſorte fatorum opperiente, nec puteos, nec facili poteſt ægritudo teſtament ..... comitatu eſt his quiſquam. Alius cum dignitate licèt mediocri, cervice tumida gradiens, notoſ antea [2] obliquato contuetur adſpectu, ut poſt captas Syracuſas exiſtimes reverti M. Marcellum. Multi apud eos negantes eſſe ſuperas poteſtates in cælo, [d] nec in publico prodeunt, nec prandent, nec lavari arbitrantur ſe cautiùs poſſe, antequam ephemeride ſcrupulosè ſciſcitata didicerint, ubi ſit verbi gratiâ ſignum Mercurii, vel quotam cancri ſideris partem polum diſcurrens obtineat Luna. Alius ſi creditorem ſuum flagitare moleſtiùs adverterit debitum, ad aurigam confugit audentem omnia prælicenter, eúmque ut veneficum curat urgeri: unde non niſi reddita cautione, diſpendióque adflictus gravi diſcedit. Et additur huic, [e] debitorem voluntarium includit ut proprium, [f] nec ante ejus profectionem abſolvit. Parte aliâ uxor, ut

1 *Mſ.* pereunt ut id impleris oraefatorum operiente nec puteos nec facili poteſt agritudo teſtam .... comitatum eſt his quiſtuam ..... cum dignitate licet ..... vicet tumida. Alius. 2 *Mſ.* aliquanto.

c *Ut id impleri ſorte fatorum opperiente.*] Hanc elegantem ſcripturam ex his inquinatiſſimis veſtigiis ſcriptorum codicum deprehendimus: *Ut id impleris oræ fatorem operiente.* Sequentia verò quia nimis corrupta erant, prætermiſimus. Sic autem habent: *Nec puteos, nec facili poteſt ægritudo teſtam........ comitatum eſt his quis tuam .... cum dignitate licet .... vice tumida gradiens, &c.* [in Colbert. *vicet humida gradies, &c.*] Hæc poſtrema tamen unius vocis adjectione ſic videntur eſſe ſupplenda, *cum dignitate licèt mediocri, cervice tumida gradiens, &c.* Valeſius. Pater adnotavit *ut adimpleri.* At quæ illa ſors fatorum opperiens? Si opperitur, certe non ilico perit. Sed emendandum erat *obruente.* Verum quæ illa licentia prætermittendi, quod non intelligas? Quod illud editionis exemplum, ut ex ſcriptore veteri expellas verſus aliquos, ſi non liquide eorum literas omnes in Mſtis adſequaris? Itaque licet Valeſii utantur ſuo judicio, & rejiciant inter notas; ego prout in editione Auguſtana habentur, repoſui hæc ipſa fragmenta, quæ declarabit ſuus dies. *Gron.*

d *Nec in publico ... nec lavari arbitr. ſe caut. poſſe, anteq. ephemeride ſcrupt ſciſcitata*] Inſignis hæc veterum ſuperſtitio fuit, de qua Auguſtinus Hippon. in Expoſit. Epiſt. ad Galat. cap. 4. *Vulgatiſſimus eſt error gentilium iſte, ut vel in agendis rebus, vel in exſpectandis eventibus vitæ ac negotiorum ſuorum, ab Aſtrologis & Chaldæis notatos dies, & menſes, & annos, & tempora obſervent.* Idem paullo pòſt: *Plena ſunt conventicula noſtra hominibus, qui tempora rerum agendarum à Mathematicis accipiunt. Jam vero ne aliquid inchoëtur aut ædificiorum aut hujuſmodi quorumlibet operum diebus quos AEgyptiacos vocant, ſæpe etiam nos monere non dubitat.* Rectè dicit AEgyptiacos hoſce dies vocari, ab AEgyptiis putà, qui obſervationis hujus auctores. Unde Marinus in Vita Procli: τὰς παρ᾽ Αἰγυπτίοις ἀποφράδας ἐφύλαττε μᾶλλον, ἢ αὐτοὶ ἐκεῖνοι. Et in veteri Mſ. membrana, quæ penes me eſt, in qua hi dies ordine notantur, ſic ſcriptum eſt, INCIPIUNT DIES AEGYPTIACI, IN QUIBUS NULLA OPERA INCIPERE DEBES * Vid. Calendar. vetus, à nobili viro Georgio Hervvartio nuper publicatum, in quo illi ipſi dies paſſim adnotantur. * De his exſtat locus Juvenalis Satyr. 6.

Illius occurſus etiam vitare memento,
In cujus manibus, ceu pinguia ſuccina, tritas
Cernis ephemeridas: quæ nullum conſulit, & jam
Conſulitur: quæ caſtra viro patriamque petente
Non ibit pariter, numeris revocata Thraſylli.
Ad primum lapidem vectari cùm placet, hora
Sumitur ex libro: ſi prurit frictus ocelli
Angulus, inſpecta geneſi collyria poſcit.
AEgra licèt jaceat, capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, niſi quam dederit Petoſiris.

Auſim dicere Ammianum ad hunc Juvenalis locum reſpexiſſe. Ipſiſſimum enim eſt, -- *nulla videtur aptior hora cibo,* quod Ammian. dicit, *nec prandent.* Et, *ad primum lapidem vectari cùm placet,* reſpondet illi, *nec in publico prodeunt.* Deinde, -- *tritas cernis ephemeridas, & hora ſumitur ex libro,* Ammian. -- *ephemeride ſcrupulosè ſciſcitata:* Auguſtinus: *Ex ephemeride vitam naufragam gubernantes.* Lindenbr.

e *Debitorem voluntarium includ. ut proprium.*] Debitor voluntarius eſt is, qui metu calumniæ pecuniam accuſatori ſe daturum promiſit: cui opponitur proprius, id eſt verus debitor, qui reapſe debet. * Sic apud Senecam in libro v. de Benef. *Dico me tibi obligatum pro filio: non quia ſum, ſed quia volo me offerre tibi debitorem voluntarium.* Contra has divitum calumnias Gregorius Nazianzenus in Carmine adverſus divites pag. 238. * *Valeſ.*

f *Nec ante ejus profectionem abſolvit.* An potiùs ſcribendum eſt *profeſſionem*? Ut ſit hic ſenſus, debitorem

proverbium loquitur vetus, eamdem incudem diu noctúque tundendo, [g] maritum teſtari compellit, hócque idem ut faciat uxor, urget maritus inſtanter: & [h] periti juris altrinſecus adſciſcuntur, unus in cubiculo, alter ejus æmulus in triclinio, [i] repugnantia tractaturi: iiſdémque [k] ſubſeruntur genitalium [3] extorum interpretes controverſi, hinc Præfecturas profuſiùs largientes & ſepulturas divitum matronarum; inde ad exſequias virorum [4] [l] jamjam adventantes neceſſaria parari oportere [5] innuentes: & teſtatura...... ancillas ſuapte naturâ pallidi aſpirati pridie conſumpta defuncta...... um Romaque: [m] ut Tullius ait: *Nec in rebus humanis quidquam bonum norunt, niſi quod fructuoſum ſit: & amicos tamquam pecudes eos potiſſimùm diligunt, ex quibus ſe ſperant maximum fructum eſſe capturos.* Cúmque mutuum illi quid petunt, ſoccos & [n] Miconas videbis & Lachetas: cùm adiguntur ut reddant, ita cothurnatos & turgidos, ut [o] Heraclidas illos Creſphontem & Temenum putes. Hactenus de Senatu. Nunc ad otioſam plebem veniamus & deſidem: in qua [p] nitent ut nominibus cultis & quidam calceorum expertes, Cimeſſores, Sta-

3 *Mſ.* extormth..... terpretes. 4 *Mſ.* faina adventantes. 5 *Mſ.* innuentes & teſtatura........ ancillas captenatura pallidi aſpirati pridie conſuinta defuncta .... um romaque ut ullius ait.

---

illum voluntarium qui ex creditore debitor factus eſt, non priùs à Senatore qui ei accuſatorem ſubmiſerat, dimitti, quàm datâ apochâ profeſſus ſit nil ſibi ab Senatore deberi. *Idem.*

g *Maritum teſtari compellit, hocque idem, &c.*] Id Romæ tunc uſitatum fuiſſe, docet Hieronymus in Epiſtola ad Furiam de viduitate ſervanda, his verbis: *Scribuntur tibi nunc ſponſales tabulæ, ut poſt paullulum teſtamentum facere compellaris. Simulabitur mariti infirmitas, & quod te morituram facere volet, ipſe victurus faciet.* * Et Zeno Veronenſis, eorumdem temporum Scriptor, in Sermone 2. de avaritia: *Inde eſt*, inquit, *quòd conjuges nuptiali ſanctiſſimo repugnantes jugo, pro ſe quiſque nitentes amore vid licet nimio, hereditatem captant alter alterius.* * De his captatorum artibus Lucianus loquitur in Dialogis mortuorum, apud quem Cnemon Damippo dicit: ἔδοξε δέ μοι καὶ σοφὸν τοῦτ' εἶναι, θέσθαι διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν ἐν αἷς ἐκείνῳ καταλέλοιπα τὰ μὰ πάντα, ὡς κἀκεῖνος ζηλώσειε καὶ τὰ αὐτὰ πράξειε. *Ac viſum eſt mihi hoc in primis callidum, teſtamentum ei oſtendere, in quo omnium bonorum meorum illum heredem inſtitueram, ut ille idem quoque faceret.* Denique Quintilianus in declam. 325. *Multi ſunt*, inquit, *qui teſtamenta ſic ſcribant, tamquam illud ad vitam eorum pertineat. Sic quidam heredes ſcribunt eos quos captant, tamquam intellecturos, tamquam ſecreto ſcriptos.* Idem.

h *Periti juris altrins. adſciſcuntur.*] Qui ſcilicet legem ac formam teſtamenti ſcribendi ſuggererent. Ad hoc enim maximè Juriſperiti adhibebantur, ut Suetonius in Nerone, & Arrianus in lib. 2. cap. 13. Diſſertationum Epicteti teſtantur. *Idem.*

i *Repugnantia tractaturi.*] Tractare propriè Juriſperiti dicuntur, cùm de articulis & quæſtionibus Juris diſputant. Sic in lege 1. D. de calumniatoribus, & in lege 13. D. de jure patronatus. Vetus Scholiaſtes Iuvenalis ad illa in Satyra 1.

--- *Juriſque peritus Apollo:*

Intra Apollinis, ait, *templum Juriſperiti ſedebant, & tractabant.* Unde lucem accipit lex 1. D. de extraordinariis cognitionibus: *Advocatos accipere debemus, qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur: non tamen qui pro tractatu, non adfuturi cauſis, accipere quid ſolent, advocatorum numero cenſendi.* * Sic Auguſtinus in Sermone 50. de Tempore. * *Idem.*

k *Subſeruntur genitalium extorum interpretes.*] Simile eſt, quod narrat Lucianus in Dialogis mortuorum, cùm Mœrichus & Ariſteas viri ditiſſimi ſe mutuò captarent, ac ſe viciſſim heredes inſtituiſſent palam ſcriptis teſtamentis: vates & Aſtrologos & ſomniorum interpretes & Chaldæos, Apollinem quoque Pythium ab utroque conſultum, modo huic, modò illi obventuram hereditatem prædixiſſe. *Idem.*

l *Feminas invitantes.*] Sic Gelenius emendaverat. Sed cùm in Mſſ. omnibus & in Editione Auguſtana legi comperiſſem, *fama adventantes*: non dubitavi quin Marcellinus ita ſcriptum reliquiſſet, *inde ad exſequias virorum jamjam adventantes neceſſaria parari oportere innuentes.* Idem.

m *Ut Tullius ait.*] Locus eſt in libro de Amicitia. *Idem.*

n *Et miciones.*] In Regio codice [& Colbert.] * ac Toloſ. * & Editione Auguſt. ſcriptum eſt *Micaunas.* Quare non dubitavi *Miconas* hîc reſtituere. Sunt enim ſervorum comicorum nomina plerumque diſſyllaba: ut λάχης. σίμων. μάνης & ſimilia. Dio in Orat. 74 οὐ κατὰ λάχητα, οὐδὲ κατὰ σίμωνα. Idem.

o *Heraclidas illos Creſphontem & Temenum*] Apollodorus Biblioth. lib. 11. Hyginus fabb. 124. 184 *Lindenbr.*

p *Nitent nominibus cultis.*] Regius codex, * & To-

tarii, Semicupæ, & Serapini, & Cicimbricus cum Gluturino, & cum Trulla, & [q] Lucanicus cum Pordaca & Salſula, ſimiléſque innumeri. Hi [6] omne quod vivunt vino & teſſeris impendunt, & luſtris, & voluptatibus, & ſpectaculis: eíſque templum, & habitaculum, [r] & [7] concio, [ſ] & cupitornm ſpes omnis Circus eſt maximus: & videre licet [t] per fora, & compita, & plateas, & conventicula [v] circulos multos collectos in ſe controverſis jurgiis ferri, aliis aliud ut fit defendentibus. Inter quos hi qui ad ſatietatem vixerunt, potiores auctoritate longæva, [x] per canos [8] & rugas clamitant ſæpe, Rempublicam ſtare non poſſe, ſi futurâ concertatione quem quiſque vindicat, carceribus non [9] exſiluerit princeps, [y] & funalibus equis parum cohærenter circumflexerit metam. Et ubi negligentiæ tanta eſt caries, exoptato die eque-

6 *Mſ.* omne. 7 *Mſ.* concio & copitorum & ſpes. 8 *Mſ.* & rogant vel amittant. 9 *Mſ.* exiluerit prin.... nominabilis equis parum coherce...... ercircum elexerit metam & ubi negligentiæ tanta eſt caries. Exoptato.

---

loſ. * [ac Colbert.] vocem interſerit minimè ſuperfluam, ni fallor, *in qua nitent ut nominibus cultis, &c.* Neque enim quæ infrà recenſet nomina, culta ſunt aut præclara, ſed prorſus ridicula atque ſcurrilia. [Sed plebeii hæc nomina culta eſſe ſibi perſuadebant, & his ſe honorari ac enitere tamquam magnificis vocabulis exiſtimabant.] *Valeſ.*

* q *Lucanicus.*] In teſtamento Grunnii Porcelli inter ſignatores primus nominatur *Lucanicus* & ultimus Cymatius: quorum nominum origo ſatis aperta eſt. *Lucanicus* enim à pernis Lucanicis dicitur; & Cymatius à cymis braſſicarum, quæ olim in deliciis fuere: * [unde & Cimeſſores dicti apud Marcellinum in hoc loco, pro Cymeſtores à cumarum éſu.] *Idem.*

r *Et concio & ſpes omnis*] Mſ. *Et contio, & copitorum, & ſpes omn.* Forſan ſcripſit Ammian. *& concio & Capitolium & ſpes.* Lindenbr.

ſ *Et ſpes omnes.*] In Regio, Florent. [Colbert.] * ac Toloſ. * codicibus legitur, *& ropitorum ſpes omnes.* In Auguſtana autem Editione, *& compitoriun ſpes omnes*: ſed hæc vox ex ſequenti linea videtur huc perperam irrepſiſſe. Nec aſſentiri poſſum Cl. Salmaſio, qui in Notis ad Vopiſcum, in Aureliano ſic emendavit, *& copia eorum & ſpes omnis Circus eſt Maximus*, & annonam ſeu panem gradilem his verbis intelligi ait, qui ex gradibus Circi populo erogabatur. Etenim Marcellinus noſter nihil hic de annona, ſed tantùm de Circenſibus ludis loquitur. Deinde annonam ex Circi gradibus erogatam fuiſſe numquam crediderim. Erant enim in ſingulis Urbis regionibus certi gradus, ex quibus populo erogabatur annona, ut ſatis innuit Prudentius contra Symmachum:

Quæ regio gradibus vacuis jejunia dira
Suſtinet? aut quæ Janiculo mola nota quieſcit?

Itaque in deſcriptione urbis Conſtantinop. hi Gradus in ſingulis regionibus recenſentur cum Piſtrinis. Quòd ſi conjecturis hîc indulgere licet, poſſit & alicui videri ſic legendum eſſe, *& cupidorum ſpes omnes Circus eſt Maximus*: [vel potiùs, *& cupitorum ſpes omnis Circus eſt Maximus.*] Valeſius Similia quædam diſputat Jac. Gothofredus. ad Cod. Theod. lib. XIV. tit. 17. de annonis civicis & pane gradili. *Gron.*

t *Per Janos & fora*] Jani ſtatuæ tres ſaltem Romæ fuerunt, donec Domitianus plures paſſim exſtruxit. Livius lib. XLI. Suetonius in Domitiano cap. 13. *Janos arcuſque cum quadrigis & inſignibus triumphorum per regiones Urbis tantos ac tot exſtruxit, ut cuidam Græcè inſcriptum ſit arcui*, APKEI. Ad hos Janos mercatores convenire ſolebant, & negotia ſua pertractare; adeo ut quotidie populi ibi frequentia magna, ad quam ſeveri ſcilicet hi & priſcæ virtutis viri de Reipublicæ ruina proquiritabant. *Lindenbr.*

* v *Circulos multos collectos.*] συνέδρια Græcè vocat Johannes Chryſoſtomus Homiliâ 10. in Johannis Evangelium pag. 71. * *Valeſ.*

x *Per Janos & fora clamitant.*] In Mſſ. Flor. & Regio, [ac Colbert.]. * & Toloſ. * legitur, *per Janos & rogant vel amittant*: quibus Auguſtana ſubſcribit Editio. Unde quis conjicere poſſit, ſic ferè à Marcellino ſcriptum fuiſſe, * *potiores auctoritate longæva, per canos & rugas clamitant ſæpe.* Alludit enim, ut opinor, ad locum Senecæ de brevitate vitæ cap. 219. *Non eſt itaque, quòd quemquam propter canos aut rugas putes diu vixiſſe.* * Idem.

y *Et funalibus equis parum cohærenter circumflexerit.*] Hunc locum ſic ſupplendum putavi, cùm in Mſſ. Flor. & Regio, * Toloſ. * [& Colb.] atque in Editione Auguſt. ita ſcriptum eſſe vidiſſem: *nominabilis equis parum coherce . . . . . er circumelexerit metam.* Quamquam poteſt etiam aliis multiplicibus modis illa vox *nominabilis* emendari, & pro *cohærenter* ſcribi *coercenter*. Erat autem id propè caput artis equeſtris, ut ſiniſteriore funali equo metam quàm proximè fieri poſſet anraderent, nec tangerent tamen. Itaque peritiſſimi aurigæ ſiniſterioris equi funalis habenas adducere ſolebant, dexterioris autem laxare, ut teſtatur Nonnus in lib. 37. Dionyſ. in illa lu-

ſtrium ludorum inluceſcente, nondum Solis puro jubare, [1] effuſiùs omnes feſtinant præcipites, ut velocitate currus ipſos anteeant certaturos: [z] ſuper quorum eventu [2] diſciſſi votorum ſtudiis, anxii plurimi agunt pervigiles noctes. Unde ſi ad theatralem ventum fuerit vilitatem, artifices ſcenarii per ſibilos [3] exploduntur, ſi quis ſibi ære humiliorem non conciliaverit plebem. [a] Qui ſi defuerit ſtrepitus, ad imitationem Tauricæ gentis peregrinos vociferantur pelli debere ([b] quorum ſubſidiis ſemper niſi ſunt ac ſteterunt) & tætris vocibus & abſurdis: quæ longè abhorrent à ſtudiis & voluntate veteris illius plebis, cujus multa facetè dicta memoria loquitur & [4] venuſta. Id enim nunc repertum eſt pro ſonitu laudum impenſiore per applicatos homines ad loquendum, ut in omni ſpectaculo, [c] exodiario, venatori, aurigæ, & hiſtrionum generi omni, & judicibus celſis itidémque minoribus, necnon etiam matronis clametur [5] aſſiduè, [d] *Per te ille diſcat*: quid autem debeat diſci, nemo ſufficit explanare. In his plerique diſtentioribus ſaginis addicti, præeunte nidoris indagine acutíſque vocibus feminarum, à galliciniis ipſis, in modum pavonum

1. *Al.* fuſius. 2 *Mſ.* diſciſſi. 3 *Mſ.* explorantur. 4 *Mſ.* venuſtas. 5. *Mſ.* obſidie.... *Per te.*

---

culenta deſcriptione Curulis certaminis.

Σκέπτεό μοι καὶ στεῖχε κυβερνητῆρι χαλινῷ·
Δοχμώσας ὅλον ἵππον ἀριστερὸν ἐγγύθι νύσσης,
&c. Et in lib. 43.
Ὡς δέ τις ἱππεύων ἐλατὴρ ὑπὸ κυκλάδι τέχνῃ
Δοχμώσας ὅλον ἵππον ἀριστερὸν ἐγγύθι νύσσης,
Δεξιτερὸν κάμψειε παρευθύνων χαλινοῦ, &c.

Quibus adde & Lucani verſus in lib. 8.

- - - nec ſic moderator equorum
Dexteriore rota lævum cum circuit axem.
Cogit inoffenſæ currus accedere metæ.

Valeſius: Nullum indicium eſt equi funalis in Nonno, qui non magis de quadriga locutus videtur, quam de biga. Sed neque in Ammiano ferri poſſunt funales equi, quum quiſquis ille auriga ſignificetur, non poſſit dici niſi uno funali equo cohærenter circumflectere metam. Et cur ad funales equos delabitur ἀπάνυ, quum Mſſti omnes perſpicue præeant ad nominabiles equos, ſive nominibus certis appellati innuantur, ſive nominatiſſimæ famæ. Qui enim hi circuli alii, quam quos ſuo tempore deſcribebat Lucianus in Nigrino loquentium τὸν ἱππόδρομον, καὶ τῶν ἡνιόχων εἰκόνας, καὶ τὰ τῶν ἵππων ὀνόματα, καὶ τοὺς ἐν τοῖς στενωποῖς περὶ τούτων διαλόγους, quod ibi illuſtravimus. *Gron.*

* z *Super quorum eventu diſciſſi votorum ſtudiis, anxii plurimi agunt pervigiles noctes.*] Idem dicit Libanius in libri IV. Epiſtola 288. * *Valeſ.*

a *Qui ſi defuerit ſtrep.*] In editione Aug. legitur, *ſui. ſi defuerit ſtrep.* atque ita etiam in exemplari Regio ſcriptum reperi, [ut & in Colbert.] * ac Toloſ. * eadémque manu ſuperſcriptum, *ſeu ſi, &c.* quam equidem docti inſcriptoris conjecturam præ vulgata à Gelenio ſcriptura valde probo. *Idem.*

* b *Peregrinos, quorum ſubſidiis ſemper niſi ſunt ac ſteterunt Rom.*] Aurelius Victor, Marcellini æqualis, idem dicit in Domitiano: *Hactenus Romæ, ſeu per Italiam orti Imperium rexere: hinc advenæ, neſcio quoque an, ut in Priſco Tarquinio longè meliores. Ac mihi quidem, audienti multa legentique, plane compertum, urbem Romam externorum virtute atque inſitivis artibus præcipue creviſſe. Quid enim Nerva Cretenſi prudentius magiſque moderatum? &c.* Idem.

c *Exodiario.*] Exodiarii hic ſunt mimi, qui in fine ludorum intrabant, ut quidquid lacrimarum atque triſtitiæ ex tragicis affectibus ſpectatores coegiſſent, hujus ſpectaculi riſus detergeret, ut ſcribit eleganter vetus Scholiaſtes Juvenalis in Sat. 4 Et olim quidem exodia Atellanis fabulis conſerta à juvenibus actitabantur honeſtis, ut teſtatur Livius in lib. 7. poſtea verò hujuſmodi exodia mimi uſurpaverunt: quod ſub Julio Cæſare cœpiſſe videtur, qui Laberii & Publii Syri mimos introduxit. Itaque Cicero in lib. 9. Epiſt. 16 ad Pætum, poſtquam de Cæſaris dominatione multa dixit: *Nunc venio,* ait, *adjocationes tuas, quando tu ſecundùm OEnomaum Accii, non (ut olim ſolebat) Atellanam: ſed (ut nunc fit) mimum dediſti.* Et Juvenalis in Sat. 4.

Urbicus exodio riſum movet Atellanæ.

Apud Græcos ſtrictior eſt τοῦ ἐξοδίου appellatio. Nam ἐξόδιον Græci vocant melos, quod in exitu fabulæ canebatur, ut ſcribit Pollux in lib. 4. cap 15. & Scholiaſtes Ariſtophanis in Veſpis. Tale erat in Tragœdia quidem πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων, &c quæ clauſula omnibus ferè Euripidis tragœdiis adtexta eſt. In Comœdia autem Καλλίνικος, &c. Citharœdorum: Ἀλλ', ἀλλ' ἄναξ. &c. Rhapſodorum denique: Νῦν δὲ θεοὶ μάκαρες τῶν ἐσθλῶν ἀφθονοι ἐστὲ, &c. ut ſcribit Aelius Dionyſius apud Euſtathium in Iliad. β. & Heſychius in Ἀλλ' ἄναξ & Νῦν. *Idem.*

d *Per te ille diſcat.*] Supple, aurigare aut ſaltare. Illa

6 inanitate clangentium, humum ſummis pedum unguibus contingentes aulis adſiſtunt; c digitos prærodentes dum patinæ deferveſcunt: alii nauſeam horridæ carnis dum excoquitur intentiùs deſpectantes, ut diſciſſarum pecudum exta f rimari cum anatomicis g Democritum putes, docentem quibus modis poſteritas mederi doloribus poſſit internis. Sit ſatis interim hæc digeſſiſſe ſuper rebus Urbanis: nunc redeamus ad cetera, quæ per provincias agitavere multiplices caſus.

h CAP. V. Erupit Auguſtis ter Coſſ. Saxonum multitudo: & Oceani difficultatibus permeatis, Romanum limitem gradu petebat intento, ſæpe noſtrorum funeribus paſta: cujus eruptionis primæ procellam i Nannenus ſuſtinuit Comes, regionibus iiſdem appoſitus, k dux diuturno bellorum labore compertus. Sed tunc ad mortem deſtinatæ plebi congreſſus, cùm milites quoſdam ruiſſe, & ſe vulneratum imparem fore certaminibus adverteret crebris, docto Imperatore quid agi deberet, id eſt adeptus, ut peditum Magiſter Severus opitulatum rebus dubiis adveniret. Qui ducens militem rei ſufficientem cùm veniſſet ad loca, diſcriminatis 7 ordinibus barbaros ante conluctationem adeo terruit & turbavit, ut nec controverſas opponerent manus, ſed ſignorum aquilarúmque fulgore præſtricti venialem poſcerent pacem. Diúque variatis conſiliis, cùm id Reipub. conducere videretur, pactis indutiis, & datis ex

6 hiennitare. 7 *Mſ.* ordinib. per barbaros.

autem acclamatio *per te* ſavoris indicium erat. Non enim juramus niſi per ea quæ maximi facimus. Unde & apud nos id proverbium in vernaculo ſermone manſit, ut de eo qui aliquem ſuſpicit dicamus, per eum dumtaxat illum jurare. Talis fuit illa Conſtantinop. plebis acclamatio in Circo, quam refert auctor Alexandrini Chronici, Anaſtaſio III. & Venantio Coſſ. Ἰουλιάνας τῆς ἐπιφανεστάτης πατρικίας ἴκεχζον διὰ τ̃ αὐτῆς ἄνδρα Ἀρεόβινδα βασιλέα τῇ Ῥωμανίᾳ. *Julianæ Nobil. Patriciæ clamabant per virum ipſius Areobindam Imperatorem Rom.* Valeſ.

c *Digitos prærodentes*] Plautus Pſeudol. Act. 3.

Ego ita convivis cenam conditam dabo
Hodie, atque ita ſuavitate condiam,
Ut quiſque quidque conditum guſtaverit,
Ipſos ſibi faciam ut digitos prærodat ſuos. Lindenbr.

f *Rimari cum anatomicis Democritum putes.*] Fuit Democritus Medicinæ peritiſſimus, & multos de Medicina ſcriptos libros reliquit. Scripſit enim διαιτητικὸν ἢ ἰατρικὴν γνώμην, & περὶ πυρετῶν; ut refert in ejus vita Diogenes. Nec deſunt qui eum magiſtrum Hippocratis Coi fuiſſe dicant, ut ſcribit Cornelius Celſus in Procœmio librorum de Medicina. *Valeſ.*

g *Democritum*] Democritum Phyſicum Abderitanum. Pomp. Mela lib. 2 cap. 2. *Lindenbr.*

h *Erupit Auguſtis ter Coſſ. Saxonum multitudo.*] Hanc Saxonum cladem Hieronymus in Chronico confert in annum Domini 374. Caſſiodorus autem qui Hieronymi Chronicum exſcripſit, in Conſulatum IV. Valentiniani & Valentis, qui annus fuit 373. Natalis Dominici. Sed Marcellino, cui hæc inveſtigare propoſitum fuit, equidem aſſentiri malim. Contigit igitur hæc Saxonum clades ex Marcellini noſtri ſententia anno Domini 370, Valentiniano & Valente III. Coſſ. De qua victoria ſic Oroſius in lib. 7. loquitur. *Valentinianus Saxones, gentem in Oceani litoribus & paludibus inviis ſitam, virtute atque agilitate terribilem, periculoſam Rom. finibus eruptionem magna mole meditantem, in ipſis Francorum finibus oppreſſit.* Quæ verba Oroſii ex iſtis D. Hieronymi adumbrata eſſe videntur: *Saxones cæſi Deuſone in regione Francorum.* Valeſ.

i *Nannenus ſuſt. Comes.*] Hic eſt Nannenus, qui poſtea Magiſter militum fuit: cui & Quintino Maximus tyrannus infantiam filii ſui Victoris & tutelam Galliarum commiſit, ut ex lib. 3. Hiſt. Sulpicii Alexandri refert Turonenſis Gregorius in lib. 2. capite 9. In Regio codice ſcribitur, *Nanneius ſuſtinuit Comes.* * *Eruptionis primam procellam* emendat Cluverius in lib. 3. cap. 21. pro *primæ*: ſed nihil opus. * *Idem.*

k *Diuturno bell. labore compertus.*] Codex Regius, [& Colbert. * ac Toloſ. * cum Editione Auguſt. conſentiens vocem præmittit hoc modo, *dum diuturno, &c.* Proinde non dubito quin Marcellinus ita ſcriptum reliquerit, *dux diut. bellorum labore compertus.* Simile mendum in eadem voce notavi ſuprà ad librum XXIII. *Idem.*

condi-

condicione propoſita juvenibus multis habilibus ad militiam, diſcedere permiſſi ſunt Saxones, ſine impedimento unde venerant reverſuri. Quibus omni jam formidine vacuis reditúmque parantibus, occultè pedites miſſi inſidias in abdita quadam valle ſtruxerunt, unde prætereuntes adgredi negotio poterant levi: ſed longè ſecus accidit quàm ſperabatur. Sonitu enim adventantium perciti exſiluere quidam intempeſtivè, viſique ſubitò dum ſe firmare feſtinant, ululantibus lugubre barbaris vertuntur in pedes. Stetêre tamen mox conglobati, extremáque ſorte vires licèt non integras ſuggerente confligere cogebantur: multáque cæde perculſi concidiſſent nullo relicto, ni cataphractorum equitum cuneus, ad inferendum periculum tranſeuntibus barbaris ex alio latere prope divortium itineris [8] pari modo locatus, clamore percitus triſti agiliter ſubveniſſet. Exin concurſum infeſtiùs, firmatíſque pectoribus hincinde incumbentes Romani clauſos hoſtes eductis gladiis obtruncabant: nec quiſquam eorum genitales reviſere potuit lares, ne uno quidem cædibus concorporalium ſupereſſe permiſſo. Ac licèt juſtus quidam arbiter rerum factum incuſabit perfidum & deforme: penſato tamen negotio non feret indignè, manum latronum exitialem tandem copiâ datâ captam. Poſt hæc ita proſperè conſummata, Valentinianus verſando ſententias multiformes, anxia ſollicitudine ſtringebatur: reputans multa & circumſpiciens, quibus commentis Alamannorum & Macriani Regis frangeret faſtus, ſine fine vel modo rem Romanam irrequietis motibus confundentes. Immanis enim natio, jam inde ab incunabulis primis varietate caſuum imminuta, ità ſæpius adoleſcit, ut fuiſſe longis ſæculis æſtimetur intacta. Sedítque conſilia alia poſt alia Imperatori probanti, Burgundios in eorum excitari perniciem, bellicoſos [l] & pubis immenſæ viribus affluentes, ideóque metuendos finitimis univerſis. Scribebát que frequenter ad eorum Reges per taciturnos quoſdam & fidos, ut iiſdem tempore præſtituto ſupervenirent, pollicitus ipſe quoque tranſito cum Romanis agminibus Rheno occurrere pavidis, pondus armorum vitantibus inſperatum. Gratanter ratione gemina Principis acceptæ ſunt litteræ: primâ, quòd jam inde temporibus priſcis, [m n] ſubolem ſe eſſe

8 *Mſ.* primo dolocatus.

l *Et turbæ immenſæ viribus affluentes.*] In exemplari Regio [& Colbert.] ſcriptum inveni, *& ubi immenſæ*: in Editione autem Auguſtana, *& urbis immenſæ*. An fortè ita ſcripſerat Marcellinus, *& pubis immenſæ viribus affluentes*? Valeſ.

m *Sobolem eſſe Romanam Burgundii*] De Burgundiis eatenus hoc verum puto, quatenus in AEduorum ſedes ſucceſſerunt. AEduos autem conſanguinitatis cum Romanis nomine gloriari ſolitos, in Panegyrico Flavienſium legimus. Eoſdem fratres quoque ex S. C. & amicos P. R. appellatos Cæſar ſcribit de Bello Gall. lib. 1. Cicero ad Atticum lib. 1. Epiſt. 19. *AEdui fratres noſtri.* * Idem libro 7. Epiſt. 10. *ad famil.* -- *non modò hoſtes, ſed etiam fratres noſtri AEdui.* * Tacitus Annal. lib. XI. *Primi AEdui Senatorum in Vrbe jus adepti ſunt, datum id fœderi antiquo, & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano uſurpant.* * Herricus Altiſſiodor. in Vita D. Germani lib. 1. *Hanc* (AEduor. civitatem) *primùm veniens, Alpino à vertice Cæſar, Tunc cum barbarico ſuboleret Gallia ritu, Adſcivit ſociam, gentiſque in fœdera traxit Romuleæ, ſocioſque novos fratreſque vocavit.* Inde vetus Auctor in Carmine de miraculo, quod accidit in AEduico:

Qua fraterna Remo progignitur AEdua pubes. * Lindenbr.

n *Subolem ſe eſſe Rom. Burgundii ſciunt.*] Non probo

Romanam Burgundii ſciunt: dein [o] quòd [p] ſalinarum [q] finiúmque cauſâ Alamannis ſæpe jurgabant. Et [r] catervas miſere lectiſſimas: quæ antequam [9] milites congregarentur in unum, aduſque ripas Rheni progreſſæ, Imperatore ad ſtruenda munimenta diſtricto, terrori noſtris fuere vel maximo. Igitur paulliſper morati, cùm neque Valentinianus ut ſpoponderat, die prædicto veniſſet; nec promiſſorum aliquid adverterent factum, ad Comitatum miſere legatos, poſcentes adminicula ſibi dari redituris ad ſua, ne nuda hoſtibus exponerent terga. Quod ubi negari per ambages ſentirent [1] & moras, mæſti exinde diſceſſerunt & indignati. Hócque comperto Reges ut ludibrio habiti ſævientes, captivis omnibus interfectis, genitales repetunt terras. Apud hos [ſ] generali nomine Rex appellatur [t] Hendinos, & ritu veteri poteſtate depoſita removetur, ſi ſub eo fortuna titubaverit belli, vel ſegetum copiam negaverit

9 *Mſ.* milites congregarentur. 1 *Mſ.* & moras, mæſti.

explicationem Lindenbrogii, qui de Burgundiis catenus hoc verùm eſſe ſcripſit, quatenus in AEduorum, qui fratres ſe populi Romani dicebant, ſedes immigraverunt: quod quidem nollem ab eo dictum fuiſſe. Primò enim ex hac explicatione ſequitur. Burgundios fratres tantùm populi Romani dici potuiſſe. At Marcellinus ſobolem Rom. vocat. Deinde nondum hiis temporibus, quorum hiſtoriam perſequitur Marcellinus, Burgundii Sequanorum & AEduorum provinciam occupaverant. Id enim diu poſtea contigiſſe Proſperi & Caſſiodori & Oroſii ſcripta teſtantur. Alia igitur ratio quærenda eſt, cur Burgundii ſobolem ſe Romanam eſſe dicerent. Eam ex Oroſii libro 7. hîc apponam: *Burgundionum quoque novorum hoſtium novum nomen, qui plusquam 80. millia armatorum ripæ Rheni fl. inſederunt. Hos quondam ſubacta interiore Germania à Druſo & Tiberio adoptivis filiis Cæſaris, per caſtra diſpoſitos aiunt in magnam coaluiſſe gentem: atque ita etiam nomen ex opere præſumpſiſſe, quia crebra per limitem habitacula conſtituta Burgos vulgo vocant, &c.* Sed hæc de Burgundionum origine falſa ac fabuloſa eſſe, rectè docuit Cluverius in libri III. capite XXXVI. * *Valeſ.*

o *Quod ſalinarum cauſâ Alamannis ſæpe jurgabant Burgundii.*] Harum ſalinarum meminit Johannes Sareſberienſis in Epiſtola 196. *Vtinam ſubmergatur in thermis quibus dignus eſt, quas meruit! utinam conſiciatur in rutæ folium, aut ſepeliatur in ſalinario AEduorum.* * Lindenbr.

p *Salinarum finiumque cauſa.*] Sic quondam inter Hermunduros & Chattos atrox prœlium exarſiſſe prodit Tacitus in fine libri 13. ob ſalem qui in flumine ac ſilvis in utriuſque gentis confinio gignebatur. * Salam flumen à Tacito deſignari notat Cluverius in capite v. Eumdem amnem à Marcellino intelligi certum eſt, poſtquàm Burgundiones vel Burgundii Chattorum, Alamanni Hermundurorum ſedes occupaverunt. * Et Strabo Autariatas ſcribit gentem Illyricam, continuum cum Ardiæis bellum gerere ſalinarum cauſâ, quæ ἁλοπήγια appellat. *Valeſ.*

q. *Finiumque cauſa Alamannis ſæpe jurgabant.*] Burgundii confines erant Alamannis, ut docet Marcellinus in principio libri XVIII. *Cùm ventum fuiſſet ad regionem cui Capellatii vel Palas nomen eſt, ubi terminales lapides Alamannorum & Burgundiorum confinia diſtinguebant.* Idem notat Procopius in lib. I. Goth. & ante utrumque Mamertinus in Genethliaco, quem Maximiano Herculio dixit: *Burgundiones*, ait, *Alamannorum agros occupavere, ſed ſua quoque clade quæſitos: Alamanni terras amiſere, ſed repetunt.* Quo in loco Mamertinus Burgundiones à Burgundiis apertè diſtinguit. Ait enim paullo antè: *Gothi Burgundos penitus exſcindunt: rurſum pro victis armantur Alani.* Atqui Marcellinus Burgundios hic pro Burgundionibus poſuit. Quos enim Burgundios vocat, eos Hieronymus in Chronico, & Oroſius Burgundiones appellant. Socrates in lib. 6. & Agathias in I. Βουργουζίωνας vocat; Jordanes in Hiſtoria Gothorum Burgundziones: ſic enim exemplaria MSſ. *Idem.*

r *Catervas miſere lectiſſimas.*] Hieronymus in Chronico; Anno Domini 374. *Burgundionum 80. ferè millia, quod numquam ante, ad Rhenum deſcenderunt.* Idem refert Caſſiodorus in Faſtis, Valentiniano IV. & Valente IV. Coſſ. Sed Marcellinus noſter id ponit Conſulatu Valentiniani & Valentis tertio, qui annus Chriſti fuit 370. Ceterùm ante hæc verba punctum notandum eſt, ſcribendúmque. *Et catervas miſere, &c.* Idem.

ſ *Generali nomine Rex appellatur Hendinos*] Ut *Hendinos* Regis, ſic *Vergobretus* magiſtratus apud AEduos nomen erat. Cæſar de Bello Gall. lib. I. Gloſſarium vetus Lat. & Tiro ſive Cyprianus Karthag. de Notis litterarum Comment. II. cap. I. Ita *Suffes* dictus Pœnorum Magiſtratus, & Oſcorum *Mediaſtyticus* ſive *Meddix*. Samothracum *Theondas.* Feſtus Pomp. libb. 12. 19. Livius libb. 23. 24. 26. 30. 45. *Lindenbr.*

t *Hendinos*] Tangit, etſi ſine ulla meliore luce, Thom. Reineſius lib. III. Variar. lect. cap. I. *Gron.*

2 terra: ut [v] ſolent AEgyptii [x] caſus [3] ejuſmodi ſuis adſignare rectoribus. Nam [y] Sacerdos apud Burgundios omnium maximus vocatur Siniſtus: & eſt perpetuus, obnoxius diſcriminibus nullis ut Reges. Per hanc occaſionem impendio tempeſtivàm, Alamannos gentis antedictæ metu diſperſos aggreſſus per Rætias Theodoſius, ea tempeſtate Magiſter equitum, pluribus cæſis, quoſcumque cepit, ad Italiam juſſu Principis miſit, [z] ubi fertilibus [4] pagis acceptis jam tributarii circumcolunt Padum.

CAP. VI. Hinc tamquam in orbem migrantes alium, ad Tripoleos Africanæ provinciæ veniamus ærumnas, quas ut arbitror Juſtitia quoque ipſa deflevit: quæ unde inſtar exarſere flammarum, textus aperiet abſolutus. Auſturiani his contermini partibus barbari, in diſcurſus ſemper expediti veloces, vivereque adſueti rapinis & cædibus, paulliſper pacati: in genuinos turbines revoluti ſunt, hanc cauſam prætendentes ut feriam. Stachao quidam nomine
a popularis eorum [5] ut in otio [b] noſtra peragrando licentiùs, agebat quædam vetita legibus: inter quæ illud potius eminebat, quòd provinciam omni fallaciarum via prodere conabatur, ut indicia docuere veriſſima: quocirca ſupplicio flammarum abſumptus eſt. Hujus necem ulciſci, ut propinqui damnati-

2 *Mſ.* terflavi ſolent. 3 *Mſ.* ejuſmodi nuis adſ. 4 *Mſ.* pacis. 5 *Mſ.* eorum utinovo noſtra.

---

v *Solent AEgyptii caſus ejuſmodi adſignare rectoribus.*] In codice Regio [& Colbert.] & Auguſt. Editione ſcriptum inveni, *caſus ejuſmodi jus aſſ.* ut fortè ſic Marcellinus ſcriptum reliquerit, *caſus ejuſm. ſuis aſſignare rectoribus.* Ceterùm ideo hos caſus AEgyptii rectoribus ſuis vitio vertere ſolebant, quòd eos haberent Deorum loco, & hæc mala eos avertere poſſe ac debere crederent. Diodorus Siculus in lib. 1. δοκοῦσι οἱ Αἰγύπτιοι τοὺς ἑαυτῶν βασιλεῖς προσκυνεῖν τε καὶ τιμᾶν ὡς πρὸς ἀλήθειαν ὄντας θεούς· τοὺς βουλομένους τε καὶ δυναμένους τὰ μεγάλα εὐεργετεῖν, ἡγούμενοι θείας μετέχειν φύσεως. *AEgyptii Reges ſuos non ſecus ac Deos venerantur & colunt. Nam & eos non ſine Dei providentia ſummo imperio potiri exiſtimant: & qui maxima beneficia hominibus conferre volunt ac poſſunt, eos divinæ naturæ participes arbitrantur.* Quibus addi poteſt hic Minucii Felicis locus in Octavio: *AEgyptii ſanè hominem ſibi quem colant eligunt. illum unum propitiant: illum de omnibus conſulunt: illi victimas cædunt: & ille qui ceteris Deus, ſibi certè homo eſt.* Valeſ.

x *Caſus ejuſmodi adſignare rectoribus*] Non tantùm AEgyptiorum gentilium opinio hæc de Regibus ſuis fuit, ſed & Chriſtianorum quorumdam. Auguſtinus, ſive quis alius Auctor, lib. de XII. abuſion. gradib. *Qui regnum ſecundùm hanc legem non diſpenſat, multas nimirum adverſitates imperii tolerat. Idcirco enim pax populorum ſæpe rumpitur, & offendicula de regno ſuſcitantur, terrarum quoque fructus diminuuntur, & ſervitia populorum impediuntur, multi & varii dolores proſperitatem regni inficiunt; carorum & liberorum mortes triſtitiam conferunt, hoſtium incurſus provincias undique vaſtant, beſtiæ armentorum & pecorum greges dilacerant, tempeſtates aëris & hemiſphæria turbata terrarum fecunditatem & maris miniſteria prohibent, & aliquando fulminum ictus ſegetes, & arborum flores, & pampinos quoque exurunt.* Propter quæ Ammian. addit, *veteri poteſtate depoſita removetur Rex.* Quo etiam ſeveritas Moſſynœcorum ſpectat, qui Reges ſuos, cùm pravè imperitando culpam commeruiſſent, inediâ diei totius punire ſolebant. Pomp. Mela lib. 1. cap. 20 *Lindenbr.*

y *Sacerdos apud Burgundios omnium maximus vocatur Siniſtus*] Ut *Cupencus* apud Sabinos. Servius in Virgil. *Idem.*

z *Ubi fertilibus agris acceptis.*] Mſ. *fertilibus pacis accept.* lo. *fertilibus pagis acceptis.* Idem.

a *Noſtra peragrando licentiùs.*] In Mſſ. Flor. Regio, & Valentino, * Toloſ. * [Colbert.] quædam voces præmittuntur hoc modo, *uti novo noſtra peragr.* Et Mariangelus quidem Accurſius ex conjectura, ut apparet, edidit, *vere novo noſtra peragrando.* Gelenius autem utramque vocem ſatis audacter expunxit. Mihi videtur ſic legi poſſe commodiùs: *Stachao quidam nomine popularis eorum, ut in otio noſtra peragrando licentiùs, &c.* Valeſ.

b *Popularis eorum, noſtra peragrando*] Vetus codex inter *eorum* & *noſtra* inſerit duo hæc verba *uti novo.* Legendum eſt *popularis eorum ut in hoſtico noſtra peragrando licentius.* Oiſelius. P. Pithæus male in eodem codice legit *ut novo.* Nam & in codice Colbertino diſerte ſcriptum reperi *uti novo*: haud dubie pro *ut in otio noſtra peragrando licentius.* Hadr. Valeſ.

que injuſtè cauſantes, ferarum ſimiles rabie concitarum exſiluere ſedibus ſuis, Joviano etiamtum imperante: veritique prope Leptim accedere, civitatem muris & populo validam, ſuburbano ejus uberrimo inſedere per triduum: maɑatíſque agreſtibus, quos inopinus hebetaverat pavor; vel confugere coëgerat ad ſpeluncas, incenſa ſupellectili multa quæ vehi non poterat, referti rapinis reverterunt ingentibus, trahentes captivum Silvam quoque [6] [c] caſu cum caritatibus in agro inventum, [d] Ordinis ſui Primatem. Hac ſubita clade Leptitani perterriti, ante incrementa malorum quæ intentabat barbaricus tumor, præſidium imploravere [e] Romani Comitis per Africam recens provecti. Qui cùm veniſſet militares copias ducens, ferréque opem rebus rogaretur adflictis, nonniſi abundanti commeatu aggeſto, & camelorum quatuor millibus apparatis, caſtra firmabat eſſe moturum. Hócque reſponſo miſerandis civibus ſtupefactis, atque negantibus ſufficere ſe poſſe poſt vaſtationes & incendia, ita enormibus inſtrumentis remedia quærere damnorum immanium, diſſimulanter diebus ibi quadraginta conſumptis, nullo tentato inde diſceſſerat Comes. Qua ſpe [7] Tripolitani fruſtati, formidantéſque extrema, adlapſo [f] legitimo die Concilii quod apud eos eſt annuum, Severum & [8] Flaccianum creavere legatos, Victoriarum aurea ſimulacra Valentiniano ob imperii primitias oblaturos: utque lacrimoſas provinciæ ruinas docerent intrepidè. Quibus compertis Romanus, miſſo equite velociſſimo Magiſtrum Officiorum petit Remigium, affinem ſuum rapinarum participem, ut provideret Imperatoris arbitrio cognitionem hujus negotii Vicario [9] ſibique deferri. Venerunt in Comitatum legati: aditóque Principe, verbis quæ perpeſſi ſunt oſtenderunt: obtulerunt decreta, textum continentia rei totius. Quibus lectis, cùm neque relationi Officiorum Magiſtri faventis Romani flagitiis, nec contraria referentibus crederetur: promiſſa diſceptatio plena dilata eſt eo more, quo ſolent in-

6 *Mſ.* caſuum feritatibus in agro. 7 *Mſ.* Pentapolitani. 8 *Mſ.* Flictianum. 9 *Al.* ſibi def.

c *Caſu in agro inventum.*] Editio Auguſtana cum Florentino codice conſentiens ſic præfert, *caſuum feritatibus in agro inventum.* In Regio autem * & Toloſ. * exemplari ità ſcriptum inveni, *caſuum ſeritatibus* [in Colbert. *Silvam quoque caſuum ſeritatibus.*] Proinde leviſſima mutatione ſic reſtituendum hunc locum exiſtimavi, *caſu cum caritatibus in agro inventum.* Paullo ſuprà pro *aucti rapinis*, in eodem codice Regio, [& in Colb.] *, ac Toloſ. * ſcriptum eſt, *reverti rapinis.* In Auguſt. Editione, *reverſi rap.* Nec dubito, quin Marcellinus ita reliquerit. *referti rapinis*, &c. Valeſ.

d *Ordinis ſui Primatem.*] Id eſt Primatem Curiæ Leptitanæ: ſic Primates Ordinis Alexandrini dicuntur in lege 4. & 190 Cod. Theod. de Decurionibus. *Curiæ vertices* vocat Marcellinus in lib. 14. pag. 15. ubi vide quæ adnotavi, & adde legem 3. Cod. Theod. de Scenicis, & libr. XXX. cap. V. infrà. *Idem.* Reliqui iſta, ut & Henricus opinor per feſtinationem mendoſe ſcribens, & Hadrianus diligentiam poliendis fraternis ſcriptis debitam adhibere gravatus edidit: & intelligi ab eo reor libri XIV. caput VII, ubi tamen in principio non *curiæ vertices*, ſed *ordinis vertices* occurrunt. *Gron.*

e *Romani Comitis per Africam.*] Ad quem reſcriptum exſtat Valentiniani Modeſto & Arinthæo Coſſ. relatum in titulo Cod. Theod. de div. officiis. Ejuſdem meminit Zoſimus in lib. 4. ejuſque avaritiâ factum eſſe ait, ut Mauri Firmum ad Imperium extollerent. *Valeſ.*

f *Legitimo die Concilii.*] In his Conciliis non ſoli Curiales, ſed omnium ordinum & collegiorum homines conveniebant: & decreta condere ac legatos eligere conſueverant, qui deſideria totius provinciæ Imperatori nuntiarent, ut patet ex titulo Cod. Th. de legatis, & decretis legat. & Imperatores ad hæc Concilia

ter potiorum occupationes [g] ludi poteſtates excelſæ. Dum remedia quædam à commilitio Principis exſpectantur, ſuſpenſis Tripolitanis diúque anxiis, rurſus globi ſupervenêre barbarici, fiduciâ ſublati præteritorum: [h] Leptitanóque agro & Oeenſi interneciva populatione tranſcurſis, expleti prædarum acervis ingentibus abſceſſerunt, occiſis [i] Decurionibus multis: [l] inter quos

ſæpe, ſi opus erat, reſcribebant. Sic lex 2. in Cod. Theod. quemadmodum munera civ. directa eſt ad Concilium provinciæ Africæ: & lex. 3. in eodem Codice de inofficioſo teſtamento, ad Concilium Byzacenorum. *Valeſ.*

g *Ludi poteſtates excelſæ.*] Id eſt Præfecti Prætorio, ad quos decreta legationéſque civitatum mittebantur; ut patet ex titulo Cod. Th. de legatis. Poſſunt etiam intelligi Quæſtor ſacri Palatii, Magiſtri ſcriniorum, Comites Conſiſtoriani, & alii, qui Imp. judicanti adſidebant. Sic in lib. XVI. cap. 12. Marcellinus dixit: *Acceſſit huic alacritati plenus celſarum poteſtatum aſſenſus, maximéque Florentii Præfecti Præt.* * Idem queritur Valentinianus Aug. in Novella 7. de indulg. Reliquorum. *Henr. Valeſ.* Legendum *poteſtatis excelſæ*, ut legitur in Editione Pariſienſi Roberti Stephani, & in Editione Lugdunenſi Gryphii. Intelligit Ammianus ludos Circenſes à Coſſ. exhiberi ſolitos, qui ob ſerias occupationes facile differri poterant. Oiſelius. At in codicibus Mſſ. præſertim in Colbertino, legitur *poteſtates excelſæ.* Neque heic de ludis agitur. Ut autem ego cenſeo, indicat ipſoſmet Principes, quos *fortunas celſas* in libro XXX. vocat, ab officiis Palatinis & Aulicis odio, aut gratia, aut pecunia impulſis decipi conſueviſſe, cum relationibus falſis, tum ſuppreſſione veritatis, ac defenſionis reorum & querimoniarum Provincialium. Ejus rei illuſtre exemplum habemus in libro XXIX. cap. 5. in Firmo, qui Zammam fratrem ſuum Romano Comiti acceptum clam interemerat. Verba Ammiani ſunt. *Ejus* (Zammæ) *necem ulciſci impenſiore ſtudio properans Comes*, (Romanus) *ad inſidiatoris perniciem multa ciebat & formidanda. Utque rumores enim diſtulerunt adſidui, navabatur opera diligens in Palatio, Romani quidem relationes, multa & aſpera congerentes in Firmum libenter ſuſcipi, recitarique Principi, in earum favorem concinentibus multis: ea vero quæ contra Firmus ſalutis tuendæ gratia docebat crebro per ſuos, accepta diutius occultari: Remigio tunc Officiorum Magiſtro, affine*, Hadr. Valeſ.

h *Leptitanoque agro & Oeenſi.*] Oea ſeu Oeenſis colonia memoratur à Mela ac Plinio in Africæ deſcriptione. Apud Ptolemæum ἑῶα perperam ſcribitur pro ὠῖα. In Itinerario quoque Antonini Oea colonia; in Tabula Peutingerorum Oſa colonia multiplici errore perſcribitur. Sita erat inter Sabratam & Leptim: ex quarum trium urbium nomine provincia Tripolis dicta eſt teſte Solino in cap. 30. Sanè in Notitia Africæ quam Jac Sirmundus ante ſex annos edidit, Tripolitanæ provinciæ hæ memorantur urbes, Leptis magna, Sabrata, Girba, Oea, Tacapa. In Collatione 1. Carthaginenſi Marinianus memoratur Epiſcopus ab Oea: ſic enim legendum eſt; non autem *Aboca.* * Ita in Concilio Carthaginenſi ſub S. Cypriano Natalis ab Oea nominatur. Auguſtinus in Epiſtola v. ad Marcellinum de Apuleio loquens: *Et pro ſtatua ſibi apud Coenſes locanda. ex qua civitate habebat uxorem, adverſus contradictionem quorumdam civium litigaret.* Scribe, *apud Oeenſes.* Uxor enim Apuleii, Pudentilla Oeenſis fuit, teſte Apuleio ipſo in Apologia. * *Valeſ.*

i *Decurionibus multis.*] Decuriones ſunt, quos frequentiùs Curiales poſterior ætas dixit, & meliùs. Curiales enim à Curia denominati, ut apud Græcos βουλευταὶ ἀπὸ τῆς βουλῆς. At Decuriones non dicuntur à Decuria. Neque enim municipales Ordines umquam Decurias vocitari videas, niſi in lege 176. Cod. Th. de Decurionibus. Sanè Decuriæ à Curiis multum diſtant: Decuriæ enim propriè ſunt collegia, in quibus Librarii, Scribæ, Lictores, Viatores, Nomenclatores, & Accenſi Magiſtratuum Rom. cenſebantur. Sic Decuria Lictoria Conſularis, & Decuria Viatoria Conſularis, quarum mentio fit in Theſauro Inſcript. Gruteri, & in lege 1. Cod. Theodoſ. de lucris offic. Erat Decuria in quam relati erant Lictores, & Viatores Conſulum: & apud Scholiaſtem Juvenalis in Sat. v. Decuria Quæſtoria ea eſt, in quam Scribæ Quæſtorii referebantur. Cave enim ne cum Caſaubono in Notis ad Suetonium in Octaviano, interpreteris de Decuria Equitum Rom. Sarmentus enim, quem Decuriam Quæſtoriam emiſſe ait ibi Scholiaſtes, Scriba erat teſte Horatio in Sat. v. Quo ſenſu Cicero 4. in Verrem ſub finem, Scribas irridet; qui Decuriam emerant nummulis corrogatis. Atque hæ Decuriæ Scribis partim ſorte attribuebantur. ut docet Cicero in 4. Catilinaria; partim Magiſtratuum gratiâ. ut Livius in lib. 4. ſcribit: *Scribam eum Quæſtor in Decuriam legerat*: partim etiam pretio eos comparabant, ut præter Ciceronem, & Scholiaſtem Juvenalis ſuprà citatos docet Suetonius in vita Horatii his verbis. *Victiſque partibus veniâ impetratâ, ſcriptum quæſtorium comparavit.* Scriptus enim eſt officium Scribæ: quo ſenſu ſcriptum facere dixit Piſo de Flacco quodam apud Agellium in lib. 6. & Livius in lib. 9. * De his Scribarum Decuriis Suetonius in Claudio cap. 1. * Similiter etiam Decuria Prætoria quædam fuit, cujus mentio in hac veteri Inſcriptione: *Viator. Honor. Dec. Coſſ. & Præt* Fuit & Decuria Julia, de qua vide Indicem Gruteri: & Herculea, & Laurentum, de quibus loquitur lex 46 Cod. Th. de curſu publico. *Diverſorum Officiorum veterani etiamſi per ſuffragium ad Curiarum honorarium patronatum, aut ad ſocietatem conſortiumque Laurentum, aut ad Decuriæ Herculeæ ſuffragium adſpiraſſe doceantur.* De Laurentum Decuria loquitur etiam hæc vetus Inſcriptio: *C. Firmio. C. F. Menen. Rufino equo. publ. Lauren. Lau. Dec. Flamin.* Id eſt, ut explicare ſoleo, Laurentinæ Lavinatis Decuriæ Flamini. Item altera Inſcriptio: *M. Valerius. Achilleus. lictor. proximus. Laurens.*

m Ruſticianus Sacerdotalis & Nicaſius enitebat AEdilis. Hæc autem eruptio ideo arceri non potuit, quòd ad legatorum preces negotiorum quoque militarium cura Præſidi delata Ruricio, mox tranſlata eſt ad Romanum, Et jam recens inflictæ cladis nuntius miſſus ad Gallias, excitavit acriùs Principem. Ideóque Tribunus & Notarius Palladius mittitur, ut & militi diſperſo per Africam præberet ſtipendium debitum, & geſta per Tripolim fide congrua ſcrutaretur. Inter tales tamen conſulendi moras exſpectandíque reſponſa, Auſturiani ſucceſſu gemino inſolentes, ut rapaces alites advolarunt irritamento ſanguinis atrocius efferatæ: cunctíſque, niſi quos fuga diſcriminibus eximeret, interemptis, prædas quas antehac reliquerant avexerunt, arboribus exſectis & vitibus. Tunc Mychon quidam nobilis opidanus & potens, captus in ſub-

Lavinas. De his Decuriis intelligendus eſt Suetonii locus in Octaviano cap. 57. *Veterani, Decuriæ, Tribus*: & Cornelii Taciti in lib. 13. ubi de libertinis loquitur: *Hinc plerumque Tribus, Decurias, Miniſteria Magiſtratibus & Sacerdotibus.* Poſtremò monendum id quoque eſt, has Decurias intelligi in lege 1. Cod. Th. de lucris offic: & in titulo libri 14. Cod. Th. de Decuriis urbis Romæ, quod maniſeſtè confirmat lex 1. ejus tituli, quâ jubetur, ut quicumque ad primos ordines Decuriarum vult promoveri, ſit litteratus ex Librariis, aut Cenſualibus. Qui in his Decuriis erant, dicebantur Decuriales, ut patet ex vetuſtis Inſcriptionibus. * Hi acta omnia & monumenta ſervabant, præcipuè ſententias judicum, contractus, adoptiones, & ſimilia. Unde Caſſiodorus in libri v. Epiſtola xxi. ſic ait: *Omnium hominum quies ac ſecuritas, & publica fides in eorum ſcriniis ſervabatur.* Præerat autem his omnibus rector Decuriarum: de cujus officio vide Caſſiodorum Epiſtola 21. & 22. libri citati. Editæ ſunt nuper Cl. Sarravii Epiſtolæ, inter quas legitur Epiſtola Salmaſii pag. 110. in qua totam hancce obſervationem noſtram de ſcripto Quæſtorio & Decuria Quæſtoria à Salmaſio compilatam lector agnoſcet. Scripſit enim eam Epiſtolam Salmaſius ſex annis poſt primam Editionem Adnotationum noſtrarum in Amm. Marcellinum. *Valeſ.*

l *Inter quos Ruſticianus Sacerdotalis, & Nicaſius en. AEdilis.*] Inter honores municipales, qui Decurionibus pro merito cujuſque deferri ſolebant, fuit AEdilitas, Sacerdotium, Flaminium, & Duumviratus, & ſimiles. De AEdilitate Tertullianus in Apologetico cap. 46. & Geſta purgationis Cæciliani & Felicis: hi à Græcis ἀστυνόμοι dicebantur, ut apud Arrianum in lib. 3. Diſſert. cap. 1. τοιοῦτόν σε δῶμεν πολίτην Κορινθίων, κἂν οὕτω τύχοι ἀστυνόμον, ἢ ἐφήβαρχον, ἢ στρατηγὸν, &c. De Sacerdotio autem ac Flaminio paſſim loquuntur Impp. in Cod. Th. tit. de Decurionibus, nominatim in lege 21. ubi Sacerdotii honos à Flaminii honore diſtinguitur, perinde ac apud Sidonium in lib 5. Epiſt. 7. & rectè. Nam Sacerdotes provinciarum ſunt; municipiorum Flamines. Tertullianus de Idololatria: *Et coronæ aureæ Sacerdotum provincialium.* Et paſſim in titulo Codicis Th. de Decurionibus, Sacerdotes provinciæ dicuntur. Pacatus in Panegyrico: *Reverendos municipali purpura Flamines; inſignes apicibus Sacerdotes.* Ac Sacerdotium quidem ἀρχιερωσύνη Græcè dicebatur lege 112. eodem; Flaminium autem ἱερωσύνη. Et Sacerdos quidem in civitate metropolitana ſedebat; ut Sacerdos Jovis Opt. Max. Carthagine, ſicut eſt in Geſtis purgationis Felicis Epiſcopi: & Sacerdos provinciæ Tripoleos Lepti, teſte hîc Marcellino. At Flamines in municipiis erant, ut dixi. * Denique Sacerdotes jus habebant in reliquos Flamines totius provinciæ, eoſque eligere ſolebant: ut docet Eunapius in Maximo, ubi de Chryſanthio loquitur. Adimendi quoque eis Flaminii habebant poteſtatem: ſicuti indicat Julianus Aug. in Epiſtola ad Arſacium Sacerdotem Galatiæ, quam refert Sozomenus in lib. v. capite xvi. * Cæterùm Sacerdotalis hîc, & in Codice, is eſt qui Sacerdotio functus eſt; quemadmodum Duumviralis, qui Duumviratum geſſit, in lege 1. Digeſtis de albo ſcribendo, & in Apuleii Apologia, & in Cod. Th. paſſim: ſic Præſidalis, Proconſularis & ſimilia. *Idem.*

m *Ruſticianus Sacerdotalis*] Sacerdotalium munus uti & Curialium, quorum velut portio quædam erat, oneroſum valde fuit, quemadmodum ex plurimis retro Imperatorum Conſtitutionibus patet. Inſcriptio vetus: D. M. TI. CL. HONORATIANI CASTRENSIS MORINI SACERDOTALIS. Et bene in Actis martyrii Tharacii, Probi & Andronici: *Numerius Maximus Proconſul Ciliciæ advocans Terentianum Sacerdotalem Ciliciæ, juſſit ei ſequenti die munera edenda curare.* Et poſt alia: *Maximus Proconſul indignans vocat ad ſe Terentianum Sacerdotalem Ciliciæ, jubetque edi gladiatorium munus.* * Qui locus præclarè lucem dat Tertulliano de Spectac. cap. xi. *Quid ergo mirum, ſi apparatus agonum idololatria conſpurcat de coronis profanis, de Sacerdotalibus Præſidibus, de collegiariis miniſtris, de ipſo poſtremo boum ſanguine.* Jam enim cur Sacerdotales Præſides ludis adhibiti; ex Actis ſcimus. Eoque alius Tertull. locus pertinet ex eodem lib. de Spectacul. cap. ultimo in fine. * Vide Cod. Theodoſ. L. 22. de Tironibus. LL. 46. 75. 145. 148. 166. 174. 176. de Decurionibus. L. 2. Quemadmodum mun. civil. L L. 52. 54. de Hæretic. L. 20. de pagan.

urbano, lapſúſque antequam vinciretur, quia pedibus æger evadere penitus vetabatur, in puteum aquis vacuum ſeſe conjecit: unde coſtâ diffractâ levatus à barbaris, ductúſque prope portas, conjugis miſeratione redemptus eſt, & ad pinnas muri fune ſublatus, poſt biduum interiit. Unde elati in pertinaciam ſæviſſimi graſſatores ipſa pulſavere mœnia Leptitana, funeſtis plangoribus reſonantia feminarum, quas numquam antea hoſtiliter clauſas pavor exanimabat inſolitus: obſeſſáque urbe per octo continuos dies, cùm quidam oppugnatores ſine ullo vulnerarentur effectu, redierunt ad propria triſtiores. Ob quæ ſuper ſalute dubii cives, ultimáque tentantes, profectis antè legatis nondum reverſis, Jovinum mittunt atque Pancratium, quæ viderint; quæ ipſi perpeſſi ſint, Imperatorem fida relatione docturos: qui Severum apud Carthaginem inventum & Flaccianum ſuperiores illos legatos, percontando quid egerint, cognoverunt eos audiri à Vicario juſſos & Comite. E quibus Severus ilico periit vexatus acerbitate morborum: nihilominus tamen properarunt ad Comitatum magnis itineribus antedicti. Ingreſſo poſt hæc Palladio Africam, Romanus quas ob res venerat ante [1] præſtructus, ut ſecuritatem ſuam in tuto locaret, numerorum Principiis per quoſdam ſecretorum mandaverat conſcios, ut ei tamquam potenti & Palatii Summatibus proximo, ſtipendii quod pertulerat præſtarent maximam partem: & ita eſt factum. Confeſtímque ille ditatus perrexit ad Leptim: utque ad veritatis perveniret indaginem, Erechthium & Ariſtomenem facundos municipes & inſignes, liberè ſuas civiúmque & finitimorum retexentes ærumnas, ad loca vaſtata ſecum eduxit. Quibus apertè cuncta monſtrantibus, luctuoſis provinciæ cineribus viſis revertit: Romanúmque ut deſidem increpans, relaturum ſe cuncta veriſſimé quæ viderat minabatur ad Principem. Atque ille ira percitus & dolore, ſe quoque mox referre firmavit, quòd [n] miſſus ut Notarius incorruptus, donativum militis omne in quæſtus averterit proprios. Quâ gratiâ [o] flagitiorum arbitrâ conſcientiâ, cum Romano deinde Palladius concordabat: reverſúſque ad Comitatum, arte

1 *Al.* præſtructurus.

---

factif. L. 1. de Spectacul. *Lindenbr.*

n *Miſſus ut Notarius incorruptus donativum*, &c.] Notarii ferè ab Imperatoribus eligebantur, qui donativum militibus erogandum perferrent. Sic Marcellinus Comes in Chronico, Patricio & Hypatio Coſſ. *Anaſtaſius*, ait, *Imperator donativum Illyricianis militibus per Paulum Tribunum Notariorum erogandum miſit.* Valeſ.

o *Flagitiorum arbitra conſcientia.*] Id eſt flagitiorum conſcientia velut arbitra Palladium cum Romano conciliavit. Sic Tacitus in lib. 6. dixit: *Cur mutua accuſatione intentata nunc ſileant? metum prorſus & noxam conſcientiæ pro fœdere haberi.* Idem in lib. 4. Annalium: *Iidemque ſermones, tamquam vetita miſcuiſſent, ſpeciem artæ amicitiæ fecêre*: & in eamdem ſententiam appoſitè Juvenalis in Satyra 3.

Quis nunc diligitur niſi conſcius, & cui fervens
Æſtuat occultis animus ſempérque tacendis?

Et paullo pòſt:

Carus erit Verri, qui Verrem tempore quo vult
Accuſare poteſt.

* Quibus adde Chryſoſtomum Homiliâ 59. in Matthæum ſub finem, ubi de malis rectoribus loquitur: τὰς συνειδότας αὐτοῖς ἅπαντας τρέμοντες: & in Homilia 21. in Epiſtolam Pauli ad Romanos pag. 301. Auguſtinus in Pſalmum 36. Homiliâ 2. *Duo*, inquit, *injuſti vix ſe patiuntur: & quando ſibi videntur diligere, conſcientiam ſibi debent, non amicitiam.* * Idem.

mendaciorum impiâ Valentinianum fefellerat, Tripolitanos fruſtra queri commemorans. Ideóque rurſus ad Africam cum Jovino poſtremo omnium legatorum remittitur, (Pancrarius enim deceſſerat apud Treveros) ut cum Vicario ipſe merita legationis quoque ſecundæ ſpectaret: præter hæc linguas Erechthii & Ariſtomenis præcidi juſſerat Imperator, quos invidioſa quædam locutos idem Palladius intimârat. Secutus ut ſtatutum eſt Vicarium Notarius venit ad Tripolim. Hócque comperto Romanus [p] Domeſticum ſuum illuc [2] volucriter miſit, & Cæcilium Conſiliarium in ea provincia genitum: per quos, incertum pretiis an fallaciis, circumventi municipes omnes gravabant Jovinum, deſtinatiùs aſſerentes nihil eorum mandaſſe quæ docuerat Principem: eouſque iniquitate graſſante, ut ipſe quoque Jovinus ad ſalutis ſuæ diſcrimen conſiteretur, ſe Imperatori mentitum. Quibus per Palladium regreſſum cognitis, Valentinianus ad acerbitatem proclivior Jovinum quidem ut auctorem; [3] Cæleſtinum verò Concordiúmque & Lucium, ut falſi conſcios & participes, puniri ſupplicio capitali præcepit: [q] Ruricium autem Præſidem ut mendacem morte multari: hoc quoque accedente, quòd in relatione ejus verba quædam (ut viſum eſt) immodica legebantur. Ac Ruricius quidem apud Sitifim cæſus: reliqui apud Uticam ſententiâ [r] Vicarii Creſcentis addicti. Flaccianus tamen ante legatorum interitum, cùm à Vicario audiretur & Comite, conſtanter ſaluti ſuæ propugnans, acclamationibus iratorum militum impetúque cum conviciis pæne confoſſus eſt: objicientium ideo Tripolitanos non potuiſſe defendi, quòd ipſi ad expeditionales uſus præbere neceſſaria detrectarunt. Et ob hæc truſus in carcerem, dum conſultus ſuper eo quid conveniret agi decerneret Imperator, ſollicitatis ut dabatur opinari cuſtodibus, in urbem Romam abierat profugus: ibíque delitеſcens, fatali legi deceſſit. Hoc memorando fine externis domeſticíſque cladibus vexata conticuit Tripolis non indefenſa: quia vigilavit Juſtitiæ oculus ſempiternus, [4] ultimæque legatorum & Præſidis diræ. Diu enim poſtea hujuſmodi caſus emerſit. Solutus ſacramento Palladius, deſtitutúſque faſtu quo tumebat, diſceſſit ad otium. Et cùm Theodoſius ductor exercituum ille magnificus, oppreſſurus Firmum pernicioſa cœptantem, veniſſet in Africam, & præſcripti Romani rem mobilem ut juſſum eſt ſcrutaretur: inter chartas ejus inventa eſt Meterii cujuſdam e-

2 *Al.* velociter. 3 *Steph.* Cæleſtinum. 4 *Mſ.* ulrimæque.

p *Domeſticum ſuum illuc volucriter miſit*] Ita Mſ. ut lib. 20. cap. 4. *Occupavere volucriter regiam.* Lib. XXI. cap. 9. *Volucriter ad deſtinata feſtinans.* Lib. XXIX. cap 1. *Maligna inſectatione volucriter perurgebat.* Lindenbr.

q *Ruricium Præſidem, ut mendacem.*] Ruricius Præſes erat Tripoleos ſeu Tripolitanæ provinciæ. Is ſuper vaſtatione provinciæ, & incurſu barbarorum relationem ad Principem miſerat cum decretis & deſideriis Concilii Tripolitanorum. *Valeſ.*

r *Vicarii Creſcentis.*] Creſcens Vicarius Africæ fuit, Gratiano II. & Probo Coſſ. ut diſcimus ex lege 17. Cod. Th. de annona & tributis: qui fuit annus Natalis Dominici 371. Hoc itaque vel ſequenti anno geſtum id eſt, quod memorat Marcellinus. *Idem.*

piſtola,

piſtola, id continens: *Domino patrono Romano Meterius*; & in fine poſt multa nihil ad rem pertinentia: *Salutat te Palladius projecticius: qui non aliam ob cauſam dicit ſe eſſe projectum, niſi quod in cauſa Tripolitanorum* [ſ] *apud aures ſacras mentitus eſt.* His litteris ad Comitatum miſſis & lectis, Valentiniani juſſu Meterius raptus ſuam eſſe confitetur epiſtolam: ideóque Palladius exhiberi præceptus, cogitans quas criminum coxerit moles, [t] in ſtatione primis tenebris obſervatâ cuſtodum abſentiâ, [v] qui [x] feſto die Chriſtiani ritûs [5] in Eccleſia pernoctabant, innodato gutture laquei nexibus interiit. Hoc fortunæ ſecundioris judicio plenè comperto, deletóque triſtium concitore turbarum, exſiluerunt Erechthius & Ariſtomenes è latebris, qui cùm ſibi juſſas abſcidi linguas didiciſſent ut prodigas, ad longè remota declinarunt & abdita: doctóque ſuper nefanda fraude Gratiano Imperatore fidentiùs, (Valentinianus enim obierat) [y] ad Heſperium Proconſulem [z] & Flavianum Vicarium audien-

5 *Mſ.* in eccleſiam.

ſ *Apud aures ſacras.*] Aures ſacras, & divinas aures Principibus tribuebant illo tempore: & ita loquitur, ut ceteros mittam, Symmachus in lib. x. Epiſt. 34. Eumenius in Orat. de ſcholis, & Imp. in lege 9. Cod. Th. de legatis. *Valeſ.*

t *In ſtatione.*] Id eſt in manſione quadam militari, aut in mutatione. Stationem enim ſic à Marcellino ſumi ſolere ſuprà notavi: ſed ſi hîc ita ſumitur ſtatio, cur ſtationis ſeu opidi nomen prætermiſit Marcellinus? *Idem.*

v *Feſto die Chriſt. ritus in Eccleſia pernoctabant.*] Mos erat veterum Chriſtianorum, ut quo die Synaxis erat futura, de nocte in Eccleſiam convenirent, & orationi vacarent. Athanaſius in Apologia ad Conſtantium: καὶ ἡμεῖς μὲν ηὐχόμεθα συνήθως, ἐπειδὴ παννυχὶς ἦν ἐσομένης συνάξεως. Et multo pòſt: νὺξ ἦν, καὶ τοῦ λαοῦ τινὲς ἐπαννύχιζον προσδοκωμένης συνάξεως. Idem.

x *Feſto die Chriſtiani ritus in Eccleſia pernoctabant.*] * Pervigilia baptizandorum apud Tertull. de Baptiſmo cap. 20. De Pernoctatione in Eccleſiis Athanaſius in Apologetico pag. 538. * Antiquiſſimum atque præcipuum Chriſtianorum pervigilium fuit, quod in Paſchali feſto celebrabant, ipſorum Apoſtolorum ſcitu inſtitutum, ut autumant, qui Clementis Rom. fidem non futcillant. Sic enim ille Conſtitut. Apoſtol. lib. v. cap. 20. Ἀπὸ ἑσπέρας πέμπτης μέχρις ἀλεκτοροφωνίας ἀγρυπνοῦντες, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν ἐκκλησίᾳ συναθροιζόμενοι γρηγορεῖτε προσευχόμενοι, καὶ δεόμενοι τοῦ θεοῦ ἐν τῇ διανυκτερεύσει ὑμῶν ἀναγινώσκοντες τὸν νόμον, τοὺς προφήτας, τοὺς ψαλμοὺς, μέχρις ἀλεκτρυόνων κραυγῆς. Verúſne an ſuppoſiticius hic Clemens, non diſputo: certum equidem primogeniorum Chriſtianorum hunc morem fuiſſe. Et Gregor. Nyſſ. his planè ſimilia ſcribit εἰς τὸ ἅγιον πάσχα: Τὸ μὲν γὰρ ὁρώμενον τοῖς ὀφθαλμοῖς, φῶς ἦν τῇ τοῦ πυρὸς νεφέλῃ διὰ τῶν λαμπάδων ἡμῖν ἐν τῇ νυκτὶ δᾳδουχούμενον· ὁ δὲ παννύχιος ταῖς ἀκοαῖς προσηχῶν λόγος, ἐν ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς. * Maximus Epiſc. Taurinenſ. Homilia 1. in nativitate Pentecoſtes: -- *Sicut modo fecimus*, (in ſollemnitate Paſchali) *jejunavimus ſabbatho, vigilias celebravimus, orationibus pernoctantes inſtitimus.* * Vid. Lactant. lib. 7. cap. 19. Acceſſere poſtea aliorum quoque ſollemnium vigiliæ, quas magno cum caſtu religioſiores peragebant, donec à vero cultu ad ſuperſtitionem ſanctitas paullatim prolapſa eſt: ſolumque nunc id nocte, qua Dominus noſter Chriſtus natus, ex decreto Teleſphori PP. & quibuſdam in locis in honorem Johannis Baptiſtæ, pervigilium in Romana Eccleſia frequentatur. * Auſonius in Orat. Paſchali:

Ut longum celebris devotio continuetur,
Ad temet properant vigilatu convenientes.
Nox lucem referet funalibus anteferendam,
Nox lumen pariens credentibus indubitatum,
Nox flammis operum mediatrix ſidereorum.

Ado Viennenſ. pag. 162. *Deſperatione depoſita reditur ad Eccleſiam, in eaque vigiliarum nocte ſancti Paſchæ concepit animo Rogationes.* Euſeb. Hiſtor. Eccleſ. lib. 2. cap. 17. interprete Rufino: *Vigilias, ſicut apud nos ſollemnitas celebratur, cùm in jejuniis pernoctare, & lectionibus ſanctis auditum præbere conſuevimus.* Alcimus Avitus Epiſc. Viennenſ. de prima feſti Rogationum inſtitutione pag. 339. *Tracta ſunt hæc inter timores publicos & rumores privatos uſque ad imminentem vigiliarum ſollemnium noctem, qua celebrari feſtum Dominicæ Reſurrectionis annua conſuetudo poſcebat.* Tertull. lib. 2. cap. 4. ad Uxorem *Quis* (gentilium uxorem ſuam Chriſtianam) *nocturnis convocationibus, ſi ita oportuerit, à latere ſuo eximi libenter feret? Quis denique ſollemnibus Paſchæ abnoctantem ſecurus ſuſtinebit?* Vide quæ ad hunc locum Pamelius. * *Lindenbr.*

y *Ad Heſperium Proconſulem.*] Heſperius Proconſul Africæ fuit, Valente V. & Valentiniano Juniore Coſſ. ut ſcriptum eſt in lege 3. Cod. Th. de Scenicis, qui annus fuit Natalis Dominici 376. Idem poſtea Præfectus Prætorio Galliarum fuit, unà cum patre ſuo Auſonio, Conſulatu Auſonii ipſius & Olybrii, ut eſt in Codice Theodoſiano. Quod confirmat etiam Auſonius in Gra-

Ffff

di ſunt miſſi: quorum æquitas [a] auctoritate [6] nixa juſtiſſimâ, torto Cæcilio, aperta confeſſione cognovit, ipſum ſuaſiſſe civibus, gravarent mentiendo legatos. Hæc acta ſecuta eſt relatio, geſtorum pandens pleniſſimam fidem; ad quam nihil reſponſum eſt. Et ne quid cothurni terribilis fabulæ relinquerent intentatum, hoc quoque poſt depoſitum acceſſit aulæum. Romanus ad Comitatum profectus ſecum Cæcilium duxit, cognitores accuſaturum ut inclinatos in provinciæ partem: íſque Merobaudis favore ſuſceptus, neceſſarios ſibi plures petierat exhiberi. Qui cùm Mediolanum veniſſent, fruſtrâque ſe tractos [b] obſimulatis documentis probabilibus oſtendiſſent, abſoluti redierunt ad lares. Valentiniano tamen ſuperſtite, poſt ſuperiora quæ narravimus, Remigius quoque digreſſus ad otium, laqueo vitam eliſit, ut congruo docebimus loco.

6 *Mſ.* mixta.

---

tiarum actione ad Gratianum, quam dixit tum, cùm è Conſulatu decederet: *Ad Præfecturæ collegium filius cum patre conjunctus* Et paullo pòſt: *Et tui tantùm Præfecturæ beneficii, quæ & ipſa non vult vice ſimplici gratulari, liberaliùs diviſa quàm juncta, cùm teneamus ambo integrum, neuter deſideret ſeparatum.* Itaque tunc primùm videntur duo ſimul fuiſſe Præfecti Præt. per Gallias. Ad hunc Heſperium exſtant Epiſtolæ Symmachi in lib. 1. *Valeſ.*

2 *Et Flavianum Vicarium.*] Flavianus Vicarius Africæ memoratur in lege 2. Cod. Th. ne ſanctum Baptiſma iteretur, Gratiano IV. & Merobaude Coſſ. anno Chriſti 377. Idem poſtea Præfectus Prætorio Illyrici & Italiæ Antonio & Syagrio Coſſ. lege 13. Cod. Theod. de pœnis, anno Dom. 382. & iterum anno 391. Conſulatu Tatiani & Symmachi Præfecturam adminiſtravit, ut præter leges in Cod. Th. de Apoſtatis, docet Symmachus in lib. 2. Epiſt. 61. Anno item ſequenti cum Eugenius tyrannidem arripuiſſet, auctoritate ſua Flavianus adhuc Præfectus Præt. eum impulit, ut ſe ad bellum pararet, * extis victoriam ei portendi * affirmans, ut ſcribit * Rufinus in libro XI. cap. 33.* & ex eo Sozomenus in lib. VII. cap. 22. Denique Conſul fuit teſte Symmacho in lib. 2. Epiſt. 82. & 83. ab Eugenio ut opinor factus: quo fit, ut nomen ejus in Faſtis non compareat. Huic Romæ ſtatua poſita eſt cum hac Inſcriptione: VIRIO NICOMACHO FLAVIANO V. C. QUAEST. PRAET. PONTIF. MAJORI CONSULARI SICILIAE VICARIO AFRICAE. QUAEST. INTRA PALATIUM. PRAEF. PRAET. ITERUM COS. ORD. HISTORICO DISERTISSIMO Q. FAB. MEMMIUS SYMMACHUS V. C. PROSOCERO OPTIMO. * Ejuſdem Flaviani Præf. Præt. meminit Paulinus in Vita Ambroſii. * *Idem.*

a *Auctoritate nixa juſtiſſima.*] Auctoritas hìc pro imperiali præcepto ponitur, ut apud Symmachum, Sulpicium Severum, Ambroſium Epiſt. 29. & alios. Interdum etiam pro judicum decretis & juſſionibus ſumitur, ut in Edicto Theodorici, & in veteri Inſcriptione: *Ex auctoritate L. Turci. Aproniani. V. C. Præf. Urbis, &c.* Mſſ. tamen codices hoc in loco ſcriptum habent, *auctoritate mixta juſtiſſima.* Sic enim in Regio & Valentino exemplari [& Colb.] perſcriptum reperi: quibus Auguguſtana ac Baſilienſis Editio ſuffragantur. *Idem.*

b *Obſimulatis documentis probabilib.*] Hic locus mihi quidem corruptus videtur. Si enim hæc documenta probabilia erant, quomodo ſimulata dicuntur? niſi fortè *obſimulata* idem valet atque *oppoſita*: quod certè aut omnino dicendum eſt, aut emendandum hoc modo: *Fruſtráque ſe tractos ob ſimultates documentis probabilibus oſtendiſſent.* Idem.

Explicit Liber XXVIII.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XXIX

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XXIX continentur.

CAPUT I. *Theodorus Notarius Imperium affectat, & apud Valentem Antiochiæ accuſatus Majeſtatis, convictúſque cum plurimis criminis conſciis interficitur.*

C. II. *Multi in Oriente veneficiorum & aliorum criminum rei delati, damnatique, pars jure, pars injuriâ jugulantur.*

C. III. *In Occidentis tractibus varia Valentiniani Aug. ſævitiæ & efferatæ crudelitatis exempla.*

C. IV. *Valentinianus A. Rhenum navali ponte tranſgreſſus, culpâ militis Macrianum Alamannorum Regem incautum capere non potuit.*

C. V. *Theodoſius, Magiſter equitum per Gallias, Firmum Maurum Nubelis Reguli filium, qui à Valentiniano deſciverat, multis prœliis atterit, ac demum eo ad voluntariam mortem compulſo, pacem Africæ reddit.*

C. VI. *Quadi, nefaria Gabinii Regis ſui cæde incitati, Pannonias & Valeriam igni & ferro cum Sarmatis vaſtant, & legiones duas pæne totas delent. De Claudii Præfectura Urbana.*

CAPUT I. EXACTA hieme Rex Perſarum gentis Sapor pugnarum fiduciâ priſtinarum immaniter arrogans, ſuppleto numero ſuorum abundéque firmato, erupturos in noſtra cataphractos & ſagittarios & conductam miſit plebem. Contra has copias Trajanus Comes & Vadomarius ex Rege Alamannorum cum agminibus perrexere pervalidis, hoc obſervare Principis juſſu appoſiti, ut arcerent potiùs quàm laceſſerent Perſas. Qui cùm veniſſent Vagabanta legionibus habilem locum, rapidos turmarum procurſus hoſtilium in ſe ruentium acriter exceperunt inviti: operáque conſultâ retroce-

dentes, ne ferro violarent adverſorum quemquam primi, & judicarentur diſciſſi fœderis rei, ultima trudente neceſſitate congreſſi ſunt: confoſſiſque multis diſceſſere victores. Inter moras tamen utrimqueſecus tentatis aliquotiens levibus prœliis, varióque finitis eventu, pactis indutiis ex conſenſu æſtatéque conſumpta, partium diſceſſere ductores etiamtum diſcordes. Et Rex quidem Parthus hiemem Cteſiphonte acturus, rediit ad ſedes: & [a] Antiochiam Imperator Romanus ingreſſus. Qui dum ibi moratur ſecurus interim hoſtium externorum, inteſtinis pæne perierat fraudibus, ut aperiet ſeries [1] delata geſtorum. Procopius quidam, inquies homo, turbarum cupiditati ſemper addictus, Anatolium detulerat & Spûdaſium Palatinos, exigi quæ de ærario intercepetant juſſos, inſidiari [b] Comiti Fortunatiano, moleſto illi flagitatori. [c] Qui animi aſperitate confeſtim ad inſanum percitus modum, pro poteſtatis auctoritate quam regebat, Palladium quemdam obſcuriſſimè natum, ut veneficum à memoratis conductum, & [d] Heliodorum fatorum per genituras interpretem, adigendos prodere quæ ſcirent, [e] Prætorianæ judicio tradidit Præfecturæ. Cúmque ad facti vel tentati quæſtionem acriùs veniretur, [2] exclamabat Palladius confidenter levia eſſe hæc de quibus agitur & prætereunda: alia ſe, ſi licuerit dicere, monſtraturum metuenda & potiora, quæ ingenti molimine

1 *Mſ.* delata. 2 *Al.* exclamat.

a *Antiochiam Imp. Rom. ingreſſus.*] Valens Imperator Antiochiam ingreſſus eſt, Gratiano II. & Probo Coſſ. ut colligo ex lege 74. & 76. Cod. Th. de Decurionibus. Quod etiam teſtimonio Libanii confirmari poteſt: qui in Vita ſua ſe quinquagenarium fuiſſe Joviano adhuc imperante teſtatus pag. 46. poſtea pag. 48. annum ætatis octavum & quinquageſimum egiſſe ſe dicit, tunc cùm Valens Aug. Antiochiam venit. Cùm igitur ab exitu Joviani ad Conſulatum Gratiani II. anni ſint octo, relinquitur Valentem eo quem dixi anno Antiochiam introiſſe. Adde Socratem in lib. 4. cap. 13. *Valeſ.*

b *Comiti Fortunatiano,*] Comitem rerum Privatarum intellige, ſub cujus jurisdictione erant Palatini, qui rei Privatæ titulos exigebant. Fortunatianus enim Comes rei Privatæ dicitur Valentiniano Nobil. puero, & Victore Coſſ. in Codice Th. de metallis, & titulo de aquæductu: quam dignitatem etiam inſequenti geſſit anno, ut docet ſubſcriptio legis 2. Cod. Th. de tironibus. De eodem Zoſimus in lib. 4. ubi hanc hiſtoriam narrat: *φορτουνατιανὸς τῇ τῶν βασιλικῶν ἰδιωτικῶν ταμιείων φροντίδι, γοητείας γε[illegible] ὑπέβαλεν αἰκισμοῖς.* * Fuit porrò inter præcipuos amicos Libanii, cúmque Libanius virum doctiſſimum fuiſſe teſtatur, & tam proſâ quàm verſu diſertiſſimum: ut docet Epiſtola 262. libri 4. & 25. libri 5. * *Idem.*

c *Qui a nimia aſperitate.*] In codice Regio [& Colb.] ſcribitur, *qui animi aſperitate*; quam ſcripturam in Auguſtana etiam Editione reperi. *Idem.*

d *Heliodorum fatorum per genituras interpretem.*] Eumdem infra Mathematicum appellat. Hi etiam Genethliaci dicebantur, ut in lib. 14. cap. 1. Agellii legitur; Græcis *γενεθλιαλόγοι*, & *γενεσιαλόγοι*. Sic enim Artemidorus in lib. 2. cap. 74. *περὶ τῶν μαθηματικῶν τῶν γενεσιαλόγων*: & Origenes contra Celſum, ni fallor. Unde in capite 60. Concilii in Trullo pro *τὴν τύχην καὶ εἱμαρμένην καὶ γενεαλογίαν*, ſcribendum videtur *γενεσιαλογίαν*. Cicero, Vitruvius, & plerique antiquiorum Chaldæos vocabant, eo quòd hæc prædictionum ratio a Chaldæis primum inventa ſit. Quamquam alii AEgyptios auctores faciunt, ut Arnobius in lib. 2. *Quando ſiderum motus, aut ratio cœpta eſt Genethliaca ſciri? non poſt Theutatem AEgyptium, &c.* cui opinioni favere videtur Marcellinus noſter in fine lib. 22. quum ait de AEgyptiis: *Super his ſcientiam callent quæ fatorum vias oſtendit.* De iiſdem Genethliacis ſentit etiam in lib. 30. cap. IV. *Hi velut fata natalicia præmonſtrantes, &c.* Contra hujus ſcientiæ vanitatem diſputat Favorinus apud Agellium in lib 14 & Cicero in 2. de Divin. cujus hæc verba ſunt inprimis notanda: *Quàm multa ego Pompeio, quàm multa Craſſo, quàm multa huic ipſi Cæſari à Chaldæis dicta memini, neminem eorum niſi domi, niſi cum claritate eſſe moriturum? ut mihi permirum videatur, quemquàm exſtare qui etiamnum credat iis, quorum prædicta videat re & eventis refelli.* Idem.

e *Prætor. judicio tradidit Præfecturæ,*] Modeſti ſcilicet Præfecti Prætorio. Nam ut ſcribit Zoſimus in 4. cùm Palatini illi, veneficii accuſati, à Fortunatiano tormentis ſubditi, multos conſcios nominaſſent: res cognitioni Modeſti præf. mandata eſt, eo quòd perſonæ exhibendæ erant, jurisdictioni Comitis Privatarum haudquaquam obnoxiæ. *Idem.*

jam præſtructa, niſi proſpectum fuerit, univerſa confundent. Juſſúſque docere fidenter quæ norat, rudentem explicuit immenſum: adfirmans [f] Fiduſtium Præſidialem, & cum Irenæo Pergamium nomen imperaturi poſt Valentem deteſtandis præſagiis didiciſſe ſecretim. Et correptus Fiduſtius ilico, (namque aderat fortè) occultéque inductus, viſo indice, nulla infitiatione obumbrare jam publicata conatus, rei totius calamitoſum aperit textum: abſolutè confeſſus ſe cum Hilario & Patricio vaticinandi peritis, quorum Hilarius militaverat in palatio, de imperio conſuluiſſe futuro: motáſque ſecretis artibus ſortes & nuncupationem Principis optimi, & ipſis conſultoribus luctuoſos exitus prædixiſſe. Atque cunctantibus quiſnam ea tempeſtate omnibus vigore animi antiſtaret, viſus eſt aliis excellere Theodorus, ſecundum inter Notarios adeptus jam gradum. Et erat revera ita ut opinati ſunt. Namque [g] antiquitus claro genere in Galliis natus, & liberaliter educatus à primis pueritiæ rudimentis, modeſtiá, prudentiâ, humanitate, gratiâ, litteris ornatiſſimus, [h] ſemper officio locóque quem retinebat ſuperior videbatur, altis humilibúſque juxtà acceptus. Solúſque pæne omnium erat, cujus linguam non infrenem ſed diſpicientem quæ loqueretur, nullius claudebat periculi metus. His addebat idem Fiduſtius, excarnificatus jam ad interitum, omnia quæ prædixit, ſe indicante Theodorum [i] per Eucærium didiciſſe, virum præſtabili ſcientiâ litterarum, abundéque honoratum: Aſiam quippe paullo antè rexerat pro Præfectis. Quo in cuſtodia condito, geſtorúmque volumine Imperatori recitato de more, prodigioſa feritas in modum ardentiſſimæ facis fuſiùs vagabatur, elata

f. *Fiduſtium Præſidialem.*] Id eſt Præſidatu functum, ut ad lib. 22. notavi. Hujus autem Fiduſtii meminit Libanius in vita ſua p. 56. εὗρον ἕτερον λόχον, Φιδούστιόν τι καὶ οὓς ἐκεῖνος ἐπανέστησε τῷ σκήπτρῳ, &c. Irenæum quoque & Pergamium ejus factionis conſcios ibidem Libanius commemorat: quos cùm interrogaſſet Valens num & Libanius particeps foret, illi ignarum & inſontem eſſe Libanium confeſſi ſunt, tametſi Pergamius Libanio eſſet infenſus. * De hoc eodem Pergamio loquitur in Epiſtola 101. ad Ariſtophanem Corinthium in libro 4. Epiſt. * *Valeſ.*

g *Antiquitus claro genere in Galliis natus.*] Elogium Theodori habes etiam apud Chryſoſtomum in Epiſtola ad juniorem viduam. Sed eum in Sicilia natum eſſe Chryſoſtomus affirmat his verbis. quæ quoniam adhuc à nemine obſervata ſunt, hîc præteriri non debent. Θεόδωρον ἴσως ἀκούεις τὸν ἀπὸ Σικελίας· καὶ γὰρ τῶν σφόδρα ἐπισήμων ἐτύγχανεν ὤν. οὗτος καὶ κάλλει καὶ μεγέθει σώματος καὶ παῤῥησίᾳ τῇ πρὸς τὸν βασιλέα πάντων κρατῶν, καὶ δυνάμενος ὅσα τῶν ἔνδον στρεφομένων οὐδείς, οὐκ ἤνεγκε τὴν εὐπραγίαν πράως ἐκείνην· ἀλλ' ἐπιβουλεύσας βασιλεῖ καὶ ἄλλους, αὐτὸς μὲν ἀπετμήθη, ἡ δὲ τούτου γυνὴ πάντων ἄρτι γυμνωθεῖσα τῶν αὐτῆς, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐκπεσοῦσα, ταῖς ταμιακαῖς ἐρίθοις ἐγκατελέγετο. *Theodorum fortè audiſti illum è Sicilia oriundum: fuit enim vir in primis illuſtris. Hic cùm & formæ dignitate, & proceritate corporis, & erga Principem ipſum libertate omnes ſuperaret, tantumque poſſet quantum in palatio nemo, felicitatem ſuam moderate non tulit: ſed inſidias Principi ſtruens cùm deprehenſus eſſet, ipſe quidem pœnas capite dedit: uxor autem ipſius ſubitò bonis omnibus & ipſa quoque libertate ſpoliata, inter cellarias ancillas relata eſt.* Igitur Theodorus natus quidem erat in Sicilia: ſed ejus origo erat ex Gallia teſte Marcellino. Et ſic conciliandus eſt cum Marcellino Chryſoſtomus. Eadem ratione originem à patria ſeparari videas paſſim in Hiſtoria Auguſtorum. Nec aliter conciliare ſoleo Aurelium Victorem cum Victoris Epitome: ex quibus alter Nervam Cretenſem vocat, altera Narnienſem. Nulla enim eſt diſſenſio, ſi intelligamus Nervam Narniæ quidem genitum, origine autem Cretenſem fuiſſe. *Idem.*

h *Semper officio, locoque quem ret. ſuperior videbatur*] Eodem planè modo Valentinianum laudat Socrates in principio libri 4. ἦν δὲ καὶ μεγαλόψυχος ὁ ἀνήρ, καὶ ἀεὶ τῆς παρούσης τύχης μείζων ἐφαίνετο· * & Gregorius Naz. de Cæſario fratre loquens in Orat. 10. pag. 166. * *Idem.*

i *Per Euſerium.*] Scribendum puto *Eucærium*, quod nomen originem Græcam habet εὐκαίριος: ſic *Eucærus* quidam Alexandrinus memoratur à Tacito in lib. 14. *Idem.*

turpi adulatione multorum, maximéque [k] Præfecti Prætorio tunc Modeſti. Qui dum formidine ſucceſſoris agitaretur in dies, obumbratis blanditiarum 3 concinnitatibus cavillando Valentem ſubruſticum hominem ſibi variè commulcebat, horridula ejus verba & rudia floſculos Tullianos appellans, & ad extollendam ejus vanitiem ſidera quoque, ſi juſſiſſet, exhiberi poſſe promittens. Igitur & Theodorus à Conſtantinopoli, quam ex negotio familiari petierat, rapi celeri jubetur effectu: & dum ille reducitur, ex præjudiciis variis quæ diebus exercebantur & noctibus, plures à disjunctiſſimis regionibus trahebantur, dignitatibus & nobilitate conſpicui. Cúmque nec carceres publici jam diſtenti incluſorum jam catervas, nec privata domicilia ſuſtinerent conſtipatione vaporata confertas: quoniam vinculis maxima pars eorum attinebatur, & ſuam & proximi cujuſque vicem omnes horrebant. Advenit aliquando tamen ipſe quoque Theodorus, præmortuus & atratus: quo in devia territorii parte abſcondito, paratis omnibus quæ indagines futuræ poſcebant, internarum cladum litui jam ſonabant. Et quia fallere non minùs videtur qui geſta præterit ſciens, quàm ille qui numquam facta fingit: non abnuimus, (neque enim ambigitur) ſalutem Valentis & antea ſæpius per occultas coïtiones, & tunc in extrema demerſam: ferrúmque ad jugulum ejus propè adactum a militaribus, fato reflectente depulſum, quem lacrimoſis in Thracia diſcriminibus deſtinarat. Namque & in nemoroſo quodam inter Antiochiam & Seleuciam loco leni quiete poſt meridiem conſopitus, à Salluſtio tunc Scutario, & ſæpe aliàs 4 appetitus inſidiantibus multis, vitæ terminis à primigenio ortu adſcriptis auſa immania frenantibus evadebat. [l] Ut ſub Principibus Commodo & Severo 5 nonnumquam accidebat, quorum ſumma vi ſalus crebrò oppugnabatur: adeo ut poſt inteſtina pericula multa & varia, alter in amphitheatrali cavea, cùm adfuturus ſpectaculis introïret, [m] à 6 Quintiano Senatore illicitæ cupidinis homine ad debi-

3 *Mſ.* concinnantibus. 4 *Mſ.* appetenter. 5 *Mſ.* nonnunquam acceptum accidebat tam octavianum ex Proconſ. quorum. 6 *Mſ.* Quintiniano.

---

k *Præfecti Præt. tunc Modeſti.*] Is Auxonio Præfecto Præt. ſucceſſerat ex anno Dom. 371. Gratiano II. & Probo Coſſ. Nam Auxonius ſub initium hujus anni, aut ſubalterius exitum deceſſerat, ut docet lex. 2. Cod. Theod. de patrociniis vicorum. Zoſimus in lib. 4. τιμωτήσαντος δὲ τοῦ τῆς αὐλῆς ὑπάρχου (Auxonium intelligit) Μοδέστῳ ταύτην παραδίδωσι τὴν ἀρχήν. Ex his patet graviter halucinatum eſſe Scaligerum, qui in lib. 2. Auſon. Lectionum cap. 17. affirmat Auxonium in Codice Th. vitiosè perſcribi, & Auſonium emendandum eſſe. Atqui Auxonius is de quo dixi, anno Dom. circiter 371. abiit è vita: Auſonius autem diu poſt hunc annum & Conſul & Præfectus fuit. Adde quòd Auxonius Præf. Præt. Orientis fuit ſub Valente, cùm Auſonius Præfectus fuerit Præt. per Gallias ſub Gratiano. Ceterùm Modeſtus huic judicio quod narrat Marcellinus, à Valente præfectus eſt: & cùm ſedulam operam in hac quæſtione navaſſet, Conſulatum inſequenti anno præmii loco accepit. * Hunc porrò Modeſtum intelligit Gregorius Nazianzenus in Oratione funebri de laudibus Baſilii Magni, ut teſtatur etiam Theodorus: quem quidem Arianum fuiſſe, utpote ab Arianis baptizatum, Gregorius refert, & variis blanditiarum artibus Valentem ſibi conciliando, Præfecturam Prætorianam diutius retinuiſſe. Idque de ipſo Marcellinus noſter commemorat cùm heic, tum in libro 30. *Idem.*

l *Ut ſub Principibus Commodo & Severo nonnumquam accidebat*] Vide Herodian. lib. 1. & III. Xiphilinum ex Dione, Lamprid. in Commod. * Tertullian. Apologet. cap. 35. *Lindenbr,*

m *A Quintiano Senatore.*] Sic eum Herodianus nominat, quem ubique ſequitur Marcellinus noſter, ut rectè Caſaubonus notavit. At Xiphilinus in Commodo, & Lampridius Claudium Pompeianum vocant, iidém-

litatem pæne pugione vulneraretur: alter inopinabili impetu, tempore ætatis extremo, à Saturnino Centurione conſilio Plautiani Præfecti in cubiculo jacens confoderetur, ni tuliſſet ſuppetias filius adoleſcens. Quocirca etiam Valens erat veniâ dignus, vitam quam ereptum ire perfidi properabant, omni cautela defendens. Sed inexpiabile illud erat, quòd regaliter turgidus, pari eodémque jure, nihil inter ſe diſtantibus meritis, [n] nocentes innocentéſque maligna inſectatione volucriter perurgebat: ut dum adhuc dubitaretur de crimine, Imperatore non dubitante de pœna, damnatos ſe quidam priùs diſcerent quàm ſuſpectos. Adoleſcebat autem obſtinatum ejus propoſitum admovente ſtimulos avaritia, & ſua & eorum qui tunc in regia verſabantur: novos hiatus aperientium, & ſi qua humanitatis fuiſſet mentio rara, hanc appellantium tarditatem: qui cruentis adulationibus inſtitutum hominis, [o] mortem in acie linguæ portantis, ad partem peſſimam depravantes, omnia turbine intempeſtivo perflabant, everſum ire funditus domus opulentiſſimas feſtinantes. Erat enim expoſitus acceſſu inſidiantium & recluſus, vitio gemino perniciosè implicitus: quòd intoleranter iraſcebatur tunc magis cùm eum puderet iraſci: & quæ facilitate privati opertis ſuſurris audierat, an vera eſſent excutere tumore Principis ſuperfidens, pro veris accipiebat & certis. Inde factum eſt ut clementiæ ſpecie penatibus multi protruderentur inſontes, præceps in exſilium acti: quorum in ærario bona coacta [p] & ipſe ad quæſtus proprios redigebat, ut damnati cibo precario victitarent, anguſtiis formidandæ paupertatis adtriti: cujus

que Zonaras: Sed non dubito, quin corrupti ſint in hac parte Dionis codices, & Lampridium, & Zonaram, & & Xiphilinum in errorem induxerint. Etenim Pompeianus Commodi manus evaſiſſe dicitur ab ipſo Dione in lib. 72 & Pertinaci quoque ſuperſtes fuiſſe in lib. 73. & apud Capitolinum in Pertinace: vitâ quoque & moribus ſanctiſſimus, planéque Commodi diſſimilis fuiſſe proditur ab iiſdem. Itaque certum habeo, apud Xiphilinum pro his verbis, Κλαύδιος Πομπηϊανὸς ἐπεβούλευσε, ſcribendum fuiſſe, Κουαδρᾶτος ἐπεβούλευσε, quod ex ſequentibus liquidò confirmatur. Subjicit enim Xiphilinus eum cum Lucilla ſtupri conſuetudinem habuiſſe, eíque Lucillæ filiam deſponſam: eumdem ob laſciviam Commodo carum fuiſſe, quocum ludere & vagari ſolebat. Quæ omnia in Pompeiani quidem gravitatem non cadunt: Quadrato verò optimè conveniunt, ut docet Herodianus in lib. 1. *Valeſ.*

n *Nocentes innnocenteſque maligna inſect.*] Idem ſcribit Libanius in vita ſua, pag. 56. καὶ ἐχώρει μὲν διὰ τῶν ἠδικηκότων ὁ βασιλεὺς τὴν ἀρχήν· προσετίθετο δέ τις καὶ τῶν οὐδὲν τοιοῦτον δεδρακότων. μάντις δὲ ἅπας ἐχθρὸς καὶ ὅτῳ τι ἰδέσθαι τῆς τέχνης διδάσκεσθαι περὶ τῶν ἰδίων. *Et Imperator principio quidem nocentes ſupplicio afficiebat: poſtea verò quidam involuti ſunt, qui nihil tale norant omnéſque vates, & qui vatum operâ in privatis ſuis negotiis uſi fuerant, hoſtes publici habebantur.* Quibus conſentanea ſcribit Sozomenus in lib. 6. cap. 35. *Idem.*

o *Mortem in acie linguæ portantis.*] Aut addendum aut tacitè ſubaudiendum eſt hoc modo, *mortem & vitam in acie linguæ port.* Alioquin quomodo intelligas quæ ſequuntur, *ad partem peſſimam depravantes*? ad mortem ſcilicet. Hæc autem explicatio confirmatur ex libro 18. cap. 3. ubi Ariſtoteles Calliſthenem crebrò monuiſſe dicitur, ut quàm rariſſimè & jucundiſſimè loqueretur apud hominem *vitæ poteſtatem & necis in acie linguæ portantem.* Valeſ. Vix opiner juſtam aut comparationem aut ex ea argumentationem eſſe. Nunc enim non vitam quoque, ſed unam mortem ab Valente in acie linguæ portatam dicit, reſpiciens ad ſolam & præcipuam Principis ejus ſævitiam & voces condemnando adſuetas. Quæ ut pronuntiarentur, quum ab animi propenſione deberent proficiſci, ab adulatoribus indoles (ſic vocat *inſtitutum*) & mos fere in naturam mutatus *in peſſimam*, hoc eſt condemnando & occidendo indulgentem *partem*, non meliorem & lenem corrumpebatur. *Gron.*

p *Et ipſe ad quæſtus proprios redigebat.*] Fœdam Valentis avaritiam hic & paſſim omnibus paginis inſectatur: qui damnatorum bona non ſolùm fiſco vindicabat, ſed etiam in proprios uſus vertebat: cùm modeſtiores Principes aut proximis ea relinquere ſolerent, aut petitoribus concedere, aut in ærarium publicum ad uſus publicos referre. Sic Hadrianus teſte Spar-

metu vel in mare nos ire præcipites, [q] ſuadet Theognis Poëta vetus & prudens. Quæ etiamſi recta fuiſſe conceſſerit quiſquam, erat tamen ipſa nimietas odioſa. Unde animadverſum eſt rectè hoc definitum: nullam eſſe crudeliorem ſententiam eâ, quæ eſt cùm parcere videtur aſperior, Igitur cum Præfecto Prætorio Summatibus quæſitis in unum, quibus cognitiones commiſſæ ſunt, intenduntur eculei, [r] expediuntur pondera plumbea, cum fidiculis & verberibus: reſultabant omnia truculentæ vocis horroribus, inter catenarum ſonitus, Tene, Claude, 7 Comprime, Abde, miniſtris officiorum triſtium clamitantibus. Et quoniam addici poſt cruciabiles pœnas vidimus multos, ut in tenebroſis rebus confuſione cuncta miſcente: ſummatim quia nos penitiſſima geſtorum memoria fugit, quæ recolere poſſumus expeditiùs abſolvemus. Primo introvocatu poſt interrogatiunculas leves Pergamius, à Palladio ut dictum eſt proditus, quædam imprecationibus præſciſſe nefariis: ſicut erat impendio eloquentior, & in verba periculoſa projectus, inter ambigentes judices quid priùs quæri debeat quidve poſteriùs, dicere audacter exorſus, multa hominum millia quaſi conſciorum 8 ſine fine ſtrependo fundebat, modó non ab extremo Atlante magnorum criminum arguendos poſcens aliquos exhiberi. Quo ut conſarcinante nimis ardua, morte multato, aliiſque gregatim poſt illum occiſis, ad ipſius Theodori cauſam quaſi ad Olympici certaminis pulverem pervenitur. Eodem die inter complura alia hoc quoque evenerat triſte: quòd Salia theſaurorum paullo antè per Thracias Comes, cùm de vinculis educitur audiendus, & calceo inſerit pedem, quaſi ruinâ incidentis immenſi terroris repentè perculſus, animam inter retinentium manus efflavit. Conſtituto itaque judicio, & cognitoribus præſcripta oſtentantibus legum, ſed ex voluntate dominantis moderantibus momenta cauſarum, horror pervaſerat univerſos. Totus enim devius ab æquitate dilapſus, jamque eruditior ad lædendum, in modum arenariæ feræ, [ſ] ſi admotus quiſquam fabricæ diffugiſſet, ad ultimam rabiem ſæviebat. Inducti itaque [t] Patricius & Hilarius, ordinémque replicare juſſi geſtorum,

7 Al. *Comple.* 8 *Mſ.* ſine ſtrepitu. 9 Mſ. *cortinnbas .... penſilem.*

---

tiano, *damnatorum bona in fiſcum privatum redigi vetuit, omni ſumma in ærarium publicum Pop. Rom. receptâ* Et Severus bona Albinianorum proſcripſit, atque in ærarium publicum retulit, ut ait Capitolinus in Albino. Vide titulum in Codice Th. de bonis proſcriptorum. *Valeſ.*

q *Suadet Theognis poëta*] Cujus locus hic eſt.

Ἄνδρ' ἀγαθὸν πενίη πάντων δάμνησι μάλιστα
Καὶ γήρως πολιοῦ, Κύρνε, καὶ ἠπιάλου
Ἣν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον
Ῥίπτειν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων *Lindenbr.*

r *Expediuntur pondera plumbea*] Imp. Conſtantinus L. 2. C. de exactor. *Plumbatarumque verbera aut pondera, aliaque ab inſolentia judicum reperta ſupplicia.* Idem.

ſ *Si admotus quiſquam fabricæ diffugiſſet.*] Per fabricam videtur intelligere murum qui podium ab arena diſtinguebat: de quo vide Lipſium in cap. 12. de Amphitheatro: vel ſanè cancelloſos poſtes quibus admoti beſtiarii ſubita converſione ferarum impetus eludebant, ut refert Caſſiodorus in lib. 5. epiſt. 42. *Valeſ.*

t *Patricius & Hilarius.*] Patricius è Lydia, Hilarius ex Phrygia erat oriundus teſte Zoſimo. Utriuſque elogium habes apud Suidam ex Eunapii Hiſtoria, ni fallor: Ἰλάριος ὁ ἐκ Φρυγίας ἐπὶ Ἰοβιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων κατὰ παιδείαν μὲν ἦν ἀνὴρ οὐ γνώριμος· κοινωνεῖν δὲ αὐτῷ θεὸς ἐδόκει τῆς τοῦ μέλλοντος προγνώσεως· ὥστε ἦν μάντις ἄριστος. De Patricio verò hæc habet: Πατρίκιος· οὗτος ἤκμασεν ἐπὶ Ἰοβιανοῦ βασιλέως· ἦν δὲ ἐκ Λυδίας· ὃς τ' ἀπὸ τῶν φαινομένων ἢ συντρεχόντων σημείων τεκμάρσεως ἀκριβὴς ἦν ἐξεταστής. Sed utrobique ἐπὶ Οὐάλεντος ſcribendum exiſtimo. *Idem.*

cùm

cùm inter exordia variarent, fodicatis lateribus, inlato tripode quo utebantur; adacti ad ſummas anguſtias, aperiunt negotii fidem ab ipſis exordiis replicatam. Et prior Hilarius, [v] *Conſtruximus*, inquit, *magnifici judices, ad cortinæ ſimilitudinem Delphicæ diris auſpiciis de laureis virgulis infauſtam hanc menſulam quam videtis: & imprecationibus carminum ſecretorum, choragiiſque multis ac diuturnis ritualiter conſecratam movimus tandem: movendi autem, quoties ſuper rebus arcanis conſulebatur, erat inſtitutio talis. Collocabatur in medio domûs emaculatæ odoribus Arabicis undique,* [x] *lance rotunda purè ſuperpoſita, ex diverſis metallicis materiis fabrefacta: cujus in ambitu rotunditatis extremo elementorum viginti quatuor ſcriptiles formæ inciſæ peritè, dijungebantur* [y] *ſpatiis examinatè dimenſis. Hac linteis quidam indumentis amictus, calciatuſque itidem linteis ſoccis,* [z] *torulo capiti circumflexo, verbenas felicis arboris geſtans, litato conceptis carminibus numine præſcitionum auctore. cærimoniali ſcientia* [a] *ſuperſiſtit:* 9 *cortinulis* [b] *penſilem anulum librans* [c] *ſartum ex Carpathio filo perquàm levi, myſticis*

9 Mſ. *cortinulas .... penſilem.*

---

v *Conſtruximus, inquit, magnifici judices*] Vid. Zoſimus lib. IV. Socrates lib. IV. cap. 15. Niceph. Calliſt. lib. XI. cap. 45. Georg. Cedren. pag. 257. * Hæc erat τραπεζομαντικὴ, de qua videndus Tertullianus in Apologetici cap. 23. * *Lindenbr.*

x *Lance rotunda pure ſuperpoſita.*] Sic etiam tripodi Delphico ſuperpoſita lanx erat, quæ Græcè dicitur κύκλος ſeu ὅλμος. Pollux in lib. X cap. 23. τοῦ δελφικοῦ τρίποδος, inquit ἐπίθημα κύκλος καὶ ὅλμος. De hoc diſco Artemidorus in lib. 5. ἔδοξέ τις ἐπὶ κύκλῳ τρίποδος διαπλεῖν πέλαγος μέγα Valeſ.

y *Spatiis examinatæ dimenſis*] Magis placet Baſilienſis Editionis ſcriptura, *examinate dimenſis*. Idem.

z *Torulo capite circumflexo.*] In Regio codice, * & Toloſ. * ſuperſcriptum eſt *capiti*: quam ſcripturam equidem vulgatæ prætulerim. Eſt autem torulus tum hîc, tum in lib. XVI. faſcia ſeu vitta. *Idem.*

a *Superſiſtit cortinulas.*] Hunc locum ex fide & auctoritate non modò Regii codicis, ſed etiam Editionis Auguſtanæ diſtinxi & emendavi. Id tantùm mihi licere volui, quod cùm in exemplari Regio * & Toloſ. * ſcriptum eſſet *cortinules ...... penſilem, &c.* in Editione autem Auguſtana *cortinales...... penſilem*, ſic emendare auſus ſum: *Cortinulis penſilem anulum librans.* Sunt autem cortinulæ vela, ut apud D. Ambroſium in Ep. 33. *Suggeſtum eſt mihi cortinas regias eſſe collectas:* In Epiſt. 32. ad Marcellinam ſororem vela Regia pro eodem dixerat. Apparet igitur longè diverſa ſignificatione cortinulas hîc ſumi, ac ſuprà cortina ſumitur. Nam cortina Delphica in eo loco nil aliud erat quàm tripus. At cortinulæ nunc ſunt vela, ex quibus anulus magicis carminibus conſecratus dependet. *Idem.* Quum hæc ita videantur perſanata, cur ab Hadriano relinquitur tantum vacui ſpatii, quaſi mancus eſſet locus, qui in libris ſcriptis jure hiat, librariis ſententiam non adſequentibus? Utique nec Henricus nec Lindebrogius indulſerunt huic vaſtitati. Sed unde has cortinulas hauſit vel Henricus vel Ammianus ex hujus arbitrio? idque in tanta vicinitate primitivi *cortinæ* longe alia ſignificatione? ſed & hoc detur. Quis vero concipiat *anulum cortinulis* talibus *penſilem*? at nos videmus ejuſmodi cortinulas anulo vel magis anulis penſiles. Opiner fuiſſe aliud genus ligamenti flexilis & non ſic ampli, ut ſupponitur latitudo cortinularum, inſtar & in ſpeciem funiculorum, quod ille ſuperſiſtens nunc levando, nunc demittendo, faceret recellere anulum. Nec video propius vel integrius, quam ſi legatur *ſuperſiſtit, corticulis penſilem anulum librans, ſartum &c.* Neque enim poteſt requiri amplius; ideo puncta vitium denotantia abegi. *Gron.*

b *Penſilem anulum librans arctum*]. Hic anulus de genere illorum fuit, quos magicos ſive phyſicos, aut φαρμακίτας καὶ γεγοητευμένους vocant: quales fuere illi, quos Execeſtus Phocenſium tyrannus habuit, quorum ſtrepitu de rebus ſuis admoneri ſolitus fuit, quemadmodum ex Ariſtotele ſcribit Clem. Alexandr. Stromat. lib. I. Ἐξήκεστός τε ὁ Φωκέων τύραννος δύο δακτυλίους φορῶν γεγοητευμένους, τῷ ψόφῳ τῷ πρὸς ἀλλήλους διῃσθάνετο τοὺς καιροὺς τῶν πράξεων. ἀπέθανεν δ' ὅμως δολοφονηθεὶς, καίτοι προσημήναντος τοῦ ψόφου, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Φωκέων πολιτείᾳ. Hujus generis fuerunt Jarchæ Indorum ſapientiſſimi Principis anuli VII. Apollonio Tyaneo dono dati, apud Philoſtrat. lib. III. Item Eleaſari Judæi apud Joſephum, & Gygis apud Herodot. lib. I. Platon. de Repub. 2. Cicer. Officior. lib. III. Plin. lib. XXXIII. cap. I. Mira de hiſce anulis narrat Lucianus in Navigio: Ἐγὼ δὲ βούλομαι τὸν Ἑρμῆν ἐντυχόντα μοι δοῦναί τινας δακτυλίους τοιούτους τὴν δύναμιν, ἕνα μὲν, ὥστε ἀεὶ ἐρρῶσθαι καὶ ὑγιαίνειν τὸ σῶμα, καὶ ἄτρωτον εἶναι, καὶ ἀπαθῆ, ἕτερον δὲ, ὡς μὴ ὁρᾶσθαι τὸν περιθέμενον, οἷος ἦν ὁ τοῦ Γύγου· τὸν δέ τινα, ὡς ἰ-

diſciplinis initiatum: qui per intervalla diſtincta retinentibus ſingulis litteris incidens ſaltuatim, heroos efficit verſus interrogationibus conſonos, ad numeros & modos plenè concluſos: quales leguntur Pythici, vel [d] [e] *ex oraculis editi Branchidarum. Ibi tum quærentibus nobis, qui præſenti ſuccedet imperio, quoniam omni parte expolitus fore memorabatur, & adſiliens anulus* [f] *duas perſtrinxerat ſyllabas* ΘΕΟ *cum adjectione litteræ poſtrema, exclamavit præſentium quidam, Theodorum præſcribente fatali neceſſitate portendi. Nec ultrà ſuper negotio eſt exploratum: ſatis enim apud nos conſtabat, hunc eſſe qui poſcebatur.* Cúmque totius rei notitiam ita ſignatè ſub oculis judicum ſubjeciſſet, adjecit benivolè, id Theodorum penitus ignorare. Poſt hæc interrogati, an ex fide ſortium quas agitabant, ea præſcierint quæ ſuſtinerent: verſus illos notiſſimos edidere, clarè pronuntiantes capitalem eis hanc operam ſcrutandi ſublimiora citò futuram: nihilominus tamen ipſis quoque cum cognitoribus Principi cædes incendiáque flatantes furias imminere: quorum tres ponere ſufficiet ultimos:

[1] [g] *Οὐ μὰν νηποινί γε σὸν ἔσσεται αἷμα, ϗ αὐτοῖς*

1 *Mſ.* ΟΥΜΑΝΑΙ ΗΠΟΙΝΙ ΓΕΓΟΝΕϹϹΕΤΑΙΜΜΚΑΙ ΑΥΤΟΙϹ ΠΕΙΦΩΝΗΒΑΡΥΜΗΝΙϹ ΕΦΟΠΑΗϹΕΙΚΑΚΟΝΟΙΤΟΝ ΕΝ ΠΕΔΙΟΙϹΙΜΜΑΝΤΟϹΑΙ ΛΕΟΜΕΝΟ ΚΑΡ·

χρύσεα ὑπὲρ ἄνδρας μυρίους, ϗ ὅ, κἂν ἄχθος ἅμα μυρίοι κινῆσαι μόλις δύναιντο, τοῦτό με ῥᾳδίως μόνον ἀνατίθεσθαι. ἔτι δὲ ϗ πέτεσθαι, πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀρθέντα, ϗ πρὸς τοῦτό μοι εἶναι δακτύλιόν τινα, ϗ μὴν ϗ ἐς ὕπνον καταστᾶν, ὁπόσους ἂν ἐθέλω. ϗ ἅπασαν θύραν προσιόντι μοι ἀνοίγεσθαι, χαλωμένου τοῦ κλείθρου, ϗ τοῦ μοχλοῦ ἀφαιρουμένου. ταῦτα ἀμφότερα εἷς δακτύλιος δύναται, & quæ ſequuntur. De his porro anulis, qui geniis malis pellendis ſunt, exſtat locus apud eumdem Lucian. in Philopſeud. & eorum qui morbis averruncandis, crebra mentio apud Alexandrum Trallian. lib. 9. Marcellum Empir. cap. 29. Scholiaſten Ariſtophan. Suidam, Iſidorum. *Lindenbr.*

c *Arctum ex carpathio filo.*] Editionis Auguſtanæ ſcripturam quis non præferat, *anulum librans ſarctum ex carpathio filo.* Quin etiam pro *carpathio* pæne adducor ut credam à Marcellino ſcriptum eſſe *carbaſio*, id eſt lineo. Ceterùm de his anulis magicis quos φυσικοὺς & τετελεσμένους vocat Scholiaſtes Ariſtophanis in Plutum, copioſè agit Lindenbrogius ad hunc locum. Talis fuit anulus ille Perſinæ Reginæ apud Heliodorum in lib. 4. cujus virute ac præſidio Chariclea flammas evadit; apud eumdem in lib. 8. Eorum anulorum vis omnis erat in pala quæ litteris quibuſdam ſacris inſignita, & magicis conſecrationibus initiata erat: gemma quoque ſimiliter conſecrata includi ſolebat ut, apud Heliodorum Pantarba. *Valeſ.*

d *Ex oraculis editi Branchidarum.*] Photius in Biblioth. ex Cononis λγ. Lutat. Statii Scholiaſt. ex Varrone, lib. 3. & lib. 8. *Lindenbr.*

e *Ex oraculis editi Branchidarum.*] Branchidæ locus erat in agro Mileſio ſupra Panormum portum; celebris Apollinis oraculo, quem Jones & AEoles olim conſulere ſolebant, ut ſcribit Herodotus in 1. Poſtea is locus Didymi dictus teſte Pomponio Mela in lib. 1. cap. 17. Branchidæ autem dicti ſunt à Brancho Apollinis amaſio, qui primus oraculi Apollinis Didymæi antiſtes fuit, ut ait Strabo in lib. 9. Conon in narratione 38. & 44. Evangelum ei ſucceſſiſſe prodit. Ac Branchidæ quidem propriè ſunt ſucceſſores veteris illius Branchi: eadem ratione quâ Jamidæ, Telliadæ, Clyridæ dicti ſunt olim familiæ vatum in Græcia, de quibus Herodotus & Pauſanias ſcribunt. Poſtea verò Branchidæ nomen loco dedere. *Valeſ.*

f *Duas perſtrinxerat ſyllabas cum adjectione.*] Cùm in codice Regio * & in Tolof * & in Editione Auguſt. ſcriptum reperiſſem, *perſtr. ſyllabas & cum adject.* ſtatim conjicere cœpi ſic à Marcellino relictum fuiſſe: *Et aſſiliens anulus duas perſtrinxerat ſyllabas* Θεο *cum adjectione litteræ poſtrema* (ſcilicet δ) *&c.* Certè quin hic locus ita intelligi debeat, dubium non eſt. Ceterùm à Marcellini noſtri narratione diſſentiunt Zonaras ac Cedrenus. Neque enim ope anuli conſecrati, ſed per ἀλεκτρυομαντείας nomen imperaturi poſt Valentem quæſitum eſſe memorant. Ea autem divinatio erat hujuſmodi, ut aiunt: litteræ 24. pulveri erant inſcriptæ: ſingulis granum tritici vel ordei imponebatur. Tum recitatis quibuſdam magicis carminibus gallus gallinaceus dimittebatur: & ii quibus id curæ erat, ſollicitè attendebant quibus è litteris grana colligeret. Eæ litteræ inter ſe junctæ id quod quæſitum fuerit prædicere creduntur. Hæc Zonaras & Cedrenus. At Socrates in lib. 4. necromantiâ uſos eſſe tum maleficos in quærendo Valentis ſucceſſore narrat. Sed Sozomenus in lib. 6. cap. 35. cum Scriptore noſtro conſentit. *Idem.*

g ΟΥ ΜΗΝ'.] Scribe *οὐ μὲν ἀτίμητοι*, &c. quem-

Τισιφόνη βαρύμηνις ἐφοπλίσσει κακὸν οἶτον
Ἐν πεδίοισι Μίμαντος [h] αιλα καιομένοις κάρ.

Quibus lectis, unguibus malè mulcati ſeparantur exanimes. Poſtea ut cogitati ſceleris officina pateret apertè, Honoratorum inducitur globus, vertices ipſos continens rerum. Cúmque nihil præter ſe quiſque cernens, ruinam ſuam impelleret ſuper alium, permiſſu quæſitorum cœptans dicere Theodorus, primò in precem venialem proſtratus, dein artiùs reſpondere compulſus, oſtendit ſe cognita per Euſerium, ne ad Imperatorem referret ut conatus eſt aliquoties, ab eo prohibitum, aſſerente non appetitu regni occupandi illicito, ſed ratione quadam indeclinabilis fati id quod ſperabatur ultro venturum. Deinde hæc eadem Euſerio ſub cruenta quæſtione confeſſo; confutabant Theodorum litteræ ſuæ, per ambages obliquas ad Hilarium ſcriptæ: quibus ſpe jam firma concepta ex vatibus, de re non cunctabatur, ſed tempus patrandæ cupidinis quæritabat. Quibus poſt hæc cognita ſequeſtratis, [i] Eutropius Aſiam Proconſulari tunc obtinens poteſtate, ut factionis conſcius arceſſitus in crimen, abſceſſit innocuus, [k] Paſiphilo eximente philoſopho, qui ut eum mendacio injuſto perverteret crudeliter tortus, de ſtatu robuſtæ mentis non potuit deturbari. His acceſſit philoſophus [l] Simonides, adoleſcens ille quidem, verùm noſtrâ memoriâ ſeveriſſimus. Qui cùm audiſſe negotium per Fiduſtium

admodum in Mſ. Flor. & Aug. Editione legitur: & ita apud Homerum occurrit aliquoties. Poteſt etiam legi οὐ μὰν, ut Apollonius Rhodius ponit pro οὐ μὴν, teſte Scholiaſte. * Pro ἀτίμητον in codice Mar. Accurſii legitur νηποινὶ: & ſic ferè in codice Florentino. Quare non dubito, quin hæc ſcriptura præferenda ſit vulgari lectioni, cujus auctor fuit Gelenius. νηποινὶ autem Græcè idem eſt quod impune: ut docent Heſychius & Suidas.* In ſecundo verſu Mſ. Flor. & Auguſtana Editio habet, ἐσσπαήσει κακὸν οἶτον. legerem ἐφώπασεν, niſi ſyllaba repugnaret. *Valeſius.* Caput ſolum cur tangat, poſtrema quæ ſummam fati continent, relinquat, vix dixerim; nec de mſſ. nec de ſententia ſua quidquam proferens. An cauſa fuit, ut potius differret lectorem ad libri XXXI. caput 14? Ibi ſane & de Mſ. Regio audimus, & ipſum ita hæc tractantem, ut magis voluerit oſtendere Homerum ſibi lectum, quam ex veteri ſcriptura reſtitutum Ammianum cupere. Pater Lindenbrogianæ editioni adſcripſit geminam conjecturam ἀνθῶς καιόμενος γάρ, vel Οὐάλης καιόμενος γάρ. Sed attendens ſcripturam exemplaris Regii & Colbertini alterutrum collegi adhibendum, vel ἄνα λιλαιόμενος κάρ Principem appetens & arripiens fatum, vel ἄνα λιλαιόμενον πῦρ, Principem opperiens & cupiens ignis. In ſecundo verſu ex Mſ. Flor. (cur non additur de Regio aut Colbertino?) & Aug. editione corrigendum ἐφοπλίσει. Heſychius. Ἐφοπλίζει παρασκευάζει, ἑτοιμάζει. *Gron.*

h Αιλα καιομένοις κάρ] Caſaubonus notat in ſuo codice, legendum. ἀλαλκομένῃ ζειο κῆρας. *Lindenbr.*

i *Eutropius Aſiam Proconſ. obt. poteſtate.*] De quo Libanius in vita ſua, p. 54. ubi de Feſto loquitur Aſiæ Proconſule: περὶ τούτου μόνος πρὸς μόνον τὸν βάκχεντα εἰπὼν; ὡς ἐμέ τε ῥαδίως ἐν αὐτῷ καὶ τὸν Εὐτρόπιον ἕλοι. * De eodem Eutropio loquitur in libri 4. Epiſtola 191. ad Themiſtium, ubi eum Acacii Sophiſtæ diſcipulum, & fratris filium fuiſſe ait, ac nondum quidem Magiſtratum geſſiſſe, ſed brevi eſſe geſturum. * Eumdem Eutropium memorat Gregorius Nazianzenus in Epiſt. 137. & magnum Eutropium appellat. In Epiſtola autem 138. eumdem Proconſulem Aſiæ fuiſſe non obſcurè ſignificat his verbis, ἐμοί τε πρὸς πᾶσιν οἷς τετίμηκας οὖσι τοιούτοις, ἡνίκα τὸ ὑψηλότατον εἶχες θρόνον ἔχοντα τὸ ἐπίφθονον ἔτι, κατὰ τὴν Ἀσίαν περιτυχὼν εἰ μέμνησαι, &c. *Atque ut omnia prætercam beneficia, quibus me affeciſti, cùm tu ſummum Magiſtratum teneres, qui adhuc invidiam tibi creabat, reperto me in Aſia, ſi memoriâ tenes, &c.* Idem poſtea Præfectus Præt. fuit anno Dom. 380. & 381. ut ex Codice Theodoſiano colligere eſt. Ac niſi conjecturâ fallor, is ipſe eſt Eutropius vir Cl. qui Breviarium Hiſtoriæ Rom. ſatis eleganti ſermone ſcripſit ad Valentem Aug. *Valeſ.*

k *Paſiphilo.*] Ejuſdem nominis fuit is cui Palladius AEmilianus carmen ſuum de re ruſtica inſcripſit: ad quem directa eſt lex. 8. Cod. Th. de juriſdictione, Olybrio & Probino Coſſ. Malè in codice Regio & Aug. Editione legitur *Parſiphilo.* Idem.

l *Simonides.*] Ejus meminit etiam Zoſimus in lib. 4. καὶ μετὰ τοῦτον ὁ ἐκ Φρυγίας Ἱλάριος, καὶ Σιμωνίδης ἐπὶ τούτῳ, καὶ Πατρίκιος ὁ Λυδὸς, καὶ ὁ ἐκ Καρίας Ἀνδρόνικος: ἦσαν δὲ οὗτοι πάν-

deferretur, & cauſam non ex veritate, ſed ex unius nutu penſari vidiſſet, didiciſſe ſe dixit prædicta, & commiſſa pro firmitate animi tacuiſſe. Queîs omnibus perſpicaciter inquiſitis, m Imperator cognitorum conſultationi reſpondens, ſub uno proloquio cunctos jubet occidi: & vix ſine animorum horrore funeſtum ſpectaculum multitudine innumera 2 contuente, & onerante queſtibus cælum, (namque ſingulorum mala omnium eſſe communia credebantur) ducti univerſi flebiliter jugulantur præter Simonidem: quem ſolum ſævus ille ſententiæ lator, efferatus ob conſtantiam gravem, juſſerat flammis exuri. Qui vitam ut dominam fugitans rabidam, ridens ſubitas momentorum ruinas, immobilis conflagravit: n o Peregrinum illum imitatus Protea cognomine, philoſophum clarum: qui cùm mundo digredi ſtatuiſſet, Olympiæ quinquennali certamine ſub Græciæ conſpectu totius, adſcenſo rogo quem ipſe conſtruxit, flammis abſumptus eſt. Et poſt hunc diebus ſecutis omnium ferè ordinum multitudo, quam nominatim recenſere eſt arduum, in plagas calumniarum conjecta, percuſſorum dexteras fatigavit, tormentis & plumbo & verberibus antè debilitata: ſumptúmque eſt de quibuſdam ſine ſpiramento vel mora ſupplicium, dum quæritur an ſumi deberet: & ut pecudum ubique trucidatio cernebatur. Deinde congeſti innumeri codices, & acervi voluminum multi ſub conſpectu judicum concremati ſunt, ex domibus eruti variis ut illiciti, ad leniendam cæſorum invidiam: cùm eſſent plerique liberalium

2 *Mſ.* continente.

τες εἰς ἄκρον παιδείας ἐληλυθότες. *Et poſt maximum Hilarius e Phrygia, & Simonides poſt hunc, & Patricius Lydus, & Andronicus è Caria, ſupplicio affecti ſunt: omnes doctrinæ laude præſtantes.* * Adde Suidam in Σιμωνίδης. * *Valeſ.*

m *Imperator cognitorum conſultationi reſpondens.*] *Cùm ex ſuggeſtionibus procerum, ſi dubitatio in litibus oriatur, & ſeſe non idoneos vel ſufficientes ad deciſionem litis illi exiſtiment, ad nos decurratur.* L. ult. Cod. Theod. de Legibus & Conſtitutionibus Principum. Ejus rei exempla paſſim in utroque Codice, & in Plinii Epiſtolis ad Trajanum, Symmachi ad Valentinianum, &c. Ut ad Legem unicam Codicis, Si quis Imperatoribus maledixerit, notavi. * *Lindenbr.*

n *Peregrinum illum imitatus Protea*] De Peregrino hoc multa Lucianus, qui vitam ejus ferè totam narrat in Peregrino, iterumque in Demonacto; Philoſtratus de Vitis Sophiſtar. lib. 2. Athenagoras in Apologet. Tertullianus ad Martyr. cap. 4. Euſeb. in Chronic. Olympiad. CCXXXVI A. Gellius lib. * VIII. cap. 3. * lib. XII. cap. XI. Tertulliani verba hæc ſunt: *Minus fecerunt Philoſophi, Heraclitus qui ſe bubulo ſtercore oblitum exuſſit. Item Empedocles, qui in ignes Ætnæi montes deſiluit, & Peregrinus, qui non olim ſe rogo immiſit.* Illuſtre aliud ſimilis facti exemplum in Calano eſt, qui toto Alexandri M. exercitu inſpectante rogum ardentem adſcendit. Tullius de Divinat. lib. 1. Ælianus Varior. lib. V. cap. 6. * Vid. Athenæus Dipnoſ. lib. 13. pag. 437. * *Idem.*

o *Peregrinum imitatus Protea.*] Peregrinus Philóſophus Cynicus cognomento Proteus, cùm Herculis mortem æmulari vellet, in conſpectu totius Græciæ ſe in rogum immiſit Olympiade 236. cùm proxima antè Olympiade facturum id ſe pollicitus, ad hoc ſpectaculum omnibus condixiſſet. Hujus honorificam mentionem facit Agellius in lib. 8. cap. 3. Maximus Tyrius in Orat. 37. ſed Lucianus ejus mortem ac vitam peculiari libello proſcripſit. Et Pauſanias graviſſimus Scriptor, qui iiſdem temporibus vixit, hanc de ejuſmodi deſperatis hominibus ſententiam fert in lib. 2. Eliacorum. Cùm enim Timanthem quemdam athletam retuliſſet, ſolutis præ ſenio viribus ſe in rogum conjeciſſe, ſubdit: ὁπόσα δὲ ἤδη τοιαῦτα ἐγένετο ἐν ἀνθρώποις ἢ καὶ ὕστερόν ποτε ἔσται, μανία μᾶλλον ἢ ἀνδρεία νομίζοιτο ἂν κατά γε ἐμὴν γνώμην. *Quæcumque porrò aut ſuperiori memoria facta ſunt, aut deinceps fient ejuſmodi, equidem inſaniæ potiùs ac furori quàm fortitudini tribuenda eſſe cenſeo.* Ceterùm hic Peregrinus natus erat ex opido Helleſponti Pario, teſte Luciano: eique mortuo Pariani ſtatuam in foro poſuerunt, ex qua oracula reddi dicebantur, ut ait Anaxagoras in legatione pro Chriſtianis. *Valeſ.*

diſciplinarum indices variarum & juris. Neque ita multo pòſt p Maximus ille philoſophus, vir ingenti nomine doctrinarum, cujus ex uberrimis ſermonibus ad ſcientiam copioſus Julianus exſtitit Imperator, oraculi ſuprà dicti verſus audiſſe inſimulatus: ſéque comperiſſe adſenſus, ſed reticenda profeſſionis conſideratione non effudiſſe, verùm ultro prædixiſſe, conſultores ipſos ſuppliciis pœnabilibus perituros: q Epheſum ad genuinam patriam ductus 3 r ibíque capite truncatus, ſenſit docente periculo poſtremo, quæſitoris iniquitatem omnibus eſſe criminibus graviorem. Conſtrictus etiam Diogenes laqueis impiæ falſitatis, vir nobili proſapia editus, ingenio, facundia forenſi, ſuavitatéque præſtans, dudum Bithyniæ rector, ut opimum patrimonium ejus diriperetur, capitali eſt pœnâ adfectus. Ecce autem Alypius quoque ex Vicario Britanniarum, placiditatis homo jocundæ, poſt otioſam & ſ repoſitam vitam (quoniam huc uſque injuſtitia tetenderat manus) in ſqualore maximo volutatus, ut veneficii reus citatus eſt cum t Hierocle filio, adoleſcente indolis bonæ, urgente Diogene quodam & vili & ſolo, omníque laniena excruciato, ut verba placentia Principi, vel potiùs arceſſitori loqueretur: quo cum pœnis non ſufficerent membra vivo exuſto, ipſe quoque Alypius poſt multationem bonorum exſulare præceptus, v filium miſerabiliter ductum ad mortem, caſu quodam proſpero revocatum 4 excepit.

3 *Al.* τὸ capite *deeſt.* 4 *Mſ.* excepit.

p *Maximus ille Philoſophus*] Rem omnem fusè narrat Eunapius Sardian. in Maximo. *Lindenbr.*

q *Epheſum ad genuinam patriam.*] Maximus Philoſophus oriundus fuit ex Jonia, uti teſtatur Libanius in Orat. pro Ariſtophane Corinthio his verbis: ὥσπερ τῷ δαιμονίῳ τῷδε, τόν τε ἀπὸ τῆς Ἠπείρου καὶ τὸν ἐκ τῆς Ἰωνίας. Priſcum Epirotam & Maximum ex Jonia Philoſophos intelligit. Idem in Oratione funebri p. 299. Maximum vocat ἄνδρα Ἴωνα φιλόσοφον. Rectè igitur Marcellinus noſter Epheſium fuiſſe dicit, ex Epheſo urbe Joniæ. Eunapius tamen Sardianus Smyrnæum facere videtur. Nymphidianum enim qui Maximi Philoſophi frater fuit, oriundum fuiſſe ait è Smyrna, quæ fuit etiam Joniæ civitas. Sed Marcellino ſubſcribunt Socrates in lib. 3. & Sozomenus in 5. At Suidas in v. Μάξιμος eum Epirotam aut Byzantium fuiſſe dicit magno errore. Maximum quidem Byzantium patrem Euclidis ab hoc noſtro Epheſio diſtinguit apertè Socrates in principio libri 3. *Valeſ.*

r *Ibique capite truncatus.*] A Feſto Aſiæ Proconſule, quem ad hoc maximè miſerat Valens, ut ſcribit Eunapius in Maximi vita. Et quidem eo miſerabilior fuit hæc Maximi cædes, quòd graviſſimo morbo tum tenebatur, ex quo intra breviſſimum temporis ſpatium erat moriturus. Itaque Libanius in Vita ſua, pag. 52. gratias agit Fortunæ, quæ ſibi odium potiùs quàm amicitiam Feſti conciliaverit, hominis præſertim ea crudelitate præditi, ut vereretur ne morbus quo Maximus Philoſophus laborabat, eum gladio ſuo ſubtraheret: τοῦ μίσους δ' οἶδα τῇ τύχῃ χάριν, ἥ με οὐκ ἐποίησε φίλον ἀνδρὶ δείσαντι μετὰ ταῦτα ὕστερον μὴ φθάσῃ τὸν ἐκείνου σίδηρον ἡ νόσος ἀπενεγκοῦσα τὸν Μάξιμον. Idem.

ſ *Repoſitam vitam*] Id eſt, tranquillam. Galli ſimiliter dicunt, *une vie repoſée.* Lindenbr.

* t *Hierocle filio indolis bonæ.*] Eamdem laudem tribuit Hierocli Libanius in libri IV. Epiſtola 284. ad Alypium ejus patrem ſcripta: παῖς δ' ὢν ἔτι γερόντων ἐδόκει σωφρονέστερος εἶναι· καὶ πολλοὶ τοῖς υἱέσιν ἐπιτιμῶντες, εἰς τὸν σὸν ἐκέλευον βλέπειν, ὡς οὕτως ἂν ἀγαθῶν γένοιντο πατέρες. Ex hac autem Epiſtola diſcimus, eum diſcipulum fuiſſe Libanii Sophiſtæ, Juliani Aug. temporibus. * *Valeſ.*

v *Filium miſ. ductum ad mortem, caſu quodam proſpero rev.*] Omnis ſiquidem populus Antiochenus unà cum opificibus cùm conveniſſet in Hippodromum, Hieroclem qui jam frenato ore ad ſupplicium trahebatur, clamoribus ac precibus ſuis ſervavit: ut ſcribit Chryſoſtomus in Orat. 3. de incomprehenſibili Dei natura. Ubi cùm vim & efficaciam precantis ad Deum multitudinis Antiochenſibus oſtendere vellet, hoc exemplo utitur: πρὸ γὰρ δέκα τούτων ἐτῶν ἑάλωσαν ἐπὶ τυραννίδι τινὲς καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἴστε. εἶτα τῶν ἐν δυναστείᾳ τις ὄντων ὑπεύθυνος τοῖς ἐγκλήμασι φανεὶς, σπαρτίον ἐπὶ τοῦ στόματος λαβὼν ἐξήγετο τὴν ἐπὶ θάνατον ὁδόν. τότε δὴ πᾶσα ἡ πόλις ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον ἔτρεχε, καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἐργαστηρίων ἐξῆγε, καὶ κοινῇ πᾶς ὁ δῆμος ἀνελθὼν ἐξήρπασε τῆς βασιλικῆς ὀργῆς τὸν καταδικασθέντα, &c. *Nam ante hos decem annos, ut meminiſtis, quidam conjurationis adverſus Imp. conſcii ſunt deprehenſi: & cùm ex civitatis primatibus ne-*

Cap. II. Per id omne tempus Palladius ille, x coagulum omnium ærumnarum, quem captum à 5 Fortunatiano docuimus primum, ipſa fortis 6 infimitate ad omnia præceps, clades alias ſuper alias cumulando, lacrimis univerſa perfuderat luctuoſis. Nactus enim copiam nominandi ſine fortunarum diſtantia quos voluiſſet, ut artibus interdictis imbutos: ita ut ferarum occulta veſtigia doctus obſervare venator, multos intra caſſes lugubres includebat, quoſdam veneficiorum notitiâ pollutos, alios ut appetitoribus imminuendæ conſcios majeſtatis. Et ne vel conjugibus maritorum vacaret miſerias flere, immittebantur confeſtim qui y ſignatis domibus inter ſcrutinia ſupellectilis, z pœnis addicti, incantamenta quædam anilia, 7 vel ludibrioſa ſubderent amatoria, ad inſontium perniciem concinnata: quibus in judicio recitatis, ubi non lex, non religio, non æquitas veritatem à mendaciis dirimebat, indefenſi bonis ablatis, nullo contacti delicto, promiſcuè juvenes aliique membris omnibus

5 *Mſ.* Fortunatione. 6 *Mſ.* infimitate. 7 *Mſ.* velut ebrioſa.

ſcio quis reus ejus criminis viſus eſſet, freno in os injecto ad ſupplicium ducebatur. Tunc tota civitas ad Hippodromum cucurrit, & opifices è tabernis eduxit: ac ſimul univerſus populus ad regiam progreſſus, damnatum hominem nullâ dignum veniâ, Imp furori ſubtraxit, &c. Quin hic Chryſoſtomi locus de Theodori motu intelligendus ſit, dubitari non poteſt: nam & tempus ipſum aptè convenit, & quòd eam conjurationem Antiochiæ ait eſſe detectam. Quo poſito ſequitur, hunc primatem qui populi precibus liberatus eſt, eſſe Hieroclem Antiochenum; quem Marcellinus noſter caſu quodam proſpero revocatum eſſe ait cùm duceretur ad mortem. Ceterùm in verbis Chryſoſtomi notanda ſunt hæc, *Σπαρτίον ἐπὶ τοῦ στόματος ἔχων*: quæ ſic vertimus, *freno in os injecto.* Sic Pacatus in Panegyrico de quibuſdam Chriſtianis Antiſtitibus ait: *Cùm lictorum arma, cùm damnatorum frena tractaſſent, pollutas pœnali manus ſanguine ad ſacra referebant.* Et hunc morem antiquiſſimum eſſe docet Herodotus in lib. 3. de AEgyptiis loquens, quos Cambyſes ad ſupplicium duci juſſit: & in lib 4. de vatibus Scythicis. Denique Ariſtophanes in Nubibus:

Φιμώσαντι τούτου τοῦ ξύλου τὸν αὐχένα.

Ex illo autem freno habena ſeu funis aptabatur: quo carnifex damnatos ad ſupplicium trahebat. Itaque *σπαρτίον*, quod eſt funem, pro freno dixit Chryſoſtomus in eo loco, & in Homilia 15. ad populum Antiochenum, & in Orat. 1. de Machabæis. *Valeſ.*

x *Coagulum ærumnarum*] Sic Varro vocavit *vinum coagulum conviviorum*, apud Non. Marcell. * Aimoinus lib. 5. cap. 17. pag. 301. *Coagulo benivolentiæ firmato.* * Lindenbr.

y *Signatis domibus.*] Id eſt obſignatis. Obſignabantur autem ædes appoſitis fiſcalibus titulis. Sic in lege 3. Cod. Theod. de aquæ ductu, fundus fiſcalis tituli proſcriptione ſignatus dicitur. * Et in Martyrologio Notkeri IV. Kal. Septemb. *Romæ Sabinæ Mart. quæ paſſa eſt Hadriano imperante ſub Præfecto Urbis Elpidio, omneſque ejus facultates Dominicis vel publicis titulis inſignantur.* Item VII. Kal. Julii: *Tunc Gallicanus in pauciſſimis caſis, quas ad miniſterium pauperum reſervatas habebat, ita Chriſtum defenſorem invenire merebatur, ut quicumque eas malitiose vel ad ponendos titulos fiſci intrare præſumeret, ſtatim diabolo repleretur.* * Hi tituli nil aliud erant quàm tabulæ inſcriptæ cum velis ſeu cortinis purpureis, ut declarat Agathias in lib. 5. αἱ γραπταὶ σανίδες ἐκεῖναι καὶ τὰ φάρη τὰ ὑποπόρφυρα ἐς τόδε αὐτῷ ἀπετελεύτησεν, ἃ δὴ πολλὰ τοῖς τῶν εὐδαιμόνων οἴκοις θαμὰ ἐπέβαλε. Græci ἀποσημαίνεσθαι dicunt, ut Xenophon in lib. 2. rerum Græcarum: & ἀποσφραγίζεσθαι. Sic enim Teles apud Stobæum in cap. 237. καὶ ὅτι τέθνηκεν ὅταν ὁ βασιλεὺς ἢ δυνάστης τὰ ὑπάρχοντα ἀποσφραγίσηται, οὐκ ἔξεστιν ἅψασθαι. * Athanaſius in Apologia de fuga: ἐπεσφραγίσθησαν αἱ οἰκίαι: & in Epiſtola ad Solitarios: πόσων ἐπεσφραγίσθησαν οἶκοι. * Ceterùm hi tituli ædibus reorum appoſiti, non ſtatim eas fiſco vindicatas eſſe ſignificabant. Plerumque enim ante ſententiam latam, ſtatim ac comprehenſus fuerat reus, ædes ejus obſignabantur, quò chartæ omnes in judicio proferri poſſent, ex quibus documentum judici ſuppeteret. Quòd ſi reus ſententiâ judicis erat abſolutus, refixis titulis rem ſuam recuperabat: ſin erat condemnatus, ædes fiſco applicabantur. Chryſoſtomus in Orat. 13. ad populum Antiochenum: τὰς οὐσίας ἐδήμευον καὶ σήμαντρα ἐν ταῖς θύραις ἁπάντων ἦν ἰδεῖν. *Bona publicabant, & in ſingulorum veſtibulis titulos fiſcales cernere erat.* Idem in Orat. in Juventinum & Maximum. Valeſius. Hanc poſteriorem mantiſſam credo eſſe Valeſianam, & quidem quantivis pretii: ſed qui priori parti ſimilem periodum primus appendebat, eſt Jacobus Gothofredus ad cod. Theodoſian. tit. IX. lib. X. pag. 425, unde mirum niſi ad hanc concipiendam ὁ πάνυ formatus fuit. *Gron.*

z *Pœnis addicti.*] Regius codex * & Toloſ. * [ac Colb.] cum Editione Aug. habet *patris addicti*, id eſt patrisfamilias. *Valeſius.* Suppleviſſe apparet ex libro XXII. cap. 3. *Euſebium alte ſpirantem & dirum addixere*

capti, ad [8] ſupplicia ſellis geſtatoriis ducebantur. Inde factum eſt per Orientales provincias, ut omnes metu ſimilium exurerent [a] libraria omnia: [b] tantus univerſos invaſerat terror. Namque ut [9] preſſiùs loquar, omnes ea tempeſtate velut in Cimmeriis tenebris reptabamus, [c] paria convivis Siculi Dionyſii pavitantes: qui cùm epulis omni triſtioribus fame ſaginarentur, ex ſummis domorum laqueariis in quibus diſcumbebant, ſetis nexos equinis & occipitiis incumbentes gladios perhorrebant. Tunc & [d] Baſſianus procerum genere natus, Notarius militans inter primos, quaſi prænoſcere altiora conatus, licèt ipſe de qualitate partûs uxoris conſuluiſſe firmaret, ambitioſo neceſſitudinum ſtudio quibus tegebatur, morte ereptus, patrimonio opimo exutus eſt. Inter fragores tot ruinarum Heliodorus tartareus ille malorum omnium cum Palladio fabricator, mathematicus ut memorat vulgus, colloquiis ex aula regia præpigneratus abſtruſis, jam funebres aculeos exertabat, omni humanitatis invitamento ad prodenda quæ ſciret vel fingeret laceſſitus. Nam & ſollicitiùs cibo mundiſſimo fovebatur. & ad largiendum pellicibus merebat æs collaticium grave, & [e] incedebat paſſim [1] ac latè os circumferens vultuoſum, omnibúſque formidatus: ea fiduciâ ſublatior, quòd ad lupanar, quo ſicut ipſe voluit [f] liberiùs ſervabatur, Cubiculariis officiis præpoſitus, aſſiduè propalam ventitabat, [g] elogia parentis publici præferens futura pluribus luctuoſa. [h] Pérque eum ut forenſium cauſarum patronum, quid in primis orationis partibus

8 *Al.* ſupplicium. 9 *Mſ.* preſſius. 1 *Mſ.* ac latè.

pœnæ letali. Sic alibi *addicere ſupplicio*, & paullo infra *exſilio & pecuniariis addicti diſpendiis.* Id Valeſio in mente hæſit. Ac tamen maritos paulo ante appellavit; quo reſpectu eum nunc patremfamilias dicet? Crediderim igitur veteres libros indicare *paris*, hoc eſt, modo mariti. *Gron.*

a *Libraria omnia*] *Librarium*, βιβλιοθήκη, ut *Lignarium*, ξυλοθήκη. Gloſſar. * Gell. lib. 5. cap. 4. librariam dixit. * *Lindenbr.*

b *Tantus univerſos invaſerat terror.*] Atrocitatem eorum temporum ſatis declarar Sozomenus in lib. 6. cap. 35. ubi Valentem refert præcipiti iracundia adverſus omnes Philoſophos ferri primùm cœpiſſe, deinde verò comprehenſos eſſe multos, qui Philoſophi quidem non erant, pallio tamen philoſophici ſimili erant amicti: adeo ut omnes eo tempore præ metu pallia abjicerent. Cædes porrò damnatorum tanta fuit, ut eam mactationi pecudum in epulis ac viſcerationibus comparet Eunapius in Maximi vita, & Marcellinus noſter ſuprà in hoc libro. *Valeſ.*

c *Paria convivis Siculi Dionyſii*] Damoclis hiſtoriam intelligit, de qua fusè Plato lib. III. de Repub. Tull. 2. de Finibus, & Tuſcul. lib. v. Sidonius Apollin lib. 2. Epiſt. 13. Johan. Salisberienſ. lib. 8. cap. 23. *Lindenbr.*

* d *Baſſianus proc rum genere natus.*] Hic videtur eſſe Baſſianus filius Thalaſſii Præfecti Prætorio, gener autem Elpidii Præfecti etiam Præt. cognatus ac diſcipulus Libanii, adoleſcens optimus: ut teſtatur Libanius in libri 4. Epiſtola 269. ad Rufinum. * *Valeſ.*

e *Incedebat paſſim elate.*] In Editione Auguſtana legitur: *Et incedebat paſſim ac late os circumferens vultuoſum.* Cui Editioni ſubſcribit Regius codex, * & Toloſ. * *Idem.*

f *Liberius ſervabatur.*] Fortè *verſabatur.* Idem.

g *Elogia parentis publici.*] Id eſt ſententias & edicta Imperatoris, qui parens publicus dicitur à Symmacho in Epiſtolis & alibi ſæpe. Elogium autem quid ſit, notavi ad librum XIV. Gloſſæ veteres, *Elogium*, διάταγμα. Idem.

h *Perque eum ut forenſium cauſarum patronum*] Ex his neceſſariò colligitur, Heliodorum Advocatum fuiſſe: ut fortaſſe is ipſe ſit Heliodorus, de quo Libanius loquitur in Orat. adverſus doctrinæ ſuæ obtrectatores, pag. 602. qui ex viliſſimo gari mercatore celebris cauſidicus evaſit. Nam cùm Corinthum veniſſet gari vendendi causâ, & hoſpes apud quem divertebat, morbo laboraret, nec ſe in judicio die dicta ſiſtere poſſet: ipſe ejus loco ſe exhibuit: auditíſque cauſidicis in ſpem venit ſe quoque ſi cauſis agendis operam daret, non poſtremum cauſidicum futurum. Quare cùm tempus diſpenſaſſet partim mercibus vendendis, partim cauſis audiendis, brevi celebris Advocatus exſtitit: erat enim admodum impudens, & ob mercaturam gari ſubinde ridebatur: ſed ipſe ridentibus potior, magnas ex cauſidicina opes ſibi

collocaret, ut proficere poſſit faciliùs [2] Valens, quibúſve figurarum commentis [i] ſplendida loca adtentare debeat, præmonebatur. Et quoniam longum eſt quæ [k] cruciarius ille conflavit; hoc unum ediſſeram, [l] quàm præcipiti confidentia Patriciatûs columina ipſa pulſavit. Qui ex clandeſtinis, ut dictum eſt, Regiorum confabulationibus immaniter arrogans, & ipſa vilitate ad facinus omne venalis, egregium illud par conſulum Euſebium & Hypatium germanos fratres, Conſtantii Principis quondam adfines ad cupidinem altioris fortunæ erectos, & conſuluiſſe & agitaſſe quædam ſuper Imperio detulit: addens itineri ad mendacium fictè conſtructo quòd Euſebio etiam principalia indumenta parata ſint. Quibus hauſtis aventer, fremebundus & minax, [m] cui nihil licere debuerat, quia omnia ſibi licere etiam injuſta exiſtimabat, inremiſsè ab [3] extremis regionum intervallis exhibitis omnibus, quos ſolutus legibus accuſator perduci debere profunda ſecuritate mandarat, ſuſcipi quæſtionem criminosè præcepit. Cùmque nodoſis coartationibus æquitate diu jactata, & [4] nexibili adſeveratione perditi nebulonis durante, nullam confeſſionem exprimere tormenta gravia potuiſſent, ablegatóſque ab omni hujuſmodi conſcientia res ipſa viros oſtenderet claros: calumniator quidem ita ut antea honorabiliter colebatur: illi verò exſilio & pecuniariis adflicti diſpendiis, paullo poſtea redditâ ſibi multâ ſunt revocati, dignitatibus integris & ſplendore. Nec tamen poſt hæc tam pœnitenda repreſſiùs actum eſt vel pudenter: non reputante alta nimiùm poteſtate, quòd rectè inſtitutis ne cum inimicorum quidem incommodis in delicta convenit ruere voluntaria: [n] nihílque ſit tam deforme, quàm ad ardua Imperii ſupercilia etiam acerbitatem naturæ adjungi. Sed Heliodoro incertum morbo an [5] quadam excogitata vi mortuo, (nolim dicere, utinam nec ipſa res loqueretur!) funus ejus per

2 *Mſ.* & valere. 3 *Mſ.* externis. 4 *Al.* nixis adſ. 5 *Vulg.* aliqua.

comparavit: ejus enim patrocinio omnes certatim ſe committebant. Peracto tandem advocationis tempore, fiſci Advocatus fuit, & poſtea magiſtratum geſſit. *Valeſ.*

i *Splendida loca.*] Intelligit quos locos communes vulgo Rhetores vocant. * Valentem certè ſtudioſum inprimis fuiſſe eloquentiæ, teſtatur Themiſtius in Oratione quinquennali. * *Idem.*

k *Quæ cruciarius ille.*] Cruciarius eſt cruce dignus, apud Apuleium in lib. x. initio, & Senecam in controverſia 21. [& in crucem ſublatus apud Petronium.] Vide Iſidorum in lib. x. Originum. *Idem.*

l *Quamquam præcipiti.*] Scribendum ſine dubio eſt: *Hoc unum ediſſeram, quàm præcipiti confidentia Patriciatus columina ipſa pulſavit.* Idem.

* m *Cui nihil licere debuerat, quia omnia ſibi licere exiſtimabat.*] Sumtum eſt ex Seneca in libri 3. de Ira capite 12. *Nihil tibi liceat dum iraſceris. Quare? Quia vis omnia licere.* Vel certè ex Conſolatione ad Polybium capite 26. *Cæſari quoque ipſi, cui omnia licent, propter hoc ipſum multa non licent.* Adde caput ejus octavum de Clementia. * *Idem.*

n *Nihilque ſit tam iniquum, quam ad, &c.*] Hæc Marcellinus ſumpſit ex eleganti illa Ciceronis Epiſtola ad Quintum fratrem. Sic enim ait Cicero de iracundia: *Quod vitium cùm in hac privata quotidianáque vita levis eſſe animi atque infirmi videtur: tum verò nihil eſt tam deforme, quàm ad ſummum imperium etiam acerbitatem naturæ adjungere.* Unde pæne adducor ut credam ſic à Marcellino relictum eſſe: *Nihilque ſit tam deforme, quam, &c.* Accurſius quidem ita ediderat, *nihilque ſit tam dirum, quàm, &c.* At Gelenius ſic edere maluit, *nihilque ſit tam iniquum. &c.* uterque ex conjectura, ut equidem non dubito. Nam in Regio codice adjectivus deeſt. Sic enim in eo exaratum eſt: *Nihilque ſit tamquam ad ardua, &c.* [& ita in Colbert.] *Idem.*

veſpil-

veſpillones elatum ^o pullati præcedere Honorati complures, inter quos & fratres juſſi ſunt Conſulares. Ibi tunc rectoris Imperii caries tota ſtoliditatis apertiùs eſt profanata: qui cùm abſtinere inconſolabili malo rogaretur, obnixe inflexibilis manſit: ut videretur aures occluſiſſe ceris, quaſi ſcopulos Sirenios tranſgreſſurus. Superatus tamen precibus deſtinatis tandem, ^p nudatis capitibus infauſtam buſtuarii libitinam aduſque ſepulcrum ^q incedentes & pedibus, ^r quoſdam etiam complicatis articulis, præire mandavit. ^ſ Horret nunc reminiſci, ^6 ^t quo juſtitio ^7 humilitati tot rerum apices viſebantur, & præci-

6 *Steph.* qua juſtitia. 7 *Al.* humilitati.

---

o *Pullati præcedere honorati compl.*] Mos erat apud veteres, ut cùm funus efferebatur, propinqui & amici cum clientibus ac ſervulis honoris causâ præcederent. Hieronymus ad Paulam de obitu Blæſillæ. *Ex more*, inquit, *parantur exſequiæ: & nobilium ordine præeunte aureum feretro velamen obtenditur.* Idem in Epiſtola ad Riparium adverſus Vigilantium: *Ergo Martyrum immundæ ſunt reliquiæ? & quid paſſi ſunt Apoſtoli, ut immundum Stephani corpus tanta funeris ambitione præcederent?* Auctor Hiſtoriæ Miſcellæ in lib. 12. de Athanarico Conſtantinopoli defuncto loquens. *Cujus exſequias*, ait, *Imperator ipſe præcedens, dignæ eum tradidit ſepulturæ.* Idem ait Jordanes in Geticis. Omitto lotum Sulpicii in fine libri 2. de vita Sancti Martini, Hegeſippum in lib. 5. cap. 2. Petrum Chryſologum Serm. 121. Hinc Græci προπέμπειν dicunt, ut Jamblichus de vita Pythagoræ, Chryſoſtomus in Homilia de morte, & acta Synodi contra Chryſoſtomum habitæ. *Valeſ.*

p *Nudatis capitibus.*] Honoris ſcilicet causâ. Sic Julianus capite nudo, & poſito diademate, funus Conſtantii deduxit, teſte Gregorio Nazianz. in Invectiva 2. Ceterùm ex hoc loco colligi videtur, Romanos ac præcipuè nobiles ea ætate minimè ſolitos eſſe capite nudo incedere, maximè extra civitatem. Ibi enim cadavera humabantur, ut notavi ſuprà. *Idem.*

q *Incedentes pedibus.*] Scribendum videtur: *Nudatis capitibus aduſque ſepulcrum incedentes & pedibus.* Sic Suetonius in Auguſto ſcribit, reliquias ejus collectas à primoribus Equeſtris ordinis tunicatis diſcinctiſque & pedibus nudis, ac in mauſoleum conditas eſſe. Confirmatur autem hæc emendatio ſequentibus verbis. Sequitur enim, *quoſdam etiam complicatis articulis præire mandavit.* Ubi exaggerationem gradatim factam agnoſcas: primò enim nudare capita juſſi ſunt quod leve eſt: dein nudare pedes, quod gravius: poſtremo digitos complicare. Quòd ſi vulgatam ſcripturam retineas, languet oratio. *Idem.*

r *Quoſdam etiam complicatis articulis.*] Veteres in mærore ac luctu manus complicabant: quem habitum eleganter deſcribit Apuleius lib. 3. *Complicitis denique pedibus, ac palmulis in alternas digitorum viciſſitudines ſuper genua connexis, ſic grabatum coxim inſidens, ubertim flebam.* * Et Gregorius Nyſſenus in Oratione contra feneratores: κάθηται τὼ χεῖρε συνδήσας, στένει συνεχῶς. Nilus in libro de cæde Monachorum in Monte Sina pag. 115. eumdem habitum lugentis deſcribit: ἐκάθησα τὰς χεῖρας περιπλέξας τοῖς γόνασι, καὶ τὸ πρόσωπον ἐπὶ τούτων κατακλίνας. τοὺς κόλπους ἐπλήρουν δακρύων. Hanc porrò hominum ſtultitiam graviter arguit Dio Orat. 16. de ægritudine, qui non contenti præſenti moleſtiæ animum ſubmittere, alia etiam extrinſecus adjumenta luctûs excogitarunt, ut pullas veſtes, manuum complicationes, & humiles ſellas: τὸ δὲ μὴ μόνον εἴκειν τῇ φθορᾷ τῆς διανοίας, ἀλλὰ καὶ προσμηχανᾶσθαί τινας ἔξωθεν, οἷον μέλαιναν ἐσθῆτα, καὶ συμπλοκὰς χειρῶν, καὶ ταπεινὰς καθέδρας, οὐχὶ σφόδρα εὔηθες. Quintus Smyrnæus lib. 14. de Captivis mulieribus Trojanis, quæ in Græciam abducebantur:

Αἱ δ' ἄρα παπταίνεσκον ἐς Ἴλιον ἀχνύμεναι κῆρ
Ἀνιάδες· καὶ πολλὰ κινυρόμεναι γοάασκον.
Καί ῥ' αἱ μὲν περὶ γούνατ' ἔχον χέρας.

Hippocrates * in Symbolico ſive de Signis apud Euſtathium Iliados III. pag. 642. * ἀσπαζόμενοι, ὑπισχνούμενοι, κελεύοντες, εὐφημέοντες, εὐχόμενοι, ὀλολύζοντες, εὐαγγελιζόμενοι, ἐς πᾶσαν ἴησιν ἀγαθοί. αἰάζοντες δὲ ἢ κλαίοντες, ἢ συμπεπλεχότες τὰς χεῖρας ἢ περιηγκωνισμένοι καὶ ἑξῆς ἐς πᾶσαν ἰατρείην κακοί. Idem.

* ſ *Horret animus reminiſci.*] Sic primus emendavit Accurſius. Nam in Editione Gelenii legitur: *Horret nunc reminiſci*. prout in codice Regio, [Colb.] & Toloſ. ſcriptum reperi. *Horret* igitur imperſonaliter poſitum eſt ex more loquendi ſæculi illius. Sic Hilarius in libro contra Conſtantium Aug. pag. 295. *Sed tibi ſtatim quod utraque Fide continebatur, exhorret*: & Rufinus in lib. 8. Hiſt. Eccleſ. capite 6. *Cúmque jam illis ipſis ſpectatoribus nimietas crudelitatis horreſceret.* In Actis quoque Præſidialibus Tarachi, Probi & Andronici, capite 7. *Vultus tuus mihi horret.* Cyprianus item in Epiſtola ad Jubajanum, Ambroſius in Epiſt. Pauli ad Corinthios capite 12. ſeu quis alius Auctor iſtorum Commentariorum; Auguſtinus in Epiſtola 70. * *Idem.*

[t *Quo juſtitio humiliati tot rerum apices viſebantur.*] In codice Colbertino lego *humilitati*: quo modo Marcellinum ſcripſiſſe puto. Ab *humilis* enim fit *humilitare* ſæpius quàm *humiliare*, ut à *nobilis nobilitare*, à *debilis debilitare*, à *facilis facilitare*, ab *habilis habilitare*. à *ſtabilis ſtabilitare* apud Ennium pro *ſtabilire*.] Had. Valeſius. Prima verba citationis hujus illuſtravit Juretus ad Symmachum lib. VII. epiſt. 103. *Gronov.*

puè Conſulares, [v] poſt ſcipiones & trabeas & faſtorum monumenta mundana. Inter quos omnes adoleſcentiâ & virtutum pulcritudine commendabilis noſter Hypatius præminebat, vir quieti placidíque conſilii, honeſtatem lenium morum velut ad perpendiculum librans: qui & majorum claritudini gloriæ fuit, & ipſe poſteritatem mirandis [x] actibus Præfecturæ geminæ decoravit. Acceſſerat hoc quoque eodem tempore ad Valentis ceteras laudes: quòd cùm in aliis ita ſæviret infeſtè, [y] ut pœnarum atrocitatem ægrè [8] ferret finiri cum morte; Pollentianum Tribunum malitiâ quemdam exſuperantem, iiſdem diebus convictum confeſſúmque quod [z] exſecto vivæ mulieris ventre, atque intempeſtivo partu extracto, infernis manibus excitis de permutatione Imperii conſulere auſus eſt: [a] familiaritatis contuitu, Ordine omni muſſante, abire juſſit inlæſum, ſalutem & invidendas opes & militiæ ſtatum integrum retenturum. O præclara informatio doctrinarum, munere cæleſti indulta felicibus, quæ vel vitioſas naturas ſæpe excoluiſti! quanta in illa caligine temporum correxiſſes, ſi Valenti ſcire per te licuiſſet, [b] nihil aliud eſſe Imperium, ut ſapientes definiunt, niſi curam ſalu-

8 *Mſ.* maturis...... ferret.

v *Poſt ſcipiones & trabeas.*] Inter Conſulum inſignia fuit ſcipio eburneus cui aquila inſidebat, ut docet Juvenalis in *Sat.* x. Caſſiodorus in Formulis, Iſidorus, aliique Græci σκῆπτρον vocant. *Sic* Libanius in Oratione Conſulari ad Julianum: καὶ τὴν ἐσθῆτα ταύτην ἐνδῦναι, καὶ τὸ σκῆπτρον ἐπιλαβεῖν: & Themiſtius in Oratione XI. Juvenalis quoque & Claudianus ſceptrum vocant. *Valeſ.*

x *Actibus Præfecturæ geminæ decoravit.*] Flavius Hypatius Præfectus Prætorio Italiæ fuit Antonio & *Sy*agrio Coſſ. & ſequenti anno qui Merobaudem II. & *Sa*turninum Coſſ. habuit: hoc eſt anno Natalis Dominici 382. & 383. ut ex multis Codicis Theod. legibus colligitur. Quæ non duplex Præfectura, ſed una eadémque videtur fuiſſe. Fuit autem Hypatius eodem anno Præfectus Urbi, ut legitur in lege 26. Cod. Theodoſ. quorum appellationes. Geminam ergo Præfecturam rectè geſſiſſe dicitur. Ceterùm cùm Hypatius Præf. Præt. Italiæ fuerit, apparet eum relicto Oriente poſt obitum Valentis, ad Occidentis Imperium migraviſſe. *Idem.*

y *Ut pœnarum moras.*] Hæc eſt conjectura Gelenii. Nam in Mſſ. Regio, * Toloſ. * [ac Colbert.] & Flor. & in Editione Auguſtana ſic legitur hic locus: *Ut pœnarum maturis...... ferret, &c.* unde ſic arbitror commodius ſcribi potuiſſe: *Ut pœnarum atrocitatem ægrè ferret finiri cum morte.* Valeſius. Quæſo quid, ſi non hoc, eſt quidlibet ex quolibet? Et ſane atrocitas, quæ dicitur reſpectu infligentis, cujus animus atrox facit atroces pœnas, pœnarum, in quibuſdam criminibus non finitur cum morte, quum & mortuorum jam corpora lanientur, aut diritate alia illis inſultetur, etſi judex, ſub quo tale quid contingit, non ideo debeat dici ſævire infeſte. Sed & *pœnarum amaritudinem* potius conjeciſſet ad literas priſcæ ſcripturæ. Requirebatur aliquid ἐμφατικώτερον, tale ſcilicet, cui finis ſolet dari in morte, quod neſcio an tetigerim ſuſpicando *pœnas humanas ægre ferret cum m. f.* Ex Ciceronis libri II. Offic. cap. 5. *Tantaque pœna officiamus, quantam æquitas humanitaſque patitur.* Gron.

z *Exſecto vivæ mulieris ventre atque intempeſtivo partu extracto*] Artis magicæ facinus horrendum: ſine quo tamen vix eſt ut abſtruſiora ſecretioraque venefici peragere poſſint. Juvenalis Satyr. VI.

Pectora pullorum rimabitur, exta catelli,
Interdum & pueri.

Adhibitum itaque, ubi majus aliquid tentatum. * Vid. Clementis libb. Recognitionum, ubi de Simone mago agit. Vid. Spart. in Heliogabalo, Vierius de Præſtigiis dæm. lib. I. cap. 7. Zonaras de Maxentio in Vita Conſtantini Magni. * De Maxentio Imp. Euſebius Pamph. Hiſtor. Eccleſ. lib. VIII. cap. 14. pag. 98. ἡ δὲ τῶν κακῶν τοῦ τυράννου κορωνίς, ἐπὶ γοητείαν ἤλαυνε μαγικαῖς ἐπινοίαις· τοτὲ μὲν γυναῖκας ἐγκύμονας ἀνασχίζοντος, τοτὲ δὲ νεογνῶν σπλάγχνα βρεφῶν διερευνωμένου, λέοντάς τε κατασφάττοντος. καί τινας ἀρρητοποιίας ἐπὶ δαιμόνων προκλήσει καὶ ἀποτροπιασμὸν τοῦ πολέμου συνισταμένου. διὰ τούτων γὰρ αὐτῷ τὰ τῆς νίκης κατορθωθήσεσθαι, ἡ πᾶσα ἐτύγχανεν ἐλπίς. Sic poſt mortem Juliani Cæſaris in officina artium vetitarum inter inſtrumenta, quibus Imp. ad res magicas uſus fuit, *viderunt mulierem à capillis appenſam, extenſas habentem manus, cujus uterum aperuerat, ut Perſarum victoriam in jecore ejus inſpiceret.* Caſſiodorus in Hiſtor. Tripart. lib. VI. cap. 48. Theodoretus lib. III. cap. 21. *Lindenbr.*

a *Familiaritatis ejus intuitu.*] In codice Regio * & Toloſ. * [ac Colbert.] ſcriptum reperi, *familiaritate eis contuitu*: neque aliter Auguſtana præfert Editio: quare ita puto Marcellinum ſcripſiſſe, *familiaritatis contuitu.* Valeſ.

b *Nihil aliud eſſe Imperium niſi curam ſalutis aliena.*]

tis alienæ. boníque eſſe moderatoris, reſtringere poteſtatem, reſiſtere cupiditati omnium rerum, & implacabilibus iracundiis: noſſéque, ut Cæſar Dictator aiebat, [b] *miſerum eſſe inſtrumentum ſenectuti recordationem crudelitatis:* ideóque [c] de vita & ſpiritu hominis, qui pars mundi eſt & animantium numerum complet, laturum ſententiam diu multúmque cunctari oportere, nec præcipiti ſtudio ubi inrevocabile factum eſt agitari: ut exemplum eſt illud antiquitati admodum notum. [d] [e] Apud Proconſulem Aſiæ Dolobellam [Smyrnæa [f] materfamilias filium] proprium & maritum venenis necaſſe confeſſa, quòd filium [[g] ex priore viro ab eis occiſum comperiſſet] & compendinata, cùm conſilium, ad 9 quod res ex more delata eſt, anceps quid

9 *Mſ.* quod Rex ex more. *ισ.* quod res ex more.

Eamdem ſententiam uſurpavit in lib. XIV. cap. 11. & in lib. XXV. cap. 3. his verbis: *Reputánſque juſti eſſe finem Imperii obedientium commodum & ſalutem.* Præclare. Hoc enim maximè inter Regem ac tyrannum intereſt, quòd tyrannus quidem omnia ſui unius causâ facit, & ad utilitatem ſuam aut voluptatem cuncta refert: Rex verò ſubditorum commodis ſervire debet, & Agamemnonem imirari, quem Homerus & bonum Regem, & fortem appellat pugnatorem: Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. Nam quemadmodum fortis bellator dicitur Agamemnon, non quòd peritè plagam hoſti inferre, ac rurſus ſibi cavere novit, ſed quia exercitum ducere, aciem inſtruere ad referendam de hoſte victoriam egregiè callet: ſic idem egregius Rex dicitur, non quòd in ſumma rerum omnium felicitate vitam tranſigit, ſed quòd eorum quibus præeſt, commodis utilitatíque proſpicit, ut ait Socrates apud Xenophontem in 3. Commentar. In quam ſententiam Cicero in Epiſt. 1. ad Quintum fratrem: *Ac mihi quidem videntur huc omnia eſſe referenda ab iis qui aliis præſunt, ut ii qui erunt in eorum imperio; ſint quàm beatiſſimi. Eſt enim non modò ejus qui ſociis & civibus, ſed etiam ejus qui ſervis, qui mutis pecudibus præſit, eorum quibus præſit, commodis utilitatique ſervire.* Et in libro 1. de Officiis: *Omnino*, ait, *qui Reip. præfuturi ſunt, duo Platonis præcepta teneant: unum ut utilitatem civium ſic tueantur, ut quidquid agunt, ad eam referant obliti commodorum ſuorum. Ut enim tutela, ſic procuratio Reip. ad utilitatem eorum qui commiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa eſt, gerenda eſt.* Quam ſententiam Plato hauſit ex Archyta Tarentino, qui in lib. de Lege & Juſtitia idem dixerat: ἄριστος δὲ κ' εἴη ἄρχων ὁ ἀρχοντικωτάτῳ νόμῳ. οὗτος δὲ κ' εἴη ὁ μηδὲν αὐτῷ ἕνεκα ποιέων, ἀλλὰ τῶν ὑπ' αὐτόν. ἐπειδήπερ οὐδὲ ὁ νόμος αὐτῷ ἕνεκα, ἀλλὰ τῶν ὑπ' αὐτόν. *Optimus autem is Princeps erit, qui ex maximè principali lege imperabit. Is verò erit, qui nihil ſui ipſius ſed ſubditorum causâ faciet; quemadmodum lex non ſui ipſius, ſed ſubditorum causâ manet.* Adde Platonem in Politico, Ariſtotelem in V. Eth. cap. X. *Valeſ.*

b *Miſerum eſſe inſtrumentum ſenectuti.*] Ad verbum Græcè, κακὸν τῷ γήρᾳ ἐφόδιον εἶναι τὴν ὠμότητος ἀνάμνησιν. Inſtrumentum enim apud Marcellinum noſtrum idem eſt quod ἐφόδιον, hîc & ſuprà in lib. 28. & alibi. Sic apud Stobæum in cap. de ſenectute, Socrates rogatus, τί ἂν εἴη γήρως ἐφόδιον ἄριστον, quod eſſet optimum inſtrumentum ſenectuti, Idem, inquit, quod juventuti. Et apud Aſterium in Homilia 2. σοὶ μὲν γὰρ ἀκολουθήσει πικρὸν ἐφόδιον ἡ ἁμαρτία τὴν ἀναστασίαν πορευομένῳ πορείαν. * Græci quoque dicunt eleganter, ἐκ ἀγαθὸν γηροτρόφος ἡ ὠμότης: ut apud Themiſtium initio Orationis 17. Eodem ferè ſenſu dixit Plutarchus in vita Catonis Cenſorii: κάλλιστον αὐτοῖς ἐγγήραμα τὴν πολιτείαν ποιησάμενος. * Idem.

c *De vita & ſpiritu hominis laturum ſententiam diu multumque cunctari oport.*] Caſſiodorus lib. VII. Var. 1. *Cunctator eſſe debet qui judicat de ſalute; alia ſententia poteſt corrigi, de vita tranſactum non patitur immutari.* Juvenalis Satyr. VI.

Nulla umquam de morte hominis cunctatio tarda eſt.

* Plato in Apologet. Socrates pag. 37. a. Νόμος ἄλλοις ἀνθρώποις περὶ θανάτου μὴ μίαν μόνον ἡμέραν κρίνειν, ἀλλὰ πολλάς. * Lindenbr.

d *Apud Proconſulem Aſiæ Dolabellam Smyrnæa.*] Valer. Max. lib. VIII. cap. 1. A. Gell. lib. XII. cap. 7. *Idem.*

e *Apud Proconſ. Aſiæ Dolabellam*] In Regio codice *Dolobellam* ſcriptum inveni. Neque aliter hoc nomen ſcribitur in Appiani, Plutarchi, Dionisque codicibus, & in vetuſtis Editionibus aut Mſ. exemplaribus Latinorum Auctorum. Ceterùm hic videtur eſſe Dolabella, qui Conſul fuit cum Antonio, & provinciam Aſiam poſt mortem C. Cæſaris ſibi decrevit. *Valeſ.*

f *Materf. filium proprium.*] Sic Gelenius edidit: Accurſius verò *ſobolem propriam.* At in codice Regio tria hæc deerant verba, & lacuna erat relicta. In lib. 8. Valerii Maximi, & Agellii 12. legitur tantùm virum & filium ab ea muliere occiſum. Itaque filium non de propria mulieris ſobole, ſed privignum intelligendum puto. In Mſ. Vaticano legitur, *Smyrna .... propriam, &c.* Idem. Itaque miror cur τὸ *Smyrnæa* ut dubium virgulis Hadrianus incluſerit, quod non debebat, ut vere genuinum. Sed tamen ita reliqui. *Gron.*

g *Ex priore viro ab eis occiſum comperiſſet.*] Sic Gelenius ex conjectura ſupplevit. Nam in Regio codice legitur tantùm *eaermonio* [In Colb. *eavermonio.*] Accurſius verò ita emendaverat, *ex alio marito ab eis comperit necatum.* Valeſ.

inter ultionem & ſcelus ſtatui debeat hæſitaret, [h] ad Areopagitas miſſa eſt, Athenienſes judices triſtiores: quorum æquitas Deorum quoque jurgia dicitur diſtinxiſſe. Hi causâ cognitâ, centeſimo pòſt anno cum accuſatore mulierem adeſſe juſſerunt: ne aut [i] abſolverent veneficam, aut ultrix neceſſitudinum puniretur. Ita numquam tardum exiſtimatur, quod eſt omnium ultimum. Poſt commiſſa iniquitatibus variis antedicta, & impreſſas fœdè corporibus liberis quæ ſupervixerant notas, inconnivens Juſtitiæ oculus, arbiter & vindex perpetuus rerum, vigilavit attentè. [k] Namque cæſorum [1] ultimæ diræ, perpetuum numen ratione querelarum juſtiſſima [2] commoventes, Bellonæ accenderant faces: ut fides oraculi firmaretur, quod nihil impune prædixerat perpetrari. Dum hæc quæ ſuprà digeſta ſunt, Antiochiæ Parthico fragore ceſſante per inteſtinas dilatantur ærumnas: cœtus furiarum horrificus poſt involutos multiplices caſus ab eadem urbe digreſſus, cervicibus Aſiæ totius inſedit hoc modo. [3] [l] Feſtus quidam Tridentinus ultimi ſanguinis & ignoti,

1 *Mſ.* ultimæ. 2 *Mſ* commoventes. 3 *Mſ.* Fcſtus.

h *Ad Areopagitas miſſa eſt, Athenienſes judices triſtiores; quor. æquitas Deor.*] Nota eſt fabula. Cùm filiæ injurias gladio Mars ultus eſſet, idcircoque à Neptuno (cujus enim filium Halirrhothium interfecerat) accuſaretur, apud Areopagum cauſa dicta fuit. * Vid. Auguſtinus de Civitate Dei lib. XVIII. cap. 10. Stephan. de Urbibus in Areopag. Ariſtid. Orat. Panathen. p. 6. a. in fine. * Iſidorus Peluſiota lib. 2. Epiſt. 92. Ἐπὶ τοῦ Ἀρείου πάγου ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος αἰτιαθεὶς καὶ ἁλοὺς, αὐτὸς μὲν δίκην δέδωκε, τῷ δὲ τόπῳ περὶ τὸ στηλιτευθῆναι τὴν ἀρχαίαν τοὔνομα καταλέλοιπε. Idem Epiſt. 90. OEcumenius in Acta Apoſt. cap. 17. Apollodorus Biblioth. lib. III. Photius in Biblioth. pag. 374. * Vel etiam de Neptuni & Minervæ diſſidio intelligendum. Et videtur Ammian. ad Varronis locum reſpexiſſe, cujus etiam auctoritate utitur Auguſt. de Civitat. Dei lib. XVIII. cap. x. * *Lindenbr.*

i *Abſolverent veneficam.*] Codex Regius *veneficium*: quam ſcripturam confirmat Agellius in lib. 12. *Valeſ.*

[k *Namque cæſorum ultrices diræ, perpetium numeratione querelarum juſtiſſ. commovente.*] Sic in libro XXVIII. *Sed accelerarunt ultrices diræ cæſorum.* Sic vulgatæ Editiones utrubique præferunt. At codex Colbertinus utroque loco *ultimæ*. Et quidem in libro 28. *ſed accelerarunt ultimæ diræ cæſorum.* In libro autem 29. *Namque cæſorum ultimæ diræ, perpetuum numen ratione querelarum juſtiſſima commoventes, &c.* Quæ certiſſima & optima eſt ſcriptura. *Cæſorum ultimæ diræ* dicuntur Ammiano injuſtè damnatorum ultimæ preces, imprecationeſque, & iniquorum judicum exſecrationes. Diras *impia vota* & *querelas* vocat Virgilius in Diris. *Accelerare* autem *ultimas diras cæſorum* dixit Ammianus, ſive ultimas morientium preces & exſecrationes: ſicuti apud veterem Poëtam *preces ire* dicuntur:

Et fama eſt junctas fortiùs ire preces.

Qui in utroque loco Ammiani *ultrices diræ* poſuere, in mente habuere Furias ſeu Eumenidas, quæ alio nomine *Diræ* à Latinis ſunt appellatæ, *Ultriceſque* nonnunquam cognominatæ. A. Victoris Epitome de Baſſiano: *Hic fratrem ſuum Getam peremit. Ob quam cauſam furore pœnas dedit Dirarum inſectatione, quæ non immeritò ultrices vocantur.* Sed à melioris notæ codicibus Mſſ. ſine cauſa recedere non licet, quum optimè nobis ſenſus ratio conſtat.] *Hadr. Valeſius.* Ultrices diras ſuppleverunt ex Virgilio lib. IV. AEn. 473. *Ultriceſque ſedent in limine diræ.* Sed Ammianus etiam nunc, ut ſæpe, videtur imitatus Florum, cujus verba ſunt lib. II. cap. 6. *Quaſi has inferias ſibi Saguntinorum ultimæ diræ in illo publico parricidio incendioque mandaſſent.* Gron.

l *Feſtus quidam.*] De quo Zoſimus in lib. 4. hæc dicit: τῶν δ' ἀποτμημάτων ἦν κολοφὼν Φῆστος, ὃν εἰς πᾶσαν εἰδὼς ὠμότητα πρόχειρον ὄντα, τῆς Ἀσίας ἀνθύπατον ὁ βασιλεὺς ἵστησι. *Porrò omnium calamitatum cumulus fuit Feſtus quidam, quem Valens ad omne genus crudelitatis promptiſſimum eſſe probè ſciens, Aſiæ Proconſulem deſtinavit.* Ejuſdem elogium exſtat apud Suidam in Φῆστος ex Eunapii Sardiani Hiſtoriis, & apud eumdem Eunapium in Vita Maximi Philoſophi. Hic eſt, ut opinor, Rufus Feſtus V. Cl. qui Breviarium ſcripſit ad Valentem Aug. non autem ad Valentinianum, ut habent vulgatæ Editiones, & ſcripti codices. Annon enim hæc libri ejus clauſula Valentem reſpicit? *Ut ad hanc ingentem de Gothis, etiam Babylonicæ tibi palma pacis accedat.* Accedit quòd in duobus Mſſ. antiquiſſimis *Feſti Dictatoris Breviarium* exaratum eſt, ut in Notis ad Victoris Epitomen teſtatus eſt Andr. Schottus. Eſt autem Dictator, qui ad memoriam dictat, qui & ἀντιγραφεὺς Græcè dicitur, ut notatum eſt à Cl. Salmaſio ad Vopiſcum in Caro. Cum igitur Marcellinus Feſtum Magiſtrum fuiſſe memoriæ prodat, & reliqua egregiè conveniant: nihil vetat quo minus hunc Feſtum eumdem cum Hiſtorico eſſe credamus. *Valeſ.*

in nexum germanitatis à Maximino dilectus ut ſodalis [m] & contogatus, decernentibus fatis ad Orientem tranſgreſſus eſt: ibique [n] adminiſtratâ Syria; Magiſterióque memoriæ peracto, bona lenitudinis & reverentia reliquit exempla: unde [o] regere Aſiam Proconſulari poteſtate exorſus, velificatione tranquilla (ut aiunt), ferebatur ad gloriam. Audiens autem Maximinum optimo cuique exitialem, obtrectabat ſubinde actibus ejus ut pernicioſis & fœdis. Sed cùm impiè peremptorum exſequiis ſuffragantibus ad Præfecturam veniſſe hominem comperiſſet immeritum, exarſit ad [4] agenda ſperandáque ſimilia; & hiſtrionis ritu mutatâ repentè perſonâ, ſtudio nocendi concepto, incedebat oculis intentis ac rigidis, Præfecturam autumans adfore propediem, ſi ipſe quoque ſe contaminaſſet inſontium pœnis. Et quamquam ſint multa & varia, quæ ut leviùs interpretemur egit aſperrimè: pauca tamen dici ſufficiet, quæ ſunt nota ac pervulgata, ad æmulationem eorum commiſſa quæ facta ſunt Romæ. Ratio enim eadem eſt [5] ubique rectè ſecúſve geſtorum, etiamſi magnitudo deſit diſſimilis rerum. [p] Philoſophum quemdam Cœranium, haud exilis meriti virum, eâ causâ tormentorum immanitate inultum occidit, quòd ad conjugem ſuam familiariter ſcribens, id ſermone addiderat Græco: [6] [q] σὺ δ᾽ [r] νόει, κὴ στέφε τὴν πύλην: quod dici proverbialiter ſolet, ut audiens altius aliquid agendum agnoſcat. Anum quamdam ſimplicem, intervallatis febribus mederi leni carmine conſuetam, occidit ut noxiam, poſtquam filiam ſuam ipſo conſcio curavit accita. In chartis cujuſdam municipis clari ſcrutari ex negotio juſſis, genitura Valentis cujuſdam inventa eſt: repellenſque calumnias is cujus intererat, [ſ] cùm objectaretur ei quamobrem conſtellationem Principis col-

4. *Mſ.* agenda . . . . . . ſperandoque. 5 *Al.* ibi rectè.
6 *Mſ.* COIλθNOбIKAIOTE ΦETHNTTλHN.

m *Et contogatus.*] Id eſt togatus, ſeu Advocatus in eodem foro. *Valeſ.*

n *Adminiſtrata Syria.*] Feſtus Conſularis Syriæ fuit Valente II. & Valentiniano II Coſſ. ut colligo ex lege XI. Cod. Th. de cohortalibus. Certe Libanius in vita ſua Feſtum Conſularem fuiſſe Syriæ dicit antequam Valens Antiochiam veniſſet. Idem Feſtum ait hominem fuiſſe furioſum, & linguæ Græcæ prorſus ignarum. *Idem.*

o *Regere Aſiam proconſulari poteſtate exorſus.*] Proconſul Aſiæ vir Spectabilis erat, ſub cujus adminiſtratione erat Aſia propriè dicta, Helleſpontus, & inſulæ. Nullatenus autem erat obnoxius Præfecturæ Prætorianæ eo quidem adhuc tempore. Nam poſtea imperante Arcadio., cùm omnia perturbara eſſent, Proconſularis etiam poteſtas imminuta eſt, ut ſcribit Eunapius in Vita Maximi. De Proconſulatu Feſti ſcribit Eunapius, & Zoſimus; & Libanius in vita ſua, cùm dicit: *Σπεύδων ᾤχετο εἰς Ἰωνίαν ἐπὶ τὴν ἀρχήν.* Idem.

p *Philoſophum q. Cœranium.*] AEgypto oriundum. Eunapius de Feſto: ἀλλ᾽ ἐπὶ τοσοῦτο παραφορᾶς ἐρρύη καὶ φόνων, ὥστε καὶ Μάξιμον ξίφει διέφθειρε, Κοίρανον αἰγύπτιον ἐπισφάξας αὐτῷ. *Sed eo furoris proceſſit & crudelitatis, ut etiam Maximum gladio occideret, & Cœranum AEgyptium quaſi ſuccidaneam ei victimam mactaret.* Fuit etiam alter Cœranus Agyptius temporibus Severi, ut refert Dio: & alius Græci generis ſub Nerone, de quo Tacitus in fine XIV. *Idem.*

q ΣΥ ΔΕ ΝΟΕΙ.] De hoc adagio nihil legi. *Idem.*

r Νόει, κὴ στέφε τὴν πύλην:] Caſaubonus ſuo codici adſcripſerat, *Στρέφε τὴν πύλην*: vel στέφε τὴν πύλην Utrumque ex conjectura. De more januas coronandi Juvenalis, & alii. * *Lindenbr.*

ſ *Cùm objectaretur illi quamobrem conſtellationem Principis collegiſſet*]. Majeſtatis crimen contrahit, quiſquis ſuper Principis geneſi vel fato ſcrutatur, ut de Lepida ait C. Tacitus Annal. lib. III. cui inter alia crimina hoc quoque objectum fuit, quòd per Chaldæos in domum Cæſaris quæſiviſſet. * Rationem Tertullianus reddit Apologet. cap. 35. *Cur opus eſt perſcrutari ſuper Cæſaris ſalute, niſi à quo aliquid adverſus illam cogitatur vel optatur, aut poſt illam ſperatur & ſuſtinetur?* * Unde Paulus J. C. Sent. lib. v. Tit. 21. *Qui de ſalute Principis vel*

legiſſet, fratrem ſuum fuiſſe Valentem, dudúmque obiſſe documentorum plena fide monſtrare pollicitus, inexſpectato veritatis indicio laniatus, lacer trucidatus eſt. Viſus adoleſcens in balneis admovere marmori manûs utriuſque digitos alternatim & pectori, ſeptémque vocales litteras numeraſſe, ad ſtomachi remedium prodeſſe id arbitratus: in judicium tractus, [7] percuſſus eſt gladio poſt tormenta.

Cap. III. His & mihi vertenti ſtilum in Gallias confunditur ordo ſeriéſque geſtorum, inter multa & ſæva Maximinum reperiens jam Præfectum: [t] qui poteſtate latè diffuſa [8] ſcævum Imperatori acceſſerat incentivum, majeſtati fortunæ miſcenti licentiam gravem. Quiſquis igitur dicta conſiderat, perpendat etiam cetera quæ tacentur: veniam daturus ut prudens, ſi non cuncta complectimur, quæ conſiliorum pravitas crimina in majus exaggerando commiſit. Adoleſcente enim acerbitate, rationum inimica rectarum, trux ſuopte ingenio Valentinianus, poſt ejuſdem [9] Maximini adventum, nec meliora monente ullo nec retentante, per aſperos actus velut æſtu quodam fluctuum ferebatur & procellarum: adeo ut iraſcentis ſæpe vox & vultus & inceſſus mutaretur & color. Quam rem indicia varia teſtantur & certa, è quibus pauca ſufficiet poni. Adultus quidam ex his quos Pædagogianos appellant, ad obſervandam venaticiam prædam Spartanum canem retinere diſpoſitus, ante prædictum tempus abſolvit, adſultu ejus evadere conantis appetitus & morſu: ideóque necatus ad exitium fuſtibus, eadem humatus eſt die. Præpoſitum Fabricæ oblato thorace polito faberrimè, præmiúmque ideo exſpectantem, ea re præcepit [1] occidi, quòd pondus paullo minus habuit. ſpecies ferrea, quam ille [2] formarat. [v] Epiroten aliquem ritus Chriſtiani Presbyterum .... tam Octavianum ex Proconſule .... offenſarum auctore licèt tardiùs ad ſua redire per-

7 *Mſ.* perculſus. 8 *Al.* ſævum. 9 *Mſ.* Maximiani. 1 *Mſ.* occidi ad p̄i, quod. 2. *Hic locus in mſ. tranſpoſitus eſt.*

ſumma Reipublicæ mathematicos, hariolos, haruſpices, vaticinatores conſulit, cum eo qui reſponderit, capite punitur. Apud Vviſigothos mitior hîc pœna decreta: ſic enim in eorum LL. habetur, lib. VI. Tit. II. §. I. *De Salute Principis vel cujuſcumque hominis Hariolos conſulentes, ingenui flagellis cæſi cum rebus omnibus Fiſco ſervituri aut Regi aſſocientur: ſervi in tranſmarinas inſulas deportentur & veneant.* Bene itaque mundani motus ſcrutatorem Jul. Firmicus ſic monet lib. 2. cap. 33. *Cave ne quando de ſtatu Reipub. vel de vita Romani Imperatoris aliquid interroganti reſpondeas: non enim oportet, nec licet, ut de ſtatu Reipub. aliquid nefaria curioſitate dicamus; ſed & ſceleratus atque omni animadverſione dignus eſt, ſi quis interrogatus de fato dixerit Imperatoris: quia nec dicere poteris de eo aliquid, nec invenire.* Lindenbr.

t *Qui poteſtate latè diffuſa ſcævum Imp. acceſſerat incentivum*] Sic Mſ. Flor. ut *Scævum crimen*, L. 19. de Hæreticis. *Scævæ interpretationes*, Novel. unic. Theod. & Valent. de libertis. *Scæva tempora*, leg 9. C. Theod. de infirmand. his quæ ſub tyran. *Idem.*

v *Epiroten aliquem ritus Chriſtiani Presbyterum.*] Recte quidem & ordine fecit Gelenius, qui quaterniones tranſpoſitos primus reſtituit. Sed nos hoc ampliùs præſtitimus, quòd hæc & ſequentia verba in Gelenii Editione ob lacunas, ut opinari datur, omiſſa Auctori ſuo reddidimus: nec reddidimus ſolùm, ſed etiam ſenſum eorum perſpeximus. Inter exempla enim crudelitatis Principis Valentiniani hoc vel præcipuum Marcellinus refert, quòd Epiroten quemdam Presbyterum gladio occidi juſſerit, idcirco quòd Octavianum ex Proconſule Africæ, (cujus mentio ſit in lib. 23.) alicujus criminis reum, apud ſe latentem prodere noluiſſet. Eamdem hiſtoriam refert Hieronymus in Chronico Anno Domini 372. *Presbyter Syrmii nequiſſimè decollatur: quòd Octavianum ex Proconſule apud ſe latitantem prodere noluiſſet.* Valeſ.

miſſo. Conſtantianus Strator paucos militares equos ex his auſus mutare, [x] ad quos probandos miſſus eſt in Sardiniam, eodem jubente lapidum ictibus oppetit crebris. Athanaſius favorabilis tunc auriga, ſuſpectus ei vulgari levitate, ut vivus incendi juberetur, ſi quid tentaſſet hujuſmodi: [y] [quem] non multo poſtea [z] veneficiis uſum ferebatur, nullâ delatâ voluptatum artifici veniâ, ignibus aboleri præceptus eſt. Africanus cauſarum in Urbe defenſor aſſiduus, [a] poſt adminiſtratam provinciam ad regendam aliam adſpiravit: [b] cujus ſuffragatori Magiſtro equitum Theodoſio id petenti, ſubagreſti verbo reſponderat: *Abi*, inquit, *Comes: & muta ei caput, qui ſibi mutari provinciam cupit.* & hoc elogio periit homo diſertus, ad potiora feſtinans ut multi. Claudium & Salluſtium ex Jovianorum numero, aduſque Tribunatus dignitates progreſſos, accuſabat quidam vilitate ipſa deſpectus, quòd cum imperium Procopius affectaſſet, aliqua pro eo locuti ſunt bona. Cúmque nihil quæſtiones reperirent aſſiduæ; mandare Magiſtris equitum auditoribus Princeps, ut agerent Claudium in exſilium, & Salluſtium pronuntiarent capitis reum, pollicitus quòd eum revocabit ad ſupplicium raptum: hócque ita ut ſtatutum eſt [3] obſervato, nec Salluſtius morte exemptus eſt, nec Claudius niſi poſt ejuſdem Valentiniani [4] obitum deportationis mæſtitia [5] liberatus. * * * longé....cuſaverit, cùm illi ſæpiſſime torquerentur. Replicatis igitur quæſtionibus densè, & quibuſdam vi nimia tormentorum abſumptis, ne veſtigia quidem ulla delatorum reperta ſunt criminum. In hoc negotio Protectores ad exhibendas miſſi perſonas, fuſtibus præter ſolitum [6] cæſi. Horreſcit animus omnia recenſere, ſimúlque reformidat, ne [c] ex profeſſo quæſiſſe videamur

3 *Mſ.* obvernatione. 4 *Mſ.* vitium. 5 *Mſ.* liberatus * (*hic lacuna quatuor linearum*) * longè....cuſaverit, cùm illi. 6 *Mſ.* cæſi.

---

* x *Ad quos probandos miſſus erat in Sard.*] Stratorum munus id erat, ut equos eos maximè, qui Imperatorum uſui erant deſtinati, diligenter probarent: ut appareret ex Codice Theodoſ. de Stratoribus. Themiſtius in Oratione quinquennali ad Valentem A. pag. 462. καὶ ἵπποις μὲν ἴσως οὐκ ἂν ἐχρήσαντο μὴ λίαν ἐξητασμένοις. Machinæ quoque & tela bellica probabantur, ex Themiſtio pag. 239. * *Valeſ.*

y *Cujus non multo poſtea beneficiis.*] Prima illa vox ad ſenſum explendum à Gelenio adjecta eſt: ſed cùm in Mſ. Regio, & in Editione Aug. ſimiliter deſit, locus ita commodiùs concipi poſſe videtur: *Quem non multo poſtea veneficiis uſum ferebatur, &c.* vel ſanè: *Quoniam non multo poſtea, &c.* Idem.

z *Beneficiis uſum*] Io. *veneficiis uſum*. Lindenbr.

a *Poſt adminiſtratam provinciam.*] Advocati peracto Advocationis tempore ad regendam provinciam mitti ſolebant, ut ex Codice, & vetuſtis Inſcriptionibus notum eſt. Unde Libanius in Orat. adverſus doctrinæ ſuæ obtrectatores, Heliodorum illum Advocatum poſt Advocationem fiſci ait provinciam adminiſtraſſe, ut mos erat: ὁ δὲ καὶ ἦρχεν ὡς δὴ τὰ τῶν ῥητόρων πεπονηκώς. Valeſ.

b *Cujus ſuffragatori.*] Suffragatores dicuntur viri primates in Comitatu, qui cùm gratiâ apud Principem multùm valeant, clientibus ſuis & humilioris fortunæ hominibus ad aliquid à Principe impetrandum ſuffragationem ſuam commodant. Hi à Græcis προστάται & συνήγοροι dicuntur, ut docet Suidas. Themiſtius in Orat. 4 καὶ ταῦτα οὔτε λιπαρήσαντα, οὔτε θεραπεύσαντα, οὔτε ἑτέρῳ προστάτῃ χρησάμενον καὶ προσηγόρῳ. Itaque ſuffragator pæne idem eſt quod patronus: * & optimè in Gloſſis veteribus explicatur, διὰ προστασιῶν, per ſuffragia. Seneca in libro de brevitate vitæ: *Candidati* (inquit) *laborare deſinimus; ſuffragatores incipimus.* Ambroſius in caput 1. Epiſtolæ Pauli A. ad Romanos: *Nam ideo ad Regem per Tribunos aut Comites itur, quia homo utique eſt Rex, & neſcit quibus debeat Rempublicam credere. Ad Deum autem, quem utique nihil latet, promerendum ſuffragatore non opus eſt.* * Idem.

c *Ex profeſſo quæſiſſe videatur.*] Mallem *videamur*, ut in Regio codice ſuperſcriptum eſt: & paullo pòſt ſcribe ex eodem libro * & Toloſ. * [ac Colb.] *alia cem-*

in vitia Principis, alia commodiſſimi. Illud tamen nec præteriri eſt æquum nec ſileri: quòd [d] cum duas haberet urſas ſævas hominum ambeſtrices; Micam auream & Innocentiam: [e] cultu ita curabat enixo, ut earum caveas prope cubiculum ſuum locaret, cuſtodéſque adderet fidos, viſuros ſollicitè [7] ne quo caſu ferarum [f] deleretur luctificus calor. [g] Innocentiam denique, poſt multas quas ejus laniatu cadaverum viderat ſepulturas, ut benemeritam in ſilvas abire [h] dimiſit [8] innoxiam. Exop..... ſimile ſedit..... * *

Cap. IV. Et hæc quidem morum ejus & propoſiti cruenti ſunt documenta veriſſima: ſollertiæ verò circa Rempublicam nuſquam [9] digredientis, neque eum vel obtrectator pervicax incuſabit: illud contemplans quòd majus pretium operæ forſitan regendis veriùs milite barbaris quàm pellendis. Et cùm dediſſet * * * * è ſpeculis, ſi quis hoſtium ſe commoviſſet, deſuper viſus [1] obruebatur. Agitabatur autem inter multiplices curas id omnium primum & potiſſimum; ut Macrianum Regem auctum

7 *Al.* ne quo ea ſuperarum debetur luctific. 8 *Mſ.* innoxiam. Exop...... ſimile ſedit..... Et hæc quidem. 9 *Mſ.* digredientis, nec quo cum velom reciator pervicax incuſabit. illud contemplatio, quod majus pretium operæ fortican regendus verius milite barbaris quo pellendis. Et cum dediſſet * (*hic lacuna quinque linearum*) * .. peculis ſi quis hoſt. 1 *Mſ.* obruebatur.... agitabatur.*

---

modiſſimi. Valeſ.

[d *Cum duas haberet urſas ſævas hominum ambeſtrices, earum caveas prope cubiculum ſuum locaret.*] Valentinianus, natus in Pannonia Provincia Illyrici, prope cubiculi ſui fores velut fidas corporis cuſtodes habuit urſas duas caveis incluſas, in laniandis ipſo ſpectante cadaveribus comedendiſque hominibus exercitatas. In quo imitatus videtur Galerium Maximianum, ortum ex Dacia Illyrici quoque provincia, qui homines vivos urſis abſorbendos objicere conſueverat, eóque privato ſpectaculo paſcebat oculos, ac maximè delectabatur. Sic enim ſcribit Lactantius in libri de mortibus Perſecutorum capite XXI. quem librum nuper Vir doctiſſimus Baluſius publicavit. *Habebat urſos ferociæ ac magnitudinis ſuæ ſimillimos*, (Galerius) *quos toto imperii ſui tempore elegerat. Quoties delectari libuerat, horum aliquem afferri nominatim jubebat. His homines non planè comedendi, ſed abſorbendi objectabantur; quorum artus cùm diſſiparentur, ridebat ſuaviſſimè, nec unquam ſine humano cruore cenabat.* Ceterùm à patre Valentiniano non degeneravit Valentinianus junior Auguſtus, qui urſorum & leonum venationibus maximé delectabatur, ut Philoſtorgius in libro XI. Hiſ. ſcribit.] *Had. Valeſ.*

e *Cura agebat enixa.*] Hæc eſt conjectura Gelenii: à qua longè diſcrepat exemplaris Regii, * Toloſ. * [& Colbert.] ſcriptura, *cultant acerabat enixo*: in Auguſtana autem Editione ſic legitur, *cultans accelerabat enixè.* Unde conjicere eſt ſic à Marcellino ſcriptum fuiſſe, *cultu ita curabat enixo.* Valeſ.

f *Rumperetur.*] In Mſſ. Flor. & Regio: * Tol. * [& Colb.] & in Aug. Editione legitur *debetur.* Fortè ſcribendum eſt *deleretur.* Valeſius. Niſi id quidem nimium eſt, & Imperator non utique vetuerit deleri, ſed ne minima quidem parte imminui, & Ammianus ediderit *delibetur.* Gron.

[g *Innocentiam, poſt multas quas ejus laniatu cadaverum viderat ſepulturas, ut benemeritam in ſilvas abire dimiſit innoxiam.*] Veteres non domeſticas modò beſtias, ſed etiam feras, quibus aliqua in re uſi erant, velut de ſe bene meritas libertate remunerari conſueverant, & in agros ſilvaſque dimittere; ita ut incuſtoditæ vagarentur, & tamquàm ſacræ à nemine violarentur. Eum morem ſecutus Statius fingit Liberum Patrem duas tigres manſuefactas & domitas, quas in bello Indico ad currum junctas habuerat, cùm victor Thebas rediiſſet ex India, ceu optimè meritas, aut ſi mavis emeritas conſecraſſe, & in agrum Thebanum dimiſiſſe: quæ & è manu paſcerentur, & nunc per campos errarent, nunc etiam urbem Thebas intrarent innoxiæ. Statii in libro VII. Thebaïdos verſus tales ſunt:

Errabant geminæ Dircææ ad flumina tigres,
Mite jugum, belli quondam vaſtator Eoi
Currus: Erythræis quas nuper victor ab oris
Liber in Aonios meritas dimiſerat agros, &c.

Ab Statio ſua verba accepiſſe Ammianum putes: *Liber tigres ſuas in Aonios agros meritas dimiſit*: Valentinianus urſam ſuam *ut bene meritam in ſilvas dimiſit innoxiam.* Ea dimiſſione homines feris gratiam referre ſe exiſtimabant. Julius Cæſar equorum greges (quibus nimirum in bello Gallico uſus erat) *in trajiciendo Rubicone flumine conſecravit, ac vagos & ſine cuſtode dimiſit*: ſicuti tradit Suetonius Tranquillus in Caio Julio Cæſare capite LXXXI. Hic mos à nemine obſervatus, illuſtrari merebatur.] *Valeſ.*

h *Dimiſit innoxiam.*] Poſt hæc verba in Mſſ. Flor. * Toloſ. * [& Colbert.] & Regio, & in Editione Aug.

inter

inter mutationes crebras [2] ſententiarum, jámque in noſtros adultis viribus exſurgentem, vi ſuperſtitem raperet vel inſidiis, ut multo antè Vadomarium Julianus: [i] & proviſis quæ negotium poſcebat & tempus, cognitóque tranſfugarum indiciis, ubi comprehendi nihil opperiens poterit antedictus, tacitè quantum conceſſit facultas, ne qui conſerendo officeret ponti, junxit navibus Rhenum. Et antegreſſus [k] contra Mattiacas aquas primus Severus, qui pedeſtrem curabat exercitum, perpenſa militum paucitate territus ſtetit, timens ne reſiſtere nequiens, irruentium opprimeretur hoſtilium agminum mole. Et quia ſuſpicabatur venalia ducentes mancipia ſcurras, caſu illic repertos, id quod viderant excurſu celeri nuntiare, cunctos mercibus direptis occidit. Adventu itaque plurium copiarum animati judices, caſtríſque ad tempus breviſſimum fixis, quia nec ſarcinale jumentum quiſquam nec tabernaculum habuit præter Principem, cui [3] taperes ſuffecerant pro tentorio: parumper ob tenebras morati nocturnas, exſiliente procinctu pergebant ulteriùs, itinerum [4] gnaris ducentibus, equitatu cum Theodoſio rectore præire diſpoſito equirat erat. . . . . . * . . . * tempore jaceat extento ſtrepitu ſuorum eſt impeditus: quibus aſſiduè mandans, ut incendiis & rapinis abſtinerent, impetrare non potuit. Ignium enim crepitu diſſoníſque clamoribus ſatellites exciti, idque quod acciderat [5] ſuſpecti, carpento veloci impoſitum Regem anguſto aditu circumfractis collibus abdiderunt. Hac Valentinianus gloria defraudatus, nec ſuâ culpâ, nec Ducum, ſed intemperantiâ militis, quæ diſpendiis gravibus ſæpe rem Romanam afflixit, aduſque [6] quinquagenteſimum lapidem terris hoſtilibus inflammatis, rediit Treveros mæſtus. Ubi tamquam leo ob cervum amiſſum vel capream morſus vacuos concrepans, dum hoſtium disjecta frangeret timor, in Macriani locum Bucinobantibus, quæ contra Mogontiacum gens eſt [7] Alamanna, Regem Fraomarium ordinavit: quem paullo poſtea, quoniam recens excurſus eumdem penitus vaſtaverat pagum, in [8] Britannos tranſlatum poteſtate Tribuni Alamannorum præfecerat numero, multitudine viribúſque ea tempeſtate florenti: Bitheridum verò & Hortarium

2 *Mſ.* ſententiarum. 3 *Mſ.* tapetes . . . . . ſuffec. 4 *Mſ.* gnari diſcentibus fre . . . . . equitatu cum Theodoſio rectore præ . . . . . diſpoſito equirat erat * (*hic lacuna trium linearum.*) * tempore jaceat. 5 *Mſ.* ſuſpecti. 6 *Mſ.* quingenteſimum. 7 *Mſ.* Alemannia. 8 *Mſ.* Britannos latum.

ſic legitur: *Exop . . . . . ſimile ſedit . . . . . . Et hæc quidem*, *&c.* Ex quibus veſtigiis hanc ferè ſcripturam colligas, *quæ exinde ſimiles edidit ſtrages.* Valeſ.

i *Et præviſum negotium.*] Sic Gelenius edidit. In Editione verò Auguſtana legitur *prævium*. Ego verò cum in codice Regio [& Colb.] ita ſcriptum deprehendiſſem, *& prævi. . . . . negotium*, *&c.* veram hujus loci emendationem ſtatim odoratus ſum: quis enim neget ita ab Marcellino ſcriptum fuiſſe? *Et proviſis quæ negotium poſcebat, & tempus, &c.* ſic enim alibi loquitur. *Idem.*

k *Contra Mattiacas aquas*] Plinius lib. XXXI. cap. 2. *Sunt & Mattiaci in Germania fontes calidi trans Rhenum, quorum hauſtus triduo fervet.* Ita autem hæ aquæ dictæ à Mattio oppido, uti id Tacitus vocat Annal. lib. I. *Cæſar incenſo Mattio (id genti caput) aperta populatus, vertit ad Rhenum.* Ptolemæus *Mattiacum* appellat, in Notitia civitatum Septemtrionalium; Βιδαγὶς, Ματτιακὸν, Αρταυνον. Lindenbr.

nationis ejuſdem Primates item regere milites juſſit: è quibus Hortarius, [l] proditus relatione Florentii [9] Germaniæ Ducis, contra Remp. quædam ad Macrianum ſcripſiſſe, barbaróſque Optimates, veritate tormentis expreſſa, conflagravit flamma pœnali.

C A P. V. Abhinc [1] inter * * * * * proximo, hæc narratione differi continua placuit, ne, dum negotiis longè diſcretis & locis alia ſubſeruntur, cognitio multiplex neceſſariò confundatur. Nubel velut Regulus per nationes Mauricas potentiſſimus vitâ digrediens, & legitimos & natos è concubinis reliquit filios: è quibus Zamma Comiti nomine Romano acceptus, latenter à fratre Firmo peremptus, diſcordias excitavit & bella. Ejus enim necem ulciſci impenſiore ſtudio properans Comes, ad inſidiatoris perniciem multa ciebat & formidanda. Utque rumores diſtulerunt aſſidui, navabatur opera diligens in palatio, Romani quidem relationes, multa & aſpera congerentes in Firmum, libenter ſuſcipi recitaríque Principi, in earum favorem concinentibus multis: ea verò quæ contra Firmus ſalutis tuendæ gratiâ docebat crebrò per ſuos, accepta diutiùs occultari: Remigio tunc Officiorum Magiſtro, adfine amicóque Romani, inter potiores Imperatoris neceſſitates hæc velut minima & ſuperflua nonniſi opportunè legi poſſe adſeverante. Quæ cùm ad obruendam defenſionem ſuam agitari [2] animadverteret Maurus, ultimorum metu jam trepidans, ne amandatis quæ prætendebat, ut perniciosus & [3] contumelioſus condemnatus occideretur, [m] ab imperii ditione deſcivit, & adjumenta * * tium ad [4] vaſtandum [n] [Quare ne] hoſtis inplacábilis incrementis virium [5] adoleſceret, ad abolendum cum comitatenſis auxilio militis pauci [o] Theodoſius Magiſter equitum mitti-

9 *Mʃ.* Germaniaca. 1 *Hic in Mʃ. lacuna trium linearum.* 2 *Al.* adverteret. 3 *Mʃ.* contumeliòſus. 4 *Mʃ.* vaſtandum .... hoſtis. 5 *Mʃ.* adoleſcerent.

---

l *Proditus opera Florentii Mogontiaci Ducis.*] In codice Regio, * Toloſ. * [& Colbert.] ſcribitur hoc modo; *proditus peratione Florentii Germaniaca Ducis*: neque aliter Accurſius ex codice ſuo edidit, niſi quòd, *deſperatione Florentii*, juſſit excudi. Ego verò non dubito, quin Marcellinus ita ſcriptum reliquerit, *proditus relatione Florentii Germaniæ Ducis.* Valeſius. Quæ vox mentem viri doctiſſimi pepuliſſe videtur ex eo, quod ſequitur, *Romani quidem relationes.* Quæ tamen videntur differre ab hoc genere, quod verbo *proditus* adjungi meruit. Ex quo crederem ab Ammiano ſcriptum *delatione*, quum & prima litera per inverſionem hoc videatur monſtrare. *Gron.*

m *Ab imperii ditione deſcivit.*] Et diademate aſſumpto Regem ſe ipſe conſtituit, ut ſcribit Victoris Epitome, & Oroſius in lib. 7. Quare non aſſentior Goltzio, qui in Theſauro ſuo hunc Firmum Auguſtum fuiſſe cenſet, nummúmque ejus hunc profert: D N. F I R M U S. P. F. A U G. Sed non dubito, quin de altero Firmo nummus iſte intelligendus ſit, cùm Firmus, de quo hîc ſermo eſt, numquam Auguſti, ſed Regis dumtaxat nomen adſciverit. * Zoſimus Βασιλέα dicit. Auguſtinus in libro 1. contra Epiſtolam Parmeniani capite 10. *Quæ à Donatiſtis Rogatus ille Maurus per Regem barbarum Firmum, quàm ſæva & quàm acerba perpeſſus ſit.* Et paullo pòſt: *Non enim tam ſæva ſunt, quæ adverſus Maximianiſtas per judices egerunt, quàm quæ etiam ad perſequendum Rogatum Maurum, ab eis per Firmum barbarum geſta ſunt: etſi illum licet hoſtem immaniſſimum Romanorum in legitimis munerent.* Ubi vides Firmum pro legitimo Imperatore habitum eſſe à Donatiſtis: & nomen Βασιλεὺς apud Zoſimum ſuprà ambiguum eſt, quippe quo & Rex & Imperator ex æquo ſignificatur. * *Valeſ.*

n *Hoſtis implacabilis.*] Ante has voces lacuna erat exigua in Mſſ. Flor. & Regio, & in Editione Auguſtana: quæ ſic videtur non incommodè poſſe ſuppleri: *Quocirca ne hoſtis, &c.* Idem.

o *Theodoſius Magiſter equitum mittitur*, cujus virtutes

tur, cujus virtutes ut impetrabilis ea tempeſtate [o] præ ceteris nitebant: [p] [q] Domitii Corbulonis [r]& [6] Luſii veterum ſimillimi: quorum prior ſub Nerone, alter Trajano rem regente Romanam, pluribus inclaruêre fortibus factis. Proinde ab Arelate ſecundis egreſſus auſpiciis, emeatóque mari cum claſſe quam ductabat, nullo de ſe rumore prægreſſo, defertur ad Sitifenſis [ſ] Mauritaniæ litus, quod appellant accolæ [t] Igilgitanum. Ibíque inventum caſu Romanum leniter adlocutus, miſit ad vigilias ordinandas & prætenturas, parum ſuper his quæ verebatur increpitum. Quo ad Cæſarienſem digreſſo, [v] Gildonem Firmi fratrem & Maximum miſit correpturos Vincentium: qui curans Romani vicem, incivilitatis ejus erat particeps & furtorum. Recepto itaque tardiùs milite, quem amplitudo morabatur maris, Sitifim properans, Romanum cum domeſticis [x] cuſtodiendum Protectoribus committi mandavit: agénſque in oppido ſollicitudine diducebatur ancipiti; multa cum animo verſans, quâ viâ, quibúſve commentis per exuſtas caloribus terras pruinis adſuetum duceret militem: vel hoſtem caperet diſcurſatorem & repentinum, inſidiiſque potiùs clandeſtinis, quàm prœliorum ſtabilitate confiſum. Quòd ubi Firmo levi rumore, dein apertis eſt indiciis cognitum, ſpectatiſſimi Ducis adventu præſtrictus, [y] veniam confeſſionis præteritorum miſſis oratoribus poſcebat & ſcriptis, docentibus eum non ſponte ſua ad id erupiſſe quod norat ſceleſtum, ſed iniquitate graſſante licentiùs, ut monſtrare pollicebatur. Quibus lectis paceque obſidi-

6 *Steph.* Duſii.

---

[n] *ut impetrabiles ea tempeſtate præ cæteris nitebant*]. Lego heic & aliis ſimilibus in locis *impenetrabiles*. Oiſelius: Ibi Lindenbrogius ſubdit, ſibi non placere conjecturam, quod *impetrabilis* nomen eſt Ammiano frequens. Certè & codd. Mſſ. inprimis Colbertinus, Loiſelli conjecturæ adverſantur. *Had. Valeſ.*

o *Præ ceteris nitebant.*] Apparet ſcribendum eſſe *enitebant*; ut modulatior ſit clauſula. *Valeſ.*

p *Domitii Corbulonis*] Multa de hoc Tacitus, Dio, & alii ejus ſæculi Scriptores. *Lindenbr.*

q *Domitii Corbulonis, & Luſii.*] Utriuſque elogium exſtat in Fragmentis Dionis quæ ante biennium publicavi. Corbulo quidem à Dione Κουρβούλων ſemper dicitur, & ab Evagrio in lib. 3. cap. 41. Luſius verò Quintus Κυῶτος Λούσιος ab eodem Dione nominatur, ortus è Mauritania. Uterque tandem gladio occiſus eſt, cùm ob egregia mèrita invidiam in ſe & aulicorum & Principum concitaſſent. Ac fortaſſe conſultò Theodoſium iis comparat Marcellinus, qui & ipſe ſimilem exitum ſortitus eſt, ut notabimus infrâ. *Valeſ.*

r *Et Luſii*] Luſius Quietus vocatur à Spartiano. Vide Xiphilin. & Hiſtoriam Augg. *Lindenbr.*

ſ *Mauritaniæ littus, quod appellant accolæ Igilgitanum.*] Mſ. *Gilgitanum*. Et Plinii ſcripta exemplaria *Gilgili*, non *Igilgili*, habent. Quòd ſi Ptolemæum & Antoninum Aug. ſequimur, *Igilgilitanum*, apud Ammian. legendum erit. *Idem.*

t *Igilgitanum.*] Etiam in codice Regio *Gilgitanum* ſcriptum inveni, * ut & in Toloſ. * [& Colbert.] neque ſecus in Editione Mariangeli: ſed *Igilgitanum* ut Gelenius edidit, amplector. Nam & in Notitia Africæ quam Jacobus Sirmundus ante aliquot annos edidit, inter Epiſcopos Mauritaniæ Sitifenſis quartus numeratur *Domitianus Igilgitanus*. In Collatione Carthagin. Eguilguilitenſis Epiſcopus dicitur. *Henr. Valeſius.* Veteres *Igilgilitanum* dixere ab urbe *Igilgili*; quæ Plinio *Gilgili opidum*, & vulgò *Gigeri* dicitur.] *Hadr. Valeſ.* Quod poſterius jam ante quoque elegerat Holſtenius in notulis ad Patriarchatum Romanum pag. 90. *Gron.*

v *Gildonem Firmi fratrem.*] Is ipſe eſt, qui mortuo Theodoſio Auguſto, cùm eſſet Comes Africæ, ab Honorio deſcivit, ut teſtatur Claudianus de bello Gildonico: apud quem Theodoſius Senior hæc ait:

> --- *auſus Latio contendere Gildo:*
> *Germani nec fata timet. &c.*

ideſt Firmi. *Valeſ.*

x *Cuſtodiendum protectoribus*] Quorum inter alia id munus fuiſſe docet Juretus ad Symmachum lib. x. epiſt. 49. ubi etiam ipſe venditat reſtitutionem hujus loci, quum legeretur *protutoribus*. Mox edidi *multa cum animo verſ.* ex prioribus, quum nugari opinarer Hadrianum & Pariſienſes, qui in poſtrema mutarunt *multa enim an.* Gron.

y *Veniam confeſſionis præteritorum.*] Emendo, *veniam cum conceſſione præteritorum*, ut loquitur Marcellinus in lib. XVII. & in lib. XXX. & in fine hujus libri. *Valeſ.*

bus acceptis promiſſa, Dux ad recenſendas [z] legiones quæ Africam tuebantur, ire pergebat ad Panchariananı ſtationem, quò convenire præceptæ ſunt. Ibi magnificis verbis atque prudentibus ſpe cunctorum erecta, reverſus Sitiſim, concitato indigena milite cum eo quem ipſe perduxerat, ægrè perpetiens moras ad procinctus ire ociùs feſtinabat. Inter reſidua autem multa & clara, id amorem ejus auxerat in immenſum, quòd à provincialibus commeatum exercitui prohibuit dari, [a] meſſes & condita hoſtium virtutis noſtrorum horrea eſſe, fiduciâ memorans ſpecioſâ. His ita cum lætitia poſſeſſorum diſpoſitis, [7] [b] [c] Tubuſuptum progreſſus oppidum [d] Ferrato contiguum monti, legationem ſecundam Firmi repudiavit, quæ obſides, ut antè ſtatutum eſt, non duxerat ſecum. Unde omnibus pro loco & tempore cautiùs exploratis concito gradu Tyndenſium gentem & Maſſiſſenſium petit, levibus armis inſtructas, quas [e] Maſcizel & Dius fratres Firmi [8] ductabant. Cum eſſent hoſtes jam in contuitu membris omnibus celeres, poſt miſſilia hinc inde crebriùs jacta, committitur certamen aſperrimum: intérque gemitus mortis & vulnerum audiebantur barbarorum ululabiles fletus captorum & cæſorum: pugnáque diremptâ plures agri populati ſunt & incenſi. Inter quos [f] clades eminuere fundi Petrenſis, exciſi radicitus: quem Salmaces dominus, Firmi frater in modum urbis exſtruxit. Hoc ſucceſſu victor elatus, mira velocitate [9] [g] Lamfoctenſe oppidum occupavit, inter gentes poſitum antedictas, ubi

7 *Mſ.* Tubuſeptum. 8 *Mſ.* optabant. 9 *Mſ.* jam Phocenſe.

---

z *Legiones qui Africam tuebantur.*] Recens hæc mendia. itaque legendum ut in Mſ. *Legiones quæ Afric.* Lindenbr.

a *Meſſes & condita hoſtium virtutis noſtrorum horrea*] Quæ hic *condita*, eadem libro XXXI. vocat *conditoria*, id eſt, apothecas ſive horrea. Panegyr. Conſtant. Aug. *Tu fructus meritorum tuorum ſtatim nos metere & in conditis referre juſſiſti.* L. 2. C. Theod. de his quæ ex pub. coll. *Quod refertur in conditis, vel in arca continetur.* L. 4. C. de erogat. mil. ann. *In veteranis caſtris conſtituti milites duas alimoniarum partes de conditis ſumant.* * B. Eucherius in Homil. pag. 380. *Et utiles procuratores facere videmus, qui à patronis ſuis præſidia ac patrimonia longinqua & peregrina ſuſcipiunt, quidquid colligunt, quidquid adquirunt, ad dominos ſuos dirigunt. Numquid ibi reponetur, ubi laboratur? Sed magis illic ſunt condita, ubi perpetua deputantur habitacula.* * Vide Spartian. in. Hadriano, Capitolin. in Gordianis. *Lindenbr.*

b *Tubuſuptum*] Mſ. *Tubuſoptum.* Antoninus Aug. *A Sitifi Saldas, Lesbi Tubuſuptus.* Ptolemæus: Αὔζια, Τυβούσουπτον, Ρ[illegible]. Idem.

c *Tubuſuptum opidum Ferrato contiguum monti.*] In Itinerario Peutingerorum Mons Ferratus dicitur à Ruſuccuro Colonia Saldas uſque pertingens: in quo itinere Tubuſuptum fuiſſe docet Itinerarium Antonini, juxta Saldas. Fuit autem Tubuſuptus Sitifenſis Mauritaniæ opidum. unde in Notitia Africæ inter Epiſcopos Mauritaniæ Sitifenſis recenſetur Maximus Tubuſubditanus. In Collatione Carthaginenſi Florentinus nominatur Epiſcopus à Tubuſuptu. *Valeſ.*

d *Ferrato contiguum monti*] Vide AEthici Coſmogr. *Lindenbr.*

e *Maſcizel.*] Hic eſt frater Gildonis, qui ab Honorio Auguſto cum exercitu miſſus in Africam, Gildonem vicit, & peremit, ut Claudianus & Oroſius ſcribit. Idem poſtea juſſu Stiliconis in fluvium è ponte præcipitatus interiit, teſte Zoſimo in lib. 4. *Valeſ.*

f *Clades eminuere fundi Petrenſis*] Sic inf. laudatur *fundus Mazicanus.* Et apud Gregor. PP. lib. 1. Epiſt. 9. *Fundus Saloniacus, fundus Gerdomiæ collimitans.* Vett. Inſcription.

LOCA	LOCA
....	SEPULTURAE
CULTORUM	CULTORUM
HERCULIS	HERCULIS
BEAT. IN. IN FUNDO	IN FUNDO
QUADRIGANO	DOMITIANO.

Lindenbr.

g *Lamfoctenſe oppidum.*] In Mauritania Sitifenſi, ut exiſtimo. Nam in Notitia Africæ, inter Mauritaniæ Sitifenſis Epiſcopos recenſetur Vindemius Lemphactenſis. [*Jampkotenſe opidum* in Mſ. Colbert ſcribitur.] *Valeſ.*

abunde rei cibariæ copiam [1] condi effecit: ut ſi pergens interiùs alimentorum offendiſſet pænuriam, juberet è propinquo convectari. Quæ dum ita procedunt, Maſcizel reparatis viribus nationum confinium adminicula ductans, conſerta manu cum noſtris, fuſis è parte ſuorum pluribus, ipſe equi pernicitate ægrè diſcrimine mortis exemptus eſt. Feſſus ærumnis gemini prœlii Firmus, imóque æſtuans corde, ne quid ultimæ rationis omitteret, Chriſtiani ritus Antiſtites oraturos pacem cum obſidibus miſit. Qui quoniam ſuſcepti leniùs, pollicitíque victui congrua militibus, ut præceptum eſt, læta retulere reſponſa: præmiſſis muneribus Maurus ipſe fidentiùs ad Romanum perrexerat Ducem, equo inſidens apto ad ancipites caſus: cúmque propè veniſſet, fulgore ſignorum & terribili vultu Theodoſii præſtrictus, jumento deſiluit: curvatáque cervice humi pæne adfixus, temeritatem ſuam flebiliter incuſabat, pacem obſecrando cum venia. Suſceptúſque cum oſculo, quoniam id Reipublicæ conducebat, bonæ ſpei jam plenus, ſufficientia præbuit alimenta: & quibuſdam propinquis ſuis ad obſidum vicem relictis abſceſſit, captivos ut ſpoponderat redditurus, quos primis turbarum exordiis rapuit: biduóque poſt [h] Icoſium oppidum, cujus ſuprà docuimus conditores, militaria ſigna & [ik] coronam Sacerdotalem cum ceteris quæ interceperat, nihil cunctatus reſtituit ut præceptum eſt. Exinde cùm diſcurſis itineribus magnis [2] Tipoſam noſter Dux introïret, [l] legatis Mazicum qui ſe conſociaverant Firmo, ſuppliciter obſecrantibus veniam, animo elato reſpondit, ſe in eos ut perfidos arma protinus commoturum. Quibus [3] imminentis periculi metu defixis, revertíque juſſis ad ſua, [m] Cæſaream ire tendebat, urbem opulentam quon-

1 *Mſ.* candi *Al.* cundi. 2 *Mſ.* Tipoſam. 3 *Mſ.* minanti.

h *Icoſium oppid. cujus ſuprà docuimus conditores*] Quos etiam Solinus indicat. cap. 28. *Lindenbr.*

i *Coronam Sacerdotalem*] Quæ aurea erat. Vide quæ notat M. Velſerus Rerum Auguſtanarum lib. v. pag. 74. & in adnotationibus ad Paſſionem S. Afræ pag. 24. Tertullianus de Spectaculis cap. 23. *Sacerdos coronatus, velut coloratus leno.* Idem de Corona Militis cap. 10. de Idolol. cap. 18. *Coronæ aureæ Sacerdotum provincialium.* Idem.

k *Et coronam Sacerdotalem.*] Sacerdotes provinciarum, de quibus ad ſuperiorem librum notavi, coronas aureas capite geſtabant, ut teſtatur Tertullianus in lib. de Idololatria, cùm dicit; *Quo more nunc prætextæ, vel trabeæ, vel palmatæ, vel coronæ aureæ Sacerdotum provincialium*: & in libro de Corona. * Hinc explicandus eſt canon 55. Concilii Eliberitani: *Sacerdotes qui tantùm coronam portant nec ſacrificant, nec de ſuis ſumtibus aliquid ad idola præſtant: placuit poſt biennium accipere communionem.* De coronis Sacerdotum loquitur Feſtus in voce *Stropus.* * Hi Sacerdotes provinciarum Græcè ἀρχιερεῖς dicebantur, ut notavi ad lib. 28. Sic Euſebius in lib. 8. Hiſt. cap. 27. ἱερέας τε εἰδώλων κατὰ πάντα τόπον καὶ πόλιν, καὶ ἐπὶ τούτων ἑκάστης ἐπαρχίας ἀρχιερέα, τῶν ἐν πολιτείαις ἕνα γέ τινα τὸν μάλιστα ἐμφανῶς διὰ πάσης ἐμπρέψαντα λειτουργίας. *Flamines omnium locorum & urbium, & præterea cujuſque provinciæ Sacerdotem, qui inter Decuriones munera publica magnificentiſſime obierit.* Ita & in lib. ix. cap. 3, *Valeſ.*

l *Legatis Mazicum.*] Mazices populi ſunt qui ad Orientem Cæſarienſis Mauritaniæ incolunt, ut ſcribit Ptolemæus in lib. 4. Eorumdem meminit Vegetius in lib. 3. cap. 22. & Expoſitio totius mundi, nuper à Jac. Gothofredo viro doctiſſimo in lucem edita. Euſtathius in Scholiis ad Dionyſium de ſitu orbis. τῶν δὲ νομάδων καὶ μαζίκων βασιλέας Ἰάρβαντος: qui Gætulus Järbas à Virgilio dicitur in 4. Æneidos. Poſtremò in Excerptis Chronologicis à Scaligero ad Euſebii calcem editis, Mazici dicuntur, *Mauri, Vacuati, Gætuli, Afri, Mazici.* Idem.

m *Cæſaream tendebat.*] Quam Firmus ſub initia tyrannidis occupatam ac direptam incenderat, ut ſcribit Oroſius in lib. 7. *Interea in Africæ partibus Firmus ſeſe excitatis Maurorum gentibus Regem conſtituens. Africam Mauritaniámque vaſtavit: Cæſaream urbem nobiliſſimam Mauritaniæ dolo captam, deinde cædibus incendiiſque com-*

dam & nobilem, cujus itidem originem in Africæ ſitu digeſſimus plenè: eámque ingreſſus, cùm omnem pæne incendiis latè diſperſis vidiſſet exuſtam, horridáſque canitie ſilices, Primam & Secundam legionem ad tempus ibi locari diſpoſuit, ut favillarum egerentes acervos, agitarent ibi præſidium, ne repetito barbarorum impetu vaſtaretur. Quæ cum rumores veri [4] diſtuliſſent, provinciæ rectores Tribunúſque Vincentius è latibulis [5] quibus ſeſe commiſerant egreſſi, tandem intrepidi ad Ducem ocius pervenerunt. Quibus ille gratanter viſis atque ſuſceptis, agens etiam apud Cæſaream, fide rerum diligentiùs explorata, comperit Firmum per ſpeciem faventis & ſupplicis tectiore conſilio id moliri, ut nihil hoſtile metuentem exercitum in modum tempeſtatis ſubitæ conturbaret. Quamobrem converſus hinc venit ad [n] municipium [o] Sugabarritanum Tranſcellenſi monti [6] adcline: ubi inventos equites quartæ Sagittariorum cohortis, quæ ad rebellem defecerat, ut conténtum ſe ſupplicio leniori monſtraret, omnes contruſit ad infimum militiæ gradum: eóſque & Conſtantianorum peditum partem [p] [q] Tigavias venire juſſerat cum Tribunis: è quibus unus torquem pro diademate capiti impoſuit Firmi. Dúmque hæc aguntùr, reverterunt Gildo & Maximus, Bellenen è Principibus Mazicum & [r] Fericium gentis Præfectum ducentes, qui factionem juverant quietis publicæ [7] turbatoris * * * * producerent vinctos. Quo ita ut ſtatutum eſt facto, lucis primo exortu ipſe egreſſus, cùm inveniſſet eos in exercitu circumſæptos: *Quid de iſtis nefariis*, inquit, *proditoribus fieri oportere contubernales devoti cenſetis?* Secutúſque adclamationem rogantium ſanguine vindicari, eos qui inter Conſtantianos

4 *Mſ.* ſuſtuliſſent & curii provinciæ. 5 τὸ ſe *deeſt al.* 6 *Al.* adclive. 7 *In mſ. hic lacuna quatuor linearum.*

---

pletam, barbaris in prædam dedit. Valeſ.

n *Sugabarritanum municipium.*] Opidum Cæſarienſis Mauritaniæ, Zuchabbari à Ptolemæo dicitur. In Africæ Notitia inter Epiſcopos Cæſarienſis Mauritaniæ nominatur Stephanus *Zucabiaritanus* * pro *Zucabarritanus.* * Sed in Collatione prima Carthaginenſi Zugabbaritenſis Epiſcopus exaratur rectiùs, ut videtur. *Idem.*

o *Sugabarritanum*] Ptolemæus in Deſcriptione Mauritaniæ Cæſarienſis, Ζυχάββαρι nominat. *Lindenbr.*

p *Tigavias venire*] Plinius *Tigavas* vocat, Antoninus *Tigava caſtra*, Ptolemæus Τιγαῦα. Idem.

q *Tigavias.*] Et hoc Cæſarienſis Mauritaniæ opidum fuit. In Notitia Africæ inter Cæſarienſis Mauritaniæ Epiſcopos Creſcens Tigabitanus ponitur. Et in Codice Canonum Eccleſiæ Africanæ, titulo 97. civitas Tagavenſis dicitur. *Valeſ.*

* r *Fericium gentis Præfectum.*] Cùm *Bellenem* unum è *Principibus Mazicum* Marcellinus fuiſſe dicat, *Fericium* vero *Præfectum gentis*: quæri poteſt, quænam ſit differentia inter *Præfectum* & *Principem.* Equidem ſic opinor, *Principes* quidem fuiſſe Optimates & Regulos. Sic in veteri ſaxo fit mentio Arreti *Chanartæ Principis gentium Baquatium. Præfectos* verò fuiſſe reor Duces, qui à Rom. Imperatoribus erant conſtituti, ut barbaris gentibus præeſſent. De quibus exſtat locus illuſtris in Epiſtola 79. S. Auguſtini ad Heſychium: *Sunt apud nos barbaræ innumerabiles gentes. Pauci tamen anni ſunt, ex quo quidam eorum qui pacati Romanis finibus adhærent, ita ut non habeant Reges ſuos, ſed ſuper eos Præfecti à Romano conſtituantur Imperio: & illi, & ipſi eorum Præfecti Chriſtiani eſſe cœperunt. Interiores verò, qui ſub nulla ſunt poteſtate Romana, &c.* Jordanes quoque in libro de Succeſſione Regnorum Præfectos gentium Mauricarum commemorat. *Mauris*, inquit, *partis adverſæ per pacificos Mauros ſuperatis, una die* XVII. *Præfectos exſtinxit.* Quod ſcribit Spartianus in Hadriano A. Præfecturam Mauritaniæ datam eſſe Martio Turboni, quam Luſius Quietus antea geſſerat: eodem referendum videtur. Marcellinus noſter in ipſo libro 29. *Theodoſius regionum maxima parte vaſtata, gentibus Mauricis, per quas tranſibat, appoſuit fidei compertæ Præfectos,* * Idem.

merebant, [ſ] priſco more militibus dedit occidendos: Sagittariorum verò primoribus manus incidit; reſiduos ſupplicio capitali multavit: [t.v] ad æmulationem Curionis acerrimi illius ducis, qui Dardanorum ferociam in modum Lernææ ſerpentis aliquotiens renaſcentem hoc genere pœnarum exſtinxit. Sed obtrectatores malivoli vetus factum laudantes, hoc ut dirum vituperant & aſperrimum: Dardanos hoſtes memorantes internecivos, & juſtè quæ ſuſtinuere perpeſſos: hos verò ſubſignanos milites debuiſſe leniùs corrigi, ad unum prolapſos errorem. Quos ſcientes forſitan admonemus, hanc cohortem & facto & exemplo adverſam. Antedictos Bellenen & Fericium, quos duxerat Gildo, Tribunùmque Sagittariorum Curandium ea re juſſit occidi, quòd nec ipſe umquam cum hoſtibus congredi voluit, nec ſuos ut pugnarent hortari. Agebat autem hæc [x] Tullianum illud advertens, quòd *ſalutaris* [8] *vigor vincit inanem ſpeciem* [9] *clementiæ*. Exin profectus, fundum nomine Gallonatis, muro circumdatum valido, receptaculum Maurorum tutiſſimum arietibus admotis evertit: & cæſis omnibus incolis mœnibúſque complanatis, ad Tingitanum caſtellum progreſſus, per [1] Ancorarium montem, [2] Mazicas in unum collectos invaſit, jam tela reciprocantes volitantia grandinis ritu. Et cùm eſſet utrimque diſcurſum, agmina viris armíſque incitata noſtrorum non perferentes [y] Mazices, licèt bellicoſum genus & durum, diverſis ſtragibus implicati fœdo diffluxere terrore: ruentéſque in fugam cæſi ſunt, abſque iis qui repertâ copiâ diſcedendi, ſupplici prece veniam quam dari tempus flagitaverat, impetrarunt. Suggen eorum [3] ductorem * * * Romano ſucceſſerat, in Sitifenſem Mauritaniam ire diſpoſito ad agitanda præſidia, ne provincia pervaderetur, ipſe præteritis elatior caſibus gentem petit Muſonem: quam conſcientia rapinarum & cædum actibus congregaverat Firmi, ut ſperabatur majora mox adepturi. Progreſſúſque aliquantum juxta Addenſe municipium comperit, diſſonas cultu & ſermonum varietate nationes

8 Al. *vigor*. 9 Mſ. *dementiæ*. 1 *Mſ.* Ancorariam. 2 *Al.* Mazices. 3 *In mſ. hic lacuna quatuor linearum.*

ſ *Priſco more militiæ dedit occidendos*]. Is mos talis erat. Accepto fuſte Tribunus vix tantùm adtingebat damnatum: quod ubi factum, omnes qui in caſtris erant, cædendo feriendoque gladiis lapidibuſque eumdem porro conficiebant; uti ex Polybio conſtat. Tacitus Annal. 1. *Stabant legiones pro concione diſtrictis gladiis, reus in ſuggeſtu per Tribunum oſtendebatur: ſi nocentem adclamaverant, præceps datus trucidabatur.* Lampridius in Commodo: *Hoſtis appellatus, lacerandúſque militibus eſt deductus.* Et in noſtra quoque militia ſimilis pœna obſervatur: caſtrenſique vocabulo Teotiſcè dicunt, *durch die Spieſſe lauffen.* Vel etiam ad palum ligabantur rei, ſagittiſque conficiebantur. Rufus in L L. militaribus: Κελεύομεν τοὺς στρατιώτας ἐκείνου τοῦ τάγματος πρώτου φυγόντος καὶ ὑποχωρήσαντος ἐκ τῆς τάξεως ἀποδεκατοῦσθαι, καὶ ὑπὸ τῶν λοιπῶν ταγμάτων κατατοξεύεσθαι. Quomodo S. Sebaſtianus, utpote militaris vir, & qui principatum primæ cohortis gerebat, juſſus eſt ſub titulo Chriſtianitatis à Diocletiano Imperatore ligari in medio campo, atque à militibus ſagittari. Uſuardus & Beda in Martyrol XIII. Kal. Januar. *Lindenbr.*

t *Ad æmulationem Curionis*]; Epitome Livii lib. 95: *Cajus Curio Procoſ. Dardanos in Thracia domuit.* Florus lib. III. cap. 4. *Idem.*

v *Ad æmulationem Curionis.*] De quo conſulendus eſt Frontinus in lib. 4. Strateg. initio. *Valeſ.*

x *Tullianum illud advertens.*] Quod legitur in Epiſtola 2. M. Tullii ad Brutum. *Idem.*

y *Mazices licèt bellicoſum genus*] Ptolemæus in Mauritania Cæſarienſi; Μαχούσιοι ὑφ' ὃ τὸ Ζάλακον ὄρος, καὶ μετὰ τοῦτο Μάζικες. Lindenbr.

plurimas unum ſpirantibus animis, immanium exordia concitare bellorum, adigente hortantéque maxima ſpe præmiorum ſorore Firmi nomine Cyria: quæ abundans divitiis & deſtinatione feminea, niſibus magnis inſtituit juvare germanum. Quocirca Theodoſius veritus ne Marti ſeſe committeret impari, congreſſúſque multitudini immenſæ cum paucis (tria enim armatorum milia ductabat atque quingentos) amitteret univerſos, inter pudorem cedendi pugnandique ardorem gradiens retro paullatim, trudente pondere plebis abſceſſit. Hócque eventu barbari nimium [4] quantum [elati] ſequentéſque pertinaciter * * * certare neceſſitate compulſus, ſemetipſum & ad internecionem perdiderat cunctos, ni gentium turbulenta concuſſio, procul Mazicum viſis auxiliis, quos anteibant quidam Romani, arbitrata in ſe impetum agminum ferri complurium, verſa in pedes aperuiſſet noſtris exitus antehac interſæptos. Exinde cum militem ducens incolumem Theodoſius ad fundum veniſſet nomine Mazucanum, exuſtis deſertoribus paucis, aliiſque ad Sagittariorum exemplum quibus manus ademptæ ſunt, contruncatis, Tipatam menſe Februario venit. Ubi diutius agens, [z] ut antiquus ille Cunctator pro negotio conſultabat, commentis potiùs & prudentiâ, quàm periculoſis congreſſibus, hoſtem pugnacem & [5] impetrabilem jactu telorum, ſi fors copiam dederit, oppreſſurus. Mittebat tamen aſſiduè ſuadendi quoſdam peritos ad gentes circumſitas, Bajuras, [6] Cantaurianos, Avaſtomates, Caſaves, Davaréſque, & finitimos alios, nunc timore, nunc nummis eos ad ſocietatem alliciens, veniamque petulantiæ interdum [7] promittendo, cum * * tultorius per ambages & moras hoſtem frangentem ſuos impetus oppreſſurus, ut quondam Pompeius Mithridatem. Quâ causâ declinans perniciem proximam Firmus, licèt præſidiorum magnitudine communitus, relicta plebe quam coëgerat magna mercede, quoniam latendi copiam nocturna quies dedit, Caprarienſes montes longè remotos penetravit, & diruptis rupibus inacceſſos. Cujus abitu clandeſtino multitudo diſperſa, ſine rectore particulatim diffluens, invadendi ejus caſtra noſtris copiam dedit. Híſque direptis, & interfectis qui reſiſtebant vel in deditionem acceptis, regionum maxima parte vaſtata, gentibus per quas tranſibat Dux conſultiſſimus adpoſuit fidei compertæ Præfectos. Hac inopinâ ſequendi confidentiâ territus perduellis, ſervis comitantibus paucis, digreſſu celeri conſulturus ſaluti, ne quo præpediretur obſtaculo, abjecit pretioſarum ſarcinas ſpecierum quas [8] avexerat ſecum. Uxorem namque feſſam labore continuo & [9] perancipitis * * * Theodoſius,

4 *Mſ.* quantum..... equenteſque pertinaciter * (*hic lacuna unius lineæ*) * certare... neceſſitate.... ſuſſem & ipſum. 5 *Al.* impenetrabilem. 6 *Al.* Cautorianos 7 *Mſ* promittendo cùm (*hic lacuna trium linearum.*) tultorius per. 8 *Al.* auxerat. 9 *Mſ.* perancipitis... (*hic lacuna trium linearum*).... Theodoſius nullique ad cum....... tium parcens.

z. *Ut antiquus ille Cunctator*] Q. Fab. Maximus, de quo Ennius apud Cicer. de Senect. * & Servium AE-

doſius, [a] nullíque adeuntium parcens mundiore victu ſtipendióque milite recreato, Caprarienſibus [b] Abannísque eorum vicinis prœlio levi ſublatis, [c] ad municipium properavit ....enſe: veríſque nuntiis doctus barbaros occupaſſe jam tumulos, per amfracta undique ſpatia in ſublime porrectos, nullique pervios niſi indigenis locorum perquàm gnaris, repedando dedit hoſtibus facultatem per indutias licét breves Æthiopum juxtà agentium adminiculis augeri vel maximis. Qui concatervatis copiis fremitúque minaci ſine ſui reſpectu ruentes in pugnam, averterunt eum inæſtimabilium turmarum ſpecie dira perterrefactum: ſtatímque redintegratis animis commeatus vehens abunde revertit, & conglobatis ſuis ſcutáque in formidabilem moventibus geſtum, controverſas iiſdem oppoſuit manus. Quamquam igitur immite quiddam barbaricis concrepantibus armis manipuli furentium imminebant, ipſi quoque parmas genibus illidentes: tamen ut pugnator ille cautus & prudens, militis paucitate diffiſus, audacter agmine quadrato incedens, ad civitatem nomine Contenſem [d] flexit iter intrepidus, [ubi captivos] noſtros Firmus ut in munimento abſtruſo locarat & celſo: cunctíſque receptis, in proditores ſatellitéſque memorati animadvertit acriter, ut ſolebat. Hoc ei [e] magni numinis adjumento gerenti proſperrimè, verus indicat explorator, confugiſſe ad Iſaflenſium populum Firmum: ad quem repoſcendum unà cum fratre Mazuca ceteríſque neceſſitudinibus illuc ingreſſus, cùm adipiſci non poſſet, genti bellum indixit. Et prælio atroci commiſſo, ferocientibus barbaris ultra modum aciem in [2] rotundo habitu figuratam opponit; adeóque Iſaflenſes pondere caterva-

1 *Al.* catervatis. 2 *Mſ.* rotundo habitus.] *Al* rotunda habitu.

---

neid. 6. *Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.* Seneca de Ira cap. 11. *Quo alio Fabius affectas imperii vires recreavit, quàm quòd cunctari & trahere & morari ſcivit? quæ omnia irati neſciunt.* Lindenbr.

a *Nullique parcens.*] In Regio codice legitur, *nullique adeuntium parcens*: atque ita ferè in Mſ. Florentino, & Aug. Editione. [In Colb. Mſ. *nullique adeum...tium parcens.*] Nec dubito, quin Marcellinus ita ſcriptum reliquerit: *Nullique cadentium parcens.* Sic enim loquitur in lib. xiv. ſub init. & alibi. *Valeſ.*

b *Abanniſque eorum vicinis.*] Abennæ dicuntur à Julio Honorio Oratore, qui Coſmographiam ſcripſit: cujus etiam meminit Caſſiodorus de divinis Lectionibus cap. 25. Is igitur inter gentes Oceani Meridiani recenſet Quinquegentianos, Mazicas, Bacuatas, Maſſylios, Abennas. At hæc gentium nomina deſunt in Coſmographia Ethici, quæ tota ex Julio Oratore tranſſcripta cùm ſit, non AEthici, ſive Ethici, ſed Julii Honorii Oratoris Coſmographia dici debet. *Idem.*

c *Ad municipium properavit ...... enſe*] Certum eſt nomen caſtelli hîc deſiderari, cujus infrà iterum mentio. Sed *Audienſe* an *Duodienſe* vocetur, haud ita in facili eſt dijudicare: utroque enim modo ſcribitur. Tamen non duo munimenta, ſed unum fuiſſe verba Ammiani innuere videntur. *Lindenbr.*

d *Flexit iter intrepidum; ubi timens noſtros Firmus.*] Sic Gelenius edidit ex conjectura, ut reſtitutis ordini ſuo quaternionibus ſenſus aliquis exſiſteret. Secundus enim quaternio qui malè præpoſitus fuerat, ſic finiebatur, *flexit iter intrepi.....* poſt quæ verba recurrendum erat ad tertium quaternionem, qui ſic incipiebat: *noſtros Firmus*, & cetera jam ſuo ordine: ſoli enim duo quaterniones erant tranſpoſiti. Idque tum ex Regio codice, [& Colb.] tum ex Auguſtana Editione liquidò apparet. Proinde non dubito, quin hic locus ita ſit corrigendus: *Ad civit. Contenſem flexit iter intrepidus, ubi captivos noſtros Firmus, ut in munimento abſtruſo locarat & celſo*: quam emendationem ſequentia confirmant. *Valeſ.*

e *Magni nominis adjumento.*] In Regio codice ſuperſcriptum erat *numinis*: quam ſcripturam etiam in codice Fauchetii exſtare monuerat Gruterus. Idem error in Panegyrico Sidonii ad Majorianum Aug.

--- *Vindex tibi nomine Divûm*
Majorianus erit:

cùm ſcribendum ſit *numine*. Idem.

rum urgentium inclinati ſunt, ut plurimi caderent, & ipſe Firmus ferox, & ſæpe in ſuam [3] perniciem præceps, equo auferretur in fugam, per ſaxa & rupes diſcurrere [4] citiùs adſueto: Mazuca verò frater ejus caperetur letaliter ſaucius. Qui Cæſaream mitti diſpoſitus, ubi ſæva inuſſerat monumenta facinorum peſſimorum, dilatato vulneris hiatu diſceſſit. Caput tamen ejus avulſum reſiduo corpore, cum magno viſentium gaudio urbi illatum eſt antedictæ. Poſt hæc Iſaflenſium gentem, quæ obſtitit, ſuperatam Dux nobilis incommodis multis, ut æquitas poſcebat, adflixit. Ibi Evaſium potentem municipem, Florúmque ejus filium, & quoſdam alios, per ſecretiora conſilia temeratorem quietis juviſſe confutatos apertè, flammis abſumpſit. Exindéque pergens interiùs, nationem Jubalenam ſpiritu adgreſſus ingenti, ubi natum Nubelem patrem didicerat Firmi, repulſus altitudine montium & flexuoſis anguſtiis ſtetit. Et quamlibet facto in hoſtem impetu, pluribúſque peremptis aperuerit viam: formidans tamen ſublimia collium ad inſidiandum aptiſſima, ducens ſuos incolumes revertit ad Audienſe caſtellum: ubi Jeſalenſium gens fera ſemet dedit, voluntaria auxilia præſtare ſpondens & commeatus. His & ejuſmodi glorioſis actibus exſultans ampliſſimus ductor, ipſum otii turbatorem petebat valido virium niſu: ideóque prope [f] munimentum nomine Medianum diu conſiſtens, per multas prudentéſque ſententiarum vias eumdem ſibi prodi poſſe ſperabat. Hæcque cogitationibus anxiis altioréque proſpiciens cura, rurſus ad Iſaflenſes hoſtem comperit revertiſſe: quos nihil moratus, ut antea, agminibus adoritur incitatis. Cui Rex Imazen nomine, ſpectatus per eos tractus opibúſque inſignis, progreſſus obviàm confidenter: *Cujus loci es tu?* (inquit) *vel quid acturus huc veniſti? reſponde.* Quem Theodoſius fundata mente intuens torvum: *Comes*, ait, *Valentiniani ſum, orbis terrarum domini, ad opprimendum latronem funereum miſſus: quem niſi ſtatim reddideris, ut invictus ſtatuit Imperator, peribis funditus cum gente quam regis.* Quo audito Igmazen, poſt convicia multa quæ congeſſit in Ducem, irâ doloréque perculſus abſceſſit. Et ſecutæ principio lucis, utrimque occurſuræ ſibi ad confligendum proceſſerunt acies minaciſſimæ: & barbarorum viginti pæne millia in ipſis locata ſunt frontibus, occultatis pone terga ſubſidialibus globis, ut adſurgentes paullatim noſtros multitudine clauderent inſperata: hiſque Jeſaleni auxiliares acceſſere quamplures, quos adjumenta & commeatus noſtris docuimus promiſiſſe. Contrà Romani quamvis admodum pauci, tamen fortibus animis victoriiſque antegreſſis elati, denſatis lateribus, ſcutiſque in teſtudinis formam cohærenter aptatis reſtiterunt gradibus fixis: & à Sole orto uſque ad diei extimum pugnâ protentâ paullo ante veſperam vi-

3 *Mſ.* pernicionem. 4 *Al.* citiùs.

f *Munimentum Medianum.*] Caſtellum Medianum ib-

ſus eſt Firmus equo celſiori inſidens, ſago puniceo porrectiùs panſo milites [g] clamoribus magnis hortari, ut dedant Theodoſium opportunè, truculentum eum appellans & dirum, & ſuppliciorum ſævium repertorem, ſi diſcriminibus eximi vellent quæ perferebant. Hæ inſperatæ voces ad dimicandum quoſdam acriùs incitarunt; alios deſerere prœlium illexerunt. Proinde ubi noctis advenit quies prima, partibus tenebrarum obvolutis horrore, Dux reverſus ad [h] Duodienſe caſtellum, militéſque recognoſcens, eos quos à pugnandi propoſito pavor & verba detorſerant Firmi, diverſo genere pœnarum exſtinxit: alios ademptis dexteris, quoſdam vivos combuſtos. Excubiáſque agens cura pervigili, barbarorum aliquos auſos cùm apparere non poſſent, poſt occaſum Lunæ caſtra ſua tentare, fudit, vel irruentes audentiùs cepit. Digreſſus exinde paſſibus citis, [5] Jeſalenſes ut ambiguæ fidei per tramites adortus obliquos, unde parum ſperari potuit, ad pænuriam vaſtavit extremam: pérque Cæſarienſis Mauritaniæ oppida reverſus Sitifim, Caſtorem & Martinianum rapinarum flagitiorúmque Romani participes, ad interitum tortos incendit. Redintegratur poſt hæc cum Iſaflenſibus bellum: primóque conflictu barbarorum pluribus pulſis & interfectis, Rex eorum Igmazen vincere antehac aſſuetus, terrore fluctuans mali præſentis, nihílque commerciis vetitis ad vitam ſpei ſibi reſtare ſi obſtinatiùs egerit arbitratus, quantum cautè fieri potuit & occultè, prorupit ex acie ſolus: viſúmque Theodoſium ſuppliciter petiit, ut [6] Maſillam Mazicum Optimatem ad ſe venire juberet. Per quem ut rogaverat miſſum, clandeſtinis colloquiis monuit Ducem ſuopte ingenio pertinacem, ut ad præbendam ſibi copiam agendi quæ vellet, popularibus ſuis acriter immineret, eóſque aſſiduitate pugnandi mutaret in metum, promptos quidem ad perduellis favorem, ſed jacturis multiplicibus feſſos. Paruit Theodoſius dictis: & crebritate certaminum Iſaflenſes ita protrivit, ut iiſdem labentibus more pecudum, Firmus latenter evaderet, & aviis & diuturnus latebris amandandus, inibi dum de fuga conſultat, tentus ab Igmazene cuſtodiretur. Et quoniam obſcuriùs geſta didicerat per Maſillam, in extremis rebus unum remedium ſupereſſe contemplans, calcare vivendi cupiditatem voluntaria ſtatuit morte: [i] vinoque conſultò diſtentus, [k] & crapulentus, ſilenti nocte oppreſſis altiore

5 *Mſ.* Veſſalienſes. 6 *Mſ.* Miſiliam.

Cæſarienſi Mauritania ponitur in Notitia Africæ. *Valeſ.*

g *Clamoribus magis hortari*] Credidi ignaro præſide ſic nuper edidiſſe Pariſienſes, reſtituique quod erat in Auguſtana & Henrici editione. In eadem Auguſtana videbam paulo ante haberi *deſectis lateribus*, quod plane dirigit ad *denſetis*, ut dixerunt. *Gron.*

h *Ad Duodienſe caſtellum.*] Codices Mſſ. ſcriptum habent, *ad Vodienſe caſtellum.* Editio autem Auguſtana, *ad Audienſe.* Pæne omiſeram ſuperiori linea ſcribendum eſſe, *partibus tenebrarum obvolutis horrore*: ſic enim loqui ſolet Marcellinus, ut notavi ad librum 28. *Valeſ.*

i *Vinoque conſulto diſtentus.*] Qui mortem ſibi conſciſcere volunt, ut omnem ſenſum ſibi doloris adimant, ſolent vino & epulis largiùs indulgere: ſic enim homines ad quidvis ſuſcipiendum audaciores efficiuntur. Atque hoc feciſſe dicitur Brennus, non ille qui Romam cepit, ſed alter paullo recentior, qui Gallos in Græciam duxit. Nam cùm profligatas res ſuas cerneret, tædio ac deſperatione victus cùm ſe mero ingurgitaſſet, manus ſibi

ſomno cuſtodibus, pervigil ipſe impendentis ærumnæ terrore, inſonis greſſibus relicto cubili, manibus repens & pedibus longiùs ſeſe diſcrevit: repertúmque funiculum quem finiendæ vitæ paravere caſus, de clavo parieti adfixo ſuſpendit: ubi collo inſerto [7] animam abſque moris cruciabilibus exhalavit. Quod dolenter ferens Igmazen, [8] ereptámque ſibi gloriam gemens, quia non contigerat ad caſtra Romana [l] vivum ducere perduellem, interpoſita fide publica per Maſillam, ipſe camelo necati cadaver impoſitum ferens, cùm tentoria exercitûs adventaret [m] ad Subicarenſe caſtellum locata, in jumentum tranſtulit ſarcinale, & Theodoſio obtulit exſultanti. Qui convocatis armatis ſimul atque plebeiis, interrogatíſque an [9] agnoſcerent vultum, cùm ejuſdem eſſe ſine ulla didiciſſet ambage, ibi pauliſper moratus [n] Sitifim triumphanti ſimilis rediit ætatum ordinúmque omnium celebrabili favore ſuſceptus.

7 *Al.* animam non aſque miris cruciabilibus. 8 *Mſ.* erepertamque. 9 *Al.* cognoſcerent.

---

attulit, ut ſcribit Diodorus in lib 22. & Pauſanias in Phocicis. Eadem audacia XXVII. Senatorum Campanorum refertur à Livio in lib. 26. qui epulati, & quantum facere potuerant alienatis mentibus vino ab imminentis ſenſu mali, venenum omnes ſumpſerunt. Idem de Cæcilio Agricola ſcribit Dio in lib. 76. & de Themiſtocle Plutarchus: [de Cleopatra AEgypti Regina idem in Antonio; de Scapula quodam auctor libri de bello Hiſpanienſi; de Judacilio Picentium duce Oroſius in libro V. de Juba Rege Mauritaniæ & Petreio Florus in libri IV. capite II.] *Valeſ.*

[k *Et crapulis.*] In codice Colb. ſcriptum reperio, *& crapulentus*: & ſuperpoſitum *is*, id eſt *crapulentis*, aut certè *crapulis*. *Crapulas* in plurali numero illorum temporum Latinitas uſurpavit, & ab ebrietate diſtinxit. Nam Petrus Chryſologus in Sermone XII. *Ille cibum noſtrum deducit in crapulam; potum noſtrum in ebrietatem diffundit.* Et in Sermone XIII. *Per crapulam, per ebrietatem, &c.* Legendum tamen puto ex Mſ. Colb. *Vinoque conſultò diſtentus & crapulentus*, magis quàm, *vinoque conſ. diſtentus & crapulis*, vel *crapulentis*.] Hadr. Valeſ.

l *Vinctum ducere perduellem.*] In codice Regio, & Auguſtana Editione ſcriptum reperi, *vivum ducere perduellem*; [in cod. Colb. *vilium* malè] *Henr. Valeſ.*

m *Ad Subicarenſe caſtellum.*] Suſpicor hîc ſcribendum eſſe *Ruſubbicarenſe caſtellum*, quod eſt in Mauritania Cæſarienſi, ut docet Antonini Itinerarium: *Icoſium m. p. m. 22. Rungoniæ Colonia m. p. m. 15. Ruſubbicari m. p. m. 24.* Ptolemæus in lib. 4. inter Mauritaniæ Cæſarienſis opida ponit ἰκόσιον. ῥουσόνιον. ῥουσίκιβαρ: ſed ſcribendum eſt ῥουγόνιον. ῥουσίβικαρ. In Itineraria Tabula Peutingerorum, *Ruſibicari Matidiæ* dicitur. Et in Collatione I. Carthaginenſi Conſtantinus memoratur Epiſcopus Ruſubiccarienſis. Denique in Notitia Africæ, inter Mauritaniæ Cæſ. Epiſcopos recenſentur *Bonifatius Ruſgunienſis*, & *Paulinus Rubicarienſis*. corruptè pro *Ruſubicarienſis*. Valeſius. An credibile eſt τὸν πάνυ conſuluiſſe iſto loco itinerarium Antonini, non vidiſſe ab eruditiſſimo Surita conjecturam hanc in Ammiano illic ante multos annos publicatam cum ipſa illa Ptolemæi citatione? Certe honoris ejus cauſa mallem, ut veneratus fuiſſet memoriam ejus, per quem profecerat, certe profeciſſe credo. *Gron.*

n *Sitifim triumphanti ſimilis rediit.*] Gratiano III. & AEquitio Coſſ. ut videtur: qui erat annus Natalis Dominici 374. Fruſtra autem à Marcellino noſtro exſpectes, quid poſtea Theodoſio factum ſit, & utrum is ad Comitatum Valentiniani reverterit. Cædem quinetiam ipſius reticuit, quod equidem valde miror. Quod utrum memoriæ vitio imprudens admiſerit, an reverentiâ Theodoſii illius filii, qui tunc temporis cùm hæc Marcellinus ſcriberet, imperium obtinebat, an denique vitium paſſi ſint codices noſtri, nequeo dicere. Ceterùm quod à Marcellino, ſeu antiquario prætermiſſum eſt, id nos quoad ejus fieri poteſt, ſupplere debemus. Theodoſius igitur exſtincto Firmo Mauro cùm Africæ ſtatum reſtituiſſet, ſtimulante quorumdam aulicorum invidia juſſus interfici apud Carthaginem baptizari petiit: ac poſtquam ſacramentum Chriſti quod quæſierat, aſſecutus eſt, poſt glorioſam ſæculi vitam & jam de æternitate ſecurus, percuſſori jugulum ultro præbuit, ut loquitur Oroſius in lib. 7. cap. 33. Cujus rei meminit Ambroſius in Sermone de exceſſu Theodoſii his verbis: *Portavit jugum grave Theodoſius à juventute, quando inſidiabantur ejus ſaluti, qui patrem ejus triumphatorem occiderant. Portavit jugum grave, quando ſubiit pietatis exſilium, quando infuſis Rom. Imperio barbaris ſuſcepit Imperium.* Porro hæc Theodoſii Magiſtri militum cædes contigit anno Dom. 377. ut ſcribit Hieronymus in Chronico: *Theodoſius*, ait, *Theodoſii poſtea Imperatoris pater, & plurimi nobilium occiſi.* Occiſo patre Theodoſius junior ex Duce Mœſiæ, ſponte in Hiſpaniam ſeceſſit, ut præter Ambroſium docet Theodoretus in lib. 5. Hiſt. cap. 5. unde poſtea evocatus à Gratiano Magiſter militum, ac mox Auguſtus creatus eſt, Gratiano cædem patris, quam malo conſilio dignus admiſerat, honore

CAP. VI. Dum hoc pulvere per Mauritaniam Dux antedictus anhelat & Africam, Quadorum natio [o] motu eſt [1] excita repentino, parum nunc formidanda, ſed immenſum quantum antehac bellatrix & potens, [p] ut indicant perpetrata, quoniam raptim proclivia, [2] obſeſſaque ab iiſdem ac Marcomannis Aquileïa, Opitergiúmque exciſum, & cruenta complura [q] perceleri acta procinctu: vix reſiſtente perruptis Alpibus Juliis Principe [r] ſerio, quem antè docuimus, Marco. Et erat ut barbaris ratio juſta querelarum. Valentinianus enim ſtudio muniendorum limitum glorioſo quidem ſed nimio ab ipſo Principatûs initio flagrans, trans flumen Hiſtrum in ipſis Quadorum terris, quaſi Romano juri jam vindicatis, ædificari præſidiaria caſtra mandavit: quod accolæ ferentes indignè, ſuíque cautiores, legatione tenus interim & ſuſurris arcebant. Sed Maximinus in omne avidus nefas, & genuinos mitigare nequiens flatus, quibus Præfecturæ acceſſerat tumor, increpabat AEquitium per Illyricum eo tempore Magiſtrum armorum ut pervicacem & deſidem, necdum opere quod maturari diſpoſitum eſt conſummato: addebátque ut conſulens in commune, quòd [ſ] ſi parvo ſuo Marcelliano deferretur poteſtas per Valeriam Ducis, munimentum abſque ulla cauſatione conſurgeret. Utrumque mox eſt impetratum. Qui promotus profectúſque cùm veniſſet ad loca, intempeſtivè turgens ut filius, nullis adfatibus delenitis iis, quos numquam tentatæ cupiditatis figmenta regionum ſuarum faciebant extorres, opus paullo antè inchoatum adgreditur, admiſsâ copiâ rogandi ſuſpenſum. Denique Gabinium Regem ne quid novaretur modeſtè poſcentem, ut adſenſurus, humanitate ſimulata cum aliis ad convivium conrogavit: quem digredientem poſt epulas, hoſpitalis of-

1 *Mſ.* inexcita. 2 *Mſ.* quoniam proclivia obſeſſaque ab.

filii compenſare cupiente. *Valeſ.*

o *Mota eſt inſultu repentino.*] In Mſ. Flor. Regio [& Colb.] ſic legitur, *mota eſt in excita repentino.* Quare amplector præ illa Gelenii conjectura hanc Editionis Aug. ſcripturam, *motu eſt excita repentino.* Idem.

p *Ut indicant properata.*] In Aug. Editione, & in codice Regio, & Vat. hic locus ita perſcriptus eſt: *Ut indicat properata quoniam raptim proclivia obſeſſaque ab iiſdem, &c.* Unde fortaſſe quiſpiam ſic ſcribendum eſſe conjiciat: *Ut indicant properata quondam raptu proclivi, obſeſſaque, &c.* Sanè hæc omnia uno ductu ac tenore continuanda eſſe non dubito. *Idem.*

q *Per celeres acta procinctus.*] In codice Regio ſcriptum inveni, *perceleri acta procinctu.* In Vaticano & Colbert. *perceleris acta procinctu*: in Toloſ. *perceleri facta procinctu.* * Idem.

r *Primicerio quem ante docuimus Marico.*] Quis ſit hic Maricus, aut quo tempore vixerit, obſcurum eſt. Videtur tamen temporibus Diocletiani vixiſſe: eo enim imperante victi ſunt Marcomanni & Quadi, ut docent Panegyrici veteres, & Idatius in Faſtis. Sanè vox hæc Primicerius, haud multò antiquiorem hunc Maricum fuiſſe demonſtrat: recens enim ejus dignitatis appellatio eſt. Significatur autem, ut puto, Primicerius Protectorum. * Suſpicor tamen altius heic mendum ſubeſſe, quod fortaſſe ſic emendari poſſit: *Vix reſiſtente perruptis Alpibus Juliis Principe ſerio, quem ante docuimus, Marco:* Quadorum enim & Marcomannorum motus contigit Principatu Divi Marci, quem *ſerium Principem* Marcellinus vocat perinde ac Valentinianum in lib. XXVI. Mamertinus in Gratiarum actione *ſerios Principes* opponit *communibus.* * Idem.

ſ * *Si parvo ſuo Marcelliano deferretur poteſtas per Valeriam Ducis*] *Parvo ſuo*, id eſt filio ſuo. Statius Silvarum libro I.

Unâ veſcitur omnis ordo menſâ:
Parvi, femina, plebs, eques, Senatus;

Vincentius Lirinenſis libro 2. Commonitorii: *Faciunt quod hi ſolent, qui parvulis auſtera quædam temperant pocula.* Virgilius in Ciri de Cupidine:

Idem tum ſuperis acuebat parvulus iras.

Solinus in capite XIII. *Galactites ſcrupulus ater, feminis nutrientibus illigatus fecundat ubera: ſubnexus parvulis, largiuſculos hauſtus facit ſalivarum.* Ammianus ipſe in li-

ficii ſanctitate nefariè violata, trucidari ſecurum effecit. Cujus rei tam atrocis diſſeminatus rumor ilico per diverſa, & Quados & gentes circumſitas efferavit: Regíſque flentes interitum, in unum coactæ miſere vaſtatorias manus: quæ Danubium tranſgreſſæ cùm nihil exſpectaretur hoſtile, occupatam circa meſſem agreſtem adortæ ſunt plebem: majoréque parte truncata, quidquid ſuperfuit, domum cum multitudine varii pecoris abduxerunt. Eveniſſet profectò tunc inexpiabile ſcelus, numerandum inter probroſas rei Romanæ jacturas, (paullo enim abfuit quin filia caperetur Conſtantii, [3] cibum ſumens in publica villa quam appellant Piſtrenſem, cùm duceretur Gratiano nuptura) ni favore propitii numinis præſens Meſſalla provinciæ rector, eam [t] judiciali carpento impoſitam ad Sirmium viceſimo ſexto lapide diſparatum curſu reduxiſſet effuſo. Hoc caſu proſpero regia virgine periculo miſerandæ ſervitutis exempta, cujus niſi potuiſſet impetrari redemptio captæ, magnas inuſſiſſet Reipublicæ clades. Latiùs ſe cum Sarmatis Quadi pandentes, ad raptus & latrocinia gentes aptiſſimæ, prædas hominum [4] virile & muliebre ſecus agebant & pecorum, villarum cineribus exuſtarum cæſorúmque incolentium exſultantes ærumnis, quos nec-opinantes ſine ulla parcimonia deleverunt. Per omnia itaque propinqua malorum ſimilium diſperſa formidine, Præfectus Prætorio agens tunc apud Sirmium Probus, nullis bellorum terroribus aſſuetus, rerum novarum lugubri viſu præſtrictus, oculóſque vix attollens, hærebat diu quid capeſſeret ambigens: & cùm paratis velocibus equis noctem proximam deſtinaſſet in fugam, monitus tutiore conſilio manſit immobilis. Didicerat enim omnes ſecuturos confeſtim qui mœnibus claudebantur, tegendos latebris opportunis: quod ſi contigiſſet, impropugnata civitas veniſſet in manus hoſtiles. Proinde parumper lenito pavore, ad arripienda quæ urgebant acri animo adſurgens, reterſit obrutas ruderibus foſſas, murorúmque maximam partem pacis diuturnitate contemptam, [v] & ſubverſam aduſque celſarum turrium minas expediit, ſtudio ædificandi coalitus: hac ratione opere velociter abſoluto, quòd [x] im-

3 *In Steph. hæc verba deſunt.* 4 *Al.* virilis & muliebris ſexus.

bro 31. *Implicatos alios matribus parvulos*, id eſt filiolos. * *Lindenbr.*

t *Judiciali carpento*] Honoratiore puta, & quali Præſides Provinciarum, Præfecti Urbis, aliique in magiſtratu poſiti tantùm utebantur. Exſtatque etiam nunc Lex Grat. Valent. & Theod. Imperat. de Honoratorum vehiculis. Sic Fl. Vopiſcus Syracuſius à Junio Tiberiano P. V. in conſeſſum ſe vehiculi judicialis ſuſceptum ſcribit, in Aureliano Imp. *Vehiculo ſuo me & judiciali carpento Præfectus Urbis Vir Illuſtris, ac præfatâ reverentiâ nominandus, Junius Tiberianus accepit.* Contrà verò carpento privato, velut viliori, Gallus Cæſ. in contemptum imponitur. Ammianus lib. XIV. Quæ autem ratio in carpentis, eadem quoque in luſoriis; quarum aliæ judiciariæ fuerunt & elegantiùs fabrefactæ, aliæ agrarienſes & minùs ornatæ. L. 1. C. Theod. de luſor. Danubii. *Idem.*

v *Et ſubverſas.*] Scribendum videtur, *& ſubverſam* ſupple *murorum partem*. [In codice quidem Colbertino & in aliis legitur *ſubverſas.*] Valeſ.

x *Impenſas ædificandi cauſa.*] Non ignoro impenſas ſimpliciter accipi poſſe pro ſumptibus & pecunia. Sed tamen facere non poſſum quin ſuſpicionem meam hic lectoris proponam judicio ac cenſuræ. Suſpicor enim impenſas hic ſumi pro cæmentis ſeu materia ex arena & calce qua parietes ſatiari ſolent. Palladius Æmilianus in lib. 1. de re ruſtica: *Impenſâ puniceâ farciri muros*, id eſt

penſas ædificandi cauſâ theatri dudum congeſtas, ſufficientes ad id quod efficere maturabat, invenit. Atque huic ſpectato conſilio ſalutare addidit aliud: & Sagittariorum cohortem è ſtatione proxima, adfuturam obſidio ſi veniſſet, accivit. His velut obicibus barbari ab oppugnanda urbe depulſi, parum ad has calliditates dimicandi ſollertes, ſarcinîſque impediti prædarum, ad AEquitii vertuntur indaginem. Et cúm ad Valeriæ ſpatia longè remota ſeceſſiſſe captorum didiciſſent indiciis, illuc properato petierant gradu frendentes, hácque ex cauſa jugulo ejus intenti, quòd per ipſum circumventum Regem exiſtimabant inſontem. Quibus concito curſu ruentibus infeſtiùs, obviàm legiones motæ ſunt duæ, Pannonica & Mœſiaca, valida prœliis manus: quæ ſi conſpiraſſet, abierat proculdubio victrix. Sed dum diſcretim graſſatores adoriri feſtinant, ortis inter ſe diſcordiis impediti de honore certabant & dignitate. Quo intellecto Sarmatæ ſagaciſſimi, non exſpectato certandi ſigno ſollemni, Mœſiacam primam inceſſunt: dúmque milites arma tardiùs per tumultum expediunt, interfectis plurimis aucti fiduciâ aciem perrupere Pannonicam: diſjectáque agminis mole, geminatis ictibus omnem pæne deleſſent, ni periculo mortis aliquos citum extraxiſſet effugium. Inter hæc fortunæ diſpendia triſtioris y Dux Mœſiæ Theodoſius junior, prima etiamtum lanugine juvenis, Princeps poſtea perſpectiſſimus, Sarmatas Liberos ad diſcretionem ſervorum rebellium appellatos, conlimitia noſtra ex alio latere invadentes, aliquotiens expulit & adflixit, congreſſibus denſis adtritos: adeóque obſiſtentes

cæmento ex pumice. Rectè ergo in Gloſſis veteribus, in titulo de habitationibus, legitur *impenſa, φύραμα*. φύραμα eo ſenſu ſumitur à Plutarcho in præceptis quo modo ſit gerenda Reſp. * Sed & generaliter impenſæ dici poſſunt ſpecies omnes fabricis ædium utiles, ut lapides, ligna, ferrum, & ſimilia. Sic Marcellinus noſter ſumere videtur in libro XXVII. pag. 337. & vetus auctor Quæſtionum veteris ac novi Teſtamenti, quaſtione 106. Locum heic adſcribo: *Arbitramur*, inquit, *quia Moyſes, ut omnem errorem inferioris creaturæ auferret & impenſarum mundi, in principio ſubſtantias ipſas ex quibus mundus conſtat, factas eſſe ſignificavit: ut qui hujus rei teſtimonium recipit, ambigere non poſſit factum eſſe mundum: quando ſubſtantias quæ ad impenſas mundi profecerunt, initio ſubjectas fatetur.* Et infrà: *Subſtantiæ enim, quas primùm factas eſſe diximus, impenſæ ſunt mundo.* Addenda eſt vetus Inſcriptio Romæ, quæ talis eſt:

Conſtantina Deum venerans Chriſtóque dicata,
Omnibus impenſis devota mente paratis;
Numine divino multum Chriſtoque juvante,
Sacravit templum victricis Virginis Hagnes.

Victricis, id eſt Martyris, quæ tormenta & ſupplicia perſecutorum ſuperavit. Hieronymus de locis Hebraïcis, agens de Hieruſalem: *David eam Judææ metropolim fabricatus eſt; eo quòd ibi locum Templi emerit, & impenſas ſtructuræ Salomoni filio dereliquerit.* Idem auctor in Commentariis in Epiſtolam 1. ad Corinthios, qui vulgò tribuuntur Ambroſio, capite 15. *Cùm ex eadem maſſa omnis caro ſit; unde & quomodo in his tanta diverſitas ſit, ut unâ impenſâ faceret genera diverſa.* Ambroſius in libro de fide Reſurrectionis. Auguſtinus in libro de vera Religione: *Quid enim præclarum novit eâ impenſâ quæ calce & arenâ conſit, tenaciùs lapides cohærere quàm luto?* Juvenalis in Sat. III. *impenſas* vocat columnas marmoreas, ſigna nuda, ſigna veſtita, forulos cum libris, & modio argenti. Marcellus Empiricus aliter eo nomine utitur. Nam in Carmine de Medicina, ſpecies ex quibus fiunt medicamenta, *impenſas* appellat. * *Valeſ.* Ubi hæc verba libro primo Palladii legantur, equidem non memini. Sed cap. 40. ſcribit *ita impenſam teſtaceam ſubter inducis.* Et cap. 13. *dehinc primo impenſa pumicea inducemus*, quo loco utitur pater in Diatribes Statianæ capite XX. Inſcriptionem habet Gruterus pag. MCLXI: quam & in codice vetuſtiſſimo Prudentii, qui eſt Cantabrigiæ, legi. *Gron.*

y. *Dux Mœſiæ Theodoſius junior.*]. Hanc ejus victoriam commemorat Zoſimus in lib. 4. Μυσία δ' οὐδενὸς ἐπειρᾶτο κακοῦ, Θεοδοσίου τοῦ τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν ἔχοντος, ἀνδρείως στάντος καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀποδιώξαντος. ὅθεν ἐκ ταύτης τῆς νίκης δόξαν ἐπισπασάμενος ἔτυχε μετὰ ταῦτα τῆς βασιλείας. *Mœſia verò nullam incurſionem perpeſſa eſt, eo quòd Theodoſius Dux fortiter reſtitit, & irruptionem tentantes barbaros fugavit: ex quâ victoria laudem adeptus, poſtea ad Imperium pervenit.*

fortiſſimè turbas confluentes oppreſſit, [z] ut cæſorum plurium alites juſtè ſanguine ſatiaret & feras. Unde reſidui tumore jam deflagrante metuentes, ne idem Dux virtutis ut apparuit expeditæ, in primo finium aditu incurſantes cuneos ſterneret aut fugaret, vel inſidias per ſilvarum locaret occulta, poſt multos perrumpendi conatus ſubinde tentatos incaſſum, abjectâ pugnandi fiduciâ conceſſionem petivere præteritorum & veniam: victíque ad tempus indultæ fœderibus pacis nihil egere contrarium, eo maximè timore perculſi, quòd ad tutelam Illyrici Gallicani militis validum acceſſerat robur. Dum hæc tot ac talia per turbines agitantur aſſiduos, [a] Claudio regente Urbem æternam, [b] Tiberis qui media interſecans mœnia, cloacis & fluviis abundantibus multis Tyrrheno mari miſcetur, effuſione imbrium exuberans nimia, & ſupra amnis ſpeciem panſus, omnia pæne contexit. Et ſtagnantibus civitatis reſiduis membris quæ tenduntur in planitiem molliorem, montes ſoli & quidquid inſularum celſiùs eminebat, à præſenti metu defendebatur: & ne multi inediâ contabeſcerent, undarum magnitudine nuſquam progredi permittente, lembis & ſcaphis copia ſuggerebatur abunde ciborum. At verò ubi tempeſtas mollivit, & flumen reticulis ruptis rediit ad ſolitum curſum, abſterſo metu nihil poſtea moleſtum exſpectabatur. Hic ipſe Præfectus egit admodum quietè, nullam ſeditionem ſuper querela juſta perpeſſus: & inſtauravit vetera plurima. Inter quæ [c] porticum excitavit ingentem, lavacro Agrippæ contiguam, [d] Eventus Boni cognominatam, ea re quòd hujus nominis propè viſitur templum.

Idem ſcribit de hac Theodoſii victoria Themiſtius in Oratione 18. pag. 470, *Valeſ.*

z *Ut cæſorum plurimum.*] Rectiùs in Editione Aug. legitur, *ut cæſorum plurium alites juſtè ſanguine ſatiaret & feras.* Ac fortaſſe etiam emendandum eſt, *alites juxtà ſanguine ſatiaret & feras.* Feræ enim & alites plerumque junguntur à Scriptoribus, cùm inſepulta cadavera volunt dicere, ut apud Catullum ait Ariadne:

Pro quo dilaceranda feris dabor alitibúſque:

& paſſim apud Poëtas poſt Principem ſuum Homerum in principio Iliados. *Idem.*

a *Claudio regente Urbem æternam.*] Claudius Præfectus Urbi fuit, Gratiano III. & Equitio Coſſ. ut docet lex 22. in Codice Th. quorum appellationes. Idem antea Proconſul Africæ fuerat Valentiniano Nob. Puero & Victore Coſſ. & ſequenti anno quo Valentinianus III. & Valens III. Coſſ. fuerunt leg. 19. eodem Tit. & lege 7. de luſtrali collatione. *Idem.*

b *Tiberis qui media interſecans mœnia --- effuſione imbrium exuberans*] Inundationes Tiberis crebræ; raroque contingentes, ut non inſignis aliqua clades, vel gravior caſus ſubſecutus ſit. Qua de re Plinius lib. III. *Nullique fluviorum minus licet incluſis utrimque lateribus, nec tamen ipſe pugnat: quamquam creber ab ſubitis incrementis, & nuſquam magis aquis, quàm in Urbe ſtagnantibus. Quinimmo vates intelligitur potiùs, ac monitor, auctu ſemper religioſus veriùs, quàm ſævus.* Vide ampliſſimi viri Pet. Fabri Semeſtr. libri 3. cap. 4. *Lindenbr.*

c *Porticum excitavit ingentem lavacro Agrippæ contig. Eventus Boni cognom.*] Pub. Victor in reg. IX. *Thermæ Agrippæ, Templum Boni Eventus.* Inſcript. vett.

Mogontiaci.

PRO SALUTE DD. NN.
SANCTISSIMORUM
IMPP BONO EVENTUI
MIL. EXERCITUS GS.
MATERNUS PERLETUS
MIL. LEO. VII. PR.
P. F STRATOR.

Aſtigi.

BONO EVENTUI A-
PONIA. C. F. MON-
TANA SACERDOS DI-
VAR. AUGUSTAR. COL.
AUG. FIR. EDITIS OB
HONOREM SACERD.
CIRCENSIBUS.

Idem.

d *Boni Eventus cognominatam.*] Bonum Eventum præcipue colebant agricolæ teſte Varrone in libri 1. de re ruſtica initio, ut is fruges ac frumenta & vineta bene evenire faceret. Cato de re ruſtica: *Uti tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire beneque evenire ſinas.* Et Feſtus Pompeius de verborum ſignificationibus: *Panibus*, ait, *redimibant caput equi immolati Idibus Octob. quia ſacrificium fiebat ob frugum eventum.* Hinc Boni Eventus ſimulacrum Romæ erat, dextrâ pateram, ſiniſtrâ ſpicam & papaver tenentis, ut ſcribit Plinius in lib. 34. cap. 8. Manilius in lib. 1. Aſtronom.

Eventus frugum varios & tempora dicunt. * Et Zeno Veronenſis de Præcepto. *Attende tibi. Agricola es. Attende tibi, ut diligenter circumfodias infructuoſam ficum, & adhibeas ſtercoris qualos, & totum facias quidquid ad fructuoſum ſpectat eventum.* * Ceterùm Boni hujus Eventûs templum erat in IX. regione Urbis juxta thermas Agrippæ ſeu Agrippianas, quæ apud Chariſium in lib. I. malè Agrippinianæ dicuntur. *Valeſ.*

Explicit Liber XXIX.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XXX

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XXX continentur.

CAPUT. I. *Para Rex Armeniorum evocatus à Valente, & Tarſi ſpecie obſequiorum cuſtoditus, cum trecentis popularibus fugit, & fruſtratus viarum obſervatores, equis Regnum repetit, nec multo pòſt à Trajano Duce in convivio interficitur.*

C. II. *Valentis A. & Saporis P. R. de Armeniæ & Hiberiæ Regnis contendentium legationes.*

C. III. *Valentinianus A. poſt vaſtatos aliquos Alamanniæ pagos, cum Macriano Alamannorum Rege colloquitur, ac pacem facit.*

C. IV. *Modeſtus Præfectus Prætorio à jure dicendo Valentem avertit: & de Cauſſidicina, deque Juriſconſultis, & variis Advocatorum generibus.*

C. V. *Valentinianus Sarmatis & Quadis Pannoniarum populatoribus bellum illaturus, in Illyricum proficiſcitur, & tranſito Danubio Quadorum pagos vaſtat, vicos incendit, barbaros cujuſque ætatis jugulat.*

C. VI. *Idem dum legatis Quadorum populares ſuos purgantibus reſpondet iratus, ictu ſanguinis exſtinguitur.*

C. VII. *Quo patre natus ſit, & quas res Princeps geſſerit.*

C. VIII. *Ejus ſævitia, avaritia, invidia, & timor.*

C. IX. *Ejuſdem virtutes.*

C. X. *Valentinianus junior Valentiniani filius, in caſtris apud Bregetionem Auguſtus appellatur.*

CAPUT I. INTER has turbarum difficultates, [a] quas perfidia Ducis Rege Quadorum excitavit occiſo per ſcelus; dirum in Oriente committitur facinus, Para Armeniorum Rege clandeſtinis inſidiis obtruncato: cujus materiæ impio conceptæ conſilio hanc primordialem fuiſſe novimus cauſam. Conſarcinabant in hunc etiamtum adultum crimina quædam apud Valentem exaggerantes malè ſollertes homines, diſpendiis ſæpe communibus paſti. Inter quos erat [b] Terentius Dux demiſſè ambulans, ſempérque ſubmæſtus, ſed quoad vixerat, acer diſſenſionum inſtinctor. Qui adſcitis in ſocietatem gentilibus paucis, ob flagitia ſua ſuſpenſis in metum, ſcribendo ad Comitatum aſſiduè Cylacis necem replicabat & [1] Artabannis: addens eumdem juvenem ad ſuperbos actus elatum, nimis eſſe in ſubjectos immanem. Unde quaſi futurus particeps ſuſcipiendi tunc pro inſtantium rerum ratione tractatûs, idem Para regaliter vocatus, & apud Tarſum Ciliciæ obſequiorum ſpecie cuſtoditus, cùm neque ad Imperatoris caſtra accipi, [2] nec urgentis adventûs cauſam ſcire cunctis reticentibus poſſet: tandem ſecretiore indicio comperit, per litteras Romano rectori ſuadere Terentium, mittere propediem alterum Armeniæ Regem: ne odio Paræ ſpéque quòd [3] revertetur, natio nobis opportuna deficeret ad jura Perſarum, eam rapere vi vel metu vel adulatione flagrantium. Quæ reputans ille, impendere ſibi præſagiebat exitium grave. Et doli jam prudens, neque aliam niſi cito diſceſſu ſalutis reperiens viam, ſuadentibus his quibus fidebat, conglobatis trecentis comitibus ſecutis eum è patria, cùm equis velociſſimis, ut in magnis ſolet dubiiſque terroribus audacter magis quàm conſideratè, pleraque diei parte emenſa egreſſus cuneatim properabat intrepidus. Cúmque eum [c] provinciæ [4] moderator, Apparitoris qui portam tuebatur [5] imperatus, feſtinato ſtudio reperiſſet in ſuburbanis, ut remaneret enixiùs obſecrabat: & parum hoc impetrato, mortis averſus eſt metu. Nec minùs paullo poſteà legionem ſecutam jámque adventantem, ipſe cum promptiſſimis retrorſus excurrens, fundénſ-

1 *Mſ.* Artabannis......dens. 2 *Al.* nec urgentis acceſſus. *Mſ.* ne ſurgentes advenus. 3 *Mſ.* revertitur. 4 *Mſ.* moderator Apparitoris. 5 *Mſ* impercitus.

a *Quas Percha Dux.*] At idem Marcellianus dictus eſt ſuprà in fine libri 29. Zoſimus in lib. 4. Cæleſtium videtur vocare. Ab eo enim per inſidias occiſum eſſe Regem Quadorum in convivio ſcribit. Sed codex Regius & Vat * Tol. * [& Colb.] ſcriptum habet, *quas percha Ducis.* Editio autem Auguſtana *quas per tadmis*: unde ſic locum hunc emendandum puto: *Inter has turbarum difficultates, quas perfidia Ducis Rege Quadorum excitavit occiſo, &c.* Ita fere in principio libri 28. loquitur Marcellinus: *Dum apud Perſas, ut ſuprà narravimus, perfidia Regis motus agitat inſperatos, &c.* Valeſ.

b *Terentius Dux.*] Vir pius & admodum Catholicus, cujus inſigne dictum factùmque refert Theodoritus in lib 4. Hiſt. Eccleſ. cap. 28. Erat autem Dux Armeniæ, Idem poſtea Comes rei militaris fuit, ut docet Baſilius in Ep. 175. & 250. *Idem.*

c *Provinciæ moderatoris Apparitor.*] Haud dubiè emendandum eſt, *provinciæ moderator, Apparitoris qui portam tuebatur percitus, feſtinato ſtudio reperiſſet in ſuburbanis*, prout in Mſſ. Flor. & Regio, & in Aug. Editione legitur. Ridiculum enim eſſet dicere Apparitorem, qui portam tuebatur, percitum feſtinato ſtudio reperiſſe Param in ſuburbanis. *Henr. Valeſ.* [In Mſ. Colbert. legi, *prov. moderator Apparitoris, qui portam tuebatur imperatus, feſti. ſt. ſupperiſſet in ſub.* optimè] *Hadr. Valeſ.*

que in modum ſcintillarum ſagittas, ſed [d] voluntate errans, ita in fugam compulit, ut cum Tribuno milites univerſi perterrefacti, vividiùs quam venerant remearent ad muros. Exin ſolutus omni formidine, biduo & binoctio exanclatis itinerum laboribus magnis, cùm ad flumen veniſſet Euphraten, & inopiâ navium voraginoſum amnem vado tranſire non poſſet, nandi imprudentiâ paventibus multis, ipſe omnium maximè cunctabatur: & remanſiſſet, ni cunctis verſantibus varia id reperire potuiſſet effugium in neceſſitatis abrupto tutiſſimum. Lectulos in villis repertos [e] binis utribus ſuffulſerunt, quorum erat abundans prope in agris vinariis copia: quibus ſingulis Proceres inſidentes & Regulus ipſe, jumenta trahentes, præruptos undarum occurſantium fluctus obliquatis meatibus declinabant: hócque commento tandem ad ulteriorem ripam poſt extrema diſcrimina pervenerunt. Reſidui omnes equis invecti natantibus, & circumluente flumine ſæpe demerſi jactatíque, infirmati periculoſo madore expelluntur ad contrarias margines: ubi paullisper refecti, expeditiùs quàm diebus præteritis incedebant. Hoc nuntiato Princeps antedicti fugâ perculſus, [f] quem elaqueatum fidem rupturum exiſtimabat, cum ſagittariis mille ſuccinctis & levibus Danielum mittit & Barzimerem revocaturos eum, Comitem unum, alterum Scutariorum Tribunum. Hi locorum gnaritate confiſi, quòd ille properans, ut peregrinus & inſuetus mæandros faciebat & gyros, compendioſis vallibus ejus itinera prævenerunt: & diviſis inter ſe copiis, clauſere vias proximas duas trium millium intervallo diſtinctas, ut tranſiturus per utramvis caperetur improvidus: ſed evanuit cogitatum hoc caſu. Viator quidam ad citeriora feſtinans, cùm bivium armato milite vidiſſet oppletum, [g] per poſterulam [h] tramitem medium ſqualentem frutectis & ſentibus vitabundus excedens, in Armenios incidit feſſos: & ductus ad Regem, arcano ſermone ſolum quæ viderat docet, ac retinetur intactus. Móxque metu diſſimulato eques mittitur clandeſtinus ad dextrum itineris latus, diverſoria paraturus & cibum: quo paullum progreſſo, in lævum tractum item alius

d *Voluntate errans in fugam compulit.*] In Editione Auguſt. ſcriptum reperi, *errans hanc in fugam compulit.* At in Regio [& Colbert.] codice ſic legitur, *ha in fugam compulit*: quare ſcribendum exiſtimo, *ita in fugam compulit ut, &c.* Valeſ.

e *Binis utribus.*] Utres vinarios intelligit, de quibus Apuleius in lib. 7. & Juriſconſultus in lege 4. D. de tritico, vino & oleo legato, & Scriptores Græci Latinique paſſim. *Idem.*

f *Quem elaqueatum fidem rupturum exiſtimabat*] *Elaqueatum*, id eſt vinculis & laqueis liberatum; ut Aurel. Prudent. contra Symmach lib. 2.

Elaqueanda animi conſtantia, ne retinaclis
Mollibus ac lentis nexa & captiva prematur. Lindenbr.

g *Per poſterulam.*] Hanc vocem Caſſianus in lib. 5. cap. 11. ſumit pro * poſtica vel poſtico, *une porte de derriere*, vel certè pro falſa porta. * Sic enim ait: *Quantalibet urbs ſublimitate murorum & clauſarum portarum firmitate muniatur, poſterulæ unius quamvis parviſſimæ proditione vaſtabitur.* * Eadem vox legitur in Paſſione S. Agathæ, ubi de Quintiano Judice: *ipſe ad poſterulam ſecretarii fugiens, populum in januis dereliquit.* Nec aliter Anaſtaſius Bibl in Geſtis Hormiſdæ Papæ. * At in hoc Marcellini loco poſterula eo ſenſu ſumi non poteſt: niſi fortè pro aditu, & quaſi oſtio tramitis ſumatur. *Valeſ.*

h *Tramitem medium vitabundus excedens.*] Imitatur Salluſtium qui in Jugurthino ſic loquitur de Jugurtha: *Ipſe quaſi vitabundus per ſaltuoſa loca & tramites exercitum ductare.* Ait igitur Marcellinus viatorem illum cùm bivium armatis oppletum vidiſſet, obliquo aditu tramitem quemdam medium inter duas vias petiiſſe, ac ſic eva-

talia facturus ire jubetur ociſſimè, alterum aliorſum neſciens miſſum. Quibus ita utiliter ordinatis, Rex ipſe cum ſuis dumeta per quæ viator venerat relegens, [6] eo rurſus monſtrante, per hiſpidam & jumento onuſto exiguam callem poſt terga relictis militibus evolavit, qui captis ejus miniſtris, miſſis ad mentes obſervantium præſtringendas, quaſi venaticiam prædam modò non porrectis [7] brachiis exſpectabant. Dúmque hi venturum opperiuntur, ille regno incolumis reſtitutus, & cum gaudio popularium ſummo ſuſceptus, [i] in [8] fide manſit immobilis, injuriis quas pertulerat omnibus demuſſatis. Danielus poſt hæc & Barzimeres cùm luſi jamjam revertiſſent; probroſis lacerati conviciis; acſi inertes & deſides, ut hebetatæ primo appetitu venenatæ ſerpentes, ora exacuere letalia, cùm primùm potuiſſent, elapſo pro virium copia nocituri. Et leniendi cauſâ flagitii ſui, vel fraudis quam meliore conſilio pertulerunt, apud Imperatoris aures rumorum omnium tenaciſſimas inceſſebant falſis criminibus Param, [k] incentiones Circeas in vertendis debilitandíſque corporibus miris modis eum callere fingentes: addentéſque quòd hujuſmodi artibus offuſâ ſibi caligine mutatus, vaſorúmque forma tranſgreſſus, triſtes ſollicitudines, ſi huic irriſioni ſuperfuerit, excitabit. Hinc in illum [l] inexplicabile auctum Principis odium, & doli ſtruebantur in dies, ut per vim ei vel clam vita adimeretur: agentíque tunc in Armenia Trajano, & rem militarem curanti, id ſecretis committitur ſcriptis. Qui inlecebroſis Regem inſidiis ambiens, & modò ſerenæ mentis Valentis indices litteras tradens, modò ipſe ſeſe ejus conviviis ingerens, ad ultimum compoſita fraude ad prandium verecundiùs invitavit: qui nihil adverſum metuens venit, conceſſóque honoratiore diſcubuit loco. Cúmque apponerentur [m] exquiſitæ cuppediæ, & [9] ædes amplæ nervorum & articulato flatilíque ſonitu reſultarent, jam vino incaleſcente, ipſo convivii domino per ſimulationem naturalis cujuſdam urgentis egreſſo, gladium deſtrictum intentans, torvo lumine ferociens, quidam immittitur barbarus aſper ex his quos Supras appellant, confoſſurus juvenem, ne exſilire poſſet etiam-

6 *Al.* eo ipſo. 7 *Mſ.* brachiis. 8 *Mſ.* fiderandi nemanſueti ... mobilis. 9 *Mſ.* adeſſasple nervorum.

ſiſſe. *Valeſ.*

i *In eadem fidei certitudine manſit immobilis.*] Non dubito quin hanc ſcripturam Gelenius ex conjectura procuderit. Nam in Mſſ. Flor. & Regio [ac Colb.] & in Editione Aug. ita ſcriptum reperi, *fiderandi ne manſueti mobilis.* Unde proclivius erat ſic emendare, *in fide priſtina manſit immobilis.* Valeſius. Atqui non hanc regulam emendandi in præclaris reſtitutionibus ὁ πάνυ poſuit, ut ex literis *randine* efficere conaretur *priſtina.* Quæ ſpecies in his, quæ fides? Putavi igitur ſcripſiſſe *in fide candide manſit immobilis.* Gron.

k *Incentiones Circeas in vertendis debilitandiſque*] Homerus Odyſſ. κ. Talis autem Meroe quoque fuit anus, quam in caſtorem, vel hircum, vel ranam homines mutare ſolitam, Madaurenſis Philoſophus ait Mileſ. I. *Lindenbr.*

l *Inexplicabile auctum Principis odium.*] Meliùs ſcriberetur *inexpiabile*, Idem error in lib. xv. cap. 3. inſedit ubi legitur, *& ob hoc homo tamquam inexplicabili obnoxius culpæ, gravi mole criminis pulſabatur.* Scribendum enim illic quoque *inexpiabili.* Valeſ.

m *Exquiſitæ cupediæ.*] In exemplari Regio [& Colb.] *cuppediæ* ſcribitur hîc & in lib. xxvi. cap. 7. neque aliter, apud Nonium Marcellum alióſque. *Idem.*

tum [1] præpeditum. Quo viſo Regulus fortè prominens ultra torum, [n] expedito [2] dolone adſurgens, ut vitam omni ratione defenderet, perforato pectore deformis procubuit victima, ictibus multiplicatis fœdè conciſa. Hócque figmento nefariè decepta credulitate, inter epulas quæ reverendæ ſunt vel in Euxino Ponto, [o] hoſpitali numine contuente, peregrinus cruor [p] in ambitioſa lintea conſperſus ſpumante ſanie ſatietati ſuperfuit convivarum, horrore maximo diſperſorum. [q] Ingemiſcat, ſi quis vitâ digreſſis eſt dolor, hujus adrogantiam facti [r] Fabricius ille Luſcinus: ſciens qua animi magnitudine [ſ] Democharen, vel ut quidam ſcribunt Niciam, miniſtrum repulerit regium, colloquio occultiore pollicitum, quòd Pyrrhum Italiam tunc bellis ſæviſſimis exurentem, veneno poculis necabit infectis: [3] ſcripſerítque ad Regem, [t] ut ab interiore caveret obſequio. Tantum reverentiæ locum apud priſcam illam Ju-

1 *Mſ.* impræpeditum. 2 *Al.* dolo. 3 *Mſ.* ſcriberetque.

---

n *Expedito dolone adſurgens*] Sic rectè in Mſ. & interpretatur vocem Plutarchus in Tiberio: ξιφίδιον λυττρικὸν, ὃ δόλωνα καλοῦσι. Phædrus lib. III. fab. 45. *Vide ne dolone collum compungam tibi.* Alfenus JC. in L. 52. §. 1. ff. ad L. Aquil. Heſychius in Δόλωνες. * Artemidor. de Somniis lib. 2. cap. 14 Sil. Ital. lib. 5.

Nec tereti dextras in pugnam armata dolone. * Lindenbr.

o *Hoſpitali numine contuente*] Cicero pro Dejot. *Si veneno,* (interemiſſet) *Jovis illius quidem hoſpitalis numen numquam celare potuiſſet.* Idem.

p *In ambitioſa toralia ſparſus.*] Hæc quidem Gelenii conjectura eſt. At in Regio codice ita legitur, *in ambitioſalam & conſperſus ſpumantes ante ſocietati,* &c. [In Colbertino, *in ambiſitio ſalam & conſperſus ſpumantes ante ſocietati,* &c.] in Auguſt. autem Editione legitur hoc modo, *in ambitioſa jam & conſperſus ſpumantes ante ſocietati,* &c. Ac fortaſſe ita ſcripſerat Marcellinus: *Peregrinus cruor in ambitioſo l ecto conſperſus, ſpumante ſanie ſatietati ſuperfuit convivarum.* Henr. Valeſ. [Vel potiùs ita: *Peregrinus cruor in ambitioſa lintea conſperſus, ſpumante ſanie ſatietati ſuperfuit convivarum*: ex veſtigiis ſcripturæ codicis Colbertini. Lintea autem illa, ſunt lintea toralia, quorum præter ceteros meminit Ammianus ipſe in libro XVI. de quodam lauto & mundo apud Aquitanos convivio loquens hiſce verbis: *Cùm vidiſſet linteorum toralium par, duos clavos ita latiſſ.* &c.] Hadr. Valeſius. Vix eſt, ut poſterior locus poſſit noſtro exemplum eſſe ad corrigendum, ubi explanate dicit *lintea toralia*, quale adjectivum hic nullum poteſt ſupponi. Et utique ex *lam &* exſculpere vel *lecto* vel *lintea* dubito, an conveniat talibus ac tantis ingeniis, præſertim in illo, qui viderat codicem Colbertinum, qui plane dictat literam *t* in his eſſe errantem, nec loco ſuo poſitam. Itaque nec diu hærens, ubi adverti, cenſui dediſſe auctorem *peregrinus cruor in ambitioſas lances conſperſus.* Non diſſimilia ſunt Liviana ex perſona Calavii ad filium lib. XXIV. cap. 9. *ut eam ipſam menſam cruentares hoſpitis ſanguine.* Gron.

q *Ingemiſcat, ſi quis vita digreſſis eſt dolor, Hujus arrog.*] Eâdem figura dixit T. Livius in lib. 21. *Quantum ingemiſcant,* inquit, *patres noſtri circa mœnia Carthaginis pugnare ſoliti, ſi videant nos progeniem ſuam,* &c. quæ figura magnam habet ἔμφασιν & gravitatem: eſtque valde familiaris Græcis Auctoribus. Nam & Demoſthenes in Orat. contra Ariſtocratem ſic dicit: καίτοι πηλίκοι ποτ' ἂν στενάξειαν οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι, &c. & in fine Orat. contra Aphobum: μέγα δ' ἂν οἶμαι στενάξαι τὸν πατέρα ὑμῶν, εἰ αἴσθοιτο, &c. & Dio in lib. 50. pag. 433. Denique Herodotus in lib. 7. ubi Lacedæmonii Geloni Siculorum Regi ſic aiunt: ἦ κε μέγ' οἰμώξειεν ὁ Πελοπίδης Ἀγαμέμνων πυθόμενος Σπαρτιήτας τὴν ἡγεμονίην ἀπαραιρέεσθαι ὑπὸ Γέλωνος: quæ Herodoti verba tranſlata ſunt ex Homerico verſu in Iliad 8. ni fallor. *Valeſ.*

r *Fabricius ille Luſcinus*] Livius lib. XL. *Patres Pyrrho Regi hoſti armato exercitum in Italia habenti, ut à veneno caveret, prædixerunt.* Plutarch. in Pyrrho & in Apophthegmat. * Gellius lib. 3. cap 8. Cicero 3. Offic. ÆElian. lib. 12. cap. 33. * *Lindenbr.*

ſ *Democharem, vel ut quidam ſcribunt Niciam.*] Timocharem habet Editio Mariangeli, quemadmodum is dicitur à Valerio Maximo in lib. 6. cap. 5. & apud Agellium in lib. 3. cap. 8. At eumdem Niciam vocat Claudius Quadrigarius apud Agellium in dicto loco, & Zonaras in tomo 1. Annalium: qui id etiam adjicit, Pyrrhum cùm ex Italia in Epirum tamquam reverſurus ſolveret, Milonem cum præſidio Tarenti reliquiſſe, ſellámque ei tradidiſſe pelle Niciæ vinctam & conſtratam. ÆElianus autem in lib. 12. cap. 33. Variæ Hiſtoriæ. Cineam hunc Pyrrhi medicum nominat, corruptè ut cenſeo. *Valeſ.*

[t *Ut ab interiore caveret obſequio.*]. In codice Colbertino ita ſcriptum lego: *Scriberetque ad Regem, ut ab exteriore caveret obſequio. Exterius* Medici *obſequium* vocare potuit Marcellinus, ut in libro XXV. *citeriorem vitam* vel exteriorem appellat his verbis: *Ut ne ſuſpicione quidem tenus libidinis ullius vel citerioris vitæ miniſtris incuſaretur. Exterius obſequium* vocat, quod alii interius & domeſticum dicerent: *citeriorem vitam*, quam alii interio-

ſtitiam, vel hoſtilis menſæ genialitas obtinebat. Verùm excuſabatur recens inuſitatum facinus & pudendum [v] necis exemplo Sertorianæ: adulatoribus forſitan ignorantibus, quòd [x] [y] ut Demoſthenes perpetuum Græciæ decus adfirmat, numquam ſimilitudine aut impunitate alterius criminis diluitur id, quod contra ac liceat arguitur factum.

Cap. II. Hæc per Armeniam notabiliter geſta ſunt. Sapor verò poſt ſuorum priſtinam cladem comperto interitu Paræ, quem ſociare ſibi impendio conabatur, mærore gravi perculſus, augentéque noſtri exercitûs alacritate formidinem, majora ſibi præſeminans, [z] Arrace legato ad Principem miſſo, perpetuam ærumnarum cauſam deleri penitus ſuadebat Armeniam: ſi id diſplicuiſſet, aliud poſcens, ut Hiberiæ diviſione ceſſante, remotíſque inde partis Romanæ præſidiis, Aſpacures ſolus regnare permitteretur, quem ipſe præfecerat genti. Ad quæ Valens in hanc reſpondit ſententiam, nihil derogare ſe poſſe placitis ex conſenſu firmatis, ſed ea ſtudio curatiore defendere. Glorioſo propoſito contrariæ Regis litteræ hieme jam extrema perlatæ ſunt, vana cauſantis & tumida. Adſeverabat enim non poſſe ſemina radicitus amputari diſcordiarum, niſi interveniſſent conſcii pacis fœderatæ cum Joviano, quorum aliquos vitâ didicerat abſceſſiſſe. Ingraveſcente poſt hæc altiùs cura, Imperator eligere conſilia quàm invenire ſufficiens, id conducere rebus exiſtimans, Victorem Magiſtrum equitum & Urbicium Meſopotamiæ Ducem ire properè juſſit in Perſas, reſponſum abſolutum & uniuſmodi perferentes: quòd Rex juſtus & ſuo contentus, ut jactitabat, ſceleſtè concupiſcat Armeniam, ad arbitrium ſuum vivere cultoribus ejus permiſſis: ſed ni Sauromaci præſidia militum impertita principio ſequentis anni ut diſpoſitum eſt inpræpedita reverterint, invitus ea complebit, quæ ſponte ſua facere ſuperſedit. Quæ legatio

rem nuncupavere, ipſe Marcellinus in libro iſto xxx. *ſecretiorem vitam.*] Valeſ.

v *Necis exemplo Sertorianæ*] A M. Perperna domeſtica fraude inter cenam Oſcæ perpetratæ. Patercul. lib 2. Plutarch. in Sertorio. *Lindenbr.*

x * *Ut Demoſthenes perpetuum Græciæ decus affirmat, numquam, &c.*] Videtur locus eſſe, quem in re ſimili laudat Taurus Philoſophus apud Agellium in libri x. capite 19. Videndus eſt etiam Cicero IV. in Verrem. * *Idem.*

y *Ut Demoſthenes affirmat.*] In Oratione contra Androtionem initio: οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφεύγοις ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο· ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἑάλω, σὺ ταῦτα οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως ἂν σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος οὐ γράψει. Quæ ſic vertit Quintilianus: *Non enim ſi quid umquam contra leges factum eſt, idque tu es imitatus, idcirco te convenit pœnâ liberari: quin e contrario damnari multo magis. Nam ut ſi quis eorum damnatus eſſet, tu hæc non ſcripſiſſes: ita ſi tu damnatus fueris, non ſcribet alius.* Eadem verba repetit Demoſthenes in Orat. adverſus Ariſtocratem. Quæ quidem Cicero in actione 3. contra Verrem eleganter eſt imitatus: ut memini notatum eſſe ab Antonio Mureto in lib. XIII. Variarum Lect. cap. x. * Demoſthenis verba imitatus eſt ſuo more Iſidorus Peluſiota in Epiſtola 151. libri 5. * Sed & Iſocrates eamdem ferè ſententiam poſuit in Buſiridis Laudatione ſub finem: ubi Sophiſtam quemdam reprehendit, qui cùm Buſiridem laudare conſtituiſſet, non illum culpâ vacare oſtenderat, ſed alios eadem feciſſe docuerat: quæ ut ait Iſocrates, facillima delinquentium defenſio eſt. Cùm enim difficile ſcelus ullum reperiatur quod nondum ab aliquo patratum ſit; ſi ſceleris convictos nihil grave admiſiſſe putabimus, dummodo alios eadem feciſſe conſtet: nonne omnibus reis expedita defenſio ſuppeteret, & malitioſis hominibus licentia atque impunitas proponetur? *Valeſ.*

z *Arſace legato.*] In Editione Auguſt. & codice Regio [& Colbertino] ſcriptum inveni *Arrace.* Idem.

recta quidem & libera, ni deviaſſet in eo, quòd abſque mandatis oblatas ſibi regiones in eadem Armenia ſuſcepit exiguas. Quâ regreſsâ, advenit Surena poteſtatis ſecundæ poſt Regem, has eaſdem Imperatori offerens partes, quas audacter noſtri ſumpſere legati. Quo ſuſcepto liberaliter & magnificè, ſed parum impetrato quod poſcebat remiſſo, parabantur magna inſtrumenta bellorum, ut mollita hieme Imperatore trinis agminibus perrupturo Perſidem, ideóque Scytharum auxilia feſtina celeritate mercante. Proinde parum adeptus ea quæ ſpe vana conceperat Sapor, ultráque ſolitum aſperatus, quòd ad expeditionem accingi rectorem [4] compererat noſtrum: [a] iram ejus conculcans Surenæ dedit negotium, ut ea quæ Victor Comes ſuſceperat & Urbicius, armis repeteret ſi quiſquam repugnaret, & milites Sauromacis præſidio deſtinati malis affligerentur extremis. Hæcque ut ſtatuerat maturata confeſtim; nec emendari potuerunt nec vindicari, quia rem Romanam alius circumſteterat metus totius Gothiæ, Thracias licentiùs perrumpentis: quæ funera tunc explicari poterunt carptim, ſi ad ea quoque venerimus. Hæc per Eoos agitata ſunt tractus. Quorum inter ſeriem Africanas clades, & legatorum Tripoleos manes inultos etiamtum & errantes ſempiternus vindicavit. Juſtitiæ vigor, aliquoties ſerus, ſed ſcrupuloſus quæſitor geſtorum rectè vel ſecius, hoc modo. Remigius, quem populanti provincias retulimus Comiti faviſſe Romano, poſtquàm Leo in ejus locum Magiſter eſſe cœpit Officiorum, à muneribus Reipublicæ jam quieſcens, negotiis ſe ruralibus dedit prope Mogontiacum in genitalibus locis. Quem ibi morantem ſecuriùs, [5] Præfectus Prætorio Maximinus reverſum ad otium ſpernens, ut ſolebat diræ luis ritu graſſari per omnia, lædere modis quibus poterat affectabat: útque rimaretur plura quæ latebant, Cæſarium antehac ejus Domeſticum, poſtea Notarium Principis, raptum quæ Remigius egerit, vel quantum acceperit ut Romani juvaret actus infandos, per quæſtionem cruentam interrogabat. Quibus ille cognitis, cùm eſſet ut dictum eſt in receſſu, conſcientia malorum urgente, vel [6] rationem formidine ſuperante calumniarum, innodato gutture laquei nexibus interiit.

Cap. III. Secuto poſt hæc anno, Gratiano adſcito in trabeæ ſocietatem AEquitio Conſule, Valentiniano poſt vaſtatos aliquos Alamanniæ pagos

4 *Al* conceperat. 5 *Al.* præfecit prætorio. 6 *Mſ.* ratione formidinem.

[a *Iram ejus occultans, &c.*] Iratus erat Sapor, quòd ipſi res in Armenia & Hiberia non bene ſuccederet: ſollicitus erat & Valens Aug. de utriuſque Provinciæ ſtatu. Sed cur Sapor iram Valentis hoſtis ſui occultaret, ac non potiùs ſuam indignationem diſſimularet ac tegeret? In codice Colbertino lego, *iram ejus conculcans*, optimo ſenſu. *Iram Valentis conculcans* Sapor, id eſt ſpernens, negligens, parvi ducens, augens etiam ac provocans, & ipſi inſultans. Editio Baſilienſis Frobenii anni 1546. & Pariſienſis Roberti Stephani Gelenianam ſecuta; Editio etiam Lugdunenſis Gryphii codici Colbertino ſuffragantur.] *Hadr. Valeſius.* Eſt merus typorum lapſus in editione Henrici. Nam nec Auguſtana, nec Lindenbrogiana aliter habent, quam ut nunc ex libro Colbertino adfertur. *Gron.*

[b] munimentum ædificanti prope Baſiliam, quod appellant accolæ Robur, offertur Præfecti relatio Probi, docentis Illyrici clades. Quibus ille, ut cunctatorem decuerat Ducem, examinatiùs lectis, attonitus cogitationibus anxiis, Paterniano Notario miſſo negotium ſcrupuloſa quæſivit indagine: móxque veris per eum nuntiis geſtorum acceptis, evolare protinus [7] feſtinabat, auſos temerare limitem barbaros primo fragore ut mente conceperat oppreſſurus armorum. Quia igitur abeunte autumno multa impediebant & aſpera, adnitebantur omnes per regiam Optimates, ut adúſque principium [8] veris [c] oratum eum pertinerent & exoratum: primum durata pruinis itinera, ubi nec adultæ in paſtum herbæ reperirentur, nec cetera uſui congrua, penetrari non poſſe firmantes: dein vicinorum Galliis Regum immanitatem, maximéque omnium Macriani ut formidati tunc prætendentes, quem conſtabat impacatum relictum, etiam ipſa urbium mœnia tentaturum. Hæc memorantes addentéſque utilia; reduxere eum in meliorem ſententiam: ſtatímque ut conducebat rei communi, prope Mogontiacum blandiùs Rex antedictus accitur, proclivis ipſe quoque ad excipiendum fœdus, ut apparebat. Et venit immane quo quantóque flatu diſtentus, ut futurus arbiter ſuperior pacis: diéque prædicto colloquii ad ipſam marginem Rheni caput altiùs erigens ſtetit, hincinde ſonitu ſcutorum intonante gentilium. Contrà Auguſtus adſcenſis amnicis lembis, ſæptus ipſe quoque multitudine caſtrenſium ordinum, tutiùs prope ripas acceſſit, ſignorum fulgentium nitore conſpicuus: & immodeſtis geſtibus murmuréque barbarico tandem ſedato, poſt dicta & audita ultro citróque versùs, amicitia media ſacramenti fide firmatur. Híſque perfectis diſceſſit turbarum Rex artifex delenitus, futurus nobis deinceps ſocius: & dedit poſtea aduſque vitæ tempus extremum, conſtantis in concordiam animi [d] facinorum documentum pulchrorum. Periit autem in Francia poſtea: quam dum internecivè vaſtando perrumpit avidiùs, oppetiit Mellobaudis bellicoſi Regis inſidiis circumventus. Poſt fœdus tamen ſollemni ritu impletum, Treveros Valentinianus ad hiberna diſceſſit.

7 *Mſ.* feſtinaret. 8 *Mſ.* principum oratum eum perciperent & exoratum.

---

b *Munimentum ædificanti prope Baſileam, quod appellant accolæ Robur*] Abſque Ammiano ſi eſſet, caſtelli hujus ſitus ignoraretur: adeo nunc ferè unà cum pulviſculo indicia cuncta periere, & mentio ejus apud antiquos perrara. Quam tamen fieri video in L. 35. C. Theod. de curſ. publ. in Conſtitutione Imppp. Valentiniani, Valentis, & Gratiani A A A. data Idib. Jul. Robore, Gratiano III. & Equitio V. C. CONSS. qui ille ipſe annus erat, quo munimentum hoc à Valentiniano Imp. exſtruebatur. *Lindenbr.*

c *Oratum eum pertinerent & exoratum*] *Pertinerent* activè dictum, pro retinerent omni vi atque ratione. Sic initio libri XXVII. *Ipſe denique Charietto, dum cedentes objectu corporis & vocis jurgatorio ſonu audentiùs pertinet, &c.* uti codex Colbert. præfert: cùm vulgò legatur, *ſono aud. retinet.* Neſcio quid cauſæ fuit Gelenio, ut elegantem hanc ſcripturam interpolaret. Sic enim loquitur Terentius in Andria:

Simo gnatam ut det oro, vixque id exoro:

& Symmachus in Ep. 16. libri 1. & Paulinus in Ep. 27. Claudianus denique in Eutropium lib. 1. [In Mſ. Colbert. legitur, *perciperent*, pro *pertinerent*, deeſtque vox *veris.*] Valeſ.

d *Facinorum documentum pulchrorum.*] Scribendum videtur, *facinorum documenta pulchrorum*, ut clauſula aptius ſonet. *Idem.*

CAP. IV.

CAP. IV. Hæc per Gallias & latus agebantur Arctoum. At in Eois partibus alto externorum ſilentio inteſtina pernicies augebatur per Valentis amicos & proximos, apud quos honeſtate utilitas erat antiquior. Navabatur enim opera diligens, ut homo rigidus audire cupiens lites, à ſtudio judicandi revocaretur, metu ne ita ut Juliani temporibus defenſione innocentia reſpirante, frangeretur potentium tumor adſumptâ licentiâ latiùs ſolitus evagari. Ob hæc & ſimilia concordi conſenſu dehortantibus multis, maximéque [e] Modeſto Præfecto Prætorio regiorum arbitrio ſpadonum expoſito, & ſubagreſte ingenium
9 nullis vetuſtatis lectionibus expolitum coacto vultu fallente, & adſerente quòd infra imperiale columen cauſarum eſſent minutiæ privatarum: ille [f] ad humiliandam celſitudinem poteſtatis negotiorum examina ſpectanda inſtituta eſſe arbitratus, ut monebat, abſtinuit penitus, laxavítque rapinarum fores: quæ roborantur in dies judicum advocatorúmque pravitate ſentientium paria: qui tenuiorum negotia militaris rei rectoribus, vel intra palatium validis venditantes, aut opes, aut honores quæſivere præclaros. Hanc [g] profeſſionem Oratorum forenſium, [1] jure πολιτικῆς μορίου εἴδωλον, id eſt [h] civilitatis particulæ umbram, vel adulationis partem quartam eſſe definit amplitudo Platonis:

9 *Mſ.* nullius. 1 τὸ jure *deeſt al.*

e *Modeſto Præfecto Præt.*] Domitius Modeſtus is dicebatur. Fuerat autem primò Comes Orientis temporibus Conſtantii Auguſti, ut docet Marcellinus noſter in lib. XIX. ad finem. Poſtea mortuo Conſtantio accuſatus eſt apud Julianum, quòd Conſtantii partes ſtudioſiùs quàm par erat adverſus ipſum ac diutiùs foviſſet. Sed Julianus cùm in Orientem veniſſet, non modo eum abſolvit, ſed etiam Præfectum Urbis Conſtantinop. creavit: ut docet Libanius in Epiſt. 688. ad Maximum, & 689. ad Hyperechium. Idem ſub Juliano ſe Deorum cultui deditum eſſe ſimulavit, ut ex Epiſt. 704. Libanii didici. Nec dubito quin ea ſimulatione Julianum ſibi conciliaverit Modeſtus, & ex offenſo amicum reddiderit, ut de Thalaſſio ſuprà notavi ad lib. 22. Quod etiam non omiſit Gregorius Nazianzenus in Philippica 2. adverſus Julianum: τί δ' ἂν εἰ λέγοιμι δικῶν μεταθέσεις καὶ μεταχλίσεις πολλάκις διὰ μέσης νυκτός. Et paullo ſuprà: μία ψῆφος ἦν εἰς ἀρχὴν ἡ παράβασις. *Unicum erat ſuffragium ad Magiſtratus impetrandos deſertio Chriſtiani cultus.* Hic idem Modeſtus iterum Præfectus urbi Conſtant. fuit Valentiniano Nob. puero & Victore Coſſ. ut ſcribit Idatius in Faſtis. *His Coſſ. opus magnificum ciſternæ Conſtantinopolit. completum eſt à Domitio Modeſto V. C. iterum Præf. Urbis, quod in prima inchoaverat Præfectura.* Hæc ciſterna ex conditoris nomine Modeſtiaca dicta eſt, eratque in regione XI. Urbis, ut eſt in Deſcriptione urbis Conſtant. De ejuſdem Præfectura Prætoriana & Conſulatu ſuprà notavi. Filium autem habuit Infantium teſte Libanio in Epiſt. 880. qui poſtea Comes fuit Orientis, ut in Cod. Th. legitur. *Valeſ.*

f *Ad humiliandam.*] In Mſ. Regio legitur *humilitandam*: nec aliter in libro 29. ſcriptum habet codex Reg. & Florentinus. [ac Colb] Vide de eo verbo ſuprà lib. 29. cap. 2 *Idem.*

g *Profeſſionem oratorum forenſium jure* πολιτικῆς μορίου εἴδωλον, *id eſt civilitatis particulæ*] Locus Platonis, quem laudat Marcellinus, in Gorgia exſtat: φημὶ ἐγὼ τῆς κολακείας μόριον εἶναι τὴν ῥητορικήν. Et paullo pòſt: Ἔστι γὰρ ἡ ῥητορικὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον πολιτικῆς μορίου εἴδωλον. Utitur eodem Apuleius lib de Philoſophia, ſed cujus verba ſic reſtituenda videntur: *Hanc* δύναμιν τοῦ τὰ ψευδῆ πιθανὰ δοκεῖν *definivit Plato: quam civilis particulæ umbram, id eſt imaginem nominavit.* Perperam enim *civilis articuli umb* vulgo editur * Rhetor. I. Quod & Quintilian. notat Inſtit. Orator, lib. 2. cap. 15. *Rhetoricen quidam eamdem civilitatem eſſe judicaverunt.* Cicero *civilis ſcientiæ partem* vocat. Civilis autem ſcientia, idem quod ſapientia eſt. * *Lindenbr.*

h *Civilitatis particulæ umbram vel adulationis partem quartam eſſe definit Plato.*] Platonis locus eſt in Gorgia, ubi Socrates hanc ſententiam ſic explicat. Ut corporis, ſic etiam animi quædam eſt εὐεξία, quam bonam habitudinem poſſumus dicere. Eam autem corpori quidem præſtat medicina & exercitatrix ſeu γυμναστική, quæ ſub corporis curatione quaſi partes continentur. Animo verò eam habitudinem præſtat politica ſeu civilis ars, cujus duæ ſunt partes: juſtitia quæ medicinæ ex adverſo reſpondet; & legalis, quæ exercitatrici. Et hæ quidem quatuor omnino ſunt artes quæ partim animum, partim corpus rectè curant atque excolunt. Sed harum loco frequenter irrepit adulatrix, quadrifariam & ipſa diviſa, quæ non id quod optimum eſt, ſed ſolam voluptatem

i Epicurus autem κακοτεχνίαν nominans, inter artes numerat malas. 2 k l Tiſias ſuaſionis opificem eſſe memorat, adſentiente Leontino Gorgia. Quam à veteribus ita determinatam, Orientalium quorumdam verſutia aduſque bonorum extulit odium: unde etiam m retinaculis temporis præſtituti frenatur. Ergo abſolutis ſuper ejus indignitate paucis, quam in illis partibus agens expertus ſum, ad cœptorum curſum regrediar inſtitutum. Florebant elegantiæ priſcæ patrociniis Tribunalia: cùm oratores concitæ facundiæ, attenti ſtudiis doctrinarum, ingenio, fide, copiis ornamentíſque dicendi pluribus eminebant: ut n Demoſthenes, quo dicturo concurſus audiendi causâ ex tota Græcia fieri ſolitos, monumentis Atticis continetur: & o p Calliſtratus, quem q nobilem

2 *Mſ.* KIHCIAC.

---

conſectatur. Pro medicina enim ſubit coquinaria: pro exercitatrice mangonum ars, qui colorem fuco & verum robur inani ſagina mentiuntur. Similiter legalem ſeu νομοθετικὴν imitatur ſophiſtice; judiciariam autem rhetoricc. Et hæc fuit ſententia Socratis, qui Rhetoricam inter turpes artes diſertè collocat, quidquid contrà Quintilianus dicat in lib. 2. cap. 15. Ad eum Platonis locum alludit Themiſtius in Orat. xv. Poſt Platonem omnes Academici Rhetorum artem perinde damnarunt. E quorum numero Critolaus & Charmidas multis in eam invecti ſunt, quæ congeſſit Sextus in lib. 2. adverſus Mathematicos: & Dio Academicæ ſectæ Philoſophus, in Euboïca Oratione ſub finem, pauperibus ſuis eam artem interdicit perinde ac plumariam atque præconium & reliquas hujuſmodi. Maximus item Tyrius in Orat. 12. Rhetores mangonibus comparat, qui cùm tenera mancipia acceperint ſub Sole & cælo libero educata, eadem in umbra alentes ac levigantes, naturalem pulcritudinem corrumpunt. Nec abſurdè Platonicis adjungetur Philo, qui in libr. de Agricultura initio, de Rhetorica hæc dicit: καὶ ῥητορικῆς τὸ συνηγορικὸν καὶ ἔμμισθον εἶδος, οὐ περὶ τὴν εὕρεσιν τῶν δικαίων πραγματευόμενον, ἀλλὰ περὶ τὴν δι' ἀπάτης πειθὼ τῶν ἀκουόντων. Valeſ.

i *Epicurus Kakotexnian nominans.*] Id eſt fallendi artem: quæ fuit etiam Athenæi ſententia, ut refert Quintilianus in lib. 2. Ceterùm Epicurus Rhetoricam artem eſſe negabat. Sic enim ſcribit in lib. de Rhetorica: φύσις γάρ ἐστιν ἡ κατορθοῦσα λόγους, τέχνη δὲ οὐδεμία; ut videre eſt in Scholiis ad Hermogenem, pag. 377. id eſt: *Sola natura eſt, quæ orationem perficit, ars autem nulla.* Idem

k *Cteſias*] Mſ. KIHCIAC· ἴσ. *Lyſias*. Lindenbr.

l *Cteſias ſuaſionis opificem.*] In Mſ. Regio ſcriptum inveni κτησίας, [in Colbert. Κινησίας.] Nec dubito quin Ammianus ſcriptum reliquerit *Tiſias*: fuit enim Tiſias cum Corace Siculo antiquiſſimus artis Rhetoricæ ſcriptor, ut prodit Dionyſius Halic. & Plutarchus in Iſocratis Vita, Quintilianus in lib. 3. Cicero, & alii plures. Hujus auditor fuiſſe dicitur Leontinus Gorgias, ut narrant interpretes Hermogenis initio. Hi Rhetoricam definiebant πειθοῦς δημιουργόν, id eſt ſuaſionis artificem, ut videre eſt apud Platonem in Gorgia. *Valeſ.*

m *Retinaculis temporis præſt. frenatur.*] Cùm enim certus eſſet numerus patronorum, ubi ordine matriculæ ad primum locum & Advocationem fiſci pervenerant, poſt biennium abſcedebant, ut patet ex Codice. *Idem.*

n *Demoſthenes quo dicturo concurſus, &c.*] Imitatur Ciceronem, qui ſic loquitur in Bruto: *Ne illud quidem intelligunt non modò ita memoriæ proditum eſſe, ſed ita neceſſe fuiſſe; cùm Demoſthenes dicturus eſſet, ut concurſus ex tota Græcia audiendi causâ fierent.* Idem.

o *Calliſtratus, quem nobilem illam ſuper Oropo cauſam*] Oropius ager inter Atticam & Tanagræos medius: de cujus poſſeſſione ingens lis olim inter Athenienſes & Thebanos fuit, quôque tum demum Athenienſes beneficio Philippi Regis potiti ſunt, cum ille Thebanos expugnaſſet. Pauſan. lib. 1. In eam igitur rem, ut videtur, hæc à Calliſtrato oratio habita fuit. *Lindenbr.*

p *Et Calliſtratus.*] Calliſtratus Aphidnæus, celeberrimus Athenis Orator, in Rep. gerenda verſatus eſt paullo ante Leuctricam pugnam, ut tradit Xenophon in lib. 6. Hiſt. Diodorus Siculus in lib. xv. Eum Oratorum omnium qui umquam Athenis fuiſſent, principem ponit AEſchines in Orat. de ementita legatione, & Cornelius Nepos in Epaminonda. Hic poſtea ab Athenienſibus relegatus, Datum opidum in Thracia condidit, ut memorat Iſocrates in Oratione Sociali, Scylax Caryandenus in Thraciæ deſcriptione, & Zenobius in adagio Δάτος ἀγαθῶν. Cúmque Apollinis Delphici oraculum conſuluiſſet de reditu in patriam, eique reſpondiſſet Apollo, ſi in patriam rediſſet, cum jus recuperaturum: Athenas reverſus, capitali ſupplicio damnatus eſt, ut refert Lycurgus in Orat. contra Leocratem. Erat autem Callicratis filius, teſte Theopompo in lib. x. Philipp. apud Athenæum in 4. Quare fallitur Plutarchus in x. Rhetorum Vitis, qui Calliſtratum hunc Empædi filium facit: Καλλιστράτου τοῦ Ἐμπαίδου Ἀφιδναίου, ῥήτορος δοκίμου καὶ ἱππαρχήσαντος. Fuit quidem Calliſtratus Empædi filius, Præfectus equitum in Sicilia Peloponneſiaci belli temporibus, de quo Pauſanias in Achaïcis: de quo agimus, recentior Callicratis filius fuit: cujus meminit Demoſthenes contra Timotheum, & Ariſtoteles in Rhetorica. *Valeſ.*

q *Nobilem illam ſuper Oropo cauſam.*] * Oropii ſe &c

illam ſuper Oropo cauſam ([r] qui locus in Eubœa eſt) perorantem, idem Demoſthenes Academiâ cum Platone relictâ ſectatus eſt: ut Hyperides, & AEſchines, & Andocides, & Dinarchus, & [ſ t] Antiphon ille Rhamnuſius, quem ob defenſum negotium omnium primum antiquitas prodidit accepiſſe mercedem. Nec minus apud Romanos Rutilii, & Galbæ, & Scauri, vitâ, moribus, frugalitatéque ſpectati, & poſtea per varias ævi ſequentis ætates Cenſorii, & Conſulares multi, & triumphales, Craſſi & Antonii, & cum Philippis Scævolæ aliíque numeroſi, poſt exercitus proſperrimè ductos, poſt victorias & tropæa, civilibus ſtipendiorum officiis floruerunt: laureáſque fori ſpecioſis certaminibus occupantes, ſummis gloriæ honoribus fruebantur. Poſt quos excellentiſſimus omnium Cicero, orationis imperioſæ fluminibus ſæpe depreſſos aliquos judiciorum eripiens flammis: *Non defendi homines ſine vituperatione fortaſſe poſſe; negligenter defendi ſine ſcelere non poſſe* firmabat. At nunc videre eſt [v] per Eoos omnes tractus violenta & rapaciſſima genera hominum per fora omnia volitantium, & ſubſidentium divites domus, ut [x] Spartanos canes aut Cretas, veſtigia ſagaciùs colligendo, ad ipſa cubilia pervenire cauſarum. In his primus eſt cœtus eorum, qui ſeminando diverſa jurgia per vadimonia mille jactantur, viduarum poſtes & orborum limina deterentes, [y] & aut inter diſcordantes amicos aut propinquantes vel affines, ſi ſimultatum

agrum ſuum dediderant Athenienſibus, teſte Iſocrate in Plataico. Aliquanto poſt Themiſon Eretrienſis & Theodorus collecta exſulum manu Oropum pulſo Athenienſium præſidio occuparunt Olymp. 103. anno 3. Quod opidum ut recuperarent Athenienſes, ilico omnes copias eduxerunt: contra Thebani auxilium Themiſoni tulere. Itaque Athenienſes jure potiùs quàm armis decernendum rati, opidum Thebanorum fidei commendaverunt, donec res in publico Græcorum concilio eſſet judicata. Sed Thebani id opidum reſtituere poſtea recuſarunt, ut ſcribit Xenophon in lib. 7. Diodorus in 15. Ulpianus ad Demoſthenem pro Corona. Ceterùm Athenienſes judicium capitis conſtituerunt adverſum eos quorum negligentiâ id opidum captum fuerat & Chabrias Imperator eo nomine accuſatus cauſam dixit, ut refert Demoſthenes contra Midiam: φιλόστρατον ἅπαντες ἴσμεν Χαβρίαν κατηγορήσαντα ὅτ' ἐκρίνετο τὴν περὶ Ὠρωποῦ κρίσιν θανάτου, καὶ πάντων τῶν κατηγόρων πικρότατον γιγνόμενον. *Philoſtratum omnes novimus, hunc qui Chabriam accuſavit, cùm ille de Oropo cauſam capitis diceret, omnium accuſatorum acerbiſſimum.* Inter accuſatores Chabriæ præter Philoſtratum fuiſſe videtur & Calliſtratus noſter, ad id publicè conſtitutus ex more inſtitutoque Athenienſium; de quo Plutarchus in Demoſthenis Vita: μέλλοντος δὲ τοῦ Καλλιστράτου ἀγωνίζεσθαι τὴν περὶ Ὠρωποῦ κρίσιν. Valeſ.

r *Qui locus in Eubœa eſt.*] Immo in confinio Atticæ & Bœotiæ, teſte Thucydide, Pauſania, Ulpiano, aliiſque. *Valeſius.* An lippis hoc ignotum? Et mirari ſe jam tanto ante enunciavit Hier. Surita ad Antonini itinerarium. Notavit quoque Ortelius hunc locum, ſed judicii diſcrimen addens nullum. *Gron.*

ſ *Antiphon ille Rhamnuſius*] Vid. Suid. in Ἀντιφῶν. Lindenbr.

t *Antiphon quem ob defenſum neg.*] Vide Plutarch. in Antiphontis Vita. *Valeſ.*

v *Per eos omnes tractus.*] Scribendum omnino eſt, *per Eoos*, ut præcedentia demonſtrant: atque ita in codice Valentino exaratum fuiſſe notarat Ant. Loiſellus. *Idem.*

x *Spartanos canes aut Cretas.*] De canibus Spartanis Plin. lib. x. cap. 63. Virgilius Georg. 3.

Nec tibi cura canum fuerit poſtrema: ſed unà
Veloces Spartæ catulos, acremque moloſſum
Paſce ſero pingui.

De Cretenſibus canibus AElianus de Animalib. lib 3. cap. 2. Lucanus de Bello civili lib. 4.

Venator tenet ora levis clamoſa moloſſi,
Spartanos, Cretaſque ligat, nec creditur ulli
Silva cani, niſi qui preſſo veſtigia roſtro
Colligit, & prædâ neſcit latrare repertâ. * Lindenbr.

y *Es avidi inter diſcordantes.*] In Regio exemplari [& Colb.] * ac Toloſ. * ſcriptum inveni: *Et avi inter diſcord. &c.* Quare amplector ſcripturam Editionis Auguſtanæ quæ eſt ejuſmodi: *Et aut inter diſcordantes amicos aut propinquos, &c.* Valeſ.

[3] [z] levia ſenſerint receptacula, odia ſtruentes infeſta: in quibus ætatis progreſſu non ut aliorum vitia intepeſcunt, ſed magis magiſque roborantur: inter rapinas inſatiabiles inopes, ad capiendam verſutis orationibus judicum fidem, quorum nomen ex Juſtitia natum eſt, ſicam ingenii deſtringentes. Horum obſtinatione libertatem temeritas, conſtantiam audacia præceps, eloquentiam inanis quædam imitatur fluentia loquendi: quarum artium [4] ſcævitate, ut Tullius adſeverat, [a] nefas eſt religionem decipi judicantis. Ait enim: *Cúmque nihil tam incorruptum eſſe debeat in Republica quàm ſuffragium, quàm ſententia; non intelligo cur qui ea pecuniâ corruperit, pœnâ dignus ſit: qui eloquentiâ, laudem etiam ferat. Mihi quidem hoc plus mali facere videtur, qui oratione, quàm qui pretio judicem corrumpit: quòd pecuniâ corrumpere prudentem nemo poteſt; dicendo poteſt.* Secundum eſt genus eorum, qui juris profeſſi ſcientiam, quam repugnantium ſibi legum abolevere diſcidia, velut vinculis ori impoſitis reticentes, jugi ſilentio umbrarum ſunt ſimiles propriarum. Hi velut fata natalicia præmonſtrantes, aut Sibyllæ oraculorum interpretes, vultus gravitate ad habitum compoſita triſtiorem, ipſum quoque venditant quod oſcitantur. Hi ut altiùs videantur jura callere, Trebatium loquuntur, & [b] Caſcellium, & Alfenum, & [c] Auruncorum [d] Sicanorúmque jamdiu leges ignotas, cum Evandri matre abhinc ſæculis obrutas multis. Et ſi voluntate matrem tuam finxeris occidiſſe, multas tibi ſuffragari abſolutionem lectiones reconditas pollicentur, ſi te ſenſerint [5] eſſe nummatum. Tertius eorum eſt ordo, qui ut in profeſſione turbulenta clareſcant, ad expugnandam

3 *Mſ.* levia ſinſerinin. 4 *Al.* ſævitate. 5 τὸ eſſe *deeſt al.*

z *Ob levia ſcrinii receptacula.*] Hæc quoque ſcriptura ex conjectura Gelenii profecta eſt. In codice quidem Regio [& Colb.] ita legitur hic locus: *Simultatum levias inſerinin receptacula, &c.* quemadmodum in Mſ. Florent. ſcriptum fuiſſe monuit Lindenbrogius. Neque diverſam in exemplari Mariangeli ſcripturam fuiſſe ſatis conſtat: ſic enim edidit: *Simultatum levia inſeri in receptacula, &c.* [Unde adducor, ut credam ſic à Marcellino ſcriptum fuiſſe: *Si ſimultatum levia ſenſerint receptacula, &c.* ſenſu jam plano ác manifeſto.] Valeſ.

a *Nefas eſt religionem decipi judicantis*] Elegans hæc locutio, & ab optimis Scriptoribus frequentata, Juriſconſultis præſertim uſitatiſſima. Calliſtratus L. 33. ff. de re judicata: *Conſpiratione adverſariorum teſtibus pecuniæ corruptis religionem judicis circumventam eſſe.* L. 4. C. Si ex falſ. inſtr. *Falſis inſtrumentis circumventam eſſe religionem judicantis.* L. 13. de non num. pecun. L. 3. C. Arbitrium tutelæ, L. 1. C. Si tutor vel cur. Sic *inſtruere religionem Prætoris*, Ulpian. L. 5. §. 11. de reb. eor. qui ſub tut. L. 6. §. 4. ff. Si quis omiſſ. cauſ. teſt. *Religioſus judex*, Quintil. lib. IV. cap. 1. *Lindenbr.*

b *Et Cæſellium.*] Quanto meliùs in codice Regio [& Colb.] *Caſcellium.* Cui ſuffragatur Editionis Auguſt. ſcriptura, *Caſtellium.* Aulus Caſcellius juris civilis ſcientiâ celebris fuit, idémque ſumma libertate & conſtantiâ præditus. Numquam enim adduci potuit, ut de aliqua earum rerum quam Triumviri dederant, formulam componeret. Idem cùm adverſus Cæſaris tempora liberiùs loqueretur, monerentque amici ut ab eo deſiſteret, duas ſibi res magnam licentiam parere reſpondit, ſenectutem & orbitatem, ut legitur in lib. 6. Valerii Maximi. Ejuſdem meminit Horatius, Macrobius, & Pomponius in lege 2. D. de origine juris. *Valeſ.*

c *Auruncorum Sicanorumque*] Favorinus Phil. contra adoleſcentem vetuſtè nimis & priſcè loquentem, apud A. Gellium lib. 1. cap. 10. *Horatii illi trigemini plane & dilucide cum ſuis fabulati ſunt, neque Auruncorum, aut Sicanorum, aut Pelaſgorum, qui primi incoluiſſe Italiam dicuntur, ſed ætatis ſuæ verbis locuti ſunt. Tu autem perinde quaſi cum matre Evandri nunc loquare, ſermone abhinc multis annis jam deſito uteris, quid ſcire atque intelligere neminem vis quæ dicas.* Lindenbr.

d *Sicanorúmque.*] Sic etiam Agellius in lib. 1. cap. x. quem Marcellinus noſter imitatur. Non diſplicet tamen ſcriptura, quam in Regio codice reperi, *Siculorumque.* Siculi enim, non Sicani olim Italiam incoluere. iique à Pelaſgis expulſi, in Trinacriam inſulam quam tunc Si-

veritatem ora mercenaria procudentes, per proſtitutas frontes viléſque latratus quò velint aditus ſibi patefaciunt crebros: qui inter ſollicitudines judicum per multa diſtentas inreſolubili nexu vincientes negotia, laborant ut omnis quies litibus implicetur, & nodoſis quæſtionibus de induſtria judicia circumſcribunt: quæ cùm rectè procedunt, delubra ſunt æquitatis: cùm depravantur, foveæ fallaces & cææ: in quas ſi captus ceciderit quiſquam, non niſi per multa exſiliet luſtra, aduſque ipſas medullas exſuctus. Quartum atque poſtremum eſt genus [e] impudens, pervicax, & indoctum, eorum qui cùm immaturè è litterariis eruperint ludis, per angulos civitatum diſcurrunt, [f] [g] mimiambos non cauſarum remediis congrua commentantes, fores divitum deterendo, cenarum ciborúmque aucupantes delicias exquiſitas. Qui cùm ſemel umbraticis lucris, & inhiandæ undique pecuniæ ſeſe dediderint, litigare fruſtra quoſlibet innocentes hortantur: & ad defendendam cauſam admiſſi, quod raró contingit, [h] ſuſcepti nomen & vim negotii ſub ore diſceptatoris inter ipſos conflictuum articulos inſtruuntur, circumlocutionibus indigeſtis ita ſcatentes, ut conluvionis tæterrimæ audire exiſtimes ululabili clamore Therſiten. Cùm autem ad inopiam muniendarum venerint allegationum, ad effrenatam deflectunt conviciandi licentiam: quo nomine, ob aſſidua in perſonas honorabiles probra, [6] diébus dictis aliquoties ſunt damnati: è quibus ita ſunt rudes nonnulli, ut numquam ſe codices habuiſſe meminerint. Et ſi in circulo doctorum auctoris veteris inciderit nomen, piſcis aut edulii peregrinum eſſe vocabulum arbitrantur: ſi verò advena quiſquam inuſitatum ſibi antea [i] [k] Marcianum verbo tenus quæſierit oratorem, omnes confeſtim Marcianos appellari ſe fingunt. Nec

6 *Mſ.* diebus dioctis.

---

cani tenebant, trajecere; ut tradit Dionyſius Halic. in lib. 1. Hellanicus in lib. 2. de Sacerdotibus Junonis Argivæ, & Menippus, ac Thucydides initio lib. 6. Conſtantinus in lib. 2. περὶ θεμάτων. *Valeſ.*

e *Impudens, pervicax.*] In exemplari Regio & Editione Mariangeli legitur, *impune pervicax*; [in cod. Colb. *impunes pervicax.*] Idem.

f *Mimiambos*] Quales inter Græcos Sophron Syracuſius χωλογάδην, & Herodes quidam priſcus Auctor, apud Romanos verò Cn. Matius compoſuerunt. Sophronem laudant Suidas & Tzetzes in Lycophr. Herodis verſus adducit Stobæus. De Matio Terentianus Maur. lib. de Metris, cap. de Jambico Hipponacteo claudicante. *Lindenbr.*

g *Mimiambos.*] Mimos jambis ſcriptos intelligit. Antiquiſſimus autem Mimiamborum ſcriptor traditur Cercidas Megalopolitanus, de quo Stephanus in Μεγάλη πόλις, ἀφ' ἧς Κερκίδας ἄριστος νομοθέτης καὶ μιμιάμβων ποιητής. Ejus Mimiambi citantur à Stobæo verſibus quos ſcazontas: ſeu χωλιάμβους Græci nominant, conſcripti. Eodem metri genere Cn. Matius mimiambos ſuos ſcripſerat, ut docet Terentianus & Agellius in libro 20. cap. 8. *Valeſ.*

h *Suſcepti nomen*] Id eſt clientis. Suſceptos enim illa ætate vocabant, quos antiqui clientes, ut notum eſt ex Symmacho aliiſque. * Ita vetus Auctor in Quæſtionibus ex utroque miſtis capite 102. in fine. Hinc Advocati ſuſcipere dicebantur, quoties cauſam alicujus defendendam receperant, ut docet vetus Inſcriptio apud Gruterum pag. 462. *Ita ut nemo de ejus induſtria, niſi ille, contra quem ſuſceperat, formidaret.* Et vetus Auctor ſuprà citatus in quæſtione 114. *Qui fidem noſtram accuſant*, inquit, *non magis contra nos quàm contra Auctorem noſtrum ſuſcipiunt.* * Idem.

i *Marcianum verbo tenus quæſierit oratorem*] Incertum quem Marcianum velit: plures enim ejus nominis fuere. AEl. Marcianus paſſim laudatur in Pandectæ Juris, quem tamen hîc intelligi non puto; ſed Marcianum potiùs Rhetorem, cujus Fab. Victorinus meminit in Commentario ad Ciceron. de Invent. lib. 1. *Lindenbr.*

k *Marcianum verbo tenus.*] Fruſtra Lindenbrogius ambigit, quis ſit hic Marcianus. Nam Marcellinus noſter nomen certum pro incerto poſuit: idem enim eſt ac ſi dixiſſet, *Marcianum verbi gratiâ.* Gloſſæ Iſidori,

jam fas ullum præ oculis habent: ſed tamquam avaritiæ venumdati & uſucapti, nihil præter interminatam petendi licentiam norunt. Et ſi quem ſemel intra retia ceperint, caſſibus mille impedicant, per morborum ſimulationem viciſſim conſultò ceſſantes: útque pervulgati juris proferatur lectio vana, ſeptem vendibiles introitus præparant, dilationum examina longiſſima contexentes. Et cùm nudatis litigatoribus dies ceſſerint, & menſes, & anni, tandem obtrita vetuſtate controverſiâ [l] intromiſsâ, ipſa capita ſplendoris ingreſſa alia ſecum Advocatorum ſimulacra inducunt. Cúmque [m] intra cancellorum venerint ſæpta, & agi cœperint alicujus fortunæ vel ſalus, atque laborari debeat ut ab inſonte gladius, vel calamitoſa detrimenta pellantur, corrugatis hincinde frontibus, brachiiſque hiſtrionico geſtu formatis, ut [n] concionaria Gracchi fiſtula poſt occipitium deſit, conſiſtitur altrinſecus diu: tandémque ex præmeditato conludio, per eum qui eſt in verba fidentior, ſuave quoddam principium dicendi [7] exeritur, [o] Cluentianæ vel pro Cteſiphonte orationum æmula ornamenta promittens: & in eam concluſionem cunctis finem cupientibus deſinit, ut nondum ſe patroni poſt ſpeciem litis triennium editam cauſentur inſtructos: ſpatióque prorogati temporis impetrato, quaſi cum Antæo vetere colluctati, perſeveranter flagitant pulveris periculoſi mercedes. Verumtamen hæc cùm ita ſint, non deſunt advocatis incommoda plurima, parum ſuſtinenda rectè victuro. Namque [p] ſellulariis quæſtibus ineſcati, inter ſe hoſtiliter diſſident, & ruptâ maledicendi ferociâ, ut dictum eſt, multos offendunt: quam tunc effutiunt, cùm commiſſarum ſibi [q] cauſarum infirmitatem [r] rationibus validis [8] convallare non poſſunt. Et judices patiuntur interdum [ſ] doctos [t] ex Phili-

7 *Mſ* & aritur cluenda ne vel pro. 8 *Mſ.* convalere.

---

verbo tenus, *verbi gratiâ*. Valeſ.

l *Intromiſſa ipſa capita*] Hunc locum ſic interpungi mallem: *Tandem obtrita vetuſtate controverſia intromiſſa*, *ipſa capita ſplendoris ingreſſa*, *&c.* ut controverſia intromiſſa dicatur eodem modo quo apud Græcos Oratores, *δίκην εἰσάγεσθαι* Idem.

m *Intra cancellorum venerint ſæpta.*] Cancellos forenſes intelligit, de quibus Cicero in Sextiana: *Tantus eſt in omnibus ſpectaculis uſque à Capitolio, tantus in fori cancellis plauſus excitatus*: & in Actione 3. in Verrem, & in lib. 1. de Oratore. Græci ſimiliter *κιγκλίδας* vocabant portas judicialis Prætorii, ut docet Pollux in lib. 8. Harpocration, & Heſychius. Officiales porrò qui hos cancellos cuſtodiebant, Cancellarii dicebantur, de quorum officio vide Caſſiodorum in lib. XI. *Idem.*

n *Concionaria Gracchi fiſtula*] Cicero de Orator. lib. 3. Plutarchus in Vita Gracc. Valer Max. lib. VIII. cap. 10. Quintilianus lib. 1. cap. 10. Gell. lib. 1. cap. XI. *Lindenbr.*

o *Pro Cluentio.*] Sic Gelenio placuit: ſed cùm in Mſſ. Flor. Regio [& Colb.] horum loco legatur, *cluenda ne*: haud difficile fuit veram ſcripturam elicere. Scripſit enim Marcellinus procul dubio, *Cluentianæ, vel pro Cteſiphonte orationum*, *&c.* atque ita diſertè ſcriptum eſt in Editione Mariangeli. Neque aliter eam Ciceronis orationem appellat Victorinus in lib. 1. Rhet. & Servius. Sic Sextianam, Milonianam ferè dicebant, ut patet ex eodem Servio. *Valeſ.*

p *Sellulariis quæſtibus*] Ita vocat deſpicabilem quæſtum, ut Apul. Florid. 2. *ſellularias artes*, id eſt viles; & *ſellularios*, imæ ſortis homines, Arnob. lib. III. *Lindenbr.*

q * *Cauſarum infirmitatem rationibus validis convelare non poſſunt*] Gellius lib. 7. cap. 3. *Multiſque aliis argumentis convelat.* Faber Semeſtrium lib. 3. cap. 23. pag. 364. Pro *rationibus* legit *orationibus* malè. * *Idem*

r *Rationibus validis convelare non poſſunt.*] Eodem modo loquitur Agellius in lib. 7. cap. 3. ſed tamen magis placet *convallare*. quam ſcripturam in codice Fauchetii extare monuit Gruterus. [In Colb. Mſ. *convalere* legitur pro *convelare*.] Valeſ.

ſ *Doctos ex Philiſtionis aut AEſopi cavillationibus*] De Philiſtionis mimo Caſſiodorus lib. IV. Variar. LI. * Si-

ſtionis aut [v] AEſopi [x] cavillationibus, quàm ex Ariſtidis illius juſti vel Catonis diſciplina productos: qui [y] ære gravi mercati publicas poteſtates, ut creditores moleſti opes cujuſquemodi fortunæ rimantes, alienis gremiis excutiunt prædas. Ad ultimum id habet cauſidicina cum ceteris metuendum & grave, quòd hoc ingenitum eſt pæne litigantibus cunctis, ut cùm jurgia mille caſibus cadant, accidentia ſecus in poteſtate eſſe exiſtiment patronorum: & omnem certaminum exitum iiſdem ſoleant adſignare, & non vitiis rerum, aut iniquitati aliquoties diſceptantium, ſed [z] ſolis defenſantibus iraſcantur. Verùm unde huc declinavimus revertamur.

don. Apoll. lib. 2. Epiſt. 2. * Suidas in φιλιστίων. Ad eumdem Africanus quoque alluſit in Epiſtola ad Origen. de hiſtor. Suſan. Πῶς αὐτοὺς ἀπελέγχει, ὡς οὐδὲ Φιλιστίων ὁ μῖμος. De AEſopo verò ludicræ artis peritiſſimo viro vide Val. Max. lib. VIII. cap 10. Symmach. lib. x. Epiſt. 2. * Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 14. * Donat. in Proleg. Terent. * Hieron. in Epiſt. ad Pammach. in Defenſ. 2. contra Rufin. *Quaſi mimum Philiſtionis, vel Lentuli ac Marulli ſtropham eleganti ſermone confictam.* * Lindenbr.

t *Ex Philiſtionis, aut AEſopi cavillationibus.*] Philiſtion Mimographus Magneſianus ſub Tiberio floruiſſe dicitur ab Euſebio in Chronico. Eum tamen alii Pruſenſem; Philo Sardianum vocat: ſed in veteri Epigrammate quod refertur in lib. 3. Anthol. cap. 6. Nicenſis dicitur. Eumdem Suidas Comicum Poëtam appellat, & comœdias βιολογικὰς ſcriptitaſſe dicit. Sunt autem κωμῳδίαι βιολογικαὶ idem quod Mimi. Mimi enim propriè βιολόγοι dicuntur, quòd vitam hominum quotidianam exprimere ſolent, ut docet Marcellinus noſter in lib. 23. *Cùm Antiochiæ ſcenicis ludis Mimus cum uxore immiſſus, è medio ſumpta quædam imitaretur.* Et Gloſſæ veteres: *Atellani*, σκηνικοὶ, ἀρχαιολόγοι, βιολόγοι. Eamdem ob cauſam ἠθολόγοι etiam dicebantur Mimi, quòd mores hominum effingerent. Sic enim Mimos appellat Diodorus Siculus in lib. xx pag. 797. de Agathocle, ὑπάρχων δὲ φύσει καὶ γελωτοποιὸς καὶ μῖμος. Et paullo pòſt: ὥστε τὸ πλῆθος πολλάκις εἰς γέλωτα ἐκτρέπεσθαι, καθάπερ τινὰ τῶν ἠθολόγων ἢ θαυματοποιῶν θεωροῦντας. Heſychius & Suidas ἠθολόγον ajunt eſſe θεατριστήν. Et hoc quidem Mimus habuit commune cum Comœdia, quòd in utroque vita hominum exprimebatur. In quo Menander Comicus veterum judicio palmam tulit. Itaque Ariſtophanes Byzantius de eo rectè & venuſtè hoc dixerat.

--- ὦ Μένανδρε καὶ βίε,
Πότερος ἄρ' ὑμῶν πότερον ἐμιμήσατο,
--- O *Menander & Vita*,
Uter imitatus alterum fuit veſtrûm?

Ut referunt Hermogenis Interpretes pag. 38. Sed hoc inter Comœdiam ac Mimum interfuit, quòd Mimus ferè turpia imitabatur, nec niſi riſum captabat. At Comœdia gravior & honeſtior fuit. Vide Agellium in lib. 2. cap. 23. Tandem verò Comœdia in Mimum degeneravit, ut ex M. Antonino notavi ad lib. 23. Unde Philiſtion tam Comicus quàm Mimographus promiſcuè eſt vocatus. Antoninus certè in lib. 6. de Vita ſua cum inter Mimographos recenſet: ὥστε κατιέναι τοῦτο μέχρι Φιλιστίωνος καὶ Φοίβου καὶ Ὀριγανίωνος. Valeſ.

v *Et AEſopi cavillationibus.*] AEſopum hîc intelligo non illum tragicum hiſtrionem, ut putavit Lindenbrogius, ſed illum notiſſimum fabularum ſcriptorem. Nam tragicus hiſtrio AEſopus ipſe nihil ſcripſit, ſed tragœdias tantùm actitavit. *Idem.*

x *Cavillationibus.*]. Cavillationes propriè dicuntur de Mimis, ut patet ex lib. XXVI. ubi ait. *Per Mimicam cavillationem ſubitò putares emerſum.* Sic Solinus in cap. 11. de Sicilia: *Hîc primùm inventa comœdia eſt: hîc & cavillatio Mimica in ſcena ſtetit.* Omitto Arnobium in fine libri 4. & Prudentium in Martyrio Laurentii. Cavillatio autem dicta eſt à calvendo, quod fruſtrari ſignificat & fallere, ut ſcribit Priſcianus in lib. 8. Ipſum verò calvendi verbum Nonius Marcellus ait tractum eſſe à calvis Mimicis, quòd ſint omnibus fruſtratui. *Idem.*

y *Mercati publicas poteſtates, ut creditores.*] Sic Cicero lib. 2. in Verrem: *Fecerunt idem, quod in noſtra Rep. ſolent ii, qui per largitionem magiſtratus adepti ſunt: dederunt operam, ut ita poteſtatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent.* Contra hanc iniquitatem acriter invehitur Salvianus in lib. 4. de Gubernat. Dei. *Ad hoc*, inquit, *honor à paucis emitur, ut cunctorum vaſtatione ſolvatur. Quo quid eſſe indignius, quid iniquius poteſt? Reddunt miſeri dignitatum pretia, quas non emunt. Commercium neſciunt, & ſolutionem ſciunt.* Addi etiam potuit: *Ipſi venduntur, & ſolvunt.* * Adde Zoſimum in libro 4. pag. 755. Syneſium in Oratione de Regno ſub finem. * Ceterùm hæ magiſtratuum rapinæ non aliter prohiberi poſſunt, quàm providendo ne Magiſtratus venales ſint. Quid enim aliud ab eo qui Magiſtratum pretio emit, exſpectes, quàm ut vendat quod emit? Etenim ut ait eleganter Seneca in lib. 1 de Beneficiis: *Quæ emeris vendere, gentium jus eſt.* Idcirco Alexander Severus honores juris gladii numquam vendi paſſus eſt, dicens: *Neceſſe eſt ut qui emit, & vendat. Erubeſco punire hominem, qui emit, & vendidit.* Adde Novellam 8. Juſtiniani. *Idem.*

z *Solis defenſantibus iraſcantur.*] AEquiùs Symmachus, qui in Epiſt. 17. libri 8. *Fortunam*, inquit, *judicii non defenſoris inſcitiæ, ſed voto judicis imputavi.* Meritò id quidem. Nam ut ait Seneca in lib. 7. de Beneficiis: *Etiam damnato reo, oratori conſtat eloquentiæ officium, ſi omni arte uſus eſt.* Magna laus Theodori cauſidici apud Libanium in Epiſt. 329. ad Anatolium: χαίρεις δὲ αὐτῷ καὶ σὺ

CAP. V. Pubeſcente jam vere Valentinianus à Treveris motus, per nota itinera gradu celeri contendebat: eíque regiones adventanti quas petebat, legatio Sarmatarum offertur: pedibúſque ejus proſtrata, orabat pacifica prece, ut propitius veniret & lenis, nullius diri facinoris participes populares ſuos inventurus aut conſcios. Quibus ſæpe eadem iterantibus, hactenus perpenſa deliberatione reſpondit, hæc in locis ubi dicuntur admiſſa, quærenda veriſſimis documentis & vindicanda. Cúmque exinde [a] Carnuntum Illyriorum oppidum introiſſet, deſertum quidem nunc & ſqualens, ſed ductori exercitûs perquam opportunum, ubi fors copiam dediſſet aut ratio, è ſtatione proxima reprimebat barbaricos adpetitus. Et quamquam terrori cunctis erat, dum ſperabatur ut acer & vehemens mox Judices damnari juſſurus, quorum perfidiâ vel ſeceſſione Pannoniarum nudatum eſt latus: cùm illuc veniſſet, ita intepuit, ut neque in Gabinii Regis inquireret necem, neque inuſta Reipublicæ vulnera [9] quo ſinente vel agente ſegniùs eveniſſent, [1] accuratiùs veſtigaret: eo videlicet more, quo erat ſeverus in gregariis corrigendis, remiſſior erga majores fortunas vel verbis aſperioribus inceſſendas. Solum tamen incitato petebat odio Probum, numquam ex quo eum viderat, minari deſinens vel miteſcens: cujus rei cauſæ nec obſcuræ fuerunt, nec leves. Hic Præfecturam Prætorio tunc primitus nactus, eámque multis atque utinam probabilibus modis in longum proferre geſtiens, non ut proſapiæ ſuæ claritudo monebat, plus adulationi quàm verecundiæ dedit. Contemplatus enim propoſitum Principis, quærendæ undique pecuniæ vias abſque juſtorum injuſtorúmque diſcretione ſcrutantis, errantem non reducebat ad æquitatis tramitem, ut ſæpe moderatores fecere tranquilli: ſed ipſe quoque flexibilem ſequebatur atque tranſverſum. Unde graves obedientium caſus, exitialia proviſorum nomina titulorum, juxtà opulentas & tenues enervatas ſuccidêre fortunas, argumentis aliis pòſt validioribus aliis, uſu lædendi reperiente longævo. [b] Denique tributorum onera vectigaliúmque augmenta multiplicata, Optimatum quoſdam

9 *Al.* quo canente. 1 *Mſ.* curatiùs.

τ ἡττημένων. *Etiam victi ei gratiam habent* Valeſ.

a *Carnuntum Illyriorum oppidum.*] Livius in principio lib. 43. Carnuntem vocat urbem Illyriorum munitam. ut appareat in Polybio, unde omnia ferè tranſtulit Livius, dictam fuiſſe καρνοῦντα, ſicuti etiam Ptolemæus vocat. Hodie *Haimberg* dicitur, eſtque in ripa Danubii, teſte Cluverio libri 3. capite 30. Ingreſſus autem hoc oppidum eſt Valentinianus poſt Conſulatum Gratiani III. & AEquitii, ut Marcellinus docet. Quare corrigenda eſt ſubſcriptio legis 12. Cod. Th. de accuſationibus, quæ data dicitur Carnunti, Gratiano III. & Equitio Coſſ. lege *P. C. Gratiani III. & Equitii V. C.* Idem.

b *Denique tributorum onera vectigaliumque -- mutare compulerunt ſedes*] Heu miſeram conditionem, ubi ſic vivitur! Salvianus de Gubernat. lib. 5. *Romanorum omnium votum eſt, ne umquam eos neceſſe ſit in jus tranſire Romanorum. Una & conſentiens illic Romanæ plebis oratio, ut liceat eis vitam quam agunt, agere cum barbaris. Et miramur ſi non vincantur à noſtris partibus Gothi, cùm malint apud eos eſſe, quàm apud nos Romani. Itaque non ſolùm transfugere ab eis ad nos fratres noſtri omnino nolunt. ſed ut ad eos confugiant, nos relinquunt.* Et quæ porrò ille de hiſce tributariarum functionum oneribus, & malis inde ortis adjungit, non magis illius ſæculi ſtatum triſtem teſtantia, quam ad hæc noſtra quoque tempora accommodatiſſima. *Lindenbr.*

ulti-

ultimorum metu exagitatos [c] mutare [2] compulerunt ſedes: [3] & flagitantium miniſtrorum amaritudine quidam expreſſi, cùm non ſuppeteret quod daretur, erant perpetui carcerum inquilini: è quibus aliquos cùm vitæ jam tæderet & lucis, ſuſpendiorum exoptata remedia conſumpſerunt. Hæc ita illecebroſiùs atque inhumaniùs agi loquebatur quidem pertinax rumor: Valentinianus verò tamquam auribus cerâ illitis ignorabat, indifferenter quidem lucrandi vel ex rebus minimis avidus, idque tantum cogitans quod offerebatur; parſurus tamen fortaſſe Pannoniis, ſi hæc antè ingemiſcenda compendia comperiſſet, quæ nimiùm ſerò tali didicit caſu. Ad provincialium reſiduorum exemplum etiam Epirotæ [d] acturos ſibi gratias à Præfecto mittere compulſi legatos, Iphiclem quemdam Philoſophum, ſpectatum robore pectoris hominem, adegere non ſponte propria pergere ad id munus implendum. Qui cùm Imperatorem vidiſſet, agnitus adventúſque ſui cauſam interrogatus, Græcè reſpondit: atque ut philoſophus veritatis profeſſor, quærente curatiùs Principe, ſi hi qui miſere, ex animo bene ſentiunt de Præfecto; gementes, inquit, & inviti. Quo ille verbo tamquam telo perculſus, actus ejus ut ſagax beſtia rimabatur, genuino percunctando ſermone [f] quos noſcitabat: ubinam ille eſſet verbi gratiâ honore [4] [g] ante ſuos excellens & nomine, vel ille dives, aut alius ordinis primus. Cúmque diſceret periiſſe aliquem laqueo, abiſſe alium trans mare, conſciviſſe ſibi alium mortem, aut plumbo vitâ ereptâ exſtinctum: in immenſum excanduit, urente irarum nutrimenta tunc Officiorum Magiſtro Leone, pro nefas! ipſo quoque Præfecturam, [h] ut è celſiore ſcopulo caderet; ad-

2 *Mſ.* compulit. 3 *Mſ* efflagitantium. 4 *Mſ.* ante ſuos.

---

c *Mutare compulerunt ſedes.*] In codice Regio [& Colb.] & Editione Aug. ſcriptum inveni, *compulit ſedes.* Ac fortaſſe ita ſcripſerat Marcellinus more Græcorum, qui dicerent, τὰ τέλη ὠκίσκασι. Valeſ.

d *Acturos ſibi gratias a Præfecto compulſi mittere legatos.*] Moris erat, ut provinciales legationibus miſſis publicè in Senatu laudarent eos, qui ſuam provinciam rexerant: quæ conſuetudo cœpit ex adulatione Græcorum; qui Magiſtratibus ſuis aſſentabantur. Sed Senatus olim quidem hujuſmodi legationes aſpernabatur, neque iis audiendis aut tempus aut locum dabat, ut docet Cicero in lib. 3. Epiſt. 8. Idem in lib. 2. contra Verrem ejus conſuetudinis meminit. Neronis tandem tempore Senatuſconſultum factum eſt, ne rectores provinciarum ad Concilium provinciæ ſuæ referrent, agendas ſibi apud Senatum gratias, néve quis ea legatione fungeretur, ut ſcribit Tacitus in lib. xv. Sed nihilo minùs ea conſuetudo poſtea revocata eſt, ut patet ex Plinio in Gratiarum actione verſus finem: *Volo ego qui provinciam rexerit, non tantùm codicillos amicorum, ſed decreta coloniarum, decreta civitatum alleget: efficaciſſimum pro candidato genus eſt rogandi, gratias agere.* Lampridius in Alexandro Severo: *Præſides*, ait, *provinciarum, quos vere, non factionibus laudari comperit, in itineribus ſecum ſemper habuit in vehiculo, &c.* * Meminit & Dio in libro 56. Caſſiodorus in libri 7. Epiſt. 2. * *Idem.*

e *Iphiclem quemdam Philoſophum.*] Sectæ Cynicæ, ut indicant ſequentia, *ſpectatum robore mentis hominem*: & Julianus in Orat. contra imprudentes Cynicos pag. 370. Iphiclem quem ſodalem ſuum vocat, ait horrida & ſqualenti coma, nudo pectore, vili indutum pallio per hiemem inceſſiſſe: quæ Cynicum Philoſophum fuiſſe clarè demonſtrant. *Valeſius.* Jacobus Gothofredus ad codic. Theodoſ. lib. XII. tit. X. cujus legem huic loco plurimum reſpondere cenſebat, citat *Iphiclum*, & *quo noſcitabat*, & *inter ſuos antecellens.* Gron.

f *Quod nonſcitabat.*] In codice Regio, *nonſcitabat*, ὑφὲν ſcribitur, tertiâ litterâ punctis ſubnotatâ: in Editione verò Auguſtana diſtinctè legitur, *quod noſcitabat*; rectè ut equidem judico. Emendari tamen præterea vellem, *quos noſcitabat.* Valeſ.

g *Inter ſuos excellens.*] Non omittenda eſt Mſſ. Flor. & Regii Editioniſque Aug. ſcriptura, verior fortaſſe, *ante ſuos cellens* - [In Colb. Mſ. *ante ſuos excellens.*] Idem.

h *Si celſior e ſcopulo caderet.*] Quanto elegantior eſt Editionis Auguſtanæ ſcriptura: *Ut e celſiore ſcopulo caderet?* Cui ſubſcribit codex Regius, in quo ita exaratum

ſectante: quam ſi adeptus rexiſſet, præ his quæ erat auſurus, adminiſtratio Probi ferebatur in cælum. Agens itaque apud Carnuntum Imperator, per continuos tres menſes æſtivos arma parabat & alimenta, ſi qua fors ſecundaſſet, pervaſurus opportunè Quados, tumultûs atrocis auctores: in quo opido Fauſtinus, filius ſororis [i] Juventii Præfecti Prætorio, Notarius militans, Probo ſpectante negotium, carnificis manu peremptus eſt poſt tormenta: vocatus in crimen, quòd aſinum occidiſſe dicebatur ad uſum artium ſecretarum, ut adſerebant quidam urgentes: [k] ut [autem aiebat ille, [l] ad imbecillitatem firmandam fluentium] capillorum. Alio quoque in eum perniciosè compoſito, quód petente per jocum quodam Nigrino ut eum Notarium faceret, exclamavit ille hominem ridens, *Fac me Imperatorem, ſi id volueris impetrare.* Hócque ludibrio iniquè interpretato, & Fauſtinus ipſe, & Nigrinus, & alii ſunt interfecti. Præmiſſo igitur Merobaude cum militari peditum manu quam regebat, ad vaſtandos cremandóſque barbaricos pagos, Comite adjuncto [5] Sebaſtiano, Valentinianus [m] Acincum properè caſtra commovit: navigiiſque ad repentinum caſum conjunctis, & contabulato celeri ſtudio ponte, per partem aliam tranſiit in Quados, ſpeculantes quidem ex diruptis montibus ejus adventum, quò plerique ancipites incertíque accidentium cum ſuis caritatibus ſeceſſerunt: ſed ſtupore defixos, cùm in regionibus ſuis, contra quàm opinabantur, auguſta cernerent ſigna. Progreſſus ergo coacto gradu inquantum res tulit, jugulatáque ætate promiſcua, quam etiamtum palantem ſubitus occupavit excurſus, & tectis combuſtis, rediit cum incolumibus cunctis quos duxerat ſecum: itidémque apud Acincum moratus autumno præcipiti, per tractus conglaciari frigoribus adſuetos commoda quærebat hiberna: nulláque ſedes idonea reperiri [n] præter Sabariam poterat, quamvis eo invalidam tempore aſſiduíſque malis adflictam. Unde hoc etiamſi magni intererat paullisper

5 *Mſ.* Senaſtigiano.

---

inveni: *Ut ex celſiore ſcopulo caderet.* Eamdem ſententiam Claudianus expreſſit in lib. 1. contra Rufinum:

- - - jam non ad culmina rerum
Injuſtos creviſſe queror: tolluntur in altum,
Ut lapſu graviore ruant.

* Et ante eum Juvenalis in Sat. x. poſtremò Gregorius Nazianz. Oratione 16. pag 259. *ὁ μὲν πλεῖον ἐπαιρόμενος, ἵνα καὶ πέσῃ χαλεπώτερον.* * Valeſ.

i *Juventii Præf. Præt.*] Juventius (ſic in Mſ. Regio ſcribitur) Præfectus Præt. Galliarum fuerat, & Florentio ſucceſſerat, ut patet ex Codice Theod. de cenſu ſive adſcriptione. Florentii quidem Præfecti Præt. per Gallias meminit Marcellinus in lib. XXVII. [In Mſ. Colb. ſcriptum *Viventii.*] Idem

k *Ut autem ajebat ille ad imbecillitatem firmandam fluentium.*] Hæc verba abſunt ab exemplari Regio & Vat. & Editione Auguſtana: ſic enim in illa legitur, *urgentes, & cavillorum*; in Regio verò & Vaticano exemplari, *urguentes, ut capillorum*; [in Colb. *urgentes: ut capillorum*] Idem.

l *Ad imbecillitatem firmandam fluentium capillorum*] Medicorum dictio eſt: hi enim *capillos fluere* aiunt, cùm cadunt. Corn. Celſ. lib. VI. cap. 1. *De capillis loquor, qui poſt morbum fere fluunt.* Et *fluor capillorum*, Serenus Sammonicus; ut Græci, *ἡ ῥύσις τῶν τριχῶν.* Alex. Trall. lib. 1. cap. 2. Non de nihilo eſt autem, quòd aſinum interfectum ait in remedium fluentium capillorum. Nam & Marcellinus Empir. cap. 6. obſervavit, capillos naſci, ſi lichenem aſini quis terat, & pulverem illum ex oleo vetere imponat. *Lindenbr.*

m *Acincum*] De quo notat quædam Th. Reineſius lib. 11. Var. Lect. cap. 15. *Gron.*

* n *Præter Sabariam.*] Hæc urbs hodie *Sarvar* appellatur, & ſita eſt ad confluentem Guntii & Arrabo-

ſequeſtrato, impigrè motus, peragratâ fluminis ripâ, caſtríſque præſidio competenti munitis atque caſtellis, Bregitionem pervenit: ibíque diu compoſitum ad quietem Principis fatum ſortem denuntiabat ei ſupremam prodigiis ingerentibus multis. Namque diebus ante pauciſſimis ruinas fortunarum indicantia celſarum, arſere crinita ſidera cometarum, quorum originem ſuprà docuimus. Antè apud Sirmium repentino fragore nubium fulmen excuſſum, palatii & curiæ partem incendit & fori: & apud Sabariam eodem adhuc conſtituto, bubo culminibus regii lavacri [6] inſidens, occentánſque funebria, nulla jacientium ſagittas & lapides contemplabili dextera cadere potuit, certatim licèt ardenti ſtudio petebatur. Item cùm ab urbe prædicta tenderet ad procinctum, per portam voluit unde introivit exire, ut omen colligeret quòd cito remeabit ad Gallias. Cúmque locus adgeſtis ruderibus neglectus purgatur, [o] lapſam forem ferratam quæ exitum obſeravit, multitudo removere non potuit viribus magnis eniſa: & dum fruſtra tereret diem, coactus per aliam egreſſus eſt portam. Noctéque quam lux ereptura eum vitâ ſecuta eſt, ut per quietem ſolet, videbat conjugem ſuam abſentem ſedere, paſſis capillis, amictu ſqualenti contectam: quam [p] æſtimari dabatur Fortunam ejus eſſe, cum tætro habitu jam diſceſſuram. Progreſſus deinde matutinus contractiore vultu ſubtriſtis, cùm eum oblatus non ſuſciperet equus, anteriores pedes [7] præter Stratorem erigens in ſublime: innata feritate concitus, ut erat immanis, dexteram [q] Stratoris militis [r] juſſit abſcidi, quæ eum inſilientem jumento pulſerat conſueto: periſſétque cruciabiliter innocens juvenis, ni Tribunus ſtabuli Cerealis dirum nefas cum ſui periculo diſtuliſſet.

Cap. VI. Poſt hæc Quadorum venêre legati, pacem cum præteritorum obliteratione ſuppliciter obſecrantes: quam ut adipiſci ſine obſtaculo poſſent,

6 *Al.* concidens. 7 *Mſ.* præter ar ... torem.

nis, ut cenſet Cluverius in Deſcriptione Norici. Ea Pannoniæ civitas Martinum Turonicum Epiſcopum tulit. * *Valeſ.*

o *Lapſam forem ferratam.*] Cataractam intelligit, de qua dixi ad lib. XXI. Livius in lib. XXVII. *Porta cataractâ dejectâ clauſa erat, &c.* Euſtathius in ult. Iliad. κατα ϱάκτlω ait eſſe πύλlω ἐνδόμυχον, σωυτελέσαι εἰς πολιορκίαν. Idem.

p *AEſtimari dabatur fortunam ejus eſſe*] Ut Genium, ſic & Fortunam unicuique ſuam veteres tribuebant: unde Alex. Magnus dicere ſolitus, *ſe nihil præter Fortunam ſuam metuere.* * Curt. lib. 3. pag. 20. Et de Fabio Seneca lib. de Ira cap. XI. *Habuit in conſilio Fortunam publicam.* Nam urbibus Genium Fortunamque ſuam attribuebant, ut ſupr. lib. XX. notatum cap. V. quam & Darium in conſilio habuiſſe conqueritur, cùm morbo correptus ſuperbas ejus litteras accepiſſet. Curtius lib. 3. pag. 13. Bene Euctemon apud eumdem lib. 5. *Suam quiſque Fortunam in conſilio habet, cùm de aliena deliberat.* * Velut icunculam boni ominis causâ ſecum Impp. in cubiculo habebant, eamque cùm fatalem horam inſtare ſentirent, ad ſucceſſorem tranſmittebant. Spartianus in Severo. Capitolinus in Antonino. Hanc ergo ſub imagine conjugis triſtem & habitu lugubri velut diſcedentem cum vidiſſet, abitum è vita denotari exiſtimatum fuit: neque ſecius evenit. *Lindenbr.*

q *Stratoris militis.*] Stratores erant milites qui Imperatorem in equum allevabant erántque ſub diſpoſitione Tribuni Stabuli, ut ex hoc loco apparet. Hi equos à provincialibus oblatos inſpiciebant, ac probabant, quemadmodum docet Marcellinus in lib. 29. & lex unica in Cod. Th. de Stratoribus. *Henr. Valeſ.* [Ibid. in Mſ. Colb. ſcriptum, *præter artorem erigens*: ubi legendum puto, *præter Stratorem*, id eſt ante Stratorem. *Hadr. Valeſ.*

r *Juſſit abſcidi.*] Poſitum pro *abſcindi.* Sed cùm in omnibus codicibus ita ſcriptum reperiſſem, mutare religio fuit: præſertim cùm apud Arnobium in fine lib. 6. & Paulinum in Epiſt. 5. & 6. eodem modo ſcriptum ſit id verbum. *Valeſ.*

& tirocinium & quædam utilia rei Romanæ pollicebantur. Quos quoniam ſuſcipi placuit, & redire induciis quæ poſcebantur indultis, (quippe eos vexari diutiùs nec ciborum inopia, nec alienum tempus anni patiebantur) in Conſiſtorium [8] [ſ] AEquitio vadente ſunt intromiſſi. Cúmque membris incurvatis ſtarent metu debiles & præſtricti, docere juſſi quæ ferebant, uſitatas illas cauſationum ſpecies jurandi fidem addendo firmabant: nihil ex communi mente Procerum gentis delictum adſeverantes in noſtros, ſed per extimos quoſdam latrones amníque confines eveniſſe quæ inciviliter geſta ſunt: etiam id quoque addendo ut ſufficiens ad facta purganda firmantes, quòd munimentum exſtrui cœptum nec juſtè nec opportunè, ad ferociam animos agreſtes accendit. Ad hæc Imperator ira vehementi perculſus, & inter exordia reſpondendi tumidior, increpabat objurgatorio ſonu nationem omnem, ut beneficiorum immemorem & ingratam. Paullatímque lenitus [& ad molliora] propenſior, [t] tamquam [9] ictus è cælo, vitalique via vocéque ſimul obſtricta, ſuffectus igneo lumine cernebatur: [1] [v] erumpente ſubitò ſanguine, letali ſudore perfuſus, [x] ne laberetur ſpectantibus [2] & vilibus, concurſu miniſtrorum vitæ ſecretioris ad conclave ductus eſt intimum. Ubi locatus in lecto, exiguas ſpiritûs reliquias trahens, nondum intelligendi minuto vigore, cunctos agnoſcebat adſtantes, quos Cubicularii, ne quis eum necatum ſuſpicaretur, celeritate maxima conrogarant. Et quoniam viſcerum flagrante compage laxanda erat neceſſariò vena, nullus inveniri potuit medicus hanc ob cauſam, quòd

8 *Mſ.* Equitio in conſiſtorio vadente ſunt. 9 *Al.* ictus telo vitalia voceque. 1 *Mſ* egre pene cubito 2 *Al.* & vilibus.

ſ *Equitio introducente.*] Sic Gelenius excudi juſſit, contra ſcriptorum codicum auctoritatem. Nam in Regio quidem [& Colb.] exemplari legitur *Equitio vadente*: in Mſ. autem Flor. * & Toloſ. * perindeatque in Aug. Editione inverſo verborum ordine, *Equitio in Conſiſtorium vadente ſunt intromiſſi.* Proinde non dubito quin, aut, *Equitio vadente*, ſcribendum ſit, ut in Mſſ. aut ſanè, *Equitio ſuadente.* Valeſ.

t *Tamquam ictus è cælo, vitalique via voceque*] Ita Mſ. & rectè, præ illo quod vulgo legitur, *ictus telo vitalia voceque.* De morte autem ejus ſic Hieronymus Epiſt. ad Heliodor. *Valentinianus vaſtato genitali ſolo, & inultam patriam derelinquens, vomitu ſanguinis exſtinctus eſt.* Lindenbr.

v *Et repente cohibito ſanguine.*] In Mſſ. Flor. Vat & Regio legitur, *ecrepene cubito ſanguine*: [in Colbert. *egre pene cubito ſanguine.*] At Mariang. Accurſius ſic edidit, *erumpente ſubitò ſanguine*, quod non diſplicet. Nam ut ait Hieronymus in Epiſt. ad Præſidium Diaconum: *Nuper Valentinianus Imp. cùm adverſus Sarmatas quinque propter Illyrici vaſtationem in Conſiſtorio ſævus infremeret, & totius gentis excidium rigidus minaretur, ſanguine erumpente diſcrepuit.* Et in Epiſt. ad Heliodorum idem Hieronymus Valentinianum vomitu ſanguinis interiſſe dicit. Cui ſubſcribit Socrates in lib. 4. cap. 26. & ex eo Sozomenus in lib. 6. cap. 36. At Victor in Epitome impetu ſanguinis voce interclusa, ſenſu integrum exſpiraſſe tradit: cui aſſentitur Zoſimus in lib. 4. & vetus Auctor apud Suidam in λείας. Valeſius. Agnoſco varietatem narrationum de morte hujus Imperatoris, quas quidem nihil moror Ammiano intentus, a quo patet undiquaque negari emiſſionem ſanguinis foras contigiſſe vel ob nullam pavimenti partem cruore infectam, ut reor, Ammiano additurо ſi contigiſſet; vel ob ſudorem talem, vel ob venas in vacuum reſectas. Quæ ipſa debuerant deterrere correctores, ne hic erumpentem ſanguinem fingerent contra tot συμπτώματα eum refellentia; immo magis etiam ſanctitas ſcripturæ antiquæ. Porro ſi totam juncturam narrationis relegas, non poſſe copulativam abeſſe patet luce clarius, ut vel iſtud *erumpente* donari Accurſio ſine damno noſtro queat. Ut igitur commodiſſime inſtaurem, accipio quod veteres literæ mihi propinant *ægreque ceu coalito ſanguine.* Gronov.

[x *Ne laberetur ſpectantibus exſulibus, conc. &c.*] Qui ſint iſti exſules, nemo facilè dixerit. At in codice Colbert. lego, *ſpectantibus & vilibus*: quomodo & in Lugdunenſi Editione Gryphii ſcriptum reperitur. Op-

eos per varia ſparſerat, curaturos militem peſtilentiæ morbo tentatum. Unus tamen repertus, venam ejus iterum ſæpiúſque pungendo, ne guttam quidem cruoris elicere potuit, internis nimietate calorum ambuſtis: vel ut quidam exiſtimabant, arefactis ideo membris, quòd [y] meatus aliqui, [z] quos hæmorrhoïdas nunc appellamus, obſerati ſunt gelidis frigoribus concruſtati. Senſit immenſa vi quadam urgente morborum, ultimæ neceſſitatis adeſſe præſcripta: diceréque conatus aliqua vel mandare, ut ſingultus ilia crebriùs pulſans, ſtridórque dentium & brachiorum motus velut cæſtibus dimicantium indicabat, jam ſuperatus liventibúſque maculis interfuſus, animam diu colluctatam efflavit, [a] ætatis quinquageſimo anno & quinto; [b] imperii, minùs centum dies, ſecundo & decimo.

Cap. VII. Replicare nunc eſt opportunum, ut aliquoties fecimus, & ab ortu primigenio patris hujuſce Principis adusque ipſius obitum actus ejus diſcurrere per epilogos breves, nec vitiorum prætermiſſo diſcrimine vel bonorum, quæ poteſtatis amplitudo monſtravit, nudare ſolita ſemper animorum interna. Natus apud Cibalas Pannoniæ oppidum Gratianus major ignobili ſtirpe, cognominatus eſt [c] à pueritia prima Funarius, eâ re quòd nondum adultus venalem circumferens funem, quinque militibus eum rapere ſtudio magno conatis nequaquam ceſſit: æmulatus Crotoniatem Milonem, cui [d] mala ſæpe cohærenter læva manu retinenti vel dextra, nulla umquam virium fortitudo abſtraxit. Ob ergo validi corporis robur, & [e] peritiam mili-

timè: ut intelligatur ad ſpectandum Imperatorem cujuſvis conditionis homines, & humiles etiam vileſque perſonas concurriſſe: quales tum à Principe removere Cubiculariis ac miniſtris vitæ ſecretioris minimè vacabat.] *Hadr. Valeſ.*

y *Meatus aliqui, quos hæmorrhoidas nunc appellamus*] Vid. Galenus in Def. Medic. Celſus lib. 2. cap. 1. Pollux lib. IV. cap. 25. *Lindenbr.*

z *Quos hæmorrhoidas.*] Quos hîc meatus intelligat Marcellinus, difficile eſt dicere: hæmorrhoïdes autem quid ſint hoc in loco, adhuc difficilius. Medici enim hæmorrhoïdas vocant ora venarum quæ in ſede ſunt, & ſanguinis ex iis effuſionem. At id prorſus alienum eſt ab hoc loco quem præ manibus habemus. Itaque ſupereſt, ut dicamus, aut Scriptorem noſtrum ea dixiſſe quæ non ſatis intelligeret, aut hæmorrhoïdas communiter dici ora venarum omnium, ut apud Sophoclem φλὲψ αἱμοῤῥοίς. Idque firmat Ariſtoteles in lib. 3. de Natura animalium, & in lib. 3. de Partibus animalium, ubi hæmorrhoïdas, id eſt ſanguinis effluxum, non ex ſede tantùm, ſed è naribus etiam & gingivis cieri docet. Ceterùm hic locus in Regio & Vatic. codice, [& Colbert.] * ac Toloſ. * ſic legebatur: *Meatus aliqui quas heroïdas nunc appellamus, obſeratæ ſunt gelidis frigoribus concruſtatæ*: & ita quoque in Editione Aug. excuſus eſt, niſi quòd *hæmorroïdas* in illa legitur. * Intelligere autem videtur Marcellinus τὴν τοῦ αἵματος σύμπηξιν, quæ ex nimio frigore accidere ſolet; ut ait Xenophon in libro v. de Expeditione Cyri, pag. 368. * *Valeſ.*

a *AEtatis quinquageſimo anno & quinto.*] Conſentit quidem Victoris Epitome: ſed Zonaras annos ei tribuit LXXXIV. menſes XI. Socrates verò cum Sozomeno LIV. & ita Zonaræ codices emendandos puto. *Idem.*

b *Imperii, minùs centum dies, ſecundo & decimo.*] Exacta computatio eſt. Valentinianus enim Auguſtus erat nuncupatus anno Natalis Dominici 364. die v. Cal. Martias. Idem anno Dom. 375. diem functus eſt xv. Cal Decembres in caſtello Bregetione, ut rectè ſcribit Idatius in Faſtis. [Bregetio nunc *Graan* vulgò dicitur.] *Idem.*

c *A pueritia prima Funarius.*] * Aurel. Victor. * P. Diacon. lib. XI. *Lindenbr.*

d *Mala cohærenter læva manu retinenti*] Plinius lib. VII. cap. 20. *Crotoniatem Milonem athletam, cùm conſtitiſſet, nemo veſtigio educebat, malum tenenti nemo digitum corrigebat.* Ab amaſia tamen ſuperatum AElianus ſcribit, Variar. lib. 2. cap. 24. Μίλωνος τούτου τὴν ῥοιὰν, ἣν ἐν τῇ χειρὶ κατεῖχεν, οὐδεὶς τῶν ἀντιπάλων ἑλεῖν ἐδύνατο. ἡ δὲ ἐρωμένη αὐτοῦ ῥᾶστα αὐτὴν ἐξῄρει, φιλονεικοῦσα πρὸς αὐτὸν πολλάκις. * De morte Milonis vide Gell. lib. 15. cap. 16. * Vide etiam Philoſtratum de Vita Apoll. lib. IV. cap. 9. *Idem.*

e *Peritiam militum more luctandi.*] Luctatio militaris

tum more luctandi notior multis, poſt dignitatem Protectoris atque Tribuni, Comes præfuit rei caſtrenſi per Africam: unde furtorum ſuſpicione contactus, digreſſúſque, multo poſtea pari poteſtate [f] Britannum rexit exercitum, tandémque honeſtè ſacramento ſolutus, revertit ad larem: & agens procul à ſtrepitu, multatione bonorum adflictus eſt à Conſtantio hoc nomine, quòd civili flagrante diſcordia, hoſpitio dicebatur ſuſcepiſſe Magnentium, per agrum ſuum ad propoſita feſtinantem. Cujus meritis Valentinianus ab ineunte adoleſcentia commendabilis, contextu ſuarum quoque ſuffragante virtutum, induribus Imperatoriæ majeſtatis apud Nicæam ornatus, in Auguſtum collegium fratrem Valentem adſcivit, [g] ut [3] germanitate ita concordiâ ſibi junctiſſimum, inter probra medium & præcipua, quæ loco docebimus competenti. Igitur Valentinianus poſt periculorum moleſtias plures dum eſſet privatus emenſas, imperitare [4] exorſus, arces prope flumina ſitas & urbes, & Gallias petiit Alamannicis patentes excurſibus, reviviſcentibus erectiùs cognito Principis Juliani interitu, quem poſt Conſtantem ſolum omnium formidabant. Ideo autem etiam Valentinianus meritò timebatur, quòd auxit [h] & exercitus valido ſupplemento, & utrobique Rhenum celſioribus caſtris munivit atque caſtellis, ne latere uſquam hoſtis [i] ad noſtra ſe proripiens poſſit. Utque multa prætereamus quæ egit moderatoris auctoritate fundati, quæque per ſe vel Duces correxit induſtrios: poſt Gratianum filium in ſocietatem ſuæ poteſtatis adſumptum, Vithigabium Regem Alamannorum Vadomario genitum, adoleſcentem in flore primo genarum nationes ad tumultus cientem & bella, clam, quia non potuit apertè, confodit: & Alamannis congreſſus prope Solicinium locum, ubi inſidiis pæne perierat circumventus, ad exitium ultimum delere potuit univerſos, ni paucos velox effugium tenebris amandaſſet. Inter hæc tamen cautè geſta, jam converſos ad metuendam rabiem Saxonas, ſemper quolibet inexploratò ruentes, delatóſque tunc ad terreſtres tractus, quorum ſpoliis pæne redierant locupletes, maleſido quidem ſed utili commento peremit, prædâ raptoribus vi fractis excuſsâ. Itidémque Britan-

3 *Mſ.* germanitate ita concordia. 4 *Mſ.* exorſus ut arces.

minùs accurata quidem, & minùs erudita fuit quam palæſtrica: ſimplicior tamen & fortior. De qua vide Capitolinum in Maximino, & Jordanem in Geticis. *Valeſ.*

f *Britannum rexit exercitum.*] Victor in Epitome Gratianum ſeniorem ad Præfecturæ Prætor. culmen perveniſſe commemorat: cui tamen minimè credo: neque enim id Marcellinus hoc in loco præteriiſſet. Adde quòd Præfectura Præt. hominibus militaribus deferri eo tempore vix ſolebat. *Idem.*

g *Germanitate concordi*] Cùm in Mſſ. Flor. & Regio, ac Toloſ. * & in Editione Aug. legatur, *germanitate ita concordia*; conjicere facile eſt, ſic à Marcellino ſcriptum fuiſſe, *germanitate & concordia ſibi junctiſſimum.* *Henr. Valeſ.* [Disertè ſcriptum legi in codice Colbert. *ut germanitate, ita concordia ſibi junctiſſimum*: quæ vera eſt lectio & indubitabilis.] *Hadr. Valeſ.*

h *Exercitus auxit valido ſupplemento.*] Præcipuè juventutis Gallicanæ & Germanorum tirociniis, ut Zoſimus tradit in lib. 4 p. 742. *Valeſ.*

i *Ad noſtra ſe proripiens.*] In exemplari Regio [& Colbert.] * ac Toloſ. * & Aug. Editione legitur, *ad noſtra ſæpe proripiens.* non malè, *Proripiens* autem pro

nos, catervas ſuperfuſorum hoſtium non ferentes, ſpe meliorum adſumpta, in libertatem & quietem reſtituit placidam, nullo pæne redire permiſſo graſſatorum ad ſua. Efficacia pari Valentinum quoque Pannonium exſulem, per has provincias molientem otium turbare commune, antequam negotium effervesceret, oppreſſit. Africam deinde malo repentino perturbatam diſcriminibus magnis exemit: cùm voraces militarium faſtus ferre nequiens Firmus, [k] ad omnes diſſenſionum motus perflabiles gentes Mauricas concitaſſet. Similíque fortitudine clades ingemiſcendas Illyrici vindicaſſet, ni morte præventus reliquiſſet rem ſeriam imperfectam. Ac licèt operâ præſtabilium Ducum hæc quæ retulimus conſummata ſunt: tamen ipſum quoque ſatis conſtat, ut erat expeditæ mentis uſúque caſtrenſis negotii diuturno firmatus, egiſſe complura: inter quæ illud elucere clariùs potuit, ſi Macrianum Regem ea tempeſtate terribilem, vivum capere potuiſſet, ut induſtriâ magnâ tentarat, poſtquam eum evaſiſſe [5] Burgundios, quos ipſe admoverat Alamannis, mærens didiciſſet & triſtis.

CAP. VIII. Hæc ſuper actibus Principis brevi ſunt textu percurſa: nunc confiſi, quòd nec metu nec adulandi fœditate conſtricta poſteritas, incorrupta præteritorum ſolet eſſe ſpectatrix, ſummatim ejus numerabimus vitia, pòſt & [6] [l] præcipua narraturi. Adſimulavit nonnumquam clementiæ ſpeciem, cùm eſſet in acerbitatem naturæ calore propenſior: oblitus profectò quòd regenti imperium omnia nimia velut proceri ſcopuli ſunt devitanda. Nec enim uſquam reperitur miti coërcitione contentus, ſed aliquoties quæſtiones multiplicari juſſiſſe cruentas, poſt interrogationes funeſtas nonnullis aduſque diſcri-

5 *Al.* Burgundos. 6 *Mſ.* prætemerita narraturi. ......ad.......bit nonnúmquam.

prorepens ponitur, per κατάχρησιν ſive abuſum & corruptionem ſermonis illius ſæculi. *Valeſ.*

k *Ad omnes diſſenſionum motus perflabiles gent. Mauricas.*] Vanitatem & perfidiam genti Maurorum inſitam longè antea notaverat Salluſtius in Hiſtoriis. Tertullianus enim in lib. de Anima ſcribit: *Salluſtius vanos Mauros, & feroces Dalmatas pulſat.* Vani enim propriè ſunt homines leves, infidi, inconſtantes, quos Græci κούφους vocant, ut docet Agellius in lib. 18. Jordanes quoque in Geticis infidelitatem Maurorum ſuggillat, * & Prudentius in Apotheoſi adverſus Judæos. Per *gentes* autem *Mauricas* intelligit Marcellinus non provinciales Mauros, ſed barbaros, qui trans limitem habitabant in varias nationes diviſi; de quibus vide librum XXIX: Spartianus in Hadriano *gentes Mauras* vocat, ut & Mamertinus in Genethliaco. Incertus auctor Panegyrici Maximiano & Conſtantino dicti, *ferociſſimos Mauritaniæ populos, inacceſſis montium jugis & naturali munitione fidentes* appellat. Sic *Mauri* ſumuntur à noſtro Marcellino ſæpe, ut in libro XXII. & à veteribus non raró. Itaque erravit Pacatus in Panegyrico, quum de Theodoſii patris victoriis loquens ſic ait, *Compulſus in ſolitudines avias omnis Alamannus, & uterque Maurus occurrent.* Confundit enim barbaros Mauros, qui à Theodoſio Magiſtro Militiæ victi ſunt, cum provincialibus Mauris. Juvenalis in Satira XIV. quum ait, *Dirue Maurorum attegias*, & alibi quum ſcribit, *Et Mauri celeres, & Mauro obſcurior Indus*; de his Mauris barbaris loqui voluit. * *Idem.*

l *Bene merita narraturi.*] Sic Gelenius edidit ex conjectura. Verumtamen cùm in codice Regio, * Tol. * [& Colbert.] & in Editione Auguſtana legatur, *præterita narraturi*; videndum eſt ne fortè ita ſcriptum reliquerit Marcellinus, *præcipua narraturi.* Henr. Valeſ. Id quod Hadrianus tanti putavit, ut ipſi contextui inſereret, quum Henricus verecundior retinuiſſet Gelenianum. Mutationem vero hanc ſumpſit, ut opinor ex his præcedentis capitis verbis, *inter probra medium & præcipua*: quibus ſimilia uſurpat auctor lib. XXI. cap. 16. poſt Conſtantii mortem. *Bonorum igitur vitiorumque ejus differentia vere ſervata, præcipua prima conveniet expediri.* Ubi videmus poſtquam junctim præmiſit utraque, ex iis tunc bona (& dicit quoque *bona & vitia* in lau-

mina vitæ vexatis : & ita erat effuſior ad nocendum, ut nullum aliquando damnatorum capitis eriperet morte ſubſcriptionis elogio leni, cùm id etiam Principes [m] interdum fecere ſævíſſimi. Atqui potuit exempla multa contueri majorum, & imitari peregrina atque interna humanitatis & pietatis, quas ſapientes conſanguineas [7] virtutum eſſe definiunt bonas: è quibus hæc ſufficiet poni. [n] Artaxerxes Perſarum ille Rex potentiſſimus, quem Macrochira membri unius longitudo commemoravit, ſuppliciorum varietates quas natio ſemper exercuit cruda, lenitate genuina caſtigans, tiàras ad vicem capitum quibuſdam noxiis amputabat: & ne ſecaret aures more regio pro delictis, ex galeris fila pendentia præcidebat: quæ temperantia morum ita tolerabilem eum fecit & verecundum, ut adnitentibus cunctis multos & mirabiles actus impleret Græcis ſcriptoribus celebratos. Prænestino Prætore, qui bello quodam Samnitico properare juſſus ad præſidium venerat ſegniùs, ad crimen diluendum exhibito, [o] Papirius Curſor ea tempeſtate Dictator ſecurem per lictorem expediri, hominéque abjectâ purgandi ſe fiduciâ ſtupefacto, viſum propè fruticem juſſit abſcidi: hócque joci genere caſtigatum eum abſolvit, non ideo [8] contemptus, [p] ut qui bella diuturna per ſe ſuperavit & gravia, ſolus [q] ad reſiſtendum aptus Alexandro Magno, ſi calcaſſet Italiam, æſtimatus. Hæc forſitan

7 *Mſ.* virtutum. 8 *Mſ.* contemtus vis bella diuturna parum ...... lius ad reſiſt.

---

datione Joviani lib. XXV. cap.10. & Valentis XXXI.14.) appellari *præcipua*. Id hoc loco quidem non fit. Quæ quidem quum in Conſtantio judicet prima convenire expediri, nunc velut diſcedens ab judicio ſuo præcipua poſtponet. Jam quæ ſimilitudo inter *præterita* & *præcipua*? niſi in capite & calce, quum plurima etiam in medio ſarta teneat Gelenius, quem ſimul & Mſſtos ut adjuvem, cenſeo ſcripſiſſe *& pia & recta narraturi*. Cicero lib. I. de Orat. c. 25. *Adeſt enim fere nemo, quin acutius atque acrius vitia in dicente, quam recta videat.* Gron.

m *Interdum fecerint ſæviſſimi.*] In Mſſ. Regio, * & Toloſ. * [ac Colbert.] & in Editione Aug. ſcriptum inveni, *fecere ſæviſſimi*: quam ſcripturam veriorem eſſe vel ipſe clauſulæ numerus ac modus evincit. At Gelenius hanc loquendi formam vitioſam putavit & barbaram: cur ita? Nam Terentius, bonus inprimis Latinitatis Auctor ſic, locutus eſt in Hecyra:

Nam ut hic laturus hoc eſt, ſi ipſam rem ut ſiet reciverit,
Non ædepol clam me eſt: cùm hoc quod levius eſt, tam animo iracundo tulit.

Et Marcellinus quoque noſter alibi ſic locutus eſt, ut in principio lib. XXI. Sed interdum Caſtellus ac Gelenius eam ſcripturam interpolaverunt. *Valeſ.*

n *Artaxerxes Perſarum ille Rex*] Plutarchus in Apophtheg. Ἀρταξέρξης ὁ Ξέρξου, ὁ Μακρόχειρ προσαγορευθεὶς, διὰ τὸ τὴν ἑτέραν χεῖρα μακροτέραν ἔχειν, πρῶτος τοῖς ἁμαρτάνουσι τῶν ἡγεμονικῶν τιμωρίαν ἔταξεν, ἀντὶ τοῦ τὸ σῶμα μαστιγοῦν, μαστιγοῦσθαι μὲν ἀποδυσαμένων τὰ ἱμάτια, καὶ ἀντὶ τοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτίλλεσθαι τὴν κίδαριν ἀποτίμων. Simile quiddam de Gallieno narrant. *Cùm quidam gemmas vitreas pro veris vendidiſſet ejus uxori, atque ille re prodita vindicari vellet, ſurrigi quaſi ad leonem venditorem juſſit; deinde è cavea caponem emitti mirantibuſque cunctis rem ridiculam, per curionem dici juſſit,* IMPOSTURAM FECIT ET PASSUS EST. Trebellius Poll. in Gall. *Lindenbr.*

o *Papirius Curſor*] Aurel. Victor de Viris illuſtr. *Cùm Præneſtinum Prætorem graviſſime increpuiſſet, Expedi, inquit, lictor ſecures. Et cùm eum metu mortis attonitum vidiſſet, incommodam ambulantibus radicem exſcindi juſſit.* Vide Liv. lib. IX. Plin. lib. XVII. cap. XI. *Idem.*

p *Ut qui bella diuturna per ſe ſuperavit & gravia.*] Totam hanc περικοπὴν auctori ſuo reſtituimus, ex auctoritate Regii * Toloſanique * codicis, & Editionis Auguſtanæ. Sic enim in iis legitur, *non ideo contemptus vis bella diuturna parum ſuperavit, & gra ...... ſolus, &c.* Hoc tantùm licentiæ nobis ſumpſimus, ut ex conjectura emendaremus, *per ſe ſuperavit*: quemadmodum loquitur Marcellinus noſter in lib. XVI. *Henr. Valeſ.* [In codice Colbert. legitur, *non ideo contemptus jus bella diuturna parum ſuperavit & gra ...... lius, &c.*] Hadr. Valeſ. Hæc egregia concordia librorum veterum in verbis *contemptus vis* vel *jus bella* ſatis plane indicant, ſi pro eis reponatur *contemptus ut qui bella*, non reſtitutionem aut emendationem vocari oportere, ſed quodlibet aliud licentiæ genus. Lege. *abſolvit: non ideo contemptus ſuis bella diuturna patrum ſuperavit &c.* Hoc miror non aſſecutum alterutrum ex doctiſſimis fratribus, quum pla-

Valen-

Valentinianus ignorans, minimeque reputans adflicti ſolatia ſtatus ſemper eſſe lenitudinem Principum, pœnas per ignes augebat & gladios: quod ultimum in adverſis rebus remedium pietas reperit majorum, ut [r] Iſocratis memorat pulchritudo: cujus vox eſt perpetua docentis, ignoſci debere interdum armis ſuperato rectori, quàm juſtum quid ſit ignoranti. Unde motum exiſtimo Tullium præclarè pronuntiaſſe, cum defenderet Oppium: *Etenim multum poſſe ad ſalutem alterius, [ſ] honori multis; parum potuiſſe ad exitium, probro nemini umquam fuit.* Aviditas plus habendi ſine honeſti pravique differentia, & indagandi quæſtus varios per alienæ vitæ naufragia, exundavit in hoc Principe flagrantiùs adoleſcens. [t] Quam quidam prætendentes [v] Imperatorem Aurelianum, purgare tentabant, id adfirmando, quòd ut ille poſt Gallienum & lamentabiles Reip. caſus exinanito ærario, torrentis ritu ferebatur in divites: ita hic quoque poſt procinctûs Parthici clades magnitudine indigens impenſarum, ut militi ſupplementa ſuppeterent & impendium, crudelitati cupiditatem opes nimias congerendi miſcebat: diſſimulans ſcire, quòd ſunt aliqua quæ fieri non oportet, etiamſi licet; [x] Themiſtoclis illius veteris [9] diſſimilis: qui cùm poſt pugnam agminaque deleta Perſarum licenter obambulans, armillas aureas vidiſſet humi projectas & torquem: *Tolle*, inquit, *hæc*, ad comitum quemdam propè adſtantem, [y] *verè quia Themiſtocles non es*: quodlibet ſpernens in duce magnanimo [1] lucrum. Hujus exempla continentiæ ſimilia plurima in Romanis exuberant ducibus: quibus omiſſis, quoniam non ſunt perfectæ virtutis indi-

9 *Mſ.* veriſimilis. 1 *Mſ.* lucrum...... Hujus.

---

ne idem reſtituerint lib. XXVIII. cap. 5. in fine. *Gron.*

q *Ad reſiſtendum aptus Alexandro Magno, ſi calcaſſet Italiam*] Exſtat hac de re elegans & gravis tractatio T. Livii lib. IX. contra quam contrariis argumentis accuratè diſputat V. Cl. Paulus Parura Nob. Venetus Diſcurſ. Politicor. lib. I. tit. 2. Utrorumque rationes acutæ ſunt, & dignæ quæ perpendantur. *Lindenbr.*

r *Iſocratis memorat pulchritudo.*] Locus Iſocratis eſt in Oratione Panathenaïca, ubi de pugnis Lacedæmoniorum injuſtis diſſerit: *θαυμάζω δ' εἴ τινες τὰς μάχας ϗ τὰς νίκας τὰς παρὰ τὸ δίκαιον γεγενημένας, μὴ νομίζουσιν αἰσχίους εἶναι ϗ πλειόνων ὀνειδῶν μεστὰς, ἢ τὰς ἥττας τὰς ἄνευ κακίας συμβαινούσας. Miror autem ſi qui ſunt, qui prælia ac victorias præter jus & æquum partas non turpiores eſſe, & pluribus probris ſcatere cenſeant, quàm clades ſine ignavia acceptas.* Valeſ.

ſ *Honore multis*] Rectiùs, *honori multis.* Lindenbr.

t *Quam quidam prætendentes Imp. Aurelianum.*] Sic planè Hieronymus in Chronico: *Valentinianus*, ait, *egregius Imp. & Aureliano moribus ſimilis, niſi quòd ſeveritatem ejus nimiam & parcitatem, quidam crudelitatem & avaritiam interpretabantur.* Quæ Hieronymi verba mutuatus eſt Jordanes in lib. de Succeſſione Regnorum. Sed & Græci ferè omnes Valentinianum hunc laudibus extollunt, ut videre eſt in Excerptis Johannis Antiocheni quæ nuper edidimus, & in Hiſtoriis Zonaræ atque Cedreni. Sed Valentiniani ingenium quod fuerit, patet ex hoc Auſonii loco in Gratiarum actione ad Gratianum ejus filium: *Non palatium, quod tu cùm terribile acceperis, amabile præſtitiſti; non forum & baſilica, olim negotiis plena, nunc votis; non Curia honorificis modò læta decretis; olim ſollicitis mæſta querimoniis.* Ubi querimoniæ intelliguntur eæ quas habes in lib. XXVIII. Denique Symmachus in lib. X. Epiſt. 27. ad Valentinianum ejuſdem filium, eum diligentiſſimum ac ſerium Imp. nominat. * Idem tamen Auſonius in eadem Gratiarum actione ſub finem eam Valentiniani ſeveritatem neceſſitati temporum tribuit. Sic enim ait: *Tu Valentiniano genitus, cujus alta bonitas, præſens comitas, temperata ſeveritas fuit. Parto & condito optime Reip. ſtatu, intelligis poſſe te eſſe leniſſimum ſine diſpendio diſciplinæ.* * Valeſ.

v *Imperatorem Aurelianum purgare tentabant*] Jordanes quoque cum Aureliano Valentinianum comparat: *Egregius, & Aureliano ſimilis moribus, niſi quòd ſeveritatem nimiam & parcitatem, quidam crudelitatem & avaritiam cauſabantur.* Lindenbr.

x *Themiſtoclis illius diſſimilis*] Plutarchus de Civil. inſtit. *Idem.*

[y *Tolle hæc tu, qui Themiſtocles non es.*] Ita vulgatæ Editiones omnes aut ſaltem pleræque exhibent. At in codice Colb. ita ſcriptum reperio: *Tolle, inquit, hæc ad*

cia, (nec enim aliena non rapere laudis eſt) unum ex multis conſtans innocentiæ vulgi veteris ſpecimen ponam. [z] Cùm proſcriptorum locupletes domus diripiendas Romanæ plebi Marius dediſſet & Cinna, vulgi rudes animi, ſed humana ſoliti reſpectare, alienis laboribus pepercerunt: ut nullus egens reperiretur aut infimus, qui de civili luctu fructum contrectare pateretur ſibi conceſſum. [a] Invidiâ præter hæc antedictus medullitus urebatur: & ſciens [b] pleraque vitiorum imitari ſolere virtutes; memorabat aſſiduè, [z][c] ſeveritatem rectæ poteſtatis eſſe individuam ſociam. [d] Utque ſunt dignitatum apices maxi-

z *Mſ.* livorem ſeveritatem.

---

comitum quemdam propè adſtantem, vere quia Themiſtocles non es. Id eſt, quia verè Themiſt. non es & generoſus auri contemptor. Hæc haud dubiè vera ſcriptura eſt, quam ideo vulgatæ ſubſtitui.] *Hadr. Valeſ.*

z *Cum proſcriptorum locupletes domus.*] Valerius Maximus in lib. 4. cap. 3. idem ſic narrat: *In illa quoque procella quam C. Marius & L. Cinna Reip. inflixerunt, abſtinentia populi Rom. mirifica conſpecta eſt. Nam cùm à ſe proſcriptorum penates vulgi manibus diripiendos objeciſſent: inveniri potuit nemo, qui è civili luctu prædam peteret, quæ quidem tam miſericors plebis continentia tacitum crudelium victorum convicium fuit.* At non eadem moderatione geſſit ſe populus Rom. in proſcriptione Syllana. Plures enim tum reperti ſunt, qui ſectionem proſcriptorum emerent, ut refert in Sylla Plutarchus & in Craſſo, * ac Velleius. * Triumvirali autem proſcriptione pauci fuere, qui ad ſectionem accederent, teſte Appiano in lib. 4. Affine huic exemplum Italorum refert Tacitus in 3. Hiſt. qui captâ Cremonâ, cùm cives à militibus venderentur, talium mancipiorum emptionem aſpernati ſunt. *Henr. Valeſ.*

a *Invidia præter hæc.*] Zoſimus pag. 742. de Valentiniano: τοῖς τι ἐκ τοῦ ζήλου ἀμιμήτως ἔχουσι δόξαν ἐφθόνει. Idem.

b *Pleraque vitiorum imitari virtutes*] * Senec. Epiſt. 45. *Vitia nobis ſub virtutum nomine obrepunt. Temeritas ſub titulo fortitudinis latet. Moderatio vocatur ignavia: pro cauto timidus accipitur.* Idem Epiſt. 220 *Virtutibus vitia confinia; & perditis quoque ac turpibus recti ſimilitudo eſt. Sic mentitur prodigus liberalem: cùm plurimum interſit, utrum quis dare ſciat, an ſervare neſciat.* * Quintil. lib. 8. cap. 3. *Vicina virtutibus vitia. etiam qui vitiis utuntur, virtutis tamen his nomen imponunt.* Juvenalis Satyr. 14.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis & umbra.

Gregor. Pap. lib. 1. Epiſt. 25. *Sæpe namque vitia virtutes ſe eſſe mentiuntur.* D. Hieron. ad Demetriad. * Cl. Marius Victor Orator Maſſil. de corruptis ſuæ ætatis moribus:

Nil ſanctum eſt nobis, niſi quæſtus; & illud honeſtum eſt,
Utile quod fuerit: Vitiiſque vocabula recti
Indimus, & parci cognomen ſumit avarus.

Theodulfus Epiſc. Aurelianenſ. in Paræneſi ad Judices pag. 17.

Sæpe latet vitii virtutis imagine peſtis,
Et magis inde nocet, quo minùs illa patet. * Lindenbr.

c *Livorem virtutum rectæ pot. invidiam eſſe ſociam.*] Sic Gelenius edidit abſque ſenſu. Sed cùm in Mſſ. Flor. & Regio, [Colb.] * & Toloſ. * ſic legi animadvertiſſem, *livorem ſeveritatem rectæ poteſtatis eſſe invidiam ſociam*: non dubitavi quin emendandum eſſet hoc modo, *memorabat aſſidue ſeveritatem rectæ poteſtatis eſſe individuam ſociam.* Accurſius quidem ediderat, *livorem ſeveritatis, &c.* Sed procul dubio expungenda vox illa eſt, quam neſcio quis addiderat, ut cum præcedenti periodo hæc cohæreret. Verùm quis neſcit Marcellinum hæc Impp. elogia nullo plerumque ordine contexere? Porro hoc Valentiniani dictum refert etiam Zonaras: ἦν δὲ καὶ τὴν ἰσχὺν γενναιότατος καὶ τὴν γνώμην τὴν δικαιότατος. διὸ καὶ τὰς ἀρχὰς τότε μετιόντων πολλοὺς ὡς ἀδικοῦντας ἐτιμωρήσατο, τὸν κρατοῦντα λέγων ἀπαιτεῖσθαι πρὸ τῶν ἄλλων δικαιοσύνην. *Hic fortiſſimus idémque juſtiſſimus fuit. Itaque multos qui Magiſtratus gerebant, tamquam injuſtè agentes ſupplicio affecit, cùm diceret ab Imperatore juſtitiam præ omnibus requiri.* Valeſius. Ita quidem ſtatuere facilis & leviſſima res eſt; ſed approbare aliis & in eadem ſententia confirmare lectorem ſatis erit operoſum. Ubi autem in ſuperioribus occurrit tale exemplum, ut omnes ſimiliter Mſſti conſentiant in aliquam vocem, quæ nihil niſi hanc pronunciationem meruit *Proculdubio expungenda vox illa eſt, quam neſcio quis addiderat?* Quomodo autem ideo cum præcedenti periodo cohæret, ſi habeatur *livorem ſeveritatem*, quum ita ſenſus omnis turbetur, & prorſus nihili ſit? Idcirco adjuvandos opinans codices veteres & ab vitio leni, quod inolevit, liberandos, reponebam *memorabat aſſidue, rigorem, ſeveritatem rectæ poteſtatis eſſe individuam ſociam.* Gron.

[d *Utque ſunt dignitatum apices maximi licere ſibi cuncta exiſtimantes, & ad ſuggillandum contrarios exturbandoſque meliores pronius inclinati.*] Itene Principes eos qui ipſis contradicere audent, aut adulari nolunt, pulſare & ſuggillare ſolent? Imperatoribus & Regibus indecorum atque adeo inſolitum eſt non inimicos modò, ſed etiam hoſtes ipſos cædere, cùm manus à famulis quoque ſuis continere conſueverint. Sic tamen Editiones Ammiani omnes præferunt. At in codice Colbertino reperio diſertè ſcriptum, *& ad ſupplicandum contrarios exturbandoſque meliores pronius inclinati.* Quæ indubitata eſt ſcriptura, mutatâ litterâ *a* in *o*, & corrigendo *contrarios*. *Supplicare* heic ſumit Ammianus pro ſupplices

mi licere ſibi cuncta exiſtimantes, & ad [3] ſupplicandum contrarios exturbandóſque meliores proniùs inclinati, bene veſtitos oderat, & eruditos, & opulentos, & nobiles: & fortibus detrahebat, ut ſolus videretur bonis artibus eminere: [e] quo vitio exarſiſſe Principem legimus Hadrianum. Arguebat hic idem Princeps timidos ſæpius, [f] maculoſos tales appellans & ſordidos, & intra ſortem humilem amandandos: ad pavores irritos aliquoties abjectiùs pallens, & quod nuſquam erat [4] [g] ima mente formidans. Quo intellecto Magiſter Officiorum Remigius, cùm eum ex incidentibus ira fervere ſentiret, [h] fieri motùs quoſdam barbaricos inter alia ſubſerebat: hócque ille audito, quia timore mox frangebatur, ut Antoninus Pius erat ſerenus & clemens. Judices numquam conſultò malignos elegit: ſed ſi ſemel promotos agere didicit immaniter, Lycurgos inveniſſe ſe prædicabat & Caſſios, columina Juſtitiæ priſca: ſcribénſque hortabatur aſſiduè, ut noxas vel leves acerbiùs vindicarent. Nec afflictis, ſi fors ingruiſſet inferior, erat ullum in Principis benignitate perfugium: quod ſemper ut agitato mari jactatis, portus patuit exoptatus. Finis enim juſti imperii, ut ſapientes docent, utilitas obedientium æſtimatur & ſalus.

CAP. IX. Conſentaneum eſt venire poſt hæc ad ejus actus ſequendos rectè ſentientibus & probandos: cum quibus ſi reliqua temperaſſet, vixerat ut Trajanus & Marcus. In provinciales admodum parcus, tributorum ubique molliens ſarcinas: oppidorum & limitum conditor tempeſtivus: militaris diſciplinæ cenſor eximius, in hoc tantùm deerrans, quòd cùm gregariorum etiam levia puniret errata, [i] potiorum ducum flagitia progredi ſinebat in majus, ad querelas in eos motas aliquoties obſurdeſcens: unde Britannici ſtrepitus, & Africanæ clades, & vaſtitas emerſit Illyrici. Omni pudicitiæ cultu domi caſtus & foris, nullo contagio conſcientiæ violatus obſcenæ, nihil inceſtum: háncque ob cauſam tamquam retinaculis petulantiam frenarat aulæ regalis: quod cuſtodire facilè potuit, neceſſitudinibus ſuis nihil indulgens, quas aut in otio reprimebat, aut mediocriter honoravit, abſque fratre: quem tempo-

3 *Mſ.* ſupplicandum. 4 *Mſ.* imamenta. *Iσ.* ima mente.

reddere, humiliores infirmioreſque redigere, ſibi ſubjicere atque ſummittere adverſantes.] *Had. Valeſ.*

e *Quo vitio exarſiſſe Principem legimus Hadrianum*] Spartianus in Hadriano: *Quamvis eſſet oratione & verſu promptiſſimus, & in omnibus artibus peritiſſimus; tamen profeſſores omnium artium ſemper ut doctior riſit, contempſit, obtrivit, &c.* Lindenbr.

f *Maculoſos tales appellans & ſordidos.*] Eâdem metaphorâ Ambroſius in Epiſt. 6. dixit maculoſum pro ignavo: *Quæramus nobis viam inacceſſam ſermonibus inſolentium, inviam ſermonibus imperitorum, quam nullus maculoſus deterat, maculoſus ſcilicet ignaviæ ſuæ ſordibus.* Valeſ.

g *Inattente formidans.*] In codice Regio [& Colb.] ſcriptum reperi, *imamenta formidans*, perinde ac in Mſ. Flor. exſtare monuit Lindenbrogius In Editione Aug. legitur, *imaginimenta formidans*, ex imaginatione, ſic enim loqui liceat, Accurſii. Sed arridet omnino conjectura Lindenbrogii, *ima mente formidans. Idem.*

h *Fieri motus quoſdam.*] Legendum eſſe arbitror, *cieri motus, &c.* ſic ſuperiore linea pro, *cùm eum ex incidentibus, &c.* in Mſſ. legebatur, *fumium ex incid.* eodem errore. *Idem.*

i *Potiorum ducum flagitia progredi ſinebat.*] Vide ſuprà ad lib. xxx. ſed & Zoſimus id confirmat: καὶ ὅτι τὰς ἄρχοντας ἤθελεν ἐξετάζειν. Idem.

ris compulſus anguſtiis, in amplitudinis ſuæ ſocietatem adſumpſit. Scrupuloſus in deferendis poteſtatibus celſis: [k] nec imperante eo provinciam nummularius rexit, aut adminiſtratio venumdata, niſi inter [initia] ut ſolent occupationis ſpe vel impunè quædam ſceleſta committi. Ad inferenda propulſandáque bella ſollertiſſimus, cautus; æſtu Martii pulveris induratus; boni praviq́ue ſuaſor & diſſuaſor admodum prudens, militaris rei ordinum ſcrutantiſſimus: ſcribens decorè venuſtéque pingens & fingens, & novorum inventor armorum: memoria ſermonéque incitato quidem, ſed raro, facundiæ proximo vigens; amator munditiarum, lætúſque non profuſis epulis ſed excultis. Poſtremò hoc moderamine Principatûs inclaruit, quòd [l m] inter religionum diverſitates medius ſtetit, nec quemquam inquietavit, neque ut hoc coleretur imperavit aut illud: nec interdictis minacibus ſubjectorum cervicem ad id quod ipſe [5] coluit inclinabat, ſed intemeratas reliquit has partes, ut reperit. Corpus ejus lacertoſum & validum, capilli fulgor colorìſque nitor, [n] cum oculis cæſiis [o] ſemper obliquum intuentis & torvum, atque pulchritudo ſtaturæ, lineamentorúmque recta compago, majeſtatis regiæ decus implebat.

CAP. X. Poſt conclamata Imperatoris ſuprema, corpúſque [6] curatum ad ſepulturam, [p] ut miſſum Conſtantinopolim inter divorum reliquias humaretur: ſuſpenſo inſtante procinctu, anceps rei timebatur eventus cohortibus Gal-

5 *Mſ.* voluit. 6 *Al.* conditum.

---

k *Nec imperante eo provinciam nummularius rexit*] Suetonius in Domitiano capite VIII: *Nummarios judices cum ſuo quemque conſilio notavit.* Seneca in Luſu: *Deſignatus Conſul nummulariolus.* Idem de Beneficiis libri I. capite 9. *Nummarium tribunal.* * Lindenbr.

l *Inter religionum diverſitates medius ſtetit, nec quemquam inquietavit, &c.*] De hac ἐθελοθρησκείᾳ ſive religionis libertate plures inter initia imperii à ſe promulgatas fuiſſe leges, ipſus Imp. Valentinianus, in Conſtitutione de Haruſpicibus non moleſtandis, ait. *Teſtes ſunt leges à me in exordio imperii mei datæ, quibus unicuique quod animo imbibiſſet, colendi libera facultas tributa eſt.* L. 9. C. Theod: de malef. & mathem. * Vide Socratem. Hiſtor. Eccleſ. lib 4. cap. 1. Etiam ante Valentinianum Julianus & Iovianus Impp. & poſt eos Valens libertatem religionis conceſſerunt Socrates lib. 3. cap. 21. lib. 4. cap. 27 Themiſt. orat. Conſulari ad Iovianum pag. 144. & ad Valentem Imp. quam Latinè tantùm ab Andr. Duditio V. Cl. habemus. * *Idem.*

m *Inter religionum diverſitates medius ſtetit.*] Valentinianus in exordiis principatus cùm maleficorum artes abolere vellet, lege lata prohibuerat ne ſacra nocturna celebrarentur: quæ lex relata eſt in Codice Th. in tit. de maleficiis cap. 7. Sed cùm Prætextatus Proconſul Achaïæ Valentinianum liberè monuiſſet, ea lege vitam propemodum Græcis omnibus, id eſt Paganis adimi, ſi myſteriorum caſtiſſimi ritus funditus tollerentur; Valentinianus ſacra more majorum à Græcis celebrari permiſit, ut ſcribit Zoſimus in lib. 4. principio. Quæ lex hodie quidem non exſtat: ſed ejus mentio fit in lege 9. Cod. Th. de maleficiis. Sic enim Imp. Valentinianus ſcribit ad Senatum: *Haruſpicinam ego nullum cum maleficiorum cauſis habere conſortium judico: neque ipſam, aut aliam præterea conceſſam à majoribus religionem genus eſſe arbitror criminis. Teſtes ſunt leges à me in exordio imperii mei datæ, quibus unicuique quod animo imbibiſſet colendi libera facultas tributa eſt, &c.* De Valentiniano idem teſtatur Symmachus in Epiſt. 54. lib. x. & S. Ambroſius in Orat. de obitu Valentiniani, & in Epiſt. 30. ad Valentinianum de ara Victoriæ. * ac Socrates in libro IV. Hiſt. Eccleſ. capite 24. * *Valeſ.*

n *Cum oculis cæſiis.*] Cedrenus Valentinianum ſic depingit: *ἦν δὲ τῷ σώματι εὐμεγέθης, τὴν χροιὰν ἐρυθρός, τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς ὑπόξανθος ἔχων, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡραίους μικρὸν ὑπογλαυκίζοντας. Corpore erat procero, colore ruber, flavo capillo, oculis venuſtis & mediocriter glaucis.* Idem.

o *Semper obliquum intuentes*] *l. ſemper obliquum intuentibus.* Lindenbr.

p *Ut miſſum Conſtantinopolim.*] Valentiniani Magni cadaver Conſtantinop. introivit anno ſequenti, qui Valentem V. & Valentinianum Juniorem Conſules habuit, V. Cal. Januarias, ut refert Idatius in Faſtis: ſed in ſarcophago depoſitum eſt ab Imp. Theodoſio ſexennio pòſt, Antonio & Syagrio Coſſ. teſte eodem Idatio & Marcellino Comite in Chronico. *Valeſ.*

licanis, quæ non ſemper dicatæ legitimorum Principum fidei, [q] velut imperiorum arbitræ, auſuræ novum quiddam in tempore ſperabantur: [7] hoc tentandæ novitati res adjuvante, quòd geſtorum ignarus etiamtum Gratianus agebat tum apud Treveros, ubi profecturus eum morari diſpoſuerat pater. Cúm negotium in his eſſet anguſtiis, & [r] tamquam in eadem navi futuri periculorum ſi accidiſſent participes, omnes eadem formidarent: ſedit Summatum conſilio, avulſo ponte, quem compaginarat antè neceſſitas invadens terras hoſtiles, ut ſuperſtitis Valentiniani mandato [ſ] Merobaudes protinus acciretur. Hócque ille, ut erat ſollertis ingenii, quod evenerat ratus, aut fortè doctus ab eo per quem vocabatur, rupturum concordiæ jura Gallicanum militem ſuſpicatus, miſſam ad ſe teſſeram finxit redeundi cum eo ad obſervandas Rheni ripas, quaſi furore barbarico crudeſcente: utque erat ſecretè mandatum, Sebaſtianum Principis adhuc ignorantem exceſſum, longiùs amandavit, quietum quidem virum & placidum, ſed militari favore ſublatum, ideo maximè tunc cavendum. Reverſo itaque Merobaude, altiore cura proſpectum, expedito conſilio [t] Valentinianus puer defuncti filius tum quadrimus, vocaretur in Imperium cooptandus, centeſimo lapide diſparatus, degénſque cum

7 *Mſ.* hoc tentandæ novitati res.

---

q *Velut imperiorum arbitræ.*] In codice Regio * ac Toloſ. * legitur, *arbitrariæ*: quod non probo. [In Mſ. Colbert. *arbitraræ.*] Ceterùm non tunc primum Gallicanæ legiones ſe principatûs arbitras ferebant. Semper enim Galli aliis parere dedignati ſunt, & aut ipſi Principes facere, aut ceteris gentibus imperare voluerunt. Quod & Vopiſcus ſcribit in Saturnino: *Saturninus oriundus fuit Galliis, ex gente hominum inquietiſſimâ, & avida ſemper vel faciendi Principes, vel imperii.* Adde Trebellium Pollionem in Poſtumo. *Valeſ.*

r *Tamquam in eadem navi.*] Proverbiale loquendi genus eſt, quo utitur Cicero in lib 2. Epiſt. 5. *Tibi etſi ubicumque es, in eadem es navi, tamen quòd abes gratulor.* Idem.

ſ *Merobaudes protinus acciretur.*] Quem ob rei militaris ſcientiam Valentinianus adverſus Quados expeditionem parans, Magiſtrum utriuſque militiæ conſtituerat, ut ſcribit Zoſimus in lib. 4. Idem poſtea Conſul iterum fuit, tandémque juſſu Maximi tyranni mortem ſibi conſcivit, ut refert Pacatus in Panegyrico. *Idem.*

t *Valentinianus puer, tum quadrimus.*] Atqui Valentinianus Junior natus erat Gratiano Nob. & Dagalaifo Coſſ. anno Natalis Dominici 366. die 15. Cal. Febr. ut ſcribit Idatius in Faſtis, & auctor Alexandrini Chronici iiſdem planè verbis quibus Idatius. Quibus ſuffragatur Themiſtius in Orat. XI ad Valentinianum Juniorem, pag. 254. ubi natalem ipſius vice oraculorum & vaticiniorum prædixiſſe ait tyranni Procopii exitum. Conſtat autem Procopium eo anno quem dixi, à Valente victum & necatum fuiſſe. Accedit præterea Socrates in lib. 4. Sozomenus in 6. qui Valentinianum Juniorem eo anno in lucem editum eſſe teſtantur. Quod ſi ita eſt, quo modo idem quadrimus ad Imperium veniſſe dicatur non video. Creatus enim eſt Auguſtus poſt Conſulatum Gratiani III. & AEquitii, anno Domini 375. Huic difficultati, quam ego primus & jamdudum deprehenderam, aliiſque ſolvendam propoſueram, ita occurrendum puto, ut Valentinianum qui anno 366. natus eſt, diverſum eſſe dicamus ab hoc qui poſtea Auguſtus fuit: quod quidem his argumentis evincam. Primò enim Valentinianus, qui mortuo patre Auguſtus eſt renuntiatus, quadrimus tunc erat, ut ſcribit præter Marcellinum noſtrum Victor in Epitome, & Zonaras: Zoſimus certè vix quinquennem fuiſſe dicit. Deinde viginti annos natus obiſſe dicitur à Nicephoro in lib. XII. cap. 38. Interfectus porrò eſt, ut inter omnes conſtat, anno Domini 392. Hieronymus in Epiſt. de Exitu Nepotiani, eumdem Valentinianum adoleſcentem adhuc & pæne puerum eſſe occiſum memorat. Quæ certè omnia non procederent, ſi anno 366. natus fuiſſet. Denique Valentinianus Junior, is qui anno 366. in lucem eſt editus, Conſulatum geſſit cum Victore anno Domini 369. ut teſtatur apertè Themiſtius in Orat. XI. quam ei Conſulatum Conſtantinop. auſpicanti Cal. Jan. dixit. Quòd ſi hic idem eſſet cum eo, qui poſt mortem Valentiniani Auguſtus eſt nuncupatus, cùm is paullo poſtquam Imp. eſt factus, Conſulatum inierit cum Valente, Conſul iterum neceſſariò dici debuiſſet. At in Faſtis omnibus annus ille 376. ſic notatur, *Valente Aug. V. & Valentiniano Juniore Aug.* Quæ cùm ita ſint, apparet duos ejuſdem nominis Valentinianos, alterum Valentiniani magni, alterum Valentis filium, diſtingui debere.

[v] Juſtina matre in villa quam Murocinctam appellant. Hócque concinenti omnium ſententia confirmato, Cerealis avunculus ejus ociùs miſſus, eumdem puerum lecticâ impoſitum duxit in caſtra: ſextóque die poſt parentis obitum Imperator legitimè declaratus, Auguſtus nuncupatur more ſollemni. Et licèt cùm hæc agerentur, Gratianum indignè laturum exiſtimantes, abſque ſui permiſſu Principem alium inſtitutum: [x] poſtea [y] [8] metûs ſollicitudine diſcuſſa vixêre ſecuriùs, quòd ille, ut erat benivolus [z] & peritus, conſanguineum pietate nimia dilexit & educavit.

8 *Mſ.* mens.

* Vide Adnotationum mearum in Socratem. pag. 50.* *Valeſ.*

v *Juſtina matre.*] Quæ Magnentio tyranno priùs nupſerat, ut ſcribit Zoſimus. Quo maximè refellitur fabula illa, quam refert Socrates in lib. 4. cap. 36. de digamia Valentiniani Majoris, qui duas uno tempore uxores habuerit. Ait enim Socrates, Severam Aug. cùm Juſtinam virginem præſtanti forma ſecum lavantem vidiſſet, pulchritudinem puellæ Valentiniano laudaviſſe: qui ſtatim ejus amore captus, eam uxorem adſciverit non repudiatâ Severâ. Virginem igitur fuiſſe dicit, quæ uxor fuerat Magnentii. *Idem.*

x *Poſtea metu ſollicitudine diſcuſſa*] Mſ. *mens ſollicitudine.* Corrige, *poſtea metus ſollicitudine diſcuſſa.* Idque omnino verum putamus. *Lindenbr.*

y *Metu ſollicitudine.*] Aſſentior Lindenbrogio ſic emendanti, *metûs ſollicitudine*, * ut in Mſ. Tol. ſcriptum reperi. * Ita vetus Auctor poſt Imperii Notitiam editus in deſcriptione Thoracomachi, *timoris ſollicitudinem* dixit. * In Mſ. Tol. [ac Colb.] ſcriptum eſt, *mens ſollicitudine.* * Valeſius. Sed non majori intervallo hinc diſtat *mentis ſollicitudine*, ut Cicero pro Cluentio cap. 10. *Qua ſollicitudine animi! quo timore?* Nihilominus quum conſidero acrius lectionem ſcriptam, dubitare incipio, an non potius inde ſit demendum, non addendum. Imo videtur certe auctor dediſſe, *Poſt tamen ſollicitudine.* Gron.

z *Et peritus.*] In Mſ. Vaticano & Regio, * Toloſ. * [ac Colbert.] legitur, *benivolus & pertus.* * De pietate Gratiani in fratrem Auſonius in Panegyrico: *Piiſſimo. Hujus verò locupletiſſimum teſtimonium eſt pater divinis honoribus conſecratus; ad inſtar filii ad Imperium frater adſcitus. Eâdem benevolentia & Theodoſium paullo poſt participem aſſumſit Imperii, cùm parvulum haberet & fratrem: avidior fide ſocietatis, quàm nimiæ poteſtatis*: ut ait Auguſtinus in lib. v. de Civitate Dei. * *Henr. Valeſius.* [Ceterùm aut apud Ammianum pro *pertus* legendum eſt *apertus*: ut Cæſar in libro de Bello Africo *Gallos homines apertos minimeque inſidioſos* appellavit: aut ſi legamus *peritus*, eo nomine deſignari putandum eſt, numeris omnibus abſolutum, vitiorum expertem, aut omni virtute adornatum atque perfectum. qualem Gratianum Aug. deſcribit Ammianus ipſe, quem in lib. XXXI. *moderatum* & *clementem*, & lectorum Principum æmulum fuiſſe tradit. Certè Ammianus in libro XVI. de Eutherio ſpadone loquens, peritum ita ſumit: *Ex omni latere autem ita peritum*, (ut Eutherium) *neque legiſſe neque audiſſe confiteor.*] Hadr. Valeſius.

Explicit Liber XXX.

AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM

LIBER XXXI

Incipit feliciter.

Hæc libro Ammiani Marc. XXXI continentur.

CAPUT I. *Cædis Valentis A. & cladis à Gothis inferendæ prodigia.*
C. II. *De Hunnorum, & Alanorum, aliarumque Scythiæ Aſiaticæ gentium ſedibus & moribus.*
C. III. *Hunni Alanos Tanaïtas armis aut pactis ſibi adjungunt, Gothoſque invadunt, ac ſuis ſedibus pellunt.*
C. IV. *Pars major Gothorum cognomine Thervingorum finibus ſuis expulſa, permiſſu Valentis à Romanis tranſportatur in Thraciam, obſequium & auxilia pollicita. Greuthungi quoque, pars altera Gothorum, furtim ratibus Hiſtrum tranſeunt.*
C. V. *Thervingi fame & inopiâ preſſi ac peſſimè habiti, Ducibus Alavivo & Fritigerno à Valente deficiunt, ac Lupicinum cum ſuis fundunt.*
C. VI. *Sueridus & Colias Gothorum Optimates, unà cum ſuis priùs recepti, cur rebellaverint, & cæſis Hadrianopolitanis, Fritigerno ſe adjunxerint, ad diripiendas Thracias converſi.*
C. VII. *Profuturus & Trajanus ac Richomeres pugnant æquo Marte cum Gothis.*
C. VIII. *Clauſi intra AEmimontanas Gothi, deinde à Romanis emiſſi, Thraciam rapinis, cædibus, ſtupris, incendiiſque fœdant, & Barzimerem Scutariorum Tribunum interficiunt.*
C. IX. *Frigeridus Dux Gratiani Farnobium Optimatem cum multis Gothis & Taifalis cædit: reliquis vita, & agri circa Padum dati.*
C. X. *Lentienſes Alamanni à Gratiani A. Ducibus prœlio ſuperati, Rege Priario etiam interfecto; & poſt deditionem datis Gratiano tironibus, domum redire permiſſi.*

C. XI. *Sebaſtianus Gothos ſpoliis onuſtos apud Berœam inopinantes concidit; paucos fuga ſervavit. Gratianus A. ad patruum Valentem properat, ei contra Gothos laturus auxilium.*

C. XII. *Valens A. ante adventum Gratiani cum Gothis pugnare conſtituit.*

C. XIII. *Gothi omnes in unum conjuncti, nimirum Thervingi ductu Fritigerni R. & Greuthungi ducibus Alatheo & Safrace, cum Romanis acie inſtructa confligunt, & fuſo equitatu, pedites nudatos atque confertos cum maxima ſtrage in fugam conjiciunt. Valens occiſus nuſquam comparuit.*

C. XIV. *Valentis A. virtutes, & vitia.*

C. XV. *Gothi victores Hadrianopolim oppugnant, ubi theſauros ſuos Valens & Imperatoria inſignia cum Præfecto & Conſiſtorianis reliquerat: & omnia fruſtra experti diſcedunt.*

C. XVI. *Gothi, Hunnorum Alanorumque copiis auro ſibi adjunctis, fruſtra Conſtantinopolim tentant: Qua arte Julius, Magiſter militum trans Taurum, Orientales provincias Gothis exoneraverit.*

CAPUT I. INTEREA & Fortunæ volucris rota, adverſa proſperis ſemper alternans, Bellonam [a] furiis in ſocietatem adſcitis armabat, mæſtóſque tranſtulit ad Orientem eventus, quos adventare præſagiorum fides clara monebat & portentorum. Poſt multa enim quæ vates auguréſque prædixêre veridicè, reſultabant canes ululantibus lupis, & querulum quiddam nocturnæ volucres tinniebant & flebile, & ſqualidi Solis exortus hebetabant matutinos diei candores: & Antiochiæ per rixas tumultúſque vulgares id in conſuetudinem venerat, ut quiſque vim ſe pati exiſtimaret, *Vivus ardeat Valens*, licentiùs clamitaret: vocéſque præconum audiebantur aſſiduè, mandantium congeri ligna ad [b] Valentini lavacri ſuccenſionem, ſtudio ipſius Principis conditi. Quæ hunc illi impendere exitum vitæ modo non apertè loquendo monſtrabant. Super his larvale ſimulacrum Armeniæ Regis, & miſerabiles umbræ paullo antè in negotio Theodori cæſorum, per quietem ſtridendo [c] carmina quædam nimiùm horrenda, multos diris terroribus agitabant. 1 [d] Vagula gurgulione confecto exanimis viſa eſt jacens: cujus mors publico-

1 *Mſ.* Vagulæ.

a *Furiis in ætatem adſcitis.*] Apparet emendandum eſſe, *furiis in ſocietatem adſcitis*, ut loqui ſolet Marcellinus noſter. *Valeſ.*

b *Valentini lavacri.*] Hoc Valentis lavacrum erat Antiochiæ, cujus meminit Evagrius in lib. 1. cap. 20. quod cùm incendio magna ex parte corruptum eſſet, Theodoſius Senior eidem reficiendo ducentas auri libras largitus eſt. *Idem.*

c *Carmina quidam nimium horrenda*] Ita recte ediderunt nuper Pariſini, quum in prioribus exſtaret *nimirum*, quod etiam ſic reſtitui debere adſcripſerat exemplari ſuo pater. Sed quum poſtea intelligeret in Vaticano codice legi *nimiarum*, ſupponebat *carmina quædam neniarum horrenda*. Conſulantur antiqui codices. *Gron.*

d *Tragula gurgulione confecto.*] Sic primus edidit Ma-

rum

rum funerum ærumnas indicabat amplas & pervulgatas. Denique [e f] cùm Chalcedonos ſubverterentur veteres muri, [g] ut apud Conſtantinopolim ædificaretur lavacrum, ordine reſoluto ſaxorum, in quadrato lapide qui ſtructura latebat in media, hi Græci verſus inciſi reperti ſunt, futura plenè pandentes:

[2] Ἀλλ' ὁπόταν νύμφαι δροσερῇ κατὰ ἄστυ χορείῃ
[h] Τερπόμεναι στρέψωνται ἐϋστεφέας κατ' ἀγυιὰς,
Καὶ τεῖχος λουτροῖο πολύστονον ἔσσεται ἄλκαρ.
[i] Δὴ τότε μυρία φῦλα πολυσπερέων ἀνθρώπων

2 *Mſ.* ΑΛΛΟΠΟΙΑΝ ΝΥΝΦΑΙΔΡΟΣΕΡΕ ΚΑΤΑ ΓΑΑΣ ΤΥΧΟΡΗΙΤΕΡΠΟΜΕΝΕΣ ΤΡΟΦΟΝΦΕΣ ΕΥΣΤΕΦΕΑ ΚΑΤΑ ΓΥΙΑΣ ΚΑΙ ΤΙΧΟΣΑ ΟΙΤ ΡΟΙΟΠω ΑΥΣΤΟ ΝΟΝ ΕΣΣΙ ΚΑΡΑΗΠΟΤΕΔΝΙΑ ΦΥΑΛΑ ΠΟΛΥΣΠΕΡΜΟΝΑΝ ΟΡω ΠωΠΙΣΤΟΡΟΥ ΚΛΑΨΡΟΟΙΟ ΠΟΡΟΝΤΑΣΥΝ ΕΧΜΗ ΚΑΙ ΣΚΥ ΕΙΚΗΝΛΕΤΙΧΟΡΗΝ ΚΑΙ ΜΥΣ ΔΑΓΑΙΝΙΠΑΙ ΟΝΗΣ ΔΕΤ ΗΒΑΤΑΣΥΝ ΕΛΤΙΣΙΜ ΑΙΝΟΜΕΝΗΣ ΤΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΒΙΟΤΟΙΟΤΕΛΟΣ ΚΑΙ ΔΗΡΕΙΝ ΕΦΕΖΕΙ.

---

riangelus Accurſius, mendoſè ut apparet. In Mſſ. autem Regio, Flor. & Valentino [ac Colb.]* & Toloſ.* legitur *Vagula*: fortaſſe pro *Aquila*. Præterea in codice Regio [& Colbert.] ſcriptum inveni, *gurgulione confecto*. Valeſ.

e *Cum Chalcedonos ſubverterentur veteres muri*] Rem eamdem ſimul & verſuum * (aliquibus tamen in locis variantium) * inſcriptionem, apud Socratem habemus, Hiſtor. Eccleſ. lib. 4. cap. 8. Zonar. & Cedren. * Hoſce verſus aliter ex Socrate, & ex Zonara tomo 3. legit Leopardus Variarum Emendationum libri 4. capite 15.* *Lindenbr.*

f *Cum Chalcedonos ſubverterentur vet. muri.*] Ob probra & convicia quæ Chalcedonenſes in Valentem jecerant Procopiani belli temporibus, ut refert Socrates in lib. 4. cap. 8. *Valeſ.*

g *Ut apud Conſtantinop. ædificaretur lavacrum.*] Conſtantianæ ſcilicet thermæ teſte ibidem Socrate. Zonaras tamen ac Cedrenus è lapidibus murorum Chalcedonenſium aquæductum Conſtantinop. ædificatum eſſe ſcribunt à Valente, ejuſque appellatum nomine: * opus ſanè memorabile, cujus meminit Themiſtius in Oratione decennali ad Valentem A. & Gregorius Nazianzenus in Orat. xxv. qui hunc Valentis aquæductum ſubterraneum & aërium fluvium eleganter appellat. Ita etiam Themiſtius in Amatorio ſeu de Regia pulcritudine ad Gratianum A. αἱ δὲ ὑποδεδραμηκυῖαι ἠλιβάτους πρῶνας ἔγγειοι καὶ ἐναέριοι, σαφηνῆ τὰ νῶτα ἀπεικασμέναι, πλέον ἢ σταδίους χιλίους ἄναντα καὶ κάταντα, οὔτε αὔλην οὔτε καλαύλην διαδεδραμηκυῖαι, καὶ οὔτε ὑποχυθεῖσαι, οὔτε ἐγχυθεῖσαι συνεφοίτησαν ὑπορρόφιοι. καὶ ἤκουσιν ἤδη περὶ τῶν πυλῶν.* Zonaras & Cedrenus tradunt, Nymphæum quoque à Præfecto urbis exſtructum eſſe, in cujus dedicatione populus choreis & epulis vacavit. Quod etiam relatum eſt à Socrate in dicto loco. Ceterùm in Socrate libentiùs Καρωσιανὰς legerem quàm Κωνσταντιανάς. Caroſianæ enim thermæ à Valente abſolutæ & dedicatæ ſunt poſt Conſulatum Gratiani III. & AEquitii, agente Præfecto urbis Conſtantinop. Vindalonio Magno, ut ſcribit Idatius in Faſtis & auctor Chronici Alexandrini: & à Caroſia Valentis filia nomen traxere teſte Sozomeno in lib. 6. *Idem.*

h ΤΕΡΠΟΜΕΝΑΙ ΣΤΡΟΦΩΝΤΕΣ.] Ita primus excudi fecit Accurſius. At in Mſ. Florentino legitur, στρεφόντες teſte Lindenbrogio. Ego verò ſuſpicor ſcribendum eſſe τερπόμεναι στρέψωνται: quamquam apud Socratem in lib. 4. cap. 8. legitur, στήσονται: cui ſubſcribunt Zonaras, Cedrenus, Nicephoruſque Calliſtus. Sed cùm in primo verſu δροσερῇ χορείῃ ex Mſſ. ediderimus, στήσονται hìc convenire non poteſt. *Valeſ.* Primo ſic edidi, quum mihi diſpliceret Hadrianus interpolans in ſua editione manum fratris ſui edenſque στροφόντες quum vere reddiderit Henricus, ut nunc exhibeo, niſi typis ea mutatio attribui debet: etſi Henricum miror, cur ei voci accentum appoſuerit, qui nullus eſt apud Lindenbrogium. Magis vero miror, cur ad talem mutationem auſus fuerit diſcedere, quam nullo genere Codices veteres approbant. Quin tu ex illis hoc habe veriſſimum, τερπόμεναι στρόφον ἔσαν. Ut enim apud Heſychium ἔσας ἐκάθισας: ἔσεν ἐνέδυσεν, εἶσεν, ἐκάθισεν, ſic horum verſuum auctor ἔσαν dixit, & στρόφον ductum: canalium per partes varias urbis. Gron.

i ΔΗ ΤΟΤΕ ΟΥΝΙΑ ΦΥΛΑ.] In Mſ. Flor. [ac Colb.] & Editione Aug. legitur, οὔνια φῦλα: unde quiſpiam non abſurdè conjecerit ſcribendum potiùs eſſe, Δὴ τότε οὔνια φῦλα: ſed in Socrate & Zonara aliiſque ſuprà citatis legitur Δὴ τότε μυρία φῦλα: & huic verſui ſubjicitur ab iiſdem Auctoribus hic alter, qui in noſtris codicibus deerat.

Ἄγρια, μαρμαίροντα, (al. μαργαίνοντα) κακὴν ἐπιειμένα ἀλκήν.

* Certè οὔνια φῦλα ferri non poteſt: cùm heic de Gothis ſermo ſit, non de Hunnis * *Valeſ.* Crediderim ex hoc loco ſervaviſſe Heſychium Δοῦια, ὅμοια, quam vocem vides ad lectionem, quam in Mſſ. eſſe teſtantur Lindebrogius æque ac Valeſius & præſes editionis Auguſtanæ. Ut prædicantur omnigena gentium ſeptentrionalium genera atrocitate & feris animis & vaſtandi cupiditate congruentia collectum iri. *Gron.*

Ἴστρου καλλιρόοιο [k] πόρον περόωντα σὺν αἰχμῇ,
Καὶ σκυθικὴν ὀλέσει χώρην καὶ μυσίδα γαῖαν.
Παιονίης δ' ἐπιβάντα σὺν ἐλπίσι μαινομένῃσιν
Αὐτοῦ καὶ βιότοιο τέλος [l] καὶ δῆρις ἐφέξει.

CAP. II. Totius autem ſementem exitii & cladum originem diverſarum, quas Martius furor incendio ſolito miſcendo cuncta concivit, hanc comperimus cauſam. [m] Hunnorum gens, monumentis veteribus leviter nota, [n] ultra paludes Mæoticas glacialem Oceanum accolens, omnem modum feritatis excedit. Ubi quoniam ab ipſis naſcendi primitiis [o] infantum ferro ſulcantur altiùs genæ, ut pilorum vigor tempeſtivus emergens corrugatis cicatricibus hebetetur, ſeneſcunt imberbes abſque ulla venuſtate, ſpadonibus ſimiles: compactis omnes firmíſque membris, & opimis cervicibus: [3] prodigioſæ formæ & pandi, ut bipedes exiſtimes beſtias, vel quales [p] in commarginandis pontibus effigiati ſtipites dolantur incomptè. [q] In hominum autem figura [4] licèt

3 *Mſ.* prodigioſe formæ. 4 *Mſ.* licet.

k ΠΟΡΟΝ ΠΕΡΑΟΝΤΑ.] In Mſ. Flor. [& Colb.] & Editione Aug. περόντα legitur duabus ſimul confuſis dictionibus. Nec dubito, quin (ut apud Socratem legitur ac ceteros) ſcribendum ſit, πόρον διαβάντα. Valeſ. Cujus notam ſic purgavi ex priore editione, quum mendoſe nuper Pariſiis ederent βάιλα πόρον διαβάντα, quod futile. Ceterum illud ὀλέσει in ſequente verſu comperior extare tantum in editione Auguſtana, ubi exhibetur ΟΛΕΣΙ, quum Lindebrogius tantum ΛΕΣΙ, quod vide an non fuerit λήσει. Gron.

l ΚΑΙ ΔΗΡΙΣ ΕΦΕΞΕΙ.] In codicibus quidem noſtris ſcriptum erat δῆρον ιεῖζει: unde conjectura ductus emendavi δῆρις ἐφέξει. At in Socrate & citatis Auctoribus legitur καὶ πότμον ὀλέσσοι, minus rectè: dicendum enim erat ὀλέσει, ſi tamen in uſu eſt. Ceterùm hos Græcos verſus poſt Langium & Chriſtophorſonum Latinè ſic vertimus:

Tempore quo liquidas agitabunt urbe choreas,
Lætáque ſubſilient hilares per compita Nymphæ,
Ac funeſta dabit murus monimina thermis:
Tunc fortes populi variis è gentibus orti
Trajicient armis Hiſtri ſpecioſa fluenta,
Vaſtabúntque agros Mœſos atque arva Scytharum.
Aſt ubi Pannoniam attigerint, majora parantes,
Hos illic fatum & Martis violentia ſiſtet. Idem.

m *Hunnorum gens monumentis veteribus leviter nota*] De Hunnis eorumque ſedibus ac moribus vide Zoſim. lib. IV. Sozomen. lib. VI. cap. 37. Agath. lib. V. Jordan. de reb. Getic. Hiſtor. Miſcel. lib. XII. * Reginon. Prumienſ. lib. 2. pag. 44. b. * *Lindenbr.*

n *Ultra paludes Mæoticas glacialem Oceanum accolens.*] De Hunnorum ſitu idem tradit Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ: & ex profeſſo Procopius tum in lib. I. Perſicorum, tum in 4. Gotthicorum. *Valeſ.*

o *Infantium ferro ſulcantur altius genæ.*] Idem prodit Jordanes in Geticis, cujus verba ex Marcellini noſtri Hiſtoriis tranſlata eſſe non dubito. Sic enim ait de Hunnis: *Nam maribus ferro genas ſecant, &c. Hinc imberbes ſeneſcunt, & ſine venuſtate ephebi ſunt, quia facies ferro ſulcata tempeſtivam pilorum gratiam per cicatrices abſumit.* Porrò hanc cauſam eſſe cur imberbes ſint Hunni, libenter & Ammiano noſtro & Jordani conceſſerim. Sed tamen aliam quoque ejus rei cauſam mihi videor deprehendiſſe. Obſervavi enim Hunnos in luctu genas cultris convulnerare ſolitos eſſe. Sic enim de Cutriguris, quæ Hunnorum gens eſt, narrat Agathias in lib. 5. οἰμωγή τε ἠκούετο μακρὰ βαρβαρική. τοῖς γὰρ ξιφιδίοις τὰς παρειὰς καταξέοντες ὠλοφύροντο κατὰ τὸν πάτριον νόμον. *Et gemitus barbarorum ingens exaudiebatur. Genas enim pugionibus concidentes, more patrio lugebant.* Et apud Menandrum Protectorem in lib. 8. Hiſt. Turxathus Dilzibuli * vel Dizabuli * filius, Turcorum Princeps, cùm patri nuper mortuo exſequias celebraret, Romanorum legatos genas ſibi unà cum reliquis Turcorum laniare jubet: δέον ὑμᾶς, ὦ Ῥωμαῖοι, καταχαράττειν τὰ πρόσωπα ταῖς μαχαίραις, &c. Ex quibus intelligendi ſunt Sidonii verſus in Panegyrico ad Avitum, quos nemo adhuc interpretatus eſt:

Vulnere vel ſi quis plangit, cui fleſſe feriſſe eſt,
Ac ferro peraraſſe genas, vultúque minaci
Rubra cicatricum veſtigia defodiſſe. Idem.

p *In commarginandis pontibus*] Ita Sidon. Apoll. lib. IV. Epiſt. 20. *Viridantia ſaga limbis marginata puniceis.* Lindenbr.

q *In hominum figuras. Sic & in ſua vita.*] Quis hujus ſcripturæ auctor fuerit, incompertum habeo. Nam Accurſius quidem ſic ediderat: *In hominum autem figura ſic & in ſua vita viſi ſunt aſperi, &c.* In Regio autem exemplari, * Toloſano, * [& Colbert.] ita ſcriptum inveni: *In hominum autem figura licet in ſua vita niſi ſunt aſperi, &c.* quemadmodum in duobus Vaticanis codicibus legitur. Proinde ita à Marcellino ſcriptum eſſe conjicimus: *In hominum autem figura ſic & inſuaves ſunt &*

inſuavi ita viſi ſunt aſperi, ut neque igni, neque ſaporatis indigeant cibis, ſed radicibus herbarum agreſtium & ſemicruda cujuſvis pecoris carne veſcantur, quam inter femora ſua & equorum terga ſubſertam, fotu calefaciunt brevi. AEdificiis nullis unquam tecti: ſed hæc velut ab uſu communi diſcreta ſepulcra declinant. Nec enim apud eos vel arundine faſtigatum reperiri tugurium poteſt. Sed vagi montes peragrantes & ſilvas, pruinas, famem, ſitímque perferre ab incunabulis aſſueſcunt. Peregrè tecta niſi adigente maxima neceſſitate non ſubeunt: nec enim apud eos ſecuros exiſtimant eſſe ſub tectis. Indumentis operiuntur linteis, vel [r] ex [ſ] pellibus ſilveſtrium murium conſarcinatis: nec alia illis domeſtica veſtis eſt, alia forenſis. Sed ſemel obſoleti coloris tunica collo inſerta non antè deponitur aut mutatur, quàm diuturna carie [t] in pannulos defluxerit defruſtata. [v] Galeris incurvis capita tegunt; hirſuta crura coriis munientes hædinis: eorúmque calcei formulis nullis aptati, [x] vetant incedere greſſibus liberis. Quâ cauſâ ad pedeſtres parum accommodati

aſperi. aut certè: *In hominum autem figura licèt inſuavi, ita viſi ſunt aſperi, &c.* Sanè ejuſmodi ferè ſcripturam hujus loci fuiſſe docet Jordanes in Geticis, qui hæc Marcellini noſtri verba ſic imitatus eſt. *Hi verò ſub hominum figura vivunt belluinâ ſævitiâ.* Henr. Valeſ. [Hi porrò in codice Colb. vocantur modò *Hunni*, modò *Huni*; necnon *Chini* ac *Chuni.*] Hadr. Valeſ. Quum poſterior viri doctiſſimi conjectura accedat proprius ad veterem lectionem; tum quod in omnibus Mſſ. libris occurrit *niſi*, non *viſi*, ejus certe debuit ratio ſanctior haberi, & illud, non hoc attendi. Tum quæſo cur viſos fuiſſe dicat, quam potius ſimpliciter & verè tales fuiſſe? Unde niſi fallor patebit veram Marcellini manum fuiſſe *In hominum autem figura licet inſuavi, tam hi ſunt aſperi.* Gron.

r *Ex pellibus ſilveſtrium murium.*] Hæ pelliculæ odoratæ erant, ut præter Helmodum in lib. 1. Chronici Sclavorum, docet D. Hieronymus in lib. 2. contra Jovinianum his verbis: *Odoris autem ſuffitus & diverſa thymiamata, amomum, cyphi, œnanthe, muſcus & peregrini muris pellicula.* Idem in Epitaphio Marcellæ viduæ ſub initium, *fragrare muſco, mure, &c.* [Jordanes in Geticis ſcribit, pelles murinas ab Hunnuguris, quæ gens Hunnica eſt, in orbem Romanum importari. Priscus ait Hunnorum Reges pellibus ferarum ad ornatum uti.] *Valeſ.*

ſ *Pellibus ſilveſtrium murium*] Jordan. in Hiſtor. Goth. *Hunnguri hinc ſunt noti, quia ab ipſis pellium murinarum venit commercium.* De Scythis Juſtinus ex Trogo lib. 2. *Lanæ iis uſus ac veſtium ignotus: & quamquam continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis ac murinis utuntur.* * Seneca Epiſt. 90. *Magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium, quæ tactu mollia & impenetrabilia ventis ſunt.* Ivo Carnot. Epiſt. 49. *Complices quos ſibi pelliculis peregrinorum murium atque aliis hujuſmodi vanitatum aucupiis ineſcaverat.* * Illæ ipſæ autem pelles ſunt, quas poſterior ætas *marturinas* vocat. Helmoldus Chron. Slavor. lib. 1. cap. 1. *Pellibus abundant peregrinis, quarum odor letiferum noſtro orbi ſuperbiæ venenum propinavit. Et illi quidem ut ſtercora hæc habent, ad noſtram, credo, damnationem, qui ad marturinam veſtem anhelamus, quaſi ad ſummam beatitudinem. Itaque pro laneis indumentis, quas nos appellamus faldones, illi offerunt tam pretioſos martures.* Vide AElianum de Animal. lib. XVII. cap. 17. *Lindenbr.*

t *In pannulos defluxerit defruſtata*] Meliorum codd. hæc lectio eſt. Gloſſar. *Conciſus, fruſtatus.* Ammian. lib. XX. *Defruſtandæ Meſopotamiæ opitulari.* Sidonius Apoll. lib. IX. Epiſt. 9. *Maxima ex magnis capita defruſtans.* Reſtituimus jam olim eodem modo locum L. Flori lib. 2. pag. 37. *Punicæ prædæ omnibus promontoriis inſuliſque fruſtarentur & fluitarent.* Perperam enim hactenus, antequam Gallicana Editio prodiit, *fruſtrarentur* lectum eſt. *Lindenbr.*

v *Galeris incurvis capita tegunt.*] Hieronymus in Epitaphio Nepotiani tiaras vocat. Poſtquàm enim Romanos ab Hunnis vinci & fugari memoravit, ſubjicit: *Nec amputamus cauſas morbi, ut morbus pariter auferatur: ſtatimque cernamus ſagittas pilis, tiaras galeis, caballos equis cedere.* Valeſ.

x *Vetant incedere greſſibus liberis.*] Hinc ἄποδες & ἀκροσφαλεῖς Hunni dicuntur ab antiquo Scriptore apud Suidam: ὁ δ' ἐκέλευσε χωρεῖν ἐπὶ τοὺς ἄποδας καὶ ἀκροσφαλεῖς Οὔννους. ἄνευ γὰρ ἵππων οὐ ῥᾳδίως ἂν Οὖννος τὴν γῆν πατήσειεν. *Ille verò juſſit ut contra truncos & in inceſſu titubantes Hunnos procederent. Neque enim Hunnus abſque jumento facile ambulaverit.* [Itaque meritò indignatur Hieronymus in Epitaphio Nepotiani: *Proh pudor! fugit Rom. exercitus, victor orbis & dominus. Ab his vincitur, hos pavet, horum terretur adſpectu, qui ingredi non valent, qui ſi terram tetigerint, ſe mortuos arbitrantur.* Adde Zoſimum pag. 747. Quod ſuprà Hieronymus ait, *Romanum exercitum Hunnos pavere, & horum terreri adſpectu*; idem Jordanes de rebus Geticis affirmat: *Quos bello forſitan minimè ſuperabant, vultus ſui terrore nimium pavorem ingerentes*

ſunt pugnas: verùm [y] [z] equis propè affixi duris quidem, ſed deformibus, & muliebriter iiſdem nonnumquam inſidentes, funguntur muneribus conſuetis. [a] Ex ipſis quivis in hac natione pernox & perdius emit & vendit, cibúmque ſumit & potum, & inclinatus cervici anguſtæ jumenti, in altum ſoporem adusque varietatem effunditur ſomniorum. Et deliberatione ſuper rebus propoſita ſeriis, hoc habitu omnes in commune conſultant. Aguntur autem nulla ſeveritate regali, ſed tumultuario Optimatum ductu contenti, perrumpunt quidquid inciderit. Et pugnant nonnumquam laceſſiti, ſed ineuntes prœlia cuneatim variis vocibus ſonantibus torvum. Utque ad pernicitatem ſunt leves & repentini; ita [b] ſubitò [c] de induſtria diſperſi [5] vigeſcunt, & [d] incompoſita acie cum cæde vaſta diſcurrunt: nec invadentes vallum, nec caſtra inimica pilantes præ nimia [e] [f] rapiditate cernuntur. Eóque omnium acerrimos facilè dixeris bellatores, quod [g] procul [h] miſſilibus telis, acutis oſſibus pro ſpicu-

5 *Mſ.* jugeſcunt.

fugabant. Addit fuiſſe eos deformes, nigros, ſtaturâ breves, parvis oculis & torvis, ſimis naribus, & ob ſectas ferro genas imberbes. Unde ab Ammiano beſtiis comparantur bipedibus, & *pandi* omnes ac *prodigioſæ & inſuavis* formæ fuiſſe dicuntur. Calcei ſine formulis rectè convenienterque fieri non poſſunt. At Hunnorum calcei informes erant, ac ipſorum pedibus minimè conveniebant, utpote formulis nullis aptati, quas ſutores vel Cordubanarii noſtri vulgò *formas* hodieque vocitant *des formes*. Quare Hunni malè calciati, liberè & facilè ingredi non valebant: atque ſi terram tetigiſſent, actum de ſe arbitrabantur: quippe qui pedibus hoſtem inſequentem effugere, ac mortem evadere ſe non poſſe intelligerent.] *Valeſ.*

y *Equis propè affixi duris quidem, ſed deformibus & muliebriter iiſdem nonnumquam inſidentes*] Veriſſima hæc ſunt: atque eo modo Gubazen Lazorum Regem equo inſediſſe, cùm à Johanne Byzantio pugione * vulneratus ad terram proſterneretur, * Agathias lib. III ſcribit. ἐτύγχανε γὰρ (inquit) ἐναλλάγδην ἔχων τὼ πόδε ὑπὲρ τὸν αὐχένα τοῦ ἵππου. Quem geſtum etiamnunc in ruſticis perſæpe videmus. Ergo *muliebriter equo inſidere*, eſt κατὰ πλευρὰν τὼ πόδε ἔχειν, ἢ ἐναλλάγδην: cui contrarium περιβάδην. Achill. Tatius de amorib. Clitophontis & Leucip. lib. I. ἡ παρθένος μέσοις ἐπεκάθητο τοῖς νώτοις τοῦ βοὸς, οὐ περιβάδην, ἀλλὰ κατὰ πλευρὰν, ἐπὶ δεξιὰ συμβᾶσα τὼ πόδε, τῇ λαιᾷ τοῦ κέρως ἐχομένη, ὥσπερ ἡνίοχος χαλινοῦ. Quod & ipſum in nummis antiquis apud Anton. Auguſtinum Epiſc. Ilerd. apparet lib. III. pag. 85. *Lindenbr.*

z *Equis prope adfixi.*] Sic Claudianus in libro primo in Rufinum de Hunnis:

Nec plus nubigenas duplex natura biformes
Cognatis aptavit equis. Valeſ.

a *In ipſis quivis.*] In codice Regio, [& Colbert.] * ac Toloſ. * & Auguſtana Editione legitur: *Et ipſi quivis, &c.* Unde adducor ut credam ſic à Marcellino ſcriptum fuiſſe. *Ex ipſis* (ſupple *equis*) *quivis in hac natione pernox & perdius emit & vendit, &c.* Idem.

b *Subito de induſtria diſperſi vigeſcunt.*] Hic prælian-di mos erat Hunnorum, ut Claudianus quoque canit lib. 2. in Rufinum:

--- *acerrima nullo*
Ordine mobilitas, inſperatique recurſus:

& Agathias in lib. I. de Narſete, qui à Francorum copiis premebatur: βαρβαρικήν τινα στρατηγίαν καὶ μᾶλλον τοῖς Οὔννοις μεμελετημένην ἐμηχανᾶτο. ἐκέλευε γὰρ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν στρέψαντας τὰ νῶτα ἐς τὰ ὀπίσω ἀναχωρεῖν, &c. *Narſes barbarum quoddam & Hunnis magis uſitatum ſtrategema excogitavit. Suos enim terga vertere juſſit, &c.* Idem in fine libri v. Hunnos cùm fugiunt, infeſtiores magiſque timendos eſſe ſcribit, quippe qui averſi ſequentem hoſtem ſagittis inceſſant. Et his artibus Hunni Gothis ſuperiores evaſere. Partim enim circumequitando, partim excurrendo & opportunè retrocedendo, jaculantes ex equis maximam Gothorum cædem fecere, teſte Zoſimo, pag. 747. Ceterùm hîc emendavi *vigeſcunt* ex codice Regio & Valentino, [ac Colbert.] *Idem.*

c *De induſtria diſperſi lugeſcunt*] Mſ. *diſperſi jugeſcunt*. neutrum placet. * Loiſell. legit *vigeſcunt*, id eſt, vigorem & animos capiunt. * *Lindenbr.*

d *Et impoſita acie*] Scribendum puto, *& incompoſita acie.* Valeſ.

e *Parte decernimtur*] Ir. *parte cernuntur.* Lindenbr.

f *Parte decernuntur.*] In codice Regio [& Colbert.] * Toloſ. & Vatic. * legitur, *parit decernuntur.* Unde ſic corrigendum arbitror: *Nec invadentes vallum, nec caſtra inimica pilantes præ nimia rapiditate cernuntur.* Valeſ.

g *Procul miſſilibus telis.*] Procopius in principio libri 2 Goth. ait Hunnos eſſe ἱπποτοξότας ἀρίστους, id eſt optimos ex equo ſagittarios, & inter equitandum peritiſſimè jaculari. Gothos contrà pedites jaculari ſcribit in lib. I. Goth. Equites enim Gothorum haſtâ dumtaxat & gladio utuntur: quo fit ut ab Hunnis longè ſuperentur. *Valeſ.*

h * *Miſſilibus telis acutis oſſibus arte mira coagmentatis*] Id uſitatum omnibus Germanis fuit, ut ait Tacitus de

lorum acumine arte mira coagmentatis, [i] ſed diſtinctis: comminus ferro [k] ſine ſui reſpectu confligunt, [l] hoſtéſque dum mucronum noxias obſervant, [m] contortis laciniis illigant, ut laqueatis reſiſtentium membris [n] equitandi vel gravandi adimant facultatem. Nemo apud eos arat, nec ſtivam aliquando contingit. Omnes enim ſine ſedibus fixis, abſque lare vel lege aut ritu ſtabili diſpalantur, ſemper fugientium ſimiles, [o] cum carpentis in quibus habitant: ubi conjuges [6] [p] tætra illis veſtimenta contexunt, & coëunt cum maritis, & pariunt, & aduſque pubertatem nutriunt pueros. Nullúſque apud eos interrogatus, reſpondere unde oritur poteſt, alibi conceptus, natúſque procul, & longiùs educatus. Per inducias infidi, inconſtantes, [q] ad omnem auram incidentis ſpei novæ perquàm mobiles, totum furori incitatiſſimo tribuentes. Inconſultorum animalium ritu, quid honeſtum inhoneſtúmve ſit penitus ignorantes: flexiloqui & obſcuri, nullius religionis vel ſuperſtitionis reverentiâ aliquando diſtricti: auri cupidine immenſa flagrantes: adeo permutabiles, & iraſci faciles, ut eodem aliquoties die à ſociis nullo irritante ſæpe deſciſcant, itidémque propitientur nemine leniente. Hoc expeditum indomitúmque hominum genus, externa prædandi aviditate flagrans immani, per rapinas finiti-

6 *Al.* conjuges ex villis veſt.

Moribus German. *Sola in ſagittis ſpes, quas inopiâ ferri oſſibus aſperant.* * Lindenbr.

i *Sed diſtinctis.*] Ita Mariangelus Accurſius edidit: ſed in exemplari [Colbert.] * & Toloſ. * ac Regio ſcriptum inveni, *ſed diſtint......* Valeſ.

k *Sine vi reſpectu con......*] Apparet ſcribendum eſſe, *ſine ſui reſpectu confligunt*: quemadmodum loqui ſolet Marcellinus cùm alibi, tum in lib. XXIX. Idem.

l *Hoſteſque dum mucronum noxias obſervant, contortis laciniis illigant.*] Ars hæc bellandi Scythiæ populis uſitata, ut ex Herodoto, Pauſania, aliiſque Scriptoribus conſtat. * Val. Flaccus Argon. lib. 6. pag. 144.

Doctus & Anchates patulo vaga vincula gyro
Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.

Lipſ. notat in Analect. ad milit. pag. 284. 4 De Alanis Egeſippus lib. V. cap. 50.. *Laqueos jacere atque hoſtem innectere, ars Alanis bellandique mos eſt.* Vide Joſeph. Belli Jud. lib. 7. *Lindenbr.*.

m *Contortis laciniis illigant.*] Hunnis id familiare fuiſſe docet Sozomenus in lib. VII. cap. 25. ubi de Theotimo Tomorum in Scythia Epiſcopo loquitur: quem Hunnus quidam opulentum ratus, cùm illaqueare vellet, manum quâ laqueum conjecerat, areſcere ſenſit. Sed & Scytharum reliquæ gentes eo aſtu in prœliis utebantur. De Jaxamatis quidem id refert Mela in fine lib. I. de Auchatis Valerius Flaccus in 6.

Doctus & Auchates patulo vaga vincula gyro
Spargere, & extremas laqueis abducere turmas.

De Parthis etiam, qui à Scythis originem ducunt, vetus Auctor apud Suidam in σειρῆς. Omitto Alanos, de quibus idem tradit Joſephus & Hegeſippus. [Sed & Pauſanias in Atticis ſcribit, Sarmatas idem factitâſſe: & Jaxamatarum oſtio Tanaïs proximorum feminas ex equis pugnare ſcribit Mela libri I. capite ult. & *quos laqueis interceperunt hoſtes, trahendo conficere.*] Valeſ.

n *Equitandi vel gravandi.*] Sic edidit primus Hadrianus; qui quum in præfatione ſe defendat idque auctoritate codicis Colbertini, hactenus ſequor, quum alioquin & τὸ *gradiendi* ſatis locum ſuum tueatur, ſed vincat veritas antiqui calami. *Gron.*

o * *Cum carpentis in quibus habitant.*] Tertullianus adverſus Marcionem libri I. capite I. *Gentes* (inquit) *férociſſimæ inhabitant* (*Pontum*) *ſi tamen habitatur in plauſtro. Sedes incerta, vita cruda, libido promiſcua, & plurimum nuda. Etiam quum abſcondunt, ſuſpenſis de jugo pharetris indicibus, ne temere quis intercedat.* * Lindenbr.

p *Tætra villis veſtimenta.*] Claudianus in Rufinum lib. I. de Hunnis:

--- *triſtes habitus, obſcenaque viſu Corpora.*

Atri ſcilicet coloris veſtibus Hunni erant amicti. Unde & Marcellinus in ſuperiore pagina obſoleti coloris tunicam eiſdem tribuit. Pæne monere omiſeram in Regio codice legi, *tetra illis veſtimenta*, quod magis placet: * & in Toloſ. ac Vatic. codicibus legitur: [in Colb. *terra.*] Valeſ.

q *Ad omnem auram incidentes.*] Scribendum omnino eſt, *ad omnem auram incidentis ſpei novæ perquàm mobiles*: quod quidem Marcellinus noſter imitatus videtur ex Livio, qui in lib. XXIX. dicit, *mercede parari auxilia ex Afris, gente ad omnem auram ſpei mobili atque infida.* Idem.

morum graſſatum & cædes, aduſque [7] [r] Alanos pervenit, [ſ] [t] veteres Maſſagetas: qui unde ſint, vel quas incolant terras, (quoniam huc res prolapſa eſt) conſentaneum eſt demonſtrare, geographica perplexitate monſtrata, [v] quæ diu multa luda .... & varia, tandem reperit veritatis interna...*..* ...ad.. [x] Hiſter advenarum magnitudine fluenti Sauromatas prætermeat aduſque amnem Tanaïm pertinentes, qui Aſiam terminat ab Europa. [y] Hoc tranſito, in immenſum extentas Scythiæ ſolitudines [z] Alani inhabitant, ex montium appellatione cognominati, paullatimque nationes conterminas crebritate victoriarum attritas ad gentilitatem ſui vocabuli traxerunt ut Perſæ. Inter hos Neuri mediterranea incolunt loca, vicini verticibus celſis, quos prærupto gelúque torquentes aquilones adſtringunt. [a] Poſt quos [b] Budini ſunt, &

7 *Mſ.* Adalam.

r *Aduſque Achaiam pervenit.*] Longè aliter in Mſſ. codicibus Regio, Flor. ac Valentino, * Toloſ. Vatic. * [& Colbert.] legitur, *aduſque Adalam*: quod cùm Accurſius minimè intelligeret, audacter emendavit *aduſque Achaïam*, contra Hiſtoriæ fidem. Neque enim Hunni iis quidem temporibus aduſque Achaïam penetraſſe dicuntur. Sed procul dubio emendandum eſt, *aduſque Alaniam pervenit*: quod confirmatur ex cap. 3. ubi Marcellinus noſter inſtitutam Hiſtoriæ ſeriem repetens, ſic ait: *Igitur Hunni pervaſis Alanorum regionibus, &c.* Adde, quòd niſi ita legatur, ſequentia cum antecedentibus minimè cohærebunt. Sequitur enim digreſſio & παρέκβασις de Alanis; ut ſatis appareat ſermonem de illis priùs habitum fuiſſe. Poſtremò Jordanes in Geticis ait, ab Hunnis ſuperatos eſſe Alanos: quod ex Marcellino, ut pleraque de Hunnis ibi relata, mutuatus eſt. Annon enim ex hoc Marcellini noſtri loco illa Jordanis exſcripta ſunt? *Quod genus expeditiſſimum, & multarum gentium graſſatorem Getæ, ut viderunt, expaveſcunt.* Valeſ.

ſ *Reſtant Maſſagetæ.*] Vide Strabon. lib. XI. Dionyſ. Alex. pag. 98. *Lindenbr.*

t *Reſtant Maſſagetæ*] Sic Mariangelus Accurſius edidit. Ego verò cùm in codice Regio, * Toloſ. * [& Colb.] ſcriptum invenerim, *Res Maſſagetæ*, in ſuſpicionem hanc adductus ſum, ut truncatum ac mutilum hunc eſſe locum exiſtimarem, atque hoc ferè modo eſſe ſupplendum, *aduſque Alanos pervenit, veteres Maſſagetas: qui unde ſint, &c.* Quæ conjectura non mediocriter confirmatur ex lib. XXIII. ubi dicit Marcellinus, *& Maſſagetas quos Alanos nunc appellamus, &c.* Valeſ.

v *Quæ diu multa luda ... & varia.*] Siquidem ita eſt clare in libris antiquis, ſive per confuſionem trium linearum III. exſtitit in editionibus *lu*, quum deberet inde colligi τὸ *in*; certe alterutrorum aberrationem exiſtimans, non ambigo quin ſcripſerit Ammianus, *quæ diu multa indago & varia.* Gron.

x *Hiſter advenarum.*] Hic locus ſic commodè ſuppleri poteſt: *Hiſter advenarum auctus magnitudine fluentorum, &c.* quemadmodum loquitur Marcellinus in lib. XV. de Rhodano, & in fine libri XVIII. ut notavi ad hunc locum ſuprà. *Valeſius.* Poteſt certe. Sed unde colligetur illa manus Ammiani? quum τὸ *auctus* ſine ullo veteris libri indicio immittatur, ubi nullus eſt in Mſſ. hiatus. Lenius certe erit in anteceſſum, dum clariora producantur, adjuvare ita. *Fluminum adauctus* vel *adoleſcens Hiſter advenarum magnitudine fluenti.* Vides nihil a me mutari. Literæ *ad* oſtentant prorſus vocem *adauctus*, vel *adoleſcens*. Genitivus *advenarum* cogit credere præceſſiſſe ſubſtantivum vel *fluminum* vel *fluviorum* vel *amnium*, vel *aquarum*, ut lib. XXIII. *Per ſupercilia riparum fluvialium, aquis adoleſcentibus undique convenis.* Gron.

y *Hoc tranſito.*] Supple *Hiſtro*. Alani enim ſupra Hiſtrum incolebant, Europææ Sarmatiæ populi. ut præter Dionyſium Characenum tradit Plinius in lib. 4. Oroſius in 1. & Tzetzes in Lycophronem. Sed Procopius in lib. 4. Goth. Alanos regionem illam quæ à Caucaſo ad Caſpias partas extenditur, incolere ſcribit. Ptolemæus verò Alanos Aſiaticos ab Europæis Alanis diſtinguit, contra quàm Marcellinus. Nam Europæos Alaunos vocat à montibus Alanis ita dictos: Aſiaticos verò Alaunos Scythas ab Alanis montibus cognominatos in Scythia cis Imaum montem collocat. *Valeſ.*

z *Alani inhabitant, ex montium appellatione cognominati.*] Euſtathius in Dionyſ. Ὅτι Ἀλανὸς ὄρος Σαρματίας, ἀφ' οὗ τὸ ἔθνος οἱ Ἀλανοὶ ἔοικεν ὀνομάζεσθαι. * Ineptit Iſidorus, dum à Lano fluvio Alanos dictos putat, Origin. libro 9. capite 2. * *Lindenbr.*

a *Poſt quos Vidini ſunt.*] Herodotus *Budinos* vocat: item Pompon. Mela lib. 1. cap. 20. Plinius lib. IV. cap. 12. *Idem.*

[b *Poſt quos Vidini ſunt, & Geloni.*] In Mſ. Colbert. legitur *Nidini*, quod nomen cùm non intelligerent Critici, in *Vidini* mutavere. *Vidini* autem ſeu *Bidini* poſitum pro *Budini*: quam gentem Geographi in eo tractu collocaverunt. *Budinos* Gelonis proximos facit Pomponius Mela in libri 1. capite ultimo, de quibus & Plinius. *Neuros* idem Pomponius in Scythia Europæa collocat: qui in Ammiani codice Colbertino *Nervi* vocantur: quà

[c] Geloni perquam feri, qui detractis peremptorum hoſtium cutibus indumenta ſibi, equiſque tegmina conficiunt, [d] bellatrix gens. Gelonis [e] Agathyrſi conlimitant, interſtincti colore cæruleo corpora ſimul & crines: & humiles quidem minutis atque raris, nobiles verò latis, fucatis & denſioribus notis. Poſt hos [f] [g] Melanchlænas & Anthropophagos palari accepimus per diverſa, humanis corporibus victitantes: quibus ob hæc alimenta nefanda deſertis, finitimi omnes longa petiere terrarum. Ideóque plaga omnis Orienti æſtivo objecta, uſquedum venitur ad Seras, inhabitabilis [8] manſit. Parte alia prope Amazonum ſedes Alani ſunt Orienti adclines, diffuſi [h] per populoſas gentes & amplas, Aſiaticos vergentes in tractus, quas dilatari aduſque Gangen accepi fluvium, interſecantem terras Indorum, maréque inundantem auſtrale. Ibi partiti per utramque mundi plagam Alani (quorum gentes varias nunc recenſere non refert) licèt dirempti ſpatiis longis, per pagos, ut Nomades, vagantur immenſos: ævi tamen progreſſu ad unum conceſſere vocabulum, & ſummatim omnes Alani cognominantur * [i] mores & media & efferatam vivendi, ſed jam immaturam. * Nec enim ulla ſunt illiſce tuguria, aut verſandi vomeris cura: ſed carne & copia victitant lactis, plauſtris ſuperſidentes, quæ operimentis curvatis corticum per ſolitudines conferunt ſine fine.

8 *Mſ.* tranſit.

---

ratione hoc nomen in ceteris noſtri Hiſtorici codicibus ſcriptum eſſe non dubito. Certè *Nidini* & *Nervi* in codice Valentino legi etiam teſtatur P. Pithœus ad oram Ammiani ſui.] *Hadrianus Valeſius*. Utique etiam editio Auguſtana habet *Nervi*. Gron.

c *Geloni perquàm feri, qui detractis peremptor.*] Pomp. Mela lib. 2. cap. 1. *Geloni hoſtium cutibus equos ſeque velant: illos, reliqui corporis; ſe, capitum.* Lindenbr.

d *Bellatrix gens.*] Hæc verba deſunt in codice Regio, * & Toloſ. * In Vaticano autem codice [& Colbert.] locus ſic legitur, *equiſque tegmina conficiunt bellatur gen. Gelonis, &c.* ut fortaſſis ita ſcribendum ſit, *equiſque tegmina conficiunt bellatoriis*: quemadmodum in lib. 23. ſub initium jumenta bellatoria dixit Marcellinus. Solinus verò in cap. xx. ex quo hæc tranſſcripta ſunt, ſic habet: *Geloni ad hos proximant: de hoſtium cutibus & ſibi indumenta faciunt, & equis ſuis tegmina.* Valeſius. Quæ ſodes illa citationis ſpecies? An jumenta bellatoria jubeor quærere in principio libri XXIII. quæ in hoc ipſo capite infra ſequuntur? Ut hinc pateat adjectivum iſtud obveniſſe animo Valeſii ex vicinia & progreſſu lectionis, non quod ſolida meditatio illud ſubjecerit. Et memini ſimilia jam ſuperius obſervata. Quin tu juſte conſiderans lectionem veterum codicum (nam & Vaticanus *bellaturgè*) lege, *equiſque tegmina conficiunt bellaturis. Eis Gelonis.* Tum enim ſignificat potiſſimum iſta tegmina ſumi, quum in bellum ſunt exituri, non ſemper. *Gron.*

e *Agathyrſi collimitant interſtincti colore purpureo corp.*] Plin. lib. IV. cap. 12. *Cæruleo capillo Agathyrſi.* Pomp. Mela lib. 2. cap. 1. *Agathyrſi ora artuſque pingunt: ut quique majoribus præſtant, ita magis vel minus: ceterum iiſdem omnes notis, & ſic ut ablui nequeant.* Feſtus Avienus in Orbis terræ deſcript.

Dira Melanchlæni gens circumfuſa vagatur,
Proxima Neurorum regio eſt, celereſque Geloni,
Præcinctique ſagis ſemper pictis Agathyrſi. Lindenbr.

f *Melanchlænas*] Pomp. Mela lib. 2. *Melanchlænis atra veſtis, & ex eo nomen.* Dio Chryſoſt. in Boryſthen. pag. 439. χρῶνται δὲ τῇ ἄλλῃ ἐσθῆτι μελαίνῃ ὡς τὸ πολὺ, ἀπὸ γένους τινὸς Σκυθῶν τῶν Μελαγχλαίνων, ὡς ἐμοὶ δοκοῦσι, κατὰ τοῦτο ὀνομασθέντων ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. Idem.

g *Melanchlænas*] Iſ. Voſſius ad Melam pag. 113. ait veterem lectionem eſſe *Melanchinas*, unde cenſet Ammianum videri appellaſſe *Melanchitonas*, vel *Melanchimos*. Sed & in præcedentibus legebat Salmaſius ad Solinum p. 189. *latius fucatis*, quod utique meretur cognoſci & conſiderari. *Gron.*

h *Per populos ac gentes amplas.*] Hoc in loco facilè mihi aſſenſuros lectores exiſtimo. Nam cùm in Editione Auguſtana & in codice Regio, * Toloſ. * [& Colbert.] ſcriptum eſſe vidiſſem, *per populos. Has gentes & amplas, &c.* emendavi abſque ulla mutatione, *diffuſi per populoſas gentes & amplas.* Vales.

i *Mores & media & efferatam.*] Non abſurdè fortaſſe hic locus ſic ſupplebitur, *ob mores eoſdem & feritatem vivendi ſimilem & armaturam.* Ita ferè in lib. XVII. dixerat Marcellinus, *Sarmatas & Quados, vicinitate & ſimilitudine morum armaturæque concordes.* Quod Græci eleganter dicerent, ὅμοροί τε καὶ ὁμοιότροποι καὶ ὁμόσκευοι. Sic enim Thucydides in fine lib. 2. de Getis loquitur, & in

diſtantes. Cúmque ad graminea venerint, in orbiculatam figuram [k][l] locatis [9] ſarracis ferino ritu veſcuntur: abſumptíſque pabulis, velut carpentis civitates impoſitas vehunt, maréſque ſuprà cum feminis coëunt, & naſcuntur in his & [1] educantur infantes: & habitacula ſunt hæc illis perpetua; & quocumque ierint, illic genuinum exiſtimant larem. Armenta præ ſe agentes cum gregibus paſcunt: maximéque equini pecoris eſt eis ſollicitior cura. Ibi campi ſemper herbeſcunt, interſitis pomiferis locis: atque ideo tranſeuntes quolibet, nec alimentis nec pabulis indigent: quod efficit humectum ſolum & crebri fluminum prætermeantium curſus. Omnis igitur ætas & ſexus imbellis circa vehicula ipſa verſatur, muniíſque diſtringitur mollibus: juventus verò equitandi uſu à prima pueritia coaleſcens, incedere pedibus exiſtimat vile: & omnes [2] multiplici diſciplina prudentes ſunt bellatores. Unde etiam [m] Perſæ, qui ſunt [n] originitus Scythæ, pugnandi ſunt peritiſſimi. Proceri autem Alani pæne ſunt omnes & pulchri, crinibus mediocriter flavis, oculorum temperata torvitate terribiles, & armorum levitate veloces, [o] Hunníſque per omnia ſuppares, verùm victu mitiores & cultu: [p][q][3] latrocinando & venando aduſque Mæotica ſtagna & Cimmerium Boſporon, itidémque Armenios diſcurrentes & Mediam. Utque hominibus quietis & placidis otium eſt voluptabile; ita illos pericula juvant & bella. [r] Judicatur ibi beatus, qui in prœlio profuderit

9 *Mſ.* ſarraclis. 1 *Mſ.* educantur. 2 *Mſ.* multiplici plena. 3 *Al.* la...ando.

---

lib. 3. itémque Dio in fine lib. 54. *Valeſius.* Sed Iſ. Voſſius ad Melam, quum hæc verba in veteribus libris ſic concepta legeret, *& efferatam vivendis etiam immatarum*, legebat *mores e Media; at efferata vivendi ſecta immutarunt*, ut prodidit ad Melam pag. 238. & ibidem explicat. *Gron.*

k *Locatis ſarracis*] Gloſſar. *Sarraca ἅμαξα.* Siſenna apud Nonium: *Impedimenta collocant omnia, conſtruunt carros, & ſarraca crebra diſponunt.* Quintil lib. VIII. cap. 3. Curius Fortunat. lib. 3. Sidon. Apoll. lib. IV. Epiſt. 18. *Lindenbr.*

l *Locatis ſarracis.*] In Editione Auguſtana legitur *ſarriculis*: in Mſſ. [Colbert.] * & Toloſ. Vatic. * & Flor. *ſarraclis*: in Valentino autem codice *ſarraculis*, teſte Ant. Loiſello. Poſtremò in exemplari Regio ſcriptum inveni *carrucis*: quam ſcripturam omnium deterrimam eſſe exiſtimo. *Valeſ.*

m *Perſæ, qui ſunt originitus Scythæ.*] Perſas poſuit pro Parthis. Nam de Parthis quidem id Scriptores antiqui docent, eos originem ex Scythis ducere. Sic Trogus Pompeius in lib. 2. & 41. & ex illo Jordanes in Geticis. Sic Q. Curtius in lib. 6. & Stephanus Byzantius, & Arrianus in Parthicis, qui imperante apud AEgyptios Seſoſtri, apud Scythas autem Iandyſo, Scythas in eam regionem quæ Parthia dicitur, migraſſe memorat. Arriani verba referuntur in Bibliotheca Photii. Auctor quoque Chronici Alexandrini Scytharum juventutem ait à Seſoſtri in Parthiam eſſe tranſlatam. Ex quibus liquidò apparet, Marcellinum Perſas pro Parthis perperam dixiſſe. Eâdem licentiâ Tertullianus in libro de Pallio dixit: *Scythæ exuberant Perſas.* Idem tamen caſtigatiùs loquitur in libro de Anima: *Dum aborigines occupant terras, ut Scythæ Particas.* Valeſ.

n *Originitus*] Sic *nativitus* apud Tertull. de Anim. cap. 12. *Lindenbr.*

o *Hunnis per omnia ſuppares.*] Et hunc locum Jordanes imitatus eſt in Geticis, cùm ait: *Alanos quoque pugnâ ſibi pares, ſed humanitatis victu formâque diſſimiles, frequenti certamine fatigantes ſubjugavere.* Valeſ.

p *La....cinando & venando*] Suppleri percommodè poteſt hoc modo, *latrocinando & venando.* Lindenbr.

q *Latrocinando & venando*] Ut quidem ſupplendum eſſe vidit primus ac monuit Bongarſius ad Juſtini librum ſecundum, quum in prioribus editis eſſet hiatus. Cæterum non intelligo, qua auctoritate modo Pariſini ediderint *Boſporum*, quum & Henrici Valeſii, & Lindebrogii, & Auguſtana editiones habeant *Boſphoron*, quod rite correctum revocavi. Sed & paulo ante video in Auguſtana legi, *ſic crinibus mediocriter flavis.* Modo igitur conſtet ratio viris doctis, qui voculam primam ejecerunt; quod ipſe non paterer, ſi legeretur in Mſſ. *Gron.*

r *Judicatur ibi beatus*] Eadem opinio Maſſagetis. Strabo lib. XI. Θάνατος νομίζεται παρ᾽ αὐτοῖς ἄριστος, ὅταν

animam:

animam: ſeneſcentes enim & fortuitis mortibus mundo digreſſos, ut degeneres & ignavos conviciis atrocibus inſectantur: nec quidquam eſt quod elatiùs jactent, quàm homine quolibet occiſo: próque exuviis glorioſis, interfectorum avulſis capitibus detractas pelles pro phaleris jumentis accommodant bellatoriis. Nec templum apud eos viſitur, aut delubrum, [s] ne tugurium quidem culmo tectum cerni úſquam poteſt: ſed [t] [v] gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eúmque ut Martem, regionum [x] quas [4] circumcircant præſulem verecundiùs colunt. [y] Futura miro præſagiunt modo: nam rectiores virgas

4 *Mſ.* circumcircunt.

δὲ νεκρώσαντες κατακόπτωσι μετὰ τῶν προβατέων κρεῶν, καὶ ἀναμὶξ βρωθῶσι: τοὺς δὲ νόσῳ θανόντας ῥίπτουσιν, ὡς ἀσεβεῖς καὶ ἀξίους ὑπὸ θηρίων βεβρῶσθαι. * Tertull. adverſ. Marc. lib. I. cap. I. de Ponti circumcolis: *Parentum cadavera cum pecudibus cæſa, convivio convorant.* * Lindenbr.

ſ *Ne tugurium quidem*] Ita reſtitui ex editione Henrici, Lindebrogii, Auguſtanæ, quum temere, ut opinor, nuper dederint Pariſini *nec tug.* Gron.

t *Gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem*] Ab origine rerum veteres pro Diis immortalibus haſtas coluere, inquit Juſtin. lib. XLIII. Hinc non Alanis tantùm, ſed Scythis in univerſum uſu receptum fuit, enſes loco numinis venerari. Pomp. Mela lib. 2. capite. I. *Mars omnium Deus, ei pro ſimulacris enſes & tentoria dedicant, hominesque victimis feriunt.* Solinus cap. 20. *Populis iſtis Deus Mars eſt, pro ſimulacris enſes colunt.* De hoc enſe notanda quæ Priſcus Sophiſta in Eclog. legation. refert pag. 50. Ἔσεσθαι δὲ οὐκ εἰς μακρὰν τῆς παρούσης αὐτῷ δυνάμεως αὔξησιν συμβαίνειν καὶ τοῦτο τὸν θεὸν τὸ τοῦ Ἄρεος ἀναφλύαντος ξίφος. ὅπερ ὂν ἱερὸν καὶ παρὰ τῶν Σκυθικῶν βασιλέων τετιμημένον, οἷα δὴ τῷ ἐφόρῳ τῶν πολέμων ἀνακείμενον, ἐν τοῖς πάλαι ἀφανισθῆναι χρόνοις, εἶτα διὰ βοὸς εὑρεθῆναι. Quem locum Priſci etiam Jordanes laudat in Hiſtoria Gothica: --*Gladius Martis inventus ſacer apud Scytharum Reges ſemper habitus: quem Priſcus Hiſtoricus tali refert occaſione detectum: Quum paſtor, inquiens, quidam gregis unam buculam conſpiceret claudicantem, nec cauſam tanti vulneris inveniret, ſollicitus veſtigia cruoris inſequitur, tandemque venit ad gladium, quem depaſcens herbas bucula incaute calcaverat, effoſſumque protinus ad Attilam defert.* Ceterùm de Scythico hoc Deo vide Herodot. lib. IV. Arnob. adverſ. Gent. lib. VI. & quæ ad Ammian. notata lib. XVII. *Lindenbr.*

[v *Gladius b. r. humi figitur nudus: eumque ut Martem regionum ſuarum præſulem verecundius colunt.*] Quod Ammianus heic de Alanis dicit, idem Jordanes in Geticis Scythis omnibus, atque Hunnis tribuit, *quibus per omnia ſuppares* fuiſſe Alanos Ammianus diſertè teſtatur. De gladio Martis humi defixo, qui ſacer apud Scytharum Reges habebatur, à paſtore reperto, & ad Attilam Hunnorum Regem delato, verba Jordanis Priſcum Hiſtoricum ſecuti talia ſunt: *Addebat ei tamen confidentiam gladius Martis inventus; ſacer apud Scytharum Reges ſemper habitus: quem Priſcus Hiſtoricus tali refert occaſione detectum. Cùm paſtor quidam gregis unam buculam conſpiceret claudicantem, nec cauſam tanti vulneris inveniret, ſollicitus veſtigia cruoris inſequitur, tandemque venit ad gladium, quem depaſcens herbas bucula incaute calcaverat, effoſſumque protinus ad Attilam defert. Quo ille mun regratulatus, ut erat magnanimus, arbitratur ſe totius mundi Principem conſtitutum, & per Martis gladium poteſtatem ſibi conceſſam eſſe bellorum.* Hæc à Priſco Sophiſta, Theodoſii Junioris Aug. æquali, Byzantinæ Hiſtoriæ Scriptore diligentiſſimo, Jordanes accepit: ex quo judicari facilè poteſt quanti facienda ſint, maximè cùm Ammiani noſtri auctoritate confirmentur.] *Valeſ.*

x *Quas circumcircant.*] De hac lectione loquitur Hadrianus Valeſius in præfatione. Sed debuit ſcire & fateri diu ante Colbertinum ipſi inſpectum ſic legendum juſſiſſe ex Vaticano codice Iſ. Voſſium in notis ad Melam pag. 114. quum jam & ex Florentino produxiſſet veſtigia ejus Lindebrogius. Quòd autem mox editur *quid portendatur*, noſſe oportet ab Henrico editum *portenditur*, ab Lindenbrogio *portendetur*, in Auguſtana *portetur*, idque eſſe & in Vaticano libro diſco ex manu paterna, quæ & ex Barthio lib. II. Adverſar. cap. 12. annotavit idem probante & teſtante de codice Opſopæi, & opinor verum. *Gron.*

y *Futura miro præſagiunt modo: nam rectiores virgas*] * Scholiaſt. Nicandri in Theriacis pag. 40. ad illum verſum: Καὶ μυρίκης λάξιο νέον. μάγοι καὶ Σκύθαι μυρικίνῳ μαντεύονται ξύλῳ· καὶ γὰρ ἐν πολλοῖς τόποις ῥάβδοις μαντεύονται. Cyrill. Alex. in Oſeam cap. 44. pag. 142. ῥαβδομαντεία· δύο γὰρ ἱστάντες. * Scytharum hanc divinationem ita deſcribit Herodotus lib. IV. pag. 177. Μάντιες δὲ Σκυθέων εἰσὶ πολλοί, οἳ μαντεύονται ῥάβδοισι ἰτείνῃσι πολλῇσι ὧδε· ἐπεὰν φακέλους ῥάβδων μεγάλους ἐνείκωνται, θέντες χαμαὶ, διεξειλίσσουσι αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ μίαν ἑκάστην ῥάβδον τιθέντες, θεσπίζουσι. ἅμα τε λέγοντες ταῦτα, συνειλέουσι τὰς ῥάβδους ὀπίσω, καὶ αὖτις κατὰ μίαν συντιθεῖσι. αὕτη μέντοι ἡ μαντικὴ πατρωΐη σφι ἐστί. Qualis ferè etiam Germanorum fuit, ut * M. Adamus ſcribit, Hiſtor. Eccles. cap VI. *Auſpicia & ſortes quàm maximè obſervabant. Sortium conſuetudo ſimplex erat: virgam frugiferæ arbori deciſam in ſurculos amputabant, eoſque notis quibuſdam diſcretos ſuper candidam veſtem temere ac fortuitò ſpargebant. Mox ſi publica fuit conſultatio, Sacerdos populi; ſi privata, ipſe paterfamilias precatur Deos, cælumque ſuſpiciens ter ſingulos tollit, ſublatos ſecundùm impreſſam antè notam interpretatus eſt.* Vide Cæſar. de Bell. Gall. lib. I. & Tacit. de Morib. * *Lindenbr.*

Qqqq

vimineas colligentes, eáſque cum incantamentis quibuſdam ſecretis præſtituto tempore diſcernentes, apertè quid portendatur norunt. Servitus quid ſit ignorabant, omnes generoſo ſemine procreati: Judicéſque etiam nunc eligunt, diuturno bellandi uſu ſpectatos. Sed ad reliqua textus propoſiti revertamur.

CAP. III. Igitur Hunni pervaſis Alanorum regionibus, quos Greuthungis confines Tanaïtas conſuetudo nominavit, interfectíſque multis & ſpoliatis, reliquos ſibi concordandi fide pacta junxerunt: eíſque adjunctis, confidentiùs [z] Ermenrichi latè patentes & uberes pagos repentino impetu perruperunt, bellicoſiſſimi Regis, & per multa variáque fortiter facta vicinis nationibus formidati. Qui vi ſubitæ procellæ perculſus, [a] quamvis manere fundatus & ſtabilis diu conatus eſt, impendentium tamen diritatem augente vulgatiùs fama, magnorum diſcriminum metum voluntaria morte ſedavit. Cujus poſt obitum Rex Vithimiris creatus reſtituit aliquantiſper Alanis, Hunnis aliis fretus, quos mercede ſociaverat partibus ſuis. Verùm poſt multas quas pertulit clades, animam effudit in prœlio vi ſuperatus armorum. Cujus parvi filii Viderichi nomine curam ſuſceptam Alatheus tuebatur & Saphrax, duces exerciti & firmitate pectorum noti: qui cùm tempore arto præventi abjeciſſent fiduciam repugnandi, cautiùs diſcedentes [b] [c] ad amnem Danaſtum pervenerunt, inter Hiſtrum & Boryſthenem per camporum ampla ſpatia diffluentem. Hæc ita præter ſpem accidiſſe doctus Athanaricus [d] Thervingorum Judex, (in quem, ut antè relatum eſt, ob auxilia miſſa Procopio dudum Valens commoverat ſigna) ſtare gradu fixo tentabat, ſurrecturus in vires, ſi ipſe quoque laceſſeretur ut ceteri. [e] Caſtris denique prope Danaſti margines [f] ac Greuthungorum vallem longiùs opportunè metatis, Munderichum Ducem poſtea

z *Ermenrichi.*] Is eſt, qui Ermanaricus Jordane a dicitur in Hiſtoria Gothorum, quem vide. *Valeſ.*

a *Fundatus & habilis diu cunctatus eſt.*] Cùm in exemplari Regio, * Tol. Vatic. * [& Colbert.] ſcriptum inveniſſem, *fundatus eſt habilis diu conatus eſt*: non dubitavi, quin locus emendandus eſſet hoc modo, *quamvis manere fundatus & ſtabilis diu conatus eſt.* Sic enim loqui ſolet Marcellinus. *Idem.*

b *Ad amnem Danaſtum*] Inf. *prope Danaſti margines.* Jordanes de reb. Goth. *A Danaſto extenduntur uſque ad Danubium, quæ flumina multis manſionibus ab invicem abſunt.* Lindenbr.

c *Ad amnem Danaſtum.*] *Danaſtium* codex Regius præfert, * & Vatic. Toloſ. [& Colb.] fortè pro *Danaſtrum.* * Jordanes *Danaſtrum* vocat, & Conſtantinus Porphyrog. in cap 8. de adminiſtrando Imperio. [Nunc dicitur *Dneſter*, ſeu *Dnieſter*, ac *Nieſter.* Eumdem eſſe ac Tyram tradit Cluverius in cap. 43. lib. 3. Germ. & capite 42.] *Valeſ.*

d *Thervingorum*] Eutrop. lib. VII. *Provincia trans Danubium facta in his agris, quos nunc Thaiphali tenent, & Victophali & Thervingi habent. Ea provincia decies centena millia paſſuum in circuitu tenuit.* Lindenbr.

e *Caſtris denique prope Danaſti, &c.*] Nil variant libri ſcripti: forſan tamen ſic legendum erit: *Caſtris denique prope Danaſti marginis aggerem in Ungorii valle longiùs opportunè metatis.* Idem.

f *Aggere ut Ungorii vallem.*] Inter locos qui in hoc Auctore à nobis reſtituti ſunt, hic meritò palmam ferat. Quid enim corruptius vulgatâ ſcripturâ? quid contrà apertius & certius hac emendatione? *Caſtris denique prope Danaſti margines ac Greutungorum vallem longiùs opportunè metatis, &c.* Hunni quippe trajecto Tanai primos invaſerant Alanos, qui Tanaïtæ dicebantur, idcirco quòd ad flexum Tanais fluv. ſedes habebant, ut docet Ptolemæus in Deſcriptione Europææ Sarmatiæ: deinde Greuthungos aggreſſi ſunt, qui Tanaïtis confines erant, ut ſuprà docuit Marcellinus. Eoſdem *Greuthungos* (ſic enim ibi codex Regius, * Toloſ. * [& Colbert.]) memoravit in lib. XXVII. ubi longè trans Danubium habitaſſe dicuntur. Quamquam Baſilienſis Editio *Greutungos* ſine adſpiratione ibidem præferebat. Idatius in Faſtis & in Chronico *Greothingos* nominat: Zoſimus verò in lib. 4. Γροθίγγους. Sic enim ſcribendum eſt. At

limitis per Arabiam, cum Lagarimano & Optimatibus aliis aduſque viceſimum lapidem miſit, hoſtium ſpeculaturos adventum, ipſe aciem nullo turbante interim ſtruens. Verùm longè aliter quàm rebatur evênit. Hunni enim (ut ſunt in conjectura ſagaces) multitudinem eſſe longiùs aliquam ſuſpicati, prætermiſſis quos viderant, in quietem tamquam nullo obſtante compoſitis, [g] rumpente noctis tenebras Luna vado fluminis penetrato, id quod erat potiſſimum elegerunt: & veriti ne præcurſorius index procul agentes abſterreat, Athanaricum ipſum ictu petivere veloci. Eúmque ſtupentem ad impetum primum, [5] amiſſis quibuſdam ſuorum coëgerunt ad effugia properare montium præruptorum. Qua rei novitate majoréque venturi pavore conſtrictus, à ſuperciliis [6] [h] Geraſi fluminis aduſque Danubium Taifalorum terras præſtringens, muros altiùs erigebat: hac lorica diligentia celeri conſummata, in tuto locandam ſecuritatem ſuam exiſtimans & ſalutem. Dúmque efficax opera ſuſcitatur, Hunni paſſibus eum citis urgebant: & jam oppreſſerant adventantes, ni gravati prædarum onere deſtitiſſent. Fama tamen latè ſerpente per Gothorum reliquas gentes, quòd inuſitatum antehac hominum genus [7] [i] modò ruens ut turbo montibus celſis, ex abdito ſinu coortum [8] appoſita quæque convellit & corrumpit: populi pars major, quæ Athanaricum attenuata neceſſariorum pænuria deſeruerat, quæritabat domicilium remotum ab omni notitia Barbarorum: diúque deliberans quas eligeret ſedes, cogitavit Thraciæ receptaculum gemina ratione ſibi convenientius, quod & [9] cæſpitis eſt feraciſſimi, & amplitudine fluentorum Hiſtri diſtinguitur [1] [k] à Barbaris, patentibus jam peregrini fulminibus Martis: hoc quoque idem reſidui velut mente cogitavere communi.

CAP. IV. Itaque duce Alavivo ripas occupavere Danubii: miſſíſque oratoribus ad Valentem, ſuſcipi ſe humili prece poſcebant, & quietè victuros ſe pollicentes, & daturos ſi res flagitaſſet auxilia. Dum aguntur hæc in externis, novos majoreſque ſolitis caſus verſare gentes Arctoas, rumores terribiles diffu-

5 *Al.* amicis. 6 *Mſ.* Geraſi. 7 *Mſ.* modo nierum. 8 *Mſ.* adpoſita. 9 ceptis. 1 *Mſ.* à barbaris petentibus.

Claudianus de IV. Conſulatu Honorii, & in Eutropium lib. 2. Grutungos vocat, [ut & Pollio in Claudio.] *Valeſ.*

g *Rumpente noctis tenebris Luna.*] Aut ſcribendum eſt *tenebras*, aut ſanè *erumpente noctis tenebris Luna.* Idem.

h *Geraſi fluminis.*] Quod ad Orientem erat antiquæ Daciæ. Eumdem enim eſſe Geraſum exiſtimo cum eo quem Ptolemæus *ἱέρασον* vocat in Deſcriptione Daciæ, & ſola pronuntiatione differre * hæc nomina. Accolis nunc dicitur *Prut*, teſte Cluverio in lib. 3. cap. 41. * *Idem.*

i *Modo ruens.*] Sic Accurſius edidit, ex conjectura, ut opinor. Certè in Mſſ. Flor. & Regio * & Tol. * [ac Colb.] * & Vat. * legitur, *modo nierum.* Idem. Unde videtur corrigendum, *quod inuſitatum antehac hominum genus, modo, nivium ut turbo montibus celſis, ex abdito ſint coortum*, eis. Nam *modo coortum* debet jungi. *Gron.*

k *Ab arvis patentibus jam peregrini fulm. Martis.*] Magis placet exemplaris Regii * & Toloſ. * [ac Colb.] ſcriptura, *diſtinguitur à Barbaris patentibus jam peregrini fulminibus Martis.* Senſus autem hic eſt ideo Gothos Thraciæ ſedes elegiſſe, quòd Hiſtro flumine Thracia dirimeretur à barbaris gentibus, quæ bellicis cladibus, & Marti jam peregrino expoſitæ erant. Mars enim in Thracia natus dicitur, ut docet Arnobius in lib. 4. contra Gentes: *Quis Spartanum fuiſſe Martem? nonne Epicharmus auctor eſt? quis in Thraciæ finibus procreatum? non Sophocles Atticus cunctis conſentientibus theatris?* Hinc Manilius in lib. 4. Aſtron.

---*& Threce Martem ſortita colonum.* Valeſ.

derunt: per omne quidquid ad Pontum à Marcomannis prætenditur & Quadis, multitudinem barbaram abditarum nationum vi ſubita ſedibus pulſam, circa flumen Hiſtrum vagari cum caritatibus ſuis diſſeminantes. Quæ res aſpernanter à noſtris inter initia ipſa accepta eſt, hanc ob cauſam quòd illis tractibus non niſi peracta aut ſopita audiri procul agentibus conſueverant bella. Verùm pubeſcente jam fide geſtorum, cui [2] robur adventus gentilium addiderat legatorum, precibus & obteſtatione petentium citra flumen ſuſcipi plebem extorrem: negotium lætitiæ fuit potiùs quàm timori, eruditis adulatoribus in majus fortunam Principis extollentibus: quòd ex ultimis terris tot tirocinia [l] trahens ei necopinanti offerret, ut collatis in unum ſuis & alienigenis viribus invictum haberet exercitum, & pro militari ſupplemento quod provinciatim annuum pendebatur, theſauris accederet auri cumulus magnus. [m] Hácque ſpe mittuntur diverſi, qui cum vehiculis plebem transferant truculentam. Et navabatur opera diligens, ne qui Romanam rem [n] everſurus derelinqueretur vel quaſſatus morbo letali. Proinde permiſſu Imperatoris tranſeundi Danubium copiam colendíque adepti Thraciæ partes, transfretabantur in dies & noctes, navibus ratibúſque & cavatis arborum alveis agminatim impoſiti: atque per amnem longè omnium difficillimum, imbriúmque crebritate tunc auctum, ob denſitatem nimiam contra ictus aquarum nitentes quidam & natare conati, hauſti ſunt plures. Ita turbido inſtantium ſtudio orbis Romani pernicies ducebatur. Illud ſanè neque obſcurum eſt neque incertum, infauſtos tranſvehendi barbaram plebem miniſtros, numerum ejus comprehendere calculo ſæpe tentantes, conquieviſſe fruſtratos: quem qui ſcire velit (ut eminentiſſimus memorat vates) Libyci velit æquoris idem diſcere quàm multæ zephyro [3] truduntur harenæ. [o] Reviviſcant tandem memoriæ veteres, Medicas acies ductantes ad Græciam: quæ dudum

2 *Al.* rumor. 3 *Mſ.* trudentur.

* l *Thracenſes necopinanti offerrent.*] Sic primus edidit Mariangelus Accurſius, corruptè ut apparet. Nam Gothi qui è Scythia in Thraciam transferebantur, ob id Thracenſes vocari non poterant. In Mſſ. codicibus Vatic. & Regio [ac Colb.] ſcriptum eſt, *tharens ei nec etinanti offerret*, pro *trahens*. Sed veram lectionem nullius litteræ tranſpoſitione corruptam exhibet codex Toloſanus, in quo totus hic locus ita ſcribitur: *Eruditis adulatoribus in majus Principis fortunam extollentibus, quòd ex ultimis terris tot tirocinia trahens, ei nec opinanti offerret, &c.* * Valeſ.

m *Haeque perſuaſione.*] Sic edidit Accurſius ex conjectura ut arbitror. Nam in codice Regio, * Toloſ. & Vat. * ſcriptum inveni, *haeques permittuntur, &c.* [in Colb. *haeque permitt.* Ex quo apparet ita potiùs emendandum fuiſſe. *Haeque ſpe mittuntur diverſi, &c.* Idem.

n *Everſurus derelinqueretur*] Ego ſic edidi ſecutus Henricum Valeſium, Lindenbrogium, editionem Auguſtanam. Reddant nuperi Pariſienſes cauſam, cur poſuerint *relinqueretur*. Gron.

o *Reſipiſcant tandem memoriæ veteres.*] Omnino ſcripſiſſe Marcellinum exiſtimo: *Reviviſcant tandem, &c.* Sic enim poſtulat totius loci ſententia. Sed ſequentia mirum in modum corrupta ſunt, quæ abſque librorum ſubſidio nemo, ut opinor, emendaverit. *Henr. Valeſ.* An credibile eſt Henricum poſtquam hæc in prima editione temere effudit, non deinceps unquam hoc egiſſe, ut dignaretur Iſaaci Voſſii obſervationes in Melam perlegere? Sed neque tota vita ſua Hadrianum eaſdem inſpexiſſe; hoc eſt, utrumque ſibi nixum, & de aliis arroganter judicantem tamdiu & in tanta deſperatione & vana ſequentium notarum hæſitatione (ubi illud *quæſitæ in unum* rurſus nonniſi ex ſequentibus verſibus menti ſuæ illudere Henricus paſſus eſt) ineptire? Certe laurea dignam ſemper judicavi hanc Voſſianam reſtitutionem: *quæ ductum Helleſponti occupantes, & diſcidio quodam fabrili, ma-*

Helleſponti occupantes, & diſcidio quodam fabrili, mare ſub imo Athonis pede p quæſitum exponunt, & turmatim apud Doriſcum q exercitus recenſitos, concordante omni poſteritate ut fabuloſæ ſunt lectæ. Nam poſtquam innumeræ gentium multitudines per provincias circumfuſæ, pandentéſque ſe in ſpatia ampla camporum, regiones omnes & cuncta opplevere montium juga, fides quoque vetuſtatis recenti documento firmata eſt. Et primus cum Alavivo ſuſcipitur Fritigernus, quibus & alimenta pro tempore & ſubigendos agros tribui ſtatuerat Imperator. Per id tempus noſtri limitis reſeratis obicibus, atque ut AEtnæas favillas armatorum agmina diffundente barbaria; r cùm difficiles neceſſitatum articuli correctores rei militaris poſcerent aliquos claritudine geſtarum rerum notiſſimos: quaſi lævo quodam numine deligente, in unum quæſiti poteſtatibus præfuere caſtrenſibus homines maculoſi: quibus Lupicinus antiſtabat & Maximus, alter per Thracias Comes, Dux alter exitioſus, ambo 4 æmulæ temeritatis: ſ Quorum inſidiatrix aviditas materia malorum omnium fuit. Nam (ut alia omittamus, quæ memorati, vel certè ſinentibus iiſdem alii perditis rationibus in commeantes peregrinos adhuc innoxios deliquerunt) illud dicetur (quod nec t apud ſui periculi judices abſolvere

4 *Al.* æmuli.

re ſub imo Athonis pede quæſitum exponunt, & turmatim apud Doriſcum exercitus recenſitos, concordante &c. Quam quidem tanti judicavi, ut deberet locum ſuum occupare, quò ſaltem uno illic poſito aſteriſco nova hæc editio purgata exeat, quem ita vulgo collocabant; *quæ dudum Helleſpontum occupantes, & diſcidio quodam fabrili maris, ubi montonis * quæſitum exponunt.* Unum modo in his conſidera, an non ex antiqua lectione pateat auctorem ſcripſiſſe *ductum Helleſpontium*; dein *exercitus recenſetos*, de quo alibi. *Gron.*

p *Quæſitum exponuntur.*] Fortaſſis ita ſcripſerat Marcellinus, *quæſitæ in unum exponuntur.* ſupple *acies.* quo modo loqui ſolet. Sed in exemplari Regio [& Colbert.] ſcriptum inveni, *quæſitum exponunt*, ſupple *memoriæ veteres.* Valeſ.

q *Exercitus recenſetur.*] Mallem equidem ſic ſcribi, *& turmatim apud Doriſcum exercitus recenſentur.* Eâdem enim figurâ in lib. XVIII. Marcellinus dixit: *Quouſque nobis Doriſcum & agminatim intra conſæpta exercitus recenſitos Græcia fabuloſa narrabis?* Tanta quippe támque infinita diverſarum gentium multitudo convenerat, ut ſinguli populi juſtorum exercituum ſpeciem referrent. Ceterùm bis in eo itinere Xerxes copias recenſuit: primò Abydi, deinde in opido Thraciæ Doriſco, ut docet Herodotus in VII. Quocirca conjicere quiſpiam poſſit hìc ſcribendum eſſe, *ubi ...... Abydi quæſiti in unum exponuntur, &c.* Idem.

r *Cum difficilibus neceſſ. articulis.*] Hunc locum præclarè mihi videor reſtituiſſe. Cùm enim in codice Regio, * Toloſ. Vat. * [& Colb.] ſcriptum ſic reperiſſem, *cùm difficiles, &c* non dubitavi quin Marcellinus noſter ita ſcriptum reliquiſſet: *Cùm difficiles neceſſitatum articuli correctores rei militaris poſcerent aliquos, &c.* Quinetiam eadem in periodo paullo ſuprà emendavi, *noſtri limitis reſeratis obicibus*, cùm antea vitiosè legeretur *limites.* Sed emendatio noſtra etiam Regii codicis auctoritate fulcitur, in quo lectionem hanc noſtram ſuperſcriptam inveni. *Idem.*

ſ *Quorum inſidiatrix aviditas.*] Idem ſcribit Hieronymus in Chronico: *Anno Dom. 378. gens Hunnorum Gothos vaſtat: qui à Rom. ſine depoſitione armorum ſuſcepti, per avaritiam Maximi Ducis ad rebellionem fame coacti ſunt.* Hieronymum ſequitur, ut ſolet, Oroſius in lib. VII. cap. 33. Notetur interim Valentis imprudentia, qui tot numero barbaros minimè depoſitis priùs armis in Romanum ſolum recepit. Quamquam ejus rei culpa fortaſſe non ipſi Valenti, ſed ejus Ducibus tribuenda eſt. Valens enim, ut ſcribit Eunapius & Zoſimus, juſſerat ut Gothi nonniſi traditis armis trajicerentur. Sed Duces quibus trajectionis cura mandata fuerat, lucro dumtaxat ac compendio proprio inhiantes, id tantùm curaverunt, ut præſtantes formâ mulieres, & formoſos pueros, ſervoſque & colonos ſibi robuſtos ſeligerent. Quidam etiam muneribus corrupti, cùm linea accepiſſent texta, & ſtragula utrimque villoſa; barbaros cum armis trajecerunt. Alterum item Valentis conſilium laudandum eſt, quod refertur ab Eunapio in Excerptis legationum. Juſſerat enim Valens, ut ante omnia imbellis ætas utriuſque ſexus tranſveheretur, utque ii per diverſas orbis Rom. provincias diſtribuerentur, quò fidei reliquorum atque obſequii quidam quaſi obſides eſſent. Hæc porrò Gothorum trajectio contigit Valente Aug. V. & Valen-

ulla poterat venia) triſte & inauditum. Cùm traducti Barbari victûs inopiâ vexarentur, turpe commercium Duces inviſiſſimi cogitarunt: & quantos undique inſatiabilitas colligere potuit canes, pro ſingulis dederunt mancipiis, [v] inter quæ [& filii] ducti ſunt Optimatum. Per hos dies interea etiam Vithericus Greuthungorum Rex cum Alatheo & [5] Saphrace quorum arbitrio regebatur; itémque [6] Farnobio, propinquans Hiſtri marginibus, ut ſimili ſuſciperetur humanitate obſecravit Imperatorem legatis properè miſſis. Quibus ut communi rei conducere videbatur repudiatis, & quid capeſſerent anxiis: Athanaricus paria pertimeſcens abſceſſit, memor Valentem dudum cùm fœderaretur concordia deſpexiſſe, affirmantem ſe religione devinctum, ne calcaret ſolum aliquando Romanum, hacque [7] cauſatione Principem firmare pacem in medio flumine coëgiſſe: quam ſimultatem veritus ut adhuc durantem, ad Caucalandenſem locum altitudine ſilvarum inacceſſum & montium, cum ſuis omnibus declinavit, Sarmatis inde extruſis.

CAP. V. At verò Thervingi jam dudum tranſire permiſſi, prope ripas etiamtum vagabantur, duplici impedimento adſtricti, quòd Ducum diſſimulatione pernicioſa [8] nec victui congruis ſunt adjuti, & tenebantur conſultò, [x] nefandis nudandi commerciis. Quo intellecto, ad perfidiam inſtantium malorum ſubſidium [9] vertendi muſſabant: & Lupicinus ne jam deficerent pertimeſcens, eos admotis militibus adigebat ociùs proficiſci. Id tempus opportunum nacti Greuthungi, cùm alibi militibus occupatis, navigia ultro citróque diſcurrere ſolita tranſgreſſum eorum prohibentia quieſcere proſpexiſſent, ratibus tranſiere malè contextis, caſtráque à Fritigerno locavere longiſſimè. At ille genuinâ prævidendi ſollertiâ venturos muniens caſus ut & imperiis obediret & Regibus validis jungeretur, incedens ſegniùs, Marcianopolim tardè pervenit itineribus lentis. Ubi aliud acceſſit atrocius, quod arſuras in com-

5 *Al.* Aphrace. 6 *Mſ.* Farnubio. 7 *Mſ.* acuſatione. *lo.* cauſatione. 8 *Al.* ne *Mſ.* ne hoc. 9 *Mſ.* vertendi muſſabant.

tiniano Jun. Coſſ. anno Dom. 376. ut rectè ponit in Faſtis Idatius, non autem 378. ut Hieronymus. *Valeſ.*

t *Apud ſui periculi judices.*] Sui periculi judices ſunt ipſi qui facinus admiſerunt. Ii igitur, ait Marcellinus, ſi in ſua cauſa ac proprio periculo judices conſtituerentur, ne ipſi quidem hoc facinus impunitum dimitterent. Hanc autem loquendi formam ſumpſiſſe videtur ex Cicerone, qui in Orat. pro Dejotaro initio ſic dicit: *Nemo enim fere eſt, qui ſui periculi judex, non ſibi ſe æquiorem quàm reo præbeat.* * Quod breviùs & eleganter dixit Seneca in lib. 2. de Beneficiis, cap. 26. *Nemo non benignus eſt ſui judex.* * Et Ovidius in lib. 3. de Ponto, Epiſt. 6.

Huic ego qui patior, nil poſſem demere pœnæ,
Si judex meriti cogerer eſſe mei.

* Id Græci eleganter dicunt αὐτοὺς δικάζειν, ut loquitur Chryſoſtomus Homiliâ 37. in Matthæum: πῶς οὖν τὰ ἐναντία ψηφίζεσθε νῦν; ὅτι οὐχ ἑτέροις ἀλλ' ὑμῖν αὐτοῖς δικάζετε· τότε γὰρ ἡ φιλαυτία γίνεται κώλυμα εἰς τὸ συνορᾶν τὸ δίκαιον. διὰ τοῦτο ὅταν μὲν ἑτέροις κρίνωμεν, μετὰ ἀκριβείας ἐξετάζομεν· ὅταν δὲ ἡμῖν αὐτοῖς δικάζωμεν, σκοτιούμεθα. &c. * Nec ignoro virum doctiſſimum in Notis ad Hiſtoriam Auguſtam hunc Marcellini noſtri locum aliter explicuiſſe, de Præfectis nempe Præt. à quibus appellare non licet. Sed hæc interpretatio nec verbis nec ſententiæ Auctoris noſtri reſpondet. *Idem.*

v *Inter quæ ducti ſunt* Optimatum.] Hunc locum ſic legendum ac ſupplendum eſſe exiſtimo: *Pro ſingulis dederant mancipiis: inter quæ & filii ducti ſunt* Optimatum. In codice quidem Regio [& Colb.] & in Editione Aug. legitur, *dederant mancipiis.* Idem.

x *Nefandis nudandi commerciis.*] Cauſam hujus quoque lectionis edit Hadrianus in præfatione, cui pro tempore obſequor. *Gronov.*

mune exitium faces furiales accendit. Alavivo & Fritigerno ad convivium corrogatis, Lupicinus ab oppidi mœnibus barbaram plebem oppoſito milite procul arcebat, introire ad comparanda victui neceſſaria, ut ditioni noſtræ obnoxiam & concordem, per preces aſſiduè poſtulantem: ortíſque majoribus jurgiis inter habitatores & vetitos, ad uſque neceſſitatem pugnandi eſt ventum. Efferatíque acrius barbari, cùm neceſſitudines hoſtiliter rapi ſentirent, ſpoliarunt interfectam militum manum. Quod [1] accidens idem Lupicinus latenti nuntio doctus, dum [y] in nepotali menſa ludicris concrepantibus diu diſcumbens vino marcebat & ſomno: futuri conjiciens exitum, [z] ſatellites omnes qui pro Prætorio honoris & tutelæ causâ Duces præſtolabantur, occidit. Hócque populus qui muros obſidebat dolenter accepto, ad vindictam detentorum Regum ut opinabatur paullatim augeſcens, multa minabatur & ſæva. Utque erat Fritigernus expediti conſilii, veritus ne teneretur obſidis vice cum ceteris, exclamavit graviore pugnandum exitio, ni ipſe ad leniendum vulgus ſineretur exire cum ſociis: quod arbitratum humanitatis ſpecie ductores ſuos occiſos, in tumultum exarſit. Hócque impetrato egreſſi omnes, exceptíque cum plauſu & gaudiis, [a] aſſcenſis equis evolarunt, moturi incitamenta diverſa bellorum. Hæc ubi fama rumorum nutrix maligna diſperſit, urebatur dimicandi ſtudio Thervingorum natio omnis: & inter metuenda multa periculorúmque prævia maximorum, vexillis de more ſublatis, auditíſque triſte ſonantibus claſſicis, jam turmæ prædatoriæ concurſabant, [b] pilando villas & incendendo, vaſtíſque cladibus quidquid inveniri poterat permiſcentes. Adverſus quos Lupicinus, properatione tumultuaria coactis militibus, temere magis quàm conſultè progreſſus, in nono ab urbe miliario ſtetit paratus ad decernendum. Barbaríque hoc contemplato, globos irrupere noſtrorum incautos, & parmas ſuppoſitis corporibus illidendo, obvios haſtis perforabant & gladiis: furoréque urgente cruento, & Tribuni & pleraque pars armatorum periere ſignis ereptis: præter Ducem infauſtum, qui ad id ſolum inventus, ut confligentibus aliis proriperet ipſe ſemet in fugam, urbem curſu concito petiit. Poſt quæ hoſtes armis induti Romanis, nullo vetante per varia graſſabantur. Et quoniam ad has partes poſt multiplices ventum eſt actus, id lecturos (ſi qui erunt um-

1 *Mſ* accidens.

---

y *In nepotali menſa*] * Sueton. in Caligul. cap. 37. *Nepotinis ſumtibus.* * Feſtus. *Nepos luxurioſus à Tuſcis dicitur: nam nepotes ſunt luxurioſi homines appellati.* * Tertull. Apolog. cap. 46. *Ariſtippus in purpura ſub magna gravitatis ſuperficie nepotatur.* * Vide Iſidor. Origin. lib. x. *Lindenbr.*

* z *Satellites omnes, qui pro Prætorio honoris & tutelæ cauſa duces præſtolabantur.*] Lege Procopium in libro 2. Vandalicorum pag. 161 & Hieronymum in Micheam pag. 341. * *Valeſ.*

a *Adſcenſis equis volarunt.*] Scribendum puto, *evolarunt.* Ceterùm Jordanes in Geticis non hoc aſtu ſcribit evaſiſſe Fritigernum, ſed diſtricto gladio viam ſibi ad ſuos aperuiſſe. *Idem.*

b *Pilando villas & incendendo*] Neque enim opinor debuiſſe me adhærere nuperæ Pariſienſi, quæ delicias hîc ſibi & nobis fecit mutans *prædando*: quaſi non jam capite ſecundo hujus libri occurriſſet *caſtra inimica pilantes.* Et utique notavit ipſe Henricus ad libri XIV caput ſecundum. *Grov.*

quam) obteſtamur, ne quis à nobis ſcrupuloſè geſta vel numerum exigat peremptorum, qui comprehendi nullo genere potuit. Sufficiet enim, veritate nullo velata mendacio, ipſas rerum digerere ſummitates: cùm explicandæ rerum memoriæ ubique debeatur integritas fida. Negant antiquitatum ignari tantis malorum [c] tenebris offuſam aliquando fuiſſe Remp. ſed falluntur malorum recentium ſtupore confixi. Namque ſi ſuperiores vel recèns præteritæ evolvantur ætates, tales támque triſtes rerum motus ſæpe contigiſſe monſtrabunt. [d] Inundarunt Italiam ex abditis Oceani partibus Teutones repentè cum Cimbris: ſed poſt inflictas rei Romanæ clades immenſas, ultimis prœliis per duces ampliſſimos ſuperati, quid poteſtas Martia [2] de habitu prudentiæ valeat, radicitus exſtirpati diſcriminibus didicere ſupremis. [e] Marco itidem moderante Imperium, unum ſpirando veſania gentium diſſonarum, poſt bellorum fragores immenſos, [f] poſt * eri urbium captarum & direptarum & peſſum * concitas proratoris * interitus, partes eorum exiguas reliquiſſet intactas. Verùm mox poſt calamitoſa diſpendia res in integrum ſunt reſtitutæ: hac gratiâ, quòd [g] nondum ſolutioris vitæ mollitie ſobria vetuſtas infecta, nec ambitioſis menſis, nec flagitioſis quæſtibus inhiabat: ſed unanimanti ardore ſummi & infimi inter ſe congruentes, ad ſpecioſam pro Republica mortem, tamquam ad portum aliquem tranquillum properabant & placidum. [h] [i] Duobus

2 *Steph.* τὸ de *non habet.*

c *Tenebris obfuſam aliquando fuiſſe Remp.*] Eleganter & Latinè. Sic *oculos ſuffuſos* dixit Plin. lib. VIII. cap. 50. * Virgil. *Lacrymis oculos ſuffuſa nitentes.* * Et Ulpian. L. 5. §. 3. ff. ad L. Aquil. *Forma calcei cervicem percuſſit, ut oculus puero perfunderetur.* Lindenbr.

d *Inundarunt Italiam ex abditis*] Vide Flor. lib. III. cap. 3. *Idem.*

e *Marco itidem moderante Imperium, &c.*] Locus fœdiſſimè in omnibus, quæ vidi exemplaribus, corruptus. Et qui corrigere eum hactenus conati ſunt, feliciúſne an audaciùs id tentaverint, ipſi viderint: mihi religio eſt temere quid ſine auctoritate veteris ſcripturæ moliri. Res ipſa autem ex Dione, Euſebio, Eutrop. lib. VIII. Oroſ. lib. VI. cap. 15. & Hiſtor. Augg. Scriptoribus nota eſt. *Idem.*

f *Poſt urbium captarum, &c.*] Hic locus mirificè corruptus eſt, quem tamen emendare conati ſunt viri doctiſſimi Caſaubonus atque Salmaſius, uterque in Notis ad Hiſtoriam Auguſtam. Et Caſauboni quidem conjectura hæc eſt: *Poſt urbium captarum & direptarum & peſſumdatarum cunctarum provinciarum interitus, cùm partes eorum exiguas reliquiſſet intactas .... Verùm, &c.* At Salmaſius ſic emendat: *Poſt urb. capt. & dirept. caſum, poſt peſſumdatos pop. Rom. exercitus, partes eorum exiguas reliquit intactas.* Sed quis credat Marcellinum noſtrum ita ſcripſiſſe? Priori quidem conjecturâ nihil excogitari potuit infelicius, & à Marcellini genio magis alienum. Ac profectò ut deſperatis ægris adhiberi remedia vetat Hippocrates, ita etiam à deſperatis Auctorum locis abſtinendum eſſe exiſtimo. Illud itaque dumtaxat monebo, locum eſſe quemdam in lib. XX. cap. 5. qui cum hoc collatus auxilio eſſe poſſit: ſic enim habet: *Cùm diſperſâ gentium confidentiâ, poſt civitatum excidia peremptàque innumera hominum millia, pauca quæ ſemiintegra ſunt relicta, cladis immenſitas perſultaret.* Valeſ. Nemo miretur ab Henrico ſic pronuntiari de conjectura Caſauboni, quum ipſe eam vitiarit citando *eorum*, quum Caſaubonus ediderit *earum.* Salmaſius autem non ſuſtinuit *poſt peſſum datos*, ſed ut legitur in Mſſ. editis *& peſſum datos*, agnoſcens locum deſperatum: interim uterque conſentit ap *in unum ſpirando*, ut eſt in Auguſtana etiam editione, Lindebrogii & Henrici, neſcio cur nupera Pariſienſi omittente particulam. Prior pars videtur ita ſuppleri velle *poſt pericula urbium captarum & direptarum:* poſterior forſan ita commodior procedit *& poſt multos militum ac protectoris interitus.* Ut protectorem innuat M. Vindicem, quem ἔπαρχον iſto tempore oppreſſum refert nominatim Dio pag. 803. *Gron.*

g *Nondum ſolutiore mollitie.*] In Mſſ. Regio * & Toloſ. * & Editione Aug. ſic legitur, *nondum ſolutio reſtitutæ mollitie.* Quare non dubito quin Marcellinus ita ſcripſerit: *Nondum ſolutioris vitæ mollitie, &c.* Valeſ.

h *Duobus navium millibus perrupto Boſphoro*] Hiſtoriæ illuſtrandæ locum ex Trebellio Poll. adſcribam in Claudio. Sub illo enim geſta ſunt, quæ hîc narrantur. *Scytharum diverſi populi, Peucini, Trutungi, Auſtrogo-*

navium

navium millibus perrupto Boſporo & litoribus Propontidis Scythicarum gentium catervæ tranſgreſſæ, ediderunt quidem acerbas terrâ maríque ſtrages: ſed amiſſa ſuorum parte maxima reverterunt. [k] Ceciderunt dimicando cum Barbaris Imperatores Decii, pater & filius. [l] Obſeſſæ Pamphyliæ civitates; [m] inſulæ populatæ complures; inflammata Macedonia: omnis diu multitudo [n] Theſſalonicam circumſedit, itidémque Cyzicum. [o] Anchialos capta, & tempore eodem [p] Nicopolis, quam indicium victoriæ contra Dacos Trajanus condidit Imperator. Poſt clades acceptas illatáſque multas & ſævas, [qr] exciſa eſt Philippopolis, centum hominum millibus (niſi fingunt annales) intra mœnia jugulatis. Vagati per Epirum Theſſaliámque & omnem Græciam licentiùs hoſtes externi: ſed aſſumpto in imperium [ſ] Claudio glorioſo ductore, & eodem honeſta morte prærepto, per [t] Aurelianum acrem virum & ſeveriſſimum noxarum ultorem pulſi, per longa ſæcula ſiluerunt immobiles: niſi

thi, Virtingui, Gipedes, Celtæ etiam & Heruli prædæ cupiditate in Romanum ſolum & Rempub. venerunt, atque illic pleraque vaſtarunt, dum aliis occupatus eſt Claudius, dumque ſe ad bellum quod confecit, imperatoriè inſtruit, ut videantur fata Romana boni Principis occupatione tentata: ſed credo, ut Claudii gloria accreſceret, ejuſque fieret glorioſior toto penitus orbe victoria. Armatarum denique gentium trecenta viginti millia tum fuere. Habuerunt præterea duo millia navium, duplicem ſcilicet numerum, quàm illum, quo tota pariter Græcia omniſque Theſſalia, urbes etiam Aſiæ quondam expugnare conata eſt. Lindenbr.

i *Duobus navium millibus perrupto Boſporo.*] Conſentit quidem Pollio in Claudii geſtis: ſed Zoſimus in lib. 1. ſex millia navium habuiſſe barbaros ſcribit. Suidas verò in v. σκύθαι, ubi illum Zoſimi locum adducit, habet πλοῖα ἑνακόσια corruptè, ut apparet. Ceterùm etiam antea Scythæ in Aſiam irruperant Valeriani Aug. temporibus, ut idem Zoſimus, & Iordanes in Geticis ſcribit: ut dubium eſſe poſſit, utram hîc Scytharum trajectionem intellexerit Marcellinus. *Valeſ.*

k *Ceciderunt dimicando cum barbaris Imperatores Decii*] Aurel. Victor: *Deciorum mortem plerique illuſtrem ferunt. Namque filium audaciùs congredientem cecidiſſe in acie: patrem autem, cùm perculſi milites ad ſolandum Imperatorem multa præfarentur, ſtrenuè dixiſſe, detrimentum unius militis parum videri ſibi. Ita refecto bello cùm impigrè decertaret, interiiſſe pari modo.* Lindenbr.

l *Obſeſſæ Pamphyliæ civitates, inſulæ populatæ &c.*] Trebellius Poll. in Gallienis: *Inter hæc Scythæ per Euxinum navigantes Iſtrum ingreſſi, multa gravia in ſolo Romano fecerunt. Quibus compertis Gallienus Cleodamum & Athenæum Byzantios inſtaurandis urbibus muniendiſque præfecit. Pugnatum eſt circa Pontum, & à Byzantiis ducibus victi ſunt barbari. Veneriano item duce navali bello Gothi ſuperati ſunt; tum ipſe Venerianus militari periit morte. Atque inde Cyzicum & Aſiam, deinceps Achaiam omnem vaſtaverunt.* Idem.

m *Inſulæ populatæ.*] Creta ſcilicet, Cyprus, & Rhodus, imperante Claudio à Scythis vaſtatæ ſunt; ut ſcribit Pollio & Zoſimus. *Valeſ.*

n *Theſſalonicam circumſedit.*] Scythæ imperante Valeriano Theſſalonicam diuturna obſidione preſſerunt; ut refert Zoſimus, Jordanes, & Georgius Syncellus in Chronico. Sed & poſtea regnante Claudio eamdem civitatem aggreſſi ſunt, itidémque Anchialum & Cyzicum, teſte Zoſimo. *Idem.*

o *Anchialos capta, & tempore eodem Nicopolis*] Trebell. Poll. in Claud. *Sub hoc barbari qui ſuperfuerant, Anchialo vaſtata conati ſunt Nicopolim etiam obtinere. Sed illi provincialium virtute obtriti ſunt.* Lindenbr.

p *Nicopolis quam indicium victoriæ contra Dacos Trajanus condidit*] Imitatus Pompeium, qui ob victoriam de Mithridate in minore Armenia Nicopolim quoque exſtruxit. Pauſanias lib. x. De Trajani bellis contra Dacos & Decebalum Dio lib. 68. P. Patricius in Eclog. legat. *Idem.*

q *Exciſa eſt Philippopolis*] Excidium hoc in Decii tempora incidit. Vide Zoſim. lib. 1. *Idem.*

r *Exciſa & Philippopolis.*] Regnante Decio, ut ex Dexippo ſcribit Georgius Syncellus in Chronico, cujus verba profert Scaliger in Euſebiano Chronico pag. 71. Ex quibus apparet nullum hîc ordinem temporum à Marcellino noſtro ſervatum fuiſſe. *Valeſ.*

ſ *Claudio glorioſo ductore, & eodem honeſta morte perempto*] Mortis genus Aurel. Victor. indicat: *Claudius cùm ex fatalibus libris quos inſpici præceperat, cognoviſſet, ſententiæ in Senatu dicendæ primi morte remedium deſiderari, Pomponio Baſſo, qui tunc erat, ſe offerente, ipſe vitam ſuam, haud paſſus reſponſa fruſtrari, dono Reipublicæ dedit.* Alii tamen morbo eum periiſſe aiunt. *Lindenbr.*

t *Aurelianum acrem virum*] Rufus Feſtus: *Trajanus Dacos ſub Rege Decebalo vicit, & Daciam trans Danubium in ſolo barbarico provinciam fecit, quæ in circuitu habuit decies centena millia paſſuum. Sed ſub Gallieno Imp. amiſſa eſt, & per Aurelianum, tranſlatis exinde Romanis, duæ Daciæ in regionibus Mœſiæ & Dardaniæ factæ*

quòd poſtea latrocinales globi vicina cum ſui exitio [3] rariùs incurſabant. Verùm ea perſequar unde diverti.

CAP. VI. Hoc geſtorum textu circumlato nuntiis denſis, Sueridus & Colias, Gothorum Optimates, cum populis ſuis longè antè ſuſcepti, & curare apud Hadrianopolim hiberna diſpoſiti, ſalutem ſuam ducentes antiquiſſimam omnium, otioſis animis accidentia cuncta contuebantur. Verùm Imperatoris literis repentè perlatis, quibus tranſire juſſi ſunt in Helleſpontum, viaticum, cibum, biduúmque dilationem tribui ſibi ſine tumore poſcebant. Quod [ſ] civitatis Magiſtratus ferens indignè, (ſuccenſebat enim iiſdem ob rem ſuam in ſuburbanis [4] vaſtatam) imam plebem omnem [t] cum Fabricenſibus, quorum illic ampla eſt multitudo, productam in eorum armavit exitium: juſſiſque bellicum canere bucinis, ni abirent ocius ut ſtatutum eſt, pericula omnibus minabatur extrema. Quo malo præter ſpem Gothi perculſi, & concito quàm conſiderato civium aſſultu perterriti, ſteterunt immobiles: laceratíque ad ultimum deteſtatione atque conviciis, & tentati miſſilium jactibus raris, ad defectionem erupere confeſſam: & cæſis plurimis quos impetus deceperat petulantior, [5] averſiſque reſiduis & telorum varietate confixis, habitu jam Romano cadaveribus ſpoliatis armati, viſo propiùs Fritigerno junxerunt [6] ſemet ut morigeri ſocii, urbémque clauſam obſidionalibus ærumnis urgebant. In qua difficultate diutiùs poſiti, paſſim & promiſcuè ruebant: eminénſque aliquorum audacia peribat inulta, multíque ſagittis & rotatis per fundas lapidibus interibant. Tunc Fritigernus fruſtra cum tot cladibus conluctari homines

3 *Mſ.* rarius. 4 *Mſ. & Steph.* vaſtatam inam plebem *Tr.* vaſt. imam plebem. 5 *Al.* adverſiſque. 6 *Mſ.* ſemet ... ut

ſunt. Lindenbr.

ſ *Civitatis Magiſtratus.*] Id eſt Duumvir. Sic Magiſtratus pro Duumviro ſumitur in toto Titulo Codicis Th. de Decurionibus. Et apud Optatum in lib. 1. itémque in Geſtis purgationis Cæciliani, Cæcilianus *Magiſtratus* & *Duumvir* promiſcuè appellatur. Eodem ſenſu Magiſtratus ſumuntur in lib. x. Apuleii, & à Tertulliano in lib. de Corona, cùm ait: *Coronant & publicos ordines laureis publicæ cauſæ: Magiſtratus verò inſuper aureis* * Sic in Concilio Eliberitano capite 56, * Hi à Græcis στρατηγοὶ dicebantur, ut docent Gloſſæ vett. in quibus legitur, στρατηγὸς, *Magiſtratus.* στρατηγία, *Magiſtratus.* Corinthi certè ſummus Magiſtratus dicebatur στρατηγὲ, ut indicat Arrianus in lib. 3. Diſſertat. Epicteti, cap. 1. & Libanius in Orat. pro Ariſtophane Corinthio. Apud Rhodios quoque & Tarſenſes ſummum Magiſtratum ita vocatum eſſe docet Dio in Rhodiaca & in Tarſica 1. Idem apud Epheſios nomen fuiſſe docet Lucianus in Toxari. apud Philippenſes Lucas in Actis Apoſtolorum cap. 16. Athenis quoque στρατηγοὶ oppreſſo Archontum nomine primas invaſere. Nam & apud Ciceronem in lib. v Epiſt 11. ad Atticum, & in decreto Athenienſium in honorem Herodis quod Joſephus refert, στρατηγὸς primo loco nominatur ante ἄρχοντα. Denique in omnibus Græciæ civitatibus tandem obtinuit, ut ſummi Magiſtratus dicerentur Strategi, ut ex veteribus nummis & marmoribus conſtat, in quibus ἐπὶ στρατηγοῦ τοῦ δεῖνος toties occurrit. Et ſic ea vox interpretanda eſt in lib. 4. Artemidori cap. 51. & ult. & in lib. v. cap. 37. Itémque apud Euſebium in lib. 8. Hiſt. Eccl. cap. 19. τοὺς ἐν ἁπάσαις πόλεσι λογιστὰς ἅμα στρατηγοῖς καὶ ταβουλαρίοις: id eſt *Curatores ſingularum civitatum cum Magiſtratibus & Tabulariis*: qui locus etiam confirmat ea, quæ de Tabulariis civitatum notavimus ſuprà. Sic etiam in cap 23. ejuſdem libri, & in cap. 1. libri IX. λογιστὰς & στρατηγοὺς conjungit Euſebius, perinde ac in Collatione 1. Carthaginenſi p. 5. *Univerſos etiam cunctarum provinciarum Curatores, Magiſtratus, & ordinis viros, &c.* * & in lege 2. Cod. Theod. de Canone frumentt. Poſtremò Origenes in libro ult. contra Celſum in fine, στρατηγεῖν dixit pro magiſtratu fungi: εἰ δὲ βούλεσθ᾽ ὑμᾶς ὁ Κέλσος καὶ στρατηγεῖν τῆς πατρίδος, &c. * Valeſ.

t *Cum Fabricenſibus.*] Hadrianopoli Fabrica erat ſcutaria atque armorum ſub diſpoſitione Magiſtri Officiorum, ut docet Notitia Orientalis Imperii. Hadrianopolitanæ Fabricæ mentio fit ab D. Athanaſio in Epiſt. ad

ignaros obſidendi contemplans, relicta ibi manu ſufficiente, abire negotio imperfecto ſuaſit, *Pacem ſibi eſſe cum parietibus* memorans, ſuadénſque ut populandas opimas regiones & uberes abſque diſcrimine ullo, vacuas præſidiis etiamtum adorirentur. Laudato Regis conſilio, quem cogitatorum norant fore ſocium efficacem, per Thraciarum latus omne diſperſi cautè gradiebantur, dedititiis vel captivis vicos uberes oſtendentibus, eos præcipuè ubi alimentorum reperiri ſatias dicebatur: eo maximè adjumento præter genuinam erecti fiduciam, quòd confluebat ad eos in dies ex eadem gente multitudo, dudum à mercatoribus venumdati, adjectis plurimis quos primo tranſgreſſu necati inediâ, vino exili vel panis fruſtis mutavere viliſſimis. Quibus acceſſere [v] ſequendarum auri venarum periti non pauci, vectigalium [7] perferre poſſe non ſufficientes ſarcinas graves: ſuſceptíque libenti conſenſione cunctorum, magno uſui iiſdem fuere ignota paragrantibus loca, [x] conditoria frugum occulta & latebras hominum & receptacula ſecretiora monſtrando. Nec quidquam niſi inacceſſum & devium, præeuntibus iiſdem manſit intactum. Sine diſtantia enim ætatis vel ſexus, cædibus incendiorúmque magnitudine cuncta flagrabant: abſtractíſque ab ipſo uberum ſuctu parvulis & necatis, raptæ ſunt matres, & viduatæ maritis conjuges ante oculos cæſis, & puberes adultíque pueri per parentum cadavera tracti ſunt. Senes denique multi, ad ſatietatem vixiſſe clamantes, poſt amiſſas opes cum ſpecioſis feminis, manibus poſt terga contortis, defletiſque gentilium favillis ædium, ducebantur extorrés.

CAP. VII. Hæc ex Thraciis magno mærore accepta Valentem Principem in ſollicitudines varias diſtraxerunt. Et confeſtim Victore Magiſtro equitum miſſo ad Perſas, ut ſuper Armeniæ ſtatu pro captu rerum componeret impendentium: [y] ipſe Antiochiâ protinus egreſſurus, ut Conſtantinopolim interim peteret, Profuturum præmiſit [z] & Trajanum, ambo Rectores, an-

7 *Mſ. & Steph.* perferre non poſſe non ſufficientes.

Solitarios ſub initium: ubi dicit Arianos Epiſcopos antequam Concilium Serdicæ inchoaretur, Hadranopolim aufugiſſe: qua in urbe cùm efficere non potuiſſent ut Clerici ſecum communicarent, re ad Conſtantium relata, impetrarunt ut x. Laïcis in loco qui Fabrica dicitur, capita amputarentur: καὶ πεποιήκασιν ἀπὸ τῆς ἐκεῖ καλουμένης φάβρικος δέκα λαϊκῶν ἀποτμηθῆναι τὰς κεφαλὰς, &c. Valeſ.

v *Sequendarum auri venarum periti.*] Sic loquuntur Imperatores in lege 7. Cod. Th. de Metallis; & Firmicus * in libro 8. * *Metallorum*, ait, *inventores erunt, qui latentes auri & argenti venas ac ceterarum ſpecierum ſollertibus inquiſitionibus perſequentur.* Hinc Claudianus in Conſulatu Theodori *venas ſequaces* dixit. Ceterùm auri metalla in Thracia fuiſſe ad Datum opidum docet Strabo in lib. 7. & Zenobius in Adagiis. Beſſi quoque Thraciæ populi auri metalla exercebant, ut patet tum ex Pacati Panegyrico, tum ex Claudiano de Conſulatu Theodori. Metallarii Thraces memorantur in lege 7. Cod. Th. de Metallis. *Idem.*

x *Conditoria frugum*] *Conditorium* eſt ἀποθήκη, ut lib. XVIII. *Conditorium muralium tormentorum* Plinius lib. VII. cap. 16. *Corpora ejus miraculi gratiâ in conditorio Salluſtianorum adſervabatur hortorum.* * Retinuit Solinus eamdem rem narrans pag. 17. *Reliquiæ adhuc in conditorio Salluſtianorum videntur*· Petron. Arb. pag. 65. *Deſcendit in conditorium.* Et pag. 66. *Præcluſis conditorii foribus.* Pag. 67. *Fatale conditorium familiari ac viro.* * Tertullianus de Reſurr. cap. 44. *divini theſauri conditorium* vocat hominem. *Lindenbr.*

y *Antiochia protinus egreſſurus.*] Valens Antiochiâ egreſſus eſt, Gratiano IV. & Merobaude Coſſ. ut patet ex Codice Th. in tit. de erogatione mil. ann. & in tit. de militari veſte. *Valeſ.*

z *Et Trajanum ambo Rectores.*] Trajanus Magiſter

helantes quidem altiùs, ſed imbelles. Qui cùm ad loca veniſſent; ubi particulatim pérque furta magis & latrocinia multitudo minui deberet hoſtilis, ad id quod erat perniciosum intempeſtivè converſi, legiones ab Armenia ductas oppoſuere veſanum adhuc ſpirantibus Barbaris, opere quidem Martio ſæpe rectè compertas, ſed impares plebi immenſæ, quæ celſorum juga montium occupa-rat & campos. Hi numeri nondum experti, quid cum deſperatione rabies valeret indomita, truſo hoſte ultra AEmi montis abſciſos ſcopulos faucibus inſedere præruptis, uti Barbaros locis [8] incluſos, [a] nuſquam reperientes exitum diuturna conſumeret fames, & opperirentur ipſi Frigeridum Ducem, cum Pannonicis & Tranſalpinis auxiliis adventantem, quem petitu Valentis Gratianus ire diſpoſuit in procinctum, laturum ſuppetias iis qui ad ultimum vexabantur exitium. Poſt quem [b] Richomeres Domeſticorum tunc Comes, imperatu ejuſdem Gratiani motus è Galliis, properavit ad Thracias ductans cohortes aliquas nomine tenus: quarum pars pleraque deſeruerat (ut jactavere quidam) Merobaudis ſuaſu, veriti ne deſtitutæ adminiculis Galliæ vaſtarentur licenter Rheno perrupto. Verùm articulorum dolore Frigerido præpedito, vel certè ut obtrectatores finxere malivoli, morbum cauſante ne ferventibus prœliis intereſſet: univerſos regens ex communi ſententia Richomeres Profuturo ſociatur & Trajano, tendentibus [c] prope oppidum Salices: unde haud longo ſpatio ſeparatum vulgus inæſtimabile Barbarorum, ad orbis rotundi figuram multitudine digeſta plauſtrorum, tamquam [d] intramuranis cohibitum ſpatiis, otio fruebatur & ubertate prædarum. Prævia igitur ſpe meliorum Romani Duces, ſi fors copiam attuliſſet auſuri aliquid glorioſum, Gothos

8 *Mſ.* & inſulis.

---

militum memoratur à Theodorito in lib. 4. cap. 29. Hiſt. Eccleſ. ubi & dictum ejus refertur. Cùm enim Valens Conſtantinopolim ingreſſus Trajanum adverſus Gothos cum exercitu præmiſiſſet, & ille victus rediiſſet, conviciis à Valente laceratus eſt: qui cùm animi mollitiem & ignaviam ei exprobraret, Trajanus liberè reſpondit, non ſe à barbaris victum, ſed ipſum Imp. victoriam hoſtibus prodidiſſe, quippe qui Deo bellum indixiſſet, ac veros Dei cultores acerbiſſimè vexaret: atque ita Deum ſibi quidem infenſum, barbaris autem amicum ac propitium redderet. Eſt ad eumdem Trajanum Epiſtola D. Baſilii 376. & 377. Denique Palladius in Leuſiaco Τραϊανὸν στρατηλάτην vocat, ejuſque filiam Candidam à ſanctitate vitæ commendat. *Valeſ.*

a *Numquam reperiens exitum.*] Scribendum omnino eſt, *nuſquam reperientes exitum*: vel ſanè, *nullumque reperientes exitum*, ut loquitur Marcellinus infrà p. 633. *Idem.*

b *Richomeres Domeſticorum tunc Comes.*] Poſtea Magiſter militum * factus à Gratiano, & pòſt ab eodem datus eſt Theodoſio, tunc cùm Gratianus Theodoſium collegam adſcivit Imperii, & cum eo Palatium, ac Comites rei militaris partitus eſt. Richomeres ergo in Oriente * Conſul à Theodoſio factus eſt cum Clearcho, anno Dom. 384. Libanius de Vita ſua in fine, cum Antiochiam veniſſe teſtatur, eique Conſuli ac Magiſtro equitum panegyricum abs ſe dictum eſſe: *ῥιχομήρης ἥκεται στρατηγὸς ἱερός τι καὶ θεοῖς προσκείμενος ἄνθρωπος*: *Richomeres Magiſter militum advenit, vir ſacris Deorum immortalium addictus.* Eumdem poſtea Theodoſius adverſus Eugenium tyrannum profecturus, Magiſtrum utriuſque militiæ conſtituerat, Tatiano & Symmacho Coſſ. ut patet ex lege 13. Cod. Th. de re militari: ſed Richomeres ante expeditionem morbo deceſſit, teſte Zoſimo in lib. 4. Sunt ad eumdem Epiſtolæ Symmachi in lib. 3. & Libanii. *Idem.*

c *Opidum Salices,*] Opidum Scythiæ, quod ob frequentiam ſalictorum, ut videtur, dicebatur Ad Salices. Situm erat inter Tomos & Salmuridem, ut patet ex Itinerario Antonini. *Idem.*

d *Intramuranis cohibita ſpatiis.*] Lex Grammaticæ poſtulat, ut ſcribatur *cohibitum*, ſupple *vulgus*. *Idem.*

quidquid molirentur ſagaciter obſervabant: id ſcilicet præſtruentes, ut ſi [9] aliorſum caſtra moviſſent, quod fecere creberrimè, terga ultimorum adorti plures perfoderent confiſi, magnámque ſpoliorum averterent partem. Hoc intellecto hoſtes, vel transfugarum indiciis docti, per quos nihil latebat incognitum, in eodem loco diu manſerunt: ſed oppoſiti exercitûs metu præſtricti, aliorúmque militum quos affluere jam ſperabant: teſſera data gentili, per diverſa propè diffuſas accivere vaſtatorias manus, [1] [c] quæ [juſſis] Optimatum acceptis, ſtatim ut [f] incenſi malleoli, [g] ad carraginem (quam ita ipſi appellant) aliti velocitate regreſſæ, incentivum audendi majora popularibus addiderunt. Nihil poſt hæc inter partes præter indutias laxatum eſt breves. Reverſis enim his quos neceſſitas evocarat, plebs omnis intra ſæptorum ambitum etiamtum contruſa, immaniter fremens, animíſque concita truculentis, experiri proſtrema diſcrimina, nec principibus gentis qui aderant renuentibus, cruditate feſtinabat. Et quoniam hæc Sole agebantur extremo, nóxque adventans ad quietem [2] invitos retinebat & mæſtos, capto per otium cibo ſomni manſerunt expertes. Contrà Romani his cognitis, ipſi quoque exſomnes verebantur hoſtes, & malè ſanos eorum ductores ut rabidas feras: eventum licèt ancipitem, ut numero ſatis inferiores, proſperum tamen ob juſtiorem ſui cauſam mentibus exſpectantes impavidis. [h] Candente itaque protinus die, ſigno ad arma capienda ex utraque parte per lituos dato, Barbari poſtquam inter eos ex more

9 *Ita mſ. & Steph. vulg.* aliò. 1 *Mſ.* quæ. 2 *Mſ. & Steph.* inviſos.

---

e *Cuique Optimatum acceptas.*] In codice Regio, * Toloſ. * [Colbert.] & Flor. & in Editione Aug. legitur, *quæ Optim. acceptis.* proinde ſic locum emendari debere exiſtimo: *Accivere vaſtatorias manus: quæ mandatis Optimatum acceptis, ſtatim ut.* Optimates porrò Gothi vocabant Duces ſuos, eo quòd nobilitate ceteris antecellerent. Sic ſuprà Sueridus & Colias Gothorum Optimates dicuntur, & Anaolfum Gothorum Optimatem vocat Idatius in Chronico. Aurelianus quoque apud Vopiſcum in Bonoſo Optimates Gothicas ſimiliter dixit. Olympiodorus Hiſtoricus in Bibliotheca Photii: τοῦ Ῥαδαγαίσου Γότθων οἱ κεφαλαιῶται Ὀπτίματοι ἐκαλοῦντο. Henr. Valeſ. Itane frater ſequi fratrem recuſat; & quum major interponat *mandatis*, minor recalcitrans reponit *juſſis*? idque quum utriuſque nulla queat dari fides. Utique multo lenior medicina erit; *Quæ optimatium aſſenſu, ſtatim &c.* Gron.

f *Incenſis malleolis.*] Veram hujus loci ſcripturam ex Regio codice * & Tol. * & Editione Aug. reſtitui. Sic Marcellinus in lib. XXI. de Juliano dixit: *Sed ille, ut fax vel incenſus malleolus volucriter ad deſtinata feſtinans, &c.* Valeſ.

g *Ad carraginem quam ita ipſi appellant, aliti velocitate regreſſæ*] Quod Ammianus, Flav. Vopiſcus, Trebellius Poll. & ſi qui alii, *carraginem*, id Græci Tactici καραγὸν appellant. Leo Imp. Καραγὸς λέγεται, ὁ διὰ τῶν ἁμαξῶν καὶ τριβόλων, καὶ τῶν ἄλλων μηχανῶν γινόμενος περιορισμὸς εἰς ἀσφάλειαν τοῦ στρατοῦ. Carraginem optimè deſcribit Cl. Claudian. in Rufin. lib. 2.

Tum duplici foſſa non exſuperabile vallum
Aſperat alternis ſudibus, murique locata
In ſpeciem, cæſis obtendit plauſtra juvencis.

Exactiùs adhuc Agathias lib. 2. Καὶ τοὺς τῶν ἁμαξῶν τροχοὺς ἃς δὴ ὡς πλείστας ἐπήγετο, στοιχηδὸν ἐς ἀλλήλους ἁρμόσας, ἐνέπηξε τὰ ὄπισθεν τῷ ἐδάφει, ἄχρι καὶ ἐς τὰς πλήμνας περιχώσας, ὡς μόνα τὰ ἡμικύκλια ὑπερανέχειν καὶ περιβεβλῆσθαι. Theophylactus Simocat. lib. VII. τὰς ἁμάξας συνδέντες περιεβάλοντο χάρακα. Hanc eamdem intellexit Plutarchus: cùm de Cæſare ſcribit: περὶ ταῖς ἁμάξαις καὶ τῷ χάρακι τὸν πλεῖστον ἔσχε πόνον. Sic nempe Helvetii ſeſe præſtruxerant, quo modo barbari omnes caſtra munire ſolebant. Vegetius lib. 3. cap. 10. *Omnes barbari carris ſuis in orbem connexis, ad ſimilitudinem caſtrorum ſecuras à ſupervenientibus exigunt noctes.* Jordanes de reb Goth. *Se ſuoſque ilico intra ſæpta caſtrorum, quæ plauſtris vallata habebat, recluſiſſet.* P. Diacon. lib. XV. *Intra plauſtrorum munimenta ſe continens, erumpere non auderet.* Lindenbr.

h *Cadente itaque protinus die.*] Rectiùs in Fauchetii

juratum eſt, tumuloſos locos appetere tentaverunt: quò exinde per proclive rotarum modo obvios impetu convolverent acriore. Hócque viſo ad ſuos quiſque manipulos properans miles, ſtabili gradu conſiſtens nec vagabatur, nec relictis ordinibus procurſabat. Ergo ubi utrimque acies cautiùs incedentes greſſu ſteterunt immobili, torvitate mutua bellatores luminibus ſe contuebantur obliquis. Et Romani quidem voce undique Martia concinentes, à minore ſolita ad majorem protolli, quam gentilitate appellant barritum, vires validas erigebant. Barbari verò majorum laudes clamoribus ſtridebant inconditis: interque varios ſermonis diſſoni ſtrepitus leviora prœlia tentabantur. Jámque verutis & ſimilibus aliis utrimque ſemet eminus laceſſentes, ad conferendas coïere minaciter manus: & ſcutis in teſtudinum formam coagmentatis, pes cum pede collatus eſt. Barbaríque ut reparabiles ſemper & celeres, ingentes [i] clavas in noſtros conjicientes ambuſtas, mucronéſque acriùs reſiſtentium pectoribus illidentes, ſiniſtrum cornu perrumpunt: quod inclinatum ſubſidialis robuſtiſſimus globus, è propinquo latere fortiter excitus, hærente jam [3] morte cervicibus ſuſtentavit. Fervente igitur denſis cædibus prælio, in confertos quiſque promptior ruens, ritu grandinis undique volitantibus telis oppetebat & gladiis: & ſequebantur equites hinc inde fugientibus occipitia lacertis ingentibus præcidentes & terga: itidémque altrinſecus pedites lapſorum, timore impeditorum, [4] [k] ſecando ſuffragines. Et cùm omnia cæſorum corporibus opplerentur, jacebant inter eos quidam ſemiamines, ſpem vitæ inaniter uſurpando; alii glande fundis excuſſa, vel harundinibus armatis ferro confixi: quorumdam capita per medium frontis & verticis mucrone diſtincta, in utrumque humerum magno cum horrore pendebant. Et pertinaci concertatione nondum laſſatæ, æquo Marte partes ſemet altrinſecus afflictabant: nec de rigore genuino quiſquam remittebat, dum vires animorum alacritas excitaret. Diremit tamen interneciva certamina [l] cedens veſpero dies: & cunctis quà quiſque potuit incompoſitè diſcedentibus, reſidui omnes repetunt tentoria triſtiores. Humatis denique pro locorum & temporis ratione Honoratis quibuſdam inter defunctos, reliqua peremptorum corpora diræ volucres conſumpſerunt, aſſuetæ illo tempore cadaveribus paſci, ut indicant nunc uſque [m] albentes oſſibus

3 *Mſ.* morte 4 *Mſ.* ſecandos.

codice legitur *Candente*: quemadmodum loquitur Marcellinus in lib. XXI. *ubi lux excanduit tertia.* Valeſ.

i *Clavas in noſtros conjicientes ambuſtas*] Fuere hæc arma barbaris potiſſimùm & rudi ſæculo uſitata. Virgil. VII. Æneid.

- - - Non jam certamine agreſti
Stipitibus duris agitur ſudibuſve præuſtis,
Sed ferro ancipiti decernunt. Lindenbr.

k *Secantes ſuffragines.*] Cùm in Mſſ. Flor. * Toloſ.* [Colb.] & Regio ſcriptum ſit, *ſecandos ſuffr.* non dubito quin Marcellinus ſcriptum reliquerit, *ſecando ſuffragines.* Nam & id modulatiùs ſonat, & Marcellini ſtilo magis reſpondet. *Valeſ.*

l *Cedens veſpero dies*] Apuleius Mileſ. 8. *Sol noƈti tandem deceſſit.* Sidonius Apollinaris lib. 2. Epiſt. 2. *Ver decedit æſtati.* * Lindenbr.

m *Albentes oſſibus campi*] Virgil. Æneid. XII.

- - - recalent noſtro Tiberina fluenta
Sanguine adhuc, campique ingentes oſſibus albent.

Et alibi :

campi. Conſtat tamen in numerò longè minore Romanos, [n] cum ea copioſa multitudine colluctatos, funerea multa perpeſſos: non tamen ſine deflendis ærumnis exagitaſſe barbaram plebem.

CAP. VIII. His caſibus prœliorum ita luctuosè finitis, noſtri proximos Marcianopoleos petivere ſeceſſus. Gothi intra vehiculorum anfractus ſponte ſua contruſi, numquam exinde per dies ſeptem egredi vel videri ſunt auſi: ideóque opportunitatem milites nacti, immenſas alias Barbarorum catervas inter AEmimontanas anguſtias clauſerunt aggerum objectu celſorum: hac ſpe nimirum: ut inter Hiſtrum & ſolitudines pernicioſa hoſtium multitudo compacta, nullóſque reperiens exitus periret inediâ, cunctis utilibus ad vivendum in civitates validas comportatis: quarum nullam etiamtum circumſedere conati ſunt, hæc & ſimilia machinari penitus ignorantes. Poſt quæ repetivit Gallias Richomeres, ob majorem prœliorum fremitum qui [5] exſpectabatur, inde adminicula perducturus. Hæc Gratiano quater & Merobaude Conſulibus agebantur, anno in autumnum vergente. Inter quæ Valens audito lugubri bellorum direptionúmque eventu, Saturninum, equeſtris exercitûs ad tempus curâ commiſſâ ſuppetias Trajano ferentem miſit & Profuturo. Fortéque iiſdem diebus per Scythiæ regiones & Mœſiæ omnibus quæ poterant mandi conſumptis, feritate urgente pariter & inopia, [o] Barbari [erumpere] molibus magnis ardebant. Hócque ſæpe tentato cùm obruerentur vigore noſtrorum per aſperitates ſcrupoſas validè reſiſtentium: adacti neceſſitate poſtrema, [p] Chunorum & Alanorum aliquos ad ſocietatem ſpe prædarum ingentium adſciverunt. Quo cognito Saturninus (jam enim aderat & prætenturas ſtationéſque diſponebat agrarias) paullatim colligens ſuos, digredi parabat conſilio non abſurdo: ne ſubita multitudo, [q] uti amnis impulſu undarum obicibus ruptis emiſſus, convelleret levi negotio cunctos: ſuſpecta loca diutiùs obſervantes. Deinde poſt reſeratas anguſtias abitúmque militis tempeſtivum, incompoſitè qua quiſque

5 *Mſ.* ſpectabatur.

--- *campos multorum oſſibus albos.*
Tacit. *Medio campi albentia oſſa, ut fugerant, ut reſtiterant, disjecta aut aggerata.* Lindenbr.

n *Cum ea copioſa multitudine.*] Regius codex [& Colb.] ſcriptum habet, *cum eo copioſa m.* quod poſitum videtur eſſe pro, *adeo copioſa.* Valeſ.

o *Barbarique molibus m.*] Scribendum omnino eſt, *barbari erumpere molibus magnis ardebant*: ſic enim ſenſus poſtulat. *Idem.* Ut Numantinis apud Florum 2, 18, circumdatis, ubi non impetrabant prælium, dicitur placuiſſe eruptio. Si modo id verbum ita notum potuit excidere. Unde vidi, qui adſcripſerat Margini legendum *barbari exire.* Quod certe verbum potuit coiiſſe probabiliter in copulam *que.* Niſi alia literarum ſimilitudo fraudem huic loco intulerit, & auctor dederit *barbarique evagari mol.* Gron.

p *Chunorum*] Nihil variant veteres libb. Et *Chunos* vocat (uti & Ptolem. in Deſcriptione Sarmatiæ, Sidon. Apoll. carmin. VII, * & Gregor. Turonenſ. lib. 2. cap. 6. 7. & alibi *) quos alii *Hunnos*, vel *Thynos*; ut Priſcianus Perieget.

Hinc Thynus ſequitur, pôſt fortis Caſpia proles.

Neque de fide ejus lectionis dubitandum eſt, quam ita variè efferri etiam Euſtath. in Dionyſ. notat: Οὖννοι ἢ Θουῶνοι μετὰ τοῦ θ, Στοιχεῖς, Κάσπιοι ἔθνος εἰσὶ Σκυθικόν. Dionyſius tamen dixit:

Οὖννοι δ᾽ ἑξείης, ἐπὶ δ᾽ αὐτοῖς Κάσπιοι ἄνδρες. Lindenbr.

q *Ut immanis pulſus undarum.*] Non is equidem ſum, qui omnia pro arbitrio corrigere velim: ſed tamen facere non poſſum quin conjecturam meam hîc proponam. Suſpicor enim ſcribendum eſſe, *uti amnis impulſu undarum obicibus ruptis emiſſus.* Valeſius. Supra lib. XV.

clauſorum potuit, nullo vetante turbandis incubuit rebus: & vaſtabundi omnes per latitudines Thraciæ pandebantur impunè, ab ipſis tractibus quos prætermeat Hiſter exorſi, aduſque Rhodopen & [r] fretum quod immenſa diſterminat maria, rapinis & cædibus, ſanguinéque & incendiis, & liberorum corporum corruptelis omnia fœdiſſimè permiſcentes. Tunc erat ſpectare cum gemitu facta dictu viſúque prædira, attonitas metu feminas flagris concrepantibus agitari, fetibus gravidas adhuc immaturis, antequam prodirent in lucem impia tolerantibus multa: implicatos alios matribus parvulos, & puberum audire lamenta puellarúmque nobilium, quarum ſtringebat fera captivitas manus. Poſt quæ adulta virginitas, caſtitáſque nuptarum [ſ] ore adſecto flens ultima ducebatur, mox profanandum pudorem optans morte licèt cruciabili prævenire. Inter quæ cùm belluæ ritu traheretur ingenuus paullo antè dives [& liber,] de Fortuna ut inclementi querebatur & cæca, quæ eum [t] puncto temporis brevi opibus exutum & dulcedine caritatum domóque extorrem, quam [6] concidiſſe vidit in cinerem & ruinas, aut lacerandum membratim, aut ſerviturum ſub verberibus & tormentis [v] duro devoviſti victori. Barbari tamen, velut diffractis caveis beſtiæ, per ſpatiorum amplitudines fuſiùs incitati, [x] oppidum petivere nomine Dibaltum, ubi Tribunum Scutariorum Barzimerem inventum cum ſuis, Cornutíſque & aliis peditum numeris, caſtra ponentem adſiliunt, eruditum pulvere militari rectorem. Qui confeſtim (ut adigebat neceſſitas inſtantis exitii) juſſâ canere bellicum tubâ, lateribus firmatis, prærupit cum promptis adcinctis ad prœlium: fortitérque reſiſtendo pari pugnandi ſorte diſceſſiſſet, ni eum equitum adcurſus [7] complurium anhelum circumve-

6 *Al.* conceſſiſſe. 7 *Al.* quamplurimum.

---

cap. 4. *Inter montium celſorum anfractus impulſu immani exoriens Rhenus.* Gron.

r *Tractum qui immenſa diſterminat maria.*] In codice Regio [& Colb.] * ac Toloſ. * & Editione Auguſt. hanc ſcripturam inveni, *fractum quod immenſa diſt. m.* Sed in Regio exemplari ſuperſcriptum erat *fretum*, optimè ut equidem judico. Sic enim Marcellinus noſter in lib. XXI. *aduſque fretum & Propontidem.* Et in lib. XXVII. Thraciarum provincias à Septentrione quidem ait Danubio terminari: à Meridie autem ſcopulis montis Rhodopes attolli: ab Oriente verò finiri in fretum, quod ab Euxino Ponto in AEgæum reciprocis fluctibus fertur. Vide & paginam ultimam libri XXXI. & ultimi. *Valeſ.*

ſ *Ore affecto.*] Cùm in Regio codice * & Tol * [ac Colb.] ſcriptum invenerim, *ore adſecto*: prope eſt ut exiſtimem ſic à Marcellino relictum fuiſſe, *adulta virginitas caſtitáſque nuptarum ore abjecto flens ultima ducebatur.* [Annon tamen MſſT. codicum ſequenda nobis eſt potiùs auctoritas? *Ore* enim *adſecto* nihil aliud eſt quàm facie unguibus ſecta; quod facere in luctu & in ſummo dolore mulieres ſolent.] *Idem.*

t *Puncto temporis brevioris extortum.*] Sic quidem in exemplari Regio ſuperſcriptum eſt, ex conjectura antiquarii: ſed in textu ipſo ſcriptum eſt hoc modo, *brevioribus extotum*, * ut & in Tol. * [& Colb.] Unde abſque ulla propemodum litterarum mutatione ſic emendandum putavi: *Quæ eum puncto temporis brevi* (ita loquitur Marcellinus in l. XIX.) *opibus exutum, &c.* Idem.

v *Duro devoviſti victori*] Nihil moveo, ſiquidem conſtitit Hadriano ratio ut ſic ederet, quum frater ejus aliique priores exhibuerint *crudo*, quod ſi eſt in mſſtis, longe equidem prætulerim. Manifeſte enim alludit ad verba Taciti lib. I. Annal. cap. 8. *Quique a parentibus acceperant diem illum crudi adhuc ſervitii.* Sed nec quod paulo ante immutatum eſt, tacitum ferre nuperus editor debet, quum ulteriores habeant *de te, Fortuna ut inclementi*: quæ apoſtrophe ſane non incommoda. *Gron.*

x *Oppidum nomine Dibaltum.*] *Debeltum* opidum Thraciæ dicitur in Itinerario Antonini. Ptolemæus Δεύλτον coloniam nominat, perinde ac Plinius in lib. 4. qui ſua ætate *Deultum* dictum eſſe teſtatur. Eique ſcripturæ ſuffragantur veteres nummi. Hierocles in συνεκδήμῳ, in-

nisset

niſſet & feſſum. Et ita cecidit interfectis barbarorum non paucis, quorum clades copiarum magnitudo celabat.

CAP. IX. Re in hunc modum peracta; Gothi quid poſtea molirentur incerti, quæritabant Frigeridum, tamquam obicem validum ubi reperirent exciſuri: & cultiore victu ſomnóque parumper aſſumpto, eum ſequebantur ut feræ: docti quòd Gratiani monitu reverſus in Thracias, & y prope Berœam vallo metato, eventus rerum ſpeculabatur ancipites. Et hi quidem ad patrandum propoſitum diſcurſione rapida maturabant. Ille verò regendi conſervandíque militis non ignarus, id quod cogitatum eſt ſuſpicatus, vel exploratorum relatione quos miſerat apertè inſtructus, per montium celſa ſilvarúmque denſitates ad Illyricum redit, erectus proſperitate nimia, quam ei fors obtulit inſperata. Repedando enim, congregatóſque in cuneos ſenſim progrediens, Gothorum Optimatem Farnobium cum vaſtatoriis globis vagantem licentiùs occupavit, ducentémque Taifalos nuper in ſocietatem adhibitos: qui ſi dignum eſt dici, noſtris ignotarum gentium terrore diſperſis, tranſiere flumen direpturi vacua defenſoribus loca. Eorum catervis ſubitò viſis, certare comminus Dux cautiſſimus parans, 8 z adortúſque nationis utriuſque graſſatores minantes etiamtum acerba; trucidaſſet omnes ad unum, ut ne nuntius quidem cladis pòſt appareret, ni cum aliis multis perempto Farnobio, metuendo antehac incenſore turbarum, obteſtatus prece impenſa ſuperſtitibus peperciſſet: vivóſque omnes circa Mutinam, Regiúmque & Parmam Italica oppida, rura culturos exterminavit. Hanc Taifalorum gentem turpem ac obſcenæ vitæ flagitiis ita accepimus merſam, ut apud eos nefandi concubitus fœdere copulentur maribus puberes; ætatis viriditatem in eorum pollutis uſibus conſumpturi. Porro ſi qui jam adultus aprum exceperit ſolus, vel interemerit urſum immanem, colluvione liberatur inceſti.

CAP. X. Hæc autumno vergente in hiemem funeſti per Thracias turbines 9 converrebant: quæ temporum rabies, velut cuncta cientibus Furiis, ad regiones quoque longinquas progrediens latè ſerpebat. Et jam Lentienſis Alamannicus populus, tractibus Rætiarum confinis, per fallaces diſcurſus violato fœdere dudum concepto, collimitia noſtra tentabat, quæ clades hinc exitiale primordium ſumpſit. Ex hac natione quidam inter Principis Armigeros militans,

8 *Mſ. & Steph.* ut priuſquam. 9 *Mſ.* converrebant: & quæ.

ter AEmimonti urbes memorat Debeltum. Sic enim ait: Ἐπαρχία Αἱμιμόντου ὑπὸ ἡγεμόνα πόλεις ἕξ. Ἀδριανούπολις, Ἀγχίαλος, Δεβελτὸς, Πλωτινόπολις. Vales.

y *Prope Berœam.*] Thraciæ civitatem, ut dixit Marcellinus in lib. XXVII. quæ à Græcis ferè Βερόη appellatur: ſic enim Theophylactus Simocatta in lib. 2. Hiſt. cap. 15. Hierocles: ἐπαρχία Θρᾴκης ὑπὸ Κονσουλάριον πόλεις ε. Φιλιππούπολις. Βερόη. Beroa quoque dicitur in Itinerario Antonini. *Idem.*

z *Adortuſque nationes oppreſſit.*] Hunc locum egregiè mihi videor reſtituiſſe. Cùm enim in codice Regio [& Colb.]. * ac Toloſ. * ſcriptum eſſe vidiſſem, *nationes ut priuſque*, quemadmodum ferè in Mſ. Flor. & Editione Auguſt. legitur, emendavi, *adortuſque nationis utriuſque graſſatores*, Gotho ſcilicet & Taifalos: ſtatimque

poſcente negotio reverſus in larem, ut erat in loquendo effuſior, interrogantes multos quid ageretur in palatio, docet arceſſitu Valentis patrui Gratianum Orientem verſus mox ſigna moturum: ut duplicatis viribus repellantur plagarum terminalium accolæ, ad Romanorum verum excidium conjurati. Quibus avidè Lentienſes acceptis, ipſi quoque hæc quaſi vicini cernentes, ut ſunt veloces & rapidi, conferti in prædatorios globos, Rhenum [a] gelu pervium pruinis Februario menſe.... tendentes prope cum Petulantibus Celtæ, non ſine ſui jactura afflictos graviter adultis viribus averterunt. Verùm retrocedere coacti Germani, atque noſcentes exercitus pleramque partem in Illyricum ut Imperatore mox affuturo prægreſſam, exarſere flagrantiùs: majoráque conceptantes, pagorum omnium incolis in unum collectis, cum quadraginta armatorum millibus, vel ſeptuaginta, ut quidam laudes extollendo Principis jactitarunt, ſublati in ſuperbiam noſtra confidentiùs irruperunt. Quibus Gratianus cum formidine magna compertis, revocatis cohortibus quas præmiſerat in Pannonias, convocatíſque aliis quas in Galliis retinuerat diſpoſitio prudens, Nannieno negotium dedit virtutis ſobriæ Duci: eíque Mallobaudem junxit pari poteſtate collegam, Domeſticorum Comitem, Regémque Francorum, virum bellicoſum & fortem. [b] Nannieno igitur penſante fortunarum verſabiles caſus, ideóque cunctandum eſſe cenſente; Mallobaudes alta pugnandi cupiditate raptatus, ut conſueverat, ire in hoſtem differendi impatiens angebatur. Proinde horrifico adversùm fragore [1] terrente, primùm [c] apud Argentariam ſigno per cornicines dato concurri eſt cœptum: ſagittarum verutorúmque miſſilium pulſibus crebriores hincinde ſternebantur. Sed in ipſo prœliorum ardore infinita hoſtium multitudine milites viſa, vitantéſque aperta diſcrimina, per calles conſitas arboribus & anguſtas, ut quiſque potuit diſperſi, paullo poſtea ſtetere ſidentiùs: & ſplendore conſimili, proculque nitore fulgentes armorum, Imperatorii adventûs injecêre Barbaris metum. Qui repentè verſi in terga, reſiſtentéſque interdum, ne quid ultimæ rationis omitterent: ita ſunt cæſi, ut ex prædicto numero non pluſquam quinque millia ut æſtimabatur evaderent denſitate nemo-

1 *Al.* torrente.

ſcribendum, *trucidaſſet omnes, &c.* Valeſ.

a *Gelu pervium pruinis, &c.*] Hujus loci, ut apparet, mutili ſententia his ferè verbis ſuppleri poteſt: *Rhenum gelu pervium ac pruinis Februario menſe tranſire tentarunt: quos tendentes prope cùm Petulantib. Celtæ, &c.* Et paullo pòſt ſic ſcribendum videtur: *Verùm retrocedere coacti Germani, noſcenteſque, &c.* Idem.

b *Nannieno igitur.*] Hic Nannenus Comes ſuprà nominatus eſt in libri XXVIII. cap. 5. *Idem.*

c *Apud Argentariam.*] Hieronymus in Chronico anno Dom. 378. *Alamannorum*, ait, XXX. *circiter millia apud Argentuariam opidum Galliarum ab exercitu Gratiani ſtrata.* Meliùs in Chronico Caſſiodori id refertur Gratiano IV. & Merobaude Coſſ. qui erat annus Natalis Dominici 377. Hujus victoriæ meminit etiam Victor in Epitome. Eſt autem Argentaria ſeu Argentuaria Germaniæ opidum in Triboccis ſitum teſte Ptolemæo: cujus mentio fit in Itinerario Antonini & Tabula Peutingerorum. * Hodie *Colmar* dicitur, urbs clara Elſatiæ, ut cenſet Cluverius in lib 2. Germ. cap. 12. vel potiùs *Arburg*, cujus parietinæ viſuntur. * Ceterùm hic locus haud paullo meliùs ſic legeretur: *Ubi primùm apud Argentariam ſ. p. c. d. pugnari eſt cœptum, ſagittarum, &c.* Idem.

rum tecta, inter complures alios audaces & fortes [d] Rege quoque Priario interfecto, exitialium concitore pugnarum. Hac læti ſucceſſus fiduciâ Gratianus erectus, jámque ad partes tendens Eoas, lævorſus flexo itinere latenter Rheno tranſito, ſpe incitatior bona, univerſam (ſi id tentanti fors aſſuiſſet) delere ſtatuit malefidam & turbarum avidam gentem. Hócque urgentibus aliis ſuper alios nuntiis cognito, Lentienſes ærumnis populi ſui ad internecionem pæne deleti, & repentino Principis adventu defixi, quid capeſſerent ambigentes, cùm neque repugnandi neque agendi aliquid aut moliendi laxamentum poſſent invenire vel breve, impetu celeri obſeſſos petiverunt inviis cautibus colles: abruptíſque per ambitum rupibus inſiſtentes, rebus caritatibúſque ſuis quas ſecum duxerant, omni virium robore propugnabant. Quâ difficultate perpenſa, velut murorum obicibus opponendi per legiones ſingulas [2] quingenteni leguntur armati, uſu prudenter bellandi comperti. Qui ea re animorum auctâ fiduciâ, quòd verſari inter anteſignanos viſebatur acriter Princeps, montes ſcandere nitebantur, [e] tamquam [3] venaticias prædas, ſi calcaſſent editiora, confeſtim ſine certamine ullo rapturi: exorſúmque prœlium vergente in meridiem die, tenebræ quoque occupavere nocturnæ. Quippe magno utriuſque partis pugnabatur exitio: cædebant cadebántque noſtrorum non pauci: ſimul arma Imperatorii comitatûs auro colorúmque micantia claritudine, jaculatione ponderum denſa confringebantur. [4] [f] Etenim diu reputante Gratiano cum Optimatibus, pernicioſum apparebat & irritum contra aſperitates aggerum prominentium intempeſtivâ contendere pertinaciâ: multis (ut in tali negotio) variatis ſententiis, otioſo milite circumvallari placuit Barbaros inediâ fatigatos, quia locorum iniquitate defendebantur. Verùm cùm obſtinatione ſimili renitentes Germani peritíque regionum petiſſent alios montes, his quos antè inſederant altiores: converſus illuc cum exercitu Imperator, eadem qua antea fortitudine ſemitas ducentes ad ardua quæritabat. Quem Lentienſes intentum jugulis ſuis omni perſeverandi ſtudio contemplantes, poſt deditionem, quam im-

2 *Al.* quingentini milites leguntur. 3 *Al.* venaticas. 4 *Mſ.* Etm. *Al.* Et inde.

d *Rege quoque Priario interfecto*] Amplector emendationem Clariſſ. amiciſſimique Marci Velſeri, Duumviri Auguſt. legentis, *Rege quoque Priamo interfecto.* Indubiè enim ſic Ammian ſcripſit. Atque is eſt Priamus ſive pater, ſive filius, de quo in Chronicis Proſper Tiro: IV. *Gratiani anno Priamus quidam regnat in Francia, quantum altiùs colligere potuimus.* Neque aliter id nomen in Sigeberto Gemblacenſi * Abbate Urſpergenſi pag. 94. aliiſque ejus ſæculi Scriptoribus * exſtat: & tempus haud abludit, aut inſolens eſt Francorum aliquos pro Gratiano ſtetiſſe, alios in ipſum pugnaſſe. *Lindenbr.*

e *Tamquam venaticias prædas.*] Meliùs meo quidem judicio ſcribitur in Regio exemplari *venaticas*: ſic in veteri Lexico *Venaticus* θηρευτικὸς explicatur. Sed parvi intereſt utro modo ſcribatur. Nam in principio lib. XXX. *venaticiam prædam* agnoſcunt noſtri codices. *Valeſ.*

f *Etenim diu reputante.*] In Mſ. Flor. legi Lindenbrogius monuit: *Et m diu reputante, &c.* in codice Regio ſcriptum inveni: *Et tamen.* In Editione Auguſtana * & Tol. codice: * *Et inde.* Quæ variæ ſcripturæ ex compendiariæ illius notæ, quam primo loco poſui, pravæ interpretatione natæ ſunt. Mihi verò dubium non eſt quin legendum ſit: *Et quoniam diu reputante Gratiano, &c.* ſenſus enim ita neceſſariò poſtulat. *Idem.*

petravere ſupplici prece, oblatâ (ut præceptum eſt) juventute valida noſtris tirociniis permiſcenda, ad genitales terras innoxii ire permiſſi ſunt. Hanc victoriam opportunam & fructuoſam, quæ gentes hebetavit Occiduas, ſempiterni numinis nutu Gratianus, incredibile dictu eſt [g] quanto cum vigore exerta celeritate aliorſum properans expedivit: [h] præclaræ indolis adoleſcens, facundus, & moderatus, & bellicoſus, & clemens: ad æmulationem lectorum progrediens Principum, dum etiamtum lanugo genis inſerperet ſpecioſa; ni vergens in ludibrioſos actus natura, laxantibus proximis ſemet ad vana ſtudia Cæſaris Commodi convertiſſet, licèt hic incruentus. Ut enim ille quia [i] perimere jaculis plurimas feras ſpectante conſueuerat populo, & centum leones in amphitheatrali circulo ſimul emiſſos telorum vario genere, nullo geminato vulnere contruncavit, ultra hominem exſultavit: ita hic quoque [k] intra ſæpta quæ appellant vivaria, [l] ſagittarum pulſibus crebris dentatas conficiens beſtias, incidentia multa parvi ducebat & ſeria: eo tempore quo [m] etiamſi ImperiumMarcus regeret Antoninus, ægrè ſine collegis ſimilibus & magna ſobrietate conſiliorum lenire luctuoſos Reipub. poterat caſus. Diſpoſitis igitur quæ pro temporum captu per Gallias [n] res rationéſque poſcebant, & punito Scutario proditore, qui feſtinare Principem ad Illyricum Barbaris indicarat: Gratianus exinde digreſſus [o] per caſtra, quibus Felicis-Arboris nomen eſt, [5] [p] [q] per Lauria-

5 *Mſ.* per inaurcacum opitulanda opp.

g *Quanto cum vigore.*] In Regio codice, * Tol. * [& Colb.] & in Editione Auguſt. legitur, *quantoque cum vigore*: unde quiſpiam non ineptè conjecerit ſic ſcribendum eſſe, *quoquantoque cum vigore*: Valeſ.

h *Præclaræ indolis adoleſcens.*] Gratiani Aug. elogium exſtat apud D. Ambroſium in Orat. de obitu Valentiniani, ſub finem. *Auguſtæ*, inquit, *memoriæ Gratianus fuit fidelis in Domino, pius atque manſuetus; puro corde: fuit etiam caſtus corpore, qui præter conjugium neſcierit feminæ alterius conſuetudinem.* Quibus adde Victoris Epitomen. Sed has omnes Gratiani dotes decolorabat tenuis ac propè nulla Reip. cura: à cujus adminiſtratione non modò naturâ erat averſus, ſed ſtudiis etiam atque inſtituta vitæ ratione penitus abhorrebat. Dum nihil aliud diu noctúque ageret quàm ſpiculis meditari, ſummæque voluptatis divinæque artis crederet ferire deſtinata, ut ſcribit Victor in Epitome. *Idem.*

i *Perimere jaculis plures feras*] Lampridius in Commod. *Ferarum diverſarum manu ſua occidit multa millia, ita ut elephantos occideret: & hæc fecit ſæpe ſpectante populo Romano.* Herodianus de eodem hæc porro addit, lib. 1. *λέοντας δέ ποτε ἐξ ὑπογαίων ἑκατὸν ἀναβιβασθέντων, ἰσαρίθμοις ἀκοντίοις πάντας ἀπέκτεινεν.* Lindenbr.

k *Intra ſæpta quæ appellant vivaria*] Gellius lib. 2. cap. 19. *Vivaria quæ nunc dicuntur, ſæpta quædam loca, in quibus feræ vivæ paſcuntur.* Et poſtea: *Vivaria autem quæ nunc vulgus dicit, ſunt quos Græci παραδείσους vocant.* Procopius Gothicor. lib. 1. *Ἀμφὶ πύλην πανστρατιᾷ ἐπὶ μοίρᾳ τοῦ περιβόλου, ἣν Ῥωμαῖοι βιβάριον καλοῦσι.* Et poſt pauca: *βιβάριον --- οὕτω Ῥωμαῖοι καλοῦσι τὸν χῶρον, οὗ δὴ τῶν ζώων τὰ μὴ χειροήθη τρέφεσθαι εἰώθει.* Paulus J C. L. 3. §. 14: ff. de adquir. poſſeſſ. *Feras beſtias, quas vivariis incluſerimus.* Idem.

[l *Sagittarum pulſibus crebris dentatas conficiens beſtias.*] In Mſ. Colbertino ſcribitur, *dendata conficiens beſtias.* Dentatæ quidem ſunt & dici poſſunt beſtiæ omnes quæ dentes habent, tam parvæ quàm magnæ. Sed heic Ammianus Marcellinus *dentatas κατ' ἐξοχὴν beſtias* appellat feras Amphitheatrales, firmitate maxillarum & dentium numero ac magnitudine præ ceteris metuendas: quales ſunt leones, urſi, & ſimiles.] *Had. Valeſ.*

m *Etiamſi imperium Marcus regeret Antoninus*] Reſpicit, ad id, quod Capitolinus de hoc Marco ſcribit: *Semper ſane cum Optimatibus non ſolum bellicas res, ſed etiam civiles, priuſquam faceret aliquid, contulit. Denique ſententia illius præcipua ſemper hæc fuit. Æquius eſt ut ego tot & talium amicorum conſilium ſequar, quàm ut tot & tales amici meam unius voluntatem ſequantur.* Lindenbr.

n *Res rationeſque poſcebant.*] Crediderim potiùs ſic à Marcellino ſcriptum fuiſſe: *Diſpoſitis igitur quæ pro temporum captu per Gallias res rationeſque poſcebant, &c.* ſic enim loquitur ferè in lib. XIV. *Valeſ.*

o *Per caſtra quibus Felicis-Arboris nomen eſt*] Antonin. Imp. in Itinerar. *De Pannoniis in Gallias per mediterranea loca, id eſt, à Sirmio per Sopianas Treveros uſ-*

cum ad opitulandum oppreſſæ parti porrectis itineribus ire tendebat. Iiſdémque diebus Frigerido multa atque utilia pro ſecuritate communi ſollertiſſimè cogitanti, muniréque properanti Succorum anguſtias, ne diſcurſatores hoſtes & leves, [r] tamquam [6] exæſtuantes vi torrentes per Septemtrionales provincias fuſiùs vagarentur; ſucceſſor Maurus nomine mittitur Comes, venalis ferociæ ſpecie, & ad [7] cuncta mobilis & incertus: idem quem præteritorum textu retulimus, ambigenti ſuper corona capiti imponenda Juliano Cæſari, [ſ] dum inter ejus Armigeros militaret [8] [t] ac regiam cuſtodiret, torquem obtuliſſe collo abſtractam. Remotúſque in ipſa vertigine pereuntium rerum Dux cautus & diligens: cùm etiamſi dudum diſceſſiſſet in otium, ad procinctum reduci negotiorum magnitudine poſcente deberet.

Cap. XI. His forte diebus Valens tandem excitus Antiochiâ, longitudine viarum emenſa [v] venit Conſtantinopolim: ubi moratus pauciſſimos dies ſeditionéque popularium levi pulſatus, [x] Sebaſtiano paullo antè ab Italia ut petierat miſſo, vigilantiæ notæ ductori pedeſtris exercitus curâ commiſſâ, quem rege-

6 *Mſ.* exæſtuares ut in torr. 7 *Mſ. Steph.* cunctam obviaſſet. 8 *Mſ.* adrogantia.

que -- Brigantiam, Arborem-Felicem, Ad fines. --- Lindenbr.

p *Per Lauriacum*] Peſſimè vulg. *per inaureatum.* Mſ. Flor. *inaureacum.* Sed *Lauriacum* rectum eſt. *Eugipp. cap. 18. *ex oppido Lauriaco.* * Antoninus Imp. in Itinerar. *De Pannoniis in Gallias -- Lacum felicis, Lauriacum. -- A Taurino Lauriacum.* In fine L. I. C. Theod. de tabulariis. -- *Dat. VIII. Kal. Jul. Lauriaco, Marcellino & Probo Coſſ.* Atque inde *Lauriacenſis ſcutaria*, in Notit. Imp. ſub diſpoſitione viri illuſtris Magiſtri Officiorum. *Idem.*

q *Per Lauriacum.*] In Regio codice, * Toloſ * [ac Colbert.] ſcriptum inveni perinde ut in Florentino, *per inaurea cum*: nihilominus ſcribendum eſſe exiſtimo: *per caſtra quibus Felicis Arboris nomen eſt, & per Laureacum, &c.* Et caſtrum quidem illud quod vulgo dicebatur Arbore felici, ſitum erat in Rætiis, ut docet Notitia Imperii Romani. Lauriacum verò ſeu Laureacum (utroque enim modo ſcribi poteſt) erat in Norico Ripenſi: cujus crebra fit mentio ab Eugippio in vita Severini: hodie *Lork.* Hinc milites. Auxiliares Laureacenſes dicti in Inſcript. Gruteri p. 164. *Valeſ.*

r *Tamquam exæſtuantes vi torrentes.*] In Mſſ. Flor. & Regio * & Toloſ. * [ac Colb.] & in Editione Auguſtana ſic legitur hic locus, *tamquam exæſtuares ut in torrentes.* Valeſius. Patet igitur id quod vulgo in editis legitur, non eſſe Ammiani, cujus videtur manus ita reſtitui *exæſtuantes nivi torrentes*, atque etiam dixit forſan *exæſtuaces.* cujus formæ multa ſimilia collegit Nic. Heinſius ad Ovidii librum II. Amorum eleg. 6. Gron.

ſ *Dum inter ejus Armigeros militaret, ac regiam cuſtodiret*] Socrat. lib. III. cap. I. εἷς τῶν δορυφόρων. quem locum lib. XX. notavi. *Lindenbr.*

t *Ac regiam cuſtodiret.*] Hanc ſcripturam equidem probare non poſſum. Maurus enim tunc temporis cùm Cæſar eſſet Julianus, Regiam non cuſtodiebat. Nam Regia nonniſi de Imperatore dici poteſt. Atqui Julianus tunc tantùm Cæſar erat. Deinde Maurus Petulantium tunc erat Haſtatus ſeu Draconarius, ut dixit Marcellinus in lib. XX. Ad legionarios autem milites Palatii cuſtodia non pertinebat, ſed ad Scholares. Turbat me tamen, quòd Maurus à Marcellino hîc dicitur inter Juliani Armigeros militaſſe. Eſt autem Armiger propriè Scholaris, qui pro palatio excubat. Unde Marcellinus *Scutarium* vocat in hac pag. quem *Armigerum* vocarat initio capitis hujus. Itaque an hæc emendatio hujus loci recta ſit, viderit lector. In Mſſ. quidem Flor. & Regio & * Toloſ. * [ac Colb.] & in Editione Aug. legitur, *arrogantia cuſtodiret.* Equidem ſic potiùs ſcriptum mallem: *Dum inter ejus Armigeros militaret, arroganti confidentia* [vel, *audaciâ*] *torquem obtuliſſe, &c.* quæ ſcriptura confirmatur ex lib. XX. cap. 4. *Valeſ.*

v *Valens venit Conſtantinopolim.*] Valens Auguſtus Conſtantinopolim ingreſſus eſt 3. Cal. Jun. ipſo VI. & Valentiniano II. Coſſ. ibi duodecim dumtaxat moratus dies, profectus eſt ex urbe ad foſſatum die III. Idus Junias, ut ſcribit Idatius in Faſtis, & Socrates in lib. 4. cap. 31. Hiſtoriæ Eccl. qui de ſeditione illa popularium urbis Conſtantinop conſulendus eſt. *Idem.*

x *Sebaſtiano paullo ante ab Italia miſſo.*] At Zoſimus in lib. 4. hunc Sebaſtianum non ab Valentiniano Juniore ex Italia miſſum ait ad Valentem, ſed affectum tædio, quòd Occidentis Imperatores adhuc imbecilla ætate à Cubiculariis eunuchis pro arbitrio regerentur, Conſtantinop. veniſſe, ſtatimque Magiſtrum militiæ ab Valente eſſe factum. Ejuſdem Sebaſtiani elogium exſtat apud Suidam in σεβαστιανὸς, ex Hiſtoriis Eunapii Sardiani. Periit autem bello Gothico, ut Marcellinus memorat. De eo-

bat antea Trajanus: ipſe [y] ad Melanthiada villam Cæſarianam profectus, militem ſtipendio fovebat, & alimentis, & blanda crebritate ſermonum. Unde cùm itinere edicto per teſſeram [9] [z] Nicen veniſſet, quæ ſtatio ita cognominatur, relatione ſpeculatorum didicit, refertos opimâ Barbaros prædâ à Rhodopeis tractibus [1] prope Hadrianopolim revertiſſe: qui motu Imperatoris cum abundanti milite cognito, popularibus jungere feſtinant, circa Berœam & Nicopolim [a] ingentibus præſidiis fixis: atque ilico ut oblatæ occaſionis maturitas poſtulabat, cum trecentenis militibus per ſingulos numeros lectis, Sebaſtianus properare diſpoſitus eſt, conducens rebus publicis aliquid (ut promittebat) acturus. Qui itineribus celeratis conſpectus prope Hadrianopolim, obſeratis vi portis juxtà adire prohibebatur: veritis deſenſoribus, ne captus ab hoſte veniret & ſubornatus, atque contingeret aliquid in civitatis perniciem, quale [2] [b] per Actum acciderat Comitem: quo per fraudem Magnentiacis militibus capto, clauſtra patefacta ſunt Alpium Juliarum. Agnitus tamen licèt ſerò Sebaſtianus, & urbem introire permiſſus, cibo & quiete curatis pro copia quos ductabat, ſecuta luce impetu clandeſtino erupit: [c] veſperáque [3] intendente, Gothorum vaſtatorios cuneos prope flumen Hebrum ſubitò viſos, paulliſper opertus aggeribus & frutectis, obſcura nocte ſuſpenſis paſſibus incompoſitos aggreſſus eſt: [d] adeoque [4] proſtravit, ut præter paucos quos morte velocitas exemerat pedum, interirent reliqui omnes: prædámque retraxit innumeram, quam nec civitas cepit, nec planities lata camporum. Quâ causâ percitus Fritigernus, & extimeſcens ne Dux, ut ſæpe audierat, impetrabilis diſperſos licen-

9 *Mſ.* Niceam. 1 *Mſ.* præp...... Hadrian. 2 *Mſ.* peractum. 3 *Mſ.* incendente. 4 *Mſ.* proſtravit. *Steph.* præſtavit.

---

dem multa adnotavi in Notis ad librum XXIII. *Valeſ.*

y *Ad Melanthiada villam Cæſarianam.*] Agathias in lib. v. Hiſt. & ex eo Suidas μελαντιάδα κώμην nominat, & centum ac quadraginta (Suidas centum ac duo dicit) ſtadiis ab Urbe Regia diſtare ſcribunt. Auctor Chronici quod vulgo Alexandrinum vocant, μελανθιάδα nuncupat, perinde ac Marcellinus noſter. Villa autem Cæſariana dicitur eo quòd ad Impp. pertinebat. *Idem.*

z *Nicen veniſſet.*] Nice opidum Thraciæ memoratur à Socrate in lib. 2. Hiſt. cap. 36. & in libro 4. cap. 11. Ejuſdem mentio fit in Itinerario Burdigalenſi: *Manſio Nice m.* IX. *Mutatio Tarpodizo m.* X. *Mut. Uriſio m.* VII. *Manſ. Bergulis m.* VII. Memoratur etiam à Procopio in lib. 4. de ædificiis Nice caſtrum AEmimonti, quod eſt hoc ipſum, cujus meminit Marcellinus: ut patet ex libro XXXI. infrà. *Idem.*

a *Gentibus præſidiis fixis.*] Scribendum videtur, *ingentibus præſidiis fixis.* Idem.

b *Per alium acciderat Comitem.*] In Mſſ. Regio & Vaticano, * Toloſ. * [& Colbertino] legitur: *Quale per actum acciderat comitem, &c.* rectiùs ni fallor. Actus enim nomen proprium eſt Comitis illius, qui cùm à Magnentianis captus & ſubornatus fuiſſet, ad milites Conſtantianos qui in Alpibus Juliis præſidium agebant reverſus, ſuſceptuſque ab iiſdem rei totius ignaris, clauſtra Alpium Juliarum Magnentio tyranno prodidit, ut ex hoc Marcellini loco colligitur. Lego igitur: *Quo per fraudem à Magnentiacis militibus capto, &c.* ſicut in Regio codice ſuperſcriptum eſt. *Idem.*

c *Veſperaque intendente.*] In Flor. & Regio [ac Colb.] codice legitur, *incendente* pro *intendente.* In Mſ. Toloſano, *veſperaque incedente.* Valeſius. Mirum profecto in modum mutata fuit poſterioris editionis hæc commentatio & quod non memini in ulla harum annotationum parte occurriſſe, detruncata. Quod ſive Henricus fecerit, ſive qua de cauſa, ut non facile dixerim; ita juvabit eam in altera editione cognoſcere, & cum ea conferas quæſo id quod ſcripſit pater ad Livii librum I. cap. 57 *Gron.*

d *Id quoque præſtans.*] In Mſſ. Flor. & Regio, * Toloſ. * [& Colb.] ſcriptum inveni: *Id quoque proſtravit.* Accurſius quidem ſic edidit: *Id quoque præſtavit*, nimis barbarè. At quid facilius erat ac expeditius, quàm ita corrigere? *Adeoque proſtravit ut, &c.* quemadmodum ferè in lib. XXVIII. cap. 5. *Valeſ.*

ter ſuorum globos rapiníque intentos conſumeret, improviſos adoriens: revocatis omnibus prope Cabylen oppidum citò diſceſſit, ut agentes in regionibus patulis nec ediâ, nec occultis vexarentur inſidiis. Dum hæc aguntur in Thraciis, Gratianus docto litteris patruo, quâ induſtriâ ſuperaverit Alamannos, pedeſtri itinere præmiſſis impedimentis & ſarcinis, ipſe cum expeditiore militum manu permeato Danubio, delatus [d] Bononiam, Sirmium introiit: & quatriduum ibi moratus, per idem flumen [e] ad Martis Caſtra deſcendit, febribus intervallatis afflictus; in quo tractu Alanorum impetu repentino tentatus, amiſit ſequentium paucos.

Cap. XII. Iiſdemque diebus exagitatus ratione gemina Valens, quòd Lentienſes compererat ſuperatos, quódque Sebaſtianus ſubinde ſcribens facta dictis exaggerabat: è Melanthiade ſigna commovit, æquiparare facinore quodam egregio adoleſcentem properans filium fratris, [f] cujus virtutibus urebatur: ducebátque multiplices copias nec contemnendas, nec ſegnes: quippe etiam veteranos iiſdem junxerat plurimos: inter quos & honoratiores alii, & [g] Trajanus procinctus eſt, paullo antè Magiſter armorum. Et quoniam exploratione ſollicita cognitum eſt, cogitare hoſtes fortibus præſidiis itinera claudere, per quæ commeatus neceſſarii portabantur: occurſum eſt huic conatui competenter, ad retinendas opportunitates anguſtiarum quæ propè erant, peditibus ſagittariis & equitum turmâ citiùs miſsâ. Triduoque proximo cum Barbari gradu incederent leni, & metuentes eruptionem per devia, quindecim millibus paſſuum à civitate diſcreti ſtationem peterent Nicen: incertum quo errore procurſatoribus omnem illam multitudinis partem quam viderant, in numero decem millium eſſe firmantibus: Imperator procaci quodam calore perculſus iiſdem occurrere feſtinabat. Proinde agmine quadrato incedens prope ſuburbanum Hadrianopoleos venit: ubi vallo ſudibus foſſáque firmato, Gratianum impatienter opſet Auguſtus.

d *Bononiam*] De hac Pannoniæ Bononia Ptolem. in deſcriptione παννονίας τῆς ἄνω. Antoninus Aug. in Itinerario. *Lindenbr.*

e *Ad Martis Caſtra deſcendit.*] Opidum erat in Dacia Ripenſi ſitum, cujus meminit Hierocles in συνεκδήμῳ ſeu peregrinationis comite: Ἐπαρχία Δακίας τῆς παραποταμίας ὑπὸ Κονσουλαρίαν πόλεις πέντε. Ῥατιαρία μητρόπολις, Βονώνια, Ἀκινες, Κάστρα Μάρτις, Ἰσκός. *Provincia Daciæ Ripenſis ſub Conſulari urbes quinque: Ratiaria metropolis, Bononia, Acines, Caſtra Martis, OEſcus.* Exſtat hic Auctor Mſ. apud Jacobum Sirmundum, ex cujus codice hunc locum deſcripſi & emendavi. In indice quoque Catholicorum Epiſcoporum, qui Sardicenſi Synodo ſubſcripſere, Calvus memoratur quidam à Dacia Ripenſi *de Caſtra Martis*, ut videre eſt in Fragmentis Hilarii de Synodis. *Sozomenus in libri 9. cap. 5. opidum Mœſiæ facit. * *Valeſ.*

f *Cujus virtutibus urebatur.*] Erant & peculiares quædam cauſæ ſimultatis & invidiæ, quòd cùm Valentinianus Junior inſcio patruo ſimul ac fratre nuncupatus eſſet Auguſtus. Gratianus paulo pòſt ſuffragiis militaribus non modò aſſenſum præhuerat, ſed etiam Imperium cum fratre partitus fuerat, non conſulto Valente patruo, ut ſcribit Eunapius in Hiſtoriis: qui etiam hanc præcipuam ait fuiſſe cauſam cur Valens Gothos ſuſceperit: Καὶ γὰρ ὑπ᾽ ἀντιζηλοτυπίας αὐτῷ πρὸς τοὺς συμβασιλεύοντας, οἱ παῖδες μὲν ἦσαν ἀδελφοῦ, τὴν βασιλείαν ἢ διῃρῆσθαι κατὰ σφᾶς ἐδόκουν, τὴν διανομὴν οὐκ ἀνενεγκόντες ἐπὶ τὸν θεῖον. Accedebat & alia haud minoris fortaſſe obtrectationis cauſa, quòd cùm Valens Arianos omni ſtudio foveret; Gratianus contrà Princeps erat Chriſtianiſſimus, ut ait locuples teſtis Ambroſius. *Idem.*

g *Trajanus præcinctus eſt.*] In Mſ. Regio, * Toloſ.* [& Colb.] & Editione Auguſtana legitur, *procinctus.* Sed ſi mei arbitrii res eſſet, mallem equidem ſcribi, *recinctus eſt*, ut in lib. XXVI. cap. 5. Trajanus enim Magiſter militum paullo antea dimiſſus fuerat cum conviciis à Valente, eo quòd infeliciter pugnaſſet cum barbaris, ut refert Theodoritus in lib. IV. cap. 29. eique Sebaſtianus ſucceſſerat, ut dixit Marcellinus initio capitis XI. *Idem.*

periens, Richomerem Comitem Domeſticorum ſuſcepit ab eodem Imperatore præmiſſum cum litteris, ipſum quoque venturum mox indicantibus. Quarum textu oratus ut præſtolaretur paulliſper periculorum participem, néve abruptis diſcriminibus temere ſemet committeret ſolum: adhibitis in conſilium poteſtatibus variis, quid facto opus eſſet deliberabat. Et cùm Sebaſtiano auctore quidam protinus eundum ad certamen urgerent: Victor nomine Magiſter equitum, [h] Sarmata, ſed cunctator & cautus, eadem ſentientibus multis, Imperii ſocium exſpectari cenſebat: ut incrementis exercitûs Gallicani adſcitis, opprimeretur leviùs tumor barbaricus flammans. Vicit tamen funeſta Principis deſtinatio, & adulabilis quorumdam ſententia regiorum: qui ne pæne jam partæ victoriæ (ut opinabantur) conſors fieret Gratianus, properari curſu celeri ſuadebant. Et dum neceſſaria parabantur ad decernendum, Chriſtiani ritus Preſbyter (ut ipſi appellant) miſſus à Fritigerno legatus cum aliis humilibus venit ad Principis caſtra: ſuſceptúſque leniter, ejuſdémque ductoris obtulit ſcripta, petentis propalam ut ſibi ſuiſque, quos extorres patriis laribus rapidi ferarum gentium exegere diſcurſus, habitanda Thracia ſola cum pecore omni concederetur & frugibus: hoc impetrato, ſpondentis perpetuam pacem. Præter hæc idem Chriſtianus ut conſcius arcanorum & fidus, ſecretas alias ejuſdem Regis obtulit litteras, qui aſtu & ludificandi varietate nimiùm ſollers, docebat Valentem quaſi mox amicus futurus & ſocius, aliter ſe popularium ſævitiam mollire non poſſe, vel ad condiciones rei Romanæ profuturas allicere, niſi ſubinde armatum iiſdem juxtà monſtraret exercitum, & timore Imperatorii nominis intentato, eos à pernicioſo pugnandi revocaret ardore. Et legati quidem [5] ut ambigui fruſtra habiti diſceſſerunt. Exoriente verò aurora diei, quem quintum Iduum Auguſtarum numerus oſtendit annalis, ſigna præproperè commoventur, impedimentis & ſarcinis prope Hadrianopoleos muros cum legionum tutela congrua conlocatis. Theſauri enim & Principalis fortunæ inſignia cetera, cum Præfecto & Conſiſtorianis ambitu mœnium tenebantur. Decurſis itaque

5 τὸ ut *deeſt al.*

h *Victor Magiſter equitum armatus.*] In ultima voce videtur mendum ſubeſſe. In Regio quidem exemplari ſcriptum inveni: *Magiſter equitum armata, &c.* [ut & in Colbertino, pro quo *Sarmata* haud dubiè reponendum eſt. Sic in libro xxv. idem codex Colbertinus *Armatis* pro *Sarmatis* præfert hiſce verbis: *Ut mixti cum Arctois Armatis Galli, &c.* Contrà in eodem libro xxv. codex Colb. *Sarmatas* pro *armatos* ponit: *Adlocutuſque tumentes Sarmatas, &c.* Victor ergo Magiſter equitum natione erat Sarmata, & Valenti militabat: ſicut principatu Conſtantii Francorum multitudinem in Palatio Auguſti floruiſſe diſertè ſcribit Ammianus, de Silvano loquens: & Latinum Domeſticorum Comitem, Agilonem Tribunum Stabuli, ac Scudilonem Scutariorum Tribunum, alioſque genere Alamannos plurimum apud Conſtantium potuiſſe in lib xiv. tradit. Gothi quoque non pauci tum Imperatoribus Romanis militabant, inter quos Nevitta eminuit: ne quis miretur Victorem, hominem Sarmatam, in exercitu Valentis Magiſterium equitum geſſiſſe. Vulgata quidem Ammiani lectio ferri non poteſt, ac ſenſu omni caret: *Victor Magiſter equitum armatus, ſed cunctator & cautus.* Quaſi qui *Magiſtrum equitum* aliquem vocat, neceſſe habeat *armatum* adjicere: aut quaſi homo militaris vel numquam vel rarò ſit cunctator & cautus. Barbari autem quales erant Sarmatæ, naturâ audaces ac ſibi præfidentes erant, temerariique, pluſque in viribus quàm in conſilio reponebant. Quare non ſine cauſa notavit Ammianus, Victorem licèt Sarmata eſſet, more Romano prudentem & cautum, nec temerario ardore præcipitem aut pu-

viarum

viarum ſpatiis confragoſis, cùm in medium torridus procederet dies, [i] octavo tandem hoſtium carpenta cernuntur, [6] quæ ad ſpeciem rotunditatis detornata digeſtáque exploratorum relatione affirmabantur. Atque ut mos eſt ululante barbara plebe ferum & triſte, Romani Duces aciem ſtruxêre: & antepoſito dextro cornu [7] equitum primo, peditatûs pars maxima ſubſidebat. Cornu autem equitum lævum diſjectis [8] adhuc per itinera plurimis, ſumma difficultate conductum properabat paſſibus citis. Dúmque idem cornu nullo [9] etiamtum interturbante extenditur, horrendo fragore [k] ſibilantibus armis, pulſúque minaci ſcutorum territi Barbari, quoniam pars eorum cum Alatheo & [1] Safrace procul agens, & [2] accita [l] nondum venerat, [3] oraturos pacem miſêre legatos. Eorum dum vilitatem deſpicit Imperator, ut firma fierent paciſcenda, Optimates poſcens idoneos mitti: illi de induſtria cunctabantur, ut inter fallaces indutias equites ſui redirent, quos adfore jam ſperabant: & miles fervore calefactus æſtivo, ſiccis faucibus commarceret relucente amplitudine camporum [4] incendiis, quos lignis nutrimentíſque aridis ſubditis ut hoc fieret, iidem hoſtes urebant. Cui malo aliud quoque accedebat exitiale, quòd homines & jumenta cruciabat inedia gravis. Inter quæ Fritigernus callidus futuri conjector, Martémque pertimeſcens ancipitem, velut caduceatorem unum è plebe ſuo miſit arbitrio, impetens nobiles quoſdam & electos ad ſe propediem obſides mitti, impavidus ipſe vim militarem laturus & neceſſaria. Laudato probatóque formidati Ducis propoſito, Tribunus AEquitius cui tunc erat cura Palatii credita, Valentis propinquus, aſſentientibus cunctis ire pignoris loco maturè diſponitur. Quo renitente, quia ſemel captus ab hoſtibus, lapſúſque à Dibalto, verebatur eorum irrationabiles motus, Richomeres [m] ſe ſponte obtulit propria: iréque promiſerat libens, pulchrum hoc quoque facinus & viro convenire exiſtimans forti: jámque pergebat indicia dignitatis & [5] natalium [daturus.] Eo ad vallum hoſtile tendente, Sagittarii & Scutarii, [n] quos Bacurius Hibe-

6 τὸ quæ *mſ. & Steph. deeſt.* 7 *Al.* equitum itinera primo. 8 *Al.* adhuc perplurimis. 9 *Mſ.* etiamdum. *Al.* etiamnum. 1 *Al.* Safrage. 2 *Mſ.* accito. 3 *Mſ.* fœderato raturas. 4 *Mſ.* inpondiis quos ignaret 5 *Mſ.* natalium ..... Eo ad.

gnandi cupidum fuiſſe.] *Valeſ.*

i *Octavo tandem hoſtium carp. cernuntur.*] Id eſt octavo lapide ſeu milliario ab Hadrianopoli: quamquam Idatius in Faſtis milliario XII. ab Hadrianopoli pugnatum eſſe dicit. *Idem.*

k *Simulantibus armis.*] Lege meo periculo, *ſibilantibus armis.* Sic enim loquitur Marcellinus in lib. XXV. cap. II. *Armorumque lugubre ſibilantium fragore, &c.* Idem.

l *Nondum fœderaturos pacem.*] Hunc locum, qui omni ſenſu carebat, levi negotio ſic emendavi. Cùm enim in Mſſ. Regio * & Toloſ. † ſcriptum inveniſſem, *fœderatoraturos*, quemadmodum ferè in Flor. legi teſtatus eſt Lindenbrogius; exiſtimavi ſic à Marcellino ſcriptum fuiſſe, *Quoniam pars eorum cum Alatheo & Safrace procul agens & accita, nondum venerat, oraturos pacem miſêre legatos.* Idem.

m *Se ſponte obtulit propria ire qui promiſerat libens.*] Hæc locutio prorſus barbara, & Marcellini noſtri elegantiâ eſt indigna: proinde nulla ferè mutatione locum ſic reſtituendum eſſe duxi: *Se ſponte obtulit propria: iréque promiſerat libens, &c.* Idem.

n *Quos Bacurius Hiberus.*] Sic in exemplari Regio [& Colb.] dicitur, non *Baturius*, ut in vulgatis hactenus Editionibus. Hic eſt, ni fallor, Bacurius, cujus egregiâ operâ Theodoſius uſus eſt in bello adverſus Eugenium tyrannum; ut ſcribit Zoſimus. Et hic quidem oriundum ait fuiſſe ex Armenia, quæ Hiberiæ confinis fuit: & virum omnis malitiæ ac doli expertem, bellica autem

rus quidam tunc regebat & Caſſio, avidiùs impetu calenti progreſſi, jámque adverſis connexi, ut immaturè proruperant, ita inerti diſceſſu primordia belli fœdarunt. Hócque impedimento conatûs intempeſtivi & Richomeris alacritas fracta eſt nuſquam ire permiſſi, & equitatus Gothorum cum Alatheo reverſus & 6 Safrace, Alanorum manu permiſta, ut fulmen prope montes celſos excuſſus, quoſcumque accurſu veloci invenire comminus potuit, incitata cæde turbavit.

CAP. XIII. Cúmque arma ex latere omni concuterentur & tela, lituóſque Bellona luctuoſos inflaret, in clades Romanas ſolito immaniùs furens: cedentes noſtri multis interclamantibus reſtiterunt: & o prœlium flammarum ritu creſcens, 7 terrebat militum animos, confixis quibuſdam rotatis ictibus jaculorum & ſagittarum. Deinde colliſæ in modum roſtrorum navium acies, trudentéſque ſe viciſſim, undarum ſpecie motibus ſunt 8 reciprocis jactitatæ. Et quia ſiniſtrum cornu aduſque plauſtra ipſa acceſſit, ultra (ſi qui tuliſſent ſuppetias) proceſſurum: à reliquo equitatu deſertum, multitudine hoſtili urgente, ſicut ruinâ aggeris magni oppreſſum atque dejectum eſt: p ſteterunt improtecti pedites, ita concatervatis manipulis, ut vix mucronem exerere, aut manus reducere quiſquam poſſet. Nec jam objectu pulveris cælum patere potuit ad proſpectum, clamoribus reſultans horrificis. Quâ causâ tela undique mortem vibrantia, deſtinata cadebant & noxia, quod nec prævideri poterant nec caveri. Verùm ubi effuſi immenſis agminibus barbari jumenta conterebant & viros, & neque ad receptum confertis ordinibus laxari uſquam poterat locus, & evadendi copiam conſtipatio denſior adimebat: noſtri quoque ultimo cadendi contemptu occurſantes receptis gladiis obtruncabant, & mutuis ſecurium ictibus galeæ perfringebantur atque loricæ. Videréque licebat celſum ferocia Barbarum, genis ſtridore conſtrictis, ſucciſo poplite aut abſcisâ ferro dexterâ, vel confoſſo latere, inter ipſa quoque mortis confinia minaciter circumferentem oculos truces: rui-

6 *Al.* Safrage Alemannorum. 7 *Mſ.* ſatis terrebat. 8 *Mſ.* hactainlatae.

---

laude præſtantem fuiſſe memorat. Sed Rufinus in lib. I. Hiſt. cap. X. Bacurium Regulum Hiberorum ait fuiſſe, virum fideliſſimum, cui ſumma erat cura religionis & veritatis. Eumdem Palæſtini limitis Ducem, ac deinde Domeſticorum Comitem fuiſſe teſtatur, & Theodoſio Imp. in bello adverſus tyrannos fortem ac fidelem operam exhibuiſſe. Sunt etiam ad eumdem Libanii Epiſtolæ 936. & 952. *Valeſ.*

o *Prœlium flammarum ritu creſcens.*] Ex Homero ſumptum videtur, qui in Iliad. ρ'. ſub finem ait:

--- ἐπὶ τοι πτόλεμος τέτατό σφιν
Ἄγριος ἠΰτε πῦρ. ---

& in libro ultimo Iliados:

Ὡς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο.

Et Euſtathius in ſcholiis pag. 1110. prœlium flammæ comparari ideo notat, quòd inſtar flammæ celeriter perdat & conſumat omnia. Non igitur ſine cauſa Polybius in lib. XI. bellum igni & incendio confert. Ut enim ſemel accenſus ignis, & materiâ ipsâ & vi ventorum augeri ſolet, ac ſæpe ipſum auctorem incendii conſumit; ſic bellum concitatum plerumque eos labefactat primos à quibus excitatum eſt. Interdum etiam ulteriùs ſerpit, & vicinorum dementiâ populorum dum fovetur atque alitur, appoſita quæque pervaſtat. [Ceterùm pro *creſcens* in Mſ. Colbert. lego, *acre ſatis.*] Idem.

p *Steterunt improtecti pedites.*] Quæ cauſa cladis illius & internecionis Romanorum fuit, ut teſtatur etiam Oroſius in lib. VII. *Primo*, inquit, *ſtatim impetu Gothorum perturbatæ Rom. equitum turmæ nuda peditum deſeruere præſidia. Mox legiones peditum undique equitatu hoſtium cinctæ, ac primùm nubibus ſagittarum obrutæ, deinde cùm*

náque confligentium mutua [q] ac humo corporibus ſtratis, campi peremptis impleti ſunt: & morientium gemitus profundíſque vulneribus transfixorum cum timore audiebantur ingenti. In hoc tanto támque confuſæ rei tumultu exhauſti labore & periculis pedites, cùm deinceps neque vires illis, neque mentes ſuppeterent ad conſilium, diffractis haſtarum pleriſque colliſione aſſidua, gladiis contenti deſtrictis in confertas hoſtium turmas mergebant ſe, ſalutis immemores, circumſpectantes ademptum eſſe omne evadendi ſuffragium. Et quia humus rivis operta ſanguineis greſſus labiles evertebat, conabantur modis omnibus vitam impendere non inultam: adeo magno animorum robore [r] oppoſiti incumbentibus, ut etiam telis quidam propriis interirent. Atra denique cruoris facie omnia conturbante, & quocumque ſe inflexerant oculi acervis cæſorum aggeſtis, exanimata cadavera ſine parcimonia calcabantur. Sólque ſublimior decurſo Leone ad domicilium cæleſtis Virginis tranſiens, Romanos magis attenuatos inediâ ſitíque confectos, etiam armorum gravantibus ſarcinis exurebat. Ad ultimum incumbente Barbarorum pondere acies inclinatæ noſtrorum, quod ſolum poſtremis malis habuere ſubſidium, inconditè (quà quiſque poterat) vertuntur in pedes. Dúmque omnes diſperſi per ignotos tramites cedunt, Imperator diris pavoribus circumſæptus, paullatimque inſiliens funerum moles, ad Lancearios confugit & [9] Mattiarios: qui dum multitudo tolerabatur hoſtilis, fixis corporibus ſteterant inconcuſſi. Eóque viſo Trajanus exclamat, ſpem omnem abſumptam, ni deſertus ab Armigeris Princeps ſaltem adventicio tegeretur auxilio. Hócque audito Victor nomine Comes Batavos in ſubſidiis locatos haud procul ad Imperatoris præſidium raptim cogere properans, cùm invenire neminem poſſet, gradiens retro diſceſſit: paríque modo Richomeres periculo ſemet exemit, [ſ] & Saturninus. Sequebantur itaque furore ex oculis lucente Barbari noſtros, jam linquente venarum calore torpentes: quorum aliqui percuſſoribus cadebant incertis, nonnulli ponderibus ſolis urgentium obruti, ictúque ſuorum aliqui trucidati: nec enim ſæpe renitentibus cedebatur, [t] aut parce-

9 *Mſ.* Matſiarios

---

amentes metu ſparſim per devia cogerentur, funditus cæſa gladiis inſequentium contiſque perierunt. Valeſ.

q *Ad humum corporibus ſtratis.*] In Regio codice legitur, *dhumo corporis ſtratis.* [In Colb. *at humo corporis ſtratis.*] Nec dubito, quin Marcellinus ſcriptum reliquerit, *ac humo corporibus ſtratis.* Idem.

r *Oppoſiti incumbentibus.*] In Regio codice, * Toloſ. * [& Colbert.] & in Editione Auguſt. *oppoſitis* ſcriptum habetur. *Idem*

ſ *Et Saturninus.*] Saturninus Comes memoratur à D. Baſilio in Ep. 315. ad Abramium Epiſcopum Batnarum: νυῦ δὲ μαθὼν ἐν Αντιοχείᾳ διάγειν ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ αἰδεσιμωτάτου Σατορνίνου τοῦ Κόμητος. Idem paullo antè Magiſter equitum à Valente factus fuerat. Conſulatum denique geſſit unà cum Merobaude iterum Conſule anno Dom. 383. Vixit autem uſque ad tempora Arcadii Auguſti: à quo neceſſitate temporum compulſo deditus eſt Gaïnæ unà cum Aureliano Conſule, anno Dom. 400. ut narrat Zoſimus in lib. v. Sunt ad eumdem Saturninum Epiſtolæ Libanii 753. & 793. *Huic ut opinor Saturnino ſtatua Romæ poſita eſt cum hac Inſcriptione, quæ legitur apud Jac. Sirmundum: FLAVIO. PEREGRINO. SATURNINO. V. CL. ET. INLUSTRI, &c. *Idem.*

t *Aut parcebat cædentibus quiſquam.*] Magis placet codicis Regii [& Colbertini] ſcriptura. *aut parcebat cedentibus quiſquam*: nam cedentes renitentibus hîc opponuntur: & Marcellinus noſter ſic loqui ſolet, ut exempli gratiâ in lib. XIV. cap. 2. Idem. Poſt paulo

cebat cedentibus quiſquam. Super his obſtruebant itinera jacentes multi ſemineces, cruciatus vulnerum [1] non ferentes: cum quibus aggeres quoque equorum conſtrati cadaveribus campos implerunt. Diremit hæc numquam penſabilia damna (quæ magno rebus ſtetere Romanis) nullo ſplendore Lunari nox fulgens. Primáque caligine tenebrarum inter gregarios Imperator, ut opinari dabatur, (neque enim vidiſſe ſe quiſquam vel præſto fuiſſe adſeveravit) [s] ſagittâ perniciosè ſaucius ruit: ſpiritúque mox conſumpto deceſſit, nec poſtea repertus eſt uſquam. Hoſtium enim paucis, ſpoliandi gratiâ mortuos per ea loca diu verſatis, nullus fugatorum vel accolarum illuc adire eſt auſus. [t] Simili clade Cæſarem accepimus Decium, dimicantem cum Barbaris acriter, equi lapſu proſtratum, quem ferventem retinere non valuit, abjectúmque in paludem, nec emergere potuiſſe nec inveniri. Alii dicunt [v] Valentem animam non exhalaſſe confeſtim, ſed cum Candidatis & ſpadonibus paucis propè [x] ad agreſtem caſam relatum ſecunda contignatione fabrè munitam, dum fovetur manibus imperitis, circumſeſſum ab [2] hoſtibus qui eſſet ignorantibus, dedecore captivitatis exemptum. Cùm enim oppeſſulatas januas perrumpere conati, qui ſecuti ſunt, [y] à parte penſili domus ſagittis inceſſerentur, ne per moras inexpedibiles populandi amitterent copiam, congeſtis ſtipulæ faſcibus & lignorum, flammáque ſuppoſitâ, ædificium cum hominibus torruerunt. Unde [z] quidam de Candidatis per

1 *Mſ. & Steph.* in conferentes. 2 *Mſ.* hoſtilibus.

quum una ſola nupera Pariſienſis editio repoſuerit *impleverunt*, contra priores ipſius Henrici, Lindenbrogii, Auguſtanam, quæ habent *implerunt*, judicavi has præponendas, quum & cap. 15. in principio ſcribat auctor *impleſſet*. Gronov.

s *Sagitta perniciose ſaucius ruit.*] Huic ſententiæ ſuffragatur Libanius in Orat. ad Theodoſium de cæde Juliani Apoſtatæ vindicanda: ubi Valentem ait Imperatorem, in media militum turba pugnantem occubuiſſe, tametſi & equorum regalium copia ei præſtò eſſet, quorum velocitatem nemo ignorat: & Duces fugam ſuaderent, atque orarent ut equo avectus ſalvum ſe & incolumem Reip. reſervaret. Sed ille indignum eſſe ducens, tantæ cladi ſupereſſe, cæſorum ſecum militum molem vice tumuli habuit. Hæc Libanius in ea Orat. Mſ. At ceteri ferè omnes Valentem ad vile tugurium delatum, ibi à barbaris ignorantibus crematum eſſe conſentiunt. Sic præter Hiſtoriæ Eccl. Scriptores Oroſius in lib VII. & Chryſoſtomus in Homilia XV. in Philippenſes: τῶν δὲ μετὰ ταῦτα ὁ μὲν κατεκαύθη ὥσπερ τις ἄθλιος καὶ ταλαίπωρος μεθ' ἵππων καὶ θηλειῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ τὸ γύναιον ἐν χηρείᾳ. *Ex principibus autem qui illum inſecuti ſunt, hic quidem inſtar miſeri cujuſpiam crematus eſt una cum equis & jumentis & ceteris omnibus: & uxor ejus vidua relicta eſt.* Et multo clariùs idem Chryſoſtomus in Epiſtola ad viduam adoleſcentem. *Valeſ.*

t *Simili clade Cæſarem accepimus Decium, &c.*] Aurelius Victor in Decio: *In ſolo barbarico inter confuſas turbas gurgite paludis ſubmerſus eſt, ita ut nec cadaver ejus potuerit inveniri.* Vide Zoſim. lib. I. Lindenbr.

v *Valentem animam non exhalaſſe confeſtim*] Jordanes in Hiſtor. Goth. *Valens Imperator mox armato exercitu in Thraciarum partes digreditur, ubi lacrymabili bello commiſſo vincentibus Gothis, in quodam prædio juxta Hadrianopolim ſaucius ipſe refugiens, ignorantibus quoque quòd Imperator in tam vili caſula diliteſceret Gothis, igneque ut adſolet ſæviente ab inimico ſubpoſito, cum regali pompa crematus eſt.* De eodem hoc Valente Eunapius in Maximo: Ὅτι γὰρ βασιλεὺς ἐν μεγάλῃ τῶν Σκυθῶν μάχῃ ξένον τινὰ ἠφανίσθη τρόπον, ὥστε οὐδὲ ὀστέον εἰς ἀναίρεσιν εὑρέθη. Vide Zoſim. lib. IV Socrat Hiſtor. Eccleſ. lib. IV. cap. ult. Theodoret. lib. IV. cap. 31. Sozomen. lib. VI. cap. 40. Hieronym. Epiſt. ad Heliodor. *Idem.*

x *Ad agreſtem caſam relatum.*] Chryſoſtomus in Ep. ad viduam: ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς εἰς κώμην τινὰ ἀποκλεισθεὶς μετ' ὀλίγων στρατιωτῶν, &c. *Quando & Imp. ipſe in quadam villa relictus cum paucis militibus, ipſe quidem egredi minime eſt auſus. Igne vero ab hoſtibus admoto cum omnibus ibidem incluſis, non viris modò ſed etiam equis conflagravit.* Cui conſentit Oroſius in lib. 7. cap. 33. *Ipſe Imp. cùm ſagittâ ſaucius verſuſque in fugam, ægre in cujuſdam villulæ caſam deportatus lateret, ab inſequentibus hoſtibus deprehenſus, ſubjecto igne conſumptus eſt.* Valeſ.

y *Aperte penſilis domus.*] Scribendum videtur, *à parte penſili domus, &c.* Idem.

z *Quidam de Candidatis per feneſtram lapſus, captuſ;*

feneſtram lapſus, captúſque à Barbaris prodidit factum, & eos mærore afflixit, magnâ gloriâ defraudatos, quòd Romanæ rei rectorem non cepere ſuperſtitem. Is ipſe juvenis occultè poſtea reverſus ad noſtros, hæc ita accidiſſe narravit. [a] Pari clade recuperatis Hiſpaniis, Scipionum alterum cremata turri in quam confugerat, abſumptum incendio hoſtili comperimus. Illud tamen certum eſt, nec Scipioni, nec Valenti [b] ſepulturam, qui ſupremitatis honor eſt, contigiſſe. In hac multiplici virorum illuſtrium clade Trajani mors eminuit, & Sebaſtiani: cum quibus xxxv. oppetivere Tribuni Vacantes, & numerorum Rectores, & Valerianus, atque [c] Equitius: quorum alter Stabulum, alter curabat Palatium. Inter hos etiam Promotorum Tribunus Potentius cecidit in primævo ætatis flore, bono cuique [3] ſpectatus, meritis Urſicini patris Magiſtri quondam armorum ſuíſque commendabilis. Conſtátque vix tertiam evaſiſſe exercitûs partem. Nec ulla annalibus præter Cannenſem pugnam, ita ad internecionem res legitur geſta, quamquam Romani aliquoties reflante Fortuna fallaciis luſi bellorum iniquitati ceſſerunt ad tempus: & certamina multa fabuloſæ neniæ flevêre [d] Græcorum.

CAP. XIV. Periit autem hoc exitu Valens, quinquageſimo anno contiguus, [e] cùm per annos quatuor imperaſſet & decem parvo minùs. Cujus bona multis cognita dicemus, & vitia. Amicus fidelis & firmus, ultor acer am-

3 *Al.* ſpectatis.

que à barbaris prodidit factum] Zoſimus ita narrat: Τῶν δὲ στρατευμάτων ἐπὶ λεπτοτάτης ἑστώτων ἐλπίδος, Βίκτωρ, ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγούμενος ἱππικοῦ, τὸν κίνδυνον ἅμα τοῖς ἱππεῦσι διαφυγὼν ἐπὶ Μακεδονίαν τε καὶ Θεσσαλίαν ἐλάσας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Μυσοὺς καὶ Παίονας ἀναδραμὼν, αὐτόθι διατρίβοντι τῷ Γρατιανῷ τὸ συμβὰν ἀπαγγέλλει, καὶ τὴν τοῦ στρατοπέδου καὶ τοῦ βασιλέως ἀπώλειαν. Lindenbr.

a *Pari clade recuperatis Hiſpaniis Scipionum alterum cremata turri*] Livius lib. xxv. *Cn. Scipionem alii in tumulo primo impetu hoſtium cæſum tradunt, alii cum paucis, in propinquam caſtris turrim perfugiſſe, hanc igni circumdatam, atque ita exuſtis foribus, quas nulla moliri poterant vi, captam, omneſque intus cum ipſo Imperatore occiſos.* Vide Appian. de Bell. Hiſpan. *Idem.*

b *Sepulturam, qui ſupremitatis honor eſt.*] Imitatur Solinum ut ſolet, qui in cap. 47. perinde loquitur: *Agrigentina etiam regio frequens eſt equorum ſepulcris, quod ſupremitatis munus meritis datum creditur.* Rectè autem & propriè Marcellinus ſupremitatis honorem dixit. Sic enim ſepulturæ honos dicitur à Valerio Maximo in lib. iv. cap. 4. & à Valentiniano in Titulo v. Novellarum, de ſepulcris. Virgilius in vi.

Cernit ibi mæſtos, & mortis honore carentes.

Et in lib. xi.

---inhumatáque corpora terræ
Mandamus, qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt.

Et ante omnes princeps non poëtarum modò, ſed omnis facundiæ Homerus in Iliad. π'.

Τύμβῳ τε, στήλῃ τε, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων. Valeſius. Adde Salmaſium ad Trebellii Pollionis tyrannos pag. 305. *Gron.*

c *Equitius.*] Tribunus & Cura Palatii, Valentis Auguſti propinquus, ut dixit Marcellinus ſuprà. Erat autem, ut equidem ſuſpicor, filius Equitii Pannonii, Magiſtri militum per Illyricum, de quo ad libros ſuperiores dixi. Quo porrò modo hoc nomen ſcribi debeat, incertum eſt. Alii enim cum diphthongo ſcribunt, ut notavi: alii ſine diphthongo. Quibus ſuffragatur vetus Inſcriptio à Grutero relata p 164. ORDINANTE. VIRO. CLARISSIMO. EQUITE. COMITE. ET. MAGISTRO. UTRIUSQUE. MILITIAE. Neque enim dubium eſt, quin ſcribendum ſit in hac Inſcriptione, EQUITIO. COMITE. * Atque ita citat Cuſpinianus in Faſtis. * *Valeſ.*

d *Græcorum, commendabilis conſtatque.*] Duas poſtremas voces tametſi in Mſſ. legebantur, audacter expunxi. Sunt enim perperam hoc in loco repetitæ ex linea 12. hujus paginæ. quod fatebitur, ut ſpero, quiſquis animum intendere voluerit. *Idem.*

e *Cum per annos* iv. *imperaſſet & x. parvo minus.*] Immo aliquanto plus imperavit Valens. Quippe à fratre Auguſtus nuncupatus eſt anno Dom. 364. menſe Martio. Periit autem anno Dom. 378. die ix. menſis Auguſti: quod intervallum eſt annorum xiv. menſium iv. & aliquot præterea dierum. Proinde fallitur Victor, qui in Epitome ſcribit Valentem regnaſſe annos xiii. menſes v. & Socrates, itémque Sozomenus, qui in fine lib. vi. ait Valentem anno ætatis circiter quinquageſimo, imperii ſexto & decimo deceſſiſſe. *Idem.*

bitionum, ſeverus militaris & civilis diſciplinæ corrector. pervigil ſemper & anxius, ne propinquitatem ejus prætendens [f] altiùs ſemet ferret: erga deferendas poteſtates vel adimendas nimiùm tardus: provinciarum æquiſſimus tutor; quarum ſingulas ut domum propriam cuſtodiebat indemnes: tributorum onera ſtudio quodam molliens ſingulari, nulla vectigalium admittens augmenta, [g] [h] in [4] adærandis reliquorum debitis non moleſtus; furibus & in peculatu deprehenſis judicibus inimicus aſper & vehemens. Nec ſub alio Principe in hujuſmodi negotiis meliùs ſecum actum eſſe meminit Oriens. Super his omnibus liberalis erat cum moderatione: cujus rei licèt abundent exempla, unum tamen ſufficiet poni. Ut ſunt in palatiis nonnulli alienarum rerum avidi, ſi qui caducum vel aliud petiſſet ex uſu, [i] cum magnâ juſtorum injuſtorúmque diſtinctione [5] [k] contradictori copiâ ſervatâ, donabat ei qui petierat, tres vel quatuor alios abſentes aliquoties impetratorum participes jungens: ut caſtigatiùs agerent inquieti, lucra quibus inhiabant, hoc minui commento cernentes. Super ædificiis autem, quæ per diverſas urbes & oppida vel inſtauravit, vel à primis inſtruxit auſpiciis, (ne ſim longior) taceo, [l] rebus ipſis id a-

4 *Al.* requirendis. 5 *Mſ.* contradictoris.

f *Altiùs ſemet ferret.*] Marcellinum ſcripſiſſe exiſtimo, *ſemet efferret.* Valeſ.

g *In adærandis reliquorum debitis*] Sic Mſ. Flor. Vulg. *in requirendis reliq.* quam lectionem illi excogitarunt, qui quid *adærare* ſit, non intellexerunt. Gloſſ. ita interpretatur, *Adærat,* ἐξαργυρίζεται, ἀποχαλκίζει. L. unic. C. ne rei mil. com. L L. 13. 15. 19. C. de erogat. milit. ann. L. 4. C. de milit. veſt. Inſcriptio Tit. 28. lib. 10. C. de collat. donator. vel relevator. aut tranſlator. ſeu adæratorum. *Adæratæ annonæ,* L. 3. C. Theod. de erog. mil. ann. *Adæratione adhibita,* L L. Wiſigoth. lib. 4. Tit. 5. l. 3. *Lindenbr.*

h *In adærandis reliquorum debitis.*] Reliqua functionis tributariæ quæ à provincialibus debebantur, aut indulgere ſubditis conſueverant Principes Rom. aut certè mediocri pretio taxare, putà pro equis militaribus tot ſolidos, pro militari veſte tot, & ſimiliter: ne ſuſceptores & compulſores infinita pretia à collatoribus exigerent. Reliquorum igitur debita ſunt idem hoc loco, ac reliqua debitorum. Ac fortaſſe ſic ſcripſerat Marcellinus, *in adærandis debitorum reliquis non moleſtus.* * Præclarè in veteribus Gloſſis ea vox explicatur: *Adærat,* ἐξαργυρίζεται: quam vocem uſurpat Joh. Chryſoſtomus in caput 21. Matthæi, Homiliâ 67. ubi eleemoſynam comparans tributariæ functioni, ſic ait: οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα δοῦναι μισθὸν τῆς μετακομιδῆς τῶν εἰσφερομένων. οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα κάμνειν ἐξαργυρίζοντας. Id eſt: *Minime heic opus eſt pretium ſolvere pro tranſlatione ſpecierum ſeu militaris annonæ: nulla moleſtia ſuſcipienda eſt in adærandis ſpeciebus.* Paullo pòſt ſic ait Chryſoſtomus: οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα προπομπὸν εὑρεῖν τῶν κατατεθέντων. Quæ ſic vertenda ſunt: *Non heic neceſſe eſt proſecutorem invenire, qui ſpecies illatas ad horrea proſequatur.* De his Proſecutoribus paſſim mentio fit in Codice Theodoſiano. * Ceterùm idem ferè Valentis elogium legitur in Victoris Epitome. *Valeſius.* Abſit tamen, ut hic aliquid mutandum cenſeamus. Etſi enim fortaſſe Valeſius & alii loquerentur *debitorum reliqua,* non *reliquorum debita,* ut ſcripſiſſe Ammianum teſtantur codices tot tam vetuſti; certe manus ideo vertenda non eſſet, & idem plane foret, æque ac quum Cicero pro Plancio dixit c. 36. *triumphos gloriæ laude ſuperare,* tamen lib. 2. epiſtol. 4. ſcripſit *quarum laudum gloriam adamaris;* quod novimus imitantem Trogum vel Juſtinum ſcribere lib. VII. cap. 2. *gloria bellicæ laudis finitimos terrebant,* ut lib. XVIII. fin. *bellicæ gloriæ laudes creverunt.* Et quum Cicero ſcribat in Bruto cap. 42. *obtrectatio invidiæ,* Juſtinus is ipſe in præfatione maluit *obtrectationis invidia.* Tales converſiones ſunt plures. *Gron.*

i *Cum magna juſtorum diſtinctione.*] Cum in Regio [& Colbert.] * ac Toloſ. * codice ſcriptum invenerim, *juſtorúmque diſtinctione,* non ſine cauſa locum ſic corrigendum eſſe cenſui, *cum magna juſtorum injuſtorûmque diſt.* Ita enim loqui ſolet Marcellinus ut notavi ad lib. 28. cap. 4. *Valeſ.*

k *Contradictori copia ſervata.*] Id eſt ſervata domino vel ei cujus intereſt, facultate contradicendi petitori, & rem ſuam per ſe vel per procuratorem idoneum defendendi: quo pacto petitor accepti à Principe beneficii executionem ſuſpendere jubebatur: & ille cujus bona impetrata ſunt, intra anni ſpatium ad Comitis rerum Privatarum examen querelas ſuas deferre poterat, ut dicitur in lege 27. Cod. Theod de petitionibus. *Idem.*

l *Potioribus ipſis.*] Longè melior, meo quidem judicio, codicis Regii * & Toloſ. * ſcriptura eſt, *rebus ipſis id apertiùs monſtrare concedens:* id eſt ipſis ædificiis & operibus. Simile eſt, quod Græci dicunt, αὐτὸ δείξει τὸ ἔρ-

pertiùs monſtrare concedens. Hæc bonis omnibus æmulanda ſunt, ut exiſtimo: nunc ejus vitia percurramus. [m] Magnarum opum intemperans appetitor, laborum impatiens, duritiámque magis affectans immanem, [n] in crudelitatem proclivior, ſubagreſtis ingenii, nec bellicis, nec liberalibus ſtudiis eruditus: alienis gemitibus libenter emolumenta fructúſque conquirens, túncque magis intolerabilis, cùm incidentia crimina ad contemptam vel læſam Principis amplitudinem trahens, in ſanguinem ſæviebat & diſpendia locupletum. Illud quoque ferri non poterat, quòd cùm legibus lites omnes [o] quæſtionéſque committere videri ſe vellet, deſtinatiſque velut lectis judicibus negotia ſpectanda mandabat, nihil agi contra libidinem ſuam patiebatur: [p] injurioſus aliàs & iracundus, & criminantibus ſine differentia veri vel falſi facillimè patens: quæ vitiorum labes etiam in his privatis quotidianiſque rationibus impendiò eſt formidanda. Ceſſator & piger: [q] nigri coloris, pupulâ oculi unius obſtructâ, ſed ita ut non eminus appareret: figurâ bene compactâ membrorum, ſtaturæ nec proceræ, nec humilis, incurvis cruribus, exſtantéque mediocriter ventre. Hæc ſuper Valente dixiſſe ſufficiet, quæ vera eſſe æqualis nobis memoria plenè teſtatur. [r] Illud autem præteriri non convenit, quòd cùm oraculo tripodis, quem moviſſe Patricium docuimus & Hilarium, tres verſus illos fatidicos comperiſſet, quorum ultimus eſt, [6] Εν πεδίοισι Μίμαντ☉

6 *Mſ.* ENΠaIdIOICI MIMaNTOC aIaλIλaIOMENOIOaP. *Steph.* ἐν πεδίοισι μίμαντ☉ AIAΛIΛAIOMENOIO AP.

γον. de quo Adagio dixi ad finem libri XXII. In vulgata autem lectione vox *ipſis* ſuperflua eſt & otioſa. [In Colb. Mſ. lego, *ribus ipſis id ap. monſtr. conc.*] Valeſ.

m *Magnarum opum intemperans appetitor.*] Valentis avaritiam plurimis in locis notavit Marcellinus. Cui ſubſcribit Nazianzenus Gregorius in Oratione funebri de laudibus D. Baſilii. Sic enim ait de Valente: Βασιλεὺς ὁ φιλοχρυσώτατ☉ καὶ μισοχριστότατ☉, καὶ δύω μέγιστα ταῦτα νοσῶν, ἀπληστίαν καὶ βλασφημίαν. *Imperator ille amore lucri in immenſum flagrans, & odio Chriſti, ac duplici morbo laborans, impietatis ſimul atque avaritiæ.* Idem.

n *In crudelitatem propenſior.*] Cedrenus in Valentis elogio eadem habet: ἦν δὲ Οὐάλης τὴν ἡλικίαν διμοιρίαν ἔχων, αὐθάδης τὸν τρόπον καὶ ὑπερήφαν☉ καὶ πρὸς αἱμάτων χύσεις ἑτοιμότατ☉, ἔχων τὰς φρένας ἀσυμπαθεῖς, καὶ πάσης παιδείας ἀμέτοχ☉. *Valens ſtatura quidem fuit mediocri, moribus autem ſuperbus & inſolens, ad fundendum ſanguinem promptiſſimus, omnis miſerationis expers, nulliſque diſciplinis excultus.* Idem.

o *Quæſtiones committere veteres vellet.*] Cùm in Mſ. Regio [& Colb.] ſcriptum ſit *veteris e vellet*, viderit lector eruditus, an cum ratione emendatum ſit à nobis hoc modo, *cùm legibus lites omnes quæſtionéſque committere videri ſe vellet, &c.* Idem.

p *Injurioſus alias.*] In codice Regio legitur, *injurioſus alia*, rectiùs ut jam monui. [In Colb. *injurioſos aliàs*, pro *injurioſus aliàs.*] Idem.

q *Nigri coloris.*] In Mſſ. codicibus & vulgatis Editionibus hic locus abſque ulla diſtinctione legebatur: *Nigri coloris pupula oculi unius obſtructa, &c.* Sed nos additâ virgulâ locum diſtinguendum putavimus. In exemplari porrò Regio ſcriptum erat, *inigni coloris*, eademque ſuperſcriptum manu, *ignei*: [in Colbert. *inigni col.*] * in Tol. *piger, inigni caloris. pupula, &c.* * Idem. Itaque aliud hîc agendum reſtabat præter interpoſitam diſtinctionem, & id quidem longe majoris ad hiſtoriam & Valentis faciem momenti; quod ſane non intelligo, quî non doctiſſimus Valeſius aut ſubodoratus ſit, aut non intenderit ſe ad ſubodorandum. Quid enim dubito ſub iſta corruptela celari *hysgini coloris*? Agitur enim non de crinibus, aut oculis, ſed ipſius cutis colore, quem ad ruboris iſtam ſpeciem vult acceſſiſſe. Color autem hyſginus jam ab viris eruditis conſideratus affatim eſt, & olim a Plinio lib. IX. cap. 42, ubi quid affert Harduinus, quod non rapax ille accipiter ſuffuratus eſt ex Salmaſio in Plinianis Exercitationibus pag. 272? *Gron.*

r *Illud autem præteriri non convenit, quòd cùm oraculo tripodis, &c.*] Aliter Cedrenus & Zonaras: nec ſortis hujus meminerunt, ſed noctu per quietem verſus quoſdam Valenti inſuſurratos dicunt monentes ad Mimanta ut pergeret, fatum ibi inventurus. Cedrenus; Πρὸ δὲ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, ἐθεάσατο κατόναρ ἄνδρα τινὰ λέγοντα αὐτῷ.

Τάχ☉ βάδιζε πρὸς Μίμαντα τὸν μέγαν,
Ενθα μόρος σε δεινὸς ἁρπάσει τάλαν. Lindenbr.

[f] αἶλα καιομένοις κάρ; hoc ut erat inconſummatus & rudis, inter initia [7] contemnebat: proceſſu verò luctuum maximorum abjectè etiam timidus, ejuſdem ſortis recordatione Aſiæ nomen horrebat: ubi [8] [t v] Erythræo oppido [9] ſuperpoſitum montem Mimanta, & Homerum ſcripſiſſe & Tullium doctis referentibus audiebat. Denique poſt interitum ejus diſceſſúmque hoſtilem, prope locum in quo cecidiſſe exiſtimatus eſt, [x] inventus dicitur ſaxeus monumenti ſuggeſtus, cui lapis affixus inciſis litteris Græcis, ſepultum ibi nobilem quemdam Mimanta veterem indicabat.

CAP. XV. Poſt exitialem pugnam, cùm jam tenebris nox terras impleſſet, hi qui ſuperfuère, dextra pars, alii læva vel quò metus traxerat ferebantur, quiſque proximos quærens: cùm præter ſe [y] nihil ſinguli cernere poterant, occipitiis propriis ferrum arbitrantes hærere. Audiebantur tamen licèt longiùs ejulatus miſerabiles relictorum, ſingultúſque morientium, & vulneratorum cruciabiles fletus. Luce verò cœptante victores, ut beſtiæ ſanguinis irritamento atrociùs efferatæ, ſpei inanis illecebris agitati, Hadrianopolim [z] agminibus petivere denſatis, eam vel cum diſcriminibus exciſuri poſtremis: docti per proditores & transfugas poteſtatum culmina maximarum, & fortu-

7 *Mſ* condemnabat. 8 *Steph.* Erichtheo· 9 *Mſ.* ſuperpoſitum.

---

f ΑΙΛΑ ΚΑΙΟΜΕΝΟΙΣ ΚΑΡ.] In Mſ. Regio hoc ἀκροτελεύτιον ſic legitur. αἴαλι λαιομένιο κάρ. Poſtrema quidem reſtitui poſſe mihi videntur hoc modo, κειομένην πῦρ ſupple τιζιφόνη. Hoc enim acroteleution Homeri egregiè huic loco convenit. Oraculum autem ipſum exſtat integrius in lib. XXIX. [In Colbertino legitur: αἴαλι λαιομένοιο αρ. *Valeſ*

t *Erythræo oppido ſuperpoſitum montem Mimanta & Homerum ſcripſiſſe*] * Homeri locus, cujus etiam meminit Cicero ad Atticum Epiſt. 13. lib. 16. exſtat * Odyſſ. γ. -- παρ' ἠνεμόεντα Μίμαντα. Eumque in hac hiſtoria laudant Cedren. * & Zonaras in Valente: διυπνισθεὶς οὖν (Οὐάλης) ἐπύθετο, τίς ἂν εἴη ὁ μίμας, καί τις τῶν λόγοις ἐσχολακότων ἔφη αὐτῷ, ὄρος εἶναι τῆς Ἀσίας τὸν Μίμαντα πρὸς τῇ θαλάσσῃ κείμενον. τούτου δὲ καὶ τὸν Ὅμηρον ἐν Ὀδυσσείᾳ μεμνῆσθαι, λέγοντα, παρ' ἠνεμόεντα μίμαντα. *Experrectus e ſomno* (Valens) *percontatur quis ſit Mimas. Ibi quidam homo doctus reſpondet, eſſe montem Aſiæ ad mare ſitum, cujus & Homerus in Odyſſea meminerit, ac ventoſum appellet.* * Euſtathius autem ſic explicat. Μίμας δὲ ὄρος φασὶ κατέναντι Χίου, μεταξὺ Ἐρυθρῶν καὶ τοῦ ὑποκειμένου, ἀπὸ Μίμαντος γίγαντος ἐν αὐτῷ κειμένου. Lindenbr.

v *Erythræo oppido ſuperpoſitum montem Mimanta.*] Hic memoriæ vitio lapſus eſſe videtur Marcellinus Neque enim Erythris, ſed Chio ſuperpoſitum montem Mimanta Homerus cecinit in Odyſſ. 3.

Ἢ ὑπένερθε Χίοιο παρ' ἠνεμόεντα Μίμαντα,

Quamquam non nego Erythras etiam monti Mimanti ſuppoſitas fuiſſe: id enim apertè ſignificat Homerus in Hymno ad Neptunum, quem refert Herodotus in Homeri vita. Eſt & alter Mimas mons in Thracia, de quo loquitur Ariſtophanes in Nubibus, ut notat Scholiaſtes Comici & Suidas. *Valeſ.*

x *Inventus dicitur ſaxeus monumenti ſuggeſtus*] Eadem Cedrenus, * & Zonaras in Valente. Cedreni verba hæc ſunt: * Ὕστερον δὲ μετὰ τὴν τῶν πολεμίων ἀναχώρησιν ἀναζητούντων τινῶν τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως εὑρέθη ἐν ᾧ ἐκρύπτετο οἰκήματι τάφος ἀρχαῖος τινὸς ἐπιγεγραμμένος οὕτως· ΕΝΤΑΥΘΑ ΚΕΙΤΑΙ ΜΙΜΑϹ ΜΑΚΕΔΩΝ ΣΤΡΑΤΗΓΕΤΗϹ. Lindenbr.

y *Nihil ſinguli licere poterant.*] Sic Accurſius edidit: at in codice Regio [& Colbert.] * ac Toloſ. * ſcriptum inveni, *ſinguli cere poterant*: & ſuperſcriptum eadem manu *ferre*: quod tamen minimè placet. Mallémque ſic emendare, *cùm præter ſe nihil ſinguli cernere poterant*. ut loquitur Marcellinus in lib. XXIX. cap. 1. *Valeſius.* Videan non certius ad veterem ſcripturam ſit, *nihil ſinguli ſcire.* Gron.

z *Agminibus petivere denſatis.*] In exemplari Regio legitur *denſetis*. Neque hîc ſolùm, ſed prætereà lib. XIV. c. 2. lib. XXII. cap. 8. lib. XXV. cap. 2. & lib. XXIX. cap. 5. fere in fine eamdem ſcripturam inveni: quæ cur Editoribus tantopere diſplicuerit, cauſam non video. Sic enim Virgilius loquitur in X. AEn.

Poſtremò addenſent acies.

& in XII. ejuſdem operis, & in lib. 1. Georg. Sed & Salluſtius in lib. 3. Hiſt. eodem modo dixit: *Ille ſubſidiis principes augere & denſere frontem*, citante Eutyche Grammatico. [In Colbertino tamen Mſ. legitur, *denſatis*] Valeſ.

næ

næ principalis inſignia theſauróſque Valentis, illic ut arduo in munimento conditos. Et ne intervallatis ardor intepeſceret moris, horâ diei quartâ ambitu cincto murorum, infeſtiſſimè certabatur: oppugnatoribus genuina ferocia ad præceps exitium feſtinantibus, contráque defenſorum vigore validis viribus incitato. Et quia militum calonúmque numerus magnus civitatem cum jumentis introire prohibitus, affixus parietibus mœnium ædibúſque continuis, pro loci humilitate fortiter decernebat, ſuperarâtque rabies imminentium adusque horam diei nonam: ſubitò pedites noſtri trecenti, ex his qui prope ipſas ſtetêre loricas, conferti in cuneum deſciverunt ad Barbaros: eóſque illi avidè raptos, confeſtim (incertum quo conſilio) trucidârunt: & ex eo deinceps obſervatum eſt, neminem hujuſmodi aliquid vel in deſperatione rerum ultima cogitaſſe. Fervente itaque tot malorum congerie, repentè cum fragore cæleſti imbres nubibus atris effuſi diſperſere circumfrementium globos: reverſique ad vallum dimenſum tereti figura plauſtrorum, immanes ſpiritus latiùs porrigentes, jubebant noſtris per minaces litteras, & legatum * [a] ætatem, fide retinendæ ſalutis accepta. Verùm introire non auſo qui miſſus eſt, per Chriſtianum quemdam portatis ſcriptis & recitatis, utque decebat contemptatis, parandis operibus [reliquum] diei & nox omnis [1] abſumpta. Nam intrinſecus ſilicibus magnis obſtruſæ ſunt portæ, & mœnium intuta firmata: & ad emittenda undique tela vel ſaxa, tormenta per locos aptata ſunt habiles, aggeſtáque prope ſufficiens aqua. Pridie enim dimicantium quidam ſiti [b] adusque ipſa vitæ [2] detrimenta vexati ſunt. Contrà Gothi reputantes difficiles Martis eventus, anxiíque cùm ſterni & ſauciari cernerent fortiores, & particulatim vires ſuas convelli, aſtutum iniere conſilium, quod ipſa indicante Juſtitia publicatum eſt. Partis enim noſtræ Candidatos aliquos, qui die præterito ad eos defecerant, pellexere ut ſimulata fuga velut ad propria remeantes, intra muros ſuſcipi ſe curarent, ingreſſique latenter quamdam incenderent partem: ut tamquam ſigno erecto occultiùs, dum circa exſtinguendum incendium diſtringitur multitudo clauſorum, civitas [3] perrumperetur impropugnata. Perrexere ut ſtatutum eſt Candidati: cúmque prope foſſas veniſſent, manus tendentes orantéſque, ut Romanos ſemet admitti poſcebant. Et recepti, (quia nulla erat ſuſpicio quæ vetaret) interrogatíque ſuper conſiliis hoſtium variarunt: unde factum eſt, ut cruenta quæſtione vexati, cervicibus perirent abſciſis, quid acturi venerant apertè confeſſi. Omni itaque bellandi apparatu præſtructo, adventante vigilia tertia, Barbari abolito præteritorum

1 *Al.* aſſumta. 2 *Mſ.* defrumenta. 3 *Mſ.* prorumperetur.

a *AEtatem.*] Scribendum videtur, *jubebant noſtris per min. litteras & legatum, ut ſe dederent ſtatim fide retinendæ ſalutis accepta.* Valeſ.

b *Aduſque ipſa vitæ diſcrimina.*] In Regio codice ſcriptum inveni perinde ut in Flor. *defrumenta*, eadémque manu ſuperſcriptum *detrimenta*. [In Colb. *defrumenta.*] *Idem.*

vulnerum metu, in urbis obſeratos aditus multiplicatis ordinibus inundarunt, & [4] obſtinatione Magnatium majore. At cum armatis provinciales & Palatini ad obruendos eos excitatiùs exſurgebant: & [c] cujuſque modi tela, in multitudine tanta vel temere miſſa, cadere ſine noxa non poterant. [d] Animadverſum eſt à noſtris, iiſdem telis Barbaros uti quibus petebantur. Ideóque mandatum eſt, ut nervis ferrum lignúmque connectentibus ante jactum inciſis, emitterentur arcu ſagittæ: quæ volitantes vires integras inſervabant: infixæ verò corporibus, nihil vigoris perdebant, aut certè ſi cecidiſſent in vanum ilico frangebantur. Dedit autem rebus ita flagrantibus grave momentum caſus admodum inopinus. Scorpio genus tormenti, quem Onagrum ſermo vulgaris appellat, è regione contra hoſtium aciem denſam locatus, lapidem contorſit ingentem: qui licèt humo fruſtra illiſus eſt, viſus tamen ita eos metu exanimavit, ut ſtupore ſpectaculi novi cedentes è medio, abire tentarent. Sed bucinis Optimatum monitu occinentibus, inſtauratum eſt prœlium: & pari modo res Romana ſuperior ſtetit, nullo ferme alio telo [e] vel [5] funditoris amento incaſſum excuſſo. Agmina enim præeuntium Ductorum, quos [f] rapiendi Valentis malis lucubrationibus quæſiti cupiditas incendebat, ſecuti ceteri præ ſe ferebant æquiperaſſe diſcrimina potiorum: námque ſemineces aliqui, aut magnis obtriti ponderibus, vel confixi jaculis pectora volvebantur: nonnulli ſcalas vehendo, [6] adſcenſúmque in muros ex latere omni parantes, ſub oneribus ipſis obruebantur, contruſis per pronum ſaxis, & columnarum fragmentis, & cylindris. Nec [7] quemquam furentium cruoris horrenda ſpecies ad ſerum uſque diem ab alacritate faciendi fortiter avertebat: hoc incitante, quòd etiam defenſorum plurimos cadere diverſis ictibus videntes eminus lætabantur. Ita ſine requie ulla vel modo pro mœnibus & contra mœnia ingentibus animis pugnabatur. Et quia nullo ordine jam, ſed per procurſus pugnabatur & globos, quod deſperationis erat ſignum extremæ, flexo in veſperam die digreſſi omnes rediere ad tentoria triſtes, inconſideratæ dementiæ alter alterum arguentes,

4 *Mſ.* obſtinationem magnantium mato ca re. 5 *Mſ.* fundoris. 6 *Mſ.* adſcenſumque. 7 *Mſ.* quicquam.

c *Et hujuſcemodi tela.*] Lege *&* *cujuſcemodi tela*, vel *cujuſque modi.* Valeſ.

d *Animadverſum eſt à noſtris iiſdem telis barbaros uti, quibus petebantur; ideoque mandatum*] Marii hoc inventum jam olim eſt, cùm contra Teutones pugnaret. Plutarch. in Mario, Porphyrius in Horat. lib. 2. Satyrâ 1. *Lindenbr.*

e *Vel fundæ amento.*] In codice Regio perinde ac in Florentino [& Colbert.] ſcriptum reperi, *nullo ferme ali telo vel fundoris amento*: ut fortaſſe ita ſcripſerit Marcellinus, *vel funditoris amento incaſſum excuſſo.* Fundas porrò etiam de onagris ſeu ſcorpionibus, tormentis bellicis, dixit Marcellinus in lib. XIX. *Valeſ.* Utinam quale funditoris amentum conciperetur ab viro doctiſſimo aut intelligeretur, verbo uno eſſet annotatum, quum in univerſâ antiquitate id genus funditori attributum vel ſemel ignorem. Ego autem ex Mſſta lectione ſolitus ſum hæc ita pro Ammiancis habere, *nullo ferme alite telo vel funda ſeu amento incaſſum excuſſo.* Gron.

f *Rapiendi Valentis malis lucubrationibus quæſiti.*] Pæne aſſentior Jano Grutero, qui ſcribendum eſſe conjiciebat *quæſita*, id eſt opes quæſitas. Sed fortaſſe nihil mutandum eſt, cùm idem ex vulgata lectione ſenſus elici poſſit. Quòd ſi quid mutare licitum eſſet, equidem mallem corrigere, *Valenti malis lucubrationibus quæſiti*, ut vitetur ambiguitas. Eadem ſignificatione Hegeſippus in lib. v. quærendi cupidinem dixit. [In cod. Colb. legi,

quod non ut ſuaſerat antea Fritigernus, obſidionales ærumnas ubique declinarunt.

CAP. XVI. Converſi poſt hæc per omne tempus noctis (ut æſtivæ non longum) ad vulnerum curas artéſque medendi gentiles, reddita luce in varias conſiliorum vias diducebantur, quorſum tenderent ambigentes: multíſque dictatis & controverſis, occupare ſtatuunt Perinthum; exinde quæque divitiarum [8] referta: docentibus omnia perfugis, etiam domorum nedum urbium interna noſcentes. Hanc ſecuti ſententiam quam utilem exiſtimarunt, itineribus lentis, miſcentes cuncta populationibus & incendiis, nullo renitente pergebant. Obſeſſi verò apud Hadrianopolim, poſt eorum [9] abitum, cùm vacare hoſte loca proxima compertæ fidei nuntiaſſent exploratores: egreſſi media nocte, vitatis aggeribus publicis, per nemoroſa & devia pars Philippopolim, [g] exindéque Serdicam, alii ad [1] Macedoniam, cum intemeratis opibus quas habebant, omni ſtudiò ad properandum excogitato currebant, velut in regionibus illis reperiendo Valente: quem inter medios certaminum turbines oppetiiſſe, vel certè ad tugurium confugiſſe (ubi exiſtimatus eſt vi periiſſe flammarum) penitus ignorabant. At Gothi Hunnis Alaníſque permiſti nimiùm bellicoſis & fortibus, rerúmque aſperarum difficultatibus induratis, quos miris præmiorum illecebris ſibi ſociarat ſollertia Fritigerni: fixis juxta Perinthum caſtris, ipſam quidem urbem cladium memores priſtinarum nec adire, nec tentare ſunt auſi: agros verò fertiles latè diſtentos & longè, ad [2] extremam vaſtavere pænuriam, cultoribus cæſis aut captis. Unde Conſtantinopolim, copiarum cumulis inhiantes ampliſſimis, formas quadratorum agminum inſidiarum metu ſervantes, ire ociùs feſtinabant, multa in exitium urbis inclitæ molituri. Quos inferentes ſeſe immodicè, obicéſque portarum pæne pulſantes, hoc caſu cæleſte repulit numen. [h] Saracenorum cuneus (ſuper quorum origine moribúſque diverſis in locis retulimus plura) [i] ad ſortem magis expeditionalium rerum quàm ad concurſatorias habilis pugnas, recens illuc accerſitus, congreſſurus Barbarorum globo repentè conſpecto, à civitate fidenter

8 *Mſ.* refertas. 9 *Mſ. & Steph.* abitum perdito cum. 1 *Mſ.* Macedoniam, cum. 2 *Mſ.* penuriam. *ſ.* extremam vaſtavere penuriam.

---

rap. Valentis m. luc. quæſti, &c.] Valeſ.

g *Exindeque Serdicam aliam Macedoniæ urbem.*] At Serdica Daciæ Mediterraneæ civitas eſt, non autem Macedoniæ. Quare cùm in codice Regio optimo ac fideliſſimo [& in Colbert.] ſic inveniſſem, *pras Philippopolim, exindeque Serdicam, alia Macedoniam, &c.* non dubitavi quin à Marcellino ita ſcriptum fuiſſet, *pars Philippolim, exindeque Serdicam, alii ad Macedoniam omni ſtudio adprop. excogitato currebant.* Et ita unius litteræ adjectione locum ab Accurſio corruptum egregiè reſtituimus. Quippe ab Hadrianopoli quæ erat AEmimonti civitas, dextrâ quidem iter erat in Daciam, ſiniſtrâ autem in Macedoniam. ut patet ex Tabulis Geographicis. *Idem.*

h *Saracenorum cuneus.*] Miſſus à Mavia Saracenorum Regina, ut ſcribit Socrates in cap. 1. libri v. & Sozomenus. *Idem.*

i *Ad ſortem magis expeditionalium rerum. quam ad concurſatorias hab. pugnas.*] Saraceni enim magis ad furta & latrocinia quàm ad pugnam ſeu ſtabilem ſeu ex concurſatione apti ſunt, ut notat etiam Procopius in lib. 2, Perſ. Σαρακηνοὶ μὲν γὰρ τειχομαχεῖν μὲν εἰσιν ἀδύνατοι φύσει ἐς

erupit: diúque extento certamine pertinaci, æquis partes diſceſſere momentis. Sed Orientalis turma novo neque antè viſo ſuperavit eventu. Ex ea enim [k] crinitus quidam, nudus omnia præter pubem, ſubraucum & lugubre ſtrepens, educto pugione agmini ſe medio Gothorum inſeruit, & interfecti [l] hoſtis jugulo labra admovit, [m] effuſúmque cruorem exſuxit. Quo monſtroſo miraculo Barbari territi, poſtea non ferocientes ex more, cùm agendum appeterent aliquid, ſed ambiguis greſſibus incedebant. Proceſſu dein [3] [n] audaciâ fractâ, cùm murorum ambitum [o] inſularumque ſpatiis immenſis oblongum, & inacceſſas pulcritudines urbis, & incolentium plebem conſiderarent immenſam, juxtáque fretum quod Pontum diſterminat & AEgæum: disjectis bellorum officinis quas parabant, poſt accepta majora funera quàm illata, exinde digreſſi ſunt effuſoriè per Arctoas provincias: quas peragravere licenter aduſque radices Alpium Juliarum, quas Venetas appellabat antiquitas. [p] His diebus efficacia Julii Magiſtri militiæ trans Taurum enituit ſalutaris

3 *Mſ* audaciam fracto. *i.C.* proceſſu dein audaciæ infracto.

ἐν τῷ λῃΐζεσθαι πάντων μάλιστα δεινοί. & in lib. 2. de AEdificiis. Hujuſmodi autem homines in expeditionibus quidem maximo uſui ſunt, dum aut pabulatores hoſtium, aut impedimenta intercipiunt: in obſidionibus autem prorſus inutiles ſunt, in quibus aut ſtabili pugna aut ex concurſatione pugnandum eſt, ut docet Marcellinus lib. XVI. cap. 2. & XXI, 13. Concurſatorias pugnas vocare ſolet Marcellinus, quas Græci τὰς ἐκ διαδρομῆς μάχας; quibus opponuntur αἱ σταδίαι. Itaque emendandus Heſychius in σταδίη. Sic Livius in principio lib. XXVIII. concurſationi ſtabilem pugnam * & ſtatarium militem concurſatori * opponit. Porrò non diſſimulanda eſt codicis Regii ſcriptura, in quo legitur, *ad fortem magis, &c.* ut fortaſſe ita ſcribendum ſit, *ad furta magis expedit. &c.* Sic furta bellorum dixit Frontinus in lib. 2. Strat. cap. 5. & alii multi. *Valeſ.*

k *Crinitus quidam.*] Talis erat habitus Saracenorum, ut docet Hieronymus in Vita Malchi: *Ecce ſubitò equorum camelorumque ſeſſores Iſmaelitæ irruunt, crinitis vittatiſque capitibus, ac ſeminudo corpore pallia & latas caligas trahentes*: & Theodorus Mopſueſtenus in caput x. Hieremiæ, Saracenos ait comam à fronte quidem detondere, retro autem intonſam demittere. Denique Plinius in VI. *Arabes*, ait, *mitrati degunt, aut intonſo crine*: cui ſubſcribit Claudianus in lib. I. de laudibus Stilichonis:

Hinc mitrâ redimitus Arabs.

Unde etiam in veteribus nummis Agbarus Arabum in Edeſſa Regulus, mitratus cernitur. *Idem.*

[l *Quidam ex turma Saracenorum interfecti hoſtis jugulo labra admovit, effuſumque cruorem exſuxit. Quo monſtroſo miraculo territi Barbari, &c.*] Hic mos Saracenorum erat. Certè Lambertus Schafnaburgenſis, in Chronico uſque ad annum 1077. deducto, de Epiſcopis Mogontiacenſi, Babembergenſi, Ratiſponenſi & Trajectenſi, Hieroſolymam perentibus, & à Saracenis in villa quadam circumſeſſis anno 1065. loquens ſcribit: *Dux Arabum ait, ſe omnibus quæ haberent ſublatis, carnes eorum comeſturum, & ſanguinem bibiturum.* Marianus Scotus de iſto Duce Arabum, & de Gunthario vel Gunthero Babembergenſi Epiſcopo ſic loquitur in Chronico, anno 1065. *Epiſcopus verò per interpretem ait: Quid mihi facies? Et ille* (Dux Arabum) *dixit: Iſtum pulchrum ſanguinem gutturis tui ſugam, & ſuſpendam te ſicut canem ante caſtellum, &c.* Plinius Secundus in libri XXVIII. capite I. à comitiali morbo laborantibus idem Romæ fieri in arena indignatur his verbis: *Sanguinem namque gladiatorum bibunt, ut bibentibus populis procul ſint comitiales morbi: quod ſpectare facientes eadem arenâ feras quoque horror eſt. At hercule illi ex homine ipſo ſorberi efficaciſſimum putant calidum ſpirantemque, & unà ipſam animam ex oſculo vulnerum: cùm e plagis hunc ne ferarum quidem admoveri ori fas ſit humano.*] Idem.

m *Effuſumque cruorem exſuxit*] Pomp. Mela de Scythis Europæis lib 2. cap. 1. *Interiùs habitantium ritus aſperior & incultior regio eſt: bella cædeſque amant. Moſque eſt bellantibus cruorem ejus, quem primum interemerunt, ipſis è vulneribus ebibere.* Lindenbr.

n *Audaciæ fracto.*] In Mſſ. Flor & Regio legitur *audaciam fracto.* Sed in Regio codice ſuperſcriptum inveni, *audaciâ fractâ*: quo modo ſcripſiſſe Marcellinum exiſtimo. *Valeſ.*

o *Inſularum ſpatiis.*] Haud dubie emendandum eſt, prout in Regio codice legitur; *cùm murorum ambitum inſularumque, ſpatiis immenſis oblongum, &c.* ubi inſulæ ſunt domus, quæ proprio parietum ambitu à vicinis ædibus disjunctæ ſunt. *Idem.*

p *His diebus efficacia Julii Magiſtri militiæ.*] Hoc Julii Magiſtri militum per Orientem ſtrategema multis narrat Zoſimus in lib. IV. Sed non hoc anno, verùm inſequenti ſub initia Imperii Theodoſii actum id eſſe te-

& velox. Comperta enim fatorum ſorte per Thracias, Gothos antea ſuſceptos, diſperſóſque per varias civitates & caſtra, datis tectioribus litteris ad eorum Rectores Romanos omnes, quod his temporibus raró contingit, univerſos tamquam vexillo erecto uno eodémque die mandavit occidi, exſpectatione promiſſi ſtipendii ſecuros ad ſuburbana productos. Quo conſilio prudenti ſine ſtrepitu vel mora completo, Orientales provinciæ diſcriminibus ereptæ ſunt magnis. Hæc ut miles quondam & Græcus, à principatu Cæſaris Nervæ exorſus aduſque Valentis interitum pro virium explicavi menſura: opus veritatem profeſſum numquam (ut arbitror) ſciens ſilentio auſus corrumpere vel mendacio. Scribant reliqua [q] potiores, ætate doctriniſque florentes. Quos id (ſi libuerit) aggreſſuros, procudere linguas ad majores moneo ſtilos.

4 *Mſ.* occidi........expectatione.

ſtatur. Hic porrò Julius, Comes rei militaris antea fuerat per Thracias, ut retulit Marcellinus in bello Procopiano. Ἰȣλιος dicitur à Libanio tum in Epiſtolis, tum in Orat. *Valeſ.*

q *Potiores ætate.*] Mallem equidem hunc locum ita ſcribi & interpungi: *Scribant reliqua potiores, ætate doctriniſque florentes.* Idem.

Explicit Liber XXXI. feliciter.

DE
CONSTANTIO CHLORO, CONSTANTINO MAGNO, & aliis Imperatoribus
EXCERPTA AUCTORIS IGNOTI.

DIOCLETIANUS cum Herculio Maximiano imperavit ann. xx. Conſtantius Divi Claudii optimi Principis nepos ex fratre, Protector primùm, exin Tribunus, poſtea [a] Præſes Dalmatiarum fuit. Iſte cum Galerio à Diocletiano Cæſar factus eſt. Relicta enim Helena priore uxore filiam Maximiani Theodoram duxit uxorem: [b] ex qua poſtea ſex liberos Conſtantini fratres habuit. Sed de priore uxore Helena filium jam Conſtantinum habuit, qui poſtea Princeps potentiſſimus fuit. Hic igitur Conſtantinus natus Helena matre viliſſima in oppido Naiſo atque eductus, quod oppidum poſtea magnificè ornavit, litteris minùs inſtructus, obſes apud Diocletianum & Galerium, ſub iiſdem fortiter in Aſia militavit: quem poſt depoſitum imperium Diocletiani & Herculii, Conſtantius à Galerio repetiit: ſed hunc [c] Galerius objecit antè pluribus periculis. Nam & in Sarmatas juvenis equeſtris militans, ferocem barbarum capillis tentis raptum, ante pedes ſupplicem Galerii Imperatoris adduxerat. Deinde Galerio mittente per paludem equo ingreſſus ſuo, viam ceteris fecit ad Sarmatas, ex quibus plurimis ſtratis, Galerio victoriam reportavit. Tunc eum Galerius patri remiſit. Qui ut Severum per Italiam tranſiens vitaret, ſumma feſtinatione veredis poſt ſe truncatis Alpes tranſgreſſus, ad

a *Præſes Dalmatiarum.*] Conſtantius Chlorus Præſidatum Dalmatiæ adminiſtravit imperante Caro: cumque Carus in locum Carini filii Cæſarem ſubrogare conſtituerat, ut docet Vopiſcus in Carini geſtis. *Valeſ.*

b *Ex qua poſtea ſex liberos.*] Hæc verba tranſſcripta ſunt Eutropii lib. ix. quæ in Hieronymi Chronico etiam leguntur. *Idem.*

c *Galerius objecit ante pluribus periculis.*] Inter cetera enim juſſus eſt à Galerio Conſtantinus immanem leonem ſubſiſtere: quem quidem Conſtantinus occurrentem audacter excepit ac confecit: ut ſcribit Praxagoras in libris de vita Conſtantini teſtante Photio in Bibliotheca,

patrem Conſtantium venit apud Bononiam, quam Galli priùs Geſoriacum vocabant. Poſt victoriam autem Pictorum Conſtantius pater Eboraci mortuus eſt, & Conſtantinus omnium militum conſenſu Cæſar creatus. Interea Cæſares duo facti, Severus, & Maximinus: Maximino datum eſt Orientis Imperium: Galerius ſibi Illyricum, Thracias & Bithyniam tenuit: Severus ſuſcepit Italiam, & quidquid Herculius obtinebat. Poſtquam verò Conſtantius [d] in Brittania mortuus eſt, & Conſtantinus filius ſucceſſit, ſubitò in urbe Roma Prætoriani milites Maxentium filium Herculii Imperatorem crearunt. Sed adverſum Maxentium juſſu Galerii Severus duxit exercitum. Qui repentè ab omnibus ſuis deſertus eſt, & Ravennam fugit: de hinc Galerius cum ingentibus copiis Romam venit, minatus civitatis interitum, & caſtra Interamnæ ad Tiberim poſuit. Tunc legatos ad Urbem miſit Licinium & Probum, per conloquium petens [e] ut gener apud ſocerum, id eſt Maxentius apud Galerium precibus magis quàm armis optata mercaretur. Qui contemptus, agnovit promiſſis virorum Maxentii [f] partes ſuas deſeruiſſe: quibus perturbatus retro verſus eſt, & ut militi ſuo prædam quamcumque conferret, [g] * flamminia juſſit auferri. Ille ad Conſtantinum refugit. Tunc Galerius [h] in Illyri-

& Zonaras in Conſtantii Chlori Vita, pag. 246. Adde Nicephorum in lib. VII. cap. 29. *Valeſ.*

d *In Brittania.*] Sic in membranis Jac. Sirmundi exaratum eſt, ne quis fortè mendum typographorum hîc ſubeſſe exiſtimet. Sed & in Rufi Feſti Breviario *Brittaniam* ubique ſcriptum habet vetus codex Bibliothecæ Regiæ, Græcorum more qui Βρεττανοὺς dicunt. *Idem.*

e *Ut gener apud ſocerum.*] Maxentium Galerii Maximiani generum fuiſſe, præter hunc locum teſtatur veteris nummi inſcriptio ab Eminentiſſ. Cardinale Baronio in Annalibus producta. Victor quoque in Epitome: *Is Maxentius carus nulli umquam fuit, ne patri, aut ſocero quidem Galerio.* Quamquam in vulgatis Victoris Editionibus legitur, *Is Maximianus, &c.* corruptè. Nam ex Hiſtoriæ Miſcellæ lib. XI. ubi hic Victoris locus adducitur, apparet ita ſcribendum eſſe ut priore loco poſui. *Idem.* Itaque mirabar, quid vellet Baluſius, quum ad caput XXVI. Lactantii de mortibus perſecutorum in emendatione hujus ipſius loci ſic agit, quaſi hæc numquam ab Valeſio eſſent prodita, etſi ibidem oſtendat tunc maxime hæc verba ab eo inſpecta fuiſſe. *Gron.*

f *Partes ſuas deſeruiſſe.*] In Panegyrico, qui dictus eſt Conſtantino Maximo, id refertur his verbis: *Duxerat magnum Severus exercitum, & hoſtem ſuum perfidiâ diſertus armaverat. Majores poſtea copias Maximianus admoverat, & ipſe tranſfugis circumciſus videbatur proſperè refugiſſe.* Vide Aurelium Victorem. *Valeſ.*

g *Flamminia juſſit auferri.*] Gravius hîc eſt ulcus, quàm ut conjecturâ ſanari poſſit. Deeſſe enim videntur nonnulla, quæ ad Maximianum Herculium pertinebant. Nam quæ proximè ſequuntur, *Ille ad Conſtantinum refugit*, proculdubio ad Herculium ſpectant. *Idem.* Aliter Baluſius ad caput XXVII. Lactantii; quippe quum putaret hæc verba pertinere ad ea cum quibus conjunguntur, ideoque flammis tradi ea juſſiſſe, quæ auferri non poſſent, ut ſi quis inſequi voluiſſet, utenſilia, id eſt, res ad victum neceſſarias, non haberet, ut ibi dicit Lactantius, ſcribendum cenſet *flammis omnia.* At certe non eo uſque tendit hæc narratio, ut omnia corrumpi velle ſignificet, ſed in prædam militibus concedi tantum. Neque iſta conjectura habet aliam auſam, niſi primas literas, quum ſententia certe ſit ei contraria: & vix dubito, quin ea ſæpe in mentem Valeſio venerit, ſed ut non ſufficiens ab eo repudiata ſit. Mihi videtur illud *fla* ortum eſſe ex ratione ſcribendi nota oĩa, ubi tandem litera ocum ſuperſcripto flexu coaluit; & auctorem ſcripſiſſe colligo, *omnia in via juſſit auferri.* Gron.

h *In Illyrico Licinium Cæſarem fecit.*] Maximiano Herculio X. & Galerio VII. Conſſ. qui annus erat Natalis Dominici 308. Licinius à Galerio Cæſar factus eſt Carnunto, quæ urbs Pannoniæ eſt ſub Illyrico comprehenſa, ut ſcribit Idatius in Faſtis, & Auctor Chronici, quod vulgo Alexandrinum vocant. Nec aſſentiri poſſum doctiſſimo viro, qui Licinium à Galerio Cæſarem factum ponit anno Dom. 307. Etenim tum ex horum Excerptorum Auctore, tum ex libro 2. Zoſimi conſtat, Licinium tunc Cæſarem eſſe nuncupatum, cùm Galerius ex Italia in Illyricum, ab expeditione adverſus Maxentium rediiſſet. Profectus autem eſt contra Maxentium Galerius anno Domini 307. quo etiam tempore Severus Cæſar à Maxentio interfectus eſt; ut ait Auctor Excerptorum. Proinde ex Italia in Illyricum cum exercitu reverti non potuit niſi anno ſequente. Ceterùm Licinius ex Cæſare Auguſtus poſtea factus eſt, anno ut

co Licinium Cæſarem fecit. Deinde illo in Pannonia relicto, ipſe ad Serdicam regreſſus, morbo ingenti occupatus ſic diſtabuit, ut aperto & putreſcente viſcere moreretur, in ſupplicium perſecutionis iniquiſſimæ ad auctorem ſcelerati præcepti juſtiſſimâ pœna redeunte. [i] Imperavit ann. XVIIII. Severus Cæſar ignobilis & moribus & natalibus, ebrioſus, & hoc Galerio amicus. Hunc ergo & Maximinum Galerius Cæſares fecit, Conſtantino nihil tale noſcente. Huic Severo Pannoniæ & Italiæ urbes & Africæ contigerunt. Quo Cæſar Maxentius factus eſt Imperator. Nam deſertus Severus à ſuis, fugit Ravennam. Pro Maxentio filio evocatus illuc venit Herculius, qui per perjurium Severum deceptum, cuſtodiæ tradidit, & captivi habitu in Urbem perduxit, & [k] in villa publica Appiæ viæ tricefimo miliario cuſtodiri fecit. Poſtea cùm Galerius Italiam peteret, ille jugulatus eſt, & deinde relatus ad octavum miliarium conditúſque in Gallieni monumento. Igitur [l] Galerius ſic ebrioſus fuit, ut juberet temulentus ea quæ facienda non eſſent, à Præfecto admonitus conſtituerit, ne juſſa ejus aliquis poſt prandium faceret. Interea [m] Conſtantinus apud Veronam victis Ducibus Tyranni, Romam petiit. Cùm autem ad Urbem Conſtantinus veniſſet, egreſſus ex Urbe Maxentius campum ſupra Tiberim, in quo dimicaret, elegit. Ubi victus fugatis omnibus ſuis, inter anguſtias arcentis populi periit, equo præcipitatus in fluvium. Poſtera die corpus ipſius levatum flumine, & caput ejus inciſum, in Urbem perlatum eſt. De cujus origine mater ejus cùm quæſitum eſſet, [n] Syro quodam genitum eſſe confeſſa reſpondit. [o] Impera-

ſuſpicor 311. paullo ante mortem Galerii: quod indicat Auctor Alexandrini Chronici his verbis: Γαλέριος βασιλεύσας ἔτη ιϛ'. τελευτῶν ἐποίησε βασιλέα Λικίννιον. Movet me præterea, quòd Galerius Maximianus in edicto ſuo quod anno 311. emiſit, nullam Imp. Licinii mentionem facit; cùm tamen Conſtantinum Imp. nominatim appellet: ut credibile ſit paullo poſt hoc Edictum Licinium à Galerio Auguſtum creatum eſſe. Certe Licinius in Faſtis Caſſiodori & Cuſpiniani hoc anno Conſul ponitur cum Galerio Maximiano VIII. Conſule. Qui ſi jam ab anno 308. Auguſtus fuiſſet, jampridem Conſulatum ſine dubio geſſiſſet. Namque Imperatores eo tempore ſimul atque Imperium adepti fuerant, Conſulatum inibant. *Valeſ.*

i *Imperavit ann.* XIX.] Annos quidem XIX. integros ac plenos imperavit Galerius, ſed præterea annos duos ſemiplenos ſeu cavos. *Idem.*

k *Et in villa publica Appiæ viæ.*] Ad Tres Tabernas, ut ſcribit Victor in Epitome, & Zoſimus in lib. 2. Erant autem Tres-Tabernæ in via Appia, ut patet ex D. Luca in Actis Apoſtolorum, tricefimo ab urbe milliario, ut ſcribit auctor Excerptorum: quod confirmat Itineraria Peutingerorum Tabula ſic: *Ab urbe Appia via Bovillas m* X. *Aricia m.* 3. *Tribus Tabernis m.* 17. Ex his patet falli Eutropium & Aurelium Victorem, qui Severum Ravennæ occiſum eſſe ſcribunt. *Idem.*

l *Galerius ſic ebrioſus fuit.*] At id de Maximino tradit Victoris Epitome. *Idem.*

m *Conſtantinus apud Veronam victis ducibus tyranni.*] Conſtantinus V. Imperii ſui anno cum 40. millibus armatorum adverſus Maxentium profectus, Seguſienſium opidum primo impetu cepit: pòſt in Taurinatibus campis occurrentes Maxentii copias atque in his cataphractos equites profligavit. Hinc Mediolanum progreſſus, paullo pòſt Veronam obſidere inſtituit, & Maxentii exercitum qui ad liberandam obſidione Veronam miſſus fuerat, fudit ac fugavit; ipſum Ducem Pompeianum occidit, ut tradit Auctor Panegyrici dicti Conſtantino. Cladis illius Veronenſis meminit etiam Aurelius Victor. *Idem.*

n *Syro quodam genitum eſſe.*] Victor in Epitome idem dicit: *Sed Maxentium ſuppoſitum ferunt arte mulieris, tenere mariti animum laborantis auſpicio gratiſſimi partûs, cœpti à puero.* Cui ſubſcribit Auctor Panegyrici Conſtantino dicti: *Ille erat Maximiani ſuppoſitus, tu Conſtantii Pii filius.* Idem.

o *Imperavit ann* ....] Scribendum eſt *ann.* VI. ex veteribus Panegyricis Conſtantino dictis, & ex Auctore Ale-

vit

vit ann. .. Licinius itaque ex nova Dacia vilioris originis, à Galerio factus Imperator, velut adverſum Maxentium pugnaturus. Sed oppreſſo Maxentio cùm recepiſſet Italiam Conſtantinus, hoc Licinium fœdere ſibi fecit adjungi, ut Licinius Conſtantiam ſororem Conſtantini apud Mediolanum duxiſſet uxorem. [p] Nuptiis celebratis, Gallias repetit Conſtantinus, Licinio ad Illyricum reverſo. Poſt aliquantum deinde temporis Conſtantium Conſtantinus ad Licinium miſit, perſuadens ut Baſſianus Cæſar fieret; qui habebat alteram Conſtantini ſororem Anaſtaſiam: ut exemplo Diocletiani & Maximiani inter Conſtantinum & Licinium Baſſianus Italiam medius obtineret. Et Licinio talia fruſtrante, per Senicionem Baſſiani fratrem qui Licinio fidus erat, in Conſtantinum Baſſianus armatur. Qui tamen in conatu deprehenſus, Conſtantino jubente convictus & ſtratus eſt. Cùm Sinicius auctor inſidiarum poſceretur ad pœnam, negante Licinio, fracta concordia eſt: additis etiam cauſis, quòd apud AEmonam Conſtantini imagines ſtatuáſque dejecerat. Bellum deinde apertum convenit ambobus: utriuſque ad Cibalenſem campum ductus exercitus. Licinio XXXV. M. peditum & equitum fuere. Conſtantinus XX. M. peditum equitum duxit. Cæſis poſt dubium certamen Licinianis viginti peditum millibus & equitum ferratorum. Item Licinius cum magna parte equitatûs noctis auxilio pervolavit ad Sirmium. Sublata inde uxore ac filio & theſauris, tetendit ad Daciam: Valentem Ducem limitis Cæſarem fecit. Inde apud Hadrianopolim Thraciæ civitatem per Valentem collectâ ingenti multitudine, legatos ad Conſtantinum de pace miſit apud Philippos conſtitutum: quibus fruſtra remiſſis, iterum reparato bello, in campo Mardienſe ab utroque concurritur, & poſt dubium ac diuturnum prœlium, Licinii partibus inclinatis profuit noctis auxilium. Licinius & Valens credentes Conſtantinum, quod & verum erat, ad perſequendum longiùs à Byzantio proceſſurum, flexi in partem Berœam conceſſerunt. Ita Conſtantinus vehementer in ulteriora feſtinans, deprehendit Licinium remanſiſſe poſt tergum: fatigatis bello & itinere militibus. Miſſus deinde [q] Meſtrianus legatus pacem petiit, Licinio poſtulante & pollicente ſe imperata facturum. Denuo ſicut antè mandatum eſt, Valens privatus fieret: quo facto pax ab ambobus firmata eſt, ut Licinius Orientem, Aſiam, Thraciam, Mœſiam, [r] minorem Scythiam poſſideret. Deinde reverſus Serdicam Conſtantinus hoc cum Licinio abſente conſtituit, ut filii Conſtantini Criſpus & Conſtantinus, filius etiam Licinii Licinius Cæſares fierent, & ſic ab utroque concorditer regnaretur. Itaque Con-

xandrini Chronici, qui Maxentii initium rectè collocat anno Dom. 306. *Valeſ.*

p *Nuptiis celebratis Gallias repetit.*] Idem legitur pæne verbis iiſdem apud Zoſimum in lib. 2. *Idem*

q *Meſtrianus legatus.*] Hujus legationis cujus princeps erat Meſtrianus, meminit Petrus Patricius in Excerptis legationum. *Idem.*

r *Minorem Scythiam.*] Sic dicta eſt pars Mœſiæ, ad diſtinctionem majoris Scythiæ illius, quam Scytharum innumeræ gentes olim incolebant, ut ſcribit Jordanes in Geticis, ubi de Tomyri Regina: *In partem*, inquit, *Mœſiæ* (*quæ nunc ex magna Scythia nomen mutuata, minor Scythia eſt appellata*) *tranſiens*, *&c.* Et multo pòſt: *Hernac quoque, junior Attilæ filius, cum ſuis in extremo*

ſtantinus & Licinius ſimul Conſules facti. In Orientis partibus [s] Licinio, Conſtantino, [t] repentina rabie ſuſcitatus Licinius omnes Chriſtianos à palatio juſſit expelli. Mox bellum inter ipſum Licinium & Conſtantinum efferbuit. Item cùm Conſtantinus Theſſalonicâ eſſet, [v] Gothi per neglectos limites eruperunt, & vaſtatâ Thraciâ & Mœſiâ prædas agere cœperunt. Tunc Conſtantini terrore & impetu repreſſi, captivos illi impetrata pace reddiderunt. Sed hoc Licinius contra fidem factum queſtus eſt, quòd partes ſuæ ab alio fuerint vindicatæ. Deinde cùm variaſſet inter ſupplicantia & ſuperba mandata, iram Conſtantini meritò excitavit. Per tempora quibus nondum gerebatur bellum civile, [x] ſed item parabatur, Licinius ſcelere, avaritiâ, crudelitate, libidine ſæviebat: occiſis ob divitias pluribus, uxoribus eorum corruptis. Rupta jam pace utriuſque exercitus, Conſtantinus Cæſarem Criſpum cum grandi claſſe ad occupandam Aſiam miſerat: cui de parte Licinii ſimiliter cum navalibus copiis [y] Amandus obſtabat. Licinius verò [z] circa Hadrianopolim maximo exercitu latera ardui montis impleverat. Illuc toto agmine Conſtantinus inflexit. Cùm bellum terrâ maríque traheretur, quamvis per arduum ſuis nitentibus, attamen diſciplina militari & felicitate Conſtantinus Licinii confuſum & ſine ordine agentem vicit exercitum, leviter femore ſauciatus. Dehinc fugiens Licinius Byzantium petit: quò dum multitudo diſſipata contenderet, clauſo Byzantio Licinius obſidionem terrenam maris ſecurus agitabat: ſed Conſtantinus claſſem collegit ex Thracia. Dehinc ſolita vanitate Licinius Martinianum ſibi Cæſarem [fecit.] Criſpus verò cum claſſe Conſtantini Callipolim pervenit, ubi bello maritimo ſic Amandum vicit, ut vix per eos qui in litore remanſerant, vivus Amandus effugeret. Claſſis verò Licinii vel oppreſſa vel capta eſt. Licinius deſperata maris ſpe per quod ſe viderat obſidendum, Chalcedonam cum theſauris refugit. Byzantium Conſtantinus invaſit, victoriam maritimam Criſpo conveniente cognoſcens. Deinde apud Chryſopolim Licinius [pugnavit] maximè auxiliantibus Gothis quos Aliquaca Regalis deduxerat: cùm Conſtantini pars vincens XXV. M. armatorum fudit partis adverſæ, ceteris fugientibus. Poſtea cùm legiones Conſtantini per Liburnam venire vidiſſent, projectis armis ſe dediderunt. Sequenti autem die Conſtantia ſoror Conſtantini, uxor Licinii, venit ad caſtra fratris, & marito vitam popoſcit, & impetravit. Ita Licinius privatus factus eſt, & convivio Conſtantini adhibitus: & Martiniano vita conceſſa eſt.

minoris Scythiæ ſedes elegit. Valeſ.

s *Licinio, Conſtantino.*] Supple *Conſulibus.* Is erat annus Dom. 319. quo Conſtantinus Auguſtus V. & Licinius Cæſar Conſules fuerunt. *Idem.*

t *Repentina rabie ſuſcitatus Licinius.*] Hæc periodus tranſſcripta eſt ex lib 7 Oroſii cap. 28. *Idem.*

v *Gothi.*] Immo Sarmatæ duce Rauſimodo, ut narrat Zoſimus in libro ſecundo. *Idem.*

x *Item parabatur.*] Fortè ſcribendum eſt, *interim parabatur.* Valeſius. Poſſis cogitare *ſed jam parabatur* aut *ſed comparabatur* Gron.

y *Amandus.*] Zoſimus Ἄβαντα vocat: Sigonius in libris de imperio Occidentali, Abanta nominat corruptè. *Valeſ.*

z *Circa Hadrianopolim.*] Hæc inſignis Conſtantini

Sed [a] Herculii Maximiani ſoceri ſui motus exemplo, ne iterum depoſitam purpuram in perniciem Reipublicæ ſumeret, tumultu militari exigentibus in Theſſalonica juſſit occidi; Martinianum in Cappadocia: qui regnavit ann. XVIIII. filio & uxore ſuperſtite: quamvis omnibus jam miniſtris nefariæ perſecutionis exſtinctis, hunc quoque [b] in quantum exercere [potuit,] perſecutorem digna punitio flagitaret. Conſtantinus autem ex Byzantio Conſtantinopolim nuncupavit ob inſigne victoriæ: quam velut patriam cultu decoravit ingenti, & Romæ deſideravit æquari: deinde [c] quæſitis ei undique civibus divitias multas largitus eſt, ut propè in ea omnes theſauros, regias facultates exhauriret. Ibi etiam Senatum conſtituit ſecundi ordinis, Claros vocavit. Deinde adverſum Gothos bellum ſuſcepit, & implorantibus Sarmatis auxilium tulit. Ita per Conſtantinum Cæſarem centum propè millia fame & frigore exſtincta ſunt. Tunc & obſides accepit, inter quos & [d] Ariarici Regis filium. Sic cum his pace firmata, in Sarmatas verſus eſt, qui dubiæ fidei probantur. Sed ſervi Sarmatarum adverſum omnes dominos rebellarunt: quos pulſos Conſtantinus libenter accepit, & ampliùs trecenta millia hominum miſtæ ætatis & ſexûs per Thraciam, Scythiam, Macedoniam, Itàliámque diviſit. Item Conſtantinus Imperator [e] primus Chriſtianus, excepto Philippo qui Chriſtianus admodum ad hoc tantùm conſtitutus fuiſſe mihi viſus eſt, ut milleſimus Romæ annus Chriſto potiùs quàm idolis dicaretur. A Conſtantino autem omnes ſemper Chriſtiani Imperatores uſque hodiernum diem creati ſunt, excepto Juliano, quem impia ut aiunt machinantem exitialis vita deſeruit. Item Conſtantinus juſto ordine & pio vicem vertit. Edicto ſiquidem ſtatuit, citra ullam cædem hominum Paganorum templa claudi. Gothorum fortiſſimas & copioſiſſimas gentes in ipſo barbarico ſolo, hoc eſt in Sarmatarum regione delevit. Calocærum quemdam in Cypro adſpirantem novis rebus oppreſſit. Dalmatium, filium fratris ſui Dalmatii,

victoria contigit anno Dom. 324. Criſpo III. Conſtantino III. Coſſ. ut ſcribit Idatius in Faſtis: *His Conſſ. bellum Hadrianopolitanum die* V. *Nonas Julias, & bellum Chalcedonenſe* XIV. *Cal. Octobr.* Quæ iiſdem verbis Græcè referuntur in Chronico Alexandrino, niſi quòd Conſulatu Paulini & Juliani, & v. Cal. Julias, non autem v. Nonas ea contigiſſe dicuntur. Sed verior Idatii narratio eſt: eamque confirmat Conſtantinus ipſe in lege 1. Cod. Th. de veteranis: *Veterani*, ait, *qui ex die* v. *Non. Juliarum, cùm prima per Thraciam victoria univerſo orbi inluxit, & qui poſtea apud Nicomediam miſſionem meruerunt, &c.* Quæ lex lata eſt Paulino & Juliano Coſſ. ſic enim emendanda ſubſcriptio. In Calendario denique quod primus edidit Herwartius, hæc Conſtantini victoria ſic notatur: v. *Non. Julias fugato Licinio, Circenſes miſſus* XXIV. Valeſ.

a *Herculii Maximiani ſoceri ſui.*] Tota hæc periodus ex Oroſii lib. 7. tranſlata eſt. *Idem.*

b *In quantum exercere potuit.*] Ultimam vocem ſine qua ſenſus vacillabat, ſupplevi ex cap. 28. Oroſii, qui viciſſim ex hoc Auctoris noſtri loco emendandus eſt. *Idem.*

c *Quæſitis ei undique civibus.*] Adeo ut Hieronymus in Chronico non veritus ſit dicere, Conſtantinopolim à Conſtantino dedicatam fuiſſe pæne reliquarum urbium nuditate: quo magis Eunapio fides haberi poteſt, qui in AEdeſii vita hæc de Conſtantinop. populo dicit, τὸν μεθύοντα δῆμον, ὃν Κωνσταντῖνος τὰς ἄλλας χειρώσας (lege χηρώσας) πόλεις ἀνθρώπων εἰς τὸ Βυζάντιον μετέστησε. *inſanam populi multitudinem quam Conſtantinus exhauſtis prope ceteris urbibus, Byzantium tranſtulit.* Idem.

d *Ariarici Regis.*] Ariaricus Rex erat Gothorum, ut refert Jordanes in Geticis. *Idem.*

e *Primus Chriſtianus excepto Philippo.*] Hæc & ſequentia ex lib. 7. cap. 28. Oroſii exſcripta ſunt, qui ut nobis ad hunc locum emendandum auxilio fuit, ſic viciſſim ex Auctore noſtro corrigendus eſt. *Idem.*

Ejus fratrem Annibalianum datâ ei Conſtantinâ filiâ ſuâ, Regem Regum & Ponticarum gentium conſtituit. Ita ut Gallias Conſtantinus minor regebat, Orientem Conſtantius, Africam, Illyricum & Italiam Conſtans, Ripam Gothicam Dalmatius tuebatur. Item Conſtantinus cùm bellum pararet in Perſas, in ſuburbano Conſtantinopolitano villâ publicâ juxta Nicomediam, diſpoſitam bene Rempublicam filiis tradens [obiit.] Regnavit ann. XXXI. Sepultus eſt Conſtantinopoli.

Item ex libris Chronicorum inter cetera.

Igitur imperante Zenone Auguſto Conſtantinopoli, ſuperveniens Nepos Patricius ad Portum urbis Romæ depoſuit de imperio Glycerium, & factus eſt Epiſcopus, & Nepos factus Imperator Romæ. Mox veniens Ravennam: quem perſequens Oreſtes Patricius cum exercitu, metuens Nepos adventum Oreſtis, adſcendens navim fugam petit ad Salonam, & ibi manſit per annos quinque: poſtea verò à ſuis occiditur. Mox eo egreſſo, factus Imperator Auguſtulus.

[f] Auguſtulus qui ante regnum Romulus à parentibus vocabatur, à patre Oreſte Patricio factus eſt Imperator. Superveniente Odoacre cum gente Scyrorum, occidit Oreſtem Patricium in Placentia, & fratrem ejus Paulum ad Pineta foris Claſſem Ravennæ. Ingrediens autem Ravennam, depoſuit Auguſtulum de regno, cujus infantiæ miſertus, conceſſit ei ſanguinem: & quia pulcher erat, tamen donavit ei reditum ſex millia ſolidos, & miſit eum intra Campaniam cum parentibus ſuis liberè vivere. Etenim pater ejus [g] Oreſtes Pannotos, qui eo tempore quando Attila ad Italiam venit, ſe illi junxit, & ejus Notarius factus fuerat. Unde profecit & uſque ad Patriciatus dignitatem pervenit. Ergo poſtquam factus eſt Imperator Zeno à filio ſuo Leone, qui natus fuerat de filia Leonis Ariadne nomine, regnat cum filio ſuo anno uno: & merito Leonis regnum remanſit apud Zenonem. Zeno verò cum filio jam regnans anno uno, imperavit annos XVI. Iſauriæ nobiliſſimus, qui dignus eſſet filiam Imperatoris accipere, exercitus in arma. Perhibent de eo, quia patellas in genucula non habuiſſet, ſed mobiles fuiſſent ut etiam curſu velociſſimo ultra modum hominum haberetur In Republica omnino providentiſſimus, favens genti ſuæ. Huic inſidiabatur Baſiliſcus, ipſe primus Senator: quo cognito Zeno

f *Auguſtulus, qui ante regnum Romulum.*] Romulus Auguſtus vero nomine dicebatur: ſed ob puerilem ætatem vulgo Auguſtulus ὑποκοριστικῶς vocabatur, ut ſcribit Procopius in lib. 1. Goth. initio. Cui accedit Evagrius in lib 2. cap. 16. Cedrenus pag. 188. Ῥωμύλος ἐπίκλην Αὐγουστύλος. Malchus certè in lib. 1. Hiſt. Byzantinæ Auguſtum vocat Oreſti filium, non Auguſtulum. & in veteribus Nummis dicitur IMP. C. ROMULUS AUGUSTUS. P. F. AUG. quamquam nonnulli Momyllum vocant gravi errore. *Valeſ.*

g *Oreſtes Pannotos.*] Scribendum videtur *Pannonius* ex Priſco Rhetore pag. 24. à quo etiam Oreſtes ſæpe No-

aliquantis divitiis petiit Iſauriam. At ubi ille egreſſus eſt, mox Baſiliſcus qui ei ut dictum eſt inſidiabatur, arripuit Imperium. Baſiliſcus imperavit annos II. Zeno confortans Iſauros intra provinciam, deinde miſit ad civitatem Novam, in qua erat Theodericus dux Gothorum, filius Walameris, & eum invitavit in ſolatium ſibi adverſus Baſiliſcum, objectans militem, poſt biennium veniens, obſidens civitatem Conſtantinopolim. Sed quia Senatus & populus Zenonem metuentes; ne quid mali pateretur civitas, relicto Baſiliſco, ſe illi omnes dederunt aperta civitate. Baſiliſcus fugiens ad Eccleſiam, intra Baptiſterium cum uxore & filiis ingreditur. Cui Zeno dato ſacramento ſecurum eſſe de ſanguine, exiens, inclauſus cum uxore & filiis intra ciſterna ſicca, ibidem frigore defecerunt. Zeno recordatus eſt amore Senatus & populi, munificus omnibus ſe oſtendit, ita ut omnes ei gratias agerent Senatu Romano & populo tuitus eſt, ut etiam ei imagines per diverſa loca in urbe Roma levarentur. Cujus tempora pacifica fuerunt. Odoacer verò cujus ſuprà fecimus mentionem, mox depoſito Auguſtulo de Imperio, factus eſt Rex: manſitque in regno annos XIII. Cujus pater [h] AEdico dictus, de quo ita invenitur in libris Vitæ beati Severini Monachi intra Pannoniam, qui eum admonuit, & prædixit regnum ejus futurum. Ita reperis ad locum. Quidam Barbari cùm ad Italiam pergerent, promerendæ benedictionis ad eum intuitu diverterunt, inter quos & Odoacar, qui poſtea regnavit Italiæ, viliſſimo habitu juvenis ſtaturâ procerus advenerat: qui dum humillimum tectum cellulæ ejus ſuo vertice contingeret, inclinans ſe, à viro Dei glorioſum ſe fore cognovit. Cui etiam vale dicenti, Vade, inquit, ad Italiam, vade viliſſimis nunc pellibus coopertus, ſed multis citò plurima largiturus. Interim ut Dei famulus ei prædixerat, mox in Italia ingreſſus eſt, regnum accepit. Eodem tempore Odoachar Rex memor factus, quod à viro ſancto prædictum audierat, ſtatim familiariter litteras ad eum dirigens, ſi qua ſperanda duceret, dabat ſuppliciter optionem. Ergo vir Dei tantis itaque ejus alloquiis per litteras invitatus, Ambroſium quemdam exſulantem rogat abſolvi: cujus Odoachar gratulabundus paruit imperatis. Igitur Odoachar Rex bellum geſſit adverſus Rugos, quos in ſecundo vicit, & funditus delevit. Nam dum ipſe eſſet bonæ voluntatis, & Arianæ ſectæ favorem præberet, quodam tempore dum memoratum Regem multi nobiles coram ſancto viro humana ut fieri ſolet adulatione laudarent; interrogat quem Regem tantis præconiis prætuliſſent. Reſpondentibus Odoacrem, inquit, qui dixit eis, Inter tredecim & quatuordecim: annos videlicet integri ejus regni ſignificans. Zeno itaque recompenſans beneficiis Theodericum quem fecit Patricium & Conſulem, donans ei multum, & mittens eum ad Italiam. Cui Theoderi-

tarius Attilæ dicitur. *Valeſ.*

h *AEdico dictus.*] Is eſſe videtur Edeco Legatus Attilæ, cujus meminit non ſemel Priſcus in Excerptis legationum, & Jordanes in Geticis. *Idem.*

cus pactuatus eſt, ut ſi victus fuiſſet Odoachar, pro merito laborum ſuorum loco ejus, dum adveniret, tantùm præregnaret. Ergo ſuperveniente Theoderico Patricio de civitate Nova cum gente Gothica, miſſus ab Imperatore Zenone de partibus Orientis ad defendendam ſibi Italiam. Cui occurrit venienti Odoachar ad fluvium Sontium, & ibi pugnans cum eodem, victus fugit. At verò Odoacer abiit in Veronam, & fixit foſſatum in campo minore Veronenſe v. Kalendas Octobris. Ibique perſecutus eſt eum Theodericus, & pugnâ factâ, ceciderunt populi ab utraque parte: tamen ſuperatus Odoachar fugit Ravennam pridie Kalendas Octobris. Et perambulavit Theodericus Patricius Mediolanum, & tradiderunt ſe illi maxima pars exercitûs Odoacris, necnon & [i] Tufa Magiſter militum, quem ordinaverat Odoachar cum Optimatibus ſuis Kal. Aprilis. Eo anno miſſus eſt Tufa Magiſter militum à Theoderico contra Odoacrem Ravennam. Veniens Faventiâ Tufa, obſedit Odoacrem cum exercitu cum quo directus fuerat; & exiit Odoachar de Ravenna, & venit Faventiam, & Tufa tradidit Odoacri Comites Patricii Theoderici, & miſſi ſunt in ferro, & adducti Ravennam. FAUSTO ET LONGINO. His Conſulibus Odoachar Rex exiit de Cremona, & ambulavit Mediolanum. Tunc venerunt Wiſigothæ in adjutorium Theoderici, & facta eſt pugna ſuper fluvium Adduam, & ceciderunt populi ab utraque parte: & occiſus eſt [k] Pierius Comes Domeſticorum III. Idus Auguſtas, & fugit Odoachar Ravennam, & mox ſubſecutus eſt eum Patricius Theodericus veniens in Pineta, & fixit foſſatum, obſidens Odoacrem clauſum per triennium Ravennâ, & factum eſt uſque ad ſex ſolidos modius tritici. Et mittens legationem Theodericus Feſtum caput Senati ad Zenonem Imperatorem, & ab eodem ſperans veſtem ſe induere regiam. OLYBRIO V. C. Coſ. Hoc Conſule exiit Odoachar Rex de Ravenna nocte cum Herulis ingreſſus in Pineta, in foſſato Patricii Theoderici, & ceciderunt ab utraque parte exercitus, & fugiens [l] Levila Magiſter militum Odoacris, occiſus eſt in fluvio Veiente: & victus Odoacer fugit Ravenna Idibus Juliis. Igitur coactus Odoachar dedit filium ſuum Thelane obſidem Theoderico, accepta fide ſecurum ſe eſſe de ſanguine. Sic ingreſſus eſt Theodericus: & poſt aliquot dies dum ei Odoachar inſidiaretur, detectus cautè ab eo præventus in Palatio, manu ſua Theodericus eum in Lauretum præveniente gladio interemit. Cujus exercitus in eadem die juſſu Theoderici omnes interfecti ſunt, quis ubi potuit reperire cum omni ſtirpe ſua: & moritur Conſtantinopoli Zeno Imperator, & factus eſt Imperator Anaſtaſius.

i *Tuſa Magiſter militum.*] Hujus meminit Ennodius in Vita S. Epiphanii, & Hiſtoria Miſcella in lib. XVI. quem primus edidit Gruterus ex membranis Bibliothecæ Palatinæ. *Valeſ.*

k *Pierius Comes Domeſticorum.*] Hic Comes Pierius memoratur ab Eugippio in Vita Severini. *Idem.*

l *Levila Magiſter militum.*] Libella dicitur anonymo Faſtorum Auctore, quem primus edidit Cuſpinianus: ſed hic eam pugnam refert Conſulatu Fauſti & Longini, perperam: cùm præter horum Excerptorum Auctorem,

THEODERICUS enim qui in legationem direxerat Fauſtum Nigrum ad Zenonem. At ubi cognita morte ejus antequam legatio reverteretur, ut ingreſſus eſt Ravenna, & occidit Odoacrem, Gothi ſibi confirmaverunt Theodericum Regem, non exſpectantes juſſionem novi Principis. Vir enim bellicoſiſſimus, fortis, cujus pater Walamir dictus Rex Gothorum, naturalis tamen ejus fuit: [m] mater Ereriliva dicta Gothica, Catholica quidem erat, quæ in baptiſmo Euſebia dicta. Ergo præclarus, & [n] bonæ voluntatis in omnibus, qui regnavit annos XXXIII. cujus temporibus felicitas eſt ſecuta Italiam per annos XXX. ita ut etiam pax pergentibus eſſet. Nihil enim perpere geſſit. [o] Sic gubernavit duas gentes in uno Romanorum & Gothorum, dum ipſe quidem Arianæ ſectæ eſſet, tamen militia Romanis ſicut ſub Principes eſſe præcepit. Dona & annonas largitus: quamquam ærarium publicum ex toto feneum inveniſſet, ſuo labore recuperavit & opulentum fecit: nihil contra religionem Catholicam tentans: exhibens ludos Circenſium, & Amphitheatrum, ut etiam à Romanis Trajanus vel Valentinianus, quorum tempora ſectatus eſt, appellaretur, & à Gothis ſecundum Edictum ſuum quem eis conſtituit, Rex fortiſſimus in omnibus judicaretur. Hic dum inliteratus eſſet, tantæ ſapientiæ fuit, ut aliqua quæ locutus eſt, in vulgo uſque nunc pro ſententia habeantur, unde nos non piget aliqua de multis ejus in commemoratione poſuiſſe. Dixit: Aurum aut dæmonem qui habet, non eum poteſt abſcondere. Item: Romanus miſer imitatur Gothum; & [p] utilis Gothus imitatur Romanum. Quidam defunctus eſt, & reliquit uxorem, & parvulum filium neſcientem matrem. Ab aliquo ſublatus eſt filius ejus parvulus, & ductus in aliam provinciam, & educatus: factus juvenis quoquomodo revertitur ad matrem, mater enim jam ſponderat virum. Cùm vidiſſet mater, amplectitur filium, benedicens Deum ſe filium revidiſſe, & fecit cum eo dies XXX. & ecce veniens ſponſus matris, videns juvenem, interro-

Caſſiodorus etiam in Faſtis eam ponat Conſulatu Olybrii junioris, qui fuit annus Natalis Dominici 491. *Valeſ.*

m *Mater Ererileva.*] Erelieva Theoderici mater dicitur à Jordane in Hiſtoria Gothorum; in libro XV. Hiſtoriæ Miſcellæ Trilewa * pro Erilewa *; Lilia ab Aimoino in lib. I. Hiſtoriæ Francorum, capite X. *Idem.*

n *Bonæ voluntatis.*] Sic pag. 717. Odoacer bonæ voluntatis fuiſſe dicitur: quæ locutio non eſt ita barbara, ut prima fronte videri poteſt. Nam & Velleius Paterculus in fine lib. 2. eam uſurpat, cùm ait: *Ex quo apparet Varum ſanè gravem & bonæ voluntatis virum*: & ante Velleium Plancus in Epiſt. ad Ciceronem 8. lib. X. Hos Græci eleganti vocabulo εὐπροαιρέτους vocant. Sic enim Artemidorus in lib. 2. de Hercule. * Apud Senecam in libro I. de Clementia capite 13. *bonæ ac fidæ voluntatis miniſtri* dicuntur pro benevolis: & in libri de Vita Beata capite 8. Adde his Salluſtium in Oratione ad Cæſarem de Rep. ordinanda. * *Idem.*

o *Sic gubernavit gentes in uno Rom. & Gothorum.*] Romanorum enim religionem fidemque integram & intactam ſervavit: nec quiſquam è Rom. ad Arianam ſectam tranſire vi tormentiſque compulſus eſt. Quinimmo Gothis ad Romanam tranſire fidem tutò licuit. Nemo præterea qui ad Chriſtiani cultûs Eccleſias confugiſſet, a Gothis per vim abſtractus eſt. Magiſtratus publici penes Romanos manſere, nec ullus Gothus eos geſſit. Adhæc permiſſum ſemper eſt Romanis, ut ab Orientis Imperatore quotannis Conſulatûs honorem acciperent. Unde & Eutharicus ipſe à Juſtino Auguſto Conſularem trabeam accepit, teſte Caſſiodoro in lib 8. Epiſt. I. Hæc Procopius in lib. 2. Goth. pag. 220. à Theoderico & ſucceſſoribus ejus religiosè ſervata eſſe dicit, nullámque ab iis legem eſſe latam. *Idem.*

[p *Et utilis Gothus.*] Id eſt, dives Gothus imitatur luxum locupletium Romanorum. Sic *utilis* à Gregorio Turon. paſſim pro locuplete ſumitur, ut v. c. in libri 4.

gavit quis eſſet: quæ reſpondit eſſe ſuum filium. At ubi comperit eſſe filium ejus, cœpit repetere arras & dicere: Aut nega filium tuum eſſe, aut verè abſcedo hinc. Mulier compellitur ab ſponſo, & cœpit negare filium quem ipſa antè confeſſa eſt, & dicere: Vade juvenis de domo mea, quia peregrinum te ſuſcepi. Ille enim dicebat regreſſum ſe ad matrem in domum patris ſui: Quid multa? Dum hæc aguntur, filius rogavit Regem adverſus matrem, quam Rex juſſit in conſpectu ſuo ſiſti. Cui & dixit: Mulier, filius tuus adverſus te rogat, quid dicis? eſt filius tuus? an non? Quæ dixit: Non eſt meus filius; ſed peregrinum ſuſcepi. Et dum per ordinem omnia filius mulieris intimaſſet in auribus Regis, dicit mulieri denuo: Eſt filius tuus? annon? quæ dixit: Non eſt filius meus. Dicit ei Rex: Et quæ eſt facultas tua, mulier? quæ reſpondit: Uſque ad mille ſolidos. Et [q] tum aliud ſe Rex non eſſe facturum ſub jusjurandum pollicitus eſt, niſi ipſum alium non acciperet maritum. Tunc confuſa eſt mulier, & confeſſa eſt ſuum eſſe filium. Sunt ejus & multa alia. Poſtea verò accepit uxorem de Francis nomine Augofladam. Nam uxorem habuit ante regnum, de qua ſuſceperat filias: [r] unam dedit nomine Arevagni Alarico Regi Wiſigotharum in Gallia; & aliam filiam ſuam Theodegotham Sigiſmundo filio Gundebai Regis. [ſ] Facta pace cum Anaſtaſio Imperatore per Feſtum de præſumptione regni, & omnia ornamenta Palatii, quæ Odoachar Conſtantinopolim tranſmiſerat, remittit. Eodem tempore intentio orta eſt in urbe Roma inter Symmachum & Laurentium. Conſecrati enim fuerant ambo. Ordinante Deo qui eo dignus fuit, ſuperavit Symmachus. Pòſt facta pace in Urbe Eccleſiæ, ambulavit Rex Theodericus Romam, & occurrit B. Petro devotiſſimus ac ſi Catholicus. Cui Papa Symmachus, & cunctus Senatus, vel populus Rom. cum omni gaudio extra Urbem occurrentes. Deinde veniens ingreſſus Urbem, venit ad Senatum, & [t] ad Palmam populo adlocutus, ſe omnia Deo juvante quod retro Principes Romani ordinaverunt, inviolabiliter ſervaturum promittit. [v] Per tricennalem triumphans populo ingreſſus Palatium, exhibens

cap. 3.] *Valeſ.*

q *Et dum aliud ſeſe non eſſe facturum.*] Lege, *& tum aliud, &c.* Simile judicium Claudii Auguſti refert Suetonius in Claudio, cap. 15. *Idem.*

r *Unam nomine Arevagni.*] Procopius in lib. 1 Goth. Θευδιχοῦσαν vocat. Jordanes & Auctor Hiſtoriæ Miſcellæ in fine lib. XVI. Theodericum duas habuiſſe naturales filias ſcribunt, Theudigotham, & Oſtrogotham: quarum alteram Alarico, alteram Sigiſmundo Gundobadi Burgundionum Regis filio copulavit. Sigiſmundum quidem Theoderici filiam duxiſſe, teſtis eſt Ennodius in Vita Epiphanii, in Oratione Epiphanii ad Gundobadum. *Idem.*

ſ *Facta pace cum Anaſtaſio.*] Vide Caſſiodorum in lib. 1. Ep. 1. *Idem.*

t *Ad Palmam populum adlocutus.*] Hunc Theoderici ingreſſum in Urbem, & adlocutionem ad populum commemorat vetus Auctor in Vita S. Fulgentii cap. 13. *Contigit, ut B. Fulgentius in loco qui Palma aurea dicitur, memorato Theoderico Rege concionem faciente, Rom. Curiæ nobilitatem, decus, ordinémque diſtinctis decorum gradibus adſpectaret, & favores liberi populi caſtis auribus audiens, qualis eſſet hujus ſæculi glorioſa pompa cognoſceret.* Ceterùm hic locus *Palma aurea* dictus, videtur fuiſſe prope Curiam & forum. Ac fortaſſe eadem eſt domus Palmata, cujus meminit Caſſiodorus in lib. 4. *Ep.* 30. * Erat & prope Ravennam locus dictus Ad Palmam, in quo Chriſtiani Martyres necabantur, ut eſt in Martyrologio Notkeri IV. Kal Maii. * *Idem.*

v *Per tricennalem triumphans.*] An fortè legendum eſt, *per decennalem*, ut hæc Theoderici pompa ad decennalia ejus referatur. Ingreſſus autem eſt Romam Patricio & Hypatio Coſſ. anno Domini 500. regni autem ſui anno octavo. Itaque ſi decennalia tunc celebravit Theoderi-

Romanis

Romanis ludos Circenſium. [x] Donavitque populo Rom. & pauperibus annonas ſingulis annis, centum viginti millia modios, & ad reſtaurationem palatii, [y] ſeu ad recuperationem mœniæ civitatis ſingulis annis libras ducentas de arca vinaria dari præcepit. Item Amalafrigda germana ſua in matrimonium tradens [z] Regi Wandalorum Tranſimundo. Liberium Præfectum Prætorii quem fecerat in initio regni ſui, fecit Patricium, & dedit ei ſucceſſorem in adminiſtratione Præfecturæ. Itaque Theodorus filius Baſilii, Odoin Comes ejus inſidiabatur ei. Dum hæc cognoviſſet, in palatio quod appellatur Seſſorium, caput ejus amputari præcepit. Verba enim promiſſionis ejus quæ populo fuerat adlocutus, rogante populo in tabula ænea juſſit ſcribi, & in publico poni. Deinde ſexto menſe revertens Ravennam, [a] alia germana ſua Amalabirga tradens in matrimonio Herminifrido Regi Toringorum: & ſic ſibi per circuitum placuit omnibus gentibus. Erat enim amator fabricarum, & reſtaurator civitatum. Hic aquæductum Ravennæ reſtauravit, quem Princeps Trajanus fecerat, & poſt multa tempora aquam introduxit: Palatium uſque ad perfectum fecit, quem non dedicavit: Portica circa Palatium perfecit. Item Veronæ thermas, & palatium fecit: & à porta uſque ad palatium porticum reddidit: Aquæductum quod multa tempora deſtructum fuerat, renovavit, & aquam intromiſit: Muros alios novos circuit civitatem. Item Ticenum Palatium, Thermas, Amphitheatrum, & alios muros civitatis fecit. Sed & per alias civitates multa beneficia præſtitit. Sic enim oblectavit vicinas gentes, ut ſe illi ſub fœdus darent, ſibi eum Regem ſperantes. Negotiantes verò de diverſis provinciis ad ipſum concurrebant. Tantæ enim diſciplinæ fuit, ut ſi quis voluit in agro ſuo argentum vel aurum dimittere, ac ſi intra muros civitatis eſſet, ita exiſtimaretur. Et hoc per totam Italiam augurium habebat, ut nulli civitati portas faceret: nec in civitate portæ claudebantur: quis quod opus habebat faciebat, quâ horâ vellet ac ſi in die. Sexaginta modios tritici in ſolidum ipſius tempore fuerunt, & vinumtriginta amphoras in ſolidum.

Eodem itaque tempore habebat Anaſtaſius Imp. tres nepotes, id eſt Pompeium, Probum, & Hypatium: cogitans quem de ipſis faceret poſt ſe Imperatorem, quadam die juſſit eos ſecum prandere, & intra palatium poſt prandium meridiari, & ſingula lecta eis ſterni. Et in uno lecto juſſit ad capite regnum poni, & quis de ipſis in eodem lecto elegiſſet dormire in hoc ſe debere cog-

cus, toto biennio anticipavit, quod non inſolens fuiſſe eruditi ſciunt. *Valeſ.*

x *Donavitque pop. Rom. & pauperibus annonas.*] Idem refert Caſſiodorus in Faſtis, Patricio & Hypatio Coſſ. & Procopius in Hiſtoria Arcana, pag. 117. & Aimoinus in principio libri 2. *Idem.*

y *Seu ad recuperationem.*] Id eſt, *reparationem mœnium.* [*Recuperare* enim tum dicebant pro *reparare.*] Idem.

z *Regi Vandalorum Tranſimundo.*] Vide Caſſiodorum in lib. v. Epiſt. 43. *Idem.*

a *Alia germana ſua.*] Fortè ſcribendum eſt, *filiam germanæ ſuæ.* Idque ex Caſſiodoro lib. 4. Epiſt. 1. & Hiſtoria Miſcella in lib. 16. & ex Procopio in lib. 1. Goth. qui Amelobergam hanc vocat, Amalafridæ filiam. *Idem.*

noſcere cui regnum poſtea traderet. Unus quidem in uno lecto ſe jactavit, duo enim in alio amore fraterno ſe conlocaverunt. Et ita contigit, ut in illo lecto ubi regnum poſitum erat, nullus eorum dormiret. Dum hæc vidiſſet, cœpit cogitare intra ſe & dicere, eò quòd nullus eorum regnaret: cœpit orare Deum, ut illi revelatio fieret, ut ſcire poſſit dum adviveret, qui poſt occaſum ejus regnum ſuſciperet. Hæc eodem cogitante & orante cum jejunio, quadam noctu vidit hominem, qui ita eum admonuit: Craſtino qui tibi primus intra cubiculum nuntiatus fuerit, ipſe accipiet poſt te regnum tuum. Ita factum eſt, ut Juſtinus, qui Comes erat Excubitorum, dum adveniſſet ubi directus fuerat ab Imperatore, renuntiaret: ipſe ei nuntiatus eſt primus per Præpoſitum Cubiculi. Cúmque hæc cognoviſſet, cœpit gratias Deo referre, qui ei dignatus eſt revelare ſucceſſorem. Cúmque hæc apud ſe tacitè habuiſſet, quodam die procedens Imperator, dum feſtinus vellet à latere Imperatoris tranſire, obſequium ordinare vellens, calcavit chlamydem Imperatoris: cui Imperator hoc tantùm dixit: Quid feſtinas? Nam ultima vita regni ſui temptans eum Diabolus, volens ſectam Eunomianam ſequi: quem populus fidelis repreſſit, ita ut ei in Eccleſia clamaretur: In Trinitate lanceola non mittis. Non poſt multum temporis in lecto ſuo intra urbem Conſtantinopolim morbo tentus extremam clauſit diem.

Igitur Rex Theodericus inliteratus erat, & [b] ſic obruto ſenſu, ut in decem annos regni ſui quatuor litteras ſubſcriptionis edicti ſui diſcere nullatenus potuiſſet. De qua re laminam auream juſſit interraſilem fieri, quatuor litteras Regis habentem, Theod. ut ſi ſubſcribere voluiſſet, poſitâ laminâ ſuper chartam, per eam penna duceret, & ſubſcriptio ejus tantùm videretur. Ergo Theodericus dato Conſulatu Eutharico Romæ & Ravennæ triumphavit, qui Eutharicus nimis aſper fuit, & contra fidem Catholicam inimicus. Poſt hæc Theoderico Veronæ conſiſtente propter metum gentium, facta eſt lis inter Chriſtianos & Judæos Ravennæ: quare Judæi baptizatos nolentes dum ivident, frequenter oblatam in aqua fluminis jactaverunt. Dehinc accenſus eſt populus non reſervantes neque Regi, neque Eutharico, aut Petro qui tunc Epiſcopus erat, [c] conſurgentes ad Synagogas, mox eas incenderunt: quod & in cena eadem ſimiliter contigit. Mox Judæi currentes Veronam ubi Rex erat, agente [d] Triwane Præpoſito Cubiculi: & ipſe hæreticus favens Judæis, inſi-

b *Sic obruto ſenſu.*] Legendum videtur, *bruto ſenſu.* Theodericum ſanè ἀγράμματον fuiſſe Procopius docet in lib. 1. Goth. ὡς ἄρα ὁ Θευδέριχος τελευτήσει καὶ περὶ γραμμάτων οὐδὲ ὅσον ἀκοὴν ἔχων. Nihilo literarior iiſdem temporibus in Oriente regnabat Juſtinus, qui ne nomen quidem ſuum ſcribere noverat. Itaque ut ſanctionibus ſubſcriberet hoc excogitatum eſt. Tabellæ ligneæ formæ quatuor literarum J U S T. inciſæ ſunt, per quas calamum encauſto tinctum Juſtinus miniſtro manum regente ducebat, ut ait Procopius in Anecdotis. *Valeſ.*

c *Conſurgentes ad Synagogas.*] Idem Romæ contigiſſe docet Caſſiodorus in Ep. 43. lib. 4. *Idem.*

d *Triwane Præpoſito Cubiculi.*] Hic eſt, ni fallor, quem Boëthius in libro primo de Conſolatione, Triguillam vocat, regiæ Præpoſitum domûs. *Idem.*

nuans Regi factum adverſus Chriſtianos: qui mox juſſit propter præſumptionem incendii, ut omnis populus Romanus Ravennates Synagogas, quas incendio concremaverunt, datâ pecunia reſtaurarent: qui verò non habuiſſet unde dare, [e] fruſtati per publicum ſub voce præconis ducerentur. Data præcepta ad Euthericum Cilligam, & Petrum Epiſcopum ſecundum hoc tenore præcepit: & ita adimpletum eſt. Ex eo enim invenit Diabolus locum, quemadmodum hominem, bene Rempublicam ſine querela gubernantem ſubreperet. Nam mox juſſit ad fonticlos in proaſtio civitatis Veronenſis oratorium S. Stephani, [f] idem ſitum altarium ſubverti. Item ut nullus Romanus arma uſque ad cultellum uteretur vetuit. Item mulier pauper de gente Gothica, jacens ſub porticu non longè à palatio Ravennæ, quatuor generavit dracones: duo de Occidente in Orientem ferri in nubibus à populo viſi ſunt, & in mari præcipitari; duo portati ſunt unum caput habentes. Stella cum facula apparuit, quæ dicitur cometes, ſplendens per dies xv. & terræ motus frequenter fuerunt. Poſt hæc cœpit adverſus Romanos Rex ſubinde fremere inventa occaſione. [g] Cyprianus qui tunc Referendarius erat, poſtea Comes Sacrarum & Magiſter, actus cupiditate, inſinuans de Albino Patricio, eo quòd litteras adverſus regnum ejus Imperatori Juſtino miſiſſet: quod factum dum revocitus negaret, tunc Boëthius Patricius qui Magiſter Officiorum erat, in conſpectu Regis dixit: Falſa eſt inſinuatio Cypriani: ſed ſi Albinus fecit, & ego, & cunctus Senatus uno conſilio fecimus: falſum eſt, Domine Rex. Tunc Cyprianus hæſitans, non ſolùm adverſus Albinum, ſed & adverſus Boëthium ejus defenſorem, [h] deducit falſos teſtes adverſus Albinum. Sed [i] Rex dolum Romanis tendebat, & quærebat quemadmodum eos interficeret: plus credidit falſis teſtibus quàm Senatoribus. Tunc Albinus & Boëthius ducti in cuſtodia ad Baptiſterium Eccleſiæ. Rex verò vocavit Euſebium Præfectum urbis Ticini, & inauditoBoëthio, protulit in eum ſententiam. Qui mox in agro Calventiano ubi in cuſtodia habebatur, miſit Rex, & fecit occidi: qui acceptâ chordâ in fronte diutiſſimè tortus, ita ut oculi ejus creparent, ſic ſub tormenta ad ultimum, [k] cum fuſte

e *Fruſtati.*] Scribendum puto *fuſtati*, id eſt *fuſtibus verberati.* Valeſ.

f *Idem*] Legendum videtur *ibidem.* Idem.

g *Cyprianus, qui tunc Referendarius.*] De quo vide Epiſtolam 40. libri v. Caſſiodori, ubi Referendarii officium ſic deſcribitur: *Interpellantium ſiquidem confuſas querelas diſtincta relatione narrabas: & qui proprios dolores exprimere non poterant, tuis commendati allegationibus obtinebant, &c.* De eodem Cypriano Boëthius in lib. 1. de Conſolat. loquitur his verbis: *Ne Albinum Conſularem virum præjudicatæ accuſationis pœna corriperet, odiis me Cypriani delatoris oppoſui.* Idem.

h *Deducit falſos teſtes.*] Baſilium ſcilicet, Opilionem, & Gaudentium, ut ibidem Boëthius ſcribit. *Idem.*

i *Rex dolum Rom. tendebat*] Boëthius ſic narrat: *Meminiſti inquam Veronæ, cùm Rex avidus communis exitii, majeſtatis crimen in Albinum delatum ad cunctum Senatus ordinem transferre conaretur, univerſi innocentiam Senatus quanta mei periculi ſecuritate defenderim.* Idem.

k *Cum fuſte occiditur.*] Juſtino Auguſto II. & Opilione Coſſ. occiſus eſt Boëthius in territorio Mediolanenſe, ut ſcribit Marius in Chronico; ſequenti verò anno quo Philoxenus & Probus Conſules fuerunt, occiſus eſt Symmachus Patricius Boëthii ſocer Ravennæ, teſte eodem Mario. *Idem.*

occiditur. Rediens igitur Rex Ravennam, tractans non ut Dei amicus, ſed legi ejus inimicus, immemor factus omnis ejus beneficii & gratiæ quam ei dederat, confidens in brachio ſuo, item credens quòd eum pertimeſceret Juſtinus Imp. mittens & evocans Ravennam Johannem Sedis Apoſtolicæ Præſulem, & dicit ad eum: Ambula Conſtantinopolim ad Juſtinum Imp. & dic ei inter alia, ut reconciliatos hæreticos in Catholica reſtituat religione. Cui Papa Johannes ita reſpondit: Quod facturus es, Rex, facito citiùs. Ecce in conſpectu tuo adſto. Hoc tibi ego non promitto me facturum, nec illi dicturus ſum. Nam in aliis cauſis quibus mihi injunxeris, obtinere ab eodem annuente Deo potero. Jubet ergo Rex iratus navem præparari, & ſuperimpoſitum eum cum aliis Epiſcopis, id eſt Eccleſium Ravennatem & Euſebium Faneſtrem, Sabinum Campanum, & alios duos ſimul, & Senatores Theodoro, Importuno, Agapito, & alio Agapito. Sed Deus qui fideles cultores ſuos non deſerit, cum proſperitate perduxit. Cui Juſtinus Imp. venienti ita occurrit, ac ſi B. Petro: cui data legatione, omnia repromiſit facturum, præter reconciliatos qui ſe fidei Catholicæ dederunt, Arianis reſtitui nullatenus poſſe. Sed dum hæc aguntur, Symmachus caput Senati, cujus Boëthius filiam habuit uxorem, deducitur de Roma Ravennam. Metuens verò Rex ne dolore generi aliquid adverſus regnum ejus tractaret, objecto crimine juſſit interfici. Revertens igitur Johannes Papa à Juſtino, quem Theodericus cum dolo ſuſcepit, & in offenſa ſua eum eſſe jubet: qui poſt paucos dies defunctus eſt. Ergo euntes populi ante corpuſculum ejus, ſubitò unus de turba abreptus dæmonio cecidit, & dum perveniſſet cum lectulo ubi lectus erat uſque ad hominem, ſubitò ſanus ſurrexit, & præcedebat in exſequias. Quod videntes populi & Senatores, cœperunt reliquias de veſte ejus tollere. Sic cum ſummo gaudio populi deductus eſt corpus ejus foris civitatem. Igitur Symmachus Scholaſticus Judæus jubente non Rege, ſed tyranno, dictavit præcepta die quarta feria, ſeptimo Kalend. Septemb. Indictione IV. Olybrio Conſule, ut die Dominico adveniente Ariani baſilicas Catholicas invaderent. Sed qui non patitur fideles cultores ſuos ab alienigenis opprimi, mox intulit in eum ſententiam Arii, auctoris religionis ejus: fluxum ventris incurrit, & dum intra triduo evacuatus fuiſſet, eodem die quo ſe gaudebat Eccleſias invadere, ſimul regnum & animam amiſit. Ergo antequam exhalaret, nepotem ſuum Athalaricum in regnum conſtituit. Se autem vivo fecit ſibi monumentum ex lapide quadrato, miræ magnitudinis opus, & ſaxum ingentem quem ſuperponeret, inquiſivit.

Hæc quæ ſequuntur, notis ſuo loco debent inſeri.

Pag. 23. column. 1. verſ. 21. *Leges fundamenta libertatis.*] Reſpexit ad Cicer. locum in Oratione pro A. Cluentio: *Tu mihi concedas neceſſe eſt, multo eſſe indignius in ea civitate, quæ legibus teneatur, diſcedi a legibus. Hoc enim vinculum eſt hujus dignitatis, qua fruimur in Rep. hoc fundamentum libertatis. -- Legum denique idcirco omnes ſervi ſumus, ut liberi eſſe poſſimus.* Plane ut verſus antiquus &c.

Pag. 24. column. 2. verſ. 7. & imag. Itaque cum Berenice Chriſto ſalvatori ſtatuam ponere vellet, ab Herode veniam prius impetravit, ut id ſcriptum reliquit Johannes Antiochenus, ex cujus Chronographia hæc verba adducit Johan. Damaſcenus orat. 3 pro imaginib. Βουλομένη (Berenice) *ὡς ἰαθεῖσα ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ στήλην αὐτῷ ἀναστῆσαι, καὶ μὴ τολμῶσα δίχα βασιλικῆς κελεύσεως τοῦτο ποιῆσαι, δέησιν δέδωκε τῷ βασιλεῖ Ἡρώδῃ αἰτοῦσα στήλην χρυσῆν τῷ σωτῆρι χειστῷ ἐν τῇ αὐτῆς πόλει στῆσαι.* Sic Titinnius Capito &c.

Pag 588. *Promiſſa diſceptatio plena dilata eſt, eo more quo ſolent inter potiorum occupationes ludi poteſtates excelſæ.*] Legendum *poteſtatis excelſæ*, ut legitur in Editione Pariſ. Roberti Stephani, & in Editione Lugdunenſi Gryphii. Intelligit Ammianus ludos Circenſes a Coſſ. exhiberi ſolitos, qui ob ferias occupationes facile differri poterant. Oiſelius. At in codicibus MSS. præſertim in Colbertino, legitur *poteſtates excelſæ.* Neque heic de ludis agitur. Ut autem ego cenſeo, indicat ipſoſmet Principes, quos *fortunas celſas* in libro XXX vocat, ab officiis Palatinis & Aulicis odio, aut gratia, aut pecunia impulſis decipi conſueviſſe, cum relationibus falſis, tum ſuppreſſione veritatis, ac defenſionis reorum, & querimoniarum Provincialium. Ejus rei illuſtre exemplum habemus in libro XXIX cap. V in Firmo, qui Zammam fratrem ſuum Romano Comiti acceptum clam interemerat. Verba Ammiani ſunt: *Ejus* (Zammæ) *enim necem ulciſci impenſiore ſtudio properans Comes* (Romanus) *ad inſidiatoris perniciem multa ciebat & formidanda. Utque rumores diſtulerunt adſidui, navabatur opera diligens in Palatio, Romani quidem relationes, multa & aſpera congerentes in Firmum libenter ſuſcipi, recitarique Principi, in earum favorem concinentibus multis: ea vero quæ contra Firmus ſalutis tuendæ gratia ducebat crebro per ſuos, accepta diutius occultari: Remigio tunc Officiorum Magiſtro, affine amicoque Romani, inter potiores Imperatoris neceſſitates hæc velut minima & ſuperflua nonniſi opportune legi poſſe aſſeverante. Quæ cum ad obruendam defenſionem ſuam agitari animadverteret Maurus* &c. Nonne luditur poteſtas Diis æqua & ſuprema, ſeu Imperator Valentinianus, cui recitantur a pluribus in unum conſpirantibus accuſationes Firmi, occultabantur per Magiſtrum Officiorum & alios ejus defenſiones, earum delatoribus, ſpecie majorum Imperatoris negotiorum, longa delatione fruſtratis, deriſis? Vide in Cari Vita dictum Diocletiani de Imperatoribus. De eodem queritur ipſemet Valentinianus Aug. in Novella VII de indulgentiis reliquorum. Had. Vales.

INDEX
RERUM MEMORABILIUM.
Quæ Ammiani libris, Notiſque continentur.

A.

ABIENUS Senator, ob ſtuprum illatum Fauſianæ atque Anepſiæ, Romæ morte multatur, 563
Aboras vel Chaboras fluv. Meſopot. 16
Aborigines qui, 104
Actuarii qui, 266
Adraſtia vel Nemeſis quæ, 67
Ædeſius ex Magiſtro Memoriæ, 84
Ægypti v. provinciarum, earumque urbium deſcriptio, 371, 372, 373. Ægyptus & Africa olim populum Romanum paſcebat, 557. Sed poſt diviſum biſariam Imperium, Ægyptus Conſtantinopolim, Africa Romam aluit, 558
Ægyptii litium amantes, 328. quales, 377, 378. Reges ſuos Deorum loco habebant, 587. caſus adverſos Regibus aſſignabant ac vitio vertebant, *ibid.*
Ænus an ab Ænea condita fuerit, 333
Æraria duo, privatum & publicum, 278. alterum res Privata; alterum *Sacræ* Largitiones dicebatur, 323
Africa ab Auſtorianis & Mauricis Gentibus incurſata, 495. horreum & altrix populi Rom. ſemper fuit, 557
Africanus Pannoniæ ſecundæ rector, 76
Africanus ex Advocato Urbis rector provinciæ, cur capite truncatus fuerit, 615
Agentum in rebus munus, varia nomina, & ſchola, 77. eorum habitus, & militia quæſtuoſa, 128
Agilimundus Subregulus Quadorum, 195
Agilo Tribunus ſtabuli, Alamannus, 55. ex Gentilium Scutariorum Tribuno Magiſter peditum, 256. Aquileienſes de morte Conſtantii certiores facit, & ad deditionem compellit, 306. Procopio tyranno ſe adjungit, 505. eum prodit, & cum ſuis ad Valentem A. tranſit, 512
Aginatius Vicarius Romæ, vir Patriciæ ſtirpis, cur Romæ ſupplicio affectus ſit, 562, 563, 564, 566
Agitator, qui Circenſibus vicerat, ab editore coronabatur, 61
Alamanni auſpiciis dediti, 55. pacem cum venia à Conſtantio obtinent, 57. apud Argentoratum acie victi à Juliano Cæſ. 162. à Juliano pacati, 293. Gallias Rætiaſque populantur, 495, 496. fuſis acie Romanis, Chariettonem & Severianum Comites interficiunt, 519. à Jovino apud Scarponnam inopinantes oppreſſi, 519. ab eodem apud Catalaunos acie victi, vi Barbarorum millibus interfectis, 518. Rex Alamannorum cum paucis captus ab Aſcariis, & patibulo affixus, 521. Alamanni trans Rhenum & à Valentiniano A. fuſi fugatique, 546. Romanos trans Rhenum munimentum extruentes interficiunt, 567. in his Aratorem & Hermogenem Duces, *ibid.*
Alanorum, aliarumque Scythiæ Aſiaticæ Gentium ſedes & mores, 669. hi olim Maſſagetæ nuncupati, *ibid.* gladium nudum humi fixum pro Marte regionum ſuarum præſule habent & colunt, 673. Alanos Hunni armis aut pactis ſibi adjungunt, *ibid.*
Alatheus Gothorum Greuthungorum Dux, quid poſt tranſitum Hiſtrum in Thracia adverſus Romanos egerit, 677 *& ſeqq.*
Alavivus Gothorum Thervingorum Dux clariſſimus cum Fritigerno, & ejus tranſito Hiſtro in Thracia res geſtæ adverſus Valentem A. *ibid. & ſeqq.*
Alexander Syriæ Conſularis cur à Juliano A. factus ſit, 383
Alexandria, 371 *& ſeqq.* Alexandrini medici laudati, 375
Aliſo Tribunus Procopianarum partium, 510. ejus apud Cyzicum forte factum, 509. ei ob virtutem Valens parcit, 510
Alpium Cottiarum deſcriptio, 108. Maritimarum item & Penninarum, 109
Alypius ex Vicario Britanniarum, bonis exuitur, & in exſilium mittitur veneficii reus delatus, 605
Ammianus Marcellinus Protector, juſſu Conſtantii A. Urſicino Magiſtro militum obſequitur, 49. cum eo venit Mediolanum, 59. Urſicinum adjuvat in opprimendo Agrippinæ Silvano, 91 *&* 92. cum eo in Orientem redit, 145. dum puerum ſervat, vix Perſas evadit, 216. qua arte cum Urſicino aufugerit, 217. ad Satrapam Corduenæ Jovinianum cum Centurione miſſus, Saporis adventum explorat, 218 Amidâ à Perſis captâ, nocte evadit, ac fugâ Antiochiam petit, 240
Ammiani Marcellini errores, 34. 45. error in Matronæ confluente, 110. tres errores, 111. in Aventico, Biturigis & Eluſa, 112. in Arari, 113. in ora Aquitaniæ, 297. in ora Ponti, 336. 338. in Tyra urbe, 344. in fonte Danubii, *ibid.* in Ægypto, 361. in Pentapoli, 371. in Cyrenaïca, 378. in Seleucis, 396. in Sogdiis montibus. 410
Ampelii Præfectura Urbana qualis, 572. ejus mores & dignitates, *ibid.*
Amphitheatrales feræ elapſæ caveis, ſæpe homines in urbibus devorabant vel debilitabant, 554
Anaſtaſianæ balneæ Conſtantinopoli, à qua Anaſtaſia dictæ, 502
Anatolius Præfectus Prætorio Illyrici, 243. fuit patriâ Berytius, religione paganus, *ibid.* variæ ejus dignitates, & nomina, *ibid.* mors, 296
Anatolius Magiſter Officiorum à Juliano A. factus, 276. à Perſis interficitur, 455. Juliani A. amicus, 457
Anazarbi conditor & nomina, 45

Anicii ſupra modum avari, & prædiorum multitudine gaudentes, 138
Annonam, præcipuè militarem & animalia publica Imperatores probabant, 318. populo petenti vilitatem ſæpe proponebant, 358
Anſa, ſæpe ampla dicta, 289. Ampla ſcuti, ampla temporis, ampla laudis, ampla dominationis, *ibid.*
Antepilani & Pilani qui, 155
Anthemuſia, opidum, an regio Meſopotamiæ, 15
Antiochiæ & clararum urbium nocturna lumina, 8. Antiochiæ orta ſeditio, 37. Antiochia principatu Gallieni furto capta, direpta & incenſa à Perſis, 390
Antoninus Protector ad Saporem R. P. transfugit, eumque ſponte jam motum in bellum Romanum impellit, 23
Apellis pictoris de ſutore verbum, ne ſupra plantam adſcenderet, in proverbium venit, 555
Apodemius Agens in rebus, 63. 70. 86. qui in Galli Cæſ. & Silvani necem effrenatè exarſerat, vivus exuſtus Juliani A. juſſu, 324
Apronianus Præfectus Urbi à Juliano A. fit, 381. cur in veneficos animadverterit, 488
Aquileia cum duabus legionibus & cohorte ſagittariorum partes Conſtantii adverſus Julianum tuetur, & obſidionem fortiter tolerat, 302
Aquitanorum convivia lauta plerumque & munda, 136. Apud Aquitanos maximè nec viri nec feminæ licèt perpauperes fruſtis pannorum ſqualent, 115. ex Aquitania vecta annona ad caſtra Juliani, 185. commeatuum ex Aquitania tranſlatio Cabillonem, ad expeditionem Alamannicam, 52
Araharius & Uſafer, Regales Quadorum, 193
Arar, Sauconna Gallis dictus, 113
Arbetio inſidiatur Urſicino, 57. 72. veniam Protectoribus impetrat, 78. Magiſter equitum Lentienſi bello interfuit, 79. Silvanum inſimulat, 26. Conſul cum Lolliano, 103. accuſatus majeſtatis evadit, 130. avariſſimus, 138. quæſitor Urſicino datus, 255. cum copiis à Conſtantio præmittitur adverſus Julianum, 311. Procopianos auctoritate ſua ad deditionem adducit, 512
Arcus cæleſtis cauſſæ, 283
Arietis deſcriptio, 388
Arinthæus Tribunus, adverſus Lentienſes fortiter facit, 82. ſub Juliano Perſidem ingreſſo copiarum Dux, 421. 444. 464. à Joviano A. cum litteris mittitur ad exercitum Gallicanum, 480. Procopianos ad deditionem ſua auctoritate compellit, 510. mira de eo, *ibid.* Magiſter peditum familias Gothorum prædatur, 529. legatus de pace ad eos mittitur à Valente A. 531. Perſas expellit Armeniâ. 549
Armaturæ equeſtres & pedeſtres, 58. differunt ab Armaturis ſenioribus & junioribus, 64
Arſaci Regi Armeniæ Conſtantius Olympiadem, Ablabii Præf. Præt. filiam, Conſtantis A. fratris ſui ſponſam junxit matrimonio, 277, 278. fidus Romanis fuit, *ibid.* à Conſtantio A. ambitioſis veſtibus & multis donis donatur, 296. Quid ei mandaverit Julianus A. Perſidem petens, 382. 385. Arſaci adverſus Perſas auxilium ferre, condicionibus pacis prohibetur Jovianus A. 471. Arſaces à Sapore per dolum captus interficitur, 547 & 548
Artemius Vicarius Præfecti Urbi, 191
Artemius ex Duce Ægypti, à Juliano A. morte multatur, 352
Aſſeſſor ſive conſiliarius, Magiſtratui judicanti conſilium ſuggerebat, 558
Aſſeſſores apud Romanos qui & quales, 418
Athanaricus, Rex Greuthungorum gentis Gothicæ, à Valente A. transgreſſo Hiſtrum funditur & fugatur, 531. pacem in medio flumine cum eo cur fecerit, *ibid.* cur judex Gothorum, non Rex dicatur Ammiano, *ibid.* à proximis regno pulſus multo pòſt, Conſtantinopoli deceſſit, & à Theodoſio A. regiis exſequiis eſt honoratus, *ibid.* funditur & fugatur ab Hunnis, 674, 675.
Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus, damnatur in aliquot Synodis, 98. quid ei objectum ſit, *ibid.* à Liberio Epiſcopo Rom. ut damnaretur, Conſtantius obtinere non potuit, *ibid.*
Auſturiani ter Leptitanum agrum & Oeenſem populantur, 587 & *ſeqq.*
Auxilia & Auxiliares qui, 205
Auxonius Præfectus Prætorio Orientis, differt ab Auſonio Præf. Præt. per Gallias, 598. Joſephus Scaliger, & Chifletius in Vita Ammiani malè de Auxonio Auſonium fecere, *ibid.*

B.

BACTRIANI à Parthorum Regibus ægrè ſubacti, 410 & *ſeqq.* multarum gentium domini. *ibid.*
Bacurius Iberus inerti diſceſſu initium pugnæ fœdat, 697
Bainobaudes Scutariorum Tribunus, natione Francus, 62. Barbationis fraude diſcingitur, 149
Balliſtæ deſcriptio, 387
Bappo Tribunus Promotorum, 82
Barbatio Comes, 63. Magiſter peditum in Galliam cum magno exercitu mittitur, 147. adverſus Alamannos rem malè gerit, 149. fugatus ab eis, ad Imper. Mediolanum redit, 151 & *ſeqq.* Juthungos fundit fugatque, 181. cur cum uxore capite truncatus ſit, 208
Bardi apud Gallos qui, 106 & *ſeqq.*
Baſilina, mater Juliani A filia Juliani Præfecti Prætorio, ſoror Juliani Comitis Orientis, 458
Baſſianus Notarius ob conſultos Mathematicos fortunis ſpoliatus, 607
Baſternæ matronales Romæ, opertæ & auratæ, 29 & *ſeqq.* carpenta & pilenta item, *ibid.*
Bellovædius inſignis numeri Tribunus, obſes pacis Jovianum inter & Saporem factæ, 471 & *ſeqq.*
Beſtiæ & feræ, ut bene meritæ, olim in agros & ſilvas liberæ dimittebantur, 616
Bitheridus, Primas Alamannus, à Valentiniano A. regere milites juſſus, 617 & *ſeqq.*
Blemmyes an Blemyes dici debeant, 16 & *ſeqq.* eorum ſitus, *ibid.*
Bonum Eventum colebant agricolæ, 632 & *ſeqq.*

Brachmanes cur inter altaria celſiùs graderentur, 556. Solis cultui cum tota gente Indorum præcipuè dediti fuere, *ibid.*
Branchidæ, nomen ſucceſſorum Branchi, & loci in agro Mileſio, ab ipſis dicti, 602
Britannia à Pictis, Saxonibus, Scottis & Attacottis vexata, 495. 539. à Theodoſio Theodoſii A. patre, fuſis fugatiſque & repulſis Barbaris, in integrum reſtituitur, & prov. Valentia recipitur, 571
Britannica annona in caſtella Cisrhenana convehi ſolita, 201
Bubalos, capreolos & ſpinturnicia Ægyptus alit, 364 *& ſeqq.* enhydrum etiam & ichneumonem, *ibid.*
Burgundiorum Alamannorumque confinia, 207. Burgundii vel Burgundiones ſi victi eſſent ab hoſtibus aut ſi fame laborarent, Regem ſuum deſtituebant, 586. Sacerdotem perpetuum habebant, *ibid.* cur ſuboles Romana dicti ſint, 585 *& ſeqq.* Alamannis confines erant, 586. à Valentiniano A. per fraudem Alamanniæ immittuntur ac illuduntur, *ibid.*
Buſtuarius latro, ſepulcri violator aut veſpillo, 556.
Byzantium an Atticorum colonia dici poſſit, 334 *& ſeqq.*

C.

CAESARES, & Imperatores ipſi advenienti exercitui honoris causa occurrebant, 261
Cæſarius Præfectus Conſtantinopolis ſub Valente. 504
Callatis urbs provinciæ Scythiæ dicenda, non Calatis, 538
Campiductor vel Campidoctor quis diceretur, 78, 79. 236
Cancelli fori ſeu januæ Prætorii judicialis, 646. horum Cancellorum cuſtodes, Cancellarii dicti, *ibid.*
Candidati qui, 88 *&* 89
Caroſianæ thermæ Conſtantinopoli à Valente unà cum Aquæductu & Nymphæo ædificatæ, & à Caroſia ejus filia cognominatæ, 665
Carpentum Imperatoris triumphantis aureum ac gemmatum erat, 141 *& ſeqq.*
Caſſiana ſeveritas, judices Caſſii & Caſſiani unde dicti, 515
Caſſianus Dux Meſopotamiæ, 138 *&* 139. ad exercitum Joviani A. fame laborantem cibos affert, 472 *&* 473
Caſtorum ædes & cultus Romæ & Oſtiæ, 243
Caſtrenſis Apparitor, vel Caſtrenſianus, Caſtrenſi ſacri Palatii militabat, 509
Cella Scutariorum Tribunus, 148. à Limigantibus Sarmatis interficitur, 247
Celſus rector Ciliciæ, in vehiculum receptus à Juliano A. 349
Cenſualis profeſſio quid contineret apud Romanos, 244
Centurio rerum nitentium, pòſt Tribunus rerum nitentium dictus, 130. ejus munus, *ibid.*
Cerealis Tribunus Stabuli Valentiniani A. 651
Chaldæi, Mathematici, Genethliaci iidem, 596
Charietto, vir fortitudinis miræ, 188. Francus natione, *ibid.* per utramque Germaniam Comes, ab Alamannis interficitur, 518
Chnodomarius Rex Alamannorum Decentium Cæſarem acie vicit, 151. diu Gallias incubavit, earumque urbes opulentas vaſtavit ac diruit, *ibid.* captus in fuga, & Romam ductus, ibi veterno conſumitur, 164
Ciliciæ, Iſauriæ, Commagenæ, Syriæ, Phœnices & Palæſtinæ, ac Arabiæ Cyprique, Orientalium provinciarum deſcriptio, 44, 45, 46, 47, 48, 49
Civilis rector Britanniæ pro Præfectis, 540
Claritas & Flaviana ſtuprorum & adulteriorum reæ, Romæ morte multantur, 560
Claudius ex Jovianorum numero Tribunus, ceu Procopianus in exſilium à Valentiniano A. mittitur, 615
Claudii Præfectura Urbana qualis fuerit, 632
Clavularis curſus unde dictus, & qualis fuerit, ac quibus concederetur, 261. Clabularis aliàs vocatus, *ibid.*
Clematii Conſularis Palæſtinæ cædes, 5
Cluverii de Alamannorum origine falſa ſententia, 147. ejuſdem error, 162 *&* 546
Comiti rei Privatæ ſuberant Palatini, 596
Comitiva Orientis quanta, 6
Comitiva Domeſticorum diu ante Conſtantinum inſtituta, 55
Compulſores qui; 328
Concædes, concides vel conciſa quid, 148 *&* 149
Conſiſtoriani qui, 87
Conſtantianus Strator, cur ſaxis obrutus ſit, 615
Conſtantianæ thermæ Conſtantinopoli, 665
Conſtantianus, Valentiniani A. adfinis, Cerealis & Juſtinæ A. germanus, Tribunus Stabuli, in Galliis latronum inſidiis excipitur, moxque interficitur, 568
Conſtantina Hannibalhani Regis primùm, deinde Galli Cæſaris uxor, 3 *&* 4. ſæva, *ibid.* filia Conſtantini A. ſoror Conſtantii, *ibid.* virum in cædes impellit, 10. dum ad fratrem ſuum evocata properat, ex febre interit, 59
Conſtantini Maximi genus expoſitum, 4
Conſtantinopolis à Juliano A. portu ſui nominis, & porticu ſemirotunda, ac bibliotheca in Palatio ornata, 346. à Conſtantino Maximo Senatum ſuum accepit, *ibid.*
Conſtantinus pater Galli Cæſ. & Juliani A. Conſtantini Maximi frater, filius Conſtantii A. 457
Conſtantius Aug. Arelati Tricennalia celebrat, 17. ſævit in Magnentianos, 18, 19, 20, 21. Alamannis bellum infert, 52 *&* 53. pacem petentibus dat, 55. æternum ſe & Dominum orbis dictitat, 70. Lentienſes Alamannos fundit fugatque, 83. Romam triumphantis more intrat, 141. adlocutionem exercitus ſibi ſoli vindicat, 156. litteris Saporis inſolentibus reſpondet, 180. Sarmatas Quadoſque populatur, 192. exſulibus Sarmatis Regem imponit, ſedeſque avitas reddit, 193. Limigantes Sarmatas aliò transfert, 198. Julianum Cæſaris dignitate jubet eſſe contentum, 274 *&* 275. Bezabden fruſtra oppugnat, 278, 279, 280. domum reverſo cum ſuis Sapore, iter reflectit, & allo-

allocutus exercitum, adverſus Julianum contendit, 309, 310. Mopſucrenis ex febre moritur, 313 & 314. regni ejus anni, *ibid.* ejus virtutes & vitia, 314 & 315. Conſtantinopoli ſepelitur, 318 & 319
Conſulum officia Imperatores pedites frequentabant, 329. Conſules annum auſpicantes, ſervos aliquot manumittebant, *ibid.* Circenſes edebant 111. Nonas Janu. *ibid.*
Coronarium aurum quid fuerit, 46
Craugaſii Niſibeni Curialis uxor à Sapore capta, 225. Craugaſius deſiderio uxoris captivæ transfugit ad Perſas, 241
Creſcens Vicarius Africæ, 592
Cretio Comes Africæ, 297
Curator urbis ſeu Logiſta qui, 41
Curialium quod munus, 463. Curiales ſententias judicum exſecutioni mandabant, 536. Curiales, aliàs Decuriones dicti, 589. Curiæ à Decuriis differebant, *ibid.*

D.

DAGALAIPHUS Comes Domeſticorum factus à Juliano A. 298. in expeditione Perſica Juliani A. copiarum Dux, 421. 432. 465. à Joviano A. rector militiæ factus, 496
Damaſi cum Urſino de Epiſcopatu Romano contentio, 524 & *ſeqq.*
Damnati extra portas urbium ad ſupplicium ducebantur more veteri, 573. eorum ora frenabantur, 605. eorumdem domus appoſitis fiſcalibus vel dominicis titulis obſignabantur, 606
Daphne, caſtrum in prov. Mœſia ſecunda adverſus Gothos à Conſtantino Maximo exſtructum, 529. Balliſtariis Daphnenſibus nomen dedit, *ibid.*
Decentius Tribunus & Notarius, 259 & 260
Decuriones Palatii qui, 264
Decuriones, ſæpe Ordo, ac nonnumquam Senatus dicti, 346 & 347. iidem Curiales ſæpius vocati, 588
Decuriæ quæ & quales, 589, 590. honores Decurionibus deferri ſoliti, *ibid.*
Demochares, Pyrrhi Regis Epirotarum medicus, an Timochares potiùs, vel Nicias nuncuparetur, 637
Diabas & Adiabas fluvii Adiabenæ nomen dedere, 401 & 402
Diademate quis ex Imper. Rom. primus uſus ſit, & quis ſemper eo uti cœperit, 286. Diadema Cæſaribus conceſſum non fuit, 287. ſanctæ Crucis picturâ decorabatur, *ibid.*
Diocles ex Comite Largitionum Illyrici, vivus ob leve delictum exuritur juſſu Valentiniani, 536
Diogeni dudum Bithyniæ rectori bona ſua cauſa exitii fuere, 605
Diogmitæ qui fuerint, 541
Diræ & preces ſeu imprecationes, & furias ſignificant, 612
Diribitores qui, 213
Divi & Serindivi qui populi fuerint, 332
Domeſtici dicti Apparitores Judicum tam civilium quàm militarium, 94 & 95
Doryphorianus, homo ſævus & perquam audax, Romæ Vicariam Præfecturam qua ratione egerit, 564 & 565. capitis reus poſtea ſub Gratiano, excruciatus perit, 566
Druidæ apud Gallos, dicti & Dryſidæ & Dryſudæ, 105. ſodalitia more Pythagoreorum habuere, 107
Dulcitius Dux inclitus, 540. Valentinum in Britannia exſulantem, ac res novas molientem, juſſu Theodoſii capitali cum paucis pœna affecit, 571
Duumvir urbis, id eſt Magiſtratus, 682
Dynamius, Actuarius ſarcinalium Conſtantii A. jumentorum, Silvano tendit inſidias, 83 & 84. fit Corrector Tuſciæ, 88

E.

ECULEI forma qualis fuerit, 515
Editio quæ fiebat à Magiſtratibus ſumptu ipſorum, Candida dicebatur, 522 & 523
Editores mimis, pantomimis, venatoribus, gladiatoribus, agitatoribus immenſa munera dabant, & patrimonium ſuum prodigebant, *ibid.*
Elogium quid, 19
Epiſcoporum provincialium vini cibique parcimonia, veſtitus vilis, oculi dejecti, 525 & 526
Equitius vel Æquitius, Tribunus & Cura Palatii, Valentis A. propinquus, cur ad Gothos ire obſidis loco renuerit, 697. in prælio apud Hadrianopolim cecidit, 701
Equitius Scholæ 1. Scutariorum Tribunus, homo Pannonius, 483. paucorum ſuſurris deſignatur Auguſtus, *ibid.* rejectus à potioribus, Valentiniano populari ſuo, qui abiens A. à cunctis deſignatus fuerat, favet, *ibid.* Equitius vel Æquitius, nondum Magiſter ſed Comes, à Valentiniano A. Illyriciano exercitui præponitur, 496. Magiſterii dignitate augetur, 498. poſt Conſul factus, *ibid.* tres aditus Illyrici obſtruit Procopianis, 506. Magiſter armorum per Illyricum, cur increpitus ſit à Maximino Præf. Præt. ut pervicax & deſes, 629. à Quadis & Sarmatis ut Gabinii Regis circumventor inveſtigatur, 631
Eruli, Batavi, Reges, numeri militares, 159. Eruli & Batavi, 255. 259. Erulorum & Batavorum vexillum ab Alamannis direptum, poſt magnum certamen recipitur, 519
Euhages Gallorum qui, 106
Euphronius rector Meſopotamiæ, 219
Eupraxius Magiſter memoriæ, ob favorabilem acclamationem in deſignatione Gratiani Auguſti, Quæſtor à Valentiniano A. promovetur, 534. fiducia ejus in admonendo Valentiniano A. 537. 559 & 560
Euſebia, prior uxor Conſtantii, ſterilis, 146. ſoror Euſebii & Hypatii Conſularium, 296. formâ, moribus & humanitate præſtans, *ibid.* Julianum periculis exemit, & Cæſarem appellandum curavit, *ibid.*
Euſebius & Hypatius Conſulares, fratres Euſebiæ quondam Aug. 296. ab Heliodoro accuſati majeſtatis, paullo poſt reſtituuntur in integrum, 608
Euſebius ex Comite rei Privatæ, 84

Euſebius Præpoſitus S. Cubiculi, 57. 63. 74. divitiarum avidiſſimus, 158. Urſicino inſidiatur, 255. morti addictus à Juliano A. 324

Euſtathius Philoſophus, legatus à Conſtantio A. ad Saporem R. P. miſſus, 180 *&* 181. re infecta redit, 202

Eutherius, Præpoſitus Cubiculi Juliani Cæſ. dominum ſuum apud Conſtantium defendit, 130 *&* 131. laudes ejus, *ibid.* Julianum aliquoties correxit, 132. antea Conſtanti A. honeſta & recta ſuaſerat, *ibid.* laudatur, *ibid.* Romæ honoratè conſenuit, *ibid.* Eutherius, Cubiculi Juliani A. Præpoſitus, ad Conſtantium A. cum ejus litteris mittitur, 274

Eutropius Proconſul Aſiæ, accuſatus Theodorianæ conjurationis, Paſiphili Philoſophi conſtantiâ evaſit, 603. poſtea Præfectus Prætorio, *ibid.* ſcriptor Hiſtoriæ Rom. *ibid.*

Excubitor, Juliani Aug. Domeſticorum Comes, 264

Exodium Græcis & Romanis quid, qui Exodiarii, 583

Exſequias propinqui & amici præcedere ſolebant, nudis capitibus, nonnumquam & pedibus, 609

Exſilii tria genera, 250

F.

FAUSIANA femina non obſcura, adulterii rea ſupplicio afficitur, 564

Fauſtina poſterior uxor Conſtantii A. 564. Fauſtinæ ex Conſtantio filia poſtuma, nomine Conſtantia, Gratiano A. pôſt nupſit, 314. à Procopio tyranno ſinu circumfertur præſente Fauſtina, 505. in agminibus & in prœliis ab eodem lecticâ cum matre circumfertur, 512. à Quadis pæne capta eſt, cùm duceretur Gratiano nuptura, 630. quî evaſerit, *ibid.*

Fauſtinus Notarius, ob aſinum occiſum tortus, & carnificis manu peremptus, 650

Felix Notarius, Officiorum Magiſter à Conſtantio A. promotus, à Juliano repudiatur, 275 *&* 276

Felix Fargitionum Comes, 381

Feſtus Tridentinus, Conſularis Syriæ Magiſter memoriæ, dein Proconſul Aſiæ, 613. naturâ crudelis & furioſus, *ibid.* is eſt Rufus Feſtus, qui Breviarium Hiſt. Rom. ſcripſit ad Valentem A. non autem ad Valentinianum, 612. ſævitiæ ejus exempla, 614

Fiduſtius Præſidalis, reus majeſtatis, 597. jugulatur cum conſciis, 604

Firmus Maurus, Nubelis Reguli filius, Zamma fratre occiſo cur à Romanis defecerit, 618. Rex, an Auguſtus dictus ſit, *ibid.* datis obſidibus & annona, reſtitutoque Icoſio opido, pacem cum Theodoſio facit, 620, 621. fugit, & pretioſa quæque abjicit, 624 *&* 625. ad Iſaflenſes confugit, *ibid.* ab Igmazene Iſaflenſium Rege captus ac cuſtoditus, ne Theodoſio traderetur, laqueo fauces ſibi eliſit, 627 *&* 628

Flavianus Vicarius Africæ, 593. reliquæ ejus dignitates, *ibid.* nomina, *ibid.*

Florentius, Præfectus Prætorio Galliarum, Julianum Cæſ. ad pugnandum cum Alamannis hortatur, 153. Gallos tributis gravat, 172. milites cum commeatu ad Julianum adducit, 204. repugnat Cæſari, 205 260. Juliano Aug. conſalutato, aufugit, 274. à Conſtantio A. Præfectus Prætorio per Illyricum, & cum Tauro Conſul factus, 296. Conſul etiamtum, abſens damnatur, nec niſi latebris mortem evadit, 323

Florentius Officiorum Magiſter, 255. Nigriniani filius, deportatur in inſulam Boas juſſu Juliani Aug. 323

Florentius & Barchalba Tribuni, qui Procopium tyrannum vinctum ad Valentem A. adduxerant, cum ipſo interfecti, 513

Florentius, præfectus Prætorio Galliarum, 537. Germaniani ſucceſſor, *ibid.* ejus in admonendo Valentiniano libertas, *ibid.*

Florentius Germaniæ Dux, 618

Fortuna cornucopiam lævâ, dextrâ gubernaculum gerebat, 346

Fortunatianus Comes rerum Privatarum, 596. laus ejus, 597

Francorum in Palatio Conſtantii multitudo floruit, 87. Colonia Agrippina à Francis obſeſſa & capta, 103. ſexcenti Franci à Juliano Cæſ. capti, 170. Franci Salii, & Chamavi, hi ad pacem, illi ad deditionem compulſi, 186. Franci Attuarii, poſt plurimos ſuorum captos & occiſos, pacem à Juliano A. petunt obtinentque, 277. Franci & Saxones Gallicanos tractus infeſtant, 539

Fraomarius Bucinobantum, Gentis Alamannæ contra Mogontiacum, Rex à Valentiniano A. factus, 617. deinde Tribunus numeri Alamannorum in Britannia. *ibid.*

Frigeridus Dux Gratiani A. Farnobium Optimatem cum multis Gothis & Taifalis cædit; reliquos in Italiam Circumpadanam transfert, 689

Fritigernus Gothorum Thervingorum Rex vel Dux præcipuus, quid rerum in Thracia poſt tranſitum Hiſtrum geſſerit, & ut Valentem inſtructa acie victum interfecerit, *a pag. 677. uſq. ad* 708

Fullobaudes Dux, in Britannia inſ. à Barbaris circumventus, 538

Fulminum tria genera, 393

G.

GABINIUS Rex Quadorum fraude Romanorum occiſus, 629 *&* 630

Galliarum limites, 107. Galliarum nationes præcipuæ tres, 112. provincia Galliæ, & clariſſimæ ſingularum urbes, *ibid.* quorum ductu à Romanis ſubactæ ſint Galliæ, 116

Gallorum origines, 104 *&* 105. mores, 114. Gallorum apud Amidam obſeſſorum fortitudo, 234, 235, 236, 237. Galli Julio menſe expeditiones ſuas inchoant, 185. Gallicanæ legiones Imperiorum arbitras ſe ferebant, 661

Gallus Cæſar ſævus, 4, 5, 6, 7. ejus immanitas, 35, 36, 37. *& ſeqq.* paullatim exarmatur à Conſtantio, 38, 39. Domitianum Præfectum Præt. & Montium Quæſtorem interficiendos militibus tradit, 40 *&* 41. ſævit in multos inſontes, 43. in Epigonium & Euſebium Philoſophos animadvertit, 50. evocatur à Conſtantio A. 60, 61. capite truncatur, 64. ejus parentes, & forma, 66, 67

Gaudentius Agens in rebus, 77. Notarius, actuum Juliani Cæſ. explorator, 187. Africam ſervat Conſtantio, 297. à Juliano A. morte afficitur, 352
Gaudentius Scutarius à Valentiniano adverſus Procopium Africæ præſidio deſtinatus, 498
Gentiles qui, 39
Gentilium templa à Chriſtianis ſepulcra dictitata, 353. Chriſtianorum Eccleſiæ poſtea à Gentibus ſepulcra & τάφοι invicem appellatæ, *ibid.*
Georgius Alexandrinus Epiſcopus, ab Alexandrinis cur tractus & dilaniatus ſit cum Dracontio Præpoſito Monetæ & Diodoro, 353, 354
Germanianus Præfectus Prætorio Galliarum, 496
Gildo Firmi Regis frater, 619. & Maſcizelis, 620. adverſus Firmum Romanis copiis adjungitur, 621
Gothi Thracias populantur, 495. ob auxilia miſſa Procopio, triennio oppugnantur à Valente A. 530, 531. pacem cum eo datis obſidibus faciunt, *ibid.* ab Hunnis ſedibus ſuis expelluntur, 674, 675. Gothorum alii permiſſu Valentis, transportantur in Thraciam, alii furtim ratibus Hiſtrum tranſeunt, 676
Gothi fame preſſi ac malè habiti rebellant, ac Lupicinum cum ſuis fundunt, 679, 680. Valentem Imper. acie vincunt atque interficiunt, 798, 799, 800. Hadrianopolim victoriâ ſuâ elati oppugnant, & omnia fruſtra experti, re infectâ diſcedunt, 704, 705, 706. Hunnis Alaniſque auro ſibi adjunctis, fruſtra Conſtantinopolim tentant, 707, 708
Gratianus à Valentiniano patre Auguſtus conſentientibus militibus Gallicanis appellatur, 533. cum patre Rhenum tranſit, & Alamanniam intrat, 543. apud ſigna Jovianorum retro detinetur ob ætatem bello immaturam, 544. Lentienſes Alamannos vincit apud Argentuariam, 690, 691, 692. ejus indoles, *ibid.* ad Valentem patruum ſcribit, eique auxilium adverſus Gothos ferre properat, 695. cur Valenti inviſus, *ibid.*
Grumbates Rex Chionitarum, filium apud Amidam amittit, 228
Gumoharius Conſtantio factus Magiſter Armorum per Gallias, à Juliano A. non recipitur, 276. cùm eſſet Tribunus Scutariorum, Vetranionem prodidit, 298. Gomoarius à Conſtantio A. cum copiis præmittitur adverſus Julianum, 311. à Procopio tyr. copiis præficitur, 505. ad Valentem tranſit, 512
Gundomadus Alamannorum Rex pacem cum Conſtantio jungit, 154. Vadomarii frater, per inſidias interimitur, *ibid.*
Gymnicis & ſacris in certaminibus, in Circenſibus etiam & Theatralibus ludis ſpectatores nudis capitibus totos dies perſtabant, Soli & pluviis expoſiti, 34

H.

HANNIBALLIANUS Rex quis, 3
Hariobaudus Alamannorum Rex, Macriani frater, cum Juliano pacem componit, 207
Hariobaudes Vacans Tribunus, natione Alamannus, ad Hortarium R. Alam. à Julano Cæſ. legatus miſſus, 204. redit ad Julianum, 208
Haſtati qui, 154
Hatra vel Hatræ opidum, 472
Hebdomon vel Suburbanum apud Conſtantinopolim quid, 494. ibi Imperatores coronati, *ibid.* ejus partes Tribunal, & Campus, & Eccleſia S. Johannis B. *ibid.*
Helena Conſtantii A. ſoror, Juliano Cæſ. nubit, 95. Romæ potionata ab Euſebia A. immaturum abjicit partum, 133. moritur Viennæ, & Romæ in ſuburbano viæ Nomentanæ prope ſororem ſuam Conſtantinam conditur, 286
Helepoleos deſcriptio, 388
Heliodorus, ex mercatore gari celeber cauſſidicus, 607. delator peſſimus, Euſebium & Hypatium fratres, Conſulares, falsò majeſtatis arceſſit, 608. repentina morte perit, *ibid.*
Helpidius Præfectus Prætorio per Orientem, 297. quis & qualis, *ibid.*
Hermogenes Ponticus, Præfectus Prætorio Orientis, 249. moritur, 296
Heſperius Proconſul Africæ, 493. poſtea Præfectus Prætorio Galliarum cum patre Auſonio tum Conſule, *ibid.*
Heſychia matrona cur ore & naribus occluſis ſe peremerit, 663
Hierocles, Alypii ex Vicario Britanniarum filius adoleſcens, veneficii cum patre accuſatus, caſu mortem evaſit, 605
Hieroglyphicæ notæ, 174
Honorati qui, 18
Honoratus Comes Orientis, 5. Honorati reliquæ dignitates, *ibid.* ejus conſtantia, 35
Hormiſda filius Hormiſdæ Perſ. Regis, frater Saporis, 145. ejus ad Conſtantium A. dictum, *ibid.* ejus de Roma ſententia, 146. Juliani A. in bello Perſico copiarum Dux, 421. ei inſidiantur Saraceni Aſſanitæ, 425. Piriſaborenſes eum deſertorem appellitant, 426. eos Hormiſda colloquio ſuo ad deditionem adducit, 426, 427. ipſum lacerat probris Nabdates Perſa, ac vivus exuritur, 438
Hormiſda, Hormiſdæ Regalis filius, Proconſul fit à Procopio tyr. 510. milites Valentis A. ipſe cum uxore fugâ vix evadit, *ibid.* uxoris operâ periculis poſtea magnis eximitur, *ibid.*
Hortarius Alamannorum Rex, 151. veniam à Juliano Cæſ. impetrat, 188. fœdus ſervat, 206
Hortarius, Primas nationis Alamannæ, rector militum, propter miſſas clam ad Macrianum Regem Alam. litteras vivus comburitur, 618
Hunnorum & Alanorum ſedes & mores, 666, 667, 668, 669, 670, 971. Hunni marium infantium genas ferro altiùs ſulcant, & in luctu eaſdem pugionibus ſibi concidunt; unde imberbes ſeneſcunt, 666. pelles murium ſilveſtrium odoratas in uſu habent, 667. tiaris vel galeris incurvis capita tegunt, *ibid.* cur liberè ingredi non valeant, *ibid.* equis ſuis propè ſemper affixi, 668. averſi & fugientes inſequentem hoſtem ſagittis inceſſunt, *ibid.* hoſtes laqueis ſeu contortis laciniis intercipiunt, ac illigatos trahendo conficiunt,

nti Jaxamatæ, Parrhi, Alani, Sarmatæque, 669. atrati ſicut Melanchlæni, 671. Hunni Alanos armis aut pactis ſibi adjungunt, 674. Gothos invadunt, ac pleroſque ſedibus ſuis pellunt, 675

Hymetius Proconſul Africæ, antea Vicarius Urbis, 557. frater Toxotii, patruus Euſtochii virginis, *ibid.* cur relegatus ſit in Dalmatiam, 559

Hypatii Conſularis, fratris Euſebiæ quondam Aug. laudes, 610. ejuſdem Præfectura Prætoriana per Italiam, & Præfectura Urbana, *ibid.* ex Oriente in Occidentem poſt Valentis obitum tranſitus & migratio, *ibid.*

Hypomnematographi dicebantur Alexandriæ Actuarii ſeu Memoriales, qui acta conficiebant, 559, 560

I.

ICONIUM unde dictum, 9

Immo Comes Aquileiam juſſu Juliani A. obſidet, 303

Impenſæ quæ vocarentur, 631

Imperatores Romani in Conſulatu collegas ſibi privatos adjungere dedignati, 379. quando vel quoties donativum militibus erogare ſoliti, 487, 488. novos Auguſtos aut Cæſares ſimul ac ſibi adſciverant, præſente exercitu eos alloquebantur,. 533

Interpretium quid ſit, 558

Jovinus Magiſter equitum, 307. eum Jovianus A. miſſo Arinthæo cum litteris, Magiſterium armorum per Gallias retinere jubet, 480. Magiſter equitum per Gallias, Alamannos per Belgicam diffuſos tribus prœliis fundit,, 519, 520. reverſus Pariſios, à Valentiniano A. Conſul deſignatur, 521. Jovinus Magiſter rei Caſtrenſis cum Valentiniano A. ad bellum Alamannicum proficiſcitur, 544. Theodoſium ſucceſſorem accipit, 572. Remis in Baſilica S. Agricolæ quam exſtruxerat, ſepelitur, *ibid.*

Jovianus Protector Domeſticus, Conſtantii A. corpus loculo conditum cum Regia pompa vehiculo inſidens Conſtantinopolim proſequitur, 318, 319. Jovianus Domeſticorum ordinis primus, fit Imperator, 466. ignominioſam pacem cum Sapore facit, 470 *& ſeqq.* Jovianum Gallicanus exercitus per legatos ſalutat, & pro Imperatore habet, 480. Ancyræ Conſulatum init, adſcito in collegium trabeæ Varroniano filio infantulo, *ibid.* moritur Dadaſtanæ, *ibid.* mortis ejus ſubitæ cauſa, *ibid.* mores ejus, *ibid.* pater ipſius Varronianus, paullo ante filium mortuus, *ibid.* Joviani corpus Conſtantinopoli inter Auguſtorum reliquias conditur, 483

Jovianus Notarius, 432. primus inter Notarios omnes, cur Joviani A. juſſu necatus ſit, 473

Jovianorum & Herculianorum Principes, 322

Jovius Quæſtor à Juliano A. factus, 298

Iphicles Philoſophus Cynicus, ab Epirotis legatus ad Valentinianum A. miſſus, ut Probum Præf. Præt. apud Imperatorem laudaret ex more, 649

Iſaurorum incurſiones, 8, 9, 10, 11, 12. Iſauri Pamphyliam & Ciliciam infeſtant, 540. Muſonium Vicarium Aſiæ cum ſuis interficiunt, 540, 541. pacem datis obſidibus obtinent, *ibid.*

Julianus à Conſtantio fratre patrueli Cæſar appellatur, Galliiſque præficitur, 99, 100, 101. Coloniam Agrippinam recipit, & cum Francorum Regibus pacem facit, 123. apud Senonas ab Alamannis obſidetur, *ibid.* dotes ejus, 124, 125, 126. Julianus C. fuſis aut cæſis Alamannis, Tres-Tabernas reparat, 149. ſuos hortatur ad pugnam, 152, 153. 156, 157. Alamannos apud Argentoratum magno prœlio ſuperat, 161, 162, 163. *& ſeqq.* tranſito Rheno Alamanniam populatur, 168. ſexcentos Francos capit, 170. caſtella ad Rhenum reparat, & flumen tranſgreſſus v. Alamannorum Reges ad pacem petendam, captivoſque reddendos compellit, 205, 206, 207 *& ſeqq.* Pariſiis Auguſtus à militibus per vim conſalutatur, 265. ad Conſtantium A. duos legatos cum litteris mittit, 272, 273, 274. tranſito Rheno, regionem Francorum Attuariorum pervadit, 277. milites ſuos adloquitur, & in verba ſua adigit, Conſtantio bellum illaturus, 293, 294. armatus tranſcurrit Illyricum, 299, 300, 301, 302, 303. comperta morte Conſtantii per legatos, Thracias & Conſtantinopolim petit, ac toto Imperio potitur, 321, 322. Antiochiâ egreſſus, exercitum in Perſas ducit, 383, 384 *& ſeqq.* Aſſyriam ingreditur, 421. poſt aliquot ibi opida & caſtella deditione aut vi capta, dum ſe intectus prœliis inſerit, interficitur, 455, 456, 457 *& ſeqq.* à Chriſtianis, an à Perſis interemtus ſit, *ibid.* ætas ejus, 457. parentes, *ibid* virtutes ejus, & vitia, *ibid.* 459, 460. forma ejuſdem & ſtatura, 463. corpus ejus Tarſum à Procopio propinquo deportatum & in ſuburbano conditum, ut juſſerat, 383. 465

Julianus ex Vicario, à Juliano A. morte afficitur, 352

Julianus Tribunus legionis, à Perſis cæſus, 467

Julius Comes per Thracias, 505. aſtu capitur à Procopio tyr. *ibid.* Magiſter militum trans Taurum, per Orientales provincias Gothos eadem die atque hora omnes interimendos curat, 709

Junius Baſſus, Præfectus Urbi, 191

Jusjurandum veterum per vota ſua, 430

Juſtina uxor Valentiniani A. Magnentio priùs nupſerat, 662

Juthungi, Alamannorum pars, à Barbatione victi, 181

Juventius Quæſtor, 495. ex Quæſtore Palatii Præfectus Urbi, genere Pannonius, 524, 525

L.

LÆTI vel Leti Lugdunum invadunt, 148. qui fuerint, *ibid.* & 273

Lampadius Præfectus Prætorio, 84. ex Præfecto Prætorio Præfectus Urbi, 522. vanus admodum & inanis gloriæ affectator, 523, 524. ejus domus à plebe facibus injectis & malleolis cur petita, *ibid.* ejuſdem ſeceſſus ad Mulvium pontem, *ibid.* Lollianus Lampadii ex Præfecto filius adoleſcens, cur capite truncatus ſit, 560

Laniogaiſus Tribunus, natione Francus, Silvano po-

pulari ſuo fidus, 88, 89. ſolus adfuit morituro apud Elenam Conſtanti A. *ibid.*

Largitionum ſeu Theſaurorum duo genera, 93

Latinus Domeſticorum Comes, Alamannus genere, 54 & 55

Laureatæ litteræ Imperatorum, provincialibus graves & damnoſæ, 165

Lauricius Comes Iſaurorum latrocinia compeſcit, 253

Lentienſes Alamanni primò victores, mox victi fuſique à Conſtantio A. 81, 82, 83. prœlio ſuperati à Gratiani Ducibus Regem Priarium amittunt, & datis tironibus domum redire permittuntur, 639. 640, 641

Leo rationes numerorum milit. tractans, Valentiniano Principi deſignato, populari ſuo favet, 484. exitialis poſtea Magiſter Officiorum, *ibid.* Leo Notarius, pôſt Officiorum Magiſter, crudelis & humani ſanguinis avidiſſimus, 555. cur Probum Præf. Præt. inviſum Principi Valent. reddiderit, 650

Leonas Quæſtor cum litteris ad Julianum ab Conſtantio A. miſſus, 275

Leontius Quæſtor, pôſt Præfectus Urbi, 61. qualis in Præfectura Urbana, 95

Liberius Antiſtes urbis Romæ, quòd Athanaſium inauditum damnare nollet, in exſilium juſſu Conſtantii A. miſſus, 98 & 99

Limigantes Sarmatæ à Conſtantio A. victi, alias in ſedes transferuntur, 196 & *ſeqq.* dum Conſtantium A. invadunt, maxima ſuorum ſtrage reprimuntur, 246, 247

Litteras vel codicillos dignitatum Imperator manu ſua dabat, aut abſentibus mittebat, 556. Codicilli delatæ Præfecturæ Præt. aurei erant; ceterorum magiſtratuum eburnei, *ibid.*

Lucillianus Domeſticorum Comes, 61. Lucillianus Comes legatus mittitur ad Saporem P. R. 91. Magiſter equitum per Illyricum, à Juliano A. opprimitur, 299. Magiſter equitum & peditum à Joviano A. genero ſuo factus, 473. Remis cum Seniaucho Tribuno occiditur, 479

Lucillianus Comes & Conſtantianus Tribunus, claſſis Juliani A. ductores, 386 & 387. Lucill. imperitiâ præceps, 422

Lupicinus Magiſter militum per Gallias, 205 & 206. in Britanniam adverſus Scotos & Pictos proficiſcitur, 254. inde revertitur, 276. à Joviano A. promotus Magiſter equitum per Orientem, 496

Lutto Francus, 95. Comes Silvani Franci interficitur, *ibid.*

M.

MACRIANUS Alamannorum Rex pacem cum Juliano init, 207. cum Valentiniano A. 640. fidus poſtea Romanis ſocius & amicus, *ibid.* dum Franciam vaſtat, inſidiis circumventus perit, *ibid.*

Macrobius Tribunus in bello Perſico cæſus, 467

Magiſter militum Præſens quis fuerit, 8. & quæ Præſens militia vel Præſentalis, *ibid.*

Magiſter Officiorum Scholam Agentum in rebus, & ſcrinium Admiſſionum ſub ſe habebat, 496, 497. ejus munus, *ibid.* quæ officia ei parerent, *ibid.*

Magiſter Admiſſionum, 89

Magiſtri armorum qui, & quot fuerint, 131. Magiſtri militum, Comites etiam dicti, 223

Magiſtri ſcriniorum diſtinguebantur à Proximis Scriniorum, 276

Magnentiacæ legiones duæ erumpunt noctu Amidâ, & in caſtris Perſarum magnam edunt ſtragem, 234, 235, 236

Magnus Tribunus, 435

In cauſa læſæ Majeſtatis, à quæſtionibus etiam cruentis nullus generis aut dignitatis privilegio eximitur, 559, 560

Malarichus, Gentilium Tribunus, Francus, Silvani Magiſtri peditum popularis ſui amicus, 85. & defenſor, 87, 88. Magiſterium militum per Gallias ſibi à Joviano A. delatum recuſat, 429

Malleoli deſcriptio, 389

Mallobaudes Armaturarum Tribunus, 63. Francus, Silvani Franci amicus, 86. Mellobaudes vel Mallobaudes, bellicoſus Francorum Rex, Macrianum Alamannorum Regem in Francia graſſantem inſidiis circumvenit ac interficit, 640. Comes Domeſticorum Gratiani, Rexque Francorum Lentienſes Alamannos fundit fugatque, 690

Mamertinus Comes Sacrarum Largitionum à Juliano A. fit, 298. Conſul cum Nevitta, 302. 208. *Præfectus* Præt. per Illyricum, *ibid.* Præfectus Prætorio Italiæ & Illyrici, 496. ab Avitiano peculatus accuſatur, 335

Maratocupreni piratæ in Syria, juſſu Valentis A. cum conjugibus & liberis ac vico ſuo omnes ad unum deleti; 569. 570. eorum repentina & aſtuta latrocinia, *ibid.*

Marcellianus, filius Maximini Præf. Præt. Dux per Valeriam, 629. Gabinium Regem Quadorum fraude deceptum occidit, *ibid.*

Marcellus, Magiſter militum per Gallias, 121. obſeſſo apud Senonas Juliano Cæſ. auxilium non tulit, 123. ob id ſacramento ſolvitur, 130

Marcellus Protector, Procopii cognatus, Nicææ & Chalcedone à paucis appellatur Auguſtus, 514. miſſis militibus in cuſtodiam conjicitur, deinde interficitur, *ibid.*

Marciani duo, Heracleota alter, qui περιήγησιν ſcripſit ad Nicomedem Bithyniæ Regem; alter recentior qui epitomen Artemidori duobus libris compoſuit, 407

Marinus Tribunus cur ſe cultro trajecerit, 78

Martinus Vicarius Britanniarum, 20. cur ſe ipſe interfecerit, 21

Martyres qui propriè dicti ſint, qui impropriè, 537

Maſaucio Domeſticus Protector, Cretionis Comitis filius, in Africæ præſidium à Valentiniano A. miſſus, 498

Maſſagetæ, Alani ſint, an Hunni, 393

Maſſilia quando & à quibus condita ſit, 105

Mavortius Præfectus Prætorio, 243, 244

Mauricarum gentium qui Præfecti dicerentur, qui Principes, 622. Mauri alii provinciales, alii barbari, 655

Mauricius Tribunus, 473
Maurus, Petulantium Haſtatus, poſtea Comes, capiti Juliani torquem impoſuit, 263. Frigerido ſucceſſor datur à Gratiano, 693
Maximinus Præfectus annonæ, 553, 554. ejus patria, genus, & parentes, ac dignitates, *ibid.* Vicarius Præf. multos etiam Senatores & Senatoriæ ſtirpis mulieres, maleficiorum & adulteriorum Romæ damnat ac capite truncat, 555 *& ſeqq.* Præfecturâ Prætorianâ augetur, 562. etiam abſens per Vicarios & emiſſarios ſuos in Nobilitatem Romanam ſævit, 563 *&* 564 *& ſeqq.* ſub Gratiano poſtea damnatus, capite truncatur, *ibid.* Præfectus Prætorio Valentinianum ad crudelitatem impellit, 613 *&* 614. ſtella in Quadorum terris ædificari maturat, 629
Maximus Senator, à Juliano A. in locum Tertulli Urbi præficitur, 307
Maximus Tribunus legionis à Perſis interfectus, 467
Maximus Philoſophus quam patriam habuerit, 605. Juliani Apoſtatæ præceptor, *ibid.* inter Theodori conſcios nominatus, capite truncatur, *ibid.*
Memorius Præſes Ciliciæ, 383
Menophilus ſpado Drypetinam Mithridatis R. filiam cur interfecerit, 133
Mercurius Rationalis, delator, 75. ſomniorum Comes cur dictus, 76
Meribanes Hiberiæ Rex veſtibus & donis donatus à Conſtantio A. 296
Merobaudes apud Gratianum A. plurimum potuit, 594. Magiſter peditum cum ſuis à Valentiniano A. præmiſſus ad vaſtandos Quadorum pagos, 650. Valentiniano mortuo Sebaſtianum Com. longius amandat, & Valentinianum juniorem Auguſtum appellandum curat, 661, 662
Meſſalla prov. Pannoniæ rector, Conſtantiam Conſtantii A. filiam periculo captivitatis liberat, 630
Metrodori Philoſophi mendacium, cauſa belli Perſici fuit, 464
Mileti haloſin uter Phrynichus compoſuerit ac dederit, 553
Militares qui, 18
Milites κατ' ἐξοχὴν dicti Romani, 160
Milites Romani ſtantes cibum ſumebant in caſtris, 459
Mimiambi qui, qui mimiamborum ſcriptores, 645
Mimus ſeu Planipes, actor mimorum: & de Mimis, Mimographis, Mimaulis, ac de Pantomimis ſeu ſaltatoribus, 390. de Atellanis ſeu Mimis, 647. Mimi cavillationes etiam dicebantur, *ibid.* Inter Comœdiam & Mimum quid interfuerit, *ibid.*
Minervius ex Conſulari, nomine & decreto Senatus R. legatus mittitur ad Valentinianum A. 559
Modeſtus Comes per Orientem, 249. Præfectus Prætorio de conjuratione Theodori Notarii cognoſcit, 593. ob operam ibi navatam fit à Valente A. Conſul, 592. cur Valenti adularetur, *ibid.* Valentem A. à cognitione cauſarum revocat, 641, 642. ejus magiſtratus, *ibid.*
Mœſiaci qui, 255
Mopſueſtia à Mopſo Argivo vate condita, 45
Muſonianus, qui & Strategius, Præfectus Prætorio Orientis, qualis, 116. Perſas ad pacem hortatur, 139
Muſonius Vicarius Aſiæ, qualis vir fuerit, 541
Myrmillones qui, 417, 418

N.

NAISUS vel Næſſus, urbs Daciæ Mediterraneæ, Conſtantini Maximi patria, 301
Nannenus Comes à Saxonibus vulneratur, & aliquot ejus milites interficiuntur, 584. pòſt Magiſter militum à Maximo tyr. factus, *ibid.* Nannenus vel Nannienus Dux Lentienſes Alamannos prælio ſuperat, 690, 691
Natalis Domini ſæpe Epiphania dictus, 290
Naruſpardo Scutarius, in bello Alamannico Valentiniani cadit, 545
Nebridius Comes Orientis, 14. ejus Magiſtratus, *ibid.* ex Quæſtore Juliani Cæſ. Præfectus Prætorio Galliarum, 275. jurare in verba Juliani A. recuſat, & ab ipſo ſervatus, ſecedit in Tuſciam, 294. in locum Salluſtii Præfectus Prætorio promotus, 504
Nectaridus Comes maritimi tractus, in Britannia à barbaris cæſus, 538
Neoterius Notarius, in Africam à Valentiniano A. miſſus, 498. pòſt Conſul factus, *ibid.* variæ ejus dignitates, *ibid.* Neoterium an Neotherium vocari oporteat, *ibid.*
Neſtica Tribunus Scutariorum, 188
Nevitta adverſus Juthungos fortiter facit, 181. Magiſter armorum per Gallias à Juliano A. factus in locum Gumoharii, 298. Conſul cum Mamertino, 302. Gothus natione erat, *ibid.* Dux Juliani, 421. 434. 465
Nicomedia terræmotu proſtrata: & de terræmotibus, 182
Nigrinus, turmæ equitum Tribunus, Aquileiam Conſtantio diu vindicat adverſus Julianum, 202, 203 *& ſeqq.* vivus exuritur, 307
Nileus Athenienſis cur in Ioniam profectus ſit, Miletumque ibi condiderit, 552
Niſæi, an Neſæi equi, ſcribendum ſit, 404
Niſibis à Joviano A. Perſis ex pacto tradita, fruſtra deprecantibus opidanis, 474 *& ſeqq.*
Nocturna judicia & ſupplicia crudelia & vituperanda, 565
Nohodares Optimas Perſarum & dux, 14, 15. 217
Nomenclatorum ſeu Vocatorum officium, 28
Notariorum tria genera, 180
Noviduuum vel Noviodunum, urbs aut caſtrum provinciæ Scythiæ, 530. antea Mœſiæ, *ibid.*
Numeri militares qui, 257
Nymphæum Romæ & aliis in urbibus quid fuerit, 96

O.

OBELISCUS Romæ in Circo Maximo conſtitutus: & de Obeliſcis, 172 *& ſeqq.*
Octavianus Proconſul Africæ à Juliano A. factus, 381. Hunc Presbyter quòd apud ſe latentem prodere no-

luiſſet, Sirmii decollatur, 614
Odyſſum, urbem prov. Mœſiæ inferioris ſeu ſecundæ, an Odeſſum dici oporteat, 528
Olybrius, Præfectus Urbi, diuturno morbo laborat, 554. quo anno Præfecturam Urbanam inierit, *ibid.* Præfectura ejus Urbana lenis & moderata, 572. ejus luxus, *ibid.*
Optimates apud Gothos qui fuerint, 685
Ordinum primi, & Primi Ordines, qui vocarentur, 154 *&* 155
Orfitus Præfectus Urbi R. 21. iterum, 141. ex Præfecto Urbi à Terentio piſtore peculatus reus defertur, 521. Vulcatii Rufini operâ ſolutus exſilio, à Valentiniano A. bonis ſuis & laribus redditur, 535
Orientis provinciarum deſcriptio, 43
Oſdroëna regio à quo dicta, 421

P.

PALATINI milites, & eorum privilegia, 500
Palladius, Tribunus & Notarius, donativum militum in ſinum ſuum congerit, 591. à Romano Comite Africæ corruptus, *ibid.* poſt detectam ejus fraudem capitur, & obſervatâ cuſtodum abſentiâ, laqueo ſe ſuſpendit, 593
Para, Arſacis Armeniorum Regis filius, poſt cædem patris ad Romanos confugit, & cum paucis juſſu Valentis Neocæſareæ liberaliter curatur, 549, 550. per Terentium Ducem reducitur in Armeniam, *ibid.* metu Perſarum latet in ſilvis, *ibid.* Cylacem & Artabannem fraude Saporis deceptus occidit, *ibid.* Tarſi ſpecie obſequiorum cuſtoditus, cum ccc. popularibus fugit, & equis Regnum repetit, 416, 417 *& ſeqq.* à Trajano Duce in convivio interficitur, 637 *&* 638
Pariſii, 261. eam ad urbem Palatium fuit, *ibid.* Campus & ſuburbana, 262
Parium à quo conditum fuerit, 333
Parthenium mare vel Parthenicum quod ſit, 362
Parthicæ pelles pretioſæ, 326. ut & Perſicæ pelles verſicolores, 415
Parthici imperii initium, 396, 397
Paternianus Notarius Valentiniani A. 640
Paulus Notarius, delator, 19. à Martino Vicario Britanniarum vulneratur, 20. 75. graſſatur, 240 *& ſeqq.* vivus comburitur, 324
Penſitationum tria genera, canon, oblatio, indictio, 171
Pentadius Notarius, 64. conſtanti defenſione Juliani iram evaſit, 323
Pentadius Juliani A. Officiorum Magiſter, 274
Pentapolis vel Cyrenaïca ſemper à Libya ſeparata fuit provincia, 370. quando primùm in provinciæ formam redacta ſit, 377
Peregrini urbe Roma ob annonæ pænuriam expelli ſoliti, 34 *&* 35
Perſæ ſilentium pro Deo habent, & legem ſilentii in conviviis obſervant, 309. quarumdam apud Perſas dignitatum nomina, 399. octodecim regni Perſarum majores provinciæ deſcribuntur, *ibid & ſeqq.* Perſarum habitus, & mores, 414 *&* 415 *& ſeqq.* diviſi in Nobiles & plebeios, 417. Perſarum perfidia, 472. à Trajano & Vadomario vincuntur, 595. Perſæ pro Parthis ab Ammiano impropriè poſiti, 672
Petronius ſocer Valentis A. ex Præpoſito Martenſium militum Patricius, dirus & avarus, 500
Petulantes & Celtæ, numeri militares in Gallia prævalidi, 259. Petulantium ſigna, *ibid.* Petulantes & Celtæ Julianum Auguſtum declarant, 262. *& ſeqq.* ſigna Petulantium & Celtarum, *ibid.* Petulantes & Celtæ repulsâ Juliani A. non offenduntur, 266. Petulantium & Celtarum immoderata ſub Juliano A. licentia, 256
Phalangius Bæticæ Conſularis, 560
Pharus à Cleopatra tantùm reſtaurata, 372. item Heptaſtadium, *ibid.*
Philagrius Notarius Juliani A. poſtea Comes Orientis, 291. vir prudens, *ibid.*
Picti, Attacotti & Scotti Britannias vexant, 539
Pœmenius Silvani amicus interficitur, 95
Pollentianus Tribunus, conſultorum de Imperio Manium reus, cur à Valente ſervatus ſit, 610
Pompeianus an Commodum A. ferro petierit, 598, 599
Potentius, Tribunus Promotorum, Urſicini Magiſtri militum filius, in prœlio apud Hadrianopolim cadit, 701
Præfectus Prætorio annonam militarem, civicam, & Palatinam curabat, 40
Præpoſiti differunt à Tribunis, 500
Prætenturæ quæ, 15
Prætextatus Proconſul Achaiæ, 330, 331. Præfectus Urbi, ac multo pòſt Præfectus Prætorio, *ibid.* ejus Præfectura Urbana laudatur, 541, 542. Prætextatus ex Præfecto Urbi, à Nobilitate Romana quare legatus miſſus ſit ad Valentinianum A. 559
Primicerius quid, 208, 209
Princeps Officii vel Apparitionis qui diceretur, 135
Principia & Principiorum vertices qui, 88. Principia legionum & turmarum, 465
Probus, Diocletianus, & Valentinianus Imperatores nonnumquam ultra limites in ſolo barbarico caſtra & caſtella condidere, 389
Probi Præfecti Prætorio nobilitas, potentia, & opes, 546, 547. ejus dignitates & officia, *ibid.* mores ejus, *ibid.* liberalitas & munificentia, *ibid.* Probus Maximino Præfecto annonæ Aginatii Vicarii Romæ de ipſo litteras prodit, 561. Quados & Sarmatas à Sirmii oppugnatione deterret, 630. adulatur Valentiniano, & tributis provincias onerat, 649. cur inviſus Principi, *ibid.*
Procopius ad Saporem legatus à Conſtantio A. mittitur, 202. tunc Notarius, *ibid.* ad Rom. rectores inde ſcribit verbis obſcuris, 217. ei cognato ſuo Julianus A. Perſas petens xx. millia militum commiſit, 385. miſſus à Joviano A. corpus Juliani A. in ſuburbano Tarſenſi ſepelivit, nec pòſt quæſitus uſquam potuit inveniri, 477. cibos quos conſervarat, ad Joviani A. copias miſit, 473. ſub Joviano A. apud

Strategium ex Palatino milite Senatorem latuit, 500. mortuo Ioviano per Divitenſes & Tungricanos juniores Imperium invadit Conſtantinopoli, 501. Thracias occupat, 505. Iovios & Victores contra ſe miſſos a Valente, ſibi verbis conciliat, 507. Bithyniam in ditionem ſuam redigit, 508. Cyzicum capit, 510. à Ducibus ſuis deſertus & proditus, Valenti offertur, & capite truncatur, 513. ejus ætas, forma, & mores, *ibid.*

Procopius Notarius & Memoridus Tribunus à Ioviano A. in Illyricum & Gallias miſſi, 473. redeunt ad Iovianum, geſta narraturi, 480

Proculus Silvani tyr. Domeſticus, 94. ejus in tormentis conſtantia, 95

Profuturus & Trajanus rectores militum, ac Richomeres æquo marte cum Gothis pugnant, 684

Proſper Comes, legatus ad Saporem, 180. re infecta redit, 202

Protectores qui, 38. Protectores Domeſtici quales, 25. Protectores & Scholares quales, 140

Ptolemæus Rex Cypri à Clodio Tr. Pl. injuriâ proſcriptus, & Cyprus publicata, 49

Purpura adoranda offerebatur à Principe, 89

Puſæus Perſa deditícius, Tribunatus a Iuliano A. ornatus, 422. poſtea Dux Ægypti factus, *ibid.*

Pyrrhicha exercitatio militaris qualis fuerit, 127

Q.

QUADI Valeriam incurſionibus infeſtant, 146. Pannonias cum Sarmatis vaſtant, 191. Sarmatis armaturâ moribuſque ſimiles, *ibid.* à Conſtantio A. datis obſidibus pacem obtinent, 194, 195. cum Sarmatis Pannonias vaſtant, 495. ad vindicandam Regis ſui cædem Transdanubianas regiones vaſtant, 630. cum Sarmatis juncti prædas hominum ac pecorum agunt, & filiam Conſtantii quondam A. Conſtantiam pæne capiunt, *ibid.* Equitium per Valeriam inſequuntur, ut Gabinii cædis auctorem, 631. duas legiones fundunt fugantque, *ibid.* à Valentiniano eorum pagi vaſtantur, 650

Quintianus Senator Commodo A. inſidiatus eſt, non verò Pompeianus, 598

R.

RANDO Regalis Alamannus Mogontiacum furto occupat & diripit, & opidanos abducit, 542

Rationales qui, 86. 569. ne in cauſis quidem fiſcalibus judicabant, 570

Rationarius Apparitor Magiſtri militum, & Præfecti Prætorio qui fuerit, 93. Numerarius etiam dictus, *ibid.*

Regales dicti Regum filii & agnati, 156. item Reguli, *ibid.*

Reges Perſarum, fratres Solis & Lunæ ſe appellitabant, 179

Reges ſe mutuò fratres appellant, *ibid.*

Reipublicæ nomine Imperium Romanum ſæpiſſime deſignatum, 160

Remigius Magiſter Officiorum, 540. Romani Comitis per Africam flagitiis favet, ac cum eo colludit, 588. Romani Comitis adverſus Firmum Maurum fautor in Palatio & adjutor, 618. laqueo ſibi fauces elidit, 593. 639

Reſecrare quid ſignificet, 343

Rhetorica inter turpes artes à Socrate & veteribus poſita, 641, 642. Mangonicæ comparatur, *ibid.*

Rhodani curſus deſcriptio, 113

Richomeres, Domeſticorum Gratiani Comes, 684. poſtea Magiſter militum & Conſul, *ibid.* pugnat æquo marte cum Gothis, 685. iterum à Gratiano Aug. properante in Thraciam, præmittitur cum litteris ad Valentem Aug. 696. ultro ſe Valenti offert obſidem ad Gothos iturum, 698. ex prœlio Hadrianopolitano effugit, 699

Romani Senatus populique vitia, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33. Romana plebs inopiam frumenti metuens, ſæpe ſeditiones movit, 242, 243. Nobilitatis Romanæ vitia, 573, 574, 575. Plebis Rom. ſtudia ac vitia, 582, 583 *& ſeqq.*

Romani quibus legibus Barbaris in ſolo Romano commercia permitterent, 531. Romani Senatores alienis laboribus ſeu ſervorum operâ venabantur, 577. aleæ dediti erant, & aleatores ſummopere amabant, 579. nihil ferè agunt niſi conſulta ephemeride, *ibid.* divites homines captant, 580. ipſi ab uxoribus, uxores invicem ab ipſis ad teſtamenta facienda invitantur, 581

Romana plebs deſes & vana, ridiculis nominibus gloriatur, 581. vino, teſſeris, luſtris & ſpectaculis totam vitam impendit, 582. Scenicos à quibus nil acceperit, explodit, 583. menſas divitum captat, 584

Romanorum Epiſcoporum divitiæ ex oblationibus matronarum, 525 *&* 526. procedentium in vehiculis ſeſſio, circumſpectæ veſtes, epulæ profuſæ ac imperatoriæ. *ibid.*

Romanus & Vincentius Tribuni Scutariorum, cur à Juliano A. in exſilium miſſi, 552

Romanus Comes Africæ ſecors & avarus, 540. Romanus Comes per Africam, quibus condicionibus Leptitanis adverſus Auſturianos Barbaros auxilium ferre voluerit, 588. Remigium Magiſtrum Officiorum & Palladium Notarium corrumpit, & quinque inſontes morte multandos curat, 588 *& ſeqq.* Zammæ à Firmo fratre occiſi necem ulciſci vult, 618

Rufinus Præfectus Prætorio Galliarum, 53. opum cupidiſſimus, 138

Rufinus, Apparitionis Præfecturæ Prætorianæ Princeps, 77. 134. falſarius capite truncatur, 136

Rufinus Aradius Comes Orientis, 382

Ruricius Præſes provinciæ Tripolitanæ, 590. fraude Romani Comitis capite truncatur, 592

Ruſticus Julianus Magiſter memoriæ, ad Imperium poſcitur ægrotante Valentiniano A. 532

S.

SABAIA ex ordeo vel tritico potus, 508
Sabinianus Magiſter armorum in Oriente, 215. parvi animi & corporis, *ibid.* militari Pyrrhicha delectatur, 220. obſidentibus Amidam Perſis noctu ſupervenire recuſat, hortante Urſicino, 231
Sacerdotes provinciarum erant, Flamines municipiorum, 590. Sacerdotales qui, qui Duumvirales, qui Præſidales dicerentur, *ibid.* Sacerdotes coronam auream portabant, 621
Sagittarii ætate Ammiani formidabiles, 152
Sagittas emittendi quinque modi, 449
Salia Comes Theſaurorum per Thracias Theodorianæ conjurationis reus, 600. dum audiendus à judicibus ſe calceat, inter cuſtodum manus exſpirat, *ibid.*
Salluſtius Jovianorum Tribunus, veluti Procopii fautor, à Valentiniano Auguſto damnatus, 615
Salluſtius Scutarius Valentem A. meridiantem inſidiis ac ferro petit, 598
Salluſtius Præfectus Prætorio Galliarum à Juliano A. promovetur, 298. 457. delatum ab omnibus Imperium recuſat, 465. Præfectus Prætorio per Orientem, 496. variæ ejus dignitates, *ibid.* nomen ejus variè ſcriptum, *ibid.*
Sapaudiam Rhodanus alluit, 113, 114
Saphrax vel Safrax, Vitherici Gothorum Greuthungorum Regis Dux clariſſimus, quid rerum in Thraciis geſſerit adverſus Romanos, *à pag.* 678. *ad* 708
Sapor Rex Perſarum ad Conſtantium Aug. de pace legatum & litteras mittit, 178. Amidam diu circumſeſſam & oppugnatam, per celſos aggeres muris admotos invadit, 229, 230, 231, 232 *& ſeqq.* urbem direptam excidit, & Ælianum ibi Comitem ac Tribunos patibulis affigit, 240. Singaram expugnat, & opidanos ac legiones duas in extrema Perſidis relegat, 268. Bezabden cum tribus legionibus & ſagittariis opidanis capit, 269. eamdem reparatam præſidio & neceſſariis inſtruit, 270. Virtam fruſtra tentat, 271. quinque regiones cum xv. caſtellis, & Niſibin ac Singaram pace facta à Joviano A. & Romanis extorquet, 470, 471. Joviano mortuo, Armeniis manum injicit, 495. Arſacem Regem Armeniæ fraude captum excæcat, ac ferro conſumit, 547. Hiberiæ Aſpacurem, Cylacem & Artabannem Armeniæ præficit, 548. multa Armeniæ caſtra & caſtella vi aut deditione capit, 549. Artogeraſſam incendit, & uxorem Arſacis inde abducit, *ibid.*
Saracenorum mores, & incurſiones ac ſitus, 16, 17. Saraceni an à Scenitis diſtinguantur, 399. alii Julianum in bello Perſico juvant, 789 423. alii Saporem, 424. in phylas ſeu tribus diviſi, 424. Conſtantinopolim à Gothis victoribus tentatam defendunt, 407 *&* 408. ad furta belli quàm ad pugnas aptiores, 707. criniti & mitrati, 708. ſanguinem è jugulo hoſtium cæſorum exſugebant, *ibid.*
Sarmatæ ſuperiorem Mœſiam & ſecundam Pannoniam populantur, 146. Pannonias Mœſiamque vaſtant, 191. eorum armatura haſtæ longæ ſeu conti, & loricæ ex cornibus raſis, *ibid.* equis caſtratis utebantur, *ibid.* à Conſtantio Sarmatarum & Quadorum agri devaſtantur, 193. Sarmatæ & Quadi Pannonias populantur, 495
Saturninus Magiſter equitum à Valente A. factus, adverſus Gothos in Thracia graſſantes mittitur, 687. in prœlio ad Hadrianopolim fugâ ſe periculo eximit, 700
Sauromacem inter & Aſpacurem Hiberiæ regnum dividitur, 550
Saxones cum Francis Gallicanos tractus prædis, incendiis, & captivorum cædibus infeſtant, 539. repentinis latrociniis ac prædationibus præ ceteris metuendi, 569. in Gallia poſt factas indutias à Romanis inſidiis circumveniuntur, 584
Scholæ quæ, 38. Scholares, *ibid.* Capita ſcholarum qui milites dicti, 479
Scorpionis vel onagri deſcriptio, 388
Scotti Britannias vaſtant, 495. 539
Scrinia ſacra quatuor, 276
Scudilo Scutariorum Tribunus genere Alamannus, 55. Gallum Cæſ. circumvenit, 60, 61. moritur, 64
Scutarii qui, 38
Scuti jactatio qualis aqud Romanos fuerit, 289. ſcuta perverſa ſub alis geſtare, vel capitibus imponere, ſignum defectionis, 512
Scythici arcus forma, 342, 345
Sebaſtiano Comiti ex Duce Ægypti ac Procopio xx. millia militum cur & quando à Juliano A. commiſſa, 385. Sebaſtianus cum Procopio Joviano A. occurrit, 474. Sebaſtianus Comes cum Illyricis & Italicis numeris Valentinianum A. in Alamanniam ſequitur, 543. ab eo præmittitur cum Merobaude in Quados, 650. militari favore ſublatus, mortuo Valentiniano longiùs amandatur, 661. ab Italia miſſus, loco Trajani pedites Valentis regit, 693. Gothos aliquot ad Hebrum cædit, 694. pugnari cum Gothis ſuadet, non exſpectato Gratiano, 696. in prœlio Gothico perit, 701
Secretum vel Secretarium Judicum, & Epiſcoporum quid fuerit, 97 *&* 98
Secundinus Dux Oſdroënæ, agmen Juliani Aſſyriam ingreſſi cogit, 421
Seleucia an eadem ſit quæ Coche, 437, 438
Seleucus Nicator dicendus, non Nicanor, 46. Daphnæi Apollinis fanum apud Antiochiam condidit, 556, 557
Senatoribus Romanis negotiari, & fenerari non licuit, 27. Senatores ſtatuis auratis, carrucis altiſſimis, ambitioſis veſtibus, multitudine prædiorum, & familiarum agminibus gaudent, 25, 26 *& ſeqq.* eorum fiducia, & benignitas erga Conſtantium A. 302. Senator q. equo phalerato inſidens, poſt ſe trahit agmina ſervorum, 489. Senatores Chriſtiani Præturam aut Conſulatum adepti, egentibus pecunias ac veſtes largiri conſueverant, 522. multi Senatores ac Senatorii generis feminæ, Romæ maleficiorum, ſtuprorum & adulteriorum accuſantur, & capitali ſupplicio afficiuntur, 566. Senatores Romani per legatos à Valentiniano A. petunt, ne deinceps contra morem

tormentis exponantur, idque impetrant, 559. nominibus, ſericis veſtibus, multitudine obſequii delectantur, 573, 574 *& ſeqq.* manus aut genua oſculanda præbent, *ibid.* equos & aurigas amant, paraſitos & adulatores, 575. doctrinas deteſtantur, ſolis Juvenali & Mario Maximo addicti, 576. muſcas & radiolum Solis ferre non poſſunt, 577
Seniauchus Tribunus, 82
Serapio Alamannorum Rex, 151. cur ita dictus, 155. Agenarichus patriâ linguâ appellatus, *ibid.* Mederichi fratris Chnodomarii filius, *ibid.*
Serenianus Pannonius, Valentis A. Domeſticorum Comes, 496. captus apud Cyzicum à Procopio, Nicæam ducitur vinctus, 510. ibi noctu incautus poſt Procopii cædem à Marcello Protectore occiditur, 514
Servi in capita dominorum torqueri ſolebant in quæſtione inceſtus & adulterii, in ſtupri non item, 565
Severus Magiſter militum per Gallias, 146. ejus laus, 147. lævam aciem ducit apud Argentoratum, 156. Francos aggreditur, 186 repentè ad ignaviam convertitur, 187. Valentiniani A. in bello Alamannico comes, 543. 617. Saxones ad pacem petendam compellit, 585. ægrotante Valent. ad Imperium votis occultis poſcitur, 532
Severus Domeſticorum Comes, 538
Signorum aquilarumque ſubmiſſio, defectionis aut deditionis ſignum, 507
Silli, ſatyrica carmina, 375
Silvanus Magiſter militum per Gallias, 83. cur Imperium invaſerit, 87, 88. 92. per Urſicinum opprimitur, 92. Boniti viri Franci filius, 93. Tribunus Armaturarum à Magnentio olim ad Conſtantium cum ſuis tranſierat. *ibid.*
Simplicius, curans Vicariam Præfecturam, Romæ magnas edit ſtrages, 563, 564. ſub Gratiano A. poſtea in Illyrico capite truncatur, 566
Sintula, Juliani C. ſtabuli Tribunus, 259
Sinus Ad Gradus dictus, 114
Sophronius Notarius, pòſt Præfectus Urbi Conſtant. 504
Spaſinu Charax, 403. error Ammiani in Charace, *ibid.* Alexandria etiam dicta, *ibid.* Dionyſius Periegetes, inde ortus, *ibid.* Characenus & Alexandrinus. *ibid.* ſub Auguſto ſcripſit, 404
Spectatus Tribunus & Notarius, legatus ad Saporem miſſus, 180, re infecta redit, 202
Stationes agrariæ quæ, 15
Strator equos Imperatoris uſui deſtinatos probabat, 615. Strator Imperatorem in equum efferebat, 651
Sueridus & Colias Gothorum Optimates cur defecerint, & cæſis Hadrianopolitanis, Alavivo ac Frigerido Thracias populantibus ſeſe adjunxerint, 682
Suevi Rætias incurſant, 146
Suffragatores qui dicerentur, 566
Suomarius Alamannorum Rex, 151. pacem à Juliano Cæſ. obtinet, 188. datam fidem ſervat, 205
Suſceptores qui, 188. varia eorum nomina, & officium, 244
Suſceptus, id eſt Cliens, 645
Syagrius Notarius in Alamanniam ad exercitum mittitur à Valentiniano A. 567. poſtea Præfectus & Conſul, *ibid.* ſacramento ſolutus & inhoneſtè domum remiſſus à Valentiniano, quòd Alamannos ſolus evaſerat, 568
Symmachus Præfectus Urbi, 522. ejus laus, *ibid.* cur ab ingratis civibus pulcherrima ejus domus Tranſtiberina incenſa ſit, *ibid.*
Syri & Aſſyrii cùm deditionem facerent, præ ſe bovem coronatum agebant, 422

T.

TRES Tabernæ à Juliano Cæſ. reparatæ, 149
Tabularii, antea Numerarii dicebantur, 553. qui fuerint, *ibid.* an Tabularii civitatum & provinciarum differrent à Tabulariis Præſidum vel Præſidialis Officii, *ibid.*
Taifali, 198. puerorum amatores, 689
Tamſapor Perſarum Optimas & Dux, 139. 217. 241
Tarracius Baſſus, poſtea Præfectus Urbi, 560. cum fratre Camenio, & Marciano, ac Euſaphio Clariſſimis veneficii reus, abſolvitur, *ibid.*
Tarſus unde nomen acceperit, 44
Taurus Præfectus Prætorio per Illyricum, fit Conſul, 296. Conſulàtu ſuo exſul relegatur Vercellas à Juliano A. 322
Terentius Dux Armeniæ, pòſt Comes rei militaris, 634. vir pius, *ibid.*
Terentius cur ex piſtore Romano Corrector Tuſciæ factus ſit, 521. falſi poſtea convictus, ſub Claudio Præfecto Urbi carnificis manu periit, *ibid.*
Tertullus Præfectus Urbi, 242
Teſtudo in re militari quid, 159
Teutomeres Protector Domeſticus, 77. Francus fuit, *ibid.*
Thalaſſius Præfectus Prætorio, 837
Thalaſſius ex Proximo libellorum, à Chriſt. religione deſciſcit, atque ira Julianum placat iratum, 349
Theodorus Notarius Imperium affectat, 597. Gallus, an Siculus fuerit, 597. cum plurimis criminis conſciis interficitur, 604
Theodoſius in Britanniam inſulam cum copiis miſſus, 538. urbes Britanniæ à Scotis & Pictis vaſtatas reſtituit, caſtella reparat, & provinciam quæ Valentia dicta eſt, recipit, 539. Valentinum ibi exſulem res novas molientem opprimit, 571. in locum Jovini Magiſter militiæ conſtituitur, 572. Alamannos per Rætiam metu Burgundiorum diſperſos partim occidit, partim captos in Italiam miſit, 586. Magiſter equitum, Valentiniani A. in bello Alamannico comes, 618. Cæſaream Maurit. intrat, & à Firmo incenſam reſtituit, 621. equites & pedites Rom. qui ad Firmum defecerant, partim occidit, partim manibus truncavit, 623. deſertores alios exurit, alios con-

truncat, 624. caſtra Firmi qui fugerat, invadit & diripit, 625. Firmum multis prœliis fractum ad voluntariam mortem compellit, 627, 628. Africæ pacem reddit, 629. Carthagine interficitur ſtimulante aulicorum invidia, 629

Theodoſius junior, Dux Mœſiæ, qui pôſt imperavit, Sarmatas Liberos crebris prœliis attritos ad petendam pacem compulit, 631

Theophilus Syriæ Conſularis à plebe Antiochenſi diſcerptus, 37

Tholus quid ſit, 574

Thraciarum, & ſinus Pontici, regionumque ac nationum Ponto adiacentium deſcriptio, 332 *uſque ad*, 346. Thraciæ VI. provinciarum clariſſimarumque urbium deſcriptio, 528. Thracia auri metalla tulit, 683

Tigres an veloces ſint, & quibus artibus à venatoribus capiantur, 409

Timagenes, Rhetor Alexandrinus, 104. ejus captivi quæ Romæ fortuna fuerit, *ibid.*

Tomyris Regina Scytharum dicenda, non Tamyris, 398

Trajanus Comes multos Perſas cædit, 595. in Armenia milites regens, juſſu Valentis A. Param Regem Armeniæ per fraudem in convivio interficit, 636. vir pius, 684. pugnat æquo Marte cum Gothis, 686. Magiſter militum, *ibid.* accepto Sebaſtiano ſucceſſore, nihilominus revocatus à Valente A. in prœlio apud Hadrianopolim interiit, 701

Tranſtigritanæ quinque regiones, cur ita dictæ, 470

Tribuni, Comites, Præfecti, &c. Vacantes qui dicerentur, 78

Tribunus Stabuli Stratores ſub diſpoſitione ſua habuit, 651

Tripolis vel Tripolitana provincia unde dicta ſit, 589 *&* 590

Tzanni, Zanni, Thanni & Sanni iidem, 451. finitimi Lazis, *ibid.*

V.

VADOMARIUS Alamannorum Rex, à Conſtantio A. pacem impetrat, 154. pro vicinis Regibus tribus pacem petit, 207. per emiſſarios limitem vaſtat, & Libinonem Comitem interficit, 290. capitur à Juliano, & relegatur in Hiſpanias, 292. Dux poſtea Phœnices, 291. Vadomarius ex Rege Alam. cum Trajano multos Perſas interficit, 595

Valens à fratre Valentiniano Auguſtus appellatur, 494 propter auxilia miſſa Procopio tyr. bellum Gothis infert, 529, 530 *& ſeqq.* pacem cum eis poſt triennium acceptis obſidibus jungit, 531. cum Gothis confligit circa Hadrianopolim, 697, 698, 699. in ea pugna perit, 700. qua ratione & quo mortis genere perierit, *ibid.* mors ejus prædicta, 704. ejuſdem virtutes & vitia, 702, 703, 704. quamdiu imperaverit, 701

Valentia, pars Britanniæ Romanæ, una & noviſſima è V. ejus provinciis, 570. à quo & per quem facta provincia, *ibid.* à Valentiniano A. dicta, *ibid.*

Valentiniani juniores duo fuere, fratres patrueles: alter Valentis A. filius, qui Conſulatum cum Victore geſſit; alter Valentiniani majoris filius, qui poſt ejus mortem Auguſtus eſt appellatus, 661

Valentinianus junior, mortuo Valentiniano patre ab exercitu Auguſtus appellatur. *ibid.*

Valentinianus ægrè mortem apud Remos effugit, 479. Scholæ ſecundæ Scutariorum à Joviano A. præficitur, 480. Auguſtus ab exercitu conſalutatur, 486. Valentem fratrem ſuum Tribunum ſtabuli, mox apud Conſtantinopolim Imperii conſortem adſumit, 490. periculoſo morbo liberatus Gratianum filium, adhuc impuberem Auguſti nominis participem faventibus militibus facit, 486, 487 *& ſeqq.* Val. cum Gratiano Rhenum tranſit, 543. Alamannorum inſidiis pæne circumvenitur, 544. Alamannos in ſolo barbarico fundit fugatque, 545. totam Rheni ripam Gallicanam caſtris, caſtellis, & turribus munit, 567. ſævus & efferatæ crudelitatis, 615, 616. in alendis domi urſis anthropophagis ſimillimus Galerii Maximiani, *ibid.* culpâ militis Macrianum Alamannorum Regem trans Rhenum incautum capere non potuit, 618. cum Macriano Alamannorum Rege colloquitur ac pacem facit, 640. Sarmatarum legationem rejicit, 648. Quadorum pagos depopulatur, 650. dum legatis Quadorum reſpondet iratus, ictu ſanguinis exſtinguitur, 651. Gratianus ejus pater quos honores geſſerit, 654. Valentiniani rerum in principatu geſtarum breviarium, *ibid.* Vitia ejus, 656, 657, 658, 659. ejuſdem virtutes, *ibid.* corpus ipſius delatum Conſtantinopolim, inter Divorum reliquias humatur, 660. duas uno tempore uxores non habuit, 662

Valentinus, Tribunus, cur Dux in Illyrico factus ſit, 208

Valentinus Maximini Præf. Præt. conjugis frater, in Britannia ubi exſulabat, res novas molitur, & à Theodoſio cum paucis capite plectitur, 571. aliàs Valentinianus dictus, *ibid.*

Valeria provincia, pars antea Pannoniæ, *ibid.* Valeria provincia Italiæ, *ibid.*

Valerianus, Domeſticorum omnium primus, in Valentiniani A. bello Alamannico cadit, 545

Valerianus Tribunus ſtabuli, in pugna Romanorum cum Gothis apud Hadrianopolim cecidit, 701

Venuſtus Vicarius Hiſpaniarum, 381. Venuſtus ex Vicario nomine Senatus Romani legatus ad Valentinianum A. 539

Veſtralpus Alamannorum Rex, 151. cum Urio & Urſicino pacem petit à Juliano Cæſ. & obtinet, 207

Verranio an Veteranio dicendum ſit, 70

Vetranio, legionis Ziannorum rector, interficitur à Perſis, 451

Victor, Juliani copiarum Dux, 421. 434. 441, 442. 465. à Joviano A. provectus militiæ rector, 466. Magiſter equitum ad Gothos legatus à Valente A. miſſus, 529. iterum legatus de pace ad eos mittitur, 531. item ad Saporem, 638. miſſus legatus ad Saporem ſuper Armenia, 683. Sarmata erat, 696. Valenti A. ſuadet Gratianum exſpectare, *ibid.* ex prœlio Hadrianopolitano profugit, 702

Victor, inſignis numeri Tribunus, cum Remora pacis Romanos inter & Perſas initæ obſes datus, 471
Victor Hiſtoricus Pannoniæ ſecundæ Conſularis fit à Juliano, & ſtatuâ æneâ honoratur, 301. pòſt Præfectus Urbi, *ibid.*
Victorinus, amicus Maximini Vicarii, ſuffragio ſuo quatuor Senatores periculo mortis liberat, 560. Maximini actus venditabat, 561. ejus defuncti uxor Anepſia ſtupri rea damnatur, 565
Vitalianus à Joviano A. Domeſticus fit, 480. poſtea Comes rei militaris, malè rem in Illyrico adverſus Gothos geſſit, *ibid.*
Vithericus Gothorum Greuthungorum Rex, 678. qua ratione Iſtrum trajecerit, & quid in Thracia geſſerit, *à pag.* 678. *uſque ad* 709
Vithicabius Rex Alamannorum, Vadomarii filius, fraude miniſtri à Romanis corrupti interficitur, 543
Vitrodorus Quadorum Regalis, Viduarii Regis filius, 195
Urania vel Cæleſtis, Græcis dicta Aſtroarche, 357
Urbicius Meſopotamiæ Dux, ad Saporem de Armenia & Hiberia legatus miſſus, 638
Urius Alamannorum Rex, 151. 207
Urſacius Magiſter Officiorum crudelis, 495. Alamannorum legatos ad Comitatum miſſos aſperè tractat, 496
Urſicinus Magiſter equitum ex Oriente evocatur, 58, 59. 60. impugnatur ab Arbetione, 72. Silvanum tyrannum opprimit, 91, 92, 93. remittitur in Orientem cum Magiſterii poteſtate, 146. ab Euſebio Præf. cubiculi cur impugnatus, 210, 211. ex Oriente evocatus cùm veniſſet in Thraciam, remittitur in Meſopotamiam, 215 *& ſeqq.* Niſibim & Amidam curat ordinatque, 216, 217. Perſas Amidam circumſidentes furtim invadere conatur, 231. Magiſterio peditum ab Imper. exuitur, 255
Urſicinus Alamannorum Rex, 151
Urſicinus Vicariam Præfecturam Romæ curat, 563. cur ab ea remotus ſit, *ibid.*
Urſini cum Damaſo de urbis Romæ Epiſcopatu contentio, 534 *& ſeqq.*
Urſulus Comes Largitionum, 136. vir ſeverus, *ibid.* ejus poſt viſas Amidæ ruinas liberum de militum ignavia dictum, cauſa ipſi mortis fuit, 278. Juliani A. juſſu damnatus, 324
Vulcatius Rufinus Præfectus Prætorio laudatur, 535

X.

XYSTARCHAE, qui & Gymnaſiarchæ, purpurati & coronati, 286

Z.

ZINAFER, Rumo, & Fragiledus Sarmatarum Subreguli, 193
Zizais Sarmatarum Regalis à Conſtantio A. pacem petit, *ibid.*
Zoroaſtres Proconneſius, paullo vetuſtior Xerxis ætate, 405 *&* 406
Zoroaſtres Bactrianus, omnium ejus nominis antiquiſſimus, *ibid.*
Zoroaſtres Pamphylius, Armenii filius, *ibid.*

INDEX EORUM,

Quæ in notis Gronovii occurrunt.

A.

Accitania. 21, 7.
Acer quæſtor, ſed ad lenitatem propenſior. 14, 7.
Adfigunt cenſores notam. 14, 1.
Adimpleri. 28, 4
Adoleſcens Hiſter amnium advenarum acceſſu. 31, 2.
Adoptans amnes advenas Rhenus. 15, 4.
Adraſteus pallor. 14, 11.
Advenæ amnes. 31, 2.
Aduſque labra. 18, 10.
AErumnoſa Syria. 20, 11.
Alite telo vel funda ſeu amento excuſſo. 31, 15.
Alpini populi. 15, 4.
Amaſtris, Amaſtrine. 16, 7.
Ammianus an recte mentitum dixerit Conſtantium. 16, 12.
Anguſtiæ inter Rubrum & Caſpium mare. 23, 6.
Arbetio ab ima ſorte. 15, 2.
Arethuſa Sitalcæ arx. 27, 4.
Arma cogere. 16, 2.
Armorum promittere. 14, 7.

B.

Bellaturis Gelonis indumenta. 31, 2.
Bibliothecæ in delubro Serapidis. 22, 16.
Brevis ſonitus. 18, 6.

C.

Candide manere in fide. 30, 1.
Celebria aliis oppida. 27, 4.
Ciceronis locus de mutatione fortunæ in vita. 15, 5.
Circumcircare. 31, 2.
Citerius ſeſe proripere. 14, 2.
Cius, ubi Hyla. 22, 8.
Claudius Glycia. 14, 11.
Claudius Julius Ædeſius Dynamius. 27, 3.
Coalito ſanguine. 30, 6.
Coitus occultior, de concilio. 27, 6.
Collidebantur ſtili erectis fluctibus. 28, 2.
Congruere pio animi & temporis judicio. 28, 2.
Conſiſtens homo. 16, 7.
Controverſus, pro contraverſus. 22, 8.
Convenientiſſima diſciplina. 27, 11.
Coria urbs, ubi navigabilis primum Rhenus. 15, 4.
Cornua utrimque introrſus circumducta in arcu Scythico. 22, 8.
Corripi qualibet ſtrage. 27, 10.
Corticulis penſilem anulum librare. 29, 1.
Criſtæ dorſuales. 22, 15.
Crudus victor. 31, 8.
Cucullis adnexæ lacernæ. 14, 6.
Cumulantes humum, 28, 2.

D.

Deinceps Julianus Antiochenſe compoſuit. 22, 11.
Denſetis lateribus 29, 5.
Derelinqui. 31, 4.
Dindyma religioſa delubro Matris Magnæ. 22, 8.
Diruptus vir. 27, 11.
Drypetina. 16, 7.

E.

Effata aduſque ſublimia regimenta. 28, 1.
Elatas ventus. 22, 8.
Electa itinera emetiri. 14, 11.
Empuſa. 28, 1.
Ἐξοπλίζειν. 29, 1.
Eſcenſis navigiis. 16, 12.
Eſcenſo tribunali. 27, 3 & 6.
Exadverſum. 23, 6.
Exæſtuaces torrentes. 31, 10.
Excibat incendebatque. 21, 1.

F.

Ferens jam anni tempus. 27, 10.
Forfex & forceps diſtincta. 16, 11.
Formato conſilio. 17, 8.

G.

Gentiles aut Sapor non per reverentiam pepercerunt virginibus cultui divino ſacratis. 18, 10.

H.

Helleſpontius ductus. 31, 4.
Herclaneum vel Puteolos, 28, 4.
Humanæ pœnæ. 29, 2.
Humectati digiti, 28, 4.
Hysgini coloris Valens. 31, 14.

I.

Implerunt. 31, 13.
Implicitum ærarium. 24, 3.
Incedens veſpera. 20, 11.
Indago multa & varia. 31, 2.
Indicium fauſtum militaris favoris, habitus principalis. 27, 6.
In hæc bona, i. ut his fruereris. 14, 6.
Inſigne enſemque retinens manu dextra Conſtantius, alloquitur milites de Juliano. 15, 8.

Interare, 28, 2.
Invectio pravitatum nulla fauſta. 27, 7.
Iugulæ. 14, 6.

L.

Lances ambitioſæ menſarum. 30, 7.
Liberorum trium nixus. 14, 6.
Ludi aut Libitinæ commercia. 19, 12.

M.

Metachium, vel Merachæum. 14, 8.
Minurſus referre. 28, 1.
Miſeranda captarum urbium. 23, 5.
Moenus. 27, 10.
Monſtroſum clamare. 28, 4.
Monumenta Divorum veterum præſtringens Tiberis. 25, 10.
Moritur radiorum ſplendor. 20, 11.
Mortem in acie linguæ portans Valens. 29, 1.
Mugiens retulit. 28, 1.
Multum tentatis artibus. 14, 2.

N.

Nebulæ debitorum. 26, 6.
Ne tugurium quidem. 31, 2.
Nimis latebroſa montium ſaxa. 27, 7.
Nimium lacrimoſus obitus. 14, 11.
Nivi exæſtuantes torrentes 31, 10.
Nivium turbo. 31, 3.
Nixus liberorum. 14, 6.
Novum aliquid cogitare. 19, 11.

O.

Officiorum æquis omnibus. 14, 10.
Oppilatæ corporibus foſſæ. 19, 8.

P.

Perexſecranda clades. 15, 2.
Pericula urbium captarum. 31, 5.
Pia & recta principis narrare. 30, 8.
Pilare villas. 31, 5.
Præceleri inclinatione. 15, 4.
Præſciones. 18, 4.
Priores fratres. 21, 6.
Proconſule. 28, 1.
Promitrere armorum. 14, 7.
Proſperatus honor, 15, 8.
Protector provinciæ. 31, 5.
Pyſeus. 24, 1.

Q.

Queri in fama. 16, 10.
Quo acceſſere. 26, 5.

R.

Ratio eſt nihil non ſpectare ad ſui tutelam. 14, 10.
Recenſeri exercitus. 31, 4.
Regere elephantos. 18, 7.
Regia, vel, regnatrix Aſiæ Media. 23, 6.
Regie regitur ab Præfectis Ægyptus. 22, 15.
Reliquorum debita. 31, 14.
Remigum trecentorum navis non eſt inuſitata. 17, [illegible]
Renuntiare. 20, 8.
Rigor, ſeveritas rectæ poteſtatis individua ſocia. 30, [illegible]
Rimandi initia. 28, 1.
Ringens amnis. 28, 2.
Rumitalces. 26, 8.

S.

Samnis atrocitas. 14, 11.
Sauromates. 27, 11.
Scire ſinguli nihil præter ſe poterant. 31, 15.
Sine jure ullo. 28, 2.
Singarenſis pugna non facta ad Singaram Arabiæ. 20, [illegible]
Sitalcæ arx eſt ſtatio Arethuſa. 27, 4.
Sorte ab ima. 15, 2.
Studium principis conducens reipub. 28, 2.

T.

Tam ſunt aſperi Hunni in hominum figura. 31, 2.
Tot principes, de tribus. 26, 1.
Trucidaretur abſens & indemnatus. 15, 5.
Tumultibus turbæ diſcurrentis omnia plena. 19, 11.

V.

Ubiubi ſunt. 28, 4.
Velatione ac latebris ſalutem quærere. 20, 8.
Velitata ſæpius magnitudo piſcium. 28, 4.
Velut empuſa. 28, 1.
Venæ perpetuæ fontium. 21, 1.
Virile & muliebre ſecus egreſſi. 16, 11. 27, 10.
Viſo nemine. 27, 10.
Ulcerum atrocia perpeſſus Conſtantius. 20, 11.
Ultimæ diræ. 29, 2.
Unire ad ſe partem alicujus. 22, 8.
Urebat anxiam mentem. 20, 11.
Hac Uri perſuaſione. 14, 2.
Vulcanus inſula. 17, 7.

Corrigenda in contextu.

Pag. 87.	verſ. 6.	ſuumque *l.* ſuamque.
128	4.	relegari; decr. *l.* relegari decr.
159	12.	imcompoſiti *l.* incompoſiti.
182	7.	procellarum, & *l.* procellarum, cujus impetu pulſorum auditus eſt montium gemitus, &c.
191	1.	Aguntur R. artemius Vacariam. *l.* ag. R. Art. Vic.
256	ult.	ſcrutarores *l.* ſcrutatores.
294	20.	præſtructus *l.* præſtructis.
295	5.	Imperatorum *l.* Imperatorem.
360	9.	inimicornm *l.* inimicorum.
388	17.	minutiſſimæ *l.* munitiſſimæ.
427	2.	oppidanus *l.* oppidanos.
449	18.	ur juncturæ *l.* ut juncturæ.
464	ult.	recrearar *l.* recrearet.
501	23.	jumores *l.* juniores.
543	3.	miliebre *l.* muliebre.
573	3.	emiſiſſet *l.* amiſiſſet.
582	4.	cupitornm *l.* cupitorum.
592	25.	legi *l.* lege.
605	6.	pœnabilibus *l.* pœnalibus.
627	27.	diuturnus *l.* diururnis.
632	17.	reticulis *l.* retinaculis.
664	ult.	confecto *l.* confecto.
672	1.	diſtantes *l.* diſtentas.
676	27.	dudum *l.* ductum.

In notis.

Pag. 48.	column. 2.	verſ. 9.	ejeci *l.* ejice.
73	2.	32.	pag. 38. *l.* cap. 5.
79	2.	29.	fine lib. *l.* fine capitis 7. lib.
102	2.	35.	poterit. Adde. *Idem.*
148	2.	2.	pag. 5. *l.* cap. 2.
164	2.	13.	rienſes *l.* riſienſes.
170	1.	20.	Frun- *l.* Fran-
184	2.	35.	Mourſius. dele.
236	1.	7.	Gele: deleatur.
283	2.	8.	ante *l.* poſt.
334	2.	4.	delubra *l.* delubro.
398	1.	1.	pag. 295. *l.* lib. xxv. cap. 4.
414	1.	14.	tu eſt *l.* tum eſt.
		15.	doctæ *l.* docte.
		16.	dolebo *l.* docebo.
446	2.	4.	pag. 100. *l.* cap. 10.
		10.	novis viatibus *l.* novis viantibus.
471	2.	10.	pag. 502. *l.* cap. 12.
503	2.	13.	oportæ *l.* opertæ.
		14.	vonæ *l.* vanæ.
562	1.	2.	conſiderarem *l.* conſiderans.
578	2.	16.	*Idem.* *l.* Gronov.
659	2.	12.	ad lib. xxx. *l.* cap. 5. hujus libri.
680	2.	14.	conſenſit ap. *l.* conſenſit ad.
683	1.	5.	Hadranopolim. *l.* Hadrian.

In præfatione.

a tergo literæ a verſ. 8. hac bonum *l.* ac bonum.
lit. a 2. verſ. 20. invile *l.* inutile.
a 4. 3. nota- *l.* notat.
a tergo literæ b 2. verſ. 12. *De fuſtibus p. ſ. cæſi.* At codex Colbertinus. hæc delenda.

F I N I S.

AD BIBLIOPEGUM,

Deſignatio paginarum, quibus applicari debent tabulæ.

Nummorum ſex tabulæ poſt præfationem Gronovii.

Conſtantius Gallus.	Pag. 2
Conſtantius.	17
Julianus ſine barba.	100
Explanatio prœlii ad Argentoratum.	151
Obeliſcus Rameſſæus.	176
Explanatio expugnatæ Amidæ.	235
Julianus cum barba.	321
Jovianus.	466
Valentinianus.	484
Valens.	489
Procopius.	499